BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 5
Número: 24

i 16895459

R. 11.072 Del Collegio della Compagnia de Jesu de Granada
C.D. 348

REPETITIONVM

In Vniuersas ferè Iuris Canonici partes, materias q; sanè frequentiores,

VOLVMINA SEX.

In quibus non modò quæ in veteribus habentur, sed & aliæ longè plures Clarissimorum Interpretum, tum aliàs separatim impressæ, nunc autem asterisco * notatæ: tum & nunc primum excusæ, manu ☞ verò disegnatæ continentur, vt studiosi omnes diligentiam, qua in ipsis congerendis vsi fuerimus, cum eorum maximo commodo & vtilitate, facillimè cognoscere possint.

Primum Volumen.

Omnes Decreti Repetitiones complectens.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

Auctorum verò omnium nomina, Repetitionumq; capita sequentes paginæ indicabunt.

AD ILLVSTR^M. D.D. M. ANTONIVM MOCENICVM ANTISTITEM CENETENSEM.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Sala 5
Estante
Número

VENETIIS, Apud Iuntas. M D L X X X V I I.

Cum licentia Superiorum, & Priuilegijs Cæsareæ Maiestatis, Regis Francorum, Senatus Veneti, Ducisque Sabaudiæ.

P. 11.072 Del Collegio de la Compañia de Jesus de Granada C.D. 348 Bx

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: B
Estante: 5
Numero: 24

i 16895459

REPETITIONVM

In Vniuersas ferè Iuris Canonici partes, materias q; sanè frequentiores,

VOLVMINA SEX.

In quibus non modò quæ in veteribus habentur, sed & aliæ longè plures Clarissimorum Interpretum, tum aliàs separatim impressæ, nunc autem asterisco * notatæ: tum & nunc primum excusæ, manu ☞ verò disegnatæ continentur, vt studiosi omnes diligentiam, qua in ipsis congerendis vsi fuerimus, cum eorum maximo commodo & vtilitate, facillimè cognoscere possint.

Primum Volumen.

Omnes Decreti Repetitiones complectens.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

Auctorum verò omnium nomina, Repetitionumq; capita sequentes paginæ indicabunt.

AD ILLVSTR^M. D.D. M. ANTONIVM MOCENICVM ANTISTITEM CENETENSEM.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS, Apud Iuntas. M D LXXXVII.

Cum licentia Superiorum, & Priuilegijs Cæsareæ Maiestatis, Regis Francorum, Senatus Veneti, Ducisque Sabaudiæ.

ILL^MO. AC REVERENDISSIMO
DOMINO M. ANTONIO MOCENICO
EPISCOPO CENETENSI DIGNISSIMO
& Domino meo colendiſsimo.

EX omnibus ſcientijs ab humano excogitatis ingenio, quæ vel per manus traditæ, vel ſcriptis commendatæ fuerunt, nulla ſanè vtilior & magis neceſſaria eſt cenſenda, quàm quæ ex ſacris Canonici Iuris penetralibus eſt deprompta, atque in medium prolata. Etenim nonnullæ ſcientiæ abſtruſas, & reconditas effectuum naturalium cauſas perſcrutantur atque perquirunt: Aliæ rerum publicarum priuatarumque adminiſtrationem conſeruationemque inſtituunt ac preſcribunt: Aliæ alia, quæ humanæ ſocietatis vſui conducere conſueuerunt, edocent ac demonſtrant. Hæc autem Iuris Canonici ſcientia, quæ ad animæ ſalutem in primis ſpectare ac pertinere videtur, quò nobilior eſt corpore præſtantiorque animus, eò etiam ceteris ſcientijs fortunæ corporiſque bona conſtituentibus magis eſt anteponenda ac preferenda. At verò quoniam diuerſis temporibus varijſque locis quàmplurimi Iureconſulti præſtantiſſimi & præclariſſimi floruere, ac viguere, qui in publicis celeberrimarum Ciuitatum Gymnaſijs Ius Canonicum doctiſſimè ſunt interpretati; & quia illorum interpretationes mentem legis, verumque eius ſenſum ſignificantes, longè diuiſæ, paſſimque diſperſæ maximo cum labore ac diſpendio ſtudioſorum exquirebantur, vt ab eiſdem facilius commodiuſque reperiantur, nos Edicti perpetui Conditorem, Digeſtorumque, ſiue Pandectarum Inſtitutores imitati, in Sex Volumina congeſſimus omnes Repetitiones, quæ extant in Iure Canonico, quæque communi grauiſſimorum Iurisperitorum iudicio magis comprobatæ confirmatæque fuerunt. Ecquid autem conducibilius iucundiuſque non ſolùm ſtudioſis Adoleſcentibus, ſed etiam ætate, ac eruditione prouectis contingere poterat, quàm in tot Cauſarum controuerſijs, diuerſiſque hominum iudicijs ante oculos, ac præ manibus habere, tanquam in Compendium redactas, ſimulque collectas tam varias, tamque multiplices Repetitiones: Ex quibus non modò prudentiſſimi Iuriſperiti, quid ſenſerint indicarintque facilè intelligi, & cognoſci poteſt: verum etiam quid maxime congruum Iuri Canonico, conſentaneumque eſſe conſpiciatur. Equidem illas luculentiſſimas doctiſſimorum hominum lucubrationes non mediocri impenſa, & diligentia exquiſitas & congeſtas imprimi excudique omnino curaui; Tibique Preſul Ampliſſime, omni ſcientiarum virtutumque genere cumulatiſſimo & ornatiſſimo, ex tot tantiſque Principibus vni præcipuè dicandas iure ac meritò iudicaui. Nam vt Patriæ celebritatem, Generis claritatem, Maiorum amplitudinem, dignitatis auctoritatem prætermittam; quæ tibi cum alijs pluribus ſunt communia, qui te Voluminum horum dedicatione foret dignior, neminem prorſus inueni, vel ipſo SIXTI V. Pontificis Maximi iudicio ac teſtimonio confirmatus. Etenim tu, quæ tuæ virtutis propria laus eſt & gloria, in arcana intimaque naturalis Philoſophię penetralia admirabili ingenij tui acumine adeo es progreſſus, vt in ea tam occultum tamque ignotum nihil excogitari queat, quod tibi eruditiſſimo non ſit omnino cognitum

penitusque perspectum, quam quidem multiplicem rerum cognitionem assiduo tibi studio atque labore comparasti. Nec minus hoc indicant nobilissima insignia, quibus ob eximiam tuam in sacræ Theologię studijs eruditionē doctissimi Romanæ sapientiæ Theologi summa tui laude,& amplissima Magistri Sacri Palatii fide Sanctissimo Domino Nostro SIXTO V. tradita in publico illo gymnasio splendorem tuum tamquam aurea corona circundederunt. Cum autem ex ijsdem Philosophiæ fontibus emanet Ius Canonicum,à naturali minimè discrepans aut dissentiens, cumque ipsius Iuris Canonici peritissimum esse te nouerint omnes, quàmmaxime decuit, vt sub magna sacri tui nominis Auctoritate ac patrocinio in lucem prodirent hę Canonicę Repetitiones Iureconsultorum Clarissimorum ad communem Clientum, Patronumque vtilitatem, Iudicumq; commoditatem, atque etiam ad faciliorem breuioremque Ecclesiasticarum Decisionem, definitionemque controuersiarum. Munus itaque hoc meum,te quidem non indignum,ea qua semper soles benignitate suscipe, veteris nostræ erga te obseruantię pignus firmissimum; Quod tibi si non ingratum,neque iniucundū fuisse animaduertero, maius aliud ad te opus dono mittere non dubitauero. Interim fruere ista tua dignitate & gloria, multo maiora virtutum tuarum pręmia consecuturus ab ipso Summo Pontifice, qui eruditionem tuam ingentem admirandamque facundiam quanti fecerit, viuę vocis oraculo comprobauit. Id quod tu postea doctissimis Prędicationibus, cum in ecclesia tua cathedrali, tum in tota Diœcesi summa omnium admiratione,& non vulgari tua laude quotidie confirmas. Bene vale,felixque ac diù viue, non tam tua quàm nostra etiam causa. Venetijs, Anno Domino M D LXXXVII. Kalendis Februarij.

Lucas Antonius Iunta.

LECTORI.



RÆCLARÆ semper, summaq; apud omnes auctoritatis extitisse præclarissimorum Iurisconsultorum scripta, vel ex hoc facilè conijci potest, quòd sapientissimi viri, & alta quadam mente præditi, iure optimo existimant, ob id esse ab omnibus summè amplectenda, quod ex ijs tanquàm à fonte vberrimo optimaquaq; viuendi ratio proficiscatur. Quod quidem sæpissimè cùm animaduerteremus, id vnum nobis semper fuit propositum, vt nihil antiquius duceremus, quàm vt noui semper aliquid, quod communi omnium vtilitati maximè conducere videretur, nostra opera in lucem prodiret. Nunc verò perspicientes, quantum emolumenti studiosi viri sint percepturi, si aliqua ad Repetitiones Canonicas accessio fieret, sedulò operam dedimus, vt quæ Excellentissimorum Virorum in publicis quibusq; gymnasiis non Italiæ modò, verùm etiam Galliæ, totiusq; Hyspaniæ extarent Repetitiones, ad nos quàmprimùm deferrentur, nullis parcentes sumptibus quàmuis grauibus. Ad hoc multùm nobis profuit Excellentissimus D. Iacobus Menochius, qui nunc primas de mane in florentissimo Patauino Gymnasio facilè obtinet: qui etiam (quod eius fuit humanitas) multas nobis Repetitiones antiquitate temporum iam penè deperditas est elargitus. Idem etiam præstitit admodùm Reuerendus D. Desiderius Guido, Patriarchalis muneris nunc Venetijs Vicarius, à quo nonnullas Aegidij Bellameræ prælo nondum commissas habuimus. Multas etiam nobis tradidit Celeberrimus D. Thomas Cananus, qui publico legendi munere Ferrariæ fungitur, inter quas vnam ipsius licèt videre omnibus numeris absolutam. Non prætermittam, quas nobis donauit Excellentissimus D. Quintilianus Mandosius, ex suis lucubrationibus, quas hic inserere per auctorem non licuit: cuius tamen votis vt satisfaceremus, seorsum tanquam Appendices ad primum & secundum Decretalium libros imprimendas curauimus. Nonnullas alias hic posuimus cùm Excellentissimi D. Hippolyti Riminaldi Ferrariensis, tùm vnam præcipuè Excellentissimi Sebastiani Medices: qui vt desiderio nostro satisfaceret, nec precibus locum relinquens, perhumaniter eam concessit. Plures etiam Ioannis Baptistæ Ferreti Vincentini à D. Hieronymo eius nepote habitas, omnes autem non anteà impressas. Postremò cùm multæ fuerint nobis à Bibliopolis ex Gallia & Hyspania, Roma, & Neapoli missæ, rem gratam & vtilem omnibus huiusce rei studiosis facturos iudicauimus, si vnà cum alijs imprimerentur, id quod est factum, vt omnibus patebit. Verùm ne quis fortè miretur ob prætermissas hic Repetitiones Martini Nauarri, is intelligat per nos non stetisse, quin & ipsum, dum viueret, rogaremus; quod etiam per alios id præstari voluimus, si quo pacto ipsum persuadere possemus, vt eas à nobis imprimi pateretur: sed cùm nec precibus, nec magnis propositis præmijs eius voluntati & priuilegijs obsisti iam posse videremus, vela contraximus, nostrisq; contenti sumus. Aliquem præterea etiam admiratio capiet, cùm viderit aliquas hic Repetitiones positas, quæ iterum in Auctorum operibus reperiuntur; nonnullas item prætermissas: is intelligat, nos consultò id fecisse: nam cùm Petri Ancharani Repetitio in cap. ∴ de Constitutionib. nouissimè Bononiæ impressa, tanti sit apud omnes, dignaq; vt aureis (vt ita dicam) characteribus conscriberetur, cùm præsertim purgatissima sit, quippe quæ ab exemplari quidem antiquo veniat, sed alio ab illo Bononiensi quamplurimùm, meritò erat vt cæteris præ-

stantior in earum numerum adscribenda. Vt verò Doctorum etiam commoditati consuleremus, eorum præcipuè, quibus non est copia eorum voluminum, quæ nuperrimè sunt edita, Repetitionem D. Abbatis Panormitani in cap. per tuas. de arbitris. cùm in vetustis libris non reperiatur, placuit hic inserere. Postremò quoniam superuacaneas duximus quamplurimas Petri Rebusi nouissimè Lugduni, nonnullasq; Mariani Socini, Francfordiæ impressas, necnon aliquas Didaci Couarruuias, Andreæq; Alciati, dedita opera eas prætermisimus, cùm persuasum sit nobis, horum Auctorum compositiones apud huius scientiæ professores facilè reperiri: quinimo nobis vitio daretur, qui maioris illis impensæ ansam præbuissemus. Quanto verò studio, quantaq; diligentia fuerint hæ omnes Repetitiones à nobis digestæ, nouis Summis, Indicibusq; facillimis locupletare, & cum vetustis exemplaribus collatæ, non attinet commemorare: vnicuique enim ex lectione facilè constabit, tantum nos operæ in ijs imprimendis contulisse, vt vix quicquam desiderari posse videatur. Reliquum igitur est, vt quæ à nobis in præsentia traduntur, læto hilariq; fronte, tu Lector suscipias, animumq; nobis addas ad maiora in dies aggredienda: quod si, vt optamus, ceciderit, speramus fore vt nostro hoc labore, cùm Doctorum omnium iudicio, tum eorum qui vitam cum virtute traducere student, desiderio & vtilitati si non cumulatè, at certè aliqua ex parte satisfactum sit & consultum. Vale, nosq; ab obtrectatorum iniurijs tueare, si placet.

INDEX OMNIVM AVCTORVM,

qui in hisce sex voluminibus continentur,

necnon Repetitionum eorundem:

Vbi animaduertas, Repetitiones hoc signo ☙ notatas, non amplius impressas haberi: quæ verò hoc asterisco ⁂ designantur, sparsim vagabantur, summoq; studio collectæ, sub suis Rubricis collocatæ sunt.

Alexander de Antilla.

In c. tibi qui. de rescript. lib. 6. T. 5.

Alexander Stiaticus Bononiensis.

⁂ In extrauag. ambitiosæ. de reb. eccl. non alien. T. 6.

Ambrosius de Vignate.

☙ In c. super litteris. de rescript. T. 2.
☙ In c. quoniam frequenter. vt lite non contest. T. 2.

Andreas Barbatia Siculus.

In Rubr. de fide instrument. T. 4.

Andreas ab Exea.

⁂ In rubr. de constitutionib. T. 2.
⁂ In c. 1. eod. tit. T. 2.
⁂ In c. cognoscentes. eod. tit. T. 2.
⁂ In c. cum omnes. eod. tit. T. 2.

Antonius Burgos Hyspanus.

☙ In Rub. de constitutionib. T. 2.
☙ In c. 5. eod. tit. T. 2.
☙ In c. cognoscentes. eod. tit. T. 2.
☙ In c. cum omnes. eod. tit. T. 2.
☙ In c. quæ in ecclesiarum. eod. tit. T. 2.
☙ In c. cum accessissent. eod. tit. T. 2.
☙ In c. Ecclesia Sanctę Mariæ. eo. tit. T. 2.
☙ In Rubr. de rescript. T. 2.
☙ In c. sicut Romana. eo. tit. T. 2.
☙ In c. ex parte. eo. tit. T. 2.
☙ In c. cæterum. eo. tit. T. 2.
☙ In c. inter cæteras. eod. tit. T. 2.
☙ In c. de quouultdeo. de iudic. T. 3.
☙ In c. decernimus. eod. tit. T. 3.
☙ In c. quanto. eod. tit. T. 3.
☙ In c. at si clerici. eod. tit. T. 3.
☙ In c. intelleximus. eod. tit. T. 3.
⁂ In rub. de empt. & vendit. T. 4.
⁂ In c. placuit. eod. tit. T. 4.
⁂ In c. vt mensuræ. eod. tit. T. 4.
⁂ In c. cum dilecti. eod. tit. T. 4.
⁂ In c. peruenit eod. tit. T. 4.
⁂ In c. ad nostram. eod. tit. T. 4.
⁂ In c. cum causa. eod. tit. T. 4.
⁂ In c. si venditori. eod. tit. T. 4.

Antonius de Butrio Bononien.

In c. vestra. de cohab. cleric. & mul. T. 4.

Antonius Corsetus Siculus.

⁂ In rubr. de iurciuran. T. 4.
In c. grandi. de supplen. negl. prælit. lib. 6. T. 5.

Antonius Rosellus Aretinus.

☙ In c. quidam episcopus. 2. q. 2. T. 1.
☙ In c. manifesta. 2. q. 1. T. 1.
☙ In c. interrogatum. 2. q. 5. T. 1.
☙ In c. Si autem. 2. q. 6. T. 1.

Arnaldus Albertinus.

⁂ In Rubr. de hęreticis. lib. 6. T. 5.
⁂ In c. quoniam. eo. tit. T. eo.

Arnaldus de Solerio.

In c. si pater. de testament. lib. 6. T. 5.

Azo a Ramenghis.

In Proęmium Decreti. T. 1.
In c. humanum genus. 1. distinct. T. 1.
In c. nos in quemquam. 2. q. 1. T. 1.
In c. sicut sine. 2. q. 1. T. 1.
In c. ideo. el primo. 2. q. 6. T. 1.

Baptista de S. Blasio Patauinus.

⁂ In Rubr. Decreti. T. 1.

Bartholomæus Bellencinus Mutinensis.

☙ In c. cùm Ioannes eremita. de fide instr. T. 4.
☙ In c. si cautio. eo. tit. T. 4.

Benedictus Canophilus Sangrinus.

⁂ In c. 1. de constitutionib. T. 2.
⁂ In extr. ambitiosę. de reb. eccl. non alie. T. 6.

Benedictus Capra Perusinus.

☙ In cle. abbates. de rescript. T. 6.
☙ In cle. auditor. eo. tit. T. 6.
☙ In cle. gratię. eo. tit. T. 6.
☙ In cle. litteras. eo. tit. T. 6.
☙ In cle. cum rationi. de electio. T. 6.
☙ In cle. dispendiosam. de iudic. T. 6.
☙ In cle. vnica. de cau. poss. & propr. T. 6.
☙ In cle. si ante. de dolo & contum. T. 6.
☙ In cle. Romani. de iureiuran. T. 6.
☙ In cle. dięcesanus. de uita, & hon. cler. T. 6.
☙ In cle. cum ei quem. de concess. præben. T. 6.
☙ In cle. monasteriorum. de reb. eccl. non al. T. 6.

Boschus Codecha Papiensis.

⁂ In Rubr. de constitutionib. T. 2.
⁂ In Rubr. de iudicijs. T. 3.
⁂ In c. de quouultdeo. eo. tit. T. 3.

Constantinus Coptius Archidiac. Surrent.

⁂ In c. licet ratione. de foro compet. T. 3.

Aegidius Bellamera.

⁂ In c. Romana. de foro compet. lib. 6. T. 5.

In c. ſęculares. eo. tit. & lib. T. 5.
In c. cum C. laicus. eo. tit. & lib. T. 5.
In proęmium Clementinarum. T. 6.
In cle. fidei. de Sum. Trin. & fide cath. T. 6.
In cle. ābbates. de reſcript. T. 6.
In cle. Iudices. de offic. deleg. T. 6.
In cle. ſi plures. de pręben. T. 6.
In cle. ſi vna. de reb. eccl. non alie. T. 6.
In cle. religioſi. de decim. T. 6.

Emanuel Coſta Luſitanus.

In c. ſi pater. de teſta. lib. 6. T. 5.

Ferdinandus Paaez.

In c. miſſas. de conſecr. diſt. 1. T. 1.

Federicus de Senis.

In c. dilectus. 2. de pręben. T. 4.

Fortunius Garcias Hyſpanus.

In c. 1. de pactis. T. 3.

Franciſcus Arias de Valdera.

In c. porro. de ſent. excom. T. 4.

Franciſcus Coſcius Senens.

In Rub. de conſtitut. T. 2.
In c. cognoſcentes. eo. tit. T. 2.
In c. translato. eo. tit. T. 2.
In Rub. de offic. delega. T. 2.
In c. 1. eod. tit. T. 2.

Franciſcus Niconitius Nigro Corcireus.

In c. quoniam contra. de probationib. T. 3.
In Rubr. de teſtamentis. T. 4.

Franciſcus Zabarella Patauinus.

In c. vt animarum. de conſtit. lib. 6. T. 5.

Gaſpar Calderinus Bononienſis.

In c. noſtro poſtulaſti. de pęn. & remiſſ. T. 4.

Georgius Natta.

In c. quamuis. de pact. lib. 6. T. 5.
In clem. ſępe. de verb. ſig. T. 6.

Guilelmus de monte Lauduno.

In cle. ſępe. de verb. ſig. T. 6.
In extr. ſędes apoſtolica. de offic. deleg. T. 6.
In extr. execrabilis. de pręben. T. 6.
In extr. ſuſcepti regiminis. ne ſede vacan. T. 6.

Hippolytus de Marſilijs Bonon.

In c. at ſi clerici. de iudic. T. 3.

Hippolytus Riminaldus Ferrarienſis.

In Rub. de conſtitutionib. T. 2.
In c. 1. eod. tit. T. 2.
In c. quę in eccleſiarum. eod. tit. T. 2.
In c. 1. de offic. delega. T. 2.
In c. ſi pro debilitate. eo. tit. T. 2.
In Rubr. de iudicijs. T. 3.
In c. Dequouultdeo. eo. tit. T. 3.
In c. cum non ab homine. eo. tit. T. 3.

Iacobus de Beluiſo Bonon.

In c. Romana. de foro compet. lib. 6. T. 5.

Iacobus Cagnacenus.

In c. quoniam contra. de probationib. T. 3.

Iacobus Zochius Ferrarien.

In c. Paſtoralis. de reſcript. T. 2.
In c. conſtitutus. eo. tit. T. 2.
In c. ſuper litteris. eo. tit. T. 2.
In c. bonę memorię. 2. de poſtu. pręl. T. 2.
In c. omnis vtriuſque ſexus. de pœn. & rem. T. 4.

Ioannes Antonius Niger Campanus.

In extr. vnica. de vita, & hon. clerico. T. 6.

Ioannes Bapt. Ferretus Vincentinus.

In Rubr. de conſtitutionib. T. 2.
In c. 1. eod. tit. T. 2.
In c. cum omnes. eo. tit. T. 2.
In c. cum M. Ferrarien. eo. tit. T. 2.
In Rub. de probationib. T. 3.
In c. 1. eod. tit. T. 3.
In c. ſicut conſuetudo. eo. tit. T. 3.
In c. iurauit. eod. tit. T. 3.
In c. in prę ſentia. eo. tit. T. 3.
In c. quoniam contra. eo. tit. T. 3.

Ioannes Brunellus.

In c. 1. de homicidio T. 4.

Ioannes Calderinus Bonon.

In Proęmium Decretalium T. 2.
In c. mandatum. de reſcript. T. 2.
In c. ab excommunicato. eo. tit. T. 2.
In c. veſtra. eo. tit. T. 2.
In c. in noſtra. eo. tit. T. 2.
In c. ſuper. eo. de elect. T. 2.
In c. cum in iure. eo. tit. T. 2.
In Rubr. de ordine cognit. T. 3.
In c. intelleximus. eo. tit. T. 3.
In c. ſuper ſpoliatione. eo. tit. T. 3.
In c. dilectus. de cau. poſſ. & proprie. T. 3.
In c. poſt ceſſionem. de probat. T. 3.
In c. dilectorum. de teſtib. cogendis. T. 4.
In c. ex parte tua. de appell. T. 4.
In c. veſtra. de cohab. cler. & mul. T. 4.
In c. cum noſtris. de conceſſ. præben. T. 4.
In c. poſtulaſtis. eo. tit. T. 4.
In Rub. de reb. eccl. non alien. T. 4.
In c. de illis. de raptorib. T. 4.
In c. nauiganti. de vſuris. T. 4.
In Rubr. de donationib. T. 4.

Ioannes de Capiſtrano.

In Rubr. de pœn. & remiſſ. T. 4.
In c. manifeſta. eo. tit. T. 4.
In c. presbyterum. eo. tit. T. 4.
In extrau. prima. de verb. ſig. T. 6.

Ioannes Crot. de Monteferrato.

In Rub. de appell. T. 4.
In c. dilecti. eo. tit. T. 4.
In c. inter cętera. eo. tit. T. 4.
In c. ad noſtram. eo. tit. T. 4.
In c. perſonas. eo. tit. T. 4.
In c. cum ſit Romana. eo. tit. T. 4.
Io c. ex ratione. eo. tit. T. 4.
In c. de appellationibus. eo. tit. T. 4.
In c. ſuper eo. eo. tit. T. 4.
In c. peruenit. eo. tit. T. 4.
In c. paſtoralis. eo. tit. T. 4.
In c. cum ceſſante. eo. tit. T. 4.
In c. cum ſpeciali. eo. tit. T. 4.
In Rubricam de Iurepatronatus.
In c. 1. eod. tit. T. 4.
In c. quanquam. eod. tit. T. 4.
In c. quoniam. eod. tit. T. 4.
In c. quod autem. eo. tit. T. 4.
In c. ex litteris. eo. tit. T. 4.
In c. cum autem. eo. tit. T. 4.
In c. cum propter diſcordias. eo. tit. T. 4.
In c. cum dilectus. eo. tit. T. 4.
In c. quia in omnibus. de vſur. T. 4.
In c. ſuper eo. eod. tit. T. 4.
In c. cum tu. eo. tit. T. 4.
In c. in ciuitate. eo. tit. T. 4.
In c. conqueſtus. eo. tit. T. 4.
In c. ſalubriter. eo. tit. T. 4.
In c. nauiganti. eo. tit. T. 4.

Ioannes de Graſſis.

In c. quo iure. 8. diſt. T. 1.
In c. cleros. 21. diſt. T. 1.
In c. vnum orarium. 25. diſt. T. 1.
In c. ſi Papa. 40. diſt. T. 1.

Ioannes Gutenius.

In c. quamuis. de pactis. lib. 6. T. 5.

Ioannes Quintinus Hæd.

In c. nouit. de iudicijs. T. 3.
In c. de multa. de pręben. T. 4.

Lanfrancus de Oriano.

In c. quoniam contra. de probat. T. 3.
In clem. ſępe. de verb. ſignific. T. 6.

Laurentius Belus.

In c. nullus mortuus. 13. q. 2. T. 1.

Laurentius de Rodulphis Florent.

In c. ſine exceptione. 22. q. 2. T. 1.
In c. monachi. 16. q. 1. T. 1.

Ludouicus Gomeſius Epiſcopus Sarnenſ. Hiſp.

In Rub. de conſtit. lib. 6. T. 5.
In c. licet. eod. tit. & lib. T. 5.
In c. vt animarum. eod. tit. & lib. T. 5.
In Rub. de reſcrip. lib. 6. T. 5.
In c. ipſo iure. eo. tit. & lib. T. 5.
In c. cum in multis. eod. tit. & lib. T. 5.
In c. diſpendia. eod. tit. & lib. T. 5.
In c. ſtatutum. eod. tit. & lib. T. 5.
In c. 1. de iudicijs. eod. lib. T. 5.
In c. mulieres. cod. tit. & lib. T. 5.
In c. ſi annum. eod. tit. & lib. T. 5.
In c. ſi pater. de teſtamen. eod. lib. T. 5.

Marcus Ant. Marſcotus de Caluis.

In c. licet. de conſtitutionibus. lib. 6. T. 5.
In c. vt animarum. eod. tit. & lib. T. 5.

Marianus Socinus Senenſ.

In c. venerabilis. de iudicijs. T. 3.

Matthæus Nerutius Geminianenſis.

In Rub. de ſent. & re iudic. T. 4.
In Rubr. de appellat. T. 4.
In c. dilecti. eod. tit. T. 4.
In c. inter cętera. eod. tit. T. 4.
In c. ad noſtram. eod. tit. T. 4.
In Rubr. de teſtamen. T. 4.

Michael Calidonius Vincent.

In Rubr. de iudicijs.

Nicolaus de Tudeſchis Abb. Panormit.

In c. per tuas. de arbitr. T. 2.

Paulus de Eleazarijs.

In c. & ſi vnanimiter. de poſtu. præl. T. 2.
In Rubr. de elect. T. 2.
In c. nullus. eod. tit. T. 2.
In Rubr. de teſtibus. T. 4.
In c. cum nuncius. eod. tit. T. 4.
In c. teſtimonium. eod. tit. T. 4.
In Rubr. de cauſa poſſeſſ. & proprie. T. 3.
In c. paſtoralis. eod. tit. T. 3.
In Rubr. de reſti. ſpoliat. T. 3.
In c. in litteris. eod. tit. T. 3.
In Rubr. de dolo & contum. T. 3.
In c. finem litib. eod. tit. T. 3.
In Rubr. de confeſſis. T. 3.
In c. ex parte. eod. tit. T. 3.
In Rubr. de probationibus. T. 3.
In c. tertio loco. eod. tit. T. 3.

Petrus Andr. Gammarus Bonon.

In Rubr. de rerum permut. lib. 6. T. 5.
In c. licet. eod. tit. & lib. T. 5.
In extr. Iulij Secundi de electione Simoniaci Romani Pontificis. T. 6.

Petrus Ancharanus Bonon.

In c. canonum ſtatuta. de conſtit. T. 2.

Petrus de Craſſis Mediolanen.

In c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. T. 3.

Petrus Paulus Pariſius Conſentinus.

In c. in præſentia. de probationibus. T. 3.
In c. quoniam contra. eod. tit. T. 3.
In c. fraternitatis. de teſtibus. T. 4.
In Rubr. de exceptionibus. T. 4.
In c. denique. eod. tit. T. 4.
In c. a nobis. eod. tit. T. 4.
In c. cum eccleſiæ. eod. tit. T. 4.
In c. paſtoralis. eod. tit. T. 4.
In c. cum inter. eod. tit. T. 4.
In c. cum venerabilis. eod. tit. T. 4.
In c. olim & infra. eod. tit. T. 4.
In c. dilecti. eod. tit. T. 4.
In c. apoſtolicæ. eod. tit. T. 4.

In c.

In c.dilecte.eod.tit.T.4.
In c.significauerunt.eod.tit.T.4.
In c.exceptionem.eod.tit.T.4.
In c.aduersario.eod.tit.T.4.
In c.venerabilem.eod.tit.T.4.
In Rubr.de præsumptionibus.T.4.
In c.placuit.eod.tit.T.4.
In c.nihil.eod.tit.T.4.
In c.sanctorum.eod.tit.T.4.
In c.de quarta.eod.tit.T.4.
In c.vigilanti.eod.tit.T.4.
In c.ad aures.eod.tit.T.4.
In c.causam quæ.eod.tit.T.4.
In c.illud autem.eod.tit.T.4.
In c.quia indicante.eod tit.T.4.
In c.ex transmissa.eod.tit.T.4.
In c.accedentes.eod.tit.T.4.
In c.cum non liceat.eod.tit.T.4.
In c.ad audientiam.eod.tit.T.4.
In c.cum nobis.eod.tit.T.4.
In c.auditis.eod.tit.T.4.
In c.cum ex officij.eod.tit.T.4.
In c.si diligenti.eod.tit.T.4.
In c.cum olim.eod.tit.T.4.
In c.veniens.eod.tit.T.4.
In c.quoniam omne.eod.tit.T.4.

Petrus Rebuffus.

In c.postulastis.de cler.excom.min.T.4.

Petrus de Vbaldis Perus.

In c.si diligenti.de præscriptionlbus.Tit.4.

Philippus Franchus de Perusio.

In Rubr.de testamentis.T.4.
In c.si pater.eod.tit.T.4.

Quintilianus Mandosius.

In Rubr.de constitutionibus.T.2.in appendice:
In c.1.eod.tit.T.2.in app.
In c.2.eod.tit.T.2.in app.
In c.cum M.eod.tit.T.2.in app:
In Rubr.de rescript.T.2.in app.
In c.super litteris.eod.tit.T.2.in app.
In Rubr.de offic.deleg.T.2.in app.
In c.1.eod.tit.T.2.in app.
In c.si pro debilitate.eod.tit.T.2.in app.
In c.in litteris.eod.tit.T.2.in app.
In c.cum in iure.eod.tit.T.2.in app.
In Rubr.de in integr.resti.T.2.in app.
In c.1.eod.tit.T.2.in app.
In Rubr.de probat.T.2.in app.
In c.1.eod.tit.T.2.in app.
In c.quoniam contra.eod.tit.T.2.in app.

Rochus Curtius Papien.

In Rubr.de iurepatronatus.T.4.

Sebastianus Medices Floren.

In c.erit.4.dist.T.1.

Stephanus Aufrerius.

In cle.vt clericorum.de offic.ordin.T.6.

Stephanus Costa.

In Rubr.de sentent.excom.lib.6.T.5.
In c.cum medicinalis.eod.tit.& T.
In c.solet.eod.tit.& T.
In c.quia periculosum.eod.tit.& T.
In c.Romana.eod.tit.& T.
In c.vniuersitatem.eod.tit.& T.
In c.dilecto.eod.tit.& T.
In c.venerabilibus.eo d.tit.T.
In c.decernimus.eod.tit.& T.
In c.constitutionem.eod.tit.& T.
In c.præsenti.eod.tit.T.5.
In c.quicunque.eod.tit.& T.
In c.si iudex laicus.eod.tit.& T.
In c.statutum.eod.tit.& T.
In c.licet.eod.tit.& T.
In c.si clericos.eod.tit.& T.5.
In c.si sententia.eod.tit.& T.5.
In c.si ciuitas.eod.tit.& T.5.
In c.si is qui.eod.tit.& T.5.
In c.quoniam.eod.tit.& T.5.
In c.is cui.eod.tit.& T.5.
In c.religioso.eod.tit.& T.5.
In c.eos.eod.tit.& T.5.
In c.cum quis.eod.tit.& T.5.
In c.alma.eod.tit.& T.5.

Stephanus de Gaeta.

In c.ad limina.30.q.1.T.1.

Thomas Cananus Ferrarien.

In procem.Decreti.T.1.

Vincentius Carocius.

In c.cum quid.de reg.iur.lib.6.T.5.

ELENCVS REPETITIONVM

quæ in hoc primo Tomo continentur.

Rubrica Decreti. Baptistæ de S. Blasio — *folio.* 1
Proœmium Decreti. Azonis à Ramenghis — *fol.* 12
Thomæ Canani Ferrariensis — *fol.* 14
c. humanum genus. 1. dist. Azonis à Ramenghis — *fol.* 23
c. erit. 4. distinct. Sebastiani medices Flor. — *fol.* 25
c. quo iure. 8. distinct. Ioannis de Grassis — *fol.* 30
c. cleros. 21. distinct. eiusdem — *fol.* 31
c. in nomine. 23. distinct. eiusdem — *fol.* 32
c. vnum orarium. 25. distinct. eiusdem — *fol.* 33
c. si Papa. 40. distinct. eiusdem — *fol.* 35
c. quidam Episcopus. 2. q. 1. Antonij Roselli Pat. — *fol.* 36
c. nos in quenquam. 2. q. 1. Azonis à Ramenghis — *fol.* 47
c. sicut sine. 2. q. 1. eiusdem — *fol.* 50
c. manifesta. ead. cau. & q. Antonij Roselli Pat. — *fol.* 52
c. interrogatum. 2. q. 5. eiusdem — *fol.* 64
c. si autem. 2. q. 6. eiusdem — *fol.* 71
c. ideo. el primo. 2. q. 6. Azonis à Ramenghis — *fol.* 76
c. sine exceptione. 12. q. 2. Laurentij de Rodulphis — *fol.* 79
c. nullus mortuus. 13. q. 2. Laurentij Beli — *fol.* 92
c. monachi. 16. q. 1. Laurentij de Rodulphis — *fol.* 101
c. ad limina. 30. q. 1. Stephani de Gaeta — *fol.* 102
c. missas. de consecrat. dist. 1. Ferdinandi Paaez — *fol.* 214

REPETITIONVM
IN IVRE CANONICO
CELEBERRIMORVM VTRIVSQVE FACVLTATIS IVRISCONSVLTORVM
Ad Decretum Gratiani.

Tomus Primus.

REPETITIO IN RVBRICAM DECRETI, CELEBERRIMI I.C.D. Baptistæ de S. Blasio.

SVMMARIVM.

1 *Gratianus compositor Decreti: & quare dicatur magister.num.2.*
3 *Doctores vel magistri qui dicantur.*
4 *Decretum quo tempore fuit compositum.*
5 *Glossator Decreti quis fuerit.*
6 *Glossæ Ioannis Theutonici in Decreto sunt potius laudãdæ ex fructu quàm ex ordine.*
7 *Decretum nunquid fuerit compositum ante alios libros canonicos vel ciuiles, an verò post eos.*
8 *Leges canonizatæ nunquid sint approbatæ ab ecclesia, adeò quòd in terris ecclesiæ sint seruandæ maximè in iudicijs.*
9 *Decreti liber nunquid sit approbatus & authenticus prout liber Decretalium, Sexti, & Clementinarum.*
10 *Nomina debent esse consequentia rebus.*
11 *Gratiani dicta quandoque reprobantur a doctoribus, & quandoque etiam a glossis.*
12 *Glossatores non possunt glossando facere librum non approbatum esse approbatum, nec legentes legendo.*
13 *Doctori egregio asserenti ita esse consuetudinem de aliquo ad probandum consuetudinem talem ita vigere, creditur.*
14 *Decretum subijcitur Methaphisicæ & theologiæ.*
15 *Rubricæ Decretorũ nunquid sint authenticæ, & possint allegari pro textu.*
16 *Gratianus non habuit potestatem condendi ius.*
17 *Decisiones dominorum de Rota nunquid sint authenticæ & approbatæ, & faciant ius.*
18 *Decretales vel leges extrauagantes, & sic non insertæ in voluminibus iuris cano. vel ciui. nunquid sint authenticæ, & faciant ius.*
19 *Legistæ quare, quando allegant capitula iuris canonici, dicant extra.*
20 *Sanctorum dicta nunquid dicantur approbata & authentica.*
21 *Lex Mosaica nunquid seruetur inter Iudæos, quòd primogenitus in successione parentis capiat duas partes, & secundo genitus vnam tantũ partẽ.*
22 *Poetarum, philosophorum, vel medicorum dicta nunquid possint allegari ad decisionem causarum.*
23 *Doctorum vtriusque iuris auctoritas est probabilis sed non necessaria.*
24 *Glos. auctoritas excedit auctoritatem cuiuscunque doctoris, adeò, vt vbi firmet pedem, non sit ab ea recedendum.*
25 *Arbor consanguinitatis & affinitatis nunquid sit authentica. Et quid de arbore actionum. num. 26.*
27 *Liber vsus feudorum nunquid sit authenticus.*
28 *Lombarda, nunquid sit liber approbatus & authenticus.*
29 *Nouellæ nunquid sint authenticæ & approbatæ.*
30 *Ius canonicum an ius ciuile sit seruandum.*
31 *Leges non dedignantur sequi sacros canones, & regulas diuinas.*
32 *Vsuræ prohibitæ de iure canonico censentur prohibitæ etiam de iure ciuili.*
33 *Iura ciuilia censentur approbata de iure canonico, quando non reperiuntur reprobata.*
34 *Gratianus quare diuiserit Decretum in tres partes.*
35 *Pœnitentiarum & confessionum materia quàm maxime necessaria ad salutem animarum nostrarum.*
36 *Quæ speciali nota sunt digna, nisi specialiter notẽtur, quasi neglecta videtur.*
37 *Lex interpretãs debet intelligi prout loquitur lex interpretata, & econtra.*
38 *Decretum quot distinctiones, quot causas, quot quæstiones, & quot capitula contineat.*
39 *Liber pontificalis nunquid sit authenticus.*
40 *Decretum imponit necessitatem ad eius obseruationem: Et quot modis capiatur Decretum. num. seq.*
42 *Paleæ cuius sint authoris.*
43 *Ius canonicum in quibus contradicat cum iure ciuili. nu. seq.*
44 *Possessor malæ fidei de iure canonico nullo tempore præscribit: secus de iure ciuili.*
45 *Clausula, si preces veritate nitantur, in rescripto Papæ semper subintelligitur: in rescripto autem principis secus, & non valet, nisi si expressa.*
46 *Ex pacto nudo de iure canonico oritur actio, secus de iure ciuili.*
47 *Stipulari alteri quilibet potest de iure cano. de iure ciuili secus.*
48 *Pactum iuratum de succedendo vel non succedendo in hæreditate recipientis pactum valet de iure cano. secus de iure ciuili.*
49 *Causa meri vel mixti imperij de iure cano. potest delegari, secus de iure ciuili.*
50 *Fabricator famosi libelli de iure cano. punitur pœna citra mortem, de iure autem ciuili decapitatur.*
51 *Appellari potest de iure cano. ab omni interlocutoria, secus de iure ciuili. Et nunquid debeat appellari in scriptis vel in voce, & quid de iure ciuili. num. 52.*
53 *Duo ex tribus arbitris de iure cano. possunt procedere ad expeditionem causæ arbitralis, & valent acta per eos: secus de iure ciuili.*
54 *Compromissum vt in arbitrum factum per partes in iudicem causæ de iure cano. valet, secus de iure ciuili.*
55 *Iudicium potest oriri inter patrem & filios in potestate constitutos in terris ecclesiæ: secus de iure ciuili.*
56 *Filiusfamil. etiam minor xxv. ann. saltem in causis spiritualibus de iure cano. potest stare solus in iudicio: secus de iure ciuili vbi pater est legitimus administrator.*
57 *Venditio fundi dotalis, vel donationis propter nuptias facta per mulierem vel maritum cum iuramento mulieris tenet de iure canonico, secus de iure ciuili.*
58 *Testes noui non possunt examinari in causa principali super primis capitulis de iure cano. nec etiam in causa appellationis: secus de iure ciuili in ipsa causa appellationis.*
59 *Appellari potest de iure can. a quocunq; iudice immediatè ad Papam, secus de iure ciuili, quia omissis medijs non potest appellari ad Principem.*
60 *Delegare quis potest alteri de iure cano. quod non potest pro se exercere. secus de iure ciuili.*
61 *Per denunciationem euangelicam multa expediri possunt de iure canon. quæ de iure ciuili sunt destituta omni remedio.*
62 *Vsurarius manifestus de iure cano. non potest testari, non præstita satisdatione de restituendis vsuris ablatis: secus de iure ciuili.*
63 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in vim exceptionis doli mali contra dolosum opponi potest etiam post biennium de iure cano. secus de iure ciuili.*
64 *Vidua absque pœna infamiæ vel alia pœna liberè potest nubere infra annum luctus primi viri sui defuncti: secus de iure ciuili.*
65 *Liberi naturales tantum per solum contractum matrimonij inter concubinarium & concubinam, cum qua poterat contrahi matrimonium tempore prolis susceptæ, legitimantur absque confessione instrumentorum dotalium: secus de iure ciuili.*
66 *Graduum computatio qualiter fiat de iure cano. & qualiter de iure ciuili.*
67 *Matrimonium contractum per filium vel filiamfamil. etiam sine consensu patris; tenet de iure cano. secus de iure ciuili.*
68 *Matrimonium inter tutorem, vel filium eius & pupillam vel adultam, cuius ille gesserat tutelam vel curam, de iure can. tenet secus de iure ciuili.*
69 *Liberi etiam nepharij, incestuosi, & nati ex damnato coitu de iure cano. sunt a parentibus alendi: secus de iure ciuili.*
70 *Instantia triennij vel biennij de iure cano. non finitur in causa principali: secus de iure ciuili.*
71 *Sententia vt valeat de iure cano. non curatur vtrum verba allegatiua vel executiua referantur ad personam procuratoris vel domini, & quid de iure ciuili.*
72 *Torneamenta & hastiludia de iure canonico sunt prohibita, permissa autem de iure ciuili.*
73 *Concubinatus & omnis coitus præter matrimonium de iure canonico prohibetur,*

hibetur, de iure autem ciuili concubinatus est licitus inter solutum & solutam, inter quos matrimonium contrahi posset.

74 *Testamentum factum coram presbytero & duobus vel tribus testibus de iure canonico valet. Secus de iure ciuili.*

75 *Clericus de iure canonico nunquam potest renunciare suo priuilegio fori: secus de iure Codicis.*

76 *Transire per agrum alienum, & propter necessitatem comedere, & asportare de uuis & spicis de iure canonico licet, secus de iure ciuili.*

77 *Ius ciuile clerici prohibentur audire, de iure canonico, secus de iure ciuili.*

78 *Studium Patauinum habet priuilegium, quòd clerici possint audire ius ciuile per quinquennium ad eorum instructionem, vt facilius capere possint doctrinam iuris canonici.*

79 *Serui de iure canonico possunt contrahere matrimonium, dummodo dominis suis præstent debita seruitia: secus de iure ciuili.*

80 *AEdificium factum in solo alterius de pecunia ecclesiæ trahit ad se dominium soli fauore ecclesiæ: de iure autem ciui. ædificium semper cedit solo.*

81 *Fœminæ de iure canonico admittuntur in testes in testamentis, secus de iure ciuili.*

In causis autem criminalibus non possunt esse testes regulariter de iure canonico, de iure ciuili verò sic. num. 82.

83 *Periurus etiam in iuramento iudiciali de iure canonio efficitur infamis & prohibetur a testimonio, & pœnitere debet 40. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquàm esse sine pœnitentia. De iure autem ciuili solum Deum habet vltorem, nec punitur in hoc seculo.*

84 *Emphyteuta Ecclesiæ, vel alterius priuati de iure canonico licèt cessauerit per biennium aut triennium solvere canonem, nihilominus celeri satisfactione potest offerendo canones præteritos, seu pensiones præteritas moram purgare: de iure autem ciui. per lapsum dicti temporis cadit a iure suo irreparabiliter, si dominus velit.*

85 *Alienata per parentes in fraudem liberorum etiam ex causa reuocantur de iure canonico, secus de iure ciuili.*

86 *Affinitas de iure canonico contrahitur per coitum carnalem in vase debito etiam absque matrimonio: de iure autem ciui. secus.*

87 *Consobrini, vel patruelles de iure canonico non possunt inter se contrahere matrimonium, secus de iure ciuili.*

88 *Interdictum recuperandæ possess. etiam ad pœnam post annum de iure canonico intentari potest. de iure ciuili secus.*

89 *Seruus de iure canonico non tenetur præferre charitatem domini sui charitati propriæ. de iure ciuili secus.*

90 *Iudex ordinarius de iure canonico potest vt suspectus recusari ex iusta causa, sed de iure ciuili associatur, non autem recusatur.*

91 *Senes & alij simili ratione excusati, ne ferant testimonium, admittuntur in testes de iure canonico & coguntur ferre testimonium propter peccatum, de iure ciuili secus. Et quis dicatur senex.*

92 *Pœnitentia etiam re integra in contractibus innominatis non habet locum: secus de iure ciuili.*

93 *Testium examinatio etiam in causis criminalibus de iure canonico potest alteri comitti: secus de ciuili.*

94 *Iniurarum actio de iure canonico est transmissoria ad hæredes & contra hæredes: secus de iure ciuili.*

95 *Sacerdotium & quilibet ordo sacer de iure canonico liberat a patria potestate: de iure autem ciui. sola dignitas episcopalis.*

96 *Clerici homines & episcopi vel administratores ecclesiarum de iure canonico de bonis proprijs quæsitis aliter quàm contemplatione ecclesiæ, possunt testari, & pro libito disponere: secus de iure ciuili.*

97 *Bellum deserens, vel fugiens de iure canonico fit infamis, de iure verò ciuili capite plectitur.*

98 *Hæres de iure canonico tenetur ex delicto defuncti etiam lite non contest. secus de iure ciuili.*

99 *Consuetudo de iure canonico non valet, nisi sit præscripta. secus secundum leges.*

100 *Donatio facta ecclesiæ sub modo non reuocatur, licèt modus non sit adimpletus: secus de iure ciuili.*

101 *Difficultas iurantis de iure canonico eum excusat a periurio: secus de iure ciuili.*

102 *Grauatus per fideicommissum, si ei debetur legitima, detrahit duas quartas de iure canonico si est grauatus restituere post mortem suam: secus de iure ciuili.*

103 *Legatum impediens de iure canonico excommunicatur, secundum leges verò traditur hostibus vt seruus eorum fiat.*

104 *Crimen quodcunque de iure canonico infamat: secus de iure ciuili, & efficitur publicum, quod non est secundum leges. num. 105.*

106 *Absens in criminalibus de iure canonico potest damnari post lit. contest. si liquet de causa: secus de iure ciuili.*

107 *Præscribenti de iure canonico datur nedum exceptio, verùm & actio: secus de iure ciuili.*

108 *Mulier etiam nobilis de iure canonico tenetur per seipsam lactare filios suos: secus de iure ciuili.*

109 *Viro non licet dimittere vxorem suam de iure canonico excepta causa fornicationis: de iure autem ciui. ex alijs multis causis vir potest dimittere vxorem, & econtra.*

110 *Compromissum de iure canonico fieri potest etiam cum iuramento: secus de iure ciuili.*

111 *Vniuersitas de iure canonico potest constituere procuratorem, de iure verò ciui. vniuersitas constituit syndicum non procuratorem.*

112 *Possessorium recuperandæ possessionis de iure canonico potest intentari contra quemcunque, ad quem res illicitè peruenit: secus de iure ciuili*

113 *Iudici seculari de iure canonico non licet etiam incidenter cognoscere de causa spirituali: secus de iure ciuili.*

114 *Prælatus ecclesiæ de iure canonico potest procuratorem constituere in causa ecclesiæ suæ etiam ante lit. contest. secus de iure ciuili.*

115 *Accusatus condemnatus de crimine, de iure canonico suum accusatorem vel extraneum accusare non potest: secus de iure ciuili.*

116 *Delegati iurisdictio de iure canonico nedum per litis contest. sed etiam per solam citationem perpetuatur: secus de iure ciuili.*

117 *Causa appellationis de iure canonico potest allegari, reseruata sententiæ prolatione: secus de ciuili.*

118 *Iudex de iure cano. potest cuicunque causam delegare: secus de iure ciuili.*

119 *Iudex delegatus de iure canonico si subdelegat causam in totum, appellatur ad primum delegantem: si verò in partem, aliquo sibi reseruato, appellatur ad ipsum subdelegantem: secus de iure ciuili.*

120 *Furtum de iure canonico largo modo capitur pro omni illicita contractione, secus de iure ciuili.*

121 *Iurare per creaturas non licet de iure canonico, nisi quatenus reperitur expressum: secus de iure ciuili.*

122 *Actionis nomen in libello exprimere de iure canonico non est necesse: secus de iure ciuili.*

123 *Iudex delegatus cùm recusatur vt suspectus opus est causam suspicionis allegare, & probare: secus de iure ciuili.*

124 *Ecclesia contra præscriptionem contra eam cursam non restituitur de iure canonico, secus de iure ciuili.*

125 *Fama sola quòd quis sit excommunicatus de iure canonico facit illum esse uitandum. de iu. verò ciuili fama sola non facit plenam probationem.*

126 *Confessores & prædicatores non habentes aliter vnde viuant, licitè possunt etiam inuitis dominis de iure canonico recipere eleemosinas ab vsurarijs & raptoribus aliarum rerum: secus de iure ciuili.*

127 *Clerici Parisijs commorantes possunt etiam in causa pecuniaria de iure canonico coràm episcopo loci conuenire alios laicos: secus de iure ciuili.*

128 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici absque consensu sui proprij episcopi: de iure autem ciui. potest prorogari iurisdictio iudicis non sui, etiam sine consensu proprij iudicis.*

129 *In causis matrimonialibus vbi agitur de matrimonio dissoluendo de iure canonico potest procedi ad diffinitiuam etiam lite non contesta. de iure ciuili secus.*

130 *Sequestrum potest fieri de iure canonico propter absentiam rei: secus de iure ciuili.*

131 *Remedium offerendi se liti cessat de iure canonico in negotijs ecclesiasticis: secus de ciuili.*

132 *Testes de credulitate & auditu admittuntur de iure canonico ad probandum consanguinitatem pro impediendo matri. secus de iure ciuili.*

133 *Sententia in causa matrimoniali de iure canonico potest fieri sine scriptis: secus de iure ciuili.*

134 *Testis vnicus de iure canonico aliquando facit plenam probationem, & quo casu: secus de iuri ciuili.*

135 *Abbas in causa sui monasterij de iure canonico tenetur iurare de calumnia in animam maioris partis de capitulo suo vel conuentu suo, de iure autem ciu. iurat in animam suam.*

136 *Testes de iure canonico non ita absolutè compelluntur ferre testimonium, vbi alij testes haberi possunt, sicut de iure ciuili.*

137 *Frater de iure canonico potest accusare fratrem vel sororem etiam de crimine graui: secus de ciuili.*

138 *Parentes de iure canonico possunt testificari contra liberos, vel pro liberis, & econtra: secus de iure ciuili.*

139 *Exceptio excommunicationis dilatoria de iure canonico potest opponi in quacunque parte iudicij etiam post lit. contest. de iure autem ciu. nulla exceptio dilatoria potest opponi post lit. contest.*

140 *Sententia contra matrimonium lata aduersus mulierem, etiam si transierit in rem iudicatam fauore matrimonij de iure canonico potest rescindi. secus de iure ciuili.*

141 *Cessio omnis percepta per clericum a laico præsumitur simulata de iure canonico, secus de iure ciuili.*

142 *Pœna ratione partis non solutæ insolidum exigi non potest de iure canonico, secus de iure ciuili.*

143 *Furem iudicare quilibet tenetur de iure canonico, secus de iure ciuili.*

144 *Ordinator ad sacros ordines nec tabellio non possunt aliquid recipere pro ordinatione vel scriptura: de iu. verò Auct. permittebatur ex consuetudine.*

145 *Transigere non licet de iure canonico in causa spirituali. de iu. autem ciuili licet transigere nedum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus.*

146 *Matrimonium non præsumitur inter pares simul habitantes & se tractantes, vt vir & vxor, nisi ostendatur solemnitas nuptiarum de iure canonico, secus de iure ciuili.*

147 *Promissio pœnæ vel arrharum in matrimonijs de iure canonico non valet, de iu. autem ciuili valet promissio arrharum.*

148 *Pater de iure canonico non potest filiã inuitã maritare, secus de iu. ciuili.*

149 *Spurij, incestuosi, vel nati ex damnato coitu de iure canonico prohibentur eligi ad decurionatum vel alium honorem: secus de iure ciuili.*

150 *Ecclesia in suis contractibus de iure canonico non potest decipere secum contrahentem etiam vsque ad dimidiam iusti precij, secus de iure ciuili.*

151 *Hæres non adimplens voluntatem defuncti de iure canonico priuatur in totum hæreditate, etiam nulla sibi relicta legitima, si sit de liberis: de iure autem ciuili priuatur hæreditate, relicta nihilominùs sibi legitima.*

152 *Sacrilegus aliter de iure canonico, aliter de iure ciuili punitur.*

153 *Iuramentum pupilli doli capacis seruandum est: secus de iure ciuili.*

154 *Fur qualiter accipiatur de iure canonico, & qualiter de iure ciuili.*

155 *Iura omnia habentia causam continuam vel discontinuam contra ecclesiã de iure canonico præscribuntur spacio 40. annorum vniformiter. secus de iure ciuili.*

156 *Deficiens in probatione condemnatur in expensis de iure canonico, secus de iure ciuili.*

157 *Incendiarij pœna alia de iure canonico, alia de iure ciuili.*

158 *Homicidæ tot esse censentur de iure canonico, quot vulnerantes, etiam quòd ex ictu vnius perierit vulneratus: secus de iure ciuili.*

159 *Maleficis & diuinatoribus alia imponitur pœna de iure canonico, alia de iure ciuili.*

160 *Monacham carnaliter cognoscenti aliter imponitur pœna de iure canonico, aliter de iure ciuili.*

161 *Matrimonium de iure canonico non dissoluitur, altero coniugum volente intrare monasterium, nisi ingressus fiat ante sequutam copulam: secus de iure ciuili.*

162 *Legatum rei alienæ de iure canonico indistinctè non valet: de iure autem ciuili distinguitur, vt ibidem.*

163 *Filiusfamil. de iure canonico, obligatur in voto: secus de iure ciuili.*

164 *Peccans contra naturam qualiter puniatur de iure canonico, & qualiter secundum leges.*

165 *Adulteram pater aut maritus de iure canonico non potest occidere, secus de iure ciuili.*

166 *Mulier rapta de iure canonico potest nubere suo raptori, secus de iure ciuili.*

167 *Emens rem a fisco de iure canonico, eam tenetur restituire: secus de iure ciuili in emente rem alienam quamcunque.*

168 *Solennitas quæ requiratur in alienatione rerum eccles. de iure canonico, & quæ de iure ciuili.*

169 *Conducere domum inuito primo inquilino scholare de iure canonico non licet: secus de iure ciuili.*

170 *Pignorare bona eccle. sacra vel religiosa ex causa necessaria licet de iure canonico secus de iure ciuili.*

171 *Voluntas testatoris maximè in piam causam potest committi in arbitrijs alterius de iure canonico, nec censetur captatoria, secus de iure ciuili.*

172 *Sumptus ex fructibus quo ad onus soluendi decimam ex fructibus de iure canonico, non deducuntur: secus de iure ciuili.*

173 *Vectigalia noua imponentes primò moniti vt desistant, qualiter puniantur de iure canonico, & qualiter de iure ciuili.*

174 *Contrahens cum puella nondum septem annos habente, cum qua tentauit copulam, licèt matrimonium non fuerit sequutum proter ætatem puellæ, de iure canonico non potest ducere in vxorem aliam consanguineam illius puellæ: secus de iure ciuili.*

175 *In electionibus quæ forma seruetur de iure canonico, & quæ de iure ciuili*

176 *Consensus inter non valentes loqui qualitercunque declaratus, & etiam inter valẽtes loqui sufficit de iure ciuili: secus de iure canonico.*

177 *Archiepiscopus de iure canonico debet sepeliri cum pallio: secus de iure ciuili.*

Nec potest vti suo palio extra prouinciam suam, secus de iure ciuili. numero 178.

179 *Licentiam obtinens a Papa renunciandi dignitati, cogitur illi cedere: de iure autem ciuili qui cessit bonis re integra, ex pœnitentia potest bona recuperare.*

180 *Quæ competant libertis ecclesiæ de iure canonico, & quæ de iure ciuili.*

181 *Pœna falsi quæ sit de iure canonico, & quæ de iure ciuili, & nu. 188.*

182 *Præsentans indignum non priuatur de iure canonico iure præsentandi: secus de iure ciuili.*

183 *Pœna quæ imponatur interficienti liberos suos vel parentes de iure canonico, & quæ de iure ciuili.*

184 *Clerico non licet de iure canonico aliquem occidere pro defensione rerum suarum: de iure verò ciuili cuilibet licet pro defensione rei suæ occidere, si aliter rem suam defendere non possit.*

185 *Virginem secum abducens tenetur eam dotare & accipere in vxorem: aliter autem de iure ciuili.*

186 *Stuprator Virginis qualiter puniatur de iure canonico, & qualiter de iure ciuili.*

187 *Raptus qualiter accipiatur de iure canonico, & qualiter de iure ciuili.*

189 *Super possessorio & petitorio simul & semel potest procedi: secus de iure ciuili.*

190 *Terra noualis quæ dicatur de iure canonico, & quæ de iure ciuili.*

191 *Petens plus re, causa, loco, vel tempore qualiter condemnetur de iure canonico, & qualiter de iure ciuili.*

192 *Delegatus etiam ab ordinario de iure cano. exequitur suam sententiam, secus de iure ciuili, nisi sit delegatus à principe.*

193 *Iudices si plures sint collegæ, de iure cano. omnes debent concorditer iudicare in causa criminali mota contra aliquem episcopum, aliter sententia non valet: de iure autem ciuili sufficit sententia plurium vel maioris partis eorum.*

194 *Episcopum eijciens à propria sede, vel eum percutiens qualiter sit puniẽdus de iure canonico.*

Bona damnatorum reseruantur hæredibus de iure ciuili.

195 *Iudex, à quo appellatur, potest appellanti præfigere terminum, infra quẽ iter arripiat ad iudicem appellationis: secus de iure ciuili.*

Et potest per appellantem tanquàm suspectus recusari in alijs causis, pendente illa appellatione: secus de iure ciuili. num. 196.

197 *A sententia lata in possessorio recuperandæ potest appellari de iure canonico, secus de iure ciuili.*

198 *A sententia episcopi appellatur ad Papam vel ad metropolitanum de iure canonico, de iure autem ciuili potest appellari ad iudicium seculare.*

Et appellari potest bis: secus de iure ciuili. num. seq.

200 *Præscriptio contra ecclesiam non currit de iure canonico, viuente rectore ecclesiæ, qui alienauit illicitè rem ecclesiæ, vel qui dilapidauit eam: secus de iure ciuili.*

201 *Iuramentum calumniæ cessat in causis spiritualibus, vt in decimis & huiusmodi, & vendicat sibi locum iuramentum veritatis: de iure autem ciuili in quibuscunque causis sufficit iuramentum calum. præterquàm in criminalibus.*

202 *Quæstio, nunquid filius sit legitimus vel non, de iure canonico potest cognosci per iudicem ecclesiasticum tantum, etiam si non sit iudex causæ principalis: secus de iure ciuili.*

203 *Positio negatiua etiam improbabilis, si iudici æquum esse videbitur, de iure canonico potest admitti: secus de iure ciuili.*

204 *Testis criminosus de iure canonico à testimonio repellitur: de iure autem ciuili solum testis criminosus damnatus de crimine famoso.*

205 *Testes de iure canonico non compelluntur ferre testimonium in causa criminali: secus de iure ciuili.*

206 *Mulier de iure canonico potest accusare virum suum adulterum: secus de iure ciuili.*

207 *Pro adulterio de iure canonico, agitur solum ad separationem thori, & ad lucrum dotis vel donationis propter nuptias: sed de iure ciuili ad pœnam corporalem infligendam adulteræ. num. 215.*

208 *Iudex ordinarius recusatus vt suspectus de iure canonico potest causam totam delegare: secus de iure ciuili.*

209 *Maritus de iure canonico, etiam post quinquennium auditur de adulterio vxoris ad separationem thori: secus de iure ciuili:*

210 *Iudices de iure canonico nihil possunt à partibus habere vltra expensas quando proficiscuntur: de iure autem ciuili ordinarij recipiũt sportulas.*

211 *In notorijs de iure canonico proceditur iuris ordine non seruato: secus de iure ciuili.*

212 *Actori de iure canonico non licet trahere reum coràm diuersis iudicibus: secus de iure ciuili.*

213 *Causa ciuilis etiam ardua de iure canonico delegari potest absque alia iusta causa, dummodo non malitiosè: secus de iure ciuili.*

214 *Iurisdictio iudicis ordinarij de iure canonico potest prorogari de persona ad personam, iudicis autem delegati non: de iure autem ciuili etiam iudicis delegati.*

216 *Pacto potest dari hæreditas de iure canonico, secus de iure ciuili.*

217 *Locus religiosus quis dicatur de iure canonico, & quis de iure ciuili.*

218 *Cadauera de iure canonico sunt sepelienda in ecclesijs, vel cœmeterijs earum: de iure autẽ ciui. extra ciuitatem, ne ciuitas corrumpatur fœtore.*

219 *In præscribendo decimas in alterius parochia de iure cano. vltra bonam fidem requiritur titulus etiam in præscrip. longissimi temporis 40. ann. secus de iure ciuili.*

220 *Præscriptione semel interrupta de iure canonico præsumitur mala fides: secus de iure ciuili.*

221 *Pœna canonica de iure cano. potest excedere quadruplum, immo est quãdoque vsque ad decuplum: secus de iure ciuili.*

222 *Iudex causæ de iure cano. potest totam causam delegare alij, etiam si in principio & in medio & in fine causam non audiat: secus de iure ciuili.*

223 *Eligendum in episcopum trigesimum annum compleuisse oportet. de iure autem ciuili in publicis honoribus sufficit ætas legitima 25. annorum, & annus inceptus habetur pro completo.*

224 *Iuris canonici obseruantia in spiritualibus vel concernentibus animam habet locum nedum in terris ecclesiæ, sed in terris Imperij: iuris ciuilis autem obseruantia non extenditur extra terras Imperij.*

225 *Episcopus in omni loco suæ diœcesis potest sedere & sententiare: iudex autem ordinarius de iure ciuili debet in certo loco suorum maiorum sedere & sententiare.*

226 *Baptismum reiterans qua pœna plectatur de iure cano. & qua de iure ciuili, & num. seq.*

228 *Homicida quomodo sit puniendus de iure cano. & quomodo de iure ciuili.*

229 *Confugiens ad ecclesiam de iure cano. habet immunitatem ecclesiasticam: quid autem de iure ciuili, & quid de latronibus publicis, & nocturnis depopulatoribus agrorum, adulteris, atque raptoribus virginum.*

230 *Restitutionem in integ. petenti de iure cano. sufficit mandatum speciale: de iu. autem ciui. requiritur specialissimum.*

231 *Ecclesia de iure canonico potest restitui in integrum etiam in præiudicium laici coram iudice ecclesiast. de iu. autem ciui. semper debet adiri iudex illius, de cuius præiudicio tractatur.*

232 *Successor singularis de iure canonico potest conueniri ex rescripto etiam impetrato contra alienantem tantùm: secus de iure ciuili.*

233 *Iuramentum de iure cano. inducit obligationem regulariter: secus de iure ciuili.*

Sententia lata contra matrimonium de iure, cano. nunquàm transit in rem iudicatam: secus de iure ciui.

234 *Beneficia ecclesiastica de iure cano. sub conditione vel ad tempus non dãtur: secus de iure ciuili.*
235 *Hæres de iure cano. licet per non confectionem inuentarij perdat detractionem Falcidiæ & Trebellianicæ, tamen non tenetur vltra vires hæreditarias creditoribus vel legatarijs: secus de iure ciuili.*
236 *Infamis quis non efficitur de iure cano. pro modica iniuria, vel pro modica re condemnatus: secus de iure ciui.*
237 *Testamentum nutu factum de iure canonico valet: secus de iure ciuili.*
238 *Medici tenentur de iure cano. ante omnia ægros inducere ad confitendum eorum peccata: quod de iure ciuili non reperitur cautum.*
239 *Compromitti potest in fœminam de iure canonico. secus de iure ciuili.*
240 *Sñia arbitri de iure cano. potest emologari per partes: secus de iure ciuli.*
241 *Iuramentum malitiæ de iure cano. inuentum, de iu. autẽ ciui. non reperitur*
242 *Rescriptum Principis de iure cano. seu Papæ non valet vltra vnam diætam: secus de iure ciuili.*
243 *Ecclesia potest petere rest. in integ. pro enormissi. læsione de iure cano. etiam post quadriennium: de iu. autem ciui. non conceditur in integ. rest. post quadriennium.*
244 *Populus occidẽs episcopũ qua pœna plectatur de iure can. & de iure ciui. Pœna propter consuetudinem delinquendi potest exasperari.*
245 *Grammatica mala de iure canonico vitiat rescriptum: secus de iure ciuili. numero 254.*
246 *Spoliatus possessione ecclesiæ vel beneficij de iure canonico petit restitutionem, & sibi non obstat exceptio tituli nõ legitimi: secus de iure ciuili.*
247 *Monachus de iure cano. æquiparatur filiofam. & patri: de iu. autem ciui. æquiparatur seruo & domino.*
248 *Interdictum vti possidetis ab interdicto vtrobi, de iure cano. non reperitur distinctum: secus de iure ciuili.*
249 *Appellatio ad inferiorem a Papa, omisso medio, etiam ex certa scientia, valet de iure cano. nisi excipiatur: de iure autem ciu. secus, quia ius ciuile subuenit erranti tantùm.*
250 *Diuini nominis inuocatio in principio cuiusque operis facienda.*
251 *Baptizari quis potest nedum In nomine patris & filij, & spiritussancti, verum etiam in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.*
252 *Baptismi verba substantialia, quibus omissis vitiatur actus.*
253 *Verba quòd habeantur pro expressis, vbi expressa non fuerunt, non est in potestate partium.*
254 *Baptismum non vitiat mala grammatica.*
255 *Inuocatio diuini nominis apposita in sequenti instrumento an videatur repetita in præcedenti proximo in eadem charta non habente inuocationem diuini nominis.*
256 *Baptismus flaminis in quo differat a baptismo aquæ.*
257 *Inuocatio diuini nominis vel spiritus sancti, quæ solet fieri in electionibus, an sit de substantia, an de consuetudine. Et quid sit consuetudo.*
258 *Dignitas vel auctoritas quid operetur. Personarum ex qualitate dicta pensamus. ibid.*
259 *Error in omittendo nomen proprium compillatoris an vitiet actum.*
260 *Oratio indeffinitiua æquipollet vniuersali.*
261 *Libri debent intitulari secundum eorum speciale nomen, & nomen debet esse consequens rei.*
262 *Genitiui casus natura.*
263 *Ars imitatur naturam.*
264 *Iniuriam inimico tenetur quis remittere nedum existenter sed etiam apparenter.*
265 *Concubinarius contrahens matrimonium cum concubina existenter tantum peccat, si non contrahit cum ea, vel si non ostendat se cum ea contraxisse apparenter.*
266 *Concordia quotupliciter capiatur.*
267 *Canon quid denotet.*
268 *Verba deseruire debent intentioni loquentis, etiam si improprientur.*
269 *Verba nedum tex. sed etiam rubricarum capiuntur secundùm subiectam materiam in omnibus & per omnia prout in alijs iuribus vel dispositionibus.*
270 *Lex debet esse situata sub congruo titulo, quomodo intelligatur.*
271 *Verba rubricarum sunt potius amplianda a nigro quàm quod verba nigri sint restringenda à proprio & stricto significatu verborum rubricæ. Vnde qualificant nigrum, & etiam à nigro qualificantur.*
272 *Argumentum à coniunctione duarum vel plurium legum sicut valet, ita valet à cuniunctione rubricę cum nigro & econtrà.*
273 *Contraria duo non possunt simul stare.*
274 *Verba rubricarum exponi possunt & debent pro euitanda contrarietate, prout verba nigri.*
275 *Ex equipollentibus non refert quid fiat.*
276 *Paragraphus idem quod diuisio.*
277 *Coniunctio omnis in oratione potest exponi prout est necesse vna pro alia.*
278 *Species de sui natura restringit genus.*
279 *Copulatiua requirit concursum copulatorum.*
280 *Constitutio quid sit.*
281 *Determinatio eadem respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter terminare.*
282 *Notarius conficiens instrumentum inter Christianum & Iudeum, debet inuocare nomen sanctæ Trinitatis seu domini nostri Iesu Christi.*
283 *Rubrica generalis est pręmittenda speciali.*

IN nomine dñi nostri Iesu Christi, Ego Baptista de S. Blasio vtriusque iuris doctor patauinus, nuper ad lecturam Decreti deputatus in hoc studio patauino, motus exemplo compilatoris huius libri, qui absq; prohœmio opus suum inchoauit, venio ad propositum meum, capiendo principiũ Decreti. In quo quidem ad similitudinem Trinitatis, quæ hic inuocatur, secundùm rubricam nouam tria faciam. Et primo formabo 25. quæstiones pro declaratione & intellectu dicendorum. Secundò formabo contra rubricam 25. oppositiones. Tertiò diuidam rubricam, & casum in terminis in ea ponam, ac colligam notabilia ordine præpostero, cum misterio tamen, nihil dicendo, quod ferè hic dictum vel scriptum fuerit per aliquem commentatorem. Venio ad primum.

¶Et primo quæro, quis & qualis fuit author huius libri?
1 Rñdeo, ꝙ Gratianus † composuit hũc librum: probatur in gl. 1. & in alijs multis locis gl. nosat Gratianũ, vt patet ʒ. 20. d. c. 1. in verbo, claues. & 7. q. j. c. quia frater. §. ambitionis. in gl. 1. & ex not. per Ioan. And. in mercurialibus suis de regulis iuris libro 6. super data. vbi dicit hoc esse notorium, & propter hoc Gratianum non inscripsisse forsitan huic operi nomen suũ. Et ibi Io. And. ponit, an & quando sit vel non sit nomen authoris inscribendum in quolibet opere, de quo tangam infra in secundo contrario: & dicit hic Io. de turre presbyter cardinalis sancti Sixti in 7. questione sua, ꝙ est testimonium omniũ doctorum iuris canonici, qui huius libri authorem dicũt fuisse magistrum Gratianum.

2 ¶Et dic, quòd † dicitur magister quia fuit magister in theologia vel etiam in artibus: de quo qui dicantur doctores, & qui magistri, vide tex. & gl. in verbo, doctoratus, & qui magi-
3 stri, vel magisterij, in cle. 2. de magistris. vbi glo. dicit, ꝙ † doctores dicuntur in iure canonico vel ciuili, licet vltramontani communiter vocent magistros etiam iuristas sicut artistas & theologos, qui tamen apud nos vocantur magistri, & alij vocantur doctores, s. in iure canonico vel ciuili. Et fuit Gratianus monachus monasterij sancti Felicis de Bononia, secũdùm Laurẽtium de Bononia hic: quod fuerit monachus, idẽ dicit Nicolaus de tudeschis de Sicilia in princ. licèt aliter non probent. Et dic, quòd monachus dicitur a monos, quod est vnus, & achos græce, latinè tristis, quasi vnus tristis, vt 16. q. 1. cap. placuit.

4 ¶Secundò † quæro, quo tempore iste liber compositus fuit? Respondeo, quòd fuit compositus anno domini, millesimo centesimoquinto: probatur 2. quæst. 6. §. forma. Glo. tamen ibi dicit, ꝙ hoc est falsum, quia immo cõpositus fuit anno domini, millesimo centesimoquinquagesimo: quo tempore Iacobus in legibus docebat Bononiæ, & Alexander in theologia, qui postea fuit Alexan. Papa 111. vt patet ex Cronicis. De hac gl. facit mentionem Ioan. And. in data Sexti libri in principio in mercurialibus suis de regulis iuris. Et ibi idem Ioan. And. enumerat tempora multorum conciliorum, de quibus tu vide plenissime ʒ. 16. d. c. sexta Synodus. vbi enumerantur tempora 24. cõciliorum. ¶Sed tu aduerte, quia ego dico, quòd tempore quo Gratianus composuerat Decretum a principio vsq; ad illum. §. forma. el 2. fuit anno 1105. vt ibi probatur. Sed ipsum Decretum postea tractu temporis completum, publicatum fuit, & in lucem & noticiam hominum deuenit de anno 1150. vt in illa gl. nec quisquàm credat tam magnum, arduum, aureum & elegãtissimum opus perfici potuisse, nisi per curricula multorum annorũ, ar. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig.

5 ¶Tertiò † quæro, quis fuit glossator huius libri? Respondeo, quòd Ioã. theutonicus glossauit hunc librum, vt hic dicit Bartholomæus brixiensis in sua glos. prima. Idem dicit Ioan. And. in mercurialibus suis super data de regulis iuris, libro 6. quamuis ipse glossator non inscripserit nomẽ suum, vt ibi dicit Ioan. Andr. quod autem fuerit theutonicus, firmat Cardinalis in clemen. 1. de iureiuran. circa finem, super illa quæstione, vtrum electus ante coronationem imperialem possit exercere iura Imperialia. Idem dicit Pet. de Saxo-
6 nia, in cap. 2. de testibus. ¶ †Et adde, quòd glossæ Ioãnis sunt laudandæ potius ex fructu quàm ex ordine earum, vt dicit Ioan. And. in glo. prima in principio Clementinarum. Sunt enim breues, sed succo plenæ & vtiliores ac fertiliores, quàm sint glossæ aliorum voluminum vtriusq; iuris. Et istis glossis Bartho-

Bartholomęus Brixiensis aliqua addidit, prout hic habetur in glo. prima: licèt interdum parum & nihil addiderit. ¶Adde tamen, quòd paleæ non sunt glosatę, vt patet in eis: non tamẽ dicas, quòd Io. glosator non glosauerit eas, quia eas non haberet in suo libro. Nam immo eas habebat, & de eis facit mẽtionem 10. quest. 2. cap. precarię. in gl. prima. ¶ Et adde, ꝙ Io. fuit post Inno. vt probatur per glo. in c. experientię 11. quæst. 1. in verbo presbiterorum, in fi. & etiam probatur in c. lector. 34. di. vbi gl. recitat Inno. vel dic, quòd ibi loquitur de alio Inno. Papa III. quod videtur verius. Adde, ꝙ tempore quo Io. glosauit hunc librum, non habebatur præsens noua compilatio decretalium, sed antiqua: patet, quia quandoque allegat aliqua capitula, quæ erant in antiqua, & sunt remota in noua, vt not. Arch. in c. si consuetudinẽ: di. 8. & ibi dixi sup gl. fi.

7 ¶Quartò † quæro, vtrum iste liber fuerit cõpositus ante alios libros canonicos vel ciuiles, an vero post eos? Respondeo, ꝙ fuit compositus ante alios libros iuris canonici: probo, quia Papa in c. continebatur. de desponsat. impuberum. allegat ipsum Decretum, ibi, cùm in decretis habeatur, &c. & ibi glo. subaudit, scilicet 33. q. 1. c. si quis acceperit, & probatur in c. nobis, de iure patro. & ibi glo. in cle. 1. de iureiuran. ibi, secundùm formam in Decretis, quæ incipit, tibi domino, & in c. relatũ. de testa. el primo. ibi, secundùm doc. &c. Sed bene compositus fuit post libros iuris ciuilis: probo, quia in eo quandoque interseruntur leges tam digestrorum, quàm Codicis, & authenticorum, vt maximè probatur 2. q. 6. & 4. q. 2. & 3. & 10. quæst. 1. quasi per totum.

8 ¶Quintò † quæro, vtrum leges canonizatæ, i. quæ sunt insertæ in isto libro, sint approbatæ ab ecclesia, adeo ꝙ in terris ecclesiæ sint seruandæ, maximè in iudicijs? Respondeo ꝙ nõ, quia sunt illæ leges hic insertæ, vt solùm noticia earum haberetur, & in adiutorium ecclesiæ, vt in c. si in adiutorium 10. dist. & in c. super specula. de priuile. in prin. non vt aliter approbatæ viderentur de iure canonico. Ita dicit glo. Io. An. in c. 1. de re. eccle. non alie. in 6. in verbo, tractatus, in ver. sed quærit hic, & ibi per Dominicum, qui dicit no. ꝙ scias allegare istam glo. de quo etiam per doct. in c. 2. de rescript. Et propter hoc vt videtis istæ leges allegantur pro capitulis: & sic sub hoc nomine generali, non autem allegantur pro legibus, vel sub nomine legum, iuxta c. lex est. ʒ. 1. di.

9 ¶Sextò quæro, vtrum iste † liber decreti sit approbatus & authenticus, prout etiã est liber Decretalium, Sexti, & Clementinarum, de quibus nulla est dubitatio. Et videtur primo dicendum ꝙ sic, quia Papa ipsum allegat in d. c. continebatur, vt dixi supra q. 4. & in cle. vnica. de iureiuran. ibi, secundùm formam in Decretis, quæ incipit, tibi domino &c. & est 63. di. c. tibi domino. ¶Item secundò, quia est glosatus prout sunt alij libri canonici, cùm glosentur solum libri authentici probati, & prout solet de eis fieri ar. l. nam ad ea. ff. de legibus. ¶Item tertiò, quia publicè legitur, & pariformiter prout leguntur reliqui libri canonici, ar. l. quamuis. C. de impub. & alijs substitu. & in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. ¶Item quartò, quia super eo dantur puncta examinandis in iure canonico, prout fit etiam in Decretalibus, ar. cle. 1. de magistris. & l. nemini. circa prin. C. de aduo. diuer. iudi. ¶Item quintò, quia doctores in hac facultate canonica appellãtur doctores
10 Decretorum, & † nomina debent esse consequentia rebus, vt in §. est & aliud Insti. de dona. & 12. q. 2. cap. duo sunt genera. ¶In contrarium est veritas, quia reuera est liber magistralis, & est approbatus solum quo ad dicta sanctorum Patrum & Romanorum pontificum, 19. di. si Romanorum. Sed quo ad leges ciuiles in eo contentas, & quo ad dicta Gratiani, nõ est liber authenticus, sed magistralis: Ita dicit Ioan. And. in c. 1. de rescrip. Et hoc, quia in principio huius Decreti nulla fit mentio de aliquo Romano pontifice ipsum decretũ authorizante: & habetur per Ioan. And. in arbore consanguinitatis, & ibi per Præpositum in ver. in glo. ibi, Alexandri, &c. super quarto libro Decretalium in titu. de consangui. & affini. Idem dicit Archi. in c. quis nesciat 9. di. & in c. de his l. di. Idẽ tenet Ant. de But. in d. c. 2. de rescrip. ad fi. commenti sui: vbi
11 dicit, ꝙ † quandoque dicta Gratiani reprobantur a doctoribus: immo etiam reprobantur quandoq; a gl. vt probatur in §. necessario. 76. di. vbi dicitur, ꝙ vigilia Pẽthecostes est ieiunanda, contra Gratianum, qui tenebat nõ esse de præcepto, ꝙ ieiunetur illa vigilia. Idem tenet Pet. de Anch. in repet. c. 1. de consti. in 25. col. in princ. ¶Ad rationes in contrarium allegatas respondeo: Et primo ad primã, ꝙ Papa allegat decreta, s. summorum pontificum, quæ bene sunt approbata, vt ibi.

12 Ad secundam rationem respondeo, ꝙ glosatores non † possunt glosando facere librum non approbatum esse approbatũ, c. translato. de consti. & l. fi. C. de legib. ¶Ad tertiã rationẽ respondeo, ꝙ legentes non possunt non approbatum probare legendo, d. c. translato: vel dic ꝙ legitur propter dicta sanctorum patrum, & Romanorum. pontificũ cõtenta in eo, quæ bene sunt approbata, vt d. c. si Romanorum. 19. di. ¶ Ad primam rationem respondeo, ꝙ dãtur in eo puncta propter dicta sanctorum Patrum & Romanorum põtificũ, vt dixi. ¶Ad quintam rationem respondeo, ꝙ appellãtur doctores Decretorum, s. summorum pontificum: de omnibus plenè notatur 4. di. §. 1. & c. canon. & 3. di. §. porrò. Est bene verum, ꝙ credimus Gratiano de contentis in hoc libro, s. ꝙ sint dicta illorũ sanctorum Patrum vel Romanorum pontificum, prout ipse Gratianus asserit, vt dicit Archi. in d. c. quis nesciat. 9. di. non autem quo ad solutiones contrariorum, quas dat Gratianus, vt ꝓbatur, in d. §. necessario. Et hoc verũ, nisi quis vellet pro-
13 bare contrari um, sicut dicimus, ꝙ creditur † egregio doctori asserenti ita esse consuetudinem de aliquo ad probandum consuetudinem talem ita vigere, vt dicit Bart. in l. de quibus. ff. de legibus. & dicetur in c. mos. & c. consuetudo. ʒ. 1. di. facit
14 quod not. Bart. in l. 1. ff. si cert. peta. Et adde, ꝙ † iste liber Decretorum subijcitur metaphisicæ & theologiæ, in quo ꝓ maiori parte tractatur de Deo, & dirigit nos in Deum, vt dicit Abbas in principio Decretalium, in 6. col. Et ibi declarat, in quo differat ius canonicum a iure ciuili: dicas ꝙ ius canonicũ se habet vt anima, & ius ciuile vt corpus: dic vt ibi per eum.

15 ¶Septimò quæro, vtrum † rubricæ huius Decreti sint authenticæ & possint allegari pro textu, & sic pro authenticis, prout fit de rubricis Decretalium, Sexti, & Clementinarum, ac iuris ciuilis. Respondeo ꝙ non, excepta hac prima rubrica, quæ est generalis ad totum Decretum. Et hoc, quia illæ aliæ rubricæ non fuerunt factæ per Gratianum, sed per discipulũ suũ: vel per aliũ, qui magistraliter illas composuit, secundum Nicolaũ de tudeschis de Sicilia hic, & per eundẽ in prooemio Decretalium, circa finẽ. in ver. & conclusio est, &c. Et fortasse per illum, qui addidit paleas, vt dixit Io. An. in addi. Spe. in tit. de allegationibus & disputationibus. §. fi. ver. & not. Item quia quædam earum sunt falsæ non conuenientes magistro suo, super quo positę sunt, vt patet 3. q. 9. c. chartæ. & 16. q. 2. c. placuit. & alibi. ita dicit Spec. in tit. de alleg. & disputa. §. fin. ver. & not. ꝙ rubricę legum. & ibi per Io. And. in addi. Specu. & per Anto. de But. in prooemio Decretalium. & Archi. in d. c. quis nesciat. 9. dist. & Io. de Imo. in rubr. ff. de verb. oblig. & Io. de Anania in rubrica de accusatio. Dixit tamẽ Io. de Imo. in d. rub. ff. de verb. obli. ꝙ ideo non sunt authenticæ, excepta ista prima rubrica, quia sunt summaria & non rubricæ, posita per aliũ quàm per Gratianum. Et ꝙ dicantur summaria & nõ rubricæ, allego Lauren. hic ad finem cõmẽti sui super hac rubrica, vbi hoc verbum dicit: Adde tamen, ꝙ Dominicus de Sancto Geminiano in d. c. quis nesciat: dicit, ꝙ istæ rubricæ Decreti non sunt authenticæ, quia positæ sunt per Gratianũ, cuius dictis non datur fides, iuxta notata per Ioã. And. in d. c. 2. de rescrip. Gl. tamẽ in d. c. chartæ. 3. q. 9. super rubro appellat eas rubricas non summaria, & ita pertransit Io. de Annania super dicta rubrica de accusatio. ¶Tu autẽ dicas, ꝙ rubrica ponitur pro quodã indicatiuo vel demonstratiuo, & rectitudine ad intelligendum nigrum, iuxta illud Persij, 7. satira: Non secus ac si occulo rubricam dirigat vno: facit gl. in c. bonę. de confirmatione vtili vel inutili. & glo. in rub. C. ne liceat tertio prouo. & ibi Bal. circa secundam colũnam, & per eundẽ Bal. in l. fi. per illum tex. ff. de hęre. instit. & per Ant. de But. in prooemio Decretalium: & quod scripsi super rubr. C. qũo & quando iudex, in exordio meo. ¶Adde tamẽ, quia ego intelligo Specu. & doctores vbi supra, ꝙ prima rubrica huius Decreti est authẽtica & gñalis. Intelligo authentica, id est vera rubrica facta a Gratiano authore huius libri: pro quo allego Abbatem in prooemio Decretaliũ, circa finẽ, in ver. & cõclusio est ꝙ, &c. nã si liber Decreti nõ est authenticus sed magistralis, vt dixi, quomodo eius rubrica potest esse authẽtica? ar. l. illud. in princ. ff. de acq. hære. & ar. l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. & l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalib. & l. in testamẽto. ff. de cond. & dem. Et pro hoc facit illud dictũ Dominici de sancto Geminiano in d. c. quis nesciat. dum di-
16 xit, ꝙ non datur fides dictis Gratiani. Quod tũ intelligo, ꝙ † nõ datur ei fides tanquam iuris latori, quia non habuit potestatem condendi ius, per dictũ c. translator. de cõsti. & dictã. l. fi. C. de legibus. sed bene datur ei fides de dictis sanctorũ Patrum &

Romanorum pontificum,& aliorum iurium per eum relatis, per ea quæ dixi s̃.q.proxima,ar.no.per Bar.in d.l.de quib.ff. de legib.Probat̃ in d.c.continebatur.de desponsã.impuberũ. ibi, cum in Decretis habeatur,&c.vbi Papa allegat Decretũ. Confirmat̃ rõne, quia in allegationib.& disputationib.& cõsilijs consuetudo est,ꝙ iste liber allegẽt, ergo &c.ar.c.mos.& c.consuetudo.j̃.di.1.& d.l.de quib.& l.minimè.ff.de legibus.

17 ¶Octauò † quæro,vtrum decisiones Dñorum de rota sint authenticę & approbatæ,& faciant ius,vt sunt decisiones veteres,quæ dicunt̃ Aegidij de Bellemera,vel nouæ, quæ dicũtur Guilelmi.Rñdeo, ꝙ sunt ꝓbabiles & magistrales, non tñ sunt necessariæ,nec faciunt ius,licèt sint magnæ auctoritatis: ita dicit Cardinalis in c.pastoralis,de fide instru.q.fin.& Dominicus de sancto Geminiano in c.duob.de rescrip.lib.6.super gl.in verbo,præsentauerit.in 9.col.Ratio est in promptu, quia Dñi de rota non habent authoritatẽ legis condendæ,d. c.translato.& d.l.fi.C.de legib.& probat̃ ex notatis per gl.in in c.1.in glo.not.ꝙ.de postul.prel.& alia gl.in l.1.C.de legib.

18 ¶Nonò quæro,vtrum † Decretales vel leges extrauagãtes, & sic non insertæ nec incorporatæ in voluminib.iuris canonici vel ciuilis,sint authenticæ & faciant ius.Rñdeo, ꝙ si sunt extrauagãtes veteres dimissæ extra volumina vtriusq; iuris, nõ sunt authenticæ nec faciunt ius, vt in l.2.§.hæc omnia.C. de veteri iure enucl.& in ꝓemio gregoriano post principiũ, & vide gl.& tex.in procemio sexti,in fine.& per Abbatẽ in d. procemio gregoriano, ad finẽ. Sed si sunt nouæ,s.editæ post cõpilationẽ librorum iuris canonici vel ciuilis: & tunc si certum est,ꝙ sint iura extrauagãtia,faciunt ius, vt in §.sed quod principi.Insti.de iure naturali genti.& ciuili.si verò dubitat̃: & tunc aut sunt consona iuri cõi, & faciunt ius : si verò sunt dissona & contra ius cõe,& tunc superior est consulendus, vt in c.pastoralis.de fide instru. & ibi per doct.& de hoc in specie habetur.j̃.8.dist.per totum. Et ideo dicit ibi Gaspar de Calderinis, quòd allegantes capitula iuris canonici male dicunt extra, quando allegant capitula incorporata in voluminibus iuris canonici,de quo vide per Abbatem & alios in principio procemij Decretaliũ,vt in 3.col.in vẽr.vltimo q̃rit,

19 &c. ¶Ego † autẽ dico, ꝙ qñ allegatur aliquod extrauagans, tunc dicimus in extrauaganti execrabilis, vel in extrauaganti ad reprimendum,apud canonistas & legistas.Sed qũ legistæ allegant aliquod capitulũ iuris canonici, dicunt extra de sen.excõ.c.sacro.vel in c.noui.extra,de iudicijs. Et hoc dicunt ad differentiam capitulorũ, quæ sunt in libro vsus feudorum, quę sunt pars iuris ciuilis, vt patet in volumine iuris ciuilis. Et ideo hac ratione attenta, quando canonistæ allegant aliquod capitulum in libro feudorum,possent dicere in tali capitulo,extra quo tempore miles, &c.

20 ¶Decimò † quæro, vtrum dicta sanctorum dicũtur approbata & authentica ? Rñdeo ꝙ sic,nisi in eo in quo reperiẽtur contraria iuri canonico,vt j̃.20.di.in prin.& per totũ, & per Compostellanũ & Antonium de Butrio in c.ne innitaris.de constitutio. ¶Et si vis scire, qui libri sanctorum Patrum sint approbati & qui non:dic ꝙ libri approbati enumerãtur.j̃.15. dist.§.iam nunc subijciendum est. Reliqui verò libri ibidem non enumerati connumeranẽt inter scripta apochrifa, vt 16. di.c.1.& vide per Hieronymũ in 1.lib.epistolarũ suarũ,in c.1.

21 ¶Vndecimò quæro,vtrum † lex Mosaica, quæ vult, ꝙ primogenitus in successione parentis capiat duas partes, & secũdogenitus vnam tãtùm partem,& sic ꝙ primogenitus habeat partẽ duplicatã hæreditatis paternæ, seructur inter Iudæos. Et videt ꝙ nõ,& sic ꝙ seruetur ius ciuile, qd̃ pariter & æqualiter admittit tã secundogenitũ quàm primogenitum,vt in l. maximum vicium.C.de libe.præteri.vel exhæred.ar.l.Iudæi romano.C.de Iudæis.¶In cõtrariũ est veritas, q̃a inter ipsos Iudæos seruabiẽ quo ad modum succedendi dicta lex Mosaica, de qua habetur Deuteronomij,c.21.ita consuluit Flo. in suo consilio incipiente,Quidam hebræus mortuus est,&c. quod est notandum ad cap.quàm periculosum.7.quęst.1.De qua materia primogenituræ vide plenè per Marti.de Laude in suo tractatu primogenituræ, & per Oldra.in consilio suo 224.¶Quid autẽ debet facere primogenitus, qui successit in regno circa prouisionem aliorum fratrum suorum, vide per Abbatem in suo consi.12.in 6.col.Adde hic, ꝙ omnis vnigenitus est primogenitus,sed non econtra,vt per Hiero.in epistola 13.secundi voluminis epistolarum.

22 ¶Duodecimò † quæro, vtrum dicta poetarum vel philosophorum vel medicorum possint allegari ad decisionem causarum. Respondeo, ꝙ eorum dicta sunt probabilia, vt probatur in l.septimo mense.ff.de sta.homi.vbi allegatur auctoritas Ipocratis, & in l.1.ff.de contrahen.empt.vbi allegatur authoritas Homeri.Allegatur etiam in l.1.in fin.ff.de donat. cau.mor.& est tex.& plena glo.in c.turbat acumen 37.dist.& 26.q.5.c.nec mirum.vbi allegatur Lucanus per Augustinũ: vide & in c.satira.infra,2.dist.vbi allegatur auctoritas Horatij,Iuuenal.& Persij : facit l.2.ff.de legi.& §.1.infra 8.dist.vbi allegatur auctoritas Platonis : non tamen eorum dicta sunt necessaria. Probo,quia quandoque in iure reprobantur, vt patet in auctoritate Virgilij in l.in tantum.§.fin.cum l.seq. ff.de rerum diui.de quo dic, vt ibi per Rayn.de quo habetur etiam in l.si pater.ff.de solu.vbi allegatur auctoritas Aristotelis.& in l.antiqui.ff.si pars hæredi.peta. Et confirmatur ratione illa, videlicet quia isti non habent auctoritatem legis condendæ, d.c.translato.& d.l.fin.C.de legi. Et idem dico

23 de dictis † doctorum vtriusque iuris, quia auctoritas eorum est probabilis,sed non necessaria, vt not.in c.1.de postu.præla.in l.1.C.de legi.cum simi. Et propterea Bald.in suo consilio, quod incipit: Quæstio est inter auunculum & auiam, dixit, ꝙ opiniones doctorum præbent iustum titulum præscribendi. Et ita intelligatur d.l.1.§.1.ff.de contrahen.emp.vbi allegatur auctoritas poetæ Homeri : prout etiam allegatur Insti.de empt.& vendi.§.item precium.& Institu.de iure naturali & ciuili.§.sed quotiens.vbi allegatur poeta Homer. &

24 Virgilius. Adde † tamen, ꝙ auctoritas glosæ videtur excedere auctoritatem cuiuscunque alterius doctoris, vt per Iac. de Butr.in l.1.C.qui pro sua iurisdic.qui dixit, ꝙ vbi glo.firmat pedem,ab ea non est recedendum.& per Bald.in l.hæreditas.C.depositi.& per eundem in l.precibus.C.de impube. & alijs substit.adde etiam, ꝙ pari ratione argumentum probabile sed non necessarium est a cronicis, per prædicta, ita intelligo glo.2.q.6.§.forma.& in c.inter dilectos : de fide instru.& quod notat Bar.in l.1.ff.si certum petatur.

25 ¶Decimotertiò † quæro, quid de arbore consanguinitatis & affinitatis,vtrum sit authentica.Respondeo ꝙ sic: ita dicit Ioã.And.in prohemio suo super dicta arbore : Et ad hoc allegat 35.q.5.c.1.2.& c.fin.Idem dicit Ioan. And.in cap.vnico.de iureiuran. in clemen.in verbo, pontificali. Ego verò dico, ꝙ illa capitula ponunt gradus consanguinitatis & affinitatis, sicut alibi in l.iurisconsultus.ff.de gradibus. & quod notatur in c.fin.de consangui. & affinit. sed nihil dicitur aliter de illa arbore. Verum tamen ego allego textum iuris ciuilis expressum Institu.de gradibus.§.fin.licèt sit aliqua differentia in computatione graduum inter ius canonicum & ius ciuile, vt notatur in dictis iuribus : vnde illa arbor in reliquis censetur authentica & approbata etiam de iure canonico,not.per doctores in cap.1.de ope.no.nun. & quod dicam j̃.in quæst.8.

26 ¶Decimoquartò † quæro, vtrum arbor Ioan.actionum sit authentica & approbata. Respondeo ꝙ non, quia non est facta nec statuta per aliquem habentem auctoritatem legis cõdendæ,d.l.fin.C.de legibus.& c.translato.de constit.vnde est magistralis, per notata in l.fi.C.de legib.& vera in se,demonstratiua sup qualibet actione circa 12.diuisiones actionũ,&c. quam arborem commentauit Ros.in libellis suis. Et ego feci quẽdam tractatum breuissimum de actionibus & natura earum, declarando cui,contra quem,& ad quid detur quælibet actio:dic vt in eo.

27 ¶Decimoquintò,† quæro,qd de libro vsus feudorum,vtrũ sit authenticus & approbatus. Respondeo, ꝙ quo ad leges Imperatorum in eo descriptas, vt in titulo de pace iuramento firmanda.res clara est,ꝙ est liber authenticus:facit cap.pastoralis. de fide instru. & per l.fin.C.de legibus. & c.translato.de constitu.Sed quo ad dicta Gerardi cagapisti,vel Vberti de orto, est dubium per dicta iura, tamen communis opinio se habet, ꝙ sit liber approbatus. Ita dicit Cardinalis in cap.2. de feudis,in q.fin.& ibi per Anto.de Butr.ad finem. & plenè per Iacob.de Aluarotis in præambulis feudorum, in q.3.licèt in stricta iuris ratione forsitan aliud esset, sicut dixi supra e.in q.6.in simili in illa quæstione, vtrum iste liber Decreti sit approbatus vel non.

28 ¶Decimosextò† quæro,quid de Lombarba,seu de libro legum lombardorum,vtrum sit liber authenticus & allegabilis & approbatus ? Respondeo ꝙ sic quo ad leges Imperatoris in eo descriptas, ar.l.fi.C.de legi.intelligendo tamen vt dixi s̃.e.in q.9.vbi locutus fui de extrauagantibus : nam illæ leges Imperatorum ibi in Lombarda insertæ, sunt extrauagantes, iuxta materiam dicti c.pastoralis. Sed quo ad alias leges ibi insertas secus puto,per dictam l.fin.& dictum cap.translato. Ad quod vide Archi.12.q.2.cap.cum deuotissimam. & Ant. de Butr.in c.1.de constitu.vbi fit mentio de lombarda: vide tamen Archidia.in principio summæ Decretalium,vbi videtur ponere Lombardam inter partes iuris ciuilis.

29 ¶Decimoseptimò quæro,quid † de libro Nouellarum. Respondeo, ꝙ ille liber videtur approbatus, licèt communiter non habeatur. Ratio est, quia vt aliàs vidi in prohemio earum, apparet, ꝙ est Iustiniani Imperatoris, qui fecit librum Authenticorum valde prolixum reduci in alium librum breuissimum, qui dicitur liber nouellarum : dicitur enim liber nouellarum, quia est magis nouus quàm sit liber Authenticorum,ar.§.est & aliud. Iustit.de donat.& 12.q.2.c.duo sunt genera.& eum allegat glo. in multis locis, maximè in authen. hoc amplius.C.de fideicommis.in 3.glo.& ibi Paul.de Cast. dicit simpliciter, quòd est liber,in quo liber Authenticorum prolixus & longus,factus est breuis. Ipsum quoq; allegat glo. in verbo,venerabilem:circa medium, in authẽ.nisi rogati.C. ad Trebellia.hoc probo per Archi.in summa Decretalium,in principio,in §.vnde habuit originem.in versi.& vt breuiter.

30 ¶Decimooctauò † quæro , vtrum sit seruandum ius canonicum vel ciuile ? Respondeo, quòd in terris ecclesiæ seruandum est ius canonicum, non autem ius ciuile, præterquàm in his, quæ non sunt decisa de iure canonico, sed de iure ciuili sic, vt habetur in c.consuetudo.j̃.1.di.& in c.1.de consuetu.& c.1.de oper.no.nuncia.& in c.si in adiutorium. distin.10. Sed in terris Imperij est seruandum ius ciuile, non autem ius canonicum, præterquàm in concernentibus spiritualitatem vel peccatum etiam incidenter : & præterquàm in decisis de iure canonico, non decisis de iure ciuili, vt in dictis iuribus, & in c.nouit, de iudicijs. & c.fin.de præscript. & habetur per doct.in cle.dispendiosam. de iudicijs. & in l. 2.ff.de iurisdictio.omn.iudi.& l.Titia.ff.solu.matrimo.& per Ange.in suo consi.233. in fin. colum. & per doctores in l. quotiens.C.de iudicijs.& cap.tuam.de ordi.cogni.& c.lator. qui filij sint legitimi.& per Petrum de Ancha.in d.cap.1.de constitu.& in c.ea quæ.de regulis iuris.lib.6.& in cap.possessor malæ fidei, de regulis iuris.eodẽ lib.6.& l.1.C.de sum. Trinita. & fide catho.vbi Imperator dicit, quòd vult subditos suos viuere secundùm legem beatorum Petri & Pauli. Et hoc modo intelligendus est text.in Authen.de ecclesiasticis titulis. in principio, vbi dicitur, quòd ecclesiasticæ regulæ a quatuor concilijs statutæ vim legum obtinent. & quod habetur in Authent.vt clerici apud proprios episco-

31 pos.§. vlti. vbi dicitur, quòd leges † non dedignantur sequi sacros canones, seu sacras regulas & diuinas: facit cap.super specula: de priuilegijs. & vide per Abbatem in cap.1.de constitu.in 2.colum.quod etiam not.per glo.& doctores in cap. fi.de secundis nup.& vide gl.magistram 24.q.4.cap.quid di-

32 cam, in glos.1. Ex quibus sequitur, quòd † vsuræ prohibitæ de iure canonico, vt in cap.in ciuitate. de vsuris. & per totum illum titulum : censentur prohibitæ etiam de iure ciuili, vt per doctores in dicta l.1.C. de summa Trinitate & fide catholi. & in authent. ad hæc. C. de vsuris. Adde secundùm Abbatem in rubrica Decretalium, in ter-

33 tia columna : ꝙ iura † ciuilia sunt approbata de iure canonico, quando non reperiuntur reprobata, vel quando canonibus non contradicunt, per cap.1.de operis no.nuncia. Adde etiam, ꝙ si de re ecclesiastica agitur coram iudice seculari,causa debet decidi secundùm ius canonicum, non autem secundùm ius ciuile, licèt quo ad præparatoria seruetur ius ciuile, secundùm Abba.in c.1.de consti.in notabili fin.

34 ¶Decimononò † quæro, quare Gratianus auctor huius libri diuidit hunc librum in tres partes tantum principales, scilicet Primam in distinctionibus centum & vna.Secundã in causis 36. In quarum tamen 33.q.3.ponitur tractatus de pœnitentijs, diuisus per septem distinctiones. Tertiam verò in tractatu sacramentorum, scilicet de consecratione, qui diuiditur per distinctiones quinque.Adeo quòd in totum,ipsum Decretum continet distinctiones centum & tresdecim. Respondeo,ꝙ Gratianus sic fecit, quia Deus gaudet in Trinitate : pro quo facit hic principium huius rubricæ secundùm rubricam nouam, quæ incipit, In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis &c. ar.l.item quia.ff.de pactis.& l. si seruus plurium, in fin.ff.de lega.1.& in l.Titia.§.idem respondit.ff. de verbo.oblig.cũ si.Vel dic,ꝙ de hoc non potest reddi ratio vrgens, sicut in simili dicit Iacob.de beluiso in prima rubrica Authẽticorum,dum quærit,quare liber Authẽticorũ diuisus est in tres partes:pro primo facit l.2.§.sed cum oĩa: vbi glo.in ver.artem.C.de veteri iu.enucle.& gl.in l.2.§.exactis.in verbo,constitui.ff.de origine iuris.dum loquitur de Trinitate.

35 ¶Vigesimò † quæro, quare infra,32.q.3.ponuntur illæ septem distinctiones, & allegatur de pœnitentijs, & tamen ibi non est pars principalis, sed est quæstio tertia sub dicta causa 33.Respondeo,ꝙ Gratianus sic fecit, propter prolixitatem illius materiæ, vt per particulas distinctas melius & clarius intelligeretur, & vt facilius illa materia inueniri possit & inspici,ar.Instit.de legatis.§.sed ne in primis. & per gl.in rubrica,ff.de lega.3.Et allegatur de pœnitentijs, & non per quæstionem tertiam:quia loquitur de illa materia elegantissima pœnitentiarum & confessionum peccatorum,quæ permaxime est necessaria ad salutem animarum nostrarum,vt in cap. omnis.de pœnitent.& remissi.peccato. Illa enim, quæ speciali † nota sunt digna, nisi specialiter notentur, quasi neglecta

36 videntur, vt in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.in fin. ff.de iniurijs.facit quod not.in rubrica, C.de seruitu.& aqua. ibi, Dicite discipulis eius & Petro &c.& not.in l.Lucius Titius testamento.§.quisquis.ff. de lega.2.in fine glos. primæ. Et not.ꝙ debet allegari in plurali numero de pœnitentijs: non autem in singulari numero de pœnitentia,licet prædicatores & iuris canonici ignari, vt plurimũ allegant in singulari numero: ꝓbat̃ hoc ꝓ titulũ de pœnitẽtijs & remissionib. peccatorũ,in antiqs.& li.6.& in clementinis, ar.in Authent.de fi-

37 lijs ante instrumenta dotalia na.in fine . vbi † lex interpretans debet intelligi prout loquitur lex interpretata, & econtra.

38 ¶Vigesimoprimò† quæro, quot distinctiones,& quot causæ, & quot quæstiones, & quot capitula continentur in hoc libro. Respondeo, ꝙ distinctiones sunt 113.& dixi supra in q.19. Causæ vero sunt 36. Quæstiones vero 172. Capitula autem sunt.3090.vnde versus.

Capitula.

Si numeres cautè, ter mille capitula lector
Atque decem nonies, decretum continet in se.

Distinctiones.

Centum bis quinque, plus tres distinctiones sunt.

Causæ.

Sex & triginta dic esse solummodo causas.

Quæstiones.

Septuaginta duæ plus centum quæstiones sunt.

¶Sed si tu vis scire, quot quæstiones continet quælibet causa ex ordine,vide quatuor versus sequentes : vnde debes scire, ꝙ quodlibet verbum positum in his infrascriptis versibus significat quamlibet causam : vnde sicut sunt 36.causæ; ita sunt 36.verba in ipsis versibus : & primum verbum significat primam causam, secundum verbum secũdam causam : & sic de singulis per ordinem vsque in finem ad numerum 36.Item quot sunt litteræ in quolibet verbo designante causam, tot sunt quæstiones sub illa causa, quæ significatur per illud verbum compositum ex illis litteris:vnde versus.

1 7| 2 8| 3 11|4 6|5 6|
Discere causarum qu.rumlibet ordine membra.
6 5|7 2|8 5|9 3|10 3|11 3|12 5|13 2|14 6
Optas, & doceo: sic non sis obses & sistes.
15 8|16 7| 17 4|18 2|19 3|20 4|21 5|22 5|
Instanti dabitur quod tu vis, quod petis illud.
23 8|24 3|25 2|26 7| 27 2|28 3|29 2|30 5|
Efficies sic es affatus, si sis vt ipsum,
31 3|32 8|33 5|34 2|35 10|36 2|
Vsu doctrina tutum si constituas te.

39 ¶Vigesimosecundò † quæro, vtrum liber põtificalis sit authenticus ? Respondeo ꝙ sic, vt probatur in cle.vnica.de iureiuran.in §.dudum. in versic. postquàm.ibi, in libro pontificali Romano, &c. Ita dicit Host.in c.consuluit.de ser. non ordi.ita etiam tenet Ioan.Andr.in dicto §.dudum.vbi dicit, quòd ille liber aliàs vocatur ordinarium episcopale.Idem dicit Paul. de eleaza.in dicta cle.1.in verbo, pontificali, & ibi per Cardina.Zaba.in ver.nos ita,in 24.notabili: & tenet Anto.de Rosellis in sua monarchia, in c.nunc aliud restat dubiũ, &c.in prin.Et est liber, qui loquitur de iuramento,qd̃ dẽt p̃stare Imperator Papæ in eius consecratione,& coronatione, vt probatur in d.clemen.vnica.deiureiu.in versi. postquàm.

¶Vigesimotertiò quæro,quid sit decretum,quid canon, quid decretalis epistola,quid dogma,quid mandatum, quid interdictum, quid sanctio.De his dic vt per glos.notabilem

j.dist.3.§.2.& c.canon.& per Host.in summa, in princ.§.quo nomine. ¶Quid autem sit statutum & quid constitutio, vide in c.1.& c.ne innitaris.de constit. ¶Adde, ꝙ ius ciuile dicitur ius forense, vt in d.§.1.3.di. ¶Adde quid sit pragmatica constitutio, vt est tex.& glo.in c.1.de rerum permu.& in l.programa.C.comi.vel epistolas. ¶Adde, ꝙ quandoque dicimus statutum confirmatum a superiore, esse canonicum: quod ego expono,i.legitimum & roboratum, vt per Ange.
40 in suo consilio 80. in fin.columna. ¶Adde etiam, ꝙ † omne decretum imponit necessitatem ad eius obseruationem: vnde aliud est decretum,& aliud exhortatio,vt j.4.distin.§.hæc & si legibus: tamen omnis constitutio ecclesiastica vel ciuilis,aut præcipit, aut punit,aut permittit, aut vetat, aut consulit, vt probatur 3.di.§.officium vero. & l.legis virtus.ff.de legibus. & illa lex supplet dictum §.officium.& c.omnis.ea.
41 distinct. ¶Adde etiam, ꝙ † decretum capitur multis modis: Primo modo pro confirmatione, vt in Authent. de defenso. ciuita. circa princip. Secundo modo pro electione, l.1. ff.de decretis ab ordi.faci.ibi, eligatur &c. Tertio modo pro sententia diffinitiua, l.decreta.ff.de re iudi. Quarto modo pro his, quæ iudex interloquendo nedum diffiniendo pronunciat, vt in l.1.ff.de offi.assef. Quinto modo pro indulto principis speciali,vt in l.1.C.de decretis decurionum.lib.10. Et his modis non capitur hic in hoc libro regulariter. Sexto & vltimo capitur pro omni eo, quod est statutum a summo pontifice vel a sanctis patribus ad aliquid diffiniendum seu constituendum, vt not.in c.ne innitatis.de constitu. & hoc modo capitur hic: vnde hinc dicitur liber decretorum, vt patet ex contentis in hoc libro,arg.§.est & aliud.Institu.de donati.& c.duo genera 12.quæst.1.¶ In quo autem differat decretum iudicis ab auctoritate vel consensu, & quando debeat interuenire,s.in ipso actu,vel ante vel post ipsum actum requirentem decretum, auctoritatem vel consensum, dic vt per Innocen.& Ioan.And.in cap.1.de rebus eccle.non alie.libro sexto.& Inst.de auctori.tuto.§.fin.& per Paul.de Castro in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.solu.matrimo. & l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquirenda hæredi.& in l. cum non solum.§.necessitate.C.de bon.quæ libe.

42 ¶Vigesimoquarto † quæro, quomodo processit negocium circa paleas, quæ sunt in hoc libro. Respondeo, ꝙ circa hoc non habemus certam noticiam, nisi ꝙ Ioan. Andr.in addit. Specu.in titu.de allegatio. & disputatio.§.fin,versicu.& not. in additione penultima dicit, ꝙ quidam dicunt, ꝙ quidam discipulus Gratiani auctoris huius libri nomine Pochapalea, fuit ille qui addidit certa capitula, quæ dicuntur palea ab auctore,sicut in simili dicitur de falcidia, in c.quædam etiam leges.j.dist.2.& ibi dicit, ꝙ iste discipulus addidit etiam rubricellas alias vltra primam rubricam, de qua hic, vt dixi s. in q.7.Et hoc sentit Abbas,s.Nicolaus de tudeschis de Sicilia,vt dixi in q.7.

43 ¶Vigesimoquinto † quæro,in quibus contradicat ius canonicum cum iure ciuili ? Respondeo enumerando contradictiones istorum iurium, prout nunc mihi in mentem occurrit: sed in futurum tempore succedente addã alias, ꝙ differunt inter se in pluribus,& adinuicẽ contrariantur in plurib.

44 ¶Primò, † de iure canonico malę fidei possessor nullo tempore præscribit, loquendo etiam in præscriptione longissimi temporis, vt est casus in c.fin.& ibi not.de præscriptio. & in c.possessor malæ fidei,de regulis iuris libro 6.Sed de iure ciuili præscribit, mala fide non obstante, præscriptione longissimi temporis, vt not.in dicto c.fin.& l.sicut & omnes. & l.cum notissimi.C.de præscript.30.vel 40.anno. & per Angelum in repetitione.l.1.C.de iudicijs.quicquid dixerit Bar. in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucapi.& in l.hæc autem iura.ff. de seruitu.vrbano.prædio.& ibi scripsi, vbi Barto.dixit illud c.possessor, non procedere in actionibus personalibus, &c. quod falsum est ratione peccati,vt dicto c.fin.

45 ¶Secundò, quia de iure † canonico in omni rescripto Papæ subintelligitur illa clausula, scilicet si preces veritate nitantur, vt in c.secundo. de rescript.& per Specu. in titulo de rescript.præsenta.§.ratione quoque defectus.versicu.1. Sed de iure ciuili rescriptum principis non valet, nisi in eo sit expressa illa clausula, vt in l.vniuersa rescripta.C.de diuer.rescrip.quæ est 25.q.2.c.vniuersa. Et ita tenet etiam Anto.de But.in dicto c.2.ad finem commenti sui, vbi dicit, quòd non statur legibus canonizatis in eo,in quo contradicunt iuri canonico, prout est dicta l.vniuersa.

46 ¶Tertiò, quia † de iure canonico ex pacto nudo nascitur actio,vt in c.1.de pactis. secundùm communem opinionem canonistarum. Secus de iure ciuili, vt in l.iurisgentium. versic.igitur nuda.ff.de pact.

47 ¶Quartò, quia † de iure canonico quis potest alteri stipulari, vt not.1.q.7.c.quotiens cordis oculus. facit in ar.c.iuramenti.22.q.4.& habetur per legistas in l.stipulatio ista habere licere.§.alteri.ff.de verbo.obliga. Secus est de iure ciuili regulariter, vt in dicto §.alteri. & Institu.de inutil.stipulatio.§.alteri.cum simi.& vide quod dicam in c.ius publicum. j.di.1.in secundo notabili.

48 ¶Quintò, quia † de iure canonico valet pactum iuratum de succedendo vel non succedendo in hæreditate recipientis pactum,vt in cap.2.de pactis, libro 6.Secus de iure ciuili, vt ibi not.& est text.in l.pactum quod dotali.C.de colla.& l. fin.C.de pactis.

49 ¶Sextò, † quia de iure canonico causa meri vel mixti imperij potest delegari, vt in c.in archiepiscopatu.de raptoribus. & quod ibi not.& c.fin.ne cleri. vel mo. nego. secula. se immisceant, libro 6. Secus est de iure ciuili, l. Imperium.ff. de iurisdictio.omn.iudi.cum simi.

50 ¶Septimò, quia † de iure canonico fabricator famosi libelli punitur pœna citra mortem, nam subditur verberibus, vt 5.q.1.c.1.& quandoque excommunicatur, vt in c.hi qui, ea. causa & quæstione, quod habet locum in illo, qui ponit libellum famosum in ecclesia, vt ibi, & si sponte confitetur, aliter non conuictus mitius cum eo agitur, vt in c. quidam. in fin.eadem causa & quæstione. & plene not.in dicta quæstione prima, in glo.summæ. Sed de iure ciuili conuictus de libello famoso decapitatur, vt in l.1.de famosis libellis.& in cap.si quis famosum.5.q.1.vbi dicta l.1.est canonizata,& notatur ibi in glo.summæ.

51 Octauò, quia † de iure canonico regulariter ab omni interlocutoria potest appellari,vt in cap.vt debitus.& cap.cum cessante.de appellatio. Secus est regulariter de iure ciuili, vt in l.2.ff.de appella.reci.vel non. & in l.ante sententiæ tempus.C.quorum appella.non reci. & ibi enumeraui fallentias 30.vel circa.

52 ¶Nonò, quia † de iure canonico ab interlocutoria si appellatur, debet appellari in scriptis, & exprimi causa grauaminis specialis,vt in c.cordi.de appellat.libro 6.& cle.appellantur.de appellat. Sed de iure ciuili vbi potest appellari ab interlocutoria, non est necesse quòd appelletur in scriptis,vt notat glo.in l.2.ff.de appellat.reci.& in l.1.in fin.ff.de appellat.& per Bart.& alios ibidem,& in l.eius.ff.de appellat.recipi.vel non.in prima quæstione. Adde tamen, ꝙ etiam de iure canonico si appelletur incontinenti ab interlocutoria, & exprimit causa grauaminis,potest appellari viua voce, secundùm Ioan. Andr.in nouella, in c.quamuis.de electio.lib.6.& approbat Angelus in l.litigatoribus.C.de appellatio. quod multum limitat dictum c.cordi. Adde etiam, ꝙ quando appellatur ab interlocutoria, quæ non est mera interlocutoria, iuxta not.per Ioan. de Imola in l.quinta, in principio.ff.de verbo.obliga.& ibi etiam per Angelum, tunc idem est in ea, quod est quando appellatur a diffinitiua,vt dixit glo.in c.fin. de electio.lib.6.super verbo,nauef.& notat Angelus de Aretio in l.1.§.libelli.ff.de appellat.quod etiam multum limitat dictum c.cordi.

53 ¶Decimò, quia † de iure canonico ex tribus arbitris, vno eorum absente & requisito ab alijs duobus præsentibus præsentes procedere possunt ad expeditionem causæ arbitralis,& valent acta per eos,& sententia eorum, vt in c.fin.de arbit.li.6. Secus est de iure ciuili, vt in l.si tres.ff.de arbitris. Et ideo in terris ecclesiæ tantum seruabitur dictum c.fin.vt dicit glo.super eo in verbo,ciuilis.in fin.

54 ¶ Vndecimo, quia † de iure canonico valet compromissum vt in arbitrum factum per partes in iudicem causæ, vt in c.cum tempore.de arbitris, & per Inno.in ca.innotuit.& c. exposita, eodem titulo. Secus est de iure ciuili, vt in l.sed & si in seruum.§.si quis iudex.ff.de arbitris. & ibi per Rapha. Fulg.qui dicit, ꝙ in terris ecclesiæ seruabitur ius canonicum, in terris verò Imperij ius ciuile: ita etiam scripsi in dicto.§.si quis iudex.

55 ¶Duodecimò, quia † de iure canonico inter patrem & liberos in eius patria potestate cõstitutos potest esse iudicium in terris ecclesiæ,vt not.Ioan.And.in c.si annum, de iudicijs, libro 6.& tenet Angelus in l.lis nulla.ff.de iudicijs. Secus est de iure ciuili,vt dicta l.lis nulla.& est gl.in verbo, non æquamus.in c.quæritur.2.q.7.& est communis opinio doctorum secundùm Ludo.de Roma.in suo singulari, quod incipit: Iudicium non potest esse, &c.vbi allegat tres glo.iuris canonici: de quo tamen latius dixi in d.l.lis nulla.in prima limitatione. prima glo. est in d.c.si annum, in glo. pe.secunda glo. est in d.cap.quæritur, in verbo, non æquamus. tertia glo. est in c.ecclesia.23.q.4.in verbo, melius.sed illa capitula allegantur per glos.Ioan.And.in d.c.si annum. quicquid dixerit Barto.in suo tractatu de differentijs inter ius canonicum & ius ciuile,in 2.columna.

56 ¶Decimotertio, quia de iure † canonico, saltẽ in causis spiritualibus, filiusfamil.etiam minor annis 25.potest stare solus in iudicio, vt in d.c.si annum.de iudic.libro sexto. Secus de iure ciuili, vbi pater est legitimus administrator,l.1.C.de bon.maternis.& l.cum non solum.§.necessitate.& quod ibi notatur.C.de bon.quæ liberis.& per doc.in d.l.lis nulla.

57 ¶Decimoquartò, quia† de iure canonico vẽditio vel alienatio fundi dotalis vel donationis ꝓpter nuptias facta per mulierem vel maritum cum iuramento mulieris valet propter efficaciam iuramenti, vt in c.cum contingat.de iureiuran.& in c.licet mulieres.eodem titu.lib.6. Secus est de iure ciuili, cui tamen in hoc prævalet ius canonicum, vt not.in dictis iuribus, & in l.non dubium.C.de legibus.& per Bart. & alios in l.si quis pro eo.in principio.ff.de fideius.

58 ¶ Decimoquintò, quia † de iure canonico sicut in causa principali non possunt alij testes examinari super primis capitulis propter timorem subornationis, vt in c.fraternitatis: de testi.ita nec in causa appellationis non poterunt examinari alij testes super primis capitulis productis in causa principali, vt in cle.testibus.de testi. Secus videtur esse de iure ciuili in ipsa causa appellationis,vt not.in authẽ.qui semel. C.de proba. & in l.per hanc.C.de temporibus & reparati. appella.dic vt ibi dixi. Et vide Ange.in suo consi.155.in 1. colum.vbi dicit, ꝙ primi testes iurati sed non examinati vel etiam noui testes super eisdem capitulis non possunt examinari in causa appellationis de iure canonico, licèt aliud dicat esse de iure ciuili.

59 ¶Decimosextò, quia † de iure canonico potest a quocunque iudice appellari ad Papam, etiam omissis medijs, vt in c. dilecti filij prior.& c.si duobus, de appella.Secus de iure ciuili,quia omissis medijs non potest appellari ad principem, sed gradatim est appellandum,l.Imperatores.ff.de appella.quid autem si appelletur ad inferiorem a Papa omissis medijs ? dic vt no.in d.c.dilecti filij prior.vide.j.in differentia 74.

60 ¶Decimoseptimò, quia † de iure canonico quis potest alteri delegare, quod non potest per se exercere, vt in pœna sanguinis,vt in c.fin.ne cle.vel mo.neg.secula.se immisceant. lib.6.& c.sententiam.eod.tit.in antiquis.& in cap.non liceat. di.86.& in alijs multis iuribus ibi in glos.allegatis. Secus de iure ciuili,cùm delegatus fungatur iurisdictione,& vice delegantis, vt in l.1.§.qui mandatam.ff.de offic.eius cui manda. est iurisdictio.& sentit glo.in d.c.fin.in verbo, maleficio.

61 ¶ Decimooctauò, quia † de iure cano.multa possunt expediri per denunciationem euangelicam, de qua in c.nouit. de iudic.& in c.si peccauerit.2.4.1.de quibus per Barto.in extrauaganti ad reprimendum.in verbo, per denunciationem: quæ tamen de iure ciuili sunt destituta omni remedio, vt habetur per Bart.in d.extrauaganti ad reprimendum, in d. verbo,per denunciationem.

62 ¶Decimononò, quia † de iure canonico vsurarius manifestus non potest testari, non præstita satisdatione de restituendis vsuris ablatis, vt in c.quamquàm.de vsuris.lib.6.Sed de iure ciuili secus videtur, vt in toto titu.ff.& C.de testa.& qui testa.facere possunt.& Institu.quibus non est permissum facere testamentum:per totum.

63 ¶Vigesimò, quia † de iure canonico etiam post biennium potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ in vim exceptionis doli mali contra dolosum, vt per Dyn. in c.locupletari.de regulis iuris, lib.6.Secus est de iure ciuili, vt in l. in contractibus. in principio.C.de non numerata pecunia. & Instit.de litterarum oblig.per totum: de qua materia vide Ang.in l.si non singuli.C.si certum peta.& in suo consi.154. & consi.242.in 3.col.& in remissionibus ibi per eum adductis.& per Bald.in l.si ex cautione.C.de non num.pecu.in q. 9.& per eundem in l.1.C.de confes.in 2.colum.& per Ludo.de Roma.in l.diuortio.ff.de verbo.obliga.in 3.columna, ad finem.& per Ang.de Aretio Instit.de except.§.1.in principio.& per Anto.de Butr.in c.is qui.de sol.& per Ioan.And. in c.quia plerique,de immu,eccle.de qua materia vide quod scripsi in d.l.si non singuli.vbi limitaui titulum, C.de non nume.pecu.quadragintavno modis: dic, vt ibi plene dixi.

64 ¶Vigesimoprimò, quia de iure † canonico vidua absque pœna infamiæ vel alia pœna liberè potest nubere infra tempus luctus primi viri sui defuncti, & sic infra annum propter permissionem Apostoli, vt in c.penult.& c.fin.de secundis nuptijs:& quod ibi not.per glo.& docto.Secus est de iure ciuili,vt C.de secundis nupt.l.1.& authen.ijsdem pœnis.& in Authen.de restit.& ea quæ parit.§.fin.& l.genero.& l.liberorum.§.1.vsque in finem.ff.de his qui notantur infa.de quo dic, vt in dictis iuribus.

65 ¶Vigesimosecundò, quia † de iure canonico per solum contractum matrimonij inter concubinarium & concubinam,cum qua poterat contrahi matrimonium tempore prolis susceptæ, legitimantur liberi naturales tantùm absq; confessione instrumentorum dotalium, secundum communem opinionem, vt in c.tanta.qui filij sint legitimi. Secus est de iure ciuili: nam illo iure vltra matrimonium debent confici instrumenta dotalia ad effectum legitimationis filiorum naturalium tantum,vt habetur Institu.de nupt.§.fin.& habetur in c.per venerabilem.qui fil.sint legi.

66 ¶Vigesimotertio, quia † de iure canonico aliter fit computatio graduum:nam duo fratres sunt in primo gradu consanguinitatis, & filij duorum fratrum sunt in secundo gradu, vt habetur in d.c.non debet.de consangui. & affinita. & per Ioan. Andr.in arbore consanguinitatis: & dixi supra e.in q. 13. Secus est de iure ciuili: nam fratres sunt in secundo gradu,filij vero duorum fratrum sunt in quarto gradu, &c. vt in §.diuorum. Instit.de nupt.& per Ioan.And.in dicta arbore consanguinitatis, &c.

67 ¶Vigesimoquartò, quia † de iure canonico valet matrimonium contractum per filium vel filiamfa. etiam sine consensu vel contra voluntatem patris, quia sufficit consensus illorum, de quorum coniugio tractatur, vt in c.cum apud. de sponsalibus.& notatur Institu.de nupt.in princ.Secus de iure ciuili,quia requiritur consensus patris,vt Institu.de nup. in princ.& ibi no.& l.3.ff.de ritu nupt.

68 ¶Vigesimoquintò, quia de iure canonico † valet matrimonium inter tutorem, vel filium eius & pupillam vel adultam, cuius ille gesserat tutelam vel curam, vt per doctores in d.c.penult.in fin.de secun.nupt. Secus est de iure ciuili, vt C.de interdicto matrimonio contracto inter pupillum & tutorem,&c.in rubro & nigro.

69 ¶Vigesimosextò, quia de iure canonico † liberi etiam nepharij vel incestuosi & nati ex damnato coitu sunt a parentibus alendi, vt in c.cum haberet.de eo qui duxit in matrimonium eam quam polluit per adulterium. Secus est de iure ciuili,vt in authen.ex complexu.in fin.C.de incestis nupt.

70 ¶Vigesimoseptimò, quia de iure canonico † in causa principali non finitur vel non perit instantia triennij vel biennij,vt in c.venerabilis.de iudicijs. Secus de iure ciuili,vt in l. properandum.C.de iudicijs.& in l.1.C.vt infra certum tempus causæ tam ciuiles quàm criminales,&c.

71 ¶Vigesimooctauò, quia † de iure canonico ad validitatem sententiæ non curamus, vtrum verba obligatiua vel executiua referantur ad personam procuratoris, per quem dominus litigauit, vel ad personã domini: quia semper valet sententia de æquitate canonica, vt in c.querelam.de elect.& ibi per Bernardum, Inno.& doctores. Et ita seruat communis stilus curiæ, secundùm Angelum in l.1.C.de senten.& interlo.iudi.& per Ludo.de Roma.in suo singulari 21.de quo vide per Bart. & alios in l.stipulatio ista.§.si stipuletur.ff.de verbo.oblig.& per Angelum in suo consi.98.per totum, vbi declarat, quod ius sit seruandum. Sed de iure ciuili ad validitatem sentẽtiæ opus est, quòd verba obligatiua referantur ad personam procuratoris, & executiua ad personam domini, vt in d.l.1.C.de senten.& interlocu.iudi.quod tamen limita multis modis, vt posui in d.l.1.vltra omnes.

72 ¶Vigesimononò, quia de iure canonico hastiludia † vel torneamenta propter periculum animæ ac vitæ & personæ sunt prohibita, vt in c.1.de torneamentis: Secus est de iure ciuili, vt in l.septicia. & l.Imperatores.in fin.ff.de pollicitatio.& in toto titulo, C.de spectaculis.& in toto titu. de expensis ludorum, lib.11.quicquid dixerit Bart.in suo tractatu de differentijs inter ius canonicum & ius ciuile, in principio octauæ columnæ.

73 ¶xxx.quia de iure canonico prohibetur concubinatus, & omnis coitus præter matrimonium, vt habetur in c.tanta, qui

qui filij sint legitimi.& 32.q.4.§.his ita respondetur. Sed de iure ciuili concubinatus est licitus inter solutum & solutam, inter quos matrimonium contrahi posset, vt in toto titu.ff.& C.de concubinis. & habetur Instit.de nuptijs.§.fin.

74 ¶xxxj. quia de iure canonico testamentum factum coram presbytero & duobus vel tribus alijs testibus valet, vt in cap. cum esses.& c.seq.de testam.quod ius canonicum in hoc imitatur ius diuinum, secundùm quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, vt ibi,& per Bar.in l.admonendi.circa finem.ff.de iureiuran.Sed de iure ciuili regulariter requiruntur septem testes, vel in codicillis quinque, & eodem modo in donatione causa mortis, vt in l.hac consultissima.C.de testamen.& l.hæredes palam, in princ.ff.de testamen.& l.fin. C.de codicillis.& l.fin.C.de donatio.causa mor.licèt in piam causam sufficiant duo testes, vt per Barto.in l.1.C.de sacrosan.eccle.dic vt ibi per legistas. Et inter liberos similiter sufficiunt duo testes, d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. & in testamento militis degentis in expeditione sufficiunt similiter duo testes de iure ciuili,l.milites in expeditione degentes.C.de testa.mili.

75 ¶xxxij.quia de iure † canonico clericus nunquam potuit nec potest renunciare suo priuilegio fori, vt in c.si diligenti. de foro compet.Secus de iure Codicis, vt in l.si quis in conscribendo.C.de pac.licèt hodie de iure Authēticorum idem fit,quod est de iure canonico,vt ibi not.

76 ¶xxxiij. quia de iure † canonico fas est transire per agrum alienum, ac propter necessitatem famis comedere, sed non asportare de vuis & spicis, vt in c.1.prima distin.& in c.discipulos, de consecra.dist.5. Sed de iure ciuili non licet, vt in l. per agrum.C.de seruitu. & aqua. & probatur in d.cap.1.in prima dist.& quod ibi not. & scripsi in rubrica,ff.de seruit. vbi multa pulchra dixi.

77 ¶xxxiiij.quia de iure † canonico maxime clerici in terris ecclesiæ vel Imperij prohibentur docere vel audire ius ciuile, quia eis debet sufficere ius canonicum, vt in c.super specula.de priuilegijs. Dicitur tamen, q̃ hoc studium † Patauinum habet hoc priuilegium, q̃ clerici possunt audire ius ciuile per quinquennium ad eorum instructionem, vt faciliùs capere possint doctrinam iuris canonici. Sed de iure ciuili secus est, quia omnes possunt docere vel audire ius ciuile, ar.l.nec non.§.quod eis.ff.ex quibus causis maiores.

79 ¶xxxv. quia † de iure canonico serui possunt contrahere matrimonium, dummodo præstent debita seruicia dominis suis,vt in c.1.& quod ibi not.de coniugio seruorum: secus est de iure ciuili, quia non dicitur cum eis vel inter eos contrahi matrimonium, sed contubernium, l.cum ancillis. C.de incestis nupt.

80 xxxvj. quia † de iure canonico ædificium factum in solo alterius de pecunia ecclesiæ trahit ad se dominium soli fauore ecclesiæ: & sic in hoc casu solum cedit pecuniæ, vt not. in c.apostolicos 12.q.2.in glo.fin.in fine sui. Sed de iure ciuili ædificium semper cedit solo, nec reperitur ab hoc exceptum ædificatum de pecunia ecclesiæ, vt in l.redemptoris.ff.de rei vendi.& l.adeo.§.cum in suo.ff.de acquiren.rerum do.& Insti.de rerum diuisione.§.cum in suo.& dixi in d.l.redēptoris.

81 ¶xxxvij.quia de iure canonico † in testamentis admittuntur etiam fœminæ in testes, cùm in ipsis testamentis secundùm illud ius seruetur ius gentium, vt in d.c.cum esses.& c. relatum.de testamentis.secundùm quod non debet esse differentia inter masculum & fœminam, l.maximum vicium. C.de liberis præte. vel exhæreda. Sed de iure ciuili fœminæ non admittuntur in testamentis, in quibus septem testes requiruntur, vt in dicta l.hac consultissima, & l.qui testamento.§.mulier.ff.de testamen.& Institu.de testam.§.testes.

82 ¶xxxviij. quia † de iure canonico fœmina seu mulier in causis criminalibus non potest esse testis regulariter, vt in c. mulierem.33.q.5.& quod ibi not.& quod habetur in cap.forus.§.fin.de verbo.significa. Secus de iure ciuili, vt in d.l.qui testa.§.mulier:& qd̃ no.in d.c.forus.§.fin.& in d.c.mulierem.

83 ¶xxxix. quia † de iure canonico periurus etiam in iuramento iudiciali efficitur infamis: patet, quia prohibetur a testimonio, & 40.dies in pane & acqua, & septem sequentes annos debet pœnitere & nunquàm esse sine pœnitentia, vt in cap.quicunque 23.q.8.& ibi glo.Sed de iure ciuili periurus in tali iuramento iudiciali, quod defertur in iudicio a parte parti, solum Deum habet vltorem, nec punitur in hoc seculo, vt in l.2.& quod ibi dixi.C.de rebus credit.& iureiuran.

84 ¶xl. quia de iure † canonico emphyteuta ecclesiæ vel alterius priuati licèt cessauerit soluere canonem per biennium, iuxta authen. qui rem.C.de sacrosanctis eccle.tamen celeri satisdatione potest offerendo canones præteritos seu pensiones præteritas moram purgare, vt in cap.potuit.de locato. Sed de iure ciuili per lapsum dicti temporis cadit a iure suo irreparabiliter, si dominus velit, nec de iure ciuili pōt moram purgare, vt probatur in l.2.C.de iure emphyt.& notant aliqui moderni in l.si insulam.ff.de verbo.obliga.& in d.l.2.

85 ¶xlj. quia de iure † canonico pro legitima liberorum consequenda reuocantur alienata per parentes in fraudem liberorum, etiam si alienatio facta sit ex causa onerosa, puta ex causa venditionis, vel permutationis, nedum ex causa lucratiua, puta ex causa donationis, vt in c. Raynut.de testam. & ibi per Hosti.& per Bald.& Paul.de Cast.C.si in frau.patro.alie.a libertis facta sit.l.fin. Sed de iure ciuili reuocantur per liberos ex causa legitimæ eorum solùm alienata in fraudem ex causa lucratiua, vt in titu.C.de inoffic.donat.& l.non vsque adeo.ff.si à paren.quis manumis.fuerit.

86 ¶xlij.quia † de iure canonico affinitas contrahitur per coitum carnalem in vase debito, siue per viam matrimonij, siue absque matrimonio, vt not.in l.non facile.§.affines.ff.de gradibus.& Instit.de nup.§.affinitatis. & 35.q.3.c.extraordinaria.& habetur in arbore cōsanguinitatis & affinitatis per Ioan.And.& alios docto. Sed de iure ciuili per solum matrimonium etiam absque copula, contracta est affinitas, vt not.in c.si quis desponsauerit.27.q.2.& in d.§.affines.dic, vt per Io.And.in d.arbore affinitatis, vbi etiā per Ant.de Rosel.

87 ¶xliij. quia † de iure canonico filij duorum fratrum, vel sororum, qui dicuntur consobrini, vel patrueles, non possunt inter se contrahere matrimonium, vt in c.non debet.de consang.& affi.cum simi. Secus est de iure ciuili, vt in l.celebrandis.C.de nup.& ibi glo.& in §.duorum fratrum.Insti.de nup. facit quod habetur 35.q.1.c.cum igitur.& §.hac itaque.

88 ¶xliij. quia de iure † canonico potest intentari interdictū recuperandæ possessionis etiam ad pœnam post annum, licet secundùm ius ciuile ad pœnam post annum agi non possit, vt not.in cap.2.de restitu.spolia.in glo.fin.& 3.q.1.cap.reintegranda.

89 ¶xlv. quia de iure † canonico seruus non tenetur præferre charitatem domini sui charitati suæ propriæ,argum.infra, 1.di.humanum:ibi, omnia quæcunque, &c.Sed de iure ciuili secus est,l.1.§.eodem autem tecto.ff.ad sill.& dicam q̃.dist. 1.humanum,in contrario 8.

90 ¶xlvj. quia † de iure canonico iudex ordinarius potest vt suspectus recusari ex iusta causa, vt in cap.2.requiris.§.tertio postulas.de appella. Sed de iure ciuili associatur, non autem recusatur, vt in l.apertissimi.cum authent.si non contigerit, ibi signata.C.de iudic.

91 ¶xlvij. quia † de iure canonico senes, & alij simili ratione excusati ne ferant testimonium, admittuntur in testes, & coguntur ferre testimonium propter peccatum. Sed de iure ciuili secus est, & dicitur senex, qui est ætatis 70.anno.vt in l. inuiti.& ibi not.ff.de testi.

92 ¶xlviij. quia † de iure canonico in contractibus innominatis non habet locum pœnitentia etiam re integra, vt per Angelum in l.traditionibus.ff.de pact.& per Bald.in rubrica,C.de rerum permut. vbi allegat notata per gl.in c.cum inter.de elect.& per Bald.in l.cum quis.C.de iuris & fac.igno. & in l. siue apud acta. C. de transac. licèt Romanus contra,in l.si pecuniam. in princip.ff.de condi.ob cau.argumen.cap.ratum: & not.in cap. si qui testium.de testi.vbi glo.& c. cùm expediat. de elect. libro 6. Sed de iure ciuili secus est,vt in l.si pecuniam. in princ.ff.de condi.ob cau.

93 ¶xlix.quia † de iure canonico etiam in causis criminalibus licèt criminaliter imputatis potest committi alteri examinatio testium, sicut in ciuilibus, vt per aliquos docto.in cap.si qui testium. de testi.& in c.quoniam contra falsam, de probatio. Secus est de iure ciuili, vt in l.iudices. & authen.apud eloquentissimum.C.de fide instrumentorum.

94 ¶l. quia de iure † canonico actio iniuriarum est transmissoria ad hæredes & contra hæredes, vt habetur in ca.in litteris.de rapto.Secus est de iure ciuili,l.si cum.§.qui iniuriarum. ff.si quis cau.de quo tamen vt per docto. in d.c.in litteris.& vide per modernos maximè per Ioā.de petrucijs in l.1.§.hoc iudicium.ff.si quis ius di.non obtemperauerit.

95 ¶lj. quia de iure † canonico sacerdotium & quilibet ordo sacer liberat quem a patria potestate, vt not.in c.in decorem, de æta.& quali.de quo tamen dic, vt per Abbatem in c.constitutus, de resti.in integrum.in quarto notabili. Sed de iure ciuili sola dignitas episcopalis liberat quem a patria potestate, vt in authent.sed dignitas.C.de episc.& cler.& quod not.Sal.in l.sacrosanctæ.C.de episc.& cler.

96 ¶lij.quia † de iure canonico omnes clerici & episcopi vel administratores ecclesiarum de bonis proprijs quæsitis aliter quàm contemplatione ecclesiæ possunt testari & disponere pro libito voluntatis eorum, vt habetur 12.q.1.c.sint manifestæ.& eadem causa, q.5.c.1. Sed de iure ciuili episcopi & administratores de quæsitis ex industria eorum vel laboribus eorum non possunt testari, sed acquiritur ecclesiæ eorum, vt in authen.licentiam. & ibi per Sal.C.de episc.& cler.

97 ¶liij. quia † de iure canonico deserens bellum vel fugiens infamis est,vt 7.quæst.1.infames.Sed secundùm leges capite punitur,vt ff.de re mili.l.omne.§.qui in aciem.

98 ¶liiij. quia † de iure canonico tenetur hæres ex delicto defuncti etiam lite non contestata, vt per Host.in summa, de testamentis.§.tenetur autem hæres. in princ. De iure ciuili secus, vt in l.1.C.ne ex deli.defunc.in quantū hæredes conueniantur.& per Prof.& Anto.de Butr.in cap. cum dilectus. de ordine cogniti.

99 ¶lv. quia † de iure canonico consuetudo non valet nisi sit præscripta, vt in c.fin.& ibi glo. magna in fin.de consuetudi. Secus secundum leges,vt ibi notatur, & sentit glo.in c.mos. di.1.in addi.Bart.brixiensis, de quo tamen per Bald.in l. de quibus.de legibus.

100 ¶lvj. quia † de iure canonico donatio facta ecclesiæ sub modo non reuocatur, licèt modus non sit adimpletus, sed agitur ad modum adimplendum,vt in cap.verum. de condi. apposi.secundùm intellectum glo.1.& Inno.& doctores. Secus de iure ciuili,l.1.C.de dona.quæ sub modo.

101 ¶lvij. quia † de iure canonico difficultas iurantis vel maiora eius negocia excusant iurantem a periurio,vt est glo.22. q.2.beatus. Secus videtur de iure ciuili, l.continuus.§.illud. ff.de verbo.obli.& dixi in l.2.C.de rebus credi.& iureiuran.

102 ¶lviij. quia † de iure canonico decedens grauatus per fideicommissum, quando ei debetur legitima, detrahit duas quartas, si est grauatus post mortem suam restituere, vt in c. Raynucius. &c. Raynaldus. de testamentis. Secus videtur esse de rigore iuris ciuilis, vt in l.iubemus.C.ad Trebel.& ibi per doct.licèt opinio canonistarum de consuetudine seruetur etiam per legistas,vt ibi notant doct.

103 ¶lix.quia de iure† canonico impediens legatum amicorum vel hostium excommunicatur,vt 88.distin.si quis.Sed secundùm leges traditur hostibus, vt seruus eorum fiat,l.vlti.ff.de leg.& est glo.1.in d.c.iusgentium.in glo.fin.

104 ¶lx.quia † de iure canonico omne crimen infamat: Secus secūdùm leges,vt not.glo.in verbo,fures.in c.infames.6.q.1.

105 ¶lxj.quia † de iure canonico omne crimen est publicum: Secus secundùm leges, vt not.glo.in d.cap.infames.in dicto verbo,fures.quod not.

106 ¶lxij. quia † de iure canonico in criminalibus potest absens damnari post litem contest.si liquet de causa: licet sit secus de iure ciuili, l.absentes.ff.de pœnis. & in toto titu.ff. de requi.reis.ita dicit glo.magna in c.caueant.3.q.9.de quo vide plenè per Bar.in d.suo tractatu,in 3.col.

107 ¶lxiij. quia de iure † canonico præscribenti datur nedum exceptio, sed etiam actio, vt not.Ioan. And.in regula, possessor, de regulis iuris, lib.6. Sed de iure ciuili possessori bonæ fidei idem, sed malæfidei datur exceptio non actio, nisi contra furem seu violentum possessorem,l.si quis emptionis.C.de præscrip.30.vel 40.ann.& not.Gaspar de Calderinis in c.ad aures.de præscrip.

108 ¶lxiiij. quia † de iure canonico mulier etiam nobilis tenetur,& debet per se ipsam lactare filios suos, nec potest vel debet eos tradere alij mulieri ad lactandum, vt in c.ad eius.dist. 5.Sed de iure ciuili hoc conceditur mulieri nobili, vel vbi est talis consuetudo, vt per Bal.in l.alimenta.C.de nego.gest.& dicam in dicto cap.denique.

109 ¶lxv.quia de iure † canonico non licet viro dimittere vxorem suam, excepta causa fornicationis, vt in c.si vxorem 32. q.5.cum si.Sed de iure ciuili ex alijs multis causis vir potest dimittere vxorem suam, & econtra, vt in l.consensu.§.causas.C.de repudijs.

110 ¶lxvj.quia de iure † canonico licet compromitti etiā cum iuramento, vt in c.cum tempore.& c.cum ex parte, de arbit. Secus est de iure ciuili,vt in authē.decernimus.C.de arbitris.

111 ¶lxvij.quia de iure canonico † vniuersitas constituit etiam procuratorem,vt in c.petitio.de procura.& c.in causis,eo.tit. & in c.cum causam,de iuramento calumniæ.& de iure canonico omnes administratores appellantur hoc generali vocabulo procuratores,vt in c.in pertractandis.de iura.calumniæ. Sed de iure ciuili vniuersitas constituit syndicum, nō procuratorem,vt in l.sicut.§.1.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine.licèt quidam dixerit idem de iure ciuili, quod dictum est de iure canonico,de quo per Bart.in suo tractatu de differentijs inter ius canonicū & ius ciuile, in secunda differentia.

112 lxviij.quia de iure † canonico possessorium recuperandæ possessionis potest intentari contra quemcunque, ad quem res illicitè peruenit, vt in cap.cum dilectus.de ordi. cogni.& ibi not.sed de iure ciuili potest intentari contra spoliatorem tantùm,vel mandantem, vel ratum habentem spoliationem, vt in l.cum a te.ff.de vi & vi arma.& not.Bart.in d.suo tractatu,in prima columna.

113 ¶lxviiij.quia de iure † canonico nō licet iudici seculari etiā incidenter cognoscere de causa spirituali,vt in c.tuam.de ordi.cogni.& in c.causam.& c.lator, qui filij sint legitimi: Secus esset de iure ciuili, vt in l.fi.ff.de iurisdi.om.iudi.& l.quotiēs. C.de iudicijs.& vide in cle.dispendiosam.de iudicijs: & in l. Titia.ff.solu.matri.

114 ¶lxx.quia † de iure canonico prælatus ecclesiæ potest procuratorem cōstituere in causa ecclesiæ suæ etiam ante.litem contest.vt in c.petitio.de procuratoribus. Sed de iure ciuili non potest, nisi post litem contesta.ad similitudinem tutoris vel curatoris,vt not.in l.neque.C.de procu.& no.in c.edoceri. de rescript.

115 ¶lxxj.quia † de iure canonico accusatus condemnatus de crimine suum accusatorem vel extraneum accusare non potest, vt 6.q.1.c.qui crimen.& not.3.q.9.c.neganda. Secus de iure ciuili,si ex illa sentētia non perdidit ciuitatem vel libertatem,vt not.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.& per Barto.in dicto suo tractatu,in 4.col.

116 ¶lxxij.quia de iure † canonico nedum per litis contest.sed etiam per solam citationem perpetuatur iurisdictio delegati,vt in c.gratum.de offi.deleg. Sed de iure ciuili non perpetuatur, nisi per litis contesta.non autem per citationem solā, vt in l.& quia.ff.de iurisdi.om.iudi.& per Bart.in d.tractatu, in 4.columna, in fine.

117 ¶lxxiij. quia † de iure canonico potest causa appellationis delegari, reseruata sententiæ prolatione, vt in c.super quæstionum.§.intentionis.& ibi not.de offic.delega. Secus est de iure ciuili,ut in authen.ad hæc.C.de iudicijs.& per Barto.vbi supra in principio quintæ columnæ: de quo per Abbatem in c.pastoralis.de offi.ordi.in notabili 3.dic vt ibi per eum.

118 ¶lxxiiij.quia † de iure canonico iudex potest causam delegare cuicunque, vt in c.pastoralis.de offic.deleg.sed de iure ciuili iudex causarum audientium non potest delegare, nisi suis consiliarijs, vt in d.authent.ad hæc.C.de iudi.& per Bar. vbi supra, in 5.colum.

119 ¶lxxv. quia † de iure canonico si iudex delegatus sub delegat causam in totum, tunc appellatur ad primum delegantem: si verò subdelegat causam aliquo sibi reseruato, & sic aliquem articulum causæ tantùm,& tunc appellatur ad ipsum subdelegantem,vt in c.super quæstionum.§.porrò.& qd̃ ibi not.de offic.deleg. Sed de iure ciuili si delegatus subdelegat,appellatur ad ipsum subdelegantem, vt in l.vnica.C.qui pro sua iurisdictione.de quo tamen vide, quod dixi in l.eo casu.C.de appella.& quod not.in c.dilecti filij prior, de appellat.de hoc vide s̄.in differentia 16.

120 ¶lxxvj.quia † de iure canonico furtum capitur largo modo pro omni illicita contractione,ut no.14.q.5.c.dominus. Sed de iure ciuili capitur furtū prout diffinit in l.1.in fin.ff.de fur.

121 ¶lxxvij.quia de iure † canonico non licet iurare per creaturas, nisi quatenus reperitur expressum, vt per Euangelia, per altare,& per crucem,vt 16.q.1.c.considerate.& c.clericū. & c.habemus.& 10.q.5.c.periurat. Sed de iure ciuili licet iurare per creaturas quaslibet, præterquàm per membra Dei, vt 16.q.1.c.si quis per capillum.& in Authent. vt nō luxuriētur contra naturam.circa medium. & probatur primum in l. 3.§.fin.& l.seq.& l.qui per salutem.ff.de iureiuran.

122 ¶lxxviij.quia † de iure canonico non est necesse in libello exprimere nomen actionis,vt in c.dilecti.& ibi not.de iudi. Secus secūdùm ius ciuile,vt in l.1.in prin.ff.de eden. & l.edita.C.de eden.quamuis aliqui dicant idem esse de iure ciuili, vt Azo,de quo dic,vt not.in d.l.1.in prin.

123 ¶lxxix. quia de iure † canonico quando recusatur iudex dele-

delegatus vt suspectus, est opus causam suspitionis allegare, & sic eam coram arbitris probare, vt in c. suspitionis. de offic. deleg. & c. secundo requiris. §. 1. & c. cum speciali. de appella. Sed de iure ciuili non est opus allegare causam suspitionis, & sic nec probare eam: licèt quidam contra dixerint, vt not. in l. apertissimi. C. de iudic.

124 ¶ lxxx. quia † de iure canonico ecclesia cõtra præscriptionem cursam contra eam non restituitur, vt not. in c. auditis. de in integ. restit. Sed de iure ciuili restituitur infra quadriẽnium a tẽpore præscriptionis completæ: quia ecclesia & respublica æquiparantur, l. fin. C. de sacrosan. eccle. & respublica restituitur aduersus præscriptionã, l. respublica. C. ex quib. cau. maio. ergo & ecclesia. licèt Bar. in d. tractatu tentauerit, quòd etiam de iure canonico ecclesia restituatur contra prescriptionem, quia æquiparatur minori, &c. vt in c. 1. de in inte. restitu. & c. auditis. cum simi. secundùm Bar. ibi in 7. col.

125 ¶ lxxxj. quia † de iure canonico sola fama, q̃ quis sit excõmunicatus, facit illum esse euitandum, vt in c. cum desideres. de senten. excom. Sed de iure ciuili fama sola non facit plenã probationem, vt per Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus.

126 ¶ lxxxij. quia de iure † canonico confessores & prædicatores non habentes aliter vnde viuant, licitè etiam inuitis dominis possunt recipere eleemosinas ab vsurarijs & raptoribꝰ aliarum rerum quasi gestores eorum, quorum res raptę sunt, vt in c. cum voluntate. de senten. excom. & ibi per Innoc. Secus est de iure ciuili, argu. l. extat. ff. quod metus causa. & l. vltima. C. de nego. gest.

127 ¶ lxxxiij. quia † de iure canonico clerici Parisijs commorantes possunt etiam in causa pecuniaria coram episcopo loci conuenire laicos, vt in c. quod clericis. de foro compe. Et ratio est, quia ibi episcopus est comes, vt ibi not. Secus est de iure ciuili. l. fin. C. vbi in rem actio. & quod habetur in l. si qui ex consensu. C. de epis. audi.

128 ¶ lxxxiiij. quia † de iure canonico clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici absq; consensu sui proprij episcopi, vt in c. significasti. de foro compet. Sed de iure ciuili potest prorogari iurisdictio iudicis non sui, etiam sine consensu proprij iudicis, vt in l. 2. in princ. ff. de iudic. & dixi in repetitione l. 1. ff. de iudi.

129 ¶ lxxxv. quia de iure † canonico in causis matrimonialibus vbi agitur pro matrimonio non dissoluendo, & in causis electionum, potest procedi ad sententiam diffinitiuam etiam lite non contestata, vt in c. 1. & c. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non contest. Sed de iure ciuili secus est, nisi in causa appellationis, altera parte absente, vt in l. fin. §. illud. C. de tẽporibus & reparati. app.

130 ¶ lxxxvj. quia † de iure canonico propter absentiã rei potest fieri sequestrum, vt in cap. ex litteris. de dolo & contu. & etiam in multis casibus permittitur, in quibus de iure ciuili non permittitur, vt not. in c. cum dilectus. de sequestra. pos. & fructuum: Secus est de iure ciuili, vt in l. 1. de prohibita sequest. pecuniæ. & ibi latè dixi.

131 ¶ lxxxvij. quia † de iure canonico in negocijs ecclesiasticis cessat remedium offerendi se liti, quia offerens se liti non admittitur, ac si possideret, ne delicta personæ redundent in dãnum ecclesiarum, vt in c. ecclesia. vt lite pẽdente. vbi de hoc: Secus de iure ciuili, quia offerens se liti condemnatur, ac si possideret rem, quæ vendicatur, l. is qui se. ff. de rei vendi. & l. qui se liti. ff. de peti. hæredi.

132 ¶ lxxxviij. quia † de iure canonico ad probãdum consanguinitatem pro impediendo matrimonium admittuntur testes de credulitate & de auditu, vt in c. quotiens. & c. licet. de proba. Sed de iure ciuili non reperitur hoc permissum, immo regula est in contrarium, vt in l. 1. in princ. ff. de vent. inspi. arguẽdo a speciali, & habetur in l. solam. & l. testium. C. de testi.

133 ¶ lxxxix. quia de † iure canonico sententia in causa matrimoniali potest fieri sine scriptis, vt in cap. Albericus. & ibi no. de testi. Secus de iure ciuili, per regulam l. fin. & quod no. C. de senten. ex periculo recitandis.

134 ¶ lxxxx. quia † de iure canonico aliquando creditur dicto vnius testis ad plenam probationem, s. quando illud non est in præiudicium alicuius, puta si dubitatur inter aliquos, vtrũ aliquis sit baptizatus: vel vtrũ ecclesia sit consecrata, vt in ca. paruulos. de consecr. dist. 4. & c. cum itaque: vel vtrum quis pœnitẽtiam egerit, vt in c. nemo. de simo. & c. omnis. de pœniten. & remis. pecca. Sed de iure ciuili vnius dicto non creditur, vt in l. iurisiurandi. C. de testi. vide tamen plures casus, in quibus creditur dicto vnius tantùm, de quibus per Speculum in titu. de testi. §. restat. ver. hoc tamen fallit.

135 ¶ lxxxxj. quia † de iure canonico Abbas in causa monasterij sui debet iurare de calumnia in anima maioris partis de capitulo suo vel conuentu suo, vt habetur in cap. dudum. de elec. Sed de iure ciuili iurat in animam suam, quia habet personam legitimam standi in iudicio, vt in l. 2. §. quod obseruari. & §. hoc etiam. & ibi not. & quod habetur in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de epis. & cleri.

136 ¶ lxxxxij. quia † de iure canonico non ita absolute testes compelluntur ferre testimonium, vbi alij testes haberi possunt, vt in toto titu. de testi. cogen. maximè in c. super eo. & per Inno. in c. 1. eod. titu. sed de iure ciuili testes magis absolute compelluntur ferre testimoniũ, vt in l. si quãdo. in princi. & ibi not. C. de testi. dixi infra in versi. 160.

137 ¶ lxxxxiij. quia de iure † canonico frater potest accusare fratrem vel sororem etiam de crimine graui, puta de hæresi, vt in c. litteras. de præsumpt. sed de iure ciuili frater non potest accusare fratrem vel sororem de graui vel magno crimine, vt in l. si magnum. C. qui accusa. non possunt: secus si de leui crimine, l. si sororem. eod. titu.

138 ¶ lxxxxiiij. quia de † iure canonico parentes possunt testificari contra liberos vel pro liberis & econtra, in d. c. litteras. de præsump. & in c. diaconi sunt. 93. di. de quo vide in c. super eo. de testi. & in c. videtur. qui matrimoniũ accusare possunt. secus est de iure ciuili, vt in l. parentes. C. de testi.

139 ¶ lxxxxv. quia de † iure canonico exceptio excommunicationis dilatoria potest opponi in quacũque parte iudicij etiã post litis contestationem, vt in c. exceptionem. de excep. & c. pia. eodem titu. lib. 6. Sed de iure ciuili nulla exceptio dilatoria potest opponi post lit. contest. vt in l. ita demum. C. de ꝓcurato. & l. fin. C. de except. & habetur in c. inter monasteriũ. de re iudi. nisi sit nouiter orta vel detecta, vt in c. pastoralis. de except. & l. 2. C. de consortibus eiusdem litis.

140 ¶ lxxxxvj. quia † de iure canonico lata sententia contra matrimonium contra mulierem, etiam si sententia iam transierat in rem iudicatam, vt quia mulier videbatur vere contumax, tamen fauore matrimonij statur suo iuramẽto, quòd fraude supplantata non venerit in peremptorio citata, vt in c. ex litteris. de in inte. restitu. licèt secus esset in alia causa, vt ibi. Sed de iure ciuili hoc non reperitur permissum, ar. l. 1. C. senten. rescin. non posse. & l. qui licitam. C. vt lite pendente.

141 ¶ lxxxxvij. q̃a † de iure canonico omnis cessio recepta per clericum a laico præsumitur simulata, vt in c. ex parte. de alie. iudi. mu. causa facta: Secus est de iure ciuili, nisi aliter probetur de fraude vel simulatione, vt in l. ꝑ diuersas. & l. ab Anastasio. C. mandati. l. militem. C. de procura.

142 ¶ lxxxxviij. quia † de iure canonico pro parte soluta sorte consistente in dando obstat exceptio petenti pœnam pro rata pecuniæ solutæ, vt in c. suam. & ibi glo. magistra. de pœnis. Secus est de iure ciuili, quia pœna in solidum exigi potest ratione partis non solutæ, vt ibi not. & l. stipulationum. §. fin. la 2. ff. de verbo. oblig. & l. hæredes. §. in illa. ff. famil. hercis.

143 ¶ lxxxxix. quia † de iure canonico quis tenetur furem indicare, & sic nihil potest recipere, vt furem indicet, vt in c. qui cum fure. de furtis. Secus de iure ciuili, vt in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turpem causam. & in l. solẽt. ff. de præscriptis verbis. & in illis legibus notatur, & l. 4. §. si tibi indicium. ff. de cõdi. ob turpem causam.

144 ¶ 100. quia † de iure canonico ordinator ad sacros ordines nec tabellio non potest aliquid accipere pro ordinatione vel scriptura, reprobata omni consuetudine in contrariũ faciente, vt in c. sicut episcopum non decet. 1. q. 1. Sed de iure ciuili permittebatur talis consuetudo, vt in Authen. de sanct. episc. §. pro consuetudinibus. & no. in d. cap. sicut episcopum, in glo. magna in fi. sui

145 ¶ 101. quia de iure canonico † in causa spirituali nullo modo licet desistere, & sic transigere pecunia concepta, ar. totius tituli de simonia. & 1. q. 1. per totum. Sed de iure ciuili nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus licet transigere, scilicet in criminibus publicis ingerentibus pœnam sanguinis, excepto crimine adulterij. In criminibus verò non ingerentibus pœnam sanguinis, excepto crimine falsi, non licet transigere, vt in l. transigere. C. de transact.

146 ¶ 102. quia de † iure canonico pares simul habitantes & se tractantes vt vir & vxor, non præsumuntur vir & vxor, & sic non præsumitur matrimonium, nisi ostendatur solennitas nuptiarum, vt 30. quæstione 5. c. 1. Secus de iure ciuili, vt ff. de ritu nuptia. l. in liberæ mulieris: & ibi nota.

147 ¶ 103. quia de iure † canonico promissio pœnæ vel arrarum in matrimonijs non valet, quia est eadem ratio pœnę arrarum, ar. c. inter corporalia. de transla. prælatorum, casus est in ca. Gema. de sponsalibus. Sed de iure ciuili promissio pœnæ in matrimonijs non valet, vt in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. oblig. sed promissio arrarum valet, vt in l. fin. C. de spon. & not. in dicto cap. Gema.

148 ¶ 104. quia de iure † canonico pater non potest filiam suam inuitam maritare, vt in c. cum locum, de sponsalibus. & c. 1. de desponsat. impube. Secus est de iure ciuili, nisi maritus sit persona turpis, vel indignus, vt in l. sed ea quæ patris. ff. de sponsalibus.

149 ¶ 105. quia † de iure canonico spurij, incestuosi, vel adulterini, & sic nati ex damnato coitu prohibentur eligi ad decurionatum, vel alium honorem, vt in c. 1. de filijs presbyterorum. Secus est de iure ciuili, vt in l. spurij. in princip. ff. de decurionibus. & in l. generaliter. §. spurios quoque. eod. tit.

150 ¶ 106. quia † de iure canonico ecclesia in suis contractibus non potest decipere secum contrahentem etiam vsq; ad dimidiam iusti precij, immo debet stare contenta iusto precio, vt not. in c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. in verbo, plus offerenti. Sed de iure ciuili hoc non inuenitur in ecclesia, immo generaliter licitum est contrahentibus se inuicem in precio decipere vsque ad dimidiam iusti precij, vt in l. item si precio. ff. locati. & l. in causæ. ff. de minoribus. In alijs autem personis quàm in ecclesia contrahente idem est, quod est de iure ciuili, vt in c. cum dilecti. de empt. & vend.

151 ¶ 107. quia † de iure canonico hæres non adimplens voluntatem defuncti priuatur in totum hæreditate, etiam nulla sibi relicta legitima, si sit de liberis, vt not. in c. experientię. 11. q. 1. de quo dic, vt ibi not. Sed de iure ciuili hæres non adimplens voluntatem defuncti infra annum priuatur hæreditate, relicta tamen sibi legitima, si est de liberis, vt in l. fi. & authent. hoc amplius. C. de fideicommissis. & habetur in c. licèt. in fin. de voto & voti redempt.

152 ¶ 108. quia de iure † canonico sacrilegus varijs pœnis punitur, iuxta ea quæ habentur in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. Sed de iure ciuili sacrilegus punitur alijs pœnis, de quibus in l. sacrilegij pœnam. in princ. & l. sacrilegij. in princ. ff. ad l. Iul. peculatus. & de sacrilegijs.

153 ¶ 109. quia † de iure canonico iuramẽtum in pupillo doli capace seruandum est, & sic valet, vt in c. paruuli. 22. q. 5. & ibi nota. Secus videtur esse de iure ciuili, vt in authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Fallit in casu l. fin. ff. de liberali causa. videlicet si pupillus manumissus iurat se ꝑstaturum operas suo manumissori.

154 ¶ 110. quia de iure † canonico fur est, qui intrat per hostium animo furandi, quamuis nihil adhuc acceperit, vt in c. tres personas. & ibi glo. 23. q. 4. Sed secus est de iure ciuili, quia requiritur q̃ subsequatur contractio rei, vt in l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis.

155 ¶ 111. quia de iure canonico † oĩa iura habentia causam continuam vel discontinuam contra ecclesiam præscribuntur spacio 40. annorum vniformiter, vt in c. de quarta. & c. vigilanti. & c. fin. de præscri. Sed de iure ciuili in iuribus nõ habentibus causam continuam vel quasi requiritur tantum tẽpus, cuius initij memoria non existat, l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. facit c. 1. de præscrip. lib. 6. quod est verum, nisi allegetur titulus, ad cuius probationem inducatur patientia vsus per tempus 10. annorum inter præsentes, vel 20. annorum inter absentes, vt not. in l. seruitutes, la grande. ff. de serui. titu. generali, & vide in c. peruenit. de censibus.

156 ¶ 112. quia † de iure canonico ille, qui post fundatam intentionem alterius vult aliquid, quod proponit probare, si deficiat in probatione, condemnatur in expensis illius articuli etiam in euentum totius causæ, vt in c. finem litibus. de dolo & contumacia: & maximè in beneficialibus, vt ibi in littera. Sed de iure ciuili reseruantur tales expensæ in fine litis, vt ibi not. per l. properandum. C. de iudic. in §. fin autem. & ibi notatur.

157 ¶ 113. quia de iure † canonico alia est pœna incendiariorum, de qua in c. si quis damnum. de iniurijs & damno dato. & in c. deuotissimam. 12. q. 2. Sed de iure ciuili aliter punitur incendiarius, prout not. in d. c. cum deuotissimam. super verbo, si verò prædam, &c. de quo vide distinctionem Bar. in l. 1. ff. de offi. præfecti vigilum.

158 ¶ 114. q̃a de iure † canonico plures vulnerantes vnũ, etiam si certũ est, q̃ ex ictu vnius perierit, censentur homicidæ omnes, vt dicit glo. in c. fin. 23. q. fi. Sed de iure ciuili censetur homicida ille solus, ex cuius ictu perijt, quia actus vniuscuiusq; contemplandi sunt, vt in l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sicca. & not. in dicto c. fin.

159 ¶ 115. quia † de iure canonico alia pœna imponitur maleficis vel diuinatoribus, de qua in ca. qui diuinationes. 26. q. 5. Et alia pœna imponitur secundùm ius ciuile, quia diuinatores concremantur, sed illi, qui in corũ domibus hoc fieri fecerunt, post publicationem bonorum suorum in exiliũ mittuntur, vt in l. nemo. & l. nullus. C. de malefi. & mathema. & not. in d. cap. qui diuinationes: de quo etiam habetur in cap. 2. de sortilegijs.

160 ¶ 116. quia de iure † canonico qui cognouit carnaliter monacham, si clericus est, deponitur: si verò est laicus, excõicatur: vt in c. si quis episcopus. 27. q. 1. Sed de iure ciuili laicus decapitatur, l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler.

161 ¶ 117. quia † de iure canonico non dissoluitur matrimonium altero coniugum volente intrare monasterium, nisi talis ingressus fiat ante secutam copulam, vt in c. ex publico. de conuersione coniugatorum: de quo vide not. in c. Agathosa. 27. q. 2. Secus est de iure ciuili, vt in Authent. de nupt. §. distrahuntur.

162 ¶ 118. quia de iure † canonico legatum rei alienæ non valet indistincte, vt in c. filius: de testamentis. & ibi not. Sed de iure ciuili distinguitur, vt in l. cum alienam. C. de lega. & in l. si res obligata. ff. de lega. 1.

163 ¶ 119. quia de iure † canonico filiusfa. obligatur in voto, vt in c. mulier. 32. q. 2. & ibi not. Secus de iure ciuili, vt in l. si rem. §. voto. ff. de pollicita. & vide glo. in l. Deo nobis. §. hoc etiam. in verbo, ingratum. C. de episc. & cle.

164 ¶ 120. quia de iure † canonico peccans contra naturam punitur citra pœnã mortis, vt in c. clerici. de excessibus præla. & 32. q. 7. cap. flagitia. Sed de iure ciuili capite punitur, vt in l. cum vir nubit in fœminam. C. ad l. Iul. de adul. & in Authen. vt non luxurientur con. na. circa fin.

165 ¶ 121. quia de iure canonico † pater aut maritus non potest occidere adulteram, per regulam de qua in c. si non licet. 23. q. 5. & in c. admonet. 33. q. 2. Sed de iure ciuili permittitur impune patri occidere filiam nuptam repertam in adulterio, vt in l. nec in ea. cum l. sequen. ff. ad l. Iul. de adulte. & maritus punitur mitius, licèt nõ in totum excusetur, vt in l. Graccus. C. ad l. Iul. de adulte.

166 ¶ 122. quia de iure canonico † mulier rapta potest nubere suo raptori: vt in c. accedens. de raptoribus. Secus de iure ciuili, vt in l. vnica. C. de raptu virginum.

167 ¶ 123. quia † de iure canonico emens rem ecclesiæ à fisco non est securus, immo rem ecclesiæ restituere tenetur, vt in c. 2. de rebus eccle. non alie. & ibi nota. Secus de iure ciuili in emente rem alienam quamcunque à fisco, vt in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & est glo. in d. c. 2.

168 ¶ 124. quia † de iure canonico in alienationibꝰ rerum ecclesiasticarum sufficit solennitas, de qua habetur in c. sine exceptione. & quod ibi not. 12. q. 2. Sed de iure ciuili requiritur maior solennitas, de qua in authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. & 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. & notat Inno. in c. dudum. de rebus eccle. non alie.

169 ¶ 125. quia † de iure canonico si primus cõductor sit scholaris habitans domum conductam, prohibetur alius scholaris inuito primo inquilino scholare illam domum conducere, vt in c. 1. de locato. & ibi not. Secus de iure ciuili, vt in l. ne cui. C. locati. vbi non requiritur consensus primi inquilini.

170 ¶ 126. quia de iure † canonico licitum est pignorare bona ecclesiæ sacra, vel religiosa ex causa necessaria, vt in c. 1. de pigno. & quod ibi not. Secus est de iure ciuili, vt in l. 3. C. quæ res pigno. ob. pos. & est glo. in d. c. 1. de pigno. in gl. in verbo, necessitate.

171 ¶ 127. quia de † iure canonico volũtas testatoris maximè in piam causam potest cõmitti in arbitrium alterius, nec censetur captatoria, vt in c. cum tibi. de testamen. & ibi nota. Secus est de iure ciuili, vt in l. illa institutio. ff. de hæredi. institu. & l. captatorias. C. de testamento militis.

172 ¶ 128. quia de iure canonico † quo ad onus soluendi decimam ex fructibus non deducuntur sumptus ex fructibus, vt in c. tua nobis. de decimis. Sed de iure ciuili vbicunque fit mentio fructuum, fructus semper intelliguntur deductis sumptibus, l. fructus. ff. soluto matrimo. & l. 1. C. de fructi. & lit. expensis. & ibi latissime scripsi vltra alios.

173 ¶ 129.

173 ¶129. quia † de iure canonico imponentes noua & insolita vectigalia, primo moniti q̃ desistant & satisfaciant, donec non satisfecerint, priuantur communione ecclesiastica, vt in c. innouamus. de deci. Sed de iure ciuili perpetuo exilio puniuntur, vt in l. fin. C. noua vectigalia institui non posse.

174 ¶130. quia † de iure canonico si quis contraxerit cũ puella nondum septem annos habente, cum qua tentauit copulam, licèt non potuerit propter illius puellæ ætatem, & matrimonium secutum postea non fuit, non potest ducere in vxorem aliam consanguineam illius puellæ, vt in c. iuuenis: de sponsalibus. Sed de iure ciuili videtur, per not. per Azo. in summa, C. de nupt. & per notata per glo. in §. fin. Institu. de nupt. vbi istud impedimentum non connumeratur.

175 ¶131. quia † de iure canonico in electionib⁹ seruatur forma, de qua in c. quia propter. de electio. & in c. cum dilectus. de consuetudine: nec est opus alia obseruatione, vt ibi. Sed de iure ciuili debent præstare iuramentum de eligendo illum in abbatem, quem sciunt vita castum, fide rectum, & qui vtiliter monasterio prouidere valeat, vt in Authent. de sanctissimis episcopis. §. igitur abbatem.

176 ¶132. quia † de iure canonico in contrahendo matrimonium inter valentes loqui requiruntur verba consensum exprimentia: secus in non valentibus loqui, quia tunc sufficit consensum nutu declaratum, vt habetur in cap. tuæ, de sponsalibus, & ibi nota. Sed de iure ciuili sufficit solus consensus qualitercunque declaratus etiam inter valentes loqui, per l. nuptias. ff. de regu. iuris. & l. cui fuerit. ff. de conditio. & demonstra.

177 ¶133. quia de iure canonico † Archiepiscopus cum palio sepelitur, vt in c. 2. in fi. de aucto. & vsu palij. & ibi not. Sed de iure ciuili nemo debet sepeliri cum ornamentis aliquibus, vt in l. at si quis. §. funeris causa. ff. de reli. & sump. fune.

178 ¶134. quia de iure canonico † Archiepiscopus non potest vti palio suo extra suam prouinciam, vt in c. 1. & c. ex tuarũ. de auct. & vsu palij. Sed de iure ciuili ipse sicut proconsul videtur quòd possit vti insignibus suis vbique, præterquam in vrbe Romana, vt in l. 1. ff. de offi. proconsu. & lega.

179 ¶135. quia de iure canonico † ille, qui obtinuit à Papa licentiam renunciandi dignitati vel episcopatui vel beneficio, cogitur illi cedere, vt in c. quidam cedendi. de renunc. Sed de iure ciuili ille, qui cessit bonis re integra, ex pœnitentia potest bona recuperare, l. is qui ff. qui bo. cede. possunt. & ratio notatur in dicto c. quidam. vbi glo. ponit hanc differentiam:

180 ¶136. quia de iure canonico † in libertis ecclesiæ multa specialia seruantur, de quibus in c. de famulis. de seruis non ordi. Sed de iure ciuili illa talia ibi enumerata non inueniuntur cõpetere patronis eorũ, vt in ti. ff. de operis libertorũ. &c.

181 ¶137. quia † de iure canonico pro falsitate multiplex pœna imponitur, vt habetur in c. ad falsariorum, de crimine falsi. & per Goffre. in summa, eod. tit. Sed de iure ciuili in homine libero est pœna deportationis & omnium bonorum publicationis, in seruo vero vltimum supplicium, l. j. §. fi. ff. de falsis.

182 ¶138. quia † de iure canonico laicus patronus præsentans indignum non priuatur ea vice iure præsentandi dignum, vt est glo. in c. cũ vos. de off. ordi. in glo. in verbo, idonee. Sed de iure canonico priuatur ea vice iure præsentandi, & illa potestas deuoluitur ad superiorem, vt in Auhten. de sanctissimis episcopis. §. moratorium.

183 ¶139. quia de iure † canonico alia pœna imponitur interficienti filios seu liberos suos vel parentes, vt in c. 1. & 2. de his qui filios occiderunt. Et alia imponitur de iure ciuili, vt in l. j. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt. & l. penultima. ff. ad legem Pompe. de parricidijs.

184 ¶140. quia de iure canonico † non licet clerico alium occidere pro defensione rerum suarum, vt habetur in c. suscepimus, de homicidio. & ibi glo. 1. Sed de iure ciuili cuilibet licitum est pro defensione rei suæ alium occidere, si aliter rem suam defendere non possit, vt in l. 4. ff. ad legem aqui. & l. furem nocturnum. ff. ad legem corneliam de sicca. nisi res sit vilis, per l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad legem a qui. & videtur casus in dicto. c. suscepimus. & de materia vide in cap. si perfodiens. de homicidio.

185 ¶141. quia de iure canonico † abducens secum virginem tenetur eam dotare & accipere in vxorem: & si pater mulieris non velit eam tradere in vxorem illius, tunc reddet eam & eam dotabit, vt in cap. 1. de adulterijs & stupro. Sed de iure ciuili aliud videtur, vt habetur in l. 1. C. de raptu virginũ. & in Authen. de raptis mulieribus.

186 ¶142. qa † de iure canonico stuprator virginis si cũ ea cõtrahit matrimonium, & eam dotauerit, aliter nõ punitur: sed si eam recuset, est excommunicatus, & verberatur, & in monasterium detruditur, vt in c. 2. de adult. & stupro. Sed de iure ciuili aliter castigatur, quia si per vim rapuerit mulierem, capite punitur, dicta. l. 1. C. de raptu virginum. si vero nõ per vim, tunc si est vilis persona, verberatur: si vero honesta, relegatur, vt Insti. de publi. iudi. §. item lex Iulia. & §. sin autem. & nota. in dicto cap. 2.

187 ¶143. quia de iure canonico † raptor dicitur cum non desponsata per prius, sed non cum desponsata, quam sponsus postea rapuit, vt in c. fi. in prin. de adulte. & stupro. Sed de iure ciuili dicitur raptus etiam cum desponsata, vt in dicta l. 1. C. de raptu virginum. & notat glo. in dicto c. fi.

188 ¶144. quia de iure canonico † falsarius quandoque signatur in facie, vt in c. ad audientiam. de crimine falsi. Sed de iure ciuili nemo debet signari in facie, vt in l. si quis in metallum. C. de pœnis. & not. in dicto c. ad audientiam.

189 ¶145. quia de iure canonico † simul & semel potest procedi & sentẽtiari super possessorio & petitorio, vt habetur in c. 2. de causa posses. & proprietat. Sed de iure ciuili prius proceditur & sententiatur super possessorio, quàm de proprietate agnoscatur & pronuncietur, vt in l. ordinarij. C. de rei vendi. & l. incerti. C. de interdic. & l. exitus. ff. de acqui. poss. & l. si de vi. ff. de iudi. & notatur in dicto cap. 2.

190 ¶146. quia de iure canonico † illa dicitur terra noualis, quæ est de nouo reducta ad culturam, de cuius culturæ initio non extat memoria in præteritum, vt in c. quid per nouale. de verbo. significatio. & ibi plene per Cardi. Sed de iure ciuili illa dicitur terra noualis, quę anno cessauit arari & postea aratur, vt meliores & vberiores fructus producat, vt in l. silua. §. noualis. ff. de verbo. signi.

191 ¶147. quia † de iure canonico petens plus re, causa, loco vel tempore condemnatur simpliciter in expensis & damnis vel interesse, vt in c. 1. de plus petit. Sed de iure ciuili cõdemnatur in triplo damni sportularum passi per reum, vt in §. tripli. Insti. de acti. immo de iure canonico sportulæ recesserunt ab aula, vt in c. cum ab omni. de vita & ho. cle.

192 ¶148. quia † de iure canonico delegatus etiam ab ordinario exequitur suam sententiam, cum omnia delegata censeãtur, sine quibus res ad effectum deduci non potest, vt in c. suspicionis. de offi. deleg. & c. si quis cõtra clericum. de fo. cõpe. Sed de iure ciuili secus, nisi sit delegatus a principe, vt in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iu.

193 ¶149. quia de iure † canonico in pluribus iudicibus collegis non valet sententia omnium vel maioris partis eorum, sed omnes debent cõcorditer iudicare in causa criminali mota contra aliquem episcopum, vt in c. si quis episcopus. 6. q. 4. & ibi glo. Sed de iure ciuili sufficit concordia & sentẽtia pluriũ, seu maioris partis eorũ, vt in l. duo ex tribus. ff. de re iudi.

194 ¶150. quia de iure canonico † eijciens episcopum à propria sede, vel eum comprehendens vel percutiens punitur confiscatione bonorum suorum, quæ applicantur illi ecclesiæ, cuius episcopus est passus iniuriam, & etiam anathematizatur, vt in c. si quis deinceps. 17. q. 4. Sed de iure ciuili bona damnatorum reseruantur hæredibus, vt in Auth. bona damnatorum. C. de bo. damna.

195 ¶151. quia de † iure canonico iudex, à quo appellatur, potest appellanti præfigere terminum, infra quem iter arripiat ad iudicem appellationis, & infra quem se præsentet coram iudice, ad quem appellatum est, & infra quem faciat iudici à quo fidem de prædictis, vt in c. cum sit Romana. de ap. & ca. cordi. eo. ti. li. 6. Sed de iure ciuili hoc cautum non reperitur, immo proba cõtrariũ ex regula tituli, ff. nil. nou. ap. pẽdẽte.

196 ¶152. quia de iure † canonico iudex à quo est appellatum, potest per appellantem tanquam suspectus recusari in alijs causis, pendente illa appellatione, vt in c. ad hæc si in vna. de app. Secus de iure ciuili, vt in l. vnica. ff. apud eum à quo appellatur &c.

197 ¶153. quia † de iure canonico appellati potest a sententia lata in possessorio, vt in c. significauerunt. de testi. & no. per Inno. in cap. fi. de no. ope. nun. & per Bald. in l. 1. C. si de momenta. pos. fue. ap. quod est verum in possessorio recuperande, per glo. magnam in fi. in c. cum ad sedem. de resti. spo. Sed de iure ciuili secus est, vt in d. l. 1. & vide Ange. in suo consilio 46. & quod ego latè dixi in l. post sententiam. C. de senten. & interlo. iud.

198 ¶154. quia † de iure canonico a sententia episcopi debet appellari ad Papam, aut ad metropolitanum, vt in cap. duo simul. de offi. or. & in c. ad Romanam. 2. q. 6. Sed de iure ciuili potest appellari ad iudicium seculare, vt in authen. si quis litigantium. C. de epi. audi.

199 ¶154. quia † de iure canonico a sententia lata per episcopum appellari bis põt, sed non tertiò, vt habetur in cle. 1. de sen. & re iudi. Sed de iure ciuili semel tantum a sententia episcopi potest appellari, vt in d. authen. si quis litigantium.

200 ¶155. quia † de iure canonico contra ecclesiam nõ currit præscriptio, viuente vel superextante rectore ecclesiæ, qui alienauit illicitè rem ecclesiæ, vel qui rem ecclesiæ dilapidauit, vt in c. si sacerdotes. 16. q. 3. Sed de iure ciuili statim incipit currere præscriptio etiam contra ecclesiam, vt in authẽ. quas actiones. C. de sac. san. eccl.

201 ¶156. quia † de iure canonico in causis spiritualibus, vt in decimis & similibus cessat iuramentum calumniæ, quod est credulitatis, & vendicat sibi locum iuramentum veritatis, vt in c. litteras. de iura. calum. Sed de iure ciuili in quibuscunq; causis sufficit iuramentum calumniæ, l. 1. C. de iura. calu. pręterquam in criminalibus, vt habetur in l. Marcellus. ff. rerum amotarum. & ibi per Bar.

202 ¶157. quia † de iure canonico quæstio, vtrum quis sit filius legitimus vel non, põt cognosci per iudicem ecclesiasticum tantum, & non per secularem, etiam si corãm eo sit quæstio successionis hæreditatis principaliter, & quæstio filiationis incidenter, vt in c. tuam. de ordin. cog. & c. lator. & c. causam. qui fil. sint legi. Sed de iure ciuili talis cognitio incidẽter pertineret iudici seculari principalis causæ, vt in l. quotiẽs. C. de iudic. & per Bar. in l. Titia. ff. so. ma. in l. 2. ff. de iurisd. om. iud.

203 ¶158. quia † de iure canonico potest admitti positio negatiua etiam improbabilis, si iudici æquum esse videbitur, vt in c. fi. de confes. lib. 6. Sed de iure ciuili illa tantum sunt ponibilia, quæ sunt probabilia, vt habetur in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum.

204 ¶159. quia † de iure canonico testis criminosus siue damnatus de crimine, siue non damnatus repellitur a testimonio, dummodo probetur eius crimen, vt in c. sup ea. & c. testimonium. de testi. sed de Iure ciuili solùm testis criminosus damnatus de crimine famoso repellitur, vt in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. & l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi.

205 ¶160. quia † de iure canonico testes non compelluntur ferre testimonium in causa criminali, vt in c. dilectorum. de testi. cog. In ciuilibus sic, vt ibi, sed de iure ciuili omnes cogũtur ferre testimonium, exceptis quibusdam personis, vt in l. si quando. in prin. C. de testi. & dixi supra in ver. 91.

206 ¶161. qa de iure canonico † mulier põt de adulterio accusare virum suum adulterũ, ar. c. nouit. de iudi. & quod no. 32. q. 1. §. publico iudicio: dic vt ibi notatur. Sed de iure ciuili secus est, quia mulier non habet thorv, vt in d. c. §. publico. & l. 1. C. de adulter. de quo dixi in meo tractatu correlatiuorum.

207 ¶162. quia de iure canonico † pro adulterio agitur solum ad separationẽ thori & ad lucrũ dotis vel donationis ꝓpter nuptias, vt in c. tuæ. de procur. Sed de iure ciuili ad pœnam corporalem infligendam adulteræ, vt in l. quãuis. & in authẽ. sed hodie. C. de adulterijs. & in d. c. tuæ. & dixi infra. 170.

208 ¶163. quia de iure canonico † iudex recusatus vt suspectus, causa suspitionis legitima coram eo proposita, si probata fuerit coram arbitris, si est ordinarius, potest alteri causam totã delegare, vt in c. cum speciali: in fine principij: & ibi not. de appel. secus si sit delegatus, vt in c. secundo requiris. in fin. eo. titu. & ibi nota. Sed de iure ciuili videtur, quòd etiam iudex recusatus possit alteri non suspecto causam delegare, vt habetur in l. apertissimi. C. de iudic. & not. in d. cap. secundo requiris. in fi.

209 ¶164. quia † de iure canonico etiam post quinquennium potest quæri de adulterio vxoris ad separationem thori, &c. vt in cap. admonere. 30. q. 2. & ibi not. Sed de iure ciuili post quinquennium non auditur maritus de adulterio vxoris suę, vt ff. de adul. l. miles. §. adulterij reum.

210 ¶165. quia † de iure canonico iudices nihil possunt a partibus habere vltra expensas, quando proficiscuntur, vt in c. cũ ab omni. de vita & ho. cle. & ibi not. Sed de iure ciuili ordinarij recipiunt sportulas, vt in auth. generaliter. C. de epi. & cle. & delegati a principe in principio causæ duos aureos, & non vltra, vt in Auth. de iudi. §. ne autem.

211 ¶166. quia † de iure canonico in notorijs extra ordinem & iuris ordine nõ seruato proceditur, vt in c. vestra. de coha. cle. & mulie. & in c. cum sit Romana. in fi. de ap. & in c. ad nostram noueris audientiam. de iureiuran. Sed de iure ciuili videtur secus esse, vt in l. prolatam. C. de senten. & interlo. iudi. & l. absentem. C. de accu.

112 ¶167. quia † de iure canonico licitum non est actori trahere reum coram diuersis iudicibus, sed debet eodem tempore eum trahere corã eodem iudice, vt in c. quia nonnulli. de rescrip. Sed de iure ciuili secus est, nisi continentia causarum aliud suadeat, vt in l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eũdem iudi. eatur. & l. nulli. C. de iud.

213 ¶168. quia † de iure canonico causa ciuilis etiam ardua puta trecentorum aureorum delegari potest absque alia iusta causa, dummodo malitiose se exonerare non quærat, vt in cap. pastoralis. in princip. de offic. deleg. in cap. si pro debilitate. eodem titulo. Secus est de iure ciuili, vt in l. placet. C. de pedaneis iudicibus.

214 ¶169. quia de iure † canonico potest prorogari iurisdictio iudicis ordinarij de persona ad personam, sed non iurisdictio iudicis delegati, vt in cap. P. & G. de offic. delega. & ibi nota. Sed de iure ciuili potest fieri prorogato iurisdictionis etiam iudicis delegati de persona ad personã, vt in l. 1. & 2. in princ. ff. de iudi. de quo tamen dic, vt dixi in repetitione dictę legis. 1. in quinto notabili.

215 ¶170. quia † de iure canonico vir potest accusare suam vxorem de adulterio, & agere ad separationem thori tantum, & talis non dicitur mixta, idest nec mere ciuilis nec mere criminalis, vt in cap. tuæ. de procurat. Sed de iure ciuili non patet ista via marito, immo debet accusare vxorem de adulterio, vt puniatur pœna legali, & postea eam repudiare, vt in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia non plures. & dixi supra 159.

216 ¶171. quia † de iure canonico pacto potest dari hæreditas, vt in cap. fi. de success. ab intest. & ibi per Abbatem. Secus de iure ciuili, vt in l. licet inter priuatos. C. de pac. quod not. ad illam l. licet inter priuatos.

217 ¶172. quia † de iure canonico ille locus dicitur religiosus, qui est constructus auctoritate pontificali, vt in cap. ad hoc. de religio. do. & in c. nemo ecclesiam. de consec. dist. 1. Sed de iure ciuili ille locus dicitur religiosus, in quo homo mortuus sepultus est, vt in l. cùm in diuersis. & l. cùm loca. ff. de relig. & sump. fun.

218 ¶173. quia † de iure canonico corpora mortuorum sunt sepelienda in ecclesijs vel cimiterijs ecclesiarum, iuxta ea quę habentur in c. cum grauis. & in c. se. 13. q. 2. Sed de iure ciuili sunt sepelienda extra ciuitatem, ne ciuitas corrumpatur fœtore, vt in l. mortuorum. C. de religio. & sump. fun.

219 ¶174. quia de iure † canonico in præscribendo decimas in alterius parochia per ecclesiam vltra bonam fidem requiritur titulus saltem in sui prima figura coloratus, etiam in pręscriptione longissimi temporis 50. annorum, vt est glos. in cap. si diligenti. in glo. fin. in fine sui. de præscrip. Sed de iure ciuili in tali præscriptione longissimi temporis nõ requiritur titulus, vt in l. omnes. & l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Et ita consului in quodam meo consilio, quod incipit, In Christi nomine amen, dubitatur vtrum ecclesia sancti Georgij &c.

220 ¶175. quia † de iure canonico semel interrupta præscriptione per litis contestationem, præsumitur mala fides: vt in l. nemo. C. de acqui. poss. non procedit pręscriptio noua, vt in cap. fi. de præscript. & cap. possessor malæ fidei. de regul. iuris. lib. 6. & quod ibi not. Secus est de iure ciuili, vt in l. fina. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.

221 ¶176. quia † de iure canonico pœna canonica potest excedere quadruplum, immo quandoque est vsque ad nouẽcuplum, vel decuplum, vt in cap. quisquis. in fine, 17. q. 4. & in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. Sed de iure ciuili pœna non excedit quadruplum, vt in §. omnes. Insti. de acti. & not. in d. c. quisquis. in fi.

222 ¶177. quia † de iure canonico iudex causæ potest totam causam alij delegare, etiam si in principio & in medio & in fine causam non audiat, vt in c. super quæstionum. §. intentionis. de offic. deleg. Secus de iure ciuili, vt in auth. ad hæc. C. de iudic. & sentit d. §. intentionis.

223 ¶178. quia de iure † canonico in eligendo Episcopum requiritur, quòd eligendus compleuerit annum trigesimũ, & requiritur ætas triginta annorum, vt in cap. cum in cunctis. de elect. Sed de iure ciuilis in publicis honoribus sufficit ætas legitima 25. annorum, & annus inceptus habetur pro completo, vt in l. ad rem publicam. ff. de mu. & hono. & no. in

no.in d.c.cum in cunctis.& habetur in c.quicunque. 77. dist. & 78.dist.c.1.& c.presbyter.

224 ¶179. quia † de iure canonico eius obseruantia in spiritualibus vel concernentibus animam habet locum nedum in terris ecclesiæ, sed in terris imperij, vt in c.nouit.de iudi. & capitulo fina.de præscript.& ibi not. & dixi supra in quæst. 18.Sed de iure ciuili obseruantia iuris ciuilis non extenditur extra terras imperij,vt habetur in capitulo per venerabilem: qui fi.sint legi.& in c.1.de ope.no.nunc.& dixi in d.q.18.facit l.extra territorium.ff.de iurisd.om.iudi. & in principio prohœmij digestorum. & in l.cunctos populos. C.de sum.Trin. & fide catho.

225 ¶180. quia†de iure canonico Episcopus,qui est iudex ordinarius,vt in toto titulo de officio ordinarij, potest in omni loco suæ diœcesis sedere & sententiare, vt in c.cum episcopus.de offic.ordi.lib.6.Sed de iure ciuili iudex ordinarius debet in certo loco maiorum suorum sedere & sententiare, vt in l.pen.in fi.ff.de iusti.& iure.

226 ¶181.quia de iure † canonico reiterans baptismum punitur hac pœna, quia non potest promoueri, secundum Raynerium in summa,in titu.de sacra.iteran.vel non.Sed de iure ciuili capite punitur actiue & passiuè, vt in l.2.C.ne sanctum baptisma iteretur.

227 ¶182.quia † de iure canonico sunt certæ personæ impositæ,de quibus not.in c.ad reprimendam.de offic.ordi.in gl.2. & 68.dist.cap.sicut & 18.di.c.placuit.dic vt in dictis iuribus. Sed de iure ciuili sunt aliæ & diuersæ pœnæ impositæ,vt in l. si quis forte. §.nunc genera pœnarum.cum duabus legibus sequentibus.ff.de pœnis.

228 ¶183.quia† de iure canonico homicida clericus deponit, laicus excommunicatur, secundum Vin. & Goffre. vt notat Ioan.An.in c.sicut dignũ.de homicid.Sed de iure ciuili honestiores deportantur in insulam, & bona eorum publicantur. Viliores verò decapitantur, vel bestijs subijciuntur, vt in l. eiusdem,in fi.ff.ad l.cor.de sicca.de quo dic latè, vt dixi in c. omnis autem lex.dist.3.

229 ¶184.quia† de iure canonico confugiens ad ecclesiam nõ debet inde extrahi, immo habet immunitatem ecclesiasticã, nisi sit publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, vt in capitulo inter alia. de immu. eccle. Sed de iure ciuili vltra latrones & depopulatores nocturnos, excipiuntur etiam homicidæ ac adulteri, & raptores virginum, licet raptores virginum de iure canonico habeant immunitatem, vt in c. de raptoribus.36.quæst.1.ita habetur in Auth.de man. prin. §.sicut delinquentes.& est glos. notabilis in d.c.inter cętera. quæ assignant hanc differentiam.

230 ¶185. quia de iure † canonico in petenda restitutione in integrum per procuratorem sufficit mandatum speciale,licèt non specialissimum, vt in capitulo coram. de restitut.in integ. Sed de iure ciuili requiritur mandatum specialissimũ, puta in tali causa contra talem, vt per Cyn. & legistas in l. vnica. C.etiam per procuratorem in integrum resti.agi posse: quamuis.Bart.in l.filiusfa.ff.de donat. dicat sufficere speciale mandatum.de quo tu vide per Abba.in d.c.coram, in 2. columna.

231 ¶186. quia de iure † canonico ecclesia potest restitui in integrum etiam in præiudicium laici secum contrahentis, & hoc coram iudice ecclesiastico, vt est casus in cap.cõstitutus. de in integ.restitu. & ibi per Abbatem. Sed de iure ciuili semper debet adiri iudex illius, de cuius præiudicio tractatur, etiam si sit ecclesia, quæ petit restitutionem in integrum, vt in lege secunda. C.vbi & apud quem.ad finem litteræ.

232 ¶187. quia de iure † canonico singularis successor, in quem est facta alienatio causa mutandi iudicium, potest conueniri ex rescripto etiam impetrato contra alienantem tantum, qui postea alienauit causa mutandi iudicium,successore participante fraudem, vt in capitulo primo de alie. mutandi iudicij causa.& ibi per Abba. in secunda columna. Sed de iure ciuili talis successor singularis poterit conueniri coram iudice suo tantum, sed non coram delegato per rescriptum impetratum contra alienantem, vt in l.1. in fi. C. eo.tit.& no.in d.c.1.in glo.4.

233 ¶188. quia de iure † canonico iuramentum obligat iurantem, vt in capitulo per tuas. de arbit.& ibi not.per Abbatem. Sed de iure ciuili iuramentum non inducit obligationem regulariter, vt in l.vt iurisiurandi.in princip.ff.de operis liber. & habetur in l.si quis maior. C.de transact. Alii qui moderni notant in l.1.in prin.ff.de verb.oblig. in liberto iurante se patrono præstaturum operas, d.l.vt iurisiurandi. & vide per Abba.super rubrica Decretalium circa finem.

234 ¶189. quia†de iure canonico sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam. immo quandocunque comperta veritate in contrarium retractatur,vt in c. lator. & c.teneor. & c.consanguinei. de re iudi. Secus est de iure ciuili,vt in toto titulo,C.de execu.rei iudi.

235 ¶190. quia † de iure canonico beneficia ecclesiastica sub conditione vel ad tempus non dantur, vt not.in c.pastoralis. 7.q.1.vbi glo.magistra.Sed de iure ciuili secus videtur, quia beneficia ecclesiastica non connumerantur in l.actus legitimi. ff.de regulis iuris. de quo dic, vt in dicto capitulo pastoralis.

236 ¶191. quia†de iure canonico licet per non confectionem inuentarij hæres perdat detractionem falcidiæ vel trebellianicæ,vt in cap.Raynaldus.de testam.tamen non tenetur hæres vltra vires hæreditatis creditoribus vel legatarijs, & hoc de æquitate canonica,vt per Ang.in l.fi.§.si vero postquam. C.de iure deli.Secus de iure ciuili, secundum omnes docto. in d.l.fi.C.de iure delibe.Tu autem,vtrum hoc sit verum, vide plenissime per Ioan.de Anania.in c.in litteris.in penult. & vlti.columna,de raptoribus: vbi recitat opiniones omnium doctorum in hac materia: vt ibi per eum, & per Bar.& alios in rubrica,ff.de acqui.hæred.& in l.in ratione.§.quòd vulgo. ff.ad l.fal.vbi per Bart.

¶192.quia de iure canonico pro modica iniuria vel pro modica re quis condemnatus non efficitur infamis, vt in c. cum te. de sent.& re iudi. & quod ibi nota.de furto, quod sit etiam in re modica,vt not.in §.gallinarum.Insti.de re. diui. & in quo quis condemnatus de iure ciuili efficitur infamis, vt in l.non potest.ff.de fur. Sed de iure ciuili condemnatus iniuriarum indistinctè etiam pro modica iniuria quis efficitur infamis,ar.c.fi.14.q.6.& l.fi.C.de iniur. & arg.not. in d.§.gallinarum.& quod no.in d.c.cum te.de quo tamen vide Bar.in l. infamem.ad fi.C.de publi.iudi.

237 ¶193.quia de iure † canonico testamentum factum nutu valet,vt no.per glo.in c.cum tibi.de testa.Secus est de iure ciuili,quia licèt legata possunt fieri nutu,l.nutu.ff.de leg.3.& l. in epistola.C.de fideicommis.tamen secus est in hæredis institutione,& si.in testamento,vt in l.hæredes palam, in princ.ff. de testa.& no.in d.c.cum tibi.quod nota.

238 ¶194. quia†de iure canonico medici vocati ad ægros ante omnia debent ægros inducere ad cõfitendum eorum peccata,vt in c.cum infirmitas.de pœni.& remi.pec.Sed de iure ciuili hoc non reperitur,vt in toto tit.C.de profes. & medicis, qui in vrbe Constantinopolitana.

239 ¶195.quia de iure † canonico fœmina potest esse arbitra, seu in fœminam potest compromitti vt in arbitrum, vt in c. dilectus filius.de arbi.Secus de iure ciuili,vt in l.fi.C.de arbi. de quo vide in Spec.in tit.de arbit.§.2.in prin.

240 ¶196.quia † de iure canonico sententia arbitri indistincte potest emologari per partes,vt in c.per tuas. & ibi per Abbatem de arbi.Sed de iure ciuili potest emologari solum,quãdo compromissum est factum per pactum nudum & sine pœna, vt in l.cum antea.& ibi per Bart.C.de arbit.de quo dic, vt per Abbatem in d.cap.per tuas.& ibi per Docto.

241 ¶197.quia † de iure canonico reperitur iuramentum malitiæ vltra iuramentum veritatis & vltra iuramentum calumniæ, vt in capitulo secundo.de iuramen.calum.in fi.libro 6. Secus est de iure ciuili, quia reperitur solum iuramentum veritatis & calumniæ, non autem illud iuramentum malitiæ; vt in toto titulo ff.& C.de iureiurando & de iuramento calum.

242 ¶198. quia de iure † canonico nullum rescriptum principis seu Papæ regulariter valet vltra vnam diætam,vt in capit. statutum.§.1.de rescrip.lib.6.& quod habetur in cap.nonnulli.de rescriptis, in antiquis: vbi de iure veteri erant statutæ duæ diętæ: sed, vt dixi, de iure nouo est statuta vna dięta tantum, per dictum capitulum statutum. §.1.Sed de iure ciuili hoc statutum non reperitur, immo rescriptum imperatoris ad causas, vel lites generaliter valet, quia quicquid principi placuit legis habet vigorem, vt in l.1.ff.de manda. princip. & in §.sed quod principi. Instit.de iure naturali gen. & ciuili.

243 ¶199. quia de iure † canonico ecclesia potest petere in integrum restitutionem pro damno eminentissimo,seu pro læsione enormissima etiam est quadriennium, & sic quandocunque, vt est glos.singularis in cap.1.de restitu. in integ. lib.6.in glo.fina.in vltimis verbis suis, & notat Abbas in cap. 1.de restitu.in integ.in antiquis, in fi. secundi notabilis. Sed de iure ciuili non reperitur, quòd concedatur in integrum restitutio vltra quadriennium, vt in l.fin.C.de tempo. in integ.resti.peten.

244 ¶200. quia † de iure canonico populus consuetus occidere suos Episcopos punitur quòd careat Episcopo, & aliter ab extrinsecis gubernatur ecclesia, vt in cap.ita nos. 25. q.2. Sed de iure ciuili hoc cautum non reperitur, immo alia pœna punitur omnis homicida: veruntamen propter consuetudinem delinquendi potest pœna exasperari, vt in l.capitalium. §.famosos. ff.de pœnis. & l.capitalium. §.crassatores.eod.titu.& l.aut facta.§.fina.eod.titu.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his q̃ no.infa.& l.& si seuerior.& l.& si possidoneum.C.ex qui.cau.infa.irrogatur. Et sic de iure ciuili non reperitur illa certa pœna limitata, de qua in dicto cap. ita nos.

245 ¶Adde, quòd † de iure canonico mala grammatica vitiat rescriptum Papæ; vt in cap. ad audientiam. de rescriptis. Sed de iure ciuili non viciat rescriptum Imperatoris, vt dixi supra in rubrica, in oppositione 1. in fine primæ solutionis.

246 ¶Adde, quòd de iure † canonico spoliatus possessione Ecclesiæ vel beneficij petit restitutionem, & sibi non obstat exceptio tituli non legitimi, vt in cap.litteris de restitu.spolia. Secus videtur de iure ciuili per l.2.§.quædam.ff.de interdic. vbi dicitur, quòd interdictum de locis sacris seu religiosis habet annexam causam proprietatis, & sic videtur q̃ sit probandus titulus, aliter q̃ sibi obstet exceptio tituli non legitimi.

247¶Adde, quòd † de iure canonico monachus in hæreditate sibi delata æquiparatur filiofam.& patri, vt sic monasterium possit adire hæreditatem delatam monacho recusanti adire, seu quòd non sit necessarius consensus ipsius monachi, vt plenè notat Abbas in cap.in præsentia.de probatio. & per legistas in l.cum proponas.C.de hæred.institu. Sed de iure ciuili apud legistas videtur quòd æquiparetur seruo & domino, iuxta dictam l.cum proponas. & sic quòd sit necessarius consensus & aditio monachi vltra iussum monasterij, vt per Abbatem in dicto cap.in præsentia. & vide plene per Ioan. de Petrucijs in dicta l.cum proponas. vbi refert quasi omnes: vide etiam per Paulum de Castro in suo primo consilio, in fine.

248 ¶Adde, quòd † de iure canonico non reperitur distinctum interdictum vti possidetis, pro rebus immobilibus ab interdicto vtrobi, pro rebus mobilibus, vt habetur in cap. licet causam. de probatio.Sed de iure ciuili secus, vt in toto titulo ff.& C.vti possid.& ff.vtrobi.& dixi in meo tractatu de actionibus & natura earum.

249¶Adde, quòd de iure†canonico si appelletur ad inferiorem a Papa omisso medio, etiam ex certa scientia, valet appellatio,nisi excipiatur, vt notat glo.in c.dilecti filij prior. & ibi per dominum Philippum de appellatio.Sed de iure ciuili est funditus nulla,quia ius ciuile subuenit erranti tantùm,vt in l. 1.§.1.ff.de appella.

¶Nunc venio ad 25.oppositiones contra hanc rubricam vltra omnes Doctores.

250 ¶ Et primo † opponitur sic: Hic Gratianus non incipit ab inuocatione diuini nominis, contra cap.in nomine domini.23.distin. & contra cap.in nomine domini.de testibus. & & contra cap.non obseruetis, in fi.26.q.7. & contra cap.non liceat, eadem causa, qõ.5. & contra id, quod dicit ipsemet Gratianus in cap.cum Paulus. infra 1.q.1. & contra ea, quæ notat Bald. in prohœmio Codicis, vbi propter hoc dicit, quòd Paulus fuit primus, qui in sententijs incepit inuocare nomen domini nostri Iesu Christi. Et contra l.2. in princip.de offic.præfec.præto. & contra omnia principia iuris ciuilis, scilicet fforum, & Codicis. In eo enim debemus confidere, qui est propè omnes inuocantes eum in veritate, ut scribitur Psalmo primo. Et alibi dicitur, q̃ omnis bona interpretatio ex Deo est, vt per Paulum ad Corinthios,2.cap. post principium,& no.Tan.& Car.in cap.in his,in fi.de verb. signifi.ergo male.

¶ So.secundum nouam rubricam, quæ incipit, In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis &c. cessat contrarium. Sed secundum antiquam rubricam, prout habeo in libro meo, quæ non habet inuocationem diuini nominis, sed dicit, Incipit concordia, aliàs concordantia &c. Respondeo & do quatuor solutiones. Et prima solutio est, quòd illud verbum concordia, hic in rubrica positum tollit contrarium, quia significat idem quod pax, arg.90.distin. cap.discordantes.& c.studendum.quasi cõcordia & pax sit ipse Deus, iuxta illud euangelicum, Pacem meam do vobis &c. & 35.q.1.c. cum igitur, ibi, honestissima concordia &c. post princip. Nam etiam Papa in principijs librorum iuris canonici, scilicet Decretalium, Sexti, & Clementinarum consuetus est nominare Deum, licèt aliter Deus non inuocetur ibi, dum dicit,Episcopus seruus seruorum Dei &c.

¶Et prædicta præstant arg.quòd paria sunt, inuocare nomen Trinitatis, vt in rubrica noua: vel inuocare seu nominare nomen Dei, vt in principijs Decretalium, Sexti, & Clementinarum: vel nominare æquipollens, quod significet quasi Deum, vel ipsum Deum, vt hic, ibi, concordia &c.

251 ¶Et facit in arg.quòd† quis possit baptizari nedum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt in cap.1. de baptismo: sed etiam in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, vt hic secundum rubricam nouam, quam addiderunt impressores librorum, & probatur infra de consecr.distin.4. in cap. si qui apud illos, cum cap.se. Vel etiam in nomine Dei, vel æquipollentis: quod vltimum non est verum, vt in cap.si re vera.de consecr.distin.4. vt sic sit differentia in cognitione Dei inter nos & alias gentes simpliciter credentes in Deum, & Trinitatem non cognoscentes, & propter hoc in baptismo debet tale quid nominari, propter quod apparet cognitio & notitia Trinitatis. Veruntamen si quis baptizetur in nomine Trinitatis absque eo, quòd diceretur in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & cętera, sufficeret, vt in cap. quamuis.de consecr.distin.4.

252 ¶Et † aduerte tu canonista & legista, quòd quamuis regulariter in fauorabilibus, vt in testamentis, subaudiatur verbum principale: Exemplum, Titium hæredem meum: nam subauditur, si facio, vt in l.1.§.si autem sic scribat.ff.de hæredibus instituen.tamen in baptismate secus est, puta si quis puerum baptizandum immerserit in aqua in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amen: vel in nomine Trinitatis. Et non dixit, ego baptizo te &c. certè non est puer baptizatus; casus est in dicto cap.1.de baptismo. Ratio est, quia quòd in baptismo requirantur dicta verba, est per ecclesiam introductum pro forma substantiali, vt in dicto cap.1.per quod apparet, quòd requiruntur duo substantialia pro forma & validitate baptismi, scilicet aqua, & verba idonea, de quibus supra, vt in cap.penultimo,de baptismo. vnde omissio verborum viciat actum, sicut in stipulatione, vt in l.1. in princip.ff.de verborum obligatio.ad quod facit l.cum hi. §.si prætor.ff.de transac. nam forma dat esse rei, vt l.Iulia.§.sed siquis.in fi.ff.ad exhiben.adeo quòd non est in potestate par-
253tium facere, quòd † verba habeantur pro expressis, vbi expressa non fuerunt, vt in l.quicquid astringendæ. ff.de verborum obligatio. & ibi per Ang. & Paul. de Castro in simili, dum loquuntur de stipulatione, in qua requiruntur verba, nec in ea partes possunt agere, quòd verba omissa habeantur pro expressis, argum. in l.nemo potest. ff.de legat.1. Et ideo dixit Ange. in dicta.l.quicquid astringendæ. quòd ille, qui debet appellare in scriptis &c. iuxta cap.cordi.de appel.lib.6. non potest dicere, appello, & habeas appellationem pro in scriptis facta, prout cras tibi notario dabo in scriptis cum causis grauaminis. Est be-
254ne verum, † quòd mala grammatica prolata per ignorantiam non viciat baptismum: Exemplum: Baptizo te in nomine patria & filia & spiritu sancta: vt est casus in cap. retulerunt. de consecra. distinct. 4. licet mala grammatica viciaret rescriptum Papæ vel Principis, vt in capitu.ad audientiam. de rescriptis: Et hoc quando rescriptum transit per cancellariam, & sic per manus multorum: secus si per cameram tantum, & sic non per manus multorum, secundum Anto. de Butri. in dicto cap.ad audientiam, qui ita intelligit illam litteram. Adde,quòd hoc de mala grammatica, quòd viciet rescriptum, procedit in rescripto Papæ: secus in rescripto Imperatoris, & secus in litteris alterius inferioris a Papa, & Imperatore: ita dicit Hostien. in sum. de rescriptis. §. quæ possunt obijci. in versicu. sed vt simplicibus: ibi, sexto quia ibi est falsa grammatica &c. Quod forsitan est verum, nisi illa mala grammatica posset saluari per aliquam figuram grammaticalem,per not.per glo.

glo.in c.forus.§.fina. de verb.signi. vbi glo.enumerat figuras grammaticales.

¶Secunda solutio ad dictum contrarium est ista, videlicet quòd contrarium procederet,vbi nec in rubrica seu in principio operis, nec statim in nigro ipsius operis fieret mentio Dei, vt in contrario : secus vbi in nigro statim subsequente fit mentio de ipsō Deo,quia tunc satis est,dato quòd in principio operis vel in rubrica de ipso Deo aliter expressa mētio facta non sit, vt hic : nam statim in principio nigri compilator ponit primam distinctionem dicendo, quòd omne ius aut est naturale,seu diuinum, aut humanum, ponendo præcepta Euangelij, & nominando Christum : vnde tunc perinde est,ac si in principio esset facta inuocatio vel denominatio diuini nominis : & hoc propter vicinitatem scripturæ,ar. not.in §.item lapilli.Insti.de re.di.

¶Itē infero ad illam quæstionem,quam ponit glos.in ca. prima igitur.infra de conse.distin.4.quæ est, verum vicietur baptisma,quando baptizans præmittit vnum verbum alteri, simul tamen & successiue loquendo. Exemplum : Ego te in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizo &c. quasi omnia simul successiue prolata reducantur ad ordinem intellectus,vt in d.solutione,& ar.l.præposteri.C.de testa.

¶Item infero ad illam quæstionē,q̃ valeat libellus, in quo petitur reum cogi & cōdemnari,vt videatur petitum p̃ prius reū cōdemnari,& subsequenter condemnatum cogi, vt hic : de quo per Anto.de But.in c.examinata.de iudic.in pe.charta.& ibi per alios Canonistas:& per Bart.in l.si cum nulla. ff. de re iudic.& per eundem in l.1.C.de execu. rei iudi. & ibi p̃ Bald.& Ang.& per eundem Bal.in repetitione l. edita. C.de eden.in pen.char.& per aliquos moderniores in rubrica, C. qui admit.ad bo.pos.

¶Item infero ad quæstionem,q̃ si in scriptura reperitur,q̃ executores testamentarij renunciauerunt officio exequendi, & q̃ eligerunt tales pauperes nominandos per eos &c. quòd videatur per prius facta electio pauperum, & subsequenter postea renunciatio vlterioris executionis & commissariæ;vt sic omnia videantur facta prout fieri debebant, non attento ordine scripturæ. Et hoc verum, etiam si in nominatione pauperum esset apposita dictio, postea.ita tenet Pet.de Ancha.in suo consilio 202. in 2. columna. Pro quo facit prædicta solutio, de quo ordine scripturæ vide in cap.mandato. de præben.lib.6.& per glo.in Auth.quomodo opor.Episcopos.§.si quis igitur.in glo.scilicet in græca constitutione.& p̃ Barto.in l.2.§.prius.ff.de vulga.& pupil.& in l.præposteri.C. de testa.& vide in cap.si a sede.de præben. lib.6.& in c.duobus.de rescrip.lib.6.

225 ¶Item infero † in argumentum,q̃ inuocatio diuini nominis apposita in sequenti instrumento videatur repetita in pręcedenti proximo instrumento in eadem charta, vel eodem libro scripto non habente inuocationem diuini nominis: qd̃ est notandum ad materiam l.si quis ex argentarijs.§.si initiū, ff.de eden,quod tene menti.

¶Tertia solutio est, q̃ aut loquimur in materia prophana seu communi : & tunc in ea debet fieri inuocatio diuini nominis, vt in contrario. Aut loquimur in materia non communi sed diuina vel pertinente ad Deum, vt in toto hoc lib. & tunc non est opus alia inuocatione diuini nominis:quia rē ipsa ipsum diuinum nomen inuocatur tractando de illa materia diuina, vt hic. Et prō hoc faciunt principia Decretaliū, Sexti,& Clementinarum,in quibus nulla alia reperitur præmissa inuocatio diuini nominis,cùm in materia illorū librorum tractetur de materia diuina, vt patet in eis.Et ad prædicta facit, quia non minus valet quod fit re ipsa, quàm quod verbis, l.fin.C.de vsuris.& l.2.in fi.C.communia de lega. facit l.reprehendenda. C.de instit. & substit. sub condi.fa.Facit

256 † quod dicimus de baptismo sanguinis vel flaminis, quod in hoc differt a baptismo aquæ, in quo requiruntur verba, vt in d.cap.1.de bapt.secus in illo baptismo sanguinis & flaminis, vt in cap.baptismi vicem.de conse.distin.4.& not.in ca. peri,de baptismo.

¶Quarta solutio est, quòd Gratianus forsitan sperans hunc librum ab eo compilatum, debere a sede Apostolica confirmari, arg.eorum quæ dixi supra in q.24.& per consequens sperans de futuro exordio apponendo a principio huius sui operis, in quo solet inuocatio diuini nominis fieri, cum nomine ipsius auctoris & auctorantis, vt probatur in principijs voluminum iuris canonici & ciuilis, arg.l.nam ad ea.ff.de legi,omisit inuocationem diuini nominis, licet spes sua non defecerit ex toto, tamen adhuc non est effectum suum sortita : vnde ista spes sua eum excusat ab inuocatione diuini nominis, arg.l.ex conditionali. Institu.de verbo.obl. & in l.si ictum retis. ff. de act.emp.& l.spem.C.de dona.Non enim voluit duplicem inuocationem facere, scilicet in principio huius operis sui, & aliam in principio exordij futuræ approbationis speratæ, arg.l.qui bis idem.ff.de ver.obl.cum non debeamus vti superfluis cautionibus, vt l.non cogendum.§.Sabinus.ff.de procur.& l.hęc stipulatio.§.diuus. ff.vt le.no.ca.

¶Considerauit enim quòd attenditur potius confirmans quàm confirmatum, vt in l.asse toto.ff.de hæredi.instit.& in l.si ita scripsero.ff.de condi.& demō.nisi confirmans emanuerit ad confirmandum confirmatum de se validū per prius, vt in c.ex parte abbatisse.de priuil.de quo etiam vide in l.cos. in prin.C.de ap.

257 ¶Adde † tamen, quòd inuocatio diuini nominis vel spiritus sancti, quæ solet fieri in electionibus, non est de substātia sed de consuetudine communi tantùm, secundum Abb. in c.cum ecclesia Sutrina : de causa pos. & pro.in.1.not. per illum text. Sed certe consuetudo est lex non scripta, vt in c. consuetudo.infra di.1.& l.de quibus.ff.de legi. ideo sicut lex potest inducere substantiam actus, ita & consuetudo,per dicta iura, & quod not.glo.in §.sed si instrumenta. in Autli.de instru.cautela & fide.

¶Secundo opponitur, quòd hic non apponitur nomen compilatoris seu auctoris huius libri contra communem obseruantiam, arg.l.minime.ff.de legibus : vt de hac communi obseruantia patet in principio Decretalium, Ibi, Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei &c. Et in principio Clemētinarum ibi, Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei &c. Ac etiam patet in principio ff.Ibi, Imperator Cæsar Flauius Iustinianus &c. Et in prohœmio Codicis ibi, Codicis domini Iustiniani &c. cum similibus, maximè cōtra l.2.§.post originem.ff.de origi.iuris.

¶So.pluribus modis. Et prima solutio est, q̃ contrarium loquitur in habente auctoritatē condendi ius:Hic vero in nō habente auctoritatem condendi ius, vt in Gratiano, qui fuit simplex monachus & persona priuata, vt dixi supra in qō.1.

258 dignitas † enim vel auctoritas auget, vt in l.si longius. §.fi.ff. de iudi.Et ex qualitate personarum dicta pensamus, l.1. si qs Impera. male dixerit. facit l.stipulatio ista habere licere.§.hi qui.ff.de verb.obli.

Secunda solutio est, prout capitur ex quarta solutione supra proximo contrario:quia forsitan Gratianus omisit inscribere nomen suum huic suo operi, quia sperabat de futura eius operis approbatione apostolica, in qua solet describi nomen auctoris & auctoritas præstantis, &c. ad quod faciunt iura per me allegata in dicta quarta solutione.

¶Tertia solutio est, q̃ contrarium loquitur vbi est dubium de auctore libri,ar.c.pastoralis.de fide instru.Secus vbi est notorium vel manifestū de auctore ipsius libri,vt in casu nostro: ad quod facit quod not.Io.An.super data Sexti libri,de regu, iuris. in mercurialibus suis.

Et ista tertia solutio præstat ar.q̃ quando est notorium vel manifestum instrumentum esse de manu certi notarij,ip sum instrumentum valet,licēt in eo nomen notarij non appareat inscriptum,vt quia forsitan est abrasum vel viciatum seu maculatum.Et idem dico in scriptura priuata non habente subscriptionem scribentis apparentem.

¶Item præstat arg.quòd si quis percutiat clericum, quem scit & sibi constat esse clericum, licēt non incedentem in habitu & tonsura, quòd sit excōmunicatus, licēt secus si ignoratur,ar.l.si ignorans.ff.locati.& ita limito c.in audientia : de senten.excommuni.

Tertia solutio est,q̃ Gratianus omisit inscribere nomē suū proprium humilitatis gratia tanquā monachus & vir religiosus fugiēs pompā vel honorē mundanū,iuxta not.in prohœmio Decretalium,& Sexti,& Clementinarum,vbi exponitur illud verbum,seruus seruorum Dei &c.vt notat Ant.de But. in d.prohœmio Decretalium, in secundo notabili:ad quod etiam facit quod notat idem Io.An.super dicta data Sexti libri de reg.iur.in Mercurialibus suis.

259 ¶Quarta † solutio est, quòd hic fuit omissum nomen auctoris per errorem, & sic error in omittendo nomen proprium compilatoris non viciat actum, arg.l.errore.C.de testamentis.

¶Nec huic solutioni obstat l.fina.C.de hæred.institu. vbi error in nomine proprio ascribitur fatuitati, & sic viciat actum : Quia respondeo, quòd illud procedit in illo, qui errando apposuit vnum nomen proprium pro alio vero nomine, animo tamen non mutandi sibi nomen suum, iuxta l.1. C.de mutatione nominis. Hic verò, quando nullum nomē proprium est appositum : & sic talis error consistit in omittendo. Ibi vero fuit error, id est, factum continens errorem : pro qua differentia facit l.si seruus seruum. §.1. ff.de verbo.obliga. vbi mora consistens in omittendo est purgabilis,vt ibi,& in c.potuit.de locato.secus in mora consistente in faciendo &c.Et de materia illius l.fina.C.de hæred.insti.vide Bald.in l.errore, præallegata, & per Ioan.de Petrucijs in d.l. fina.in princip.

¶Quinta solutio est, quòd Gratianus morte præuentus non addidit, seu non inscripsit huic suo operi nomen suum, argum. l.quæ fortuitis. C.de pignor. action. Et iuxta illud Euangelicum, Sic & vos estote parati,quia nescitis diem neque horam.

¶Tertiò opponitur, hic dicitur, Incipit concordia vel cōcordantia &c. Sed nomen concordia &c. est nomen generis, ar.cap.discordantes,dist.90. & in d.cap.cum igitur. 35.q. 1.circa principium.Nomen autem generis non facit rem innominatam esse nominatam, vt patet in contractibus innominatis, qui habent nomen generale, non autem speciale, vt not.in l.iurisgentium.in princip.ff.de pactis. & in rubrica C.de rerum permuta.& per Barto.super prima rubrica Codicis : ergo compilator huius libri male rubricauit per genus non descendendo ad speciem : genus enim reddit rem incertam, vt not. in l.legato generaliter. ff.de legat.1. & in l.vbi antem non apparet, in princip. ff.de verborum obligatio.

¶So. illud verbum sequens, scilicet discordantium canonum : tollit contrarium, sicut cum dicimus Codicis domini Iustiniani &c. prout vult Barto.in simili in dicta rubrica prima Codicis super illo verbo, Codicis : & sic not.quòd genitiuus quandoque significat causam declaratiuam aut restrictiuam, seu nominatiuam & specialem, vt hic in hac rubrica : quod notato ad notata per Barto. in rubrica, ff. de operis noui nunc.de quo vide quod dicam infra eod.in contrario se.to.

¶Quartò opponitur, quòd male dicat concordia &c.in singulari numero : quia ex quo sunt plures canones discordantes, vt patet in processu totius huius libri, & probatur in hac rubrica,dum dicit in plurali numero, discordantium canonum &c. quod refertur ad totum hūc librum,in quo multi & varij canones discordantes habentur in multis & varijs ac diuersis casibus, arg.l.si hærēdes plures. ff.de condi.institu.& l.triplici.ff.de verbo.signifi.ergo debuit dicere, incipiūt concordiæ &c. & sic in plurali numero, arg.l.scire debemus. ff.de verbor.obligat.& arg. l.vbi numerus. ff.de testibus. & l. etiam.§.ex causa. ff.de mino.nam tot videntur esse cōcordiæ vel concordantiæ, quot sunt discordantię canonum, vt in dictis iuribus.

¶So.verbum concordia, vel concordantia : licet sit positum in singulari numero, nihilominus ponitur indiffinitè,&

260 in vim orationis † indefinitæ & indefinita oratio æquipollet vniuersali, vt in l.si pluribus.in princip.ff.de lega.2. & l.si necessaria.§.si annua.ff.de pigno.actio.tantum ergo sonat,incipit concordia : quantum si dixisset, incipit quælibet concordia, vel omnis concordia &c. vt in dictis iuribus. & probatur in simili, nam plures sunt actiones, vt patet in arbore Io.actionum : & propter hoc rubricatum est in plurali numero, de actio.vt Instit.de acti.& tamen in diffinitione actionū diffinitur actio in singulari numero, vt in §.1. Institu.de act. facit glos.in verbo, omnia. in princip.huius libri : Probatur etiam, quia rubricatur de iudicijs in plurali numero, vt in titu.de iudic.quia plura sunt iudicia, vt ibi not.maxime ff.de iudi.super Rubrica, & tamen iudicium diffinitur in singulari numero, vt in c.forus.de verbo.signifi.& per summistas in titu.de iudic.Hoc idem confirmatur, quia plures sunt leges, vt in titulo ff.& C.de legibus.dum loquitur in plurali numero : & tamen describitur vel diffinitur lex in singulari numero, vt infra 1.dist.cap.lex. & l.1. & 2. ff.de legib.& 2.dist. cap.lex est.

¶Ista præstant argumentum, quòd stante statuto, quòd de pace vel concordia soluantur quinque fisco : Certè si quis fecerit pacem vel concordiam de pluribus rixis vel pluribus discordijs diuersis temporibus habitis, quòd teneatur soluere totiens quinque, quotiens rixati fuerant : vt sic tot videantur concordiæ & paces, quot fuerunt discordiæ, ar.huius rubricæ. Ad materiam facit, quod habetur per Bar.in l.si gemina.ff.arbo.fur.ces.

¶Quintò opponitur : Hic dicitur, Incipit concordia &c. contra, quia iste liber non nominatur concordia vel concordialis, sed nominatur & appellatur liber Decretorum, seu Decretum. Et ita allegatur pro libro Decretorum : liber au-

261 tem † debet rubricari & intitulari secundum eius speciale nomen,ar.l.si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.1.& nomina debent esse consequentia rebus,vt in §.est & aliud.Instit.de dona.& 12.q.2.c.duo sunt genera. facit quod no. in rub.ff.solu. matr.vbi quæritur, quare ille liber appelletur Infortiatum : & in rubrica,ff.de ope.no.nunc.vbi quæritur, quare ille liber appelletur Digestum nouum.

¶So.illud, concordia. hic in rubrica positum non ponitur pro nomine proprio libri, sed pro causa effectuali & finali, ad denotandum quòd propter concordiam canonum discordātium faciendam factus est iste liber : Et sic significat contentum in hoc libro, non autem nomen libri : ad quod facit Hieronymus in c.1.in lib.1. epistolarum suarum : dum loquitur de libro, qui dicitur Ecclesiasticus. & de libro, qui dicitur Ecclesiastes : nam sic dicuntur non ab auctore eorum, sed ab eo quod continetur in illis : facit quod habetur in c.in Ecclesiastico.13.q.2. Et sic not.quòd quandoque liber non denominatur a causa finali vel effectuali, sed a causa materiali, quia denominatur liber iste a Decretis summorum Pontificum & sanctorum patrum liber Decretorum &c. non autem denominatur concordia, vel concordialis, licet ad hunc finem concordandi canones discordantes factus fuerit iste liber : de quibus omnibus canonibus discordantibus habetur in processu huius libri.

262 ¶Sextò opponitur † contra hanc rubricā ibi,Discordantiū canonum : quia natura genitiui casus est significare id, quod est alterius, vt in l.seruum Titij. ff.manda. & in cap.accedens.& quod ibi not.el 2.vt lite non contest. & per Ioan.An. in addit.Specu.in titu.de probat.§.fina. versi.sed pone statutum:vbi etiam per Specu.sed istud non potest hic verificari, vt de se patet : ergo &c.

¶So. Genitiuus casus quandoque significat aliquid esse alterius, vt in contrario : Quandoque significat causam materialem, vt hic in rubrica : pro quo facit, quod in simili notat Barto.in prima rubrica Codicis, in ver.vlterius dicitur hic; &c. & in rubrica, ff.de oper.no.nunc.Adde,q̃ genitiuus casus quandoque ponitur priuatiuè,vt in §.nullius. Instit.de rerum diui.Quandoque significat causam efficiētem, vt cùm dicimus, liber Aristotelis, vel liber Iustiniani : vt not.in d. rubrica de oper.no.nunci.

¶Et sic nota, quòd genitiuus casus habet plura significata, & breuiter capitur secundum subiectam materiam, vt in l.si stipulatus : ff.de vsuris. & l.tutela. C.de in integrum restitu.min.& l.si vno.in princip.ff.loca. & cap.intelligentia, de verbo.signific.& l.non dubium.C.de legi. prout aliàs latissimè scripsi vltra omnes in Rubrica, Institu. de action. facit quod dixi infra in contrario 10. in fine solutionis ibi positæ.

¶Septimo opponitur contra hanc rubricam : quia autor huius libri non præponit aliquod prohœmium vel aliquam præfationem in hoc suo opere, contra l.1.ff.de ori.iur.& cōtra principium Decretalium, & Sexti, & Clementinarum : Et in quibus differant illa exordia iuris canonici, dic vt per glo.1.in princ.Clementinarum.

¶So.contrarium loquitur in habente auctoritatem iuris condendi, vt patet in contrario : hic autem nos loquimur in auctore huius libri non habente auctoritatem condendi ius, cùm fuerit Gratianus monachus priuata persona, vt dixi supra in q.1. nam tunc priuata persona potest talia exordia tamquam superflua prætermittere, arg. eius quod habetur in prohęmio Decretalium, post principium, & arg. §.quibus. in prima Codicis constitutione. & quod ibi not. per Bart.& Bal. Et propter hoc ego quoque omisso omni exordio inchoaui hoc principium legere, vt dixi supra in princip.

¶Secunda solutio est, quòd Gratianus omisit exordium, sperans de huius operis futura approbatione apostolica, in qua solet fieri solenne exordium, prout in simili dixi supra in 1.contrario, in 4.solu.

¶Tertia solutio est,quòd Gratianus morte præuentus nō potuit

potuit exordium apponere, prout in simili dixi supra contrario. 2. solut. 5.

¶ 8. opponitur sic: Hic dicitur, Incipit concordia &c. Contra, quia in ordine primo fuerunt & ponuntur canones discordantes ante ipsum Gratianum auctorem huius libri: & postea per auctorem huius libri concordia eorum, vt infra
263 patebit: ergo male loquitur: ars † enim imitatur naturam, vt in l. si pater. §. fin. cum. l. se. ff. de adopt. & §. singulorum. Insti. de re. diui.

¶ So. finis seu causa finalis, quæ est ipsa concordia, dicitur per prius subsistere secundum ordinem finis & intellectus. Et propter hoc dixit: Incipit concordia &c. pro quo allego Bart. & Bald. in simili in prima constitutione Codicis, in prin. in 2. columna.

¶ Et sic nota, quòd aliquid dicitur per prius vel posterius diuersis respectibus: quod facit ad libellum, vt dixi in primo contrario scilicet quando libellans petit reum cogi & condemnari &c. vt ibi dixi.

¶ Item facit ad materiam testium, quorum aliqui dixerunt hoc factum fuisse in palatio episcopi: Aliqui vero examinati in palacio Potestatis dicũt de eodem palatio episcopi: & postea subdunt hoc factum fuisse in hoc palatio, vt intelligatur secundum ordinem & demonstrationem intellectus, idest in palatio episcopi: de quo plene per Barto. & docto. in l. 1. in prin. ff. de ope. no. nuncia. facit c. cum tu. de testi. cum si. & quod dixi in §. 1. infra di. 5.

¶ 9. oppono: Dicitur hic, Incipit concordia &c. Contra, quia immo concordia illorum canonum erat etiam antequam fieret iste liber Decretorum, quia re vera canones isti non erant contrarij, sed consonantes & concordes, vt infra, 1. dist. cap. 1. ibi, discrepant &c. & quod ibi not. & istud etiam infra patet in ꝓcessu huius libri: ergo male dicit, Incipit.

¶ So. Ante hunc librum concordia erat existenter, & discordia apparenter: hodie verò incipit per hunc librum concordia dictorum canonum etiam apparenter, nedum existẽter: contrarium ergo loquitur de concordia existenter: hic vero de concordia apparenter nedum existenter: pro quo facit, quod notat Barto. in simili in l. diuus. ff. de in integ. restitu. vbi loquitur de contumacia existenter vel apparenter &c. & quod habetur in Clem. 1. de dolo, & contumacia. per glos. & Doctor. Istud facit in ar. ad quæstionem, quòd
264 † quis teneatur remittere inimico suo iniuriam nedum existenter, sed etiam apparenter. Et sic non sufficit remissio existenter & latens seu tacita, nisi adsit etiam remissio apparenter & sic manifesta & expressa: quod not. contra remittentes iniuriam inimicis suis, quibus tamen non loquuntur, ar. huius rubricæ.

265 Item facit † in argumentum ad quæstionem, quòd concubinarius contrahens matrimonium cum concubina existẽter tantum, peccat si non contrahit cum ea, vel si non ostendit se cum ea contraxisse etiam apparenter, vt in toto tit. de clandestina desponsatione, & in cap. ex parte. de restitu. spolia. per Innoc. & alios: maximè propter scandalum vicinorũ vitandum, & ad tollendam murmurationem eorum, ar. huius rubricæ, & in c. 2. de sepult. in princip. lib. 6. & l. fi. C. de indicta vidui. tol. ibi etiam expressim.

Item facit in arg. ad quæstionem de testibus, quorum aliqui deponunt de contractu facto, & aliqui negant contractum factum esse, vt reducantur ad concordiam hoc modo, scilicet, quòd primi deponentes de contractu intelligantur de contractu apparenter, secundi verò testes negantes contractum, intelligantur de contractu non subsistente existenter, arg. huius rubricæ, iunctis notatis in cap. cum tu. de testib. & in l. 2. §. fina. ff. si cer. petat. quod tene menti, quia nemo ponit.

Decimo opponitur: Hic dicitur, Incipit concordia &c. verbum, concordia, hic in rubrica positum significat concordiam prout est in actu iam perfecto finito & præterito, vt de se patet, ar. l. cum stipulanti. & l. si a colono. ff. de verbo. oblig. & l. iubemus. §. yconomus. C. de sacrosan. eccles. Verbum vero, incipit, hic positum in hac rubrica significat concordiam
273 in fieri, & sic de præsenti pullulare, ar. l. 1. ff. de origi. iuris. Et per consequens etiam futurum sonat, cum omnis res habeat principium vt hic, medium & finem, vt in l. 1. ff. si quis iusdi, nõ obtẽp. & in prohœmio ff. in §. & quidem iam. in fi. §. ergo ista verba, de quibus in hac rubrica, sunt contraria contra c. solicitudinem. de appel. & 74. dist. c. gesta. & ibi gl. in l. 1. C. de furt. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

So. aliqui habent in hac rubrica, Incipit concordantia. Et tunc cessat contrarium: Aliqui vero habent, Incipit concordia: & tunc militat contrarium: Et tunc respondeo, quòd
266 concordia † potest capi dupliciter. Primo in genere sumpta, & in aere & in abstracto: & sic pro concordia discordantium canonum iam facta & demonstrata per perfectionem & cõplementum huius libri: & tunc procedit argumentum. Secũdò potest capi concordia in specie & in actu applicata singulis casibus suis, vbi illi casus vel canones erant vel videbantur discordantes: & tunc loquitur rubrica ista, dum dicit, incipit &c. Nam ista concordia, de qua hic, distincta est per tres partes huius libri, de quibus partibus infra patet, & de quibus dixi in q. 19. Et sic ista concordia discordantium canonum habet principium medium & finem, hoc modo sumpta ista concordia vt hic, & ar. prohœmij ffforum. §. & quidem iam primis. in fi. Nam sicut iste liber continet tres partes tantũ principales, ita etiam concordia, de qua per totum hunc librum, ar. l. eius qui in prouinciam. ff. si certum peta. & l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus. cum si. Nam ista rubrica est generalis ad totum Decretum, vt dicit Specu. in titu. de disputat. & allegat. §. fin. ver. & not. Et propter hoc auctor huius libri dixit, incipit &c. Et sic patet, quòd ista rubrica fuit facta iam finito isto libro, & fuit hic posita vltimo loco per Gratianum, vt patet rectè intuenti ex not. per Specula. in dicto ver. & nota.

267 Vndecimo † opponitur: dicitur hic, canonum discordãtium. Contra, quia immo nedum canonum, qui dicuntur cõcilia, vt 15. dist. c. 1. & not. 3. dist. §. 1. sed etiam Decretorum & Decretalium epistolarum, & dictorum sanctorum patrũ. Et quandoque legum & aliarum auctoritatum, vt Isidori &c. vt patet infra per totum hunc librum: ergo male dicit, discordantium canonum &c. ar. c. nonne. de præsumptio. & l. maritus. C. de procur. & l. cum prætor. in prin. ff. de iudic.

So. Hoc verbum, canonum, in rubrica positum ponitur large pro omni auctoritate, ar. infra 3. dist. cap. canon. Ex sequentibus enim capitur intellectus huius verbi canonum, præcedentis positi in hac rubrica, ar. l. si seruus plurium. §. fi.
268 ff. de legat. 1. verba † enim debent deseruire intentioni loquentis, etiam si verba improprientur, vt in c. intelligentia. de verbo. signifi. aliàs esset indagare, vt not. glo. in l. non dubium. C. de legi.

269 ¶ Et sic not. quòd nedum † verba textus, sed etiam verba rubricarum capiuntur secũdùm subiectam materiam in omnibus & per omnia, prout fit in alijs iuribus vel dispositionibus, iuxta l. si vno. in princip. ff. locati. & l. si stipulatus. ff. de vsuris. & cap. fi. si de feu. fuer. controuer. in vsibus feudorum. Item facit quod not. Spec. in titu. de allegationibus & disput. §. fi. ver. & nota.

¶ Ex prædictis infero ad illam glo. quæ est in cap. bonæ. de confir. vtili vel inutili. quæ dixit, quòd in dubio tenendum est quòd nigrum disponat id quod rubrum: nam intelligo ẽt largo sumpto vocabulo rubri. vt hic.

270 ¶ Itẽ † infero ad id, quod solet dici, ꝙ lex debet esse situata sub congruo tit. vt l. Imperator. ff. de in diem adiect. nam intelligo legem esse satis situatam sub congruo tit. nedum qñ intelliguntur verba tituli & rubricę proprie & stricte, sed etiã largo modo sumpto vocabulo, vt hic.

271 ¶ Item infero, quòd † verba rubricarum sunt potius amplianda a nigro, quàm quòd verba nigri sint restringenda a proprio & stricto significatu verborum rubricæ, vt hic. Quod etiam not. ad rubricas statutorum locorum, ar. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

¶ Item infero ex prædictis, quòd verba rubricarum qualificant nigrum, & etiam a nigro qualificantur: pro quo fa-
272 cit quod notat Specu. in dicto §. fin. ver. & nota. Et ideo † sicut valet ar. a coniunctione duarum vel plurium legum, vt in l. Gallus. §. ille casus. ver. Iulia. tamen. ff. de liber. & posthu. Ita etiam valet arg. a coniunctione rubricę cum nigro & ecõtra, vt hic.

¶ 12. opponitur: In hac rubrica dicitur, discordantium
273 canonum: Sed contra, quia † duo contraria non possunt simul stare, vt in c. solicitudinem. de appel. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. tunc sic, concordia seu concordantia & discordantia, de quibus in rubrica, non possunt simul stare, quia sunt contraria, vt de se patet: ergo &c.

¶ So. illud, discordãtium canonum, intelligo, scilicet secũdum communem vsum loquendi, & secũdum primam apparentiam seu figuram verborum, qui vel quæ attenditur, vt in

clemen. 1. de bigamis. scilicet post titulũ de hæreticis. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. & l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instructo. & quod notat Bart. in rubrica, ff. de ope. no. nunci. & Anto. de Butrio in prohœmio Decretalium, ita loquitur hic. Sed contrarium loquitur intelligendo illud verbum discordantium, secundum strictam & propriam significationem vocabulorum, vel secundum veritatem & existentiam, vel secundum mentalem intellectum, vt in contrario, ar. c. intelligentia. de verbo. sig. & l. non dubium. C. de legi. cum si.

274 ¶ Et sic not. verba † rubricarum exponi posse & debere pro euitando contrarietatem, prout fit de verbis nigri: pro quo facit quod notat Specu. in Titu. de allegationibus & disputat. §. fin. versi. & not. vbi inquit quòd ista prima rubrica est authentica & pro authentica ad totum hunc librum allegari potest sicut nigrum.

¶ 13. opponitur sic: Post rubricam generalem ad totam materiam debent subsequi rubricæ speciales in opere, vt probatur in l. 1. ff. si certum peta. & probatur in volumine digestorum. vbi præmittitur rubrica generalis, scilicet de iustitia & iure. Et postea subdunturrubricæ speciales de diuersis materijs per ordinem. Idem fit in libro Institutionum: hic autem ista sola rubrica prima generalis ad totum hunc librum ponitur, ergo &c.

275 ¶ So. Non refert † quid ex equipollentibus fiat, l. si pluribus, in princip. ff. de leg. 2. Sed quælibet distinctio & quælibet quæstio contenta sub causis habetur loco specialis rubricæ: & quælibet causa, ex qua eliciuntur quæstiones, habetur loco libri continentis sub se rubricas speciales, quæ repræsentantur per quæstiones, quæ eliciuntur ex causis, vt patet ex modo allegandi in hoc li. ergo &c. Est tamen verum, quòd prima distinctio, quæ sequitur, cum sequentibus distinctionibus vsque ad distinctionem 15. habet specialem rubricam ibi, ac primum de iure constitutionis naturæ & humanæ &c.

¶ Et sic nota, quòd quælibet distinctio & quælibet quęstio posita in hoc libro habetur loco specialis rubricę vel specialis tituli ad allegandum aliquod capitulum positum sub aliqua distinctione vel sub aliqua quęstione: sed quęlibet causa habetur loco specialis libri, sicut per libros & rubricas speciales diuisi sunt alij libri iuris tam canonici quàm ciuilis. Et est nouus modus introductus à Gratiano authore huius libri, iuxta illud, Natura quotidie nouas deproperat edere formas, & plura sunt negocia quam vocabula, l. 4. ff. de præscrip. ver. & quilibet abundat in sensu suo, iuxta c. ne innitaris. de constit. & 76. di. c. vtinam. in fine.

¶ 14. opponitur sic: Iste liber continet nouum modum in se, & non declarat quomodo sit allegandus, & sic continet obscuritatem in se, ergo male, ar. l. veteribus. ff. de pac. & l. triticum. ff. de ver. obli. & l. Labeo scribit obscuritatem. ff. de cõtrahen. empt.

¶ So. immo res satis clara redditur ex inspectione & signatura huius libri, qui signatus est per distinctiones & causas & quæstiones, ar. l. 1. ff. de his quæ in testamento delentur. ibi, sed oculis prospici quæ scripta sunt &c. facit l. si irruptione. §. ad officium. ff. fi. regun. & Insti. de gradibus. §. fi.

¶ Et vt intelligas, dic, quòd omnia dicta Gratiani allegantur pro §. & licet hoc principium nigri sit de dictis Gratiani, tamen non signatur pro §. sed tanquam & quasi pro capitulo
276 principali, quia † §. sonat idem quod diuisio, secundum doc. sed cum hic simus in principio, & nihil præcedat, meritò hoc principium non fuit signatum pro §. sed allegatur pro principio Decretorum: glo. tamen in c. duo sunt. 96. dist. allegat 1. di. humanum. sed alia glo. antiquior allegat pro principio huius libri: primum ergo capitulum huius primæ distinct. est in c. omnes leges, vbi recitantur verba Isidori. Reliqua vero dicta, scilicet pontificum & aliorum, & etiam leges canonizatæ allegantur promiscue & indifferenter pro capitulis, vt dixi supra in q. 4. & si reperiẽ aliquod capitulũ, qd̃ habeat §. in se, & non sit de dictis Gratiani, tũc allegat ipm̃ capl̃m in §. tali.

¶ 15. opponitur cõtra hanc rubricam, dum dicit: ac &c. qa ista dictio hac videtur pronomen, & requirit pro eius concomitãtia substantiuũ, vt in l. hac edictali lege. C. de secun. nup. & c. hoc consultissimo, de reb. eccle. non alie. li. 6. & c. hac constitutione. de of. le. li. 6. quod hic non est, ergo &c.

¶ So. ar. ꝓcedit, vbi dictio hac, ponit̃ ꝓ nomine hic hæc hoc &c. sed in ista rubrica ista dictio ac, ponitur pro coniunctiua, & tantum sonat quantum dictio, &. Et sic debet scribi sine aspiratione, h, & sic per a, & c. vt in cle. vnica. de sum. tri. & fi. catho. in §. ad hoc baptisma. ibi, ac fides vnica &c. & in §. nos igitur. ibi, ac sanctorum patrum &c. & in §. porro. ibi, ac veritati &c. & ibi, ac præcludatur, &c. cum si.

277 ¶ Adde, quòd † omnis coniunctio potest exponi in oratione prout est necesse vna pro alia, l. eas causas. ff. de condi. & demon. & ibi glo. notabilis.

¶ 16. opponitur contra verbum primum: hic in rubrica positum de mala grãmatica, contra c. ad audientiam. de rescript. & l. Plautius. ff. de auro & argen. le. & quod no. in c. forus. §. fi. de ver. sig. Istud enim primum est adiectiuum, & sic requirit ante se substantiuum, vt in l. 1. §. 1. ff. de pac. ibi, in idem placitum & consensus &c. & quod ibi not. Et tamen hic nullum substantiuum est, quod regi vel iungi possit cum illo adiectiuo primum: ergo male.

¶ So. hoc verbum primum, hic non capitur pro nomine adiectiuo, quia tunc procederet contrarium: sed capitur aduerbialiter primum pro primò, seu pro ante omnia, & prius: sicut in dictione plurimum. & sicut hic in rubrica dixit primum: ita pariter dicere potuisset in primis &c. vt patet exemplo Salustij in suo exordio, vbi vtitur hoc verbo, primum, & in primis, pro vno & eodem sensu.

¶ 17. opponitur contra verbum, de iure cõstitutionis, hic in rubrica positum, ius naturale & constitutio naturaliter idẽ sonãt, vt probatur ꝗ. in prin. nigri: ergo male rubricauit de iure constitutionis naturæ &c. ar. in prohemio Gregoriano, & in prima. cõstitutione Codicis. §. quibus. vbi nihil in iure debet esse superfluum.

¶ So. ius est nomen generis, & sic est nomen generale, vt in §. ex huius. in fi. & in c. ius generale. infra. 1. dist. & l. pen. ff. de iusti. & iure. Et ideo auctor dixit de iure, & subiungit constitutionis naturæ &c. vt declaret & demonstret, de quo vel quotuplici specie iuris velit tractare: vnde dicit, quòd vult tractare de iure naturali, idest diuino: & de iure humano, idest ciuili, vt in c. cum secundum leges, de hæret. li. 6. & sic patet, quòd illud constitutionis naturæ, stat transitiuè, non aũt intransitiue. & sic stat restrictiue, vt etiam in simili in prima Rubrica codicis: nam primò in genere dr̃ Codicis, & postea incõtinẽti subiũgitur, domini Iustiniani, vt ibi declarat Bar.
278 Et sic † nota, ꝙ species de sui natura restringit genus: facit c. generi per speciem. de regulis iuris. in 6. & l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. 3. Et propter hoc dicimus, quòd rescriptum speciale tollit generale subsequens vel etiam præcedens, etiã nulla facta mentione de rescripto generali, vt in c. pastoralis de rescriptis. vbi etiam per Anto. de Butrio.

¶ Secunda solutio est, quòd auctor non fuit contentus dicere de iure naturæ & humano, sed voluit rubricare de iure constitutionis naturæ &c. quia aliud est ius naturale vel humanum, & aliud est constitutio naturalis & humana, ar. c. ius autem naturale, in 1. di. ius ergo significat aptitudinem, constitutio vero ipsius iuris sonat & significat actum & eius exercitium: Et de hoc actu intendit tractare auctor hic, vt probatur in 1. dis. in principio, ibi, quo quisque &c. & ibi, omnia quæcunque vultis &c.

¶ Tertia solutio est, quòd debet sanè legi, scilicet de iure, adiunge huic verbum naturæ, vt sic loquatur de iure naturali, quod nulla constitutione constat, vt in dicto cap. ius naturale &c. in prima distinctione. & postea accipe copulatiuam, &, & dicas, & constitutionis humanæ: vt sic loquatur hic de iure ciuili: & illa dictio, &, tacite repetit in se verbum iure, præcedens, vt sic dicamus, & de iure constitutiouis humanæ, argumen. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instructo.

279 ¶ 18. opponitur sic: Copulatiua † requirit concursum copulatorum, vt in l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. sed hic dicitur, constitutionis naturæ & humanæ. Et sic præsupponit, quòd vna & eadem constitutio sit naturalis ac humana simul. Et tamen hoc est falsum, quia constitutio naturalis non est humana, nec econtra, constitutio humana est naturalis, vt in præallegato c. ius autem naturale. cum c. sequenti. in prima dist.

¶ Solutio, ista copulatiua, &, hic in rubrica posita copulat casus diuersos ad diuersa, non autem in idem subiectum: quia nullum & idem ius naturale est ciuile nec econtra, vt in contrario: sic etiam in simili facit iurisconsultus in l. 1. in prin. ff. de iusti. & iure. ibi, ius autem est ars boni & æqui &c. Aliqui tamen non habent copulam, &, inter verbum naturæ, & verbum constitutionis, sed habent simpliciter de iure constitutionis naturæ.

¶ 19. opponitur: Dicitur hic, de iure constitutionis &c.
280 Constitutio † est, quod imperator constituit, vt in c. constitutio. infra dist. 2. & probatur in rubrica, C. de legibus & constitu. vbi inter legem & constitutionem ponitur copulatiua, &, quæ cadit inter diuersa, vt not. in rubrica, ff. de iur. & fac. ignoran. & probatur hoc idem in §. sed quod principi. de iure naturali gen. & ci. Et tamen in nigro tractat etiam de alio quàm tantum de constitutione principis, vt patet in processu huius operis, ergo &c.

¶ So. verum est, quòd in dubio & proprie appellatione cõstitutionis venit lex facta ab imperatore vel principe, vt in contrario, maxime in dicto §. sed quod principi. in fi. Sed largo modo potest capi etiam pro quancũque lege ꝓ m subiectã materiam, & secundum mentem loquentis, ar. c. intelligentia, de verbo. signi. & l. si vno. in principio. ff. locati. de mente autem auctoris constat per sequentia ibi, naturæ & humanæ, art. not. per Bart. & alios super prima rubrica C. ibi, Codicis &c. & arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. probatur Insti. de iure personarum. §. seruitus. vbi dicitur, quòd seruitus est constitutio iuris gentium &c. vnde not. quòd constitutio applicatur iuri gentium, quod potest appellari ius naturale secularium, vt habetur infra dist. 1. c. ius autem naturale. &c. & Insti. de iure natur. gent. &c. in princip. & §. ius autem gentium. &c.

¶ 20. opponitur sic: In hac rubrica secundum illam litteram naturæ & humanæ, pariformiter ponitur ius naturale
281 & ius humanum, vt patet in ea: tunc sic: vna † determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter terminare, l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & l. quamuis. C. de impu. & alijs substi. Clarum autem est, quòd aliter terminatur ius naturale seu diuinum, & aliter ius humanum, vt probatur in prima di. in prin. & in c. omnes, ergo &c.

¶ So. ar. de vna determinatione &c. procedit quaudo duo terminantur ab eadem determinatione dispositiua, vt in contrario; secus quando loquimur de oratione demonstratiua seu indicatiua, vt sunt rubricæ, vt hic, quia tunc contenta sub vna rubrica plerunque vario modo terminantur, vt hic in principio nigri, vt in dicto capitulo omnes leges. facit quod dixi supra in quęstione septima. Et per hoc habes notabilem limitationem ad dictam l. quanuis. & ad dictam l. iam hoc iure, & l. fi. C. de sen. & interlo. iudi.

¶ 21. opponitur sic: Ista rubrica præsupponit, quòd omne ius aut est naturale seu diuinum, aut humanum & sic hominum rationabilium: sed contra, quia reperitur vnum tertium ius, quod est animalium irrationabilium, vt in toto titulo, ff. si quadru. pau. fecisse dicatur. & in toto tit. de iniurijs & damno dato. maxime in l. si bos. & in toto tit. ff. de acqui. rerum do. & Institu. de rerum diui. & infra dist. 1. c. ius autem naturale.

¶ So. ius, quod loquitur de animalibus brutis, dicitur ius humanum, quia propter homines, propter quos illa animalia bruta creata sunt. vel quorum sunt illa animalia bruta, loquitur: omnia enim fecit Deus ad vtilitatem hominum, vt Insti. de iure natur. gent. & ciui. §. fin. & l. iustissime. ff. de ędili. edic. & l. in pecudum. ff. de vsuris. Et pro hac solutione induco gloss. Insti. de iusti. & iure. §. fi. quæ dicit, quòd licèt ius loquatur de boue vel asino, dicitur tamen ius ciuile, non autem ius bouinum vel asininum.

¶ 22. opponitur contra rubricam ibi, naturæ: quòd hic non loquatur de naturalibus, & sic de philosophia naturali, sed potius de philosophia morali, vt probatur ff. de iusti. & iure. circa prin. ibi, vera nisi fallor philosophiam affectantes &c. & probatur infra dist. 4. per totum, maxime in princip. eius, & infra dist. 6. vis ita.

¶ So. illud, naturæ. expone, idest de iure constitutionis diuinæ: probo per principium nigri, ibi, ius naturale est &c. & in c. omnes leges, ibi, diuinę naturæ &c. ar. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1.

¶ So. secunda: illud, naturæ: expone, idest de iure diuino, vt in præcedenti solutione: vel, idest iure humano comprehendente ius naturale & gentium, vt in c. ius autem naturale. & c. ius gentium. infra 1. dist. sed illud, humanæ, in fine rubricæ positum refertur ad ius ciuile introductum varijs modis à populis, siue sit scriptum, siue non scriptum, vt in dicto capitulo omnes leges. & c. consuetudo. in prima distinctio.

¶ 23. opponitur contra hanc rubricam ibi, & humanæ. Constat, quòd omne ius vel omnis constitutio, de quibus loquitur iste liber, & totum ius canonicum vel ciuile aut est æquum & sic humanum: aut rigorosum & rigidum, vt infra 1. dist. capitulo 1. in §. fas. & §. ius. & l. prospexit. ff. qui & à quib. & l. placuit. C. de iudi. & quod habetur per docto. in cap. quintavallis. de iureiurando. & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ergo falsum est, quòd omne ius sit diuinum aut humanum, capiendo humanum, idest æquum.

¶ So. hoc verbum humanum, non capitur eo modo de quo dictum est in ar. sed capitur humanum, idest factum & introductum ab hominibus & gentibus, argumen. infra 1. di. c. omnes leges. & c. ius ciuile. & hoc dicitur ad differentiam iuris naturalis & diuini, quod est constitutum a natura, idest à Deo absque hominis ministerio, vt in dicto capitulo ius autem naturale. ibi, non constitutione dicitur aliqua &c.

¶ 24. opponitur sic: Ista rubrica debet esse generalis ad totum istum librum: probo auctoritate Specu. in ti. de allegationibus & disputationibus. §. fin. ver. & nota quòd rubricæ legum. Sed certum est, quòd ista rubrica ibi, ac primum de iure constitutionis naturæ & humanæ. est specialis ad primam distinctionem, quæ infra subijcitur vsque ad di. 15. non autem ad totum librum, vt sonat illud verbum, ac primum &c. argumen. in cap. cum dilecta. de rescrip. & l. non aliter. in princip. ff. de leg. 3. & l. 2. §. prius. ff. de vulga. & pu. ergo &c.

¶ So. ista rubrica habet duas partes: secunda ibi, ac primum. Prima pars est generalis ad totum istum librum. Ita intelligo Spec. vbi supra: sed secunda pars rubricæ est specialis ad principium tantum huius libri, & sic ad primam distinctionem cum sequentibus vsque ad dist. 15. & non ad alias partes huius libri, vt hic: & sic not. quòd non inconuenit, ꝓ post rubricã generalẽ ad totum librũ subdat̃ cum ipsa rubrica generali alia rubrica specialis ad nigrum sibi proximũ vsque ad di. 15. ad qd̃ vide qd̃ habetur in rubrica, ff. de rebus credi. Vel si vis secundum rubricam nouam diuide hanc rubricam in tres partes: In prima ponitur inuocatio diuini nominis: In secunda ibi, incipit, ponitur rubrica specialis: In tertia ibi, ac primum. ponitur rubrica generalis, prout supra dixi: & de illa rubrica uoua dixi supra in primo contrario.

¶ 25. opponitur, quòd ista rubrica non sit authentica, quamuis contrarium dixerit Specu. in dicto §. fin. versi. & no. in tit. de allega. & dispu. & sic non videtur mereri legi pro authentica rubrica, prout fit de alijs rubricis iuris canonici, vel ciuilis, per nota. per Ioan. An. in c. 2. de rescrip. & per Dominicum de sancto Geminiano in c. quis nesciat. 9. dist. vbi dicitur, quòd non creditur dictis Gratiani.

¶ So. Intelligo Specu. vbi supra, quòd ista rubrica est authentica, idest vera rubrica facta à Gratiano authore huius libri, non tamen est authentica, idest facta ab eo, qui habuerit auctoritatem condendi ius vel rubricas authenticas, per ea quæ dixi supra in quęst. 7. in ver. adde tamen quia ego intelligo &c. vbi dixi, quòd immo creditur dictis Gratiani tanquam probabilibus, licèt nõ tanquam dictis ab habente auctoritatem condendi ius, prout etiam dixi supra in quæstione sexta.

¶ Nunc venio ad casus positionem in hoc rubro, prout fit in nigro, iuxta notata per Bar. in simili materia in rubrica, ff. de oper. no. nunc. & antequam ponam casum, diuido istã rubricam in tres partes, prout dixi supra in contrario 24. quia in prima parte ponitur inuocatio diuini nominis seu sanctæ trinitatis. In secunda ponitur rubrica generalis ad totum hunc librum. In tertia ponitur rubrica specialis ad primam distinctionem hic positam vsque ad distin. 15. Secunda ibi, incipit. Tertia ibi, ac primum &c. prout dixi in dicto contrario 2è.

¶ Casum autem in terminis ita figuro: Solent authores librorum inuocare nomen sæpe cuius sunt: vos ergo domine Gratiane author huius libri, quem inuocabitis? Respondet author, quòd ipse est Christianus & Monachus. vt dixi supra in prima q. & ideo vult inuocare nomen sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: & propter hoc dixit: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. hic casus in prima parte.

¶ Secundo quęritur, quid vultis vos domine Gratiane incipere tractare & ponere in genere loquẽdo in hoc libro vestro Decretorum? Respondet, ꝓ vult incipere tractare de cõcordia seu concordantia discordantium canonum. Et iste est effectus & itentio auctoris in hoc libro: hic casus in 2. parte.

¶ Tertio

¶ Tertio quæritur, quid vultis primo in specie tractare in principio huius libri vsque ad dist. 15. Respondet auctor, ꝓ vult primum, idest in primis tractare de iure constitutionis naturæ & humanæ, prout dixi supra in contrarijs, maximè in oppositione 22. Hic casus: Lego litteram rubricæ, In nomine &c.

¶ Primò nota, in principijs librorum vel operis esse inchoandum ab inuocatione diuini nominis: de quo dixi supra in primo contrario.

¶ Secundò nota, ꝓ quamuis in opere ponãtur nedũ dicta Christianorum, sed etiam paganorum, vt sunt leges aliquæ digestorum canonizatæ; vt patet j. 4. q. 2. & 3. per totum, & alibi: nihilominus rectè potest, & debet inuocari nomẽ domini nostri Iesu Christi, seu Trinitatis, vt hic.

282 ¶ Et hoc facit in argumẽtum, ꝓ † si notarius Christianus conficiat instrumẽtum inter Christianum, & iudæum, ꝓ debeat & possit inuocare nomen sanctæ Trinitatis, seu domini nostri Iesu Christi: de qua materia per Bar. & alios in rub. j. ff. veteris: & in rubrica ff. noui, vbi etiam per Modernos: de quo aliàs plenissimè scripsi in principio Institutionum.

283 ¶ Tertiò † nota inter rubricas generales, & speciales esse inchoandum à generali rubrica, & sic generalem rubricam esse præmittendam rubricæ speciali. facit l. j. ff. si cer. peta.

¶ Et per prædicta sum expeditus de prædictis tribus circa hanc rubricam vltra omnes: Et sic ista prima rubrica potest transire ad nuptias cum ista optima & magna dote, subtili ingenio inuenta tanquam prima in ordine, præsertim propter honorem huius lecturæ Decreti, ad quam nuper deputatus fui, iuxta not. per Cy. in l. j. C. de sum. Tri. & fi. catho.

REPETITIO
IN PROHOEMIVM DECRETI.

Celeberrimi I. C. D. Azonis à Ramenghis.

SVMMARIVM.

1 *Lex ad quid fuit homini data: vnde lex canonum propter transgressionem tradita est, secundum Apost.*
2 *Leges quot in temporis successione emanarunt.*
Lex æterna est ratio diuinæ sapientiæ, qua cuncta vniuersaliter reguntur & gubernantur.
3 *Lex naturalis est participatio legis æternæ in creatura rationabili, prout regula in regulato, & mensura in mensurato.*
4 *Lex in communi nihil aliud est quàm regula & mensura humanorũ actuũ, per quam homines fiunt boni.*
5 *Iuri naturali quomodo rationalis creatura communicat.*
6 *Ius naturale vnde exordium habuit.*
7 *Iuris naturalis præcepta vnde consistant.*
8 *Nemo locupletari debet cum alterius iactura.*
9 *Homo participat de omni creatura.* 1
10 *Diaboli instigatione & suggestione homo peccatũ transgressionis incurrit,*
11 *Ius gentium a iure naturali prodijsse legitur, quo regiones sunt distinctæ, bella exorta, seruitutes inductæ, &c.*
12 *Ius commune, ius naturale, & ius gentium post legem æternam emanarunt.*
13 *Deus per Moysem primo literis expressit legem naturalem, quam iura vocant legem veterem.*
14 *Lex prophetica accessit legi Mosaicæ tanquàm modificans eam.*
15 *Lex Mosaica permittit vsuras, quas lex prophetica damnauit.*
16 *Lex ciuilis post propheticam emanauit, codicis videlicet, & digestorum.*
17 *Legem gratiæ per Christum nobis statuit Deus, quæ Euangelium nuncupatur, seu lex euangelica.*
18 *Lex apostolica in quibusdam modificat legem gratiæ.*
19 *Canones quare adinuenti.*
20 *Lex euangelica, apostolica & catholica quo tempore emanarunt.*
21 *Lex canonica vnde ortum habuerit.*
22 *Isidorus primo decreta sanctorum Patrum & conciliorum in vnum volumen redegit, quod Ino episcopus carnoten. secundò abbreuiauit, & per capitula distinxit.*
23 *Hugo catellanus summam Decretorum composuisse fertur ex volumine abbreuiato Ionis episcopi carnoten.*
24 *Gratianus compilauit Decretorum opus.*
25 *Auctoritates sanctorum Patrum vim canonum obtinent.*
26 *Leges Imperatorum & iurisconsultorum ff. quàm C. & Auth. quare fuerint interpositæ in canonicis sanctionibus.*
27 *Materia quæ tractatur in opere Gratiani quænam sit, & eius intentio, vtilitas, & qua de causa opus Decret. composuit.*
28 *Gratianus opus canonicum in tres partes diuisit principales.* 3
29 *Distinctionum tractatus in septem subdiuiditur partes principales.*
30 *Maiores minoribus obedientiam debent.*
31 *Gratianus quare in vol. Decretorum non variauit rubricas vt in alijs libris legalibus.*
32 *Iudiciorum ordo vnde initium habuit.*
33 *Canonum quædam sunt personalia, quædam generalia: & quæ personalia, & quæ sint generalia.*
34 *Coitus coniugalis incontinentiæ quare permissus.*
35 *Gratianus de iure canonico tractaturus, quare incipiat a iure naturali.*
36 *Ius naturale antiquius & dignius alijs iuribus.*
37 *Paragraphus dicitur a phares, quod est diuisio, & graphum, quod est scriptura, quasi scripturæ diuisio.*

¶ Prohœmium.

SAlubri doctrinæ à diuinis scripturis, & à sanctis patribus communiter traditæ, ac à maioribus nostris omnibus hactenus & à nobis pariter modernis temporibus in huiusmodi studij principio laudabiliter obseruatæ firmiter inhærendo. In principio lecturæ huius voluminis aurei Decretorum, de cuius profunditate & sufficientia infinita vnicuiq; in illo studenti ad litteram dici potest, quod scribit Ezechiel. 3. c. Fili hominis vẽter tuus comedet, & viscera tua cõplebũtur volumine isto. Illius suppliciter imploro auxiliũ, qui est Alpha & Omega. i. ꝑin. & vltimũ, hoc est principiũ & finis omnis rei, laudabiliter, & perfecte agendæ, iuxta id quod le. & no. 35. dist. ab exordio. 13. q. 2. postquam. Ipsum deprecans humilissime, apud quem non est impossibile omne verbum. Lucæ, 1. Et qui dat verbũ euangelizantibus in virtute multa. Psal. 47. Et qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas. Sap. 10. ad fi. Quod sui clementia mihi det os compositum, & apertum, & in eo sermonem rectum & gratum. Per quem scripta pręsentis voluminis, ꝓ vere dici potest, hæc omnia liber vitæ testamentum altissimi & agnitio veritatis, vt scribitur Eccles. 24. post medium: Sciam & possim in hoc principio progressu & fine, sic pandendo docere, & expedire fideliter iuxta conceptum. ¶ Et vos audiendo & scribendo in his effectualiter proficere iuxta votum, vt ex his huius libri lectura & studio cõsummato & perfecto & optato fine quæsito. Eius nomini dignas gratias referẽdo possim⁹ dicere cũ Psalmista Psal. 15. Notas mihi fecisti vias vitæ, & 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Quod ipse, qui benignus est etiã super ingratos & malos, vt scribitur Luc. 6. circa medium suæ matris virginis gloriosæ incliti præcursoris Dominici beati Ioannis Baptistæ, almifici doctoris beati Hieronymi, ac totius cœlestis curiæ intercessione benigna præstare dignetur, qui regnat per infinita ęcula sæculorum. Amen.

Domini Reuerendi, antequam descendam ad rubrũ hic in principio libri positũ, ad illius & subsequentium omnium euidentiam clariorem habeo quærere de quatuor successiue. ¶ Primò, † ad quid lex data fuerit homini. ad quod breuiter respondet Apostolus: Lex, inquit, propter transgressionem posita est, ad Galathas, 3. c. ad fi. Et talis est lex canonum, quæ quidem propter transgressionem tradita est, vt dicit canon. 19. q. 2. duæ sunt. & patet ĩ prohęmio Gre. compilatoris post principium ibi, Ideoq; lex proditur, vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur. & merito propter transgressionem sic legis traditio emanauit, vt ex legis traditæ obseruantia gratiam, quam per legis & præcepti diuini transgressionem amiserat homo languidus, Gen. 2. propter huiusmodi legis obedictiam sanatus, deinde acquireret: quod fuit rationi & iuri consonum, vt per contrarium, scilicet suæ ægritudinis cura procederet: & patet in canone, 26. q. 7. affectum. de pen. dist. 2. cum concor. ¶ Secundo quot leges, & quas in temporis successione habuimus. ¶ Ad quod 2
est dicendum, † quod primo legem æternam, quæ nihil est aliud, quam ratio diuinæ sapientiæ, qua cuncta vniuersaliter reguntur & gubernantur, & quæ est in Deo tãquam in principe vniuersi: Nec temporaneum, sed æternum habet conceptũ: & idcirco dicitur lex æterna. Hinc est, quod de se loquens Prouer. 8. dicit dominus, Possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno creata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Et Eccl. 1. c. Primo omnium creata est sapientia & intellectus prudentiæ ab æuo, fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. † Secundo habuimus legem naturalẽ. 3

Quę lex naturalis nihil est aliud quàm participatio legis æter
næ in creatura rationabili ,put regula & mensura est in men-
4 surato & regulato . † Nam lex in communi nihil est aliud , q̃
regula & mensura humanorum actuum , per quam homines
fiunt boni.Hinc est,q̃ Augu.dicit in quæstionibus Exodi. Et
post eum habetur 23. q.5. lex æterna.Ita in medio quodã lo-
co posuit aliqua , vt in eis vsurpandis merito reprehendatur
5 audacia,& in exequẽdis iure laudetur obedientia.† Huic aũt
iuri naturali creatura rationalis diuerso modo cõicat . Vno
modo,cum omnibus alijs substantijs , inquantum.s.quælibet
substantia appetit conseruationem sui ipsius esse secundum
naturam suam : Nam omnia prouidentiæ diuinæ subiecta ab
ipsa lege æterna regulantur & mensurantur & illi participãt,
quia ex impressione illius inclinationes naturales habent ad
proprios actus & finem. Cõicat & alio modo cũ cæteris ani-
malibus,in his videlicet, in q̃bus natura indifferenter omnia
alia animalia docuit,vt maris & fęminę coniunctio, filiorum
educatio. Ex quibus prodijt ius naturale,quod cõe dicimus.
Communicat & 3.modo,sed excellentiori, inquantum.s.f.m
rationis naturam sit diuinæ prouidentiæ particeps, i. æterna
ratio participatur eidem . Ex cuius rationis capacitate incli-
nationem habet ad veritatem de Deo cognoscendam , & ad
alia,quę ad debitum finem tendunt:& ex hac singulari parti-
cipatione rationabilis creaturæ circa legem æternam summi
potuit ius naturale propriè,quod rationale dicimus:De quo
iure naturali,cõi.s.& rationali satis not.1. distin.ius naturale.
Insti.de iure naturali.§.q̃ vero naturalis ratio. De hac singu-
lari participatione legis naturalis rationabilis hominis legit
Gen.2.c.Formauit Deus hominem de limo terræ, & spirauit
in faciem eius spiraculum vitæ . legem scilicet naturalẽ & ra-
tionalem, Eccl.17.Et creauit Deus de terra hominem,& f.m
se vestiuit illum virtute:& subdit,creauit illis scientiam spiri-
tus,sensu impleuit cor illorum . De hac etiam loquitur Psal-
mista Psal.3. Signatum est super nos lumen vultus tui Dñe.
lumen scilicet legis naturalis rationalis.Et Apostolus ad He-
bręs.8. Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.& ad
Roma.2.Cum enim gentes,quæ legem non habent , natura-
liter ea quæ legis sunt faciũt, ipsi sibi sunt lex.quæ verba trãs-
ponuntur in prealeg.can.19.q.2. duæ sunt. Huius etiam singu-
6 laris participationis respectu dicitur,q̃ ius † naturale cepit ab
exordio rationabilis creaturæ,5.dist.in prin. Instit.de rerum
diu.§.commodius. & huius etiã iuris naturalis rationalis sin-
gulari participatione hẽt homo naturalẽ inclinationem vl-
tra alias creaturas ad superna.Vnde dixit ille Poeta Ouidius:

Prona quæ cum spectent animalia cætera terram ,
Os homini sublime dedit cœlumq̃ videre
Iussit,& erectos ad sydera tollere vultus . Qui ver. trans. legun-
tur de consecr. distinctio.3. propter.glo.institu.de re.dis.§.in
pecudum. ff. de ędil. edic. l. iustissime. Item ad alia , quæ a-
prehendit bona ope prosequenda, & ad contraria bonorum,
vt mala per consequens euitãda, tam in se quam in alio,& vt
veritatem de Deo cognoscat,& per hoc ignorantiam fugiat:
item in humana societate conuiuat, & nullum offendat . Ex
7 quibus † huius iuris naturalis præcepta consistunt,de quibus
hic in prin.huius nostri voluminis habetur in fi.& consueue-
runt etiam da ri per ver.

Quod tibi vis fieri mihi fac quod non tibi noli.
Sic potes in terris viuere iure poli. qui versus cũ sua materia no.
8 etiam de sum.trin.c.1.§.hac facta.in 1.glo.Item & † illud,ne-
minem locupletari cũ alterius iniuria vel iactura , de quo de
pœn.suam.ff.de condi.indeb.l.nam natura. ff.de reg.iur.l.iu-
re naturæ.& eo.tit.locupletari,lib.6.& sic patet ex his , quod
9 homo † habet aliquid omnis creaturę.Habet enim esse cũ la-
pidibus,quæ sunt,sed non viuũt.Habet viuere cum arbustis,
quæ viuunt,sed nõ sentiunt. Habet sentire cum animalibus ,
quæ viuunt & sentiunt,sed non discernunt. Habet discerne-
re cum angelis,qui sunt,viuunt,sentiunt & discernunt . Pro-
pter quẽ dicebat Psalmista Psal.8. Domine dominus noster ,
minuisti eum paulominùs ab angelis,gloria & honore coro-
nasti eum super opera manuum tuarum : Omnia subiecisti
sub pedibus eius , oues & boues vniuersas insuper & pecora
campi.De hoc etiam Cassiodorus in libro de anima, c.de ra-
tione.dicit,rationem homini inesse quis dubitet,quando di-
uina tractat,humana sapit,artibus docetur egregijs , disci-
plinis eruditur eximijs.Et hinc cętera animalia decenter excel-
lit,q̃ eum ratio decora componit . Sed quia diaboli inuidia
succrescente, qua erubescebat & delebat hominem ex mate-
ria lutea constantem charitatem in terra tenere, quam habe-
10 re in cœlo nequiuerat : Istius † instigatione & suggestione
homo peccatum transgressionis incurrit , vt legitur Gene.3.
Ex qua quidem transgressionis culpa,huiusmodi lex natura-
lis rationabilis in homine est confusa,& rectitudo iustitiæ est
oppressa ac charitas vulnerata , vt patet ex his quæ leguntur
& notantur 16.q̃.2.visis. de pœn.distin.2.princeps. de sum.
trin.c.1. post princip. ¶Ex hac etiam statim de Paradiso fuit
eiectus,vt patet ibi Gen.3.in 40.distin.Adam.de pœn.dist.1.
Adam. propter quod humano genere postmodũ propagan-
11 te,ex huiusmodi iure † naturali rationali prodijt ius gẽtium,
quo regiones distinctæ sunt , bella exorta,seruitutes inductę,
& reliqua , de quibus habetur.1.dist.ius gentium.Insti.de iu-
re naturali.§.ius gentium . ¶Et ex quo tempore, & per quos
hoc factum fuerit, legitur Gene.4. & 21.cap. & distinctio.6.
§.ius gentium no.consuetudinis . ¶Et sic patet ex his , quod
12 tempore † ante legem post legem æternã habuimus tres le-
ges scilicet legem naturalem communem,legem naturalẽ ra-
tionalem,& ius gentium.¶ Post hoc autem multiplicatis de-
lictis hominum , vt ex hac confusione aliquantisper infirmi-
tas nostra consurgeret, miserator & redemptor noster Deus
illam coadiuuans , vt dicit Grego.12.q.2. cum Redemptor .
huiusmodi viuendi naturalem legem , quam à sęculo in ho-
13 minis † corde conscripserat,primo litteris p̃ Moysen expres-
sit,vt patet.distin.7.Moyses.de sum.trini.c.j.§.hæc sancta.de-
cemq̃; præceptis cõclusit,de quibus originaliter legitur Exo-
di,20. etiam Deutero.5 trans.legitur & no.32.q.7. quamdiu
omnibus.in 2. glos. ¶Et hanc legem Mosaycam iura vocant
veterem,vt patet de pœn.dist.1.libenter.de elect. cum in ve-
teri . Lex etiam decalogus nuncupatur per Augustinum, vt
14 patet de pœni.dist.1.tres sunt . ¶Huic autem † legi Mosaycę
dem um accessit prophetica,vt patet in prealleg.§.hęc sancta,
15 tanquam mo dificans eã : Cum lex Mosayca † vsuras ab alie-
nigenis exigi sineret,vt patet Deute.13. ad finem. trans. post
Ambro.14.q.4.ab illo.lex prophetica deinde talis permissio-
nis vsum protinus dissuasit , dicens illum in tabernaculo do-
mini habitare, qui pecuniam suam non dederit ad vsuram,&
munera super innocentem non accepit , vt legitur psalm.14.
trans.46.distin.quoniam multi.14.q.4. si quis oblitus. & cap.
16 quoniam . Post huiusmodi autem legem † propheticam suc-
cessit postea lex ciuilis ff.& C. a quibus , 1. 2. & 3. successiuè
per tempora ipsę leges ciuiles fuerunt constitutæ. patet,scili-
cet dist.7.in c.Moyses. & seq. latius , ff.de origi.iuris.& C.de
veteri iure enucleando. per totum , in prohęmio , seu prima
constitutione C.& duabus seq. ¶Ex quibus patet,q̃ tempo-
re legis habuimus etiam alias tres leges,primò Mosaycã,pro-
pheticam & ciuilem.Verum dicit Apostolus ad Hebrę.7.ante
fin.Ex nihil ad perfectum adduxit.Virtus autem Dei est in
salutem omni credenti,vt idem Apostolus dicit ad Rom.1.c.
Ad quod etiam facit canon,22.q.5.ad fidem.vbi venit pleni-
tudo temporis , misit Deus filium suum , vt eos qui sub lege
17 erant,redimeret,ad Gal.4.per † quem nobis statuit legẽ gra-
tię,vt scribitur Ioan.1. & in præ.c.libenter. de pœni.distin.1.
& de pur. post par.c.1. Quæ lex gratię viam vitę manifestius
declarauit,vt in decre.1.§. hęc sancta. de summa trinitate , &
fide catho.Et hoc quidem fęlici vocabulo lex euangelica nũ-
18 cupatur,vt patet hic in princ.Cui demum accessit † Aposto-
lica illam modificans in quibusdam. Nam quod dominus in-
dulget permittendo , Matth.19. 28.q.1.idolatria . perfectio-
nis consilio vetat Apostolus,suadendo.1.ad Corinthios 7.&
ead.causa,& q.iam nunc.Vbi etiã Dñs expresse non præcipit
in spiritu Dei , Apostolus fideliter consulit , vt patet ibi, i.ad
19 Corinth.7.& 28.q.1.sic enim neq;.post principium. ¶ † De-
mum cum Ecclesia Deo auctore publicando creuisset gradi-
bus & ordinibus rectè in ipsa dispositis,cum ad eos decernẽ-
dos clericis & lites dirimendas lex non sufficeret euangelica
& Apostolica , tam ab Apostolis quàm ab eorum vicarijs,&
successoribus : De quibus 68.distin. quorum vices. plura sta-
tuta sunt edita,quæ generali vocabulo canones appellantur,
vt patet 15.distin.c.1.3.distin.porro 25.q.1.violatores. Licet
& multa alia specialia nomina sortiantur , vt patet 25.q̃.2.si
quis dogmata.& ex not.j̃.3.dist. porro.25.q.2. in summa. Ex
20 quibus patet,q̃ etiam tempore † gratię habuimus tres leges ,
scilicet Euangelicam,Apostolicam,& Canonicam . De qui-
bus omnibus satis habetur 25.q.1. omne quod. Canon tamẽ
duas leges tantum ponit,publicam , videlicet canonicam , &
21 priuatam,vt patet in prædicto c.duæ sunt.19.q.2.¶ † Tertiò
est videndum,quomodo lex canonum originetur, de quibus
satis est dictũ proximè,licet Archi.hic in lectura diuini & ca-
nonici iu ris originẽ diuersimodè recitet super rubrica, quod
ad præsens causa breuitatis omitto , & super rubricam refer-
22 uo. De cõpilatoribus † autem est sciendũ, quod Isidorus de-
creta patrum & conciliorum primo in vnum magnum volu-
men redegit, & de hoc volumine decretorum Isidori fit mẽ-
tio 19.dist.c.1. Hoc quidam Ino nomine , qui fuit episcopus
Carnoten. abbreuiauit secundo , quia non sine magno sum-
ptu scribi poterat : & per capitula distinxit,& multas sancto-
rum sententias adiunxit: & quia hoc opus non erat ẽt paruæ
23 quantitatis , Hugo † catellanus ex eodẽ volumine abbreuia-
to librum portatilem composuisse legitur,qui summa decre-
torum Inonis appellatur . Fuit ẽt alia compilatio ante istam ,
quæ appellata est abbreuiatio canonum Fulgẽtij , de qua ha-
betur.j̃.63.distin. §.cum ergo. ¶Item & alia canonum cõpi-
latio fuit à Burgardo Guarmacień. episcopo composita , de
qua habetur j̃.73.distin. in nomine Domini. in princ. Quam
compilationem nomine auctoris sui Burgordum scholastici
vocauerũt. Quam quidem compilationem in 20.lib.diuisit ,
& illa antiqui decretorum magistri,vt in eorum gl. apparet ,
24 vt plurimũ vtebantur,vt hic refert Archidiaconus.Post † quę
pater noster Gratianus statuit vniuersali Ecclesię prouidere,
attendens etiam prouidè tot diuersas compilationes cano-
num,& sic successiuè mutatas,volens illas in vnum volumen
redigere, de ipsis omnibus , & de quodam magno volumine
Decretorum , in quo erant omnia concilia & canones Apo-
stolorum,de quo habetur 19.dist. c.1. compilauit hoc opus ,
in quo etiam interseruit alios canones & consultationes Ro-
manorum Pontificum, & 20. canones etiam Apostolorum ,
25 vt ibi dicitur.Sed † quia per ista tria genera canonum in cau-
sis non habebatur plena discussio,idcirco posuit auctoritates
sanctorum Patrum , quæ hodie vim canonum obtinent , 20.
26 dist. c. 1. † Verum quia sancti patres de spiritualibus plusquã
de temporalibus disseruerunt , ideo interposuit leges Impe-
ratorum & iurisconsultorum tam ff.quam C.& Auth. & etiã
de nouel.vt patet 16.q.1.nouarũ.& q.3.nemo. & multis alijs
distinctim positis in hoc volumine Decretorum . Hoc cursu
deuenimus ad hoc opus,quo melius minimè reperitur in iu-
ridica facultate , vt hic dicit Archid. & satis patet in prosecu-
tione hesterna nostri principij , cum dicebantur hæc omnia .
¶Quartò est videndum de quattuor,de quibus in principijs
27 librorum quęri cõmuniter consueuit.†Quæ sit materia Gra-
tiani in hoc opere. Ad quod est sciendum,q̃ materia sunt ca-
nones & decreta & decre.epistolæ,quorum differentiam ha-
bes notatam distin.3.in summa.etiam sanctorum patrum au-
ctoritates,qui vt præmissum est proximè , quãuis vim & po-
testatem condendi canones non habuerint,nõ minimum ta-
men in ecclesia locum habent.Item quæ sit eius intentio.Ad
quod dicendum, q̃ eius intentio est diuersas diuersorum pa-
trum regulas in quamplurìbus locis vage sparsimq̃; dispo-
sitas ordinata quadam dispositione componere , & eorũ con-
trarietates interiectis distinctionibus minuere.Item quę vti-
litas. Ad quod dicendum,q̃ vtilitas est his cognitis scire iura
ecclesiastica de iure canonico tractare iuridicè,& tractata de-
mum canonicè diffinire.Item quæ causa operis.Ad quod di-
cendum,q̃ causa operis est,quod cum per ignorãtiam ius di-
uinum iam in dessuetudinẽ deueniret,& singulę ecclesiæ suis
consuetu.potius quàm canonibus regerentur,reputans Gra-
tianus hoc periculosum , diuersos canonum codices cõciliorum
& patrum capitula continentes collegit in vnum,& quę
sunt magis necessaria, ac quæ videbantur in causis decidẽdis
in præsenti volumine cõprehendit.¶ Alij de præmissis quat-
tuor quærunt,sed aliter, scilicet de causa materiali , formali ,
efficiente, & finali . De materiali & finali satis proximè vidi-
mus.Sed de formali sciendum,quod est duplex. Quia alia est
forma tractatus in communi,alia forma tractandi in speciali.
Forma tractatus siue modus agẽdi in communi, qui nihil est
28 aliud,quàm diuisio per partes,est , quia † magister hoc opus
suum in tres partes diuidit principales , scilicet in tractatu de
ministris ecclesiasticis & eorũ officijs , scilicet quales esse de-
beant,& quæ requirãtur in eis : & hic est tractatus distinctio-
num,qui centũ & vna distinctione protẽditur , qui tractatus
pertinet ad spem, qua à Deo æterna stipẽdia spectamus . De
quibus Matth.19. ad Titum,6.& j̃.de conse.dist.5. ieiunium.
In his enim famulamur Deo, & animarum saluti consulitur .
Item in tractatu de negotijs ecclesiasticis tã clericorũ , quàm
laicorum , puta de matrimonijs , scilicet qualiter de iure tra-
ctari debent,& etiam diffiniri : & hic est tractatus causarum ,
qui 36.causis terminatur,& hic tractatus pertinet ad charita-
tem,qua pacem inter pessimos reformamus,& illis in hoc fa-
mulamur,& eorũ negotijs saluti ac quieti consulitur.De qua
charitate habetur Matth.22.& Luc.11. prima ad Corint.13.
& de pœnit.distin.2. proxi. & c.prouidè. Item in tractatu de
sacramentis ,ecclesiasticis & spiritualibus , cuius scilicet sunt
effectus,in qua solennitate confici debeant,& conferri:& hic
est tractatus consecrationis , qui 5.distin.consumatur ; & hic
tractatus pertinet ad fidẽ, qua occulta cognoscentes & scien-
tes nobisipsis consulimus ad salutem,& illam demũ alijs prę-
dicamus.De qua fide habetur Matth.vltimo, & Luc.vltimo,
& j̃.de consecr.distin.4. baptizandos.& c.vos ante omnia.In
prima ergo parte in officijs & ministris ecclesiasticis spes ro-
boratur.In secunda in causis negotiorum charitas enutritur.
In tertia in sacramentis spiritualibus fides clarificatur,& cla-
29 rificata solidari meretur.† Sed prima scilicet tractatus distin-
ctionum,seu ordinandorũ subdiuiditur in 7.principales par-
tes . In quarum prima tractat de iure & varijs acceptionibus
iuris & speciebus eius , & differentia & comparatione ipsarũ
specierum adinuicem vsque ad 25. distin. vbi tractat de con-
cilijs generalibus, & de speciebus Romanorum Pontificum ,
ipsorum epistolis decretalibus , & opusculis sanctorum pa-
trum : & hoc protenditur vsque ad 21.distinctionem. Ibi se-
cunda,in qua tractat de officijs ecclesiasticis , vnde habuerũt
originem,& quare sic appellata sint.Assignat etiam differen-
tiam officiorum.Ostendit etiam,qualiter examinandi sint il-
li , qui debent ad talia officia promoueri , & quid ad vnum-
quodque pertineat officium . & hoc protenditur vsque ad §.
nunc autem.j̃.25.dist. Ibi tertia , in qua tractat specialiter de
ordine episcopali specificans,quæ & quot in episcopo exigã-
tur.Propter quæ ibi prosequitur 13.c.Apostolicæ regulę.In-
terserit tamen in 27.dist. vsque ad 35. dist. de cõtinentia cle-
ricorum : & hoc protenditur vsque ad 50. dist. Ibi 4. in qua,
quia lapsus in hæresim impedit promouendum , & ẽt deijcit
iam promotum,nisi postmodum reparetur . Ideo tractat de
lapsis, scilicet vtrum & quomodo valeant reparari . Tractat
etiam de alijs impedimentis ordinandorum,scilicet de biga-
mis,seruis publicè pœnitentibus, filijs presbyterorum , cor-
pore vitiatis,& quibusdam alijs, quæ impediunt ordinãdos :
& hoc protenditur vsque ad 60.distin. Ibi quinta,in qua tra-
ctat,à quibus gradibus,& ad quos gradus sunt clerici promo
uendi,& promotio fit per electionem canonicam. Tractat ẽt
ibi de electione, & de diuersis formis electionis : & quia ele-
ctionem sequitur etiam ordinatio,& consecratio,ideo etiam
tractat ibidem, à quibus ordinationes fieri debeant & conse-
crationes,& qualiter & quo tempore:& hoc protenditur vs-
que ad 81.distin.Ibi sexta,in qua repilogat 8.cap.Apostolicæ
regulæ,& hæc protenditur vsque ad 93.distin. Ibi septima &
vltima,in qua quoniam inter ista officia ecclesiastica , & istos
ministros quidam sunt maiores , quidam minores : maiores
30 † verò minoribus obedientiã debent.Idcirco tractat de obe-
dientia, quam ipsi minores debẽt maioribus tam ratione or-
dinis,quàm ratione administrationis: & hoc protẽditur vsq;
ad finem distin. Forma verò tractandi , seu modus agendi in
singulari est multiplex . Sed in communi vt plurium statui-
mus consultationis responsiuus causæ diffinitiuus , seu com-
missiuus . Licet interdum possit esse alius , vt plenè no.d.m.
23.modos specificè prosequendo in prohęmio Grego. com-
pilationis super illa glo.super ver. modus agendi . Causa ve-
rò efficiens est ipse Deus , qui hoc facit per suos ministros.8.
distin.quo iure.50.distinctio.§.ecce.& c.si ille.96.dist.duo. &
c.si imperator.9.q.3.Imperatores.16.q.3.c.vlti.25. q. 1. vio-
latores.de sum.trini.c.1.§.hæc sancta.C.de prescrip.lon.tem.
l.vlti.cum concor.

31 His expeditis, ad rubrum descendens:† Quæro,
quare magister Gratianus in hoc
volumine non posuit nisi hanc solam rubricam , cùm videa-
mus in libris Decretalium & alijs libris legalibus, quòd secũ-
dum quòd mutantur materiæ per auctores eorum , varian-
tur rubricæ.Item,quod est mirabile,quare saltem non posuit
tres rubricas,sicut opus suum diuisit in tres partes principa-
les , vt supra præmissum est . Sed quare hoc fecerit , satis ex
ipsa rubrica apparet . Cum enim in distinctionibus , siue in
causis,siue in sacramentis sola sit eius intentio canonum seu
legum ecclesiasticarum , confusam materiam seu dissonan-
tiam erigere, & ad concordiam reducere,idcirco hanc solam
rubricam ad omnia,quę in hoc opere continentur,ei suffice-
re visum fuit,& merito . Mutationes tamen materiarum per
distinctiones ostendit in ministris & sacramentis,& per quę-
stiones

ſtiones ex thematibus elicitas in cauſis, vt in ,pſecutione patebit. Et hęc rubrica habet duas partes, quarum prima reſpicit totum opus, ſecunda principium tantum. ſecunda ibi, ac primum. & debet ſic legi & exponi. [Incipit concordia, aliàs concordãtia] ſup. nunc. & expone [Concordia] ideſt compilatio, & in vnum reductio. [Diſcordantium canonũ] ſup. olim, & in diuerſis compilationibus & locis poſitorum, & diſperſorum. [Ac primum de iure] ſup. ſcripto. [Naturæ] ſcilicet diuinæ, ideſt iuris naturalis. & humanæ, ideſt iuris conſuetudinarij, vel ideſt humanæ legis ſcriptæ, ſiue non ſcriptę: & de iure humano varie ac confuſe in conſtitutionibus principum, & in reſponſis prudẽtum multa leguntur, vt patet. 1.
32 diſt. & 2. per totum. De † iure autem diuino quidam afferunt illius originem & à mundi principio cœpiſſe dicunt, q̃ cum Adam de inobedientia redargueretur à domino, quaſi accuſationi exceptionem obijciens, relationem criminis in cõiugem, quinimmo in cõiugij auctorẽ cõuertit. Dicens Gen. 3. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit de ligno mihi, & comedi. Sicque litigandi, vel vt dicamus vulgariter, publicandi forma in Paradiſo videtur exorta. Alij quidam dicunt, iudiciorum ordinem à lege veteri initium habuiſſe. Nam Moyſes Deuter. 17. dicit, in ore duorum aut trium teſtium peribit omne quod interficietur. Cui concor. Apoſtolus, ad Corinthios vlti. vbi, In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Quæ tranſlabẽtur 2. q. 4. in prin. In nouo etiam teſtamento dicit Apoſtolus Paulus, Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, illos cõſtituite ad iudicandum. 1. ad Corinth. 6. 11. q. in §. ex his omnibus. Alij compendioſius iuris diuini exordientes, originem illam ſumunt ab eccleſia primitiua. Dicentes, quòd cum martyrum perſecutione ceſſante, Dei eccleſia reſpirare cępiſſet, ſub Cõſtantino Imperatore ceperunt patres ſecurius conuenire, cõcilia celebrare, & in eis pro diuerſitate negociorum eccleſiaſticorum canones diuerſos & decreta edere & componere.
33 Quorum † canonum ſeu decretorum quędam ſunt perſonalia, quædã generalia. Perſonalia ſunt, quæ perſonas non trãſgrediuntur, nec ad exemplum trahuntur, vt patet 1. q. 1. ſicut ergo. 26. q. 2. non exemplo. Et hoc ſiue data ſint perſonis in ſingulari, vt 7. quæſt. 1. petiſti. ſiue loco vel collegio in communi, vt 16. q. 1. hinc etiã. Generalia verò ſunt, quæ vniuerſitatem complectuntur, ſcilicet vt quilibet obediat, 93. diſtin. nulla. 11. q. 3. ſi autem. Item vt nullus cum excommunicato loquatur, 11. qõ. 3. cum excommunicato. Item quædam ſunt ſecundũ imperium dicta, quædam ſecũdum prohibitionem, quædam ſecundum indulgentiam, quædam ſecundum concilium. Quæ quatuor reſpiciunt 4. hominum genera. Nam quæ concilium continent, ſunt data perfectis: quæ præceptum, proficiendis: quæ promiſſionem, infirmis: quæ prohibitionem, reprobis. ſecundum imperium ſunt dicta, ſicut illud de debito coniugali reddendo, 33. q. 5. ſi dicat. ſecundum prohibitionem, ſicut illud de vxore non dimittenda excepta fornicationis cauſa, 32. q. 5. præceptum. Et de non accedendo ad aliã, vt ea. cauſa. & q. non mechaberis. ſecundum indul-
34 gentiam, ſicut † de permiſſione coitus coniugalis incontinẽtiæ cauſa, quæ permittitur, vt vitetur grauius, vt legi. & no. 13. diſt. ad fi. ſecundum concilium, vt de non dimittenda cõiuge cohabitare volenti, 28. q. 1. iam nunc. & c. ſicut enim. & de vouenda continentia, 32. q. 1. integritas. 33. q. 5. qui fuit. Item quædam dicta ſunt ſecundum iuſtitiæ rigorem, ſicut de criminoſo quandocunque poſt baptiſmum non ordinando etiam pœnitentia peracta, vt 25. diſtin. primum. 48. diſt. quoniam. & q. 7. ſiquis dictum. Item & de ſimoniacis in ſuis ordinibus non tolerãdis, vt in c. ſi quis omnem. & c. requiritis. ea. ca. q. 2. 9. qõ. 1. ordinationes. Quædam ſecundum miſericordiæ moderationem, vt de criminoſis & de bigamis poſt pœnitentiam tolerandis, 1. q. 5. c. 1. & vlt. Item quædam capitula ſunt datæ ſententiæ, vt patet 32. q. 4. ſi quis ſuadente. Quędam dandæ, vt infra 30. diſtin. per totum. qua quidem diſtinctione cognita, omnia ad conſonantiam reuocantur, ſecundum Hu. & Io. Fa. De qua materia potes etiam videre quod not. Guil. in Specu. de diſpu. & allega. §. poſt hæc. verſi. & generaliter omne contrarium.

Expedita Rubrica & eius expoſitione, & his, quę circa ipſam videnda ſunt, ad nigrum veniẽs.
35 † Primò quæro, quare Gratianus de iure canonico tractaturus, incipit à iure naturali, vt hic in princ. patet. Ad quod reſpondet gl. & bene, quia incipere voluit à ſimplicioribus ſecundum naturam: Vel ab altioribus ſecundum Hugo. & ſic
36 † à iure naturali, quod antiquius & dignius eſt alijs iuribus, primò origine, cępit enim ab ipſa rationabili creatura, vt patet. ℣. diſtin. 5. in princ. Inſti. de rerum di. §. commodius. præceſſit etiam alia iura. Secundò amplitudine, vt patet. ℣. diſt. 8. in princ. & c. 1. Item tertiò dignitate, vt patet ea. diſt. §. dignitate. & c. ſe. Item iuris ſententiæ rigore, vt ℣. 30. diſt. per totũ. ¶Tractaturus igitur de iure naturali, præmittit primo quaſdam diuiſiones iuris, & eas proſequitur vſque ad 4. diſtin. In qua aperit officium & cauſam inuentionis tam iuris eccleſiaſtici quàm etiam ſecularis. Poſtmodum in ſequentibus aſſignat multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vſque ad 15. diſtin. In qua aggreditur principale propoſitum de iure canonico originem eius aſſignans. ¶Secundò quæro, cuius ſint verba hic in princ. poſita [humanum genus &c.] & eſt dicendum ſecundum Hug. & Ber. quòd ſunt Gratiani: quod patet per dictionem infra poſitam, [hinc Iſido.] vbicunque enim ponitur hinc, vel inde, vel ſimilis dictio, vel iunctura dictionum, ſcilicet de hoc, vel de his, vel huiuſmodi, ſemper precedentia ſunt verba Gratiani: non tamen eſt ſemper verũ, quòd inter §. & cap. ponatur hæc dictio, hinc, vel inde, ſecundum Hug. Sed circa hæc inſtatur, ſi hæc verba ſunt Gratiani, quia hic in prin. nõ ponitur §. cum verba Gratiani aliàs in hoc volumine ponantur per §. Ad quod dicendum, q̃ hoc
37 eſt propter ethimologiã vocabuli, quia † §. dicitur quaſi ſcripturæ diuiſio: nam dicitur à phares, quod eſt diuiſio, & graphum quod eſt ſcriptura. Vnde quia hic nulla ſcriptura præceſſerat, meritò Gratianus non ponit hic §. Propriè ergo & bene pronunciando deberemus dicere pharagraphus, & nõ paraphus. Sed fortè ratione plenioris ſonoritatis ſic proferimus, ſecundum Bertran. ¶Et hæc prima diſt. ſecundum Archid. diuiditur in duas partes. In quarum prima probat per quattuor canones, quia humanum genus regitur duobus, ſcilicet iuribus & conſuetudinibus. & hæc durat vſque ad §. infra ead. diſtin. eſt & alia.

REPETITIO DOCTISSIMA IN PROHOEMIVM DECRETI,

Celeberrimi I. V. C. D. Thomæ Canani, Ferrarienſis, in almo patriæ ſuæ Gymnaſio publicè, & ordinariè Canonica iura profitentis.

1 *Secreta hominum non ſunt diuulganda.*
2 *Prima diſtinctio cur aſſumpta fuerit ab auctore explicanda.*
3 *Principia rerum ſunt potiſſima pars cuiuſque rei.*
4 *Principium maius virtute, quàm magnitudine eſt.*
5 *Principium, quod paruum eſt in fine valdè magnum emergit.*
6 *Principio, eorum quæ quæruntur complura fiunt manifeſta.*
7 *Principio comperto facilè eſt adijcere, & reliquum cooptare.*
8 *Principium omne, quod à morali Philoſopho conſideratur quomodo conſideretur.*
9 *Principium morale ſi dirigit dupliciter contingit.*
10 *Principium, quod dirigit ad opus dupliciter hoc facit.*
11 *Principium, quod dirigit ad uerum eſt ſcientia & doctrina.*
12 *Principium, quod dirigit ad opus, eſt ars. & ſcientia actiua quæ ſit.*
13 *Principium per actum quale ſit.*
14 *Principium quocunque modo capiatur confert ad rerum cognitionem.*
Principium in vnaquaque re ex Platone maximè quid eſt.
15 *Principium dimidium eſt totius operis.*
16 *Principium benè aſſumentes, omnes laudamus.*
17 *Principium ex Platonis ſententia plus quàm dimidium eſſe videtur.*
18 *Principia ſcire, neceſſarium eſt, & id omnes fatentur.*
19 *Auctor cur hanc primam aſſumpſerit diſtinctionem. & num. 20.*
20 *Vetera, & obſoleta, & vſu non accepta parum auditoribus grata eſse ſolẽt.*
21 *Decretalium libris principia iuris Canonici non ita habentur, ſicuti in Decretorum opere.*
22 *Diſtinctione prima quid tradatur.*
23 *Simbolum habentibus facilior eſt tranſitus.*
24 *Tranſitus in habentibus ſimilitudinem facilior eſt.*
Et regula iſta ad multa facit. num. 25.
26 *Ordo variè ab expoſitoribus obſeruatus eſt in interpretatione Decreti.*
27 *Bartholomęus Brixienſis antiquus gloſſator Decreti.*
28 *Doctrina omnis, & omnis diſciplina fit ex præexiſtenti cognitione.*
29 *Mathematicæ ſcientiæ fiunt per ſuppoſitiones.*
30 *Cognitio rei alicuius haberi non poteſt niſi ex præmiſſis.*
31 *Scientiarum primordia, vnde repetantur.*
32 *Ordo ſcientiarum expoſtulat, vt primo quædam præmittantur.*
33 *Vtilitas eorum, quæ præmitti ſolent.*
34 *Præfationes clariorem reddere ſolent intellectum.*
35 *Præmittenda numero quot eſſe debeant.*
36 *Prolegomena quæ & quot ſint.*
37 *Admiratio ſequitur vtilitatem.*
38 *Intentio auctoris Decreti quæ fuerit.*
39 *Inſcriptio Decreti quæ ſit. & num. 49.*
40 *Gratianus vnicam inſcriptionem apposuit.*
41 *Intentio Gratiani in hoc opere principalis quæ fuerit & ſecundaria quæ. numero 54.*
42 *Rubrica generalis ad ſequentes tractatus trahitur.*
43 *Diſpoſitio generalis etiam in materia odioſa generaliter intelligi debet.*
44 *Diſpoſitio generalis omnes caſus complectitur.*
Quod maximè procedit de iure ciuili. num. 45.
46 *Arbiter ex forma compromiſſi non ſolum poteſt procedere, & iudicare ſecundùm ius commune, ſed etiam poterit ſecundùm ius municipale, & quæ ſit ratio.*
47 *Iuſtinianus quem ordinem obſeruauerit in compilationibus.*
Et quæ fuerit intentio in illis. num. 48.
49 *Auctor recedit à communi ratione intentionis, ſed duplicem fuiſſe intentionem oſtendit, vna quæ principalis altera acceſoria. num. 49.*
50 *Iuſtiniani intentio in iuſtitia quæ fuerit & eius ratio. num. 51.*
52 *Intentio Gregorij Noni in Decretalibus qualis fuerit.*
Et quæ Bonifacij Noni in Sexti compilatione. num. 53.
54 *Expenſarũ ratio habita eſt in compilationibus tam Decret. quam Iuſtiniani.*
56 *Inſtitutiones ciuiles cur compoſite, & quanto tempore ediſcantur.*
57 *Intentio ſecundaria quæ fuerit Gratiani.*
58 *Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſien. qui vulgo appellatur magiſter ſententiarum laudatur ob eius compilationem Theologiæ.*
59 *Argumentum ex inſcriptione an valeat? dic quod ſic, excepto libro Decretorum.*
60 *Archidiaconus & alij declarantur quo ad intentionem Gratiani.*
61 *Compilatio Iuſtiniani parum profuiſſes niſi inutilia, rececaſſet, & reipublicæ non conſuluiſſet.*
62 *Iuſtiniani intentio in compilatione conſtitutionum Imperialium.*
63 *Vtilitas ex opere Decreti quæ, & quanta fuit.*
Et an vnica, vel duplex, Archid. vnam, Dominicus, duplicem dixit. nu. 64.
65 *Vtilitas proxima Decreti quæ ſit.*
66 *Vtilitas remota Decreti quæ ſit.*
67 *Fœlicitatem conſequuntur ij qui ſciunt & obſeruant canonica iura.*
68 *Fœlicitatem omnes appetunt.*
69 *Vtilitas Decretalium quæ fuerit.*
70 *Cognitio, quę ex iure canonico percipitur, quomodo precipiatur.*
71 *Fœlicitas illa, quæ ex ſcientia Pontificij iuris an ex lectura ſola habeatur & tenet quod non ſed ex lectura & ſcientia ſimul.*
72 *Legere poteſt eſſe ſine intelligere.*
73 *Legere eſt multiplex.*
74 *Intelligere non ſequitur ad legere.*
75 *Idiotæ qualiter legant.*
76 *Legere aliquando eſt mentale.*
77 *Legere oculo mentis quando dicatur.*
78 *Fœlicitatem legendo qui conſequi valeant.*
79 *Vtilitas tertia operis Gratiani quæ ſit.*
80 *Boni fiunt quandoque metu pœnarum, quandoque premiorũ exhortatione.*
81 *Iuris pręcepta quę ſint.*
82 *Animę capitales inimici pręceptis iuris tolluntur.*
83 *Animę capitales inimici qui ſint.*
84 *Ordo quid ſit.*
85 *Ordinis ratio ſecundùm Zimaram eſt prius vel poſterius.*
86 *Via eſt in ſcientijs doctrinę.*
87 *Ordo doctrinę, & via doctrinæ quid differunt.*
88 *Via doctrinæ ex ſententia Auerois triplex eſt, ſeu habet triplex genus, videlicet genus demõſtrationis ſcilicet demonſtratio ſigni, demõſtratio cauſę tantum, & demonſtratio cauſę, & eſſe.*
89 *Ordo doctrinę quid ſit.*
90 *Ordo doctrinæ ſecundùm Gallenum triplex eſt, videlicet compoſitiuus, reſolutiuus & diffinitiuus.*
91 *Ordo reſolutiuus qualis ſit.*
Ordo reſolutiuus multum conducit ad rerum cognitionem.
92 *Ordo diffinitiuus qualis ſit, & quibus conferat.*
93 *Ordo doctrinę, & methodus quid iure differant.*
94 *Ordo doctrinę quid ſit.*
95 *Methodus quid ſit.*
96 *Methodus duo principalia ſunt, videlicet demonſtratio, & diffinitio.*
97 *Methodum vniuerſaliorem eſſe viam doctrinę oſtendit auctor.*
98 *Methodus demonſtrationem, diffinitionem, reſolutionem, ac diuiſionem ſub ſe comprehendit.*
99 *Via doctrinę non comprehendit virtute & poteſtate methodos omnes.*
100 *Diffinitio ſub via doctrinæ continetur.*
101 *Diffinitio eſt medium in demonſtratione.*
102 *Reſolutio, demonſtrationi deſeruit.*
103 *Diuiſio an comprehendatur ſub via doctrinę.*
104 *Diuiſio diffinitioni auxiliatur.*
105 *Gratianus quem ordinem obſeruauerit in Decretorum opere.*
106 *Ordo verus apud Gratianum eſt compoſitiuus.*
107 *Gratianus hoc Decreto multa reſoluit & diſtinctionibus, & cauſis.*
108 *Diuiſio Decreti quę ſit. Et ex Archidiacono, & alijs dicitur eſſe triplicem principaliter licet ſingulę ſubdiuidantur. num. 109.*
110 *Inſcriptio quę à Gratiano Decretorum operi fuerit impoſita.*
111 *Decretorum liber ſeu opus an ſit Gratiani.*
112 *Decretorum opus eſſe Gratiani quo ad ordinationem, non quo ad compoſitionem.*
Et quę ſit ratio. num. 113.
114 *Gratianus fuit Ethruſcus, vel vt alij volunt Claſſenſis, ſeu de oppido Caſſiana.*
115 *Gratianus fuit à primis annis litteris deditus adeo quòd ob id monaſterium ingreſſus eſt.*
116 *Gratianus habuit duos fratres ſecundùm aliquos, videlicet Petrũ Lombardum magiſtrũ ſententiarum, & Petrũ Comeſtoreni. alij contra. nu. 119.*
117 *Petrus Lombardus Eps Pariſienſis ſcripſit ſententiarum libros quatuor.*
118 *Petrus Comeſtor presbyter eccleſię Trecẽſis ſcripſit hiſtoriam ſcolaſticã.*
119 *Gratianus fuit monachus ſancti Proculi ordinis ſancti Benedicti Bononię, licet alij ſancti Fœlicis.*
120 *Gratianus quo tempore floruerit. & num. 123.*
121 *Decretorum opus eſt fundamentum totius iuris Canonici.*
124 *Petrus Lombardus quo tempore fuerit. & num. 130.*
125 *Petrus Comeſtor quo tempore fuerit. & num. 131.*
126 *Gratianum non fuiſſe fratrem Petri Lombardi nec Petri Comeſtoris quomodo probetur ex Beato Anto. Prępoſito, & auctore ſuę vitę.*
127 *Gratianus quo tempore edidit Decretum.*
128 *Alexander tertius Pontifex tempore Gratiani publicè Theologiam Bononię profitebatur.*
129 *Compilatio Decreti fuit ſub Eugenio tertio.*
132 *Vetera dubia nemo affirmare debet pro veris.*
133 *Temporum ſupputatio varia reſpectu temporis Gratiani.*
134 *Gratiani opus ad quam partem Philoſophię ſupponatur.*
Et dicitur Aethicæ ſcientiæ ſeu morali. num. 135.
136 *Canonica, & legalis ſcientia Aethicæ ſcientię ſupponuntur.*
137 *Aethica vnde dicatur.*
138 *Aethica eſt ſcientia de moribus.*
139 *Moralis Philoſophia ad hoc principaliter ſecundùm Philoſophum tendit, vt boni efficiamur.*

140 Canonica scientia ad hoc principaliter intendit vt animę fidelium salue fiant.
141 Canonica scientia est ars artium, & animarum regimen.
142 Canonica scientia secundùm auctorem non morali tantum & simpliciter supponitur sed omni scientię morali.
143 Moralis scientia perfectior traditur libris Canonicis quam penes Philosophum.
144 Scientia generaliter tradita non est ita nobilior sicut scientia specialiter tradita.
145 Scientia vna, altera quomodo dicatur nobilior.
146 Scientia maior resultat ex particulari quàm ex vniuersali notitia.
147 Scientia particulari scitur, quid res sit.
148 Notitia particularis nobilior est generali.
Canonica scientia quid agat in indiuiduo.
149 Canonica scientia quid à scientia de moribus agat.
150 Moralis scientię eternę fœlicitati anſubalternet quę tractat.
151 Ius Pontificium ſeu canonica ſcientia omnia dirigit in vltimum finem.
152 vltimus finis hominum, Deus est.
153 Cor nostrum in Deo veluti vltimo fine conquiescit.
154 Leges ciuiles, constitutiones, & placita prudentum etiam de humana agunt fœlicitate.
155 Leges mores corrigunt.
156 Sextus liber decretalium, cur ita appelletur.
157 Senarius numerus est perfectus.
158 Senarius numerus in rebus agendis normā tribuit, & in moribus disciplinā.
159 Lex quare proditur.
160 Appetitus ſub iuris regula limitari debet.
161 Præcepta morum quæ ſint.
162 Decretorum opus continet iuris præcepta.
163 Superioris auctoritas quare neceßaria.
164 Iuris Canonici effectus.
165 Canonica ſcientia non in totum ſupponitur ethicę ſcientiæ, & quare.
166 Canonica ſcientia excellentiora continet quàm æthica ſcientia.
167 Canonica ſcientia plura tractat de Deo, de ſumma Trinitate, & fide Cathol. & de alijs.
168 Canonica ſcientia quomodo in plus ſe habet quàm moralis ſcientia.
169 Moralis ſcientia conſiderat humanum bonum, & humanam fœlicitatem.
170 Bonum humanum quomodo conſideretur.
171 Canonica ſcientia non ſolum tractat de bono humano, ſed etiam de bono in patria cœleſti ſupremo.
172 Poſſeſſor malefidei non adiuuatur aliqua præſcriptione.
173 Bonefidei poſſeſſor dici non poteſt qui ſcienter aliena iniuſte poſſidet.
174 Peccatum non remittitur niſi male ablatum reſtituatur.
175 Legatum rei alienæ eccleſię non debet ſolui ab hęrede.
176 Lege Dei, non huius ſeculi viuere debemus.
177 Canonica ſcientia dicitur diuina. & num. 184.
178 Canonica ſcientia non eſt eadem cum Theologia.
179 Theologia tractat de Deo, & homine, in quantum homo reputatur, & glorificatur à Deo.
180 Canonica ſcientia tractat de homine operatiuo, vt bene viuendo conſequatur vitam æternam.
181 Canonica ſcientia quo reſpectu ſupponatur Theologiæ.
182 Canonica ſcientia poteſt dici quoddā mixtum, ſcilicet ex ſcientia morali, & diuina.
183 Canonica ſcientia non eſt ſimplex practica, ſed partim practica, & partim ſpeculatiua. & num. 186.
185 Canonicę ſcientię nobilitas à quibus tractetur.
187 Canonica ſcientia tractat de humano iure, quia ſine eo ſpiritualia diù eſſe non poßunt.
188 Canonica ſcientia tractat de diuinis, quia nos ad verum, & vltimum dirigit finem.
189 Canonica ſcientia dirigit hominem ad vltimum finem.
190 Ius canonicum, à iure ciuili quid differat.
191 Ius ciuile habet ſe vt corpus ad animam.
192 Ius canonicum habet ſe vt anima ad corpus.
193 Ius vtrumque ſcilicet ciuile, & canonicum intendit dirigere homines ad bonum commune.
194 Ius ciuile, & canonicum differunt circa modum inducendi homines ad bonum commune.
Et quomodo. num. 195.
196 Ius ciuile dirigit hominem in commune bonum ſecundùm quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter viuenti.
197 Bonum commune habet vim & potentiam promereri per legalem iuſtitiā, & ciuilem amicitiam.
198 Ius canonicum intendit dirigere hominem in bonum commune ſecundùm quod congruit humanę ſocietati.
Quia non ſolum viuit ciuiliter, ſed ſecundùm fidem Catholicam in Deum intendendo & vitam aliam expectando. num. 199.
200 Bonum commune acceptum ſecundùm fidem non poteſt ſeruari, aut conſequi per ſolam iuſtitiam legalem vel ciuilem amicitiam ſine qua impoſſibile eſt hominem in Deum intendere.
201 Canon conſiderat animę ſalutem.
202 Virtus potiſſima, ad quam conatur ius ciuile hominem dirigere, eſt legalis, vel ciuilis iuſtitia, & amicitia.
203 Iuſtitia legalis eſt potiſſima virtus per quam homo dirigitur.
204 Iuſtitia legalis eſt virtus, ad quam ius canonicum dirigit.
205 Ius canonicum intendit in cœleſtem amicitiam.
206 Amicitia cęleſtis, dicitur Charitas.
207 Charitas dicitur celeſtis amicitia.
208 Gratianus vſus eſt hoc decretorū opere genere ſcribendi ſecundū materias. Nam quandoque per diuiſionem, quandoque per diffinitionem, quandoque per compoſitionem, quandoque per reſolutionem procedit.
209 Gratiani methodus qualis.
210 Gratianus admirabilis in hoc decretorum opere videtur.
211 Gratianus maximam vtilitatem hac compoſitione decreti eccleſię vniuerſali tribuit.
212 Gratianus licet in aliquibus vtatur ſanctorum patrum auctoritate, & Conciliorum traditis, tamen in aliquibus non tenetur communiter.
213 Gratianus in aliquibus improbatur.
214 Gratianus in aliquibus obſeruatur.
215 Archid. circa cauſas compilationis, quę conſiderauerit.
216 Cauſa materialis Decreti quę fuerit vel auctoris.
217 Gratianus enititur tollere differentias canonum, & decretalium.
218 Auctoritas ſanctorum patrum, quamuis legis condendę poteſtatem non habuerint illi, non minimam tamen in Dei eccleſia locum habet.
219 Cauſa compilationis Patris Gratiani quę fuerit.
220 Gratianus in compilando Decretum quem obſeruauerit modum.
221 Gratianus ex decretis Euariſti Rom. Pontificis plurima ſuſtulit.
222 Gratianus in hoc Decreto neceſſaria, & vtilia tantum pro cauſis decidendis inſeruit:
223 Cauſam librorum dupliem aliqui tradunt, ſcilicet cauſam eſſendi, & cauſam fiendi.
224 Cauſa eſſendi diuiditur in duas, ſcilicet materialem, & formalem.
225 Cauſa fiendi diuiditur in duas, videlicet in efficientem, & finalem.
226 Cauſę frequentius conſiderantur per ſe ſecundùm Domin. & Bellam.
227 Cauſa materialis illa eſt de qua Archid. hic.
228 Materia compilationis Gratiani eſt antiquorum prudentum, antiqua iura. & numero 270.
Quod tamen intellige de Decretalibus & epiſtolis, & conſtitutionibus quę erant preciſę, & nondum inſertę. num. 229.
Alias non bene diceret Bernar. num. 230.
231 Materia iuris canonici ſecundùm Ioan. And. eſt bonum commune.
232 Bonum commune eſt etiam materia, & ſubiectum Aethicę.
233 Ius quid ſit.
Canonica ſcientia eſt ars æqui, & boni.
234 Aequum, & bonum eſt ſubiectum artis & canonicę ſcientię poſitiuę.
235 Materia ſcientię ſecundùm Abbatem, iuris canonici quę ſit reſpectu Decreti Gratiani.
236 Materia compilationis Decreti quæ ſit.
237 Decretales epiſtolę, & conſtitutiones ſunt materia compilationis Decreti.
238 Materia eſt, vel ex qua, vel eſt circa quam.
239 Scientia libri Decretalium ſubalternatur morali ſcientię.
240 Subiectum Canonicę ſcientię ſubalternatur morali ſcientię.
241 Scientia vna ſe habet ad aliam ſcientiam.
242 Subiectum vnum, ſe habet ad aliud, ſicut vna ſcientia ad aliam.
243 Subiectum moralis ſcientię ſecundùm Dominicum eſt homo politicus, id eſt homo regulabilis ſecundùm Politiam, aut Politicam.
244 Homo eſt ſubiectum ſcientię canonicę ſecundùm Dominicum, & ita communiter tenetur.
245 Materia cuiuslibet rei conſideratur dupliciter, vno modo prout eſt communis, ſecundo modo prout eſt propria.
246 Materia communis quę ſit.
247 Materia propria quę ſit.
248 Materia prima quę ſit.
249 Materia propria non poteſt eſſe materia omnium.
250 Sera non fit ex ligno, aut lana.
251 Ferrum eſt materia cultelli.
252 Materia in ſcientijs quomodo queratur.
253 Materia vnde dicatur.
254 Materialis cauſa decreti ſecundùm auctorem quæ fuerit.
255 Materia vna non poteſt eſſe materia alterius.
256 Materia vna quomodo alterius eßę poſſit materia ſecundùm diuerſam cōſiderationem.
257 Materia Decreti differt à materia canonicæ ſcientiæ.
258 Materia, & ſubiectum differunt.
259 Cauſa materialis diuerſo modo conſideratur.
Et ſecundùm Azonem tripliciter conſideratur. num. 260.
261 Cauſa materialis ſecundùm Azonem eſt vel generalis, vel communis vel propria.
262 Cauſa materialis generalis quid ſit.
263 Cauſa communis librorum legalium quæ ſit.
264 Cauſa materialis propria quæ ſit.
265 Cauſa materialis ſecundùm Baldum dupliciter conſideratur, primo modo prout eſt ſubiectum formæ entis in actu, ſecundo modo prout eſt futurum ſubiectum formæ entis in potentia.
266 Materiæ ſermo dupliciter intelligitur, primo de materia, id eſt materiali contingentia, ſecundo modo de materia, id eſt de ſuſceptino formę.
267 Materia, & forma quando videntur idem circa idem.
Et quæ ſit ratio. num. 268.
269 Forma quando eſt corruptibilis ſtante materia.
270 Cauſa formalis dupliciter conſideratur ſecundùm Azonem. Alia eſt forma tractatus in communi, & alia forma tractandi ſpecialiter. num. 271.
272 Modus agendi in communi quid ſit.
273 Decretum ex intentione Gratiani principaliter in tres partes diſtributum eſt, & qualiter ſingulæ partes ſubdiuidantur.
274 Spei virtute à Deo eterna ſtipendia ſperamus.
275 Stipendia eterna per ſpem à Deo expectamus.
276 Charitatis virtute pacem etiam inter peſſimos reformamus.
277 Charitas vbi laudatur & tractatur.
278 Fide nobis ad ſalutem conſulimus.
279 Fidei vbi tractetur materia.
280 Forma tractandi, aut modus agendi in ſingulari eſt multiplex.
281 Cauſa formalis ſecundùm Bal. quæ ſit, & ponit eſſe principium formale effectiuum, & complectiuum.
Et iſtud poteſt conſiderari duobus modis, vno modo pro forma in materia alio modo pro forma, hoc eſt pro quodam ordine formato. nume. 282.
283 Stipulatio in ſe habet ordinem, & quis ſit.
284 Libellus dicit quod habet ordinem, & quis ſit.
285 Libelli forma eſt modus narrandi, & concludendi.
286 Modus ſi eſt aptus forma eſt apta, ſi ineptus, inepta eſt forma.
287 Forma libri cuiuſque eſt modus & ordo diuidendi.
288 Libri forma quę ſit.
289 Cauſa efficiens eſt Deus, qui per ſuos miniſtros agit.
Et hoc intellige principaliter. num. 291.
290 Cauſa efficiens Decreti fuit Gratianus.
292 Deus eſt omnium ſcientiarum dominus. num. 292.
293 Cauſa efficiens proxima Decreti fuit Gratianus.
294 Cauſæ efficientes ſecundùm Dominicum duę ſunt, in quacunque re, Deus ſcilicet, & auctor.
Prima dicitur primaria, ſecunda ſecundaria. num. 295.
296 Bona omnia à Deo emanant. & num. 303.
297 Iura diuinitus per ora Principum promulgantur.
298 Cauſa efficiens inſtrumentalis eſt proxima.
299 Deus dicitur cauſa efficiens remota per noſtrum modum ſciendi.
300 Cauſa ſecundùm Bal. tripliciter poteſt conſiderari, cuius diſtinctio auctori magis probatur.
301 Deus eſt cauſa vniuerſalis.
302 Deus eſt, cui omne, quod dignum eſt laude attribuitur.
304 Gloria Deo danda eſt.
305 Imperium à Deo eſt.
306 Cauſa communis efficiens legum, eſt Imperator vel alius habens poteſtatem legis condendę.
307 Cauſa communis efficiens Decreti Gratiani quæ ſit.
308 Cauſa efficiens propria Decreti quæ fuerit & ſit.
309 Cauſa efficiens quomodo conſideretur ab alijs, refertur.
310 Cauſa finalis Decreti quæ ſit. Azo dicebat intentionem colligendi varijs locis ſparſas & diſſonantes regulas concordare fuiſſe finalē cauſam, Dominicus vero diſtinguebat.
311 Cauſa finalis dicitur ſecūdùm aliquos, illa cuius cauſa agitur. & quod prius, & quod conſequenter diſponitur ſecundùm Philoſ.
312 Cauſa finalis ſecundùm Auicen. eſt alijs prior cauſis, cauſalitate, & animi apprehenſione.
313 Cauſa finalis dicitur cauſa aliarum cauſarum ex intentione agentis.
314 Operationes denominamus ex cauſa finali propter quam agimus.
315 Cauſa finalis dupliciter conſideratur, videlicet propria, vel impropria, aut proxima, vel remota, aut impulſiua vel effectiua.
316 Cauſa impulſiua ſeu impropria eſt illa quæ ceſſante non ceſſat effectus.
317 Cauſa propria eſt qua ceſſante, ceßat effectus.
318 Cauſa impulſiua poteſt multipliciter conſiderari.
319 Studentes varia de cauſa ſtudent.
320 Cauſa propinqua Decreti finalis quæ ſit.
321 Fœlicitas fuit cauſa remota Decreti.
322 Cauſa finalis proxima quid agat, & quid cauſa finalis remota.
323 Canonicam ſcientiam quare omnes diſcere debemus.
324 Cauſa, quæ mouit compilatorem Decreti quæ fuerit.
325 Decretorum compilationes quot fuerint. & num. 337.
326 Subiectum huius Decreti quod nam ſit.
327 Compilatio Decretorum variè euenit.
328 Bernardus Papienſis prępoſitus primam Decretorum fecit compilationē.
329 Gilbertus fuit Decretorum compilator.
330 Alanus Decretorum fuit etiam compilator.
331 Bernardus Compoſtellanus in curia Romana morā faciens ex regiſtro Innocentij tertij Decretorum fuit cōpilator, cuius cōpilatio tertia vocabatur.
332 Ioannes Valuenſis de duabus compilationibus, ſcilicet Gilberti, & Alani vnam compilationem Decretorum fecit, quæ ſecunda appellabatur.
333 Innocentius tertius Concilio generali poteſtati prædicti conſenſu celebrato quartam compilationem fecit, tam ex conſtitutionibus eiuſdem concilij, quàm ex decretalibus prædicti Innocentij tertij.
334 Decretorum quinta compilatio fuit facta ſub Honorio tertio Pontifice.
335 Decretalium compilatio, quam habemus facta fuit ſub Gregorio nono.
336 Hoſtien. declaratur, & cur de Gratiano non fecerit mentionem.
338 Iſidorus Epiſcopus Iſpalenſis Decretorum primus compilator, & plura alia fecit, & ex quibus illa compoſuit.
Et quis ordo ab eo in ſua compilatione obſeruatus fuerit. num. 339.
340 Decreti compilationes à quibus fuerint editæ.
341 Ino ſecundam Decretorum compilationem edidit & quis fuerit, & quomodo egit in illa.
342 Iſidori compilatio Decretorum erat nimis magna.
343 Vgo Cathelanus qua ratione aliam compilationem Decretorum egerit, & comprehendebatur quodam libro portatili.
344 Summa Inonis Decretorum à quo fuerit edita, & qua de cauſa.
345 Vgo Cathelanus librum Hiſtoriarum compoſuit.
346 Fulgentius Diaconus Carthaginenſis compoſuit quartam Decretorum cōpilationem ſecundùm Dominicum.
337 Aegidij Bellamerę lapſus.
338 Abbreuiatio canonum Fulgentij quæ fuerit, & à quo edita ſit.
339 Brocardus epiſcopus Guarmacenſis quis fuerit, & quintam Decretorum fecit compilationem.
340 Brocardum opus à quo fuerit editum & quare ſic fuerit appellatum.
341 Gratianus ſextam Decretorum compilationem fecit, & qua ratione, & ex quibus eam compoſuit.
342 Gratianus quare ex varijs auctoribus voluerit deſumere dicta, & illa in compilationem ſuam redigere.
343 Dicta ſanctorum patrum non modicum in Dei Eccleſia locum obtinent.
344 Regulæ ſanctorum veluti leges obſeruantur.
345 Canones veluti ſacroſanctę leges obſeruantur.
346 Lex vnde dicta ſit, & num. 348. 350. 353.
347 Lege quid Græci ponunt, & quid Latini.
349 Lex ligat præceptis, & vinculis ſecundùm Pollionem.
351 Pollio reprehenditur in deriuatione legis.
352 Lex caſtigat nocentes, & remunerat bonos.
354 Lex quid ſit, difficillimum reputatur propter varias à varijs traditas diffinitiones.
355 Lex quomodo diffiniatur ſecundùm Ariſtotelem.
356 Lex quomodo ſecundùm Ciceronem diffiniatur.
357 Leges ad legem antiquiſſimam principem, ſcilicet naturæ diriguntur.
358 Lex ſecundùm iuriſconſultum quomodo diffiniatur.
359 Lex ſecundùm Iuſtinianum quomodo ſit deſcripta.
360 Lex quid ſit ſecundùm Marcianum Iuriſconſ.
361 Legis diffinitio de qua in l. 2. ff. de legibus. à quibus fuerit reſtituta.
362 Guilielmus Budeus laudatur.
363 Andreas Alciatus laudatur.
364 Georgius Habander in reſtituenda diffinitione legis, Demoſthenis, ſeu Criſippi plurimum elaborauit.
365 Lex ſecundùm Demoſthenem quomodo diffiniatur.
366 Lex eſt inuentum, ac munus deorum.
367 Lex ſecundùm Criſippum quid ſit.
368 Lex ſecundùm Tribunianum quomodo deſcribatur.
Sed magis formam hęc reſpicit quam ſubſtantiam. num. 369.
370 Lex quid ſecundùm Gratianum ſit, ſeu potius Iſidorum, ſed in ea labitur.
371 Scriptura non eſt de eſſentia legis, ſed ad probationem.
372 Legis ſubſtantia perfectæ non eſt multis relatis diffinitionibus expreſſa.
373 Legis diffinitiones patiuntur defectum mutationum locorum, temporum & opinionum.
374 Legis diffinitio Ariſtotelis impugnatur eam declarando, & oſtendit non demonſtrare quid vere ſit.
375 Legis diffinitio Ariſtotelis oſtendit tantùm præceptalegis, vel quoddam ambiguum aut legis facultas, vel poteſtas demonſtratur.
376 Legis diffinitio ſecundo loco Ariſtotelis relata confutatur, & qua ratione.
377 Lex ſi mutari poteſt non eſt propriè lex perfecta.
378 Lex ad ſui eſſentiam requirit quod ſit æterna.
379 Legis diffinitio Ciceronis confunditur, & qua ratione.
Et hæc diffinitio, genere apto deficit.
380 Genus, & illud proprium ſecundùm Dialecticos requiritur in diffinitione.
381 Diffinitio debet habere proprium genus.
382 Genus nullum prędicatur impropriè de ſuis ſpeciebus.
383 Lex licet ſit ratio nobis à natura inſita, non tamen ex ea oſtenditur ſecundùm Cicer. quid ſit verè lex.
Et licet colligatur eſſe rationem, ob id tamen non ponit ſpecificas differentias. num. 384.
385 Diffinitio requirit vt ponat ſpecificas differentias.
386 Prudentia ab homine ex habitu acquiritur, tamen quantum ad principia ex naturali ratione prouenit.
387 Ratio naturalis prohibet vitia, & virtutes ſuadet.
388 Legis diffinitio ſecundùm Papinianum, non eſt vera diffinitio ſed magis deſcriptio.
Et quia poteſt tolli, & mutari, non eſt propria lex.
389 Lex vera, & perfecta tempore tolli non poteſt.
390 Legis diffinitio Demoſthenis, & Criſippi diluitur, & qua ratione.
391 Legis diffinitio à Platone tradita reputatur melior, quæ nec à Theologis, nec à Canoniſtis improbatur.
392 Lex ſecundùm Platonem quid ſit.
393 Lex quę ſumma ratio nominatur, ſecundùm Auguſtinum non poteſt non incommutabilis, & æterna videri.
394 Lex ſecundùm Beatum Thomam nihil aliud eſt, quàm dictamen practicæ rationis in principe qui gubernat aliquam communitatem perfectam.
395 Legis diffinitionem ſecundùm Platonem oſtenditur perfectam eßę, reliquas non bonas, ſed vmbras, & ſimilitudines.
396 Legis diffinitiones ab alijs quomodo poſſunt diuerſa ratione tueri.
397 Lex quid ſit ſecundùm ſanctum Thomam: & declaratur diffinitio eius vt loquatur

loquatur de humana lege nõ autem de illa perfecta, quam summam rationem & incommutabilem vocant.
398 Lex humana, aliàs dicitur ciuilis.
399 Lex quotuplex sit, & ex Platone quatuor sunt.
400 Leges Principum an verè sint leges.
401 Leges Principum ad optimum calcem non dirigunt, licet bonum commune humanum comprehendant.
402 Fœlicitas vera est illud bonum vltimum ad quod lex vera dirigit.
403 Leges Principum quid propriè sint.
404 Legitimum à lege dicitur.
405 Iustum à legitimo prouenit.
406 Bonum à iusto profluit.
407 Lex bona esse debet.
408 Bonum si immutatur ab eo disceditur.
409 Leges Principum infinitas mutationes patiuntur.
410 Lex vera, æterna est ratio.
411 Legis species quatuor sunt, prima diuina, secunda cælestis, tertia mouens, quarta humana, item & aliter nominantur à Platonicis.
412 Prouidentia dicitur lex, à Platone.
413 Fatum appellat legem secundùm Plato.
414 Naturam legem appellat Plato.
Prouidentia humana lex est secundùm Platonem.
415 Lex prima in mente diuina residet, secunda in superiori parte animę mundi, tertia in mouente inferioriq; potentia, postera in hominis mente habetur.
416 Legis derinationem ex Platonicis declarat auctor.
417 Bonum summum supra mentem est.
418 Lex secunda secundùm Platonem vnde deriuat, & tertia, & quarta, & vnde consistant.
419 Legum reflectiones quę secundum Platonicos.
420 Lex Regia secundùm Platonem est legis supernæ icmitatrix, & quæ sit.
421 Humanum genus, qua ratione dictum est à Gratiano regi duobus, scilicet, & naturali iure, & moribus.
422 Intellectus cap. 1. prima distinct.
423 Lex naturalis nihil aliud est secundùm Azonem de Ramẽghis, quàm participatio legis æternæ in creatura rationali, prout regula, & mensura est in mensurato, & regulato.
Et hoc ex Diuo Thoma dessumpsit. num. 424.
425 Ius naturale dicitur immutabile. & qua ratione.
426 Gratianus declaratur. c. 1. prima distin.
427 Formæ cur dicantur incorruptibiles.
428 Gratianus in parte qua tractat de noctibus quid agat.
429 Lex regia quando dicatur secundùm Platonicos.
430 Lex humana super quibus fieri debeat, aliàs inutilis est, & ponit exempla.
431 Legum diuisiones multas substantiam legis non attingere probat.
432 Legis partes scriptæ à quibus declarantur.
433 Lex Falcidia, & lex Iulia an differant quo ad legis substantiam.
434 Lex an fuerit necessaria, & ad partes discutitur.
435 Deus cuncta quæ fecit, ea valde bona erant declaratur. num. 481.
436 Lex supponit rerum imperfectionem.
437 Lex propter transgressionem posita est.
Lex proditur vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur.
438 Lex æterna in medio ita quodam loco posita est, vt in his vsurpandis meritò reprehendatur audacia, & in exequendis iure laudetur obedientia.
439 Abraham si sponte filium obtulißet, peccasset, sed quia iussus Deo famulatus est.
440 Ius naturale idem est quod semper æquum, & bonum est.
441 Bonum, & æquum conuertuntur.
442 Ius naturale an satis erat ad humanum genus.
443 Ius naturale secundùm iurisconsultos quid sit.
444 Iustos nonnullos homines tempore naturæ fuißse legitur. & aliquorum ponit exempla.
445 Abel iustus fuit tempore naturæ.
446 Noe iustus & perfectus à Moise dicitur.
447 Enoch iustus reputatus est tempore naturæ.
448 Abraham habitus est iustus.
449 Lex naturæ quo tempore sola erat.
450 Lex scripta fuit vel moribus recepta tantùm, vt ad salutem securior, & perfectior eßet.
451 Seculares sine eo quod ingrediantur religionem possunt saluari, securius tamen si aliquam religionem profitentur.
452 Lex diuina an fuerit necessaria, sed an vtilior.
453 Necessarium proprie dicitur sine quo non contingit aliquid esse & exempla ponuntur.
454 Homo an poterat viuere, & iuste agere per solam naturalem rationem.
455 Homo à Deo dimissus est in manu concilij sui.
458 Natura humana est sufficientior quacunque irrationali creatura.
459 Animalibus irrationalibus nulla est lex data humana vel diuina, & quæ sit ratio.
460 Animal irrationale habet tantum suam inclinationem.
461 Homo an poterat naturali ratione ad optimum finem actiones suas mensurare, & dirigere.
462 Lex diuina fuit homini necessaria & hoc ostenditur nonnullis medijs.
463 Homo per legem dirigitur ad proprios actus in ordine ad finem vlt. num.
464 Homo cur ordinatur ad finem supra legem humanam.
465 Lex quare homini fuit necessaria.
466 Homo ordinatur ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit finem naturalis facultatis humanæ.
467 Lex fuit necessaria propter incertitudinem humani iudicij, præcipue de rebus contingentibus, & particularibus.
468 Iudicia diuersa humana quare contingant.
469 Leges contrarię, & diuersę humanę cur fiant.
470 Homo per legem dirigitur vt absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum, & quid vitandum.
471 Lex diuina non potest errare.
472 Lex humana insufficiens reputatur.
473 Lex diuina cur necessaria.
474 Homo potest tantum legem facere de ijs, de quibus potest iudicare.
475 Iudicium hominis non potest de interioribus motibus iudicare, & quę sit ratio.
476 Actus interiores latent exteriores patent.
477 Homo rectus existere debet in actibus interioribus, & exterioribus ad perfectionem virtutis.
478 Lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter actus interiores.
479 Lex Canonica in diuina reputatur.
480 Lex humana secundùm Augustinum non potest omnia quæ male fiunt punire vel prohibere.
481 Lex humana si vellet tollere omnia mala tolleret etiam multa bona.
482 Vtilitas communis boni impediri non debet.
483 Bonum commune est necessarium ad conseruationem humanam.
484 Malum nullum improhibitum, & impunitum remanet.
485 Lex diuina prohibet omnia peccata.
486 Lex non fuißset necessaria si homo permansißet in statu innocentię, secus post peccatum
487 Mors propter peccatores introiuit in omnes homines.
488 Lege diuina, qua homines omnes sanantur, indigent homines.
489 Lex ostendit peccatum.
490 Genes. c. 1. declaratur.
492 Lex quomodo arguat hominis imperfectionem.
493 Rerum defectus est ex parte nostri non autem Dei.
494 Homo præuaricando sibi legis necessitatem imposuit, mortis vel seruitutis. Et qua ratione. num. 495.
496 Homo recusauit legem amoris & obedientiæ quam ex dictamine rationalitatis Deo debebat.
497 Lex diuina quare emanauit.
498 Ius naturale licet moueatur semper ad id quod semper bonum, & æquum est, tamen non excedit bonum humanum.
499 Bonum humanum non sufficit ad veram hominis beatitudinem.
500 Lex dirigit nos semper ad optimum finem, hoc est Deum.
501 Lex diuina fuit necessaria propter imperfectionem naturalis boni.
502 Intentio pura naturalis post peccatũ in nobis non reperitur, sed depraua.
503 Peccatum originale hominem concomitatur.
504 Lex diuina fuit necessaria ne homo à Deo eßet destitutus.
505 Deus est summa charitas.
506 Deus non vult mortem peccatoris, sed magis quod pœniteat, & viuat.
507 Patres veteris legis in qua lege salui facti sint, & quam crediderunt fidem.
508 Necessarium dupliciter consideratur, & ponit exempla.
509 Lex diuina homini si non fuisset, à Deo præscripta, impossibile erat, hominẽ potuisse satisfacere diuinę iustitię ex parte sui.
510 Homines oẽs præuaricauerunt & filij irę effecti erant propter peccatum.
511 Lex fuit neceßaria quia per eam homo cognoscit quid agendum, quid vitandum.
512 Lex quomodo non fuißet neceßaria.
513 Libertas hominis poterat se ad obseruantiam Dei mandati accommodare, & illi non obedire.
514 Lex pœnalis cur fuit neceßaria.
515 Lex diuina ex parte hominis fuit tantùm necessaria.
516 Legem in statu innocentię, si semper permansisset, fuisse necessariam quomodo docetur.
517 Consilium quid sit, etiam homini satis fuit ad eius salutem.
518 Consilium humanum vt esset rectum indiguit quòd lege diuina eleuaretur.
519 Lex qua ratione non fuit brutis animalibus irrationalibus necessaria.
520 Lex an edi deberet, & quo ad iustos & quo ad iniustos.
521 Lex an liget bonos, & iustos.
522 Lex quo ad iustos an videatur inutilis.
523 Bonum non videtur nisi voluntarium.
524 Facere non dicitur qui ex timore facit.
525 Bene agens inuitus, frustrà premium expectat.
526 Premium non meretur qui inuitus bene agit.
527 Iustitia animata melior est quam inanimata.
528 Lex animata est in uoce Principis, & iudicis.
529 Iustitia animata veritatem futurorum temporum, & rerum, & se accommodat sensui, & temporum conditionibus, qualitatibus hominum, & similibus.
530 Iustitia animata considerat æquitatem.
531 Æquitas rigori præfertur, seu iuri scripto.
532 Æquitas aliena esse non debet ab oculis iudicantium.
533 Æquitas quando se offert non est lex scripta quærenda.
534 Æquitate suadente potest iudex recedere ab omnibus regulis iuris.
535 Iudicem an magis quàm legem adire debeamus.

536 Æquum

536 Æquum animarum est iudex.
537 Astrea tempore Saturni in terris regnauit.
538 Saturni tempore pax, quies, & concordia inter homines extitit.
539 Aurea ætas, cuncta florida habebat.
540 Bonum vndiquè quando agnoscebatur.
541 Aurea ætate lex scripta non erat.
542 Lex scripta, nec principum constitutiones erant tempore aureę ętatis.
543 Malitia hominum quæ aurea ætate à mundo deiecta fuerunt.
544 Legem fuisse necessario scribendam communiter omnes tenent. & rationes referuntur. & num. 555.
545 Lex cur scripta fuerit. & num. 547.
546 Lex an tantum iniustos liget.
548 Potestas regia cur instituta.
549 Mali non merentur cùm formidine pœnę bene agant.
550 Legis editio & promulgatio necessaria fuit.
551 Scientia omnis est ciuilis ad docendum ad erudiendum, & ad corrigendum. & maximè iuris scientia.
552 Scientia iuris in ciuitate eßse debet.
553 Editio legis quid operetur.
554 Æquitas quanuis in iudicante esse debeat, & in Principe, tamẽ in arbitrio cuiuslibet non persistit.
556 Ætas aurea cur fœlix reputabatur.
557 Legum seueritas cur adinuenta.
558 Athenienses quàm melius agebant scribere leges suas quàm Lacedemoni moribus viuendo.
559 Lex an immutari debeat, & ex qua causa.
560 Lex quando originem habuit.
561 Tempora tria considerantur quo ad iuris inuentionem. & quæ sint illa tempora.
562 Iura quo tempore emanauerint, & quot iura considerentur.
563 Homo à Deo creatus fuit ad sui imaginem.
564 Lex in duas scinditur species.
565 Lex naturalis est duplex, vna communis altera rationalis.
566 L. veluti. ff. de iustit. & iure. declaratur.
567 Lex naturalis, rationalis est tantum in rationali creatura.
568 §. singulorum. Instit. de rerum diui. declaratur.
569 Ius primarium, & ius secundarium explicantur quæ sint. & cur ita à doctoribus explicentur.
570 Genera in ordine naturali an speciebus priora sint.
571 Homines iure primęuo mouebantur secundùm affectus proprios.
572 Homines iure secundario mouebantur ratione.
573 Homo tantum incidit primario iure in peccatum.
574 Adam à domino quando fuit de inobedientia redargutus quid dixerit, & responderit Domino.
575 Litigandi forma ab origine mundi reperta.
576 Obligatio naturalis quando fuerit instituta.
Alere proprios liberos est de iure naturali.
577 Benefacere benefacientibus est munus naturale explere.
578 Animalia grata solent diligere sibi benefacientes.
579 Obligationis naturalis effectus qui sint.
580 Obligatio antidoralis, quæ sit.
581 Patriæ parere est de iure naturali.
582 Patri obedire est naturale præceptum.
583 Iniuriam propulsare est naturale.
584 Præceptum naturale quale sit.
Et hoc fuit firmatum lege Mosaica.
585 Ius gentium quale sit, & quare sic dicatur gentium.
586 Iure naturali omnia erant communia, & nullæ leges scriptæ tunc erant.
587 Meum & tuum de iure naturale non erant adinuenta, sed iure gentium.
588 Dominia hominum auaritia fuerunt distincta.
589 Dominia rerum singularum quando cęperunt eßse.
590 Iure gentium, quod & aliàs naturale dicitur, quæ fuerint adinuenta.
591 Homines quibus iuribus ab Adam vsque ad tempora Moysis vixerunt.
592 Tempus ante legem scriptam quale fuerit.
593 Ius commune naturale, ius naturale, quod dicatur secundarium, & tantùm in rationali creatura, & ius gentium quando fuerint.
594 Tempus sub lege tria iura habuit, videlicet Mosaicum, proseticum, & ciuile.
595 Tempus gratiæ dicitur tertium tempus & istud etiam habuit tria iura.
596 Christus quo tempore voluit incarnari.
597 Christus est verus Deus, & verus homo.
598 Lex euangelica à quo promulgata fuerit.
599 Lex apostolica quando, & à quibus emanauit. num. 604.
600 Lex canonica quando habuit, & quo tempore originem. & num. 609.
601 Imperatorum potestas à Christo confirmata fuit.
602 Imperatorum potestas à Deo procedit & qualiter hoc procedat, & intelligatur.
605 Lex apostolica qua ratione, & quomodo emanauerit.
606 Christus ad patrem profecturus contulit apostolis potestatem plenam.
607 Lex apostolica emanauit ad interpretationem euangelicę legis.
608 Testamentum nouum quibus conijgat.
610 Lex canonica ex quibus fuerit excerpta.
611 Lex canonica, est veluti quoddam mixtum. & in quibus consistat libris.
612 Libri canonici iuris, qui verè approbati fuerint.
613 Liber Decreti non fuit conditum ab habente facultatem legis condendæ.
614 Gratianus quis fuerit.
615 Decretorũ liber, andici possit approbatus & haberi debeat pro authentico.
616 Decretorum liber quatuor continet species auctoritatum, & quæ fides singulis habeatur.
617 Gratiani auctoritas quanta, & quomodo dignoscatur. num. 624.
618 Palea quis fuerit, & cuius sit auctoritatis, & quomodo cognoscatur. & numero 624.
619 Auctoritas. I. C. & Imperatorum in libro decretorum qualis sit:
620 Patrum sanctorum auctoritas quam vim habeat.
621 Liber decretorum ex diuturna obseruatione, & approbatione censetur authenticus.
622 Dicta sanctorum patrum an pro decisione causarum allegari possint.
623 Decreta pontificum habent vim legis, etiam absque eo quod sint relata in decreto, allegari possent pro decisione causarum.
625 Auctoritas Gratiani non reperitur approbata.
626 Decretum Gratiani fuisse approbatum ab Eugenio tertio secundùm auctorem vitæ Gratiani, sed alij contra.
627 Rubricæ decreti nullam faciunt fidem. & quæ sit ratio.
628 Innocentij IX. dictæ quam habeant auctoritatem.
629 Glossæ Innocentij cæteris prevalent.
630 Leges Imperatorum, vel iurisconsultorum quę in decreto à Gratiano referuntur quam habeant auctoritatem.
Et an seruentur pro canonibus, & dic quod non. num. 631.
632 Decretorum opus quando fuerit compilatum.
633 Decretalium liber quando fuerit compilatus.
634 Leges à quibus fuerint inuentæ.
635 Canon latè interpretatur regula.
636 Canonibus soluere, est legibus soluere seu gratiam canonis facere, aut dispensare.
637 Canon propriè quando non.
638 Nicena synodus ad quid canones sit.
639 Canones primitus qui scripserint.
640 Canones Apostolorum Apogriphi habentur.
641 Census qui soluitur ab emphyteuta domino dicitur canon, & quę sit ratio.
642 Canonicę pensiones, quę dicantur.
643 Canonica illatio quę sit.
644 Ecclesia an teneatur ad solutionem illationis canonicę.
645 Canon largitionum quid erat olim.
646 Canon indictio, & oblatio quid differunt simul.
647 Constitutio synodalis potest dici canon.
648 Canon dupliciter assumi potest, primo in genere, secundo in specie, & vtrũque caput declaratur.
649 Constitutio conciliaris an canon appellari possit, & tenet quòd sic.
650 Leges ciuiles an canones dici possint. & in hoc ponitur distinctio, & numero 654.
651 Canon quid sit.
652 Lex nihil aliud est quàm regula rectè viuendi.
653 Leges quando non possunt dici canones.
655 Lex quando assumatur pro canone.
656 Leges hodie consilio prudentum fiunt.
657 Lex quomodo non potest per canonem haberi.
658 Decreti dictio plura significat.
659 Decretum significat Papæ constitutionem cum consilio Cardinalium factã ad nullius consultationem.
Item & omne quod est statutum à summo Pontifice vel à sanctis patribus ad aliquid diffiniendum. num. 660.
661 Decretum qua significatione capitur à Gratiano.
662 Decreta senatus, à senatus consultis quid apud Romanos differebant.
663 Decretum eßse aßummitur pro eo quod fit à solo Pontifice ad nullius consultationem etiam absque consensu, vel interuentu Cardinalium.
664 Decretum aßumitur pro iudicis sententia quam cognoscendo decernit.
665 Decretum quid sit.
666 Decretum ad mixtum Imperium pertinet.
Decretum latine dicitur placitum.
667 Decretum specialius accipitur pro auctoritate, quam interponunt iudices, & maximè in iurisdictione voluntaria, vt in alienationibus minorum.
668 Decretum à iudice non interponitur nisi præcedente causæ cognitione.
669 Decreti primi, & secundi materia vbi à Barto. tractetur.
670 Decretum debet in scriptis redigi.
671 Decretum significat auctoritatem.
672 Decreti auctoritas vnde assumatur.
673 Decretum iudicis quando requiritur, debet ante contractum interponi non autem post.
674 Decretum in causis Ecclesiaslicis non requiritur, sed causæ cognitio, auctoritas, & clericorum, & episcopi subscriptio.
675 Decretum à sententia quid differat.
676 Decretum continet permissionem, vel prohibitionem.
677 Sententia continere debet absolutionem, vel condemnationem.
678 Decretum ponitur pro sententia diffinitiua.
679 Decretum aßummitur etiam pro confirmatione electionis.
Item pro electione. num. 680.
Item pro constitutione. num. 681.
Item pro lege imperatorum. num. 682.
683 Decretum vnde descendat.

684 Decre-

684 *Decretum quid à canone differt.*
685 *Canon fit in conciliari ordinatione.*
686 *Decretum fit à Pontifice cum consensu Cardinalium, vel etiã à solo Papa ad consultationẽ nullius, vel etiã à sanctorũ Patrum auctoritate profertur.*
687 *Decretalis epistola quæ sit.*
688 *Constitutio omnis potest dici decretum.*
689 *Decretum quid differat à sententia, ab auctoritate, à licentia, & à consensu.*
690 *Sanctio dicitur lex cum terrore pœnæ.*
691 *Constitutio pœnalis quæ sit.*
692 *Sanctionis nomine omnis lex imperialis complectitur.*
693 *Sanctio quandoque capitur pro particulari Papæ constitutione.*
694 *Sancire est consecrare sub sanguine Hostiæ.*
695 *Lex cur dicatur sanctio.*
696 *Sancire est etiam confirmare, & roborare.*
697 *Lex aliquid firmans dicitur sanctio.*
698 *Sanctio potest dici etiam dispositio testatoris.*
699 *Sanctitas vnde dicta.*
709 *Sanctum vnde dicatur secundùm antiquos.*
701 *Pragmatica sanctio quid sit. & num.704. & num.707.*
702 *Pragmatica vnde dicatur.*
703 *Gramma interpretatur littera.*
705 *Pragmatici dicuntur viri sapientes.*
706 *Pragmaticæ sanctionis forma.*
708 *Pragmatica sanctio accipitur et pro annotatione, quæ fit de rebusprivatis.*
709 *Pragmatica sanctio accipitur pro attestatione Principis.*
710 *Attestatio Principis quid sit.*
711 *Ludovicus Rex Gallorum sanctus, quam pragmaticam constitutionem fecerit circa iura ecclesiarum.*
712 *Annotatio quid sit.*
713 *Annotatio quid à pragmatica sanctione differat.*
714 *Dogma quid sit.*
715 *Dogma generaliter assumptum significat, decreta cuiuslibet sectæ.*
716 *Dogmata prodere quàm graue scelus secundùm Ciceronem.*
717 *Secta non dicitur quæ dogmata non habet.*
718 *Varro Philosophorum dogmata collegit.*
719 *Dogmata rectè appellantur, quę synodus sanctorum Patrum statuit.*
720 *Dogmata dicuntur etiam in qualibet arte liberali, præcepta.*
721 *Dogma rectè, dicitur secundùm pudeum Budæum, vel decretum.*
722 *Interdictum quid sit.*
723 *Interdicere est denunciare.*
724 *Banniti dicuntur interdicti.*
725 *Interdicta olim quid erant.*
726 *Interdictorum cognitio, origo, & ius à quibus tradantur.*
727 *Interdictum quotuplex, & quid differat ab edictio.*
728 *Interdicta ecclesiastica vnde tractent. & qd à ciuilibus interdictis differãt.*
729 *Mandatum in moribus secundùm Hostien. consistit.*
730 *Mandata possunt dici omnia præcepta legum.*
731 *Mandatum in specie capiendo quid sit quo ad iudicem.*
732 *Mandata imperialia dicuntur principum constitutiones, seu leges.*
733 *Mandatum iudicis, & si ad priuatos refertur. quid sit.*
734 *Mandatum dicitur alias procuratorium.*
735 *Constitutio quid sit secundùm Gratianum.*
736 *Legis vigorem, quæ habeant.*
737 *Rubrica decreti quare exornatur.*
738 *Rubricæ verba varie leguntur.*
739 *Rubricæ verba quomodo exponentur decreti.*
740 *Glos. Rubricæ decreti in secunda parte secundùm Domin. videtur deffectiua, & qua ratione.*
741 *Ius naturale ex instinctu naturæ habetur non aliqua lege scripta.*
742 *Ius humanum ab homine non est sed à Deo, ad homines per suos ministros traditum.*
743 *Ius humanũ, cõprehendit omne ius siue gentium siue ciuile, siue canonum.*
744 *Rubricam vnam cur decretum tantum habeat. & num.747.*
745 *Intentio Gratiani vnica fuit, & quę in compilatione decreti.*
746 *Decretum à Gratiano diuiditur in tres partes, & de quibus in illis agatur.*
748 *Gratianus cur proposuerit tractare de iure diuino, & humano.*
749 *Nomina sua an operibus suis benefaciant preponere compilatores. & sex casus indicat esse quibus id licet.*
750 *Nomen proprium præponere pro veritate habenda licet, & vt sciatur quãta fides auctori habenda sit.*
751 *Episcopatus promotione quis preferri debeat, an Theologus canonista, aut legista. & Theologum preferri debere dicitur.*
752 *Bartholomæus Brixiensis qui fuerit, & quo tempore, & quę scripsit.*
753 *Glosse dominicę decreti diuisio.*
754 *Doctori non est detrahendum aliquid determinanti licet dictum suum appareat non verum propter nouas rationes nouiter repertas.*
755 *Aliena quis sibi attribuere non debet.*
756 *Falsi pœna tenetur qui dicit alium fecisse cum ipse fecerit.*
757 *Bartolus à Baldo appellatur fur ex quo dicta Nicolai de Mattarelis sibi ascripsit.*
758 *Occultator laudis alienę furi par est.*
Doctoris dictum vel iudicis licet nõ appareat verum non debet ei detrahi.
759 *Iudex in sindicatu excusatur, si iniquam forte sententiam protulit, ex nouis probationibus nouiter repertis, licet iusta ab initio videretur.*
760 *Sententia non dicitur iniusta per ea quæ de nouo reperiuntur.*

PRAEFATIO
AD AMPLISSIMOS AVDITORES, THOMAE CANANI I. C. Ferrariensis.

In almo suæ Patriæ Gymnasio publice habita, dum profitebatur ius Decretorum, anno MDLXXII.

VI rebus humanis, & diuinis res summo studio, & magna diligentia ad summum vsq; pertractauerunt. P.C. Viri Illustris. Amplissimiq; Auditores, tria nobis ad illas mente, animoq; capescendas, necessaria esse, literarum monumentis mandarunt. Naturam scilicet, artem & exercitationem. Ipsa enim natura etiam antequàm in hanc lucem emitamur quosdã cœlitus dilapsos nobis impartitur igniculos, quibus & omnes scire desiderent, sciendiq; rerum causas innata cupiditate trahuntur, & mentes humanæ, quæ sursum deorsumq; sunt intellectu proscrutando, & ratiocinando tandem agnoscunt. Quibus si mortales aduersa voluntate rapti abutantur, & ipsi, quod hominis proprium est, in varia animalium corpora se se vt Poetæ fingunt, mutant, & transformant. Cæterum si huius beneficijs, qui verè sumus, alimur, & viuimus, recto tramite ipsi suauiter vtantur, in naturalem quandam facultatem, quam stoici libertatem appellant, protrahũtur, qua meliori feliciorìuè cursu ad dexterum Pythagoræ discrimen progredi homines & possunt & valent. Ars vero, quæ præceptis quibusdam præscribitur, ita mortales ratione viuentes à brutis operatione seiungit, & separat, vt ista semp prona solo sensu, terrena, & caduca querant, & appetant: Homines vero perpetua, cœlestia, & diuina, tanquàm immortalitatis animorum memores sola ratione intendunt, & agnoscere percupiunt. Ipsius enim virtute, & præceptis hominum necessitatibus, & imperfectionibus consultum esse quis ignorat? siue hanc ad temporis acerbitatem, siue hanc ad huius vitæ miserias, & erumnas modò referas. Arte enim prudentia edocta, fulgura, tempestates, vẽtorum impetus, calores, solisq; radios ardentes, cæteraq; id genus, hominibus infesta, nec mortales timent, neque formidant. Sed istius documẽtis, & institutionibus cuncta mitigãdo eijciunt, vel excludunt, vel ità ab eis tuentur, & artẽ superare Naturam quandoq; intueri possimus. Ars enim corporibus opitulatur nostris, ab anima vitia, turpia, rationi aduersantia, virtute proposita fugat, & eijcit, deniq; vtriusq; modũ ità cohibet, ita componit, vt viam ad benè, beatèq; viuendũ ostendat. Qua de re nõ immeritò fertur Platonẽ dixisse, Artem, omnia ad rectitudinem dirigere, nullumq; in se errorẽ, vel defectum continere, sed à dijs immortalibus solius Iouis iussu fuisse secundum eius varias species distributam. Nam quamuis opera artis naturæ minora sint, eius tamen est imitatrix, ac semp simillima imago. Cæterum vt ingenuè fatear, & quod sentio libere proferam, qui harum rerum humanarũ sapiens esse percupit, non hæc tantum sibi necessaria sunt, nõ his duobus duntaxat animus excolendus est; sed exercitatione, labore, & non parua diligentia elaborandũ est. Non enim solis libris, aut disciplinis, sed oportet eũ versari, exerceriuè in rebus noscendis periclitãdis, qui non ignarus rerum omnium esse desiderat. Quod maximè Affranius Poeta de gignenda comparãdaq; virtute opinatus est. Quod & sciunt Neoterici, q relictis secretioribꝰ studijs domi, forisq; togati iuris vtriusque dicendo, omnemq; legalis Philosophiam pertractãt. Ingenium & ars quamuis multũ valeant, sine exercitatione parum, aut nihil conducunt. Qua de re necesse est ingenium, & artem ad exercitationem, & vsum, summa diligentia, & diuina ope accommodare. Quæ omnia cùm mecum ipse à primis annis non parum considerauerim, ingenium quanuis tenue, & debile, ita excolere cœpi, vt artem aliquam adipisci possem honestam. Cæterum cùm vera fœlicitas in ea animi exercitatione consistat, quæ optima sit, iurisprudentiæ artem, quæ iustum ab iniusto, licitum ab illicito separat, summopere excolendam, assequẽdamque duxi; tanquàm illam, quæ sola est ars æqui, & boni. Hanc enim multis annis excolui & adeo, vt desiderio cohonestatus meo, cœperim exercitatione in communem adolescentulorum vtilitatem referre, quæ mecum ipse ex varijs iurisconsultorum placitis excerperam, ob quam rem si aliquid profecerim, testes vos estis adolescentes, quos participes studiorum meorum, & caros habui, & semper veneratus sum, testes vos estis electi, iusti, concordesq; Academici, quos intra priuatos lares, iura interpretantes assidua exercitatione laboribus non parcentes, acutissimos & habui, & semper mira animi iocunditate de summa iuris prudentia disputantes audiui. Nunc verò postquàm rem ipsam altius perpendere animus est, si excrcitatione tunc prima elementa iuris ciuilis declarando opus fuit, quanto magis nunc ipsa erit pernecessaria? Non enim me latet iuris vtriusque fines esse ad fœlicitatem, scilicet ciuilem scientiam, & pontificiam prudentiam, adq; optimum omnes perducere finem: sed illa semper humanam intendit, & componit: hæc verò vtranque scilicet humanam, & diuinam fœlicitatem amplectitur, & cõprehendit. Qua de re cùm mecum ipse considero quanta, qualisq; sit diuini iuris scientia, equidem veram inter mortales fœlicitatem omnibus numeris, perfectam, & absolutam videre videor. Nam quocunque animum mentemq; reuolueris per tutissima, certissimaq; loca ad summi boni cognitionem te conducet, siue res humanas pertractes, siue diuina contempleris misteria, siue disiuncta illa coniunges, optatissimum attinges finem. Constat autem illam esse veram gubernandi rationẽ, quæ ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit, pœnas transgredienti, præmiumque obedienti statuens: qua de re liceat hinc magnitudinem, nobilitatemque pontificij iuris admirari. Hinc liceat intueri quàm necessaria, quàm vtilis sit sacrorum canonum prudentia: etenim quis negabit sanctorum patrum scita, & placita finem vtriusque fœlicitatem non continere? Si mentem sanãt, animum purgant, & tandem in Deum patrem totius naturæque auctorem, hominum, heroumque actiones, & desideria dirigunt, atque intendunt. Quis inficias ibit, maximorum pontificum decreta, constitutiones perfecti boni formam præ se nõ ferre? si principium, medium, & finem ad veram optatissimamq; beatitudinem consequendam in se sanctè, & vere comprehendunt? Quod de ciuili prudentia haud dici potest; cùm circa humanas actiones, & hominum negocia, mortalium animos informet, ad politicũ viuendi alliciat modum, & ad finem harum rerum inferiorum mentes hominum dirigat: qua de re postquàm per aliquot annos iuris ciuilis institutiones publicè, & ordinariè publica auctoritate professi sumus, liceat modo, amplissimorum Moderatorum huius almi Gymnasij ferrariensis, iussu, sanctorũ patrum decreta, & placita, iuraq; pontificia interpretari, vt ea exercitationis parte canonicas sanctiones non solum aperire valeam, sed animum iustissimis, sanctissimis, ac diuinis præceptis imbuere, mores componere, ad mentem summo bono ita adhærere, ita vnire, vt tranquillitas, & optatissima pax, quæ omnibus cara, & suauis est, videri, & percipi possit. Adeste ergo, & fauete, & æquo animo hæc quæ dicturus sum percipite.

PRAEFATIO ALTERA THEOLOGICA.

VM essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã, vt paruulus, cùm factus sum vir, euacuaui, quę erãt paruuli. Hæc verba sunt diui Pauli Apostoli primo ad Corinth.cap.13. & recitantur per Ioã. Andr. in prohœm. Sexti suæ nouel. Quæ res & Moysi quoque contingit, vt legitur Exod.cap.4. ita considerans hominis statum, & miseriam sine Dei gratia (viri enim per gratiam efficiuntur) Hieremias in illa verba prorupit, a, a, a, domine ecce nescio loqui, quia puer sum. Cui dominus respondit, noli dicere, puer sum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuersa quæcunque mandauero tibi loqueris. Hierem.cap.primo. nam propter Dei bonitatẽ, & gratiam potuerunt semper viri Dei mandata sua referre. Equidem ea ætate sapientiam inter perfectos loquimur, sapientiam non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in ministerio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostrã, Apost.1.cap.2. ad Corinth. licet enim ex ore infantium supernaturali lumine laus, & Dei magnificentia decantetur, prout Spiritu sãcto affatus Propheta regalis Dauid Psal. cecinit. Natura tamen prouecti, experientiaque docti pleniorem veritatis mensuram sæpe, ac sæpe attingere solemus. Quapropter vobis cibum ætati aptum, iocosis ac puerilibus nugis præteritis hactenus porreximus. Nunc postquàm grandiores, & viri effecti sumus, solidum cibum vobis consuetudine, & laboribus exercitatis diuina adiuuante gratia afferemus: cuius rei beneficio iam accepto in Deum gratias humiliter, cordeuè depresso semper referemus. Sumus enim eius gratia, quod sumus, audeò quod rectissime cum Apostolo possumus dicere, & gratia eius in nobis vacua non fuit. Obsecro igitur viri, & vos fratres per misericordiã Dei, vt modo vos tales præbeatis, quales decet vos erga dominũ nostrum, eiusque dona esse. Est enim omnis scientia à Deo, & ita, vt inter vos pax, & conformatio diuinæ voluntatis respondens oriri possit. Apostolo.ad Roma.cap.12. Scio modo vobis legis plenitudinem afferre, quæ in Dei virtute, & spiritus abundantia clara euitet. Sed quis dabit mihi veritatis verba, & oris meæ voci, legis domini iustissima præceptaꝰ tãtoque oneri cadenti oportunum auxilium? iacenti, serpentique humi manas pijssimas porriget? Tu vero, qui es salus omnium viuentium, & omnium in te credẽtium, tu inquam, qui Hieremiæ in ore verba dedisti, ac Principi Moysi ostendisti quæ ab eo Pharaoni erant dicenda pro populo suo liberando: nunc aperi os meum, & annunciabit laudem tuam: iustitiam tuam decantabo, enarrabo fratribus meis legem tuã, & iustificationes tuas; stabo in porta, & annunciabo verba Domini, Hierem.7. nam iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. cap.tertio. Hic pro sua misericordia dabit quoque mihi intellectum, & scrutabor legem suam, ille inquàm, qui omnibus dat affluenter, & nõ improperat: sapientiam nobis pariter elargietur. Iacob. epistola cano.cap.1. est enim omne datum optimum, & omne donũ profectum desursum à patre luminum, apud quem nulla est transmutatio, nec vicissitudinis adumbratio. Et ita sperandũ est, quoniam in te sperauerunt patres nostri, & tu liberasti eos. Et quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Fac igitur propter tuam misericordiam, vt verissime possim dicere, notum fecit dominus salutare suum in conspectu gentium, reuelauit iustitiã suam, iudicabit quisq; orbem terrarum, & populos in æquitate iudicabit orbem terræ, & populos in veritate. Est autem lex Domini immaculata conuertẽs animas, testimoniũ Domini fidele sapientiam præstans paruulis. Voluntarie igitur sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Etenim dabit dominus benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum; quem domino offeram; cupiens aliquid de penuria, ac tenuitate nostra cum paupercula in Gazophilatium domini mittere: equidem in tanta animi oblatione delectat nos operis iustitiæ bonum, sed laboris immensitas longe propellat; desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus Domini: vnde nõ immerito cum magistro Sententiarum dicere valeo: in hoc non solum pium auditorem, sed & liberum correctorem desidero, maximè vbi profunda versatur veritatis quæstio, quæ vtinam tot haberet inuentores, quot habet inuidos, & contradictores: & ita fiat, per infinita secula seculorum Amen. ad laudem, & gloriã sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris & filij & spiritus sancti, Beatissimæque Matris Virginis Mariæ, Sanctique Thomæ, cuius nomen, licet indigne, porto, omniumq; sanctorum. Amen.

M.D.LXXII.

Ferrariæ.

NON sum modò nescius non defuturos esse, qui
aut mihi nõ parum succensent, aut vitio statim
dabunt, me præter cõem vsum almę nostrę Fer-
rariensis Academiæ exponendã, expediendãq;
decreti lecturam assumpsisse. Quibus sibi hoc
responsum esse velim, non sine causa tãtam, & difficilem ac-
cepisse materiam. Cęterum cùm hominum secreta, haud sint
1 diuulganda † vt docet Minotauri exemplo suis emblemati-
bus grauissimus auctor Alciatus, indulgebunt mihi curiosi,
si rem hanc silentio inuoluero, ratus id minimè esse necessa-
rium. velim tamen eos credere non fuisse temerè, aut incon-
sultò acceptum, sed bene deseruire posse nobis illud: Manet
alta mente repostum, Iudicium Paridis. Sed iam tempus est,
vt diuina fauente gratia exordiamur: nõ antea tamen quàm
2 vobis proponam, cur hanc primam † Decreti partem decla-
randam, repetendamque assumpserim: Duæ igitur causæ me
impulerunt, cur potissimum hanc primam Gratiani assum-
pserim distinctionem. Prima fuit, quia semper cum iurecon-
sulto Caio in l.1.ff.de origin.iur.in l.1. ff.si cert.peta.in l.1.ff.
de iusti.& iur. §.his igitur generaliter. Instit.de iustitia & iure
3 existimaui † principia rerum, esse potissimas rerum cuncta-
rum partes. Quod & Aristoteles primo de cęlo tex.33. mul-
4 tò antea arbitratus est, dicens, Principium † maius virtute,
5 quàm magnitudine esse: ideo quod† in principio parum est,
id in fine valde magnum emergit: & cecinit Poeta non ille-
pidè. Dimidium facti, qui bene cœpit habet. Qua de re Phi-
6 los.1.Ethic.dicebat, eorũ, quæ quæruntur † complura per ip-
sum principiũ manifesta fieri solere. & lib.2. Elench.c.9.scri-
7 ptũ reliquit, principio cõperto, † facilè esse adijcere, coopta-
req; reliquum. de qua re ex nostris agit Vacon. à vacun.lib.1.
declarat. iuris ciuil. post Hieron. Cagnol.ad l.1.ff.de reg.iur.
nu.5. quinto notab.vsq; ad septimũ not. Et hinc obiter adno
8 tare libet, quod oẽ † principium, quod à morali philosopho
cõsideratur, aut dirigit, aut prosequit̃ s̃m Albertũ: si dirigit,
9 hoc contingit † dupliciter, aut ad verũ, aut ad opus aliquod:
10 si ad opus, tunc † ẽt bifariã, aut ad opus fieri, aut ad id quod
11 agitur. si dirigit ad verũ, † sic est scientia, & doctrina, si dirigit
ad opus quod fit, sic est ipsa ars, si verò ad id, quod agitur, sic
12 est sciẽtia † actiua, quæ inuenitur per electionem: Si verò ac-
cipitur ꝓ executione, illud explicatur per actũ, qui est illud,
13 quo † exequitur homo res agendo, quæ oĩa Aristo. cõplexus
est lib.1. Ethic. vt auctor est Donat.ibi. Capias modò princi-
14 pium quocunq; modo satis est scire ipsum† principiũ ad rerũ
cognitionẽ esse necessariò cognoscendum. Hinc Plato lib.2.
de repub. vel iusto dicebat, in vnaquaq; re maximũ q̃d, prin-
cipiũ esse. & lib.6. de legib. sub persona Atheniensis, ait, Prin-
15 cipium aũt dimidium † totius operis esse prouerbio receptũ,
16 atq; eũ, qui bene cœpit oẽs laudamus: Mihi aũt principiũ re-
17 ctum plusq̃ dimidium † esse vr̃, ac nunquã satis ab aliquo lau
18 datũ fuisse, ita rerũ principia † cognita necessaria esse fatẽtur
oẽs: ꝓpea ne iuris Pontificij principia ignoremus, hic.n.illa
19 tractantur, operepretiũ † esse duxi hanc primã distinctionem
tanquam principium, basis, & fundũ, declarandam suscipere.
Secunda ea fuit ratio, & illud animi consilium, vt à me id in
primis exponeretur, qđ in dessuetudinem abijsse minimè vi
20 deretur: nam solent vetera, † obsoleta, & non vsu accepta pa-
rũ esse auditoribus grata, sed magis tanq̃ aniles fabulæ exau-
diri solent; Hisq; studiosè occurrerẽ, qui nõ verentur huius
instituti mei operã accusare, ac profiteri me præter vsum, &
sine vtilitate hoc decretorũ opus interpretandũ assumpsisse:
Tũ q̃a multorũ annorũ dessuetudine amplius non legebat̃,
cùm ẽt satis pro cognitione iuris Pontificij videat̃ esse, quod
21 super decretalibus † Doct. de mane exponũt: Namque in il-
lis non ita exactè principia traduntur, sicuti apud Gratianũ,
nec ita methodo iuris seruata, solũ id prę oculis habui simil-
limam materiã assumere ijs, quam Decretalistæ docẽt: verũ
cum id præcipuè studui, vt assumerẽ aliquod quod maximã
22 similitudinẽ prę se feret. Vnde cũ hæc † prima distinctio tra-
ctet ferè eandem, quàm hoc anno enarrant illi, ideo eam as-
sumpsi, nam quẽadmodum illi tractant de iure scripto, & nõ
scripto, de partibus iuris, ac de alijs huiusmodi, ita & hac pri-
ma distinctione de illis agit hic magister. Quo fit vt in haben
23 tibus † symbolum facilior transitus est, secundum Philoso-
24 phum † lib. de generat. cap. de permixt. & permutatione ele-
uatorum. l.si vnus. §.pactus ne peteret. ff.de pactis. Panormit.
in c.permutata. extra de testib. c.cùm homines. extra de de-
cim.in c.at si clerici. colum.12. extra de iudi. Ioan.de Imol.in
c.requisiuisti. colum.4. extra de testamen. faciunt tradita per
doct.in l.in rem. §.item quæcunque. ff.de rei vendica. Et ist.
25 regula ad † multa facit, vt potest colligi ex traditis per Al-
beric.in l.1.ff.de iudic.versi.item quærit glos.an prorogatio.
Sed ne tempus conteramus, propius ad rem ipsam acceda-
mus. Verum illud in primis silentio non est inuoluendum,
scilicet hoc loco, ordinem expositionibus, plerosque inter-
26 pretationibus suis † variè obseruasse. Aliqui enim nulla
præfatione, vel nullis habitis pręmissis statim ad textus inter-
27 pretationem conuolarunt, quemadmodum fuit † Bartholo-
mæus Brixiensis, huius Decreti antiquus glossator, ac non-
nulli alij de quibus hic præfant̃ Doctores. Quæ res à me sem-
28 per improbata fuit, cũ oĩs doctrina, & oĩs † disciplina intelle-
ctiua ex præexistẽti fiat cognitione. Manifestũ autem est hoc
29 speculãtibus in oĩbus: Mathematicæ.n.sciẽtiæ per hunc † mo-
dũ fiunt, & aliarũ vnaquæq; artiũ, ita admonet Aristot.lib.1.
30 posteriorũ.tex.1. ac si voluisset dicere, nullius nos † rei cogni-
tionẽ conseq̃ posse, nisi à nobis p̃libata, & aliqua fuerit p̃co-
31 gnita, ex † qua sciẽtiæ primordia facilius haberi possint. ita.n.
32 in sciẽtijs oĩbus rerũ ordo † expostulat, q̃dã, vt sem ꝑ primo
loco declarari oporteat. Neq; verò minimã ex his vtilitatem
studiosi consequunt̃, cùm his omisis vix fieri posit, vt ea in-
33 telligamus, q̃ ab auctoribus tradunt̃. Sunt †.n.ista, quæ græ-
co noĩe, prolegomena appellant̃, tãti momẽti, vt nemo enu-
cleatè, quæ in libro aliquo dicuntur, cognoscere posit, nisi
hæc prius didicerit. & ne plurib. agam, quis est, quæso, qui li-
brum aliquem profiteatur intelligere, nisi ista præcognoue-
rit? Similes ij sunt, teste Alexandro Amprodisensi Philoso-
pho, & acutisimo Aristotelis interprete, his qui iter faciunt,
& quo tendant nescientes in multos Meandros, & labirintos
incidunt. Qua de re non immeritò Caius iurisconsultus ad
l.1.ff.de orig.iuris. arbitratus est, istas, præfationes † clario-
34 rem reddere intellectum, quem mox secutus Vlpianus en-
narans edictum de rebus creditis, dicebat bene esse priusque
accederet ad verborum interpretationem aliqua de signifi-
catione illius tituli referre. in l.1.ff.si certum petatur. ex cu-
ius loco illud cognoscere licet, non solum ista debere præ-
mitti, sed illa quæ ad propositã materiã conducere videntur.
Fuere vero aliqui, qui licet aliqua præmiserint, tamen diuer-
so ordine, & numero illa præmisere. Etenim fuere nonnulli
35 qui hoc loco † vel quinque, vel quatuor, vel tria præmiserũt,
prout videre est apud Archid. Domin. Azon. Aegid. Bella-
mer. Præposit. Nos vero in hoc magis Philosophos sequen-
tes octo præmittemus, quæ tàm à Simplicio, & Ammouio in
præfatione prædicamentorum, quàm ab Aueroe in Prologo
libri primi Phisicorum examinata fuere. Non me tamen præ-
terit, Boetium in prima editione sex promittenda ęsse dixis-
se à quibuscunq; magistris, quod & à multis obseruatũ fuis-
se obseruaui: tamen tanta est Auerois, Alexandri, Simplicij,
Ammonij, ac aliorum multorum auctoritas apud me, vt illo-
rum in hoc potius sequar opinionem, quàm Boetij, tùm quia
dilucidius, & clarius promordia auspicantur, cùm etiã in om-
ni Philosophia, summi, & primi habiti sunt principes. Sunt.n.
36 capita illa octo infrascripta, scilicet, † intentio auctoris, vtili-
tas operis, ordo, diuisio, inscriptio, an sit Gratiani opus, ad
quam partem Philosophiæ pertineat, & ad quod genus do-
ctrinæ opus istud referatur. Non ab re in proposito primum
libri intentio, deinde eius vtilitas erit inuestigãda, si quidem
37 vtilitatem † sequitur admiratio, admirationem inquisitio,
inquisitionem verò cognitio: attamen animus sciendi cupi-
ditate ductus, his non videtur quiescere, quasi nihil vlterius
quærat, quippe qui adhuc inuestigare pergit, nunquid sit ve-
rè illius auctoris, cui à plerisq; attribuitur liber, qui proponi-
tur. Nec nõ de ordine solicitus est, & inscriptionis causam in-
quirit. Nam hæc licet non semper intẽtionem aperiat, sed vt
plurimum, tamen maximè vtilis esse videtur: sic reliqua pau-
lo ante à me commemorata requirit. Vt igitur tãdem ad ip-
sam deuenimus rem, ab intentione exordientes inuestigabi-
mus singula capita proposita. Quæro igitur in primis, q̃ fuerit
patris Gratiani in hoc opere digesto, ex omnibus antiquorũ
38 abbreuiationibus compilato intentio. † Archidiac. hic, vt ab
antiquioribus incipiam, dicebat fuisse patris Gratiani confu-
sam & dissonantiam, seu dissonantem materiam de iure ca-
nonico legem in luculentam consonantiam, & armoniã eri-
gere & redigere, superfluis, & cõtrarijs, & inutilibus resecatis.
39 Quæ res ab eo firmatur, † ex operis inscriptione, dum in-
quit, Incipit concordantia discordãtium canonum, &c. Quod
eo magis id corroborat, quia in hac compilatione auctor
40 vnicam tñ toto operi apposuit † inscriptionem. Quæ res in-
dicat
41 dicat principalem hanc fuisse † eius intentionem, quam opi-
nionem sequitur hic Azo nu.11. ver.his expeditis, & post eos
alij secuti sunt. Corroborari potest vltra alios hæc opinio,
quia Rub. quæ hic generalis est ad vniuersum opus, de cuius
42 ratione ĩ. aliqua tangam, solet amplecti oẽs sequẽtes † tracta-
tus; colligitur hoc ab Accursio in Rubr. ff.si cer. pet. quem ẽt
& alij iuris ciuiljs interpretes secuti sunt, sed ista gñalis est ad
oẽs, vt præfatus sum, ergo siue Canonum, siue quæstionum,
siue causarum vel miuistrorum, aut pœnitentię, vel consecra-
tionis materiam consideres, semper id intelliges fuisse in in-
tentione Patris Gratiani voluisse cõfusos, & dissonantes Ca-
nones errigere & in cõsonãtiã reducere, ita Azo hic post Ar-
chid. & eos sequuntur Dñic. & Bellam. hic nu.10. & ratio po-
tuit esse, quia dispositio gñalis, ẽt quod plus est, in materia
43 odiosa, gñaliter † intelligi debet, Ang.in l.fi.ver.tertio quęri-
tur.ff.de constit. Princ. quod dictum pro notabili refert & se-
quitur Dec.consi.5. ad fi. & post eum Crauet.consi.18.num.
44 14. & oẽs casus† gñalis dispositio comprehendere debet, ma-
45 ximè inspecto † iure ciuili, Ruin.consi.59.num.13. vol.3. vbi
46 dicit, quod arbiter ex forma compromissi non solum† potest
procedere, & iudicare secundum ius cõe, sed ẽt poterit serua-
re ius municipale, quia verbum illud, quod apponit̃ in com-
promissis, s̃m ius cõe, est gñale, & aptũ ad vtrumq; ꝑꝑ sui ge-
neralitatẽ cõprehendere. Vlterius hoc idẽ ꝓbari põt exẽplo
47 Iustiniani† Imperatoris, qui & id in cõpilationibus suis vr̃ fe-
cisse. Nã, vt de cõstitutionibus principalibus loquamur, quid
48 aliud egit, ipsomet teste, nisi quod olim † confusas constitu-
tiones in luculentã erexit cõsonantiã? §.& cùm sacratissimas
constitutiones. in prohęm. Instit. ita ẽt videre licet in ipsis in-
stitutionibus, eo.loco, ibi, vt liceat vobis, & in opere Codicis,
vt constat in 1.constit. C. idem & in libris Pandectarũ egit. Ab
hoc nec alienus extitit ẽt Gregorius IX. Pontifex maximus
in sua epistolarum Decretalium compilatione, vt ipse attesta
tur in prohęm. extra in antiquis. Quod & pariter obseruauit
Bonifacius in cõpositione Sexti, vt & ipse asseruit ĩ prohęm.
Sexti. & ita cum hac sñia residet Archid. hic in 1. & 2. colũ. &
eum cęteri secuti sunt; eam.s. fuisse intentionem Patris Gra-
49 tiani diuersas Patrum regulas † in quamplurimis locis vagè
passimq; dispersas quadã breui, & ordinata dispositione cõ-
ponere, & eorum cõtrarietates interiectis distinctionibus, &
causis minuere. Hancq; ad litteram partem Azo. hic sub nu.
9. tutatus est Aegid. Bellam. Domi. & Alex. Præpos. Ego ve-
rò non vt improbate videar prædictarũ Docto. sñiam, sed ut
aliq̃d vltra eos videar hac in re excogitasse, arbitror duplicẽ
auctoris fuisse intentionẽ: Prima fuit, vt facilius resecatis, (&
hæc fuit principalis, altera cõsecutoria) superfluis, & dubita-
tionibus, & si quæ erant contraria amputare, possent canoni-
co iuri studentes & vniuersalis ecclesiæ status, christianæque
reipublicæ ministri rebus necessarijs consulere, piè catholicè
occurrere, ꝓuidentes summa prudẽtia & chr̃iana pietate ec-
clesiæ statui, breuiori, seueriorìq; via, quã olim ꝓficiebãt stu
dentes Canonum & sanctorũ Patrũ dogmata, ac placita. Quę
50 intentio fuit † ẽt Iustiniani, vt patet in prohęm. Instit. & tit. de
iustit. & iure. §.his igitur gñaliter cognitis. ibi, ita videntur tra-
di commodissime si primo leui, & simplici via, post deinde
diligẽtissima, atq; exactissima interpretatione singula tradã-
51 tur: Cuius ꝓpositi† rõne subiungẽs, ait, Alioquin si statim ab
initio rudem ad hoc, & infirmũ aĩum studiosi multitudine, ac
varietate rerũ onerauerimus, duorum alterum. & c. & melius
facit, quod ipse in prohęm. Pãdectarũ apposuit in §. & antea
52 quidẽ. facit ẽt, quod scribit Greg. IX. † in prohem. in §. sanè
diuersas, vbi ait, se in diuersa sparsas volumina cõstitutiones,
& epistolas Decretales prædecessorum suorũ in vnum cõpo-
suisse, quarũ aliquæ ꝑꝑ nimiã similitudinẽ, & aliquę ꝑꝑ con-
trarietatem, & nonnullæ ꝑꝑ sui ꝑplexitatem sublatę fuerũt,
quia videbãtur inducere cõfusionem: & resecatis superfluis,
ait, se iussisse Decretale opus tãtum in iudicijs & scolis obser-
53 uari. Sic videmus† hanc intentionem fuisse Bonifacij IX. in
Sexti cõpilatione, vt ipsemet fatet̃ in prohęm. dũ ait, se tollere
multorũ ambiguitatem & incertitudinem illa Sexti editione.
54 Secunda verò † intentio fuit, vt laboribus, & expensis, q̃ olim
fiebãt in conscribẽdis antiquorũ cõpilationibus indulgeret,
& hoc vt breui tꝑe possent sanctorũ Patrũ dogmata, & placi-
ta intelligi. ita ꝓbari vr̃ ex his, q̃ Papa ponit in prohęm. Sexti,
55 ibi, Hæc.n. fecimus ne infinitos libros, & alios nõ sine † maxi-
mis dispendijs, laboribus & expensis de nouo fieri oporteret.
Et ita ẽt Iustinianus conspexit in prohęm. Insti. ibi, & quod in
56 priorit tꝑe vix post quadrienniũ prioribus cõtingebat, vt tũc
constitutiones legerent, hoc vos a primordio ingredimini di
gni tãto honore, tantaq; reperti fœlicitate, vt initium vobis,
& finis legũ eruditionis a voce magistra principalive ꝓcedat.
& ĩ §. his igit̃, dr̃, institutiones illas fuisse factas, vt sine magno
labore, & sine vlla diffidẽtia maturius quisq; produci posset.
57 Non ergo† fuit solum dissonãtias constitutiones in loculẽtã
erigere formã: sed magis vniuersali statui succurrere, & ne
contraria videntes errore aliquo illaquearent̃, vti ẽt fecit eius
58 frater in libro senten. Petrus Lombardus Parisiensis† Epus, &
laboribus, & impensis ꝓuideret, de qua re fusius dicã ĩ. cùm
referam quot fuerunt cõpilationes Decretorum, sanctorũ Pa
trum, dictorum. Argumentum modo quod Archid. & alij as-
sumunt ex inscriptione non valet s̃m Specul. de quo ĩ. Nam
59 quamuis † ex ea argui possit hoc est a Rubrica, vt post alios
tradit Alex. & Ias. in rub. ff.si cer.pet. tñ nõ ꝓcedit in rubricis
Decreti, Specul. tit. de disput. & alleg. §. fin. vers. idem dico de
rubricis, glo. in verb. discerni. Ang. in l. non idcirco. in prin. ff.
de iudic. gl. in l.2. in verbo, possidet. ff. si quis omissa causa te-
stamenti. Cyn. in l. fi. C. de edicto diui Adri. tollen. Docto. in
d.l.1. ff. si cer.pet. Ang. in auth. ad hæc. C. de vsur. Saly. in l.1.
C. de fideius. dot. Ias. in tit. de actio. Instit. in rub. num. 9. & 13.
60 Quæ verò † Archid. & alij eum secuti, dixere, ostendũt ma-
gis effectum intentionis, quàm ipsam intentionem, seu fina-
lem causam, cur ista fuerint abbreuiata per modum compila-
tionis: quod ostendi potest exemplo. Nam Iustiniani parum
61 profecisset † compilatio, nisi inutilia resecasset, & reipubli-
cæ non consuluisset, ideo & merito dicere possumus, fuis-
62 se eius intentionem † reddere constitutionum Imperialium
faciliorem intellectum, illasque omnino a contrarietate ex-
purgatas facere: ita etiam dici potest de hac cõpilatione Pa-
63 tris Gratiani. Secundo succedit quærere† q̃ sit vtilitas ex hoc
opere suo? respondet hic Archid. quod est scire ecclesiastica
negocia, de iure canonum tractare, & tractata canonicè diffi-
64 nire. Dñicus† verò hic asseruit, duplicem esse vtilitatem, alte-
65 ram proximam, alterã remotam. Proxima † est vt dicebat Ar-
chid. vt sciamus per hoc præsens opꝰ ecclesiastica negocia de
iure canonico tractare, & tractata diffinire. Remota verò
66 † est, vt his cognitis, & seruatis pontificijs, & sanctorum Pa-
trum placitis, & dictis, a Deo fœlicitatem, & beatitudinem cõ
67 sequamur. † ad hoc alleg. 12.q.2. cùm deuotissimum, & §. di-
scipuli. in prohęm. fforum. ibi, sed omnibus perlectis arcanis
reseratis nihil habeant absconditum, sed oĩbus perlectis à no-
bis per Triboniani excelsi ministeriũ, cęterorumq; composita
sunt, & oratores maximi, & iustitiæ satellites inueniant̃, & iu-
diciorũ optimi tã Athletæ q̃ gubernatores omni loco æuoq;
68 fœlices. Philos. in 1. Ethic. ait illam. s.† fœlicitatem oẽs appete-
re. lib.1.c.1. Card. Zabar. extra in prohęm. vers. q̃m. 2. col. vers.
69 quæro de causa fi. & hanc ẽt fuisse † Decretalium vtilitatẽ at-
testatur Abb. in prohęm. Gregor. num.12. vers. tertio quærit
70 glo. dicens præcipuè lectis, & intellectis Pontificij † iuris con-
stitutionibus possumus cognoscere & discernere æquum ab
71 iniquo. Et nota s̃m eum, quod ista cognitio † & ista fœlicitas
non percipit̃ ex sola lectura, sed ex lectura, & intelligentia si-
72 mul, nam intelligere † non sequitur ad legere; quia potest es-
73 se † legere sine intelligere. Nam multiplex † est legere, quã-
74 doque quis legit ad verborum corticem tantum, vt sunt qui
75 superficialiter legunt, & ita legere dicuntur idiotæ, † simpli-
ces, & litterarum inexpertes, nam ob eorum ignorantiam
quod legunt, non intelligunt. Quibus illud Catonis conue
nire videtur, legere, & non intelligere, est non legere. Ali-
76 quando legere † est mentale, vt sunt legentes ea, quæ sunt ꝑ
principiũ, & finem, ad hoc facit c. inter dilectos. extra de fide
instrum. & l.1. §. sed & si lege. ff. de his, quæ in testam. delẽtur.
77 Est autem legere, oculo mentis, & † cordis, vt sunt legentes,
& intelligentes. Hi autem hanc fœlicitatem assumere, &
78 † consequi valent. Et ista faciunt ad multa prout Abb. loco
citato adnotat, quæ si referre vellem esset recitare, quæ sunt
extra porpositam materiam, ideo ad eum vos relego. Ad-
79 di potest & hanc aliam, † & sic tertiam esse vtilitatem huius
80 operis, vt boni † non solum metu pœnarum, verum etiam
premiorum exhortatione efficiamur, ita colligitur ex iuris
diffinitiones a Celso. I.C. præstita, ab Vlpiano relata ad l.1.
ff. de iusti. & iure. nec non secundum Hostien. in sum. in pro-
81 hęm. vers. vtilitaş, † vt honestè viuamus, alterum non læda-
mus, ac suum cuique tribuamus. §. iuris præcepta sunt hæc.
Institu. de iustit. & iure. l.5. ff. eodem titu. Ex quibus tol-
82 luntur † animæ capitales inimici, ac a nobis longe repel-
luntur, videlicet ira, cupido, & † auaritia, vt tradunt

Ottomanus Eguin.Baro.in d.§. iuris p̄cepta. Tertiò hic quę-
rendũ est de ordine,quod vt rectè fiat primò dicendũ est, q̄d
84 ille sit.Est aũt ordo † teste Aristotele,dispositio rerũ ſm prius
& posterius,in qua diffinitione Zimara notat, prius & poste-
85 rius esse † rõnẽ ordinis : Porrò quia in scientijs est ẽt via do-
86 ctrinæ † teste Aueroe,quæ sit differentia inter ordinẽ, & viã
87 doctrinæ † breuiter adnotandũ est. Dr̃ ergo ex scientia Aue-
88 rois,viã doctrinæ triplex † hr̃e genus, demonstrationis,s.de-
monstratio signi,demonstratio causæ tm̃,& demõstratio cau
sæ,& esse.Ordo verò doctrinæ,vt ex eius descriptione colligi
licet,est illa dispositio,qua scibilia tractanda in qualibet scien
tia disponuntur,& ideo ad hoc propositũ bene facit,quod de
89 ordine † doctrinę optimè differit Galienus,statuit.n.doctrinę
90 ordinem † triplicẽ esse,s.compositiuum,resolutiuum,ac defi-
nitiuum.Nam proposito fine,aut cõposito aliquo,vt hic duo
hæc cõsiderantur, illud in suas partes,& causas resoluitur,dr̃
91 ordo † resolutiuus;& hic ordo multũ conducit ad rerum co-
92 gnitionem.Diffinitiuus est qñ proposita diffinitione † aliqua
cum ea per suas partes distinguitur,q̄ ordo memoriæ, & tra-
93 ctationi plurimum deseruire põt. Non omittam † aũt hic,q̄d
ordo doctrinę,& quid methodus inter se differunt; sunt aũt
ex nostris multi, & quidem non mediocriter eruditi, qui aut
ista ignorant, aut si cognoscant ista, tanquam aliena omittãt.
Quod quàm rectè sit factum, hoc in hoĩum doctorũ iudicio
94 sit repositum. Ordo aũt † doctrinæ, vt audistis,est dispositio
95 illa scibilium : methodus aũt † sunt instrumẽta,quibus in tra-
96 dendis disciplinis vtimur,quorum duo principalia † sunt vi-
delicet demõstratio,& diffinitio, auctor est Philo.primo To-
97 pic.in 1.text. Hinc ẽt adnotare libet methodũ † esse vniuer-
98 saliorem ipsa via doctrinæ, qñquidem ipsa methodus † de-
monstrationem,diffinitionem,resolutionẽ, ac diuisionẽ sub
se cõpręhendit, quamquã falsum haud sit ẽt viam ipsam do-
99 ctrinæ,virtute † seu potestate methodos oẽs comprehẽdere.
100 Diffinitio.n.† sub ea continetur,cum & ipsa medium † sit in
101 demonstratione, similiter ẽt resolutio cùm demonstrationi
102 † deseruiat. Diuisio † quoq; ipsa comprehẽditur, qñquidem
103 † diffinitioni auxiliatur. His itaque suppositis,arbitror posse
104 colligi dilucidius,quam ab alijs fiat,quis ordo obseruatus sit
105 in hoc opere à Patre † Gratiano : Videtur.n.prædictis vsum
fuisse,qñ qñq; ɔpositiuo,qñq; diffinitiuo,& qñq; resolutiuo:
Hos aũt semper & simul non obseruat, sed qñ res patitur, &
106 materia exigere vr̃.Non inficias tñ ibo ordinem † verum esse
compositiunm apud ipsum,ex quo distinctionibus,& causis,
107 † vt videre est,multa resoluit.Quartò principaliter vidẽdum
108 † est de diuisione huius operis, & dr̃ ex sententia Archidiaco-
109 ni,quod magister Gratianus opus hoc suum † diuidit in tres
partes,s.in tractatum de ministris Ecclesiæ,qui centũ, & vna
distinctione dilatatur, & tractatum de negotijs Ecclesiæ tam
clericorum,quàm laicorũ,puta de matrimonio,qui tractatus
trigintasex causis terminatur: & tractatũ de sacris ecclesiæ, q̄
quinq; distinctionibus clauditur. Vnde in principio dicebat,
in prima contineri discretio ministrorũ,secunda negotiorum
decisio.tertia sacrorum eruditio. Singulæ verò partes hic ẽt
subdistinguuntur,vt videre est apud eundem Archid. Dñic.
Azo.Bellam.& Præposit.Alex.hic, ad quos breuitatis causa
110 te remitto. Quinto videndũ † est de inscriptione ipsius ope-
ris. Et circa hoc sciẽdum est nos aliter hr̃e inscriptionẽ huius
voluminis,quam antiqui habuerint. quod inde apparet quia
diuersimodè legitur. Dicit Archi.quod titulus,seu inscriptio
est talis. Incipit concordantia,&c. Vel dicas, inquit, incipit
concordia.i.cõpilatio,quam lecturã sequuntur Azo,Dñicus,
& nonnulli alij. Nos verò legimus,Decretum Dñi Gratiani,
in quo est discordantiũ Canonum concordia, ac primum de
iure diuinæ,& humanæ constitutionis : Quorũ verborũ ora-
tionẽ nunc non exponã,cum ĩ.de verbis ipsis agendum erit.
111 Sexto loco hic queritur,an † opus istud sit Patris dñi Gratia-
ni,& hoc fit,vt sciatur quanta fides operi adhiberi dẽat, quã-
taq; sit auctoris auctoritas, & hac in re nemo discrepat esse
112 Gratiani,quoad ordinationẽ,& cõpilationẽ, non aũt quoad
113 compositionẽ : Nam & in hoc ordinando † opere recitantur
Põtificum,conciliorũ, sanctorũ Patrũ, & Imperatorũ dicta,
114 placita,ac diffinita.Est enim opus Patris Gratiani, † qui fuit
ethruscus,vel vt alij volũt classensis, vtpotè de Cassiana op-
115 pido,seu ciuitate oriũdus:& fuit à primis annis † literis adeo
deditus, vt voluerit pro maiori ediscẽdi cõm oditate religio-
116 nẽ eligere. Habuit ſm aliquos † duos fratres.s. Petrũ Lõbar-
dum Ep̃m,vt dixi,Parisieñ.qui sagaci,& peracuto ingenio li-
117 brũ sniarum † cõpilauit, quę librum ad posteros tanta gloria
dimisit, vt vsq; in hodiernũ diẽ,suis opusculis Theologorum
scola vbiq; excitata singulari veneratione Magistrũ eum no-
118 minet,& hẽat. Alter fuit † Petrus presbyter Ecclesiæ Trecẽ.
cognomento,Comestor,qui & scolasticã historiã scripsit,in-
ter multa alia eius opera:Non defuerũt nõnulli,quos & Prę-
119 positus hic in principio,& † mihi probabilius vr̃,sequiẽ,qui di
xerũt hoc esse somniũ,videlicet p̄dictos fuisse fr̃es. Quinimo
ostẽdũt,nec fratres,nec eodẽ t̄pe floruisse. Nam asserũt Gra-
120 tianũ fuisse † monachũ sancti Felicis Bononiæ,ordinis S.Be-
nedicti,ibiq; eum cõpilasse Decretum,licet Prępositus dicat,
hũc fuisse monachũ Classen.Bononiæ in monasterio S.Pro-
121 culi, vbi cõpilauit Decretũ hoc † totius iuris Canonici fun-
122 damẽtũ, ita ex S.Antonino Archiep̃o Florẽtino refert Prę-
positus hic,& ex auctore incerto eius vitę, & addunt magr̃m
123 Gratianum floruisse † temporibus Henrici quarti anno Dñi
124 M.CXX. Petrũ † verò Lombardũ sub Conrado Imper.III.
125 anno Dñi M.CXL. Et Petrũ † Comestorẽ extitisse M.LX.
sub Federico anno primo Imperij, ex quibus auctor vitę suæ
126 cõprobare † nititur Gratianũ,Petrum Lombardũ,& Petrum
Comestorẽ minimè fuisse fratres, ac diuerso t̄pe eos floruis-
se : Et licet id quoque teneat Præpositus hic, tñ aliter annos
127 supputat ille, ait.n.Gratianũ † edidisse hoc Decretorũ opus
128 anno M.CL. quo tempore Alexander † tertius Pontifex in
minoribus agẽs Bononiæ publicè Theologiam profitebatur,
129 vnde cõpilatio ista fuit sub Eugenio † tertio edita, & in hoc
ait conuinci eos, qui volunt prædictos fuisse fratres, cum ex
130 cronicis receptũ sit,Petrum † Lombardũ,& Petrum Come-
131 storẽ † sub Alexãdro tertio floruisse, vt ex Beato Antonino
refert ille in 3.part.historiæ suæ tit.17. c.6. sed an fuerint fra-
tres, nec ne nõ satis apud me compertũ est,quis.n.rem tã ve-
132 terem,vt Liuij in principio ab vrbe cõdita vtar verbis, † pro
certa affirmare audebit,id tñ dicam,Aegid.Bellam.nu.7.ver.
tertium dubiũ.tenuisse,eos fuisse fratres,contra verò Prępo-
situm in principio verius vr̃ quod non fuerint. Non tñ præ-
133 tereũdum est aliquos † voluisse anno M.CV. vt innuere vr̃
tex.in c.appellatione interposita §. forma 2.q.6. aliquos vo-
luisse,vt ibi glossator, hoc opus fuisse compilatũ anno 1150.
de quo latè Cald.in prohẽm.Decretal.in 3.col.Aliquos alios
voluisse Gratianum cõpilasse ius Pontificiũ illud reforman-
do vt Alciat.tradit Parerg.lib.4.c.23. anno M.CXX. vt di-
xi,& alij aliter,plura ad hoc propositum Felyn.in c.2.col.24.
de rescrip.& Catel.Cotta memoral.de iure peritis. Septimò
134 queritur modo ad † quam partem philosophiæ supponatur
opus hoc Gratiani:& hic Dñicus post antiquos respondet in
4.col.vers.ad secundum principale quæsitũ, supponi æthicæ
135 sciẽtiæ,aut † facultati morali, sicuti alij libri iuris canonici,&
136 † ciuilis,vt vr̃ notare glo.in prohẽm. Decretal. pro cuius de-
claratione ſm eundem põt videri Ioan. And.ibi, qui etiã di-
uidit ipsam philosophiam in partes. & ità ẽt hic Per. de Saly.
137 dicebat,& Ioan.Mona.in prohę.sexti. Dicitur.n.æthica † ab
æthi, quod est mos, & ycos,quod est scientia, quasi scientia
138 de moribus,vel scientia,aut philosophia † moralis.Nam ſm
Aristotelem in libris de moribus,præsertim in prohęmio pri
139 mi dicebat † moralem philosophiã ad hoc principaliter ten-
140 dere,vt boni efficiamur,& ipsa sciẽtia canonica ad hoc † prin
cipaliter intendit,vt animæ fidelium saluę fiant,& ideo rectè
141 ab aliquibus dicitur,canonicam scientiam esse † artem artiũ,
& regimen animarum.c.cùm sit.de ætate, & qualit.extra,ità
hoc loco tradit Bellam.nu.5.& 6.Ego verò diligẽtius, ni fal-
lor,rem ipsam cogitando, existimo non morali philosophiæ
142 † vel scientiæ simpliciter supponi,sed omni scientiæ morali.
Nam hic liber non solum tractat de moribus, sed de œcono-
mica,& politica agit. quinimo & hoc libro, & alijs iuris Ca-
143 nonici † perfectior est moralis scientia, quàm illa,quã ponit
Aristoteles in libris,vbi de moribus agit. Namq; illa sciẽtia à
144 Philosopho traditur in genere, † & in cõfuso,sed sciẽtia iuris
canonici,vel ciuilis est in specie, & in particulari, ergo nobi-
145 lior : quia illa sciẽtia altera dr̃ † nobilior,quæ hẽt perfectiorẽ
146 notitiam,Philos.1.physic.Sed ex particulari maior † resultat
147 sciẽtia,aut notitia,q̄a per eã scitur,quid sit in † specie, veluti,
148 posũ ex ea cognoscere te esse hoĩem, † quæ notitia est nobi-
lior illa te esse hoĩem,& sic in gñe, nã canonica sciẽtia agit in
149 indiuiduo † de cuiusq; officio,dignitate,& statu,& de nego-
tijs,& ministerijs vniuscuiusq;,igiẽ nobilior est,ac p̄fectior,q̄
illa q̄ tractatur in libris Aethicorũ,& alijs de moribus Aristo
telis:& licet ille de virtutib.& officijs agat,id tñ nõ distinctè,
150 & separatè,sicuti ius Pontificiũ,vltra q̄d † ęternę fęlicitati nõ
subalternat, q̄ tractat de morib.sed finis eorũ est quo ad hu-
manam

151 manã politiã, & fœlicitatẽ.At canonica † sciẽtia oĩa dirigit in
152 vltimũ illũ beatificũ finẽ,hoc est † Deũ, q̄ vera est oĩum fœ-
153 licitas, & vltimus terminus, in quo conquiescit † cor no-
strũ iuxta illud,Saciabar,cùm apparuerit gloria tua,quod ve-
154 rò imperiales constitutiones, † & ciuiles leges & placita pru-
dentũ etiã hanc de moribus tractãt scientiã,manifesto lique-
re põt ex l.1.C.de secũdis nupt. vbi Imperator attestatur le-
155 gibus suis mores † se corrigere:facit text.in arg.in prohœm.
sexti.§.2.ibi, in quib⁹ ad correctionẽ morũ subditorũq; quie-
tẽ multa salubria statuuntur, & facit etiã ibi text.quẽ librum,
quinq; libris alijs dicti voluminis decretalium annectendum
156 censuimus sextũ nuncupari,vt idẽ † volumẽ senariũ,qui nu-
157 merus † est perfectus librorũ illo adiuncto numerũ cõprehẽ-
158 dens perfectam in rebus agendis formã † tribuat,& in mori-
bus disciplinã.Faciũt quæ habentur etiã in prohœm. Decret.
159 ibi,ideoq; lex p̄ditur, † vt appetitus noxius † sub iuris regu-
la limitetur,p̄ quã genus humanũ,vt honeste viuat,alterũ nõ
160 lædat,ius suũ cuiq; tribuat,informatur,q̄ † morũ p̄cepta Vl-
161 pianus ad l.iustitia.§.iuris p̄cepta.ff.de iust.& iure.multo an-
tea recensuit, & illa Zas.ibi post Bud. enarrat, & huiusmodi
iurisconsulti Vlpiani responsum refertur à Iustiniano in §.iu-
ris p̄cepta.instit.eo.tit.vbi moderni,s.Canciunc.in paraphra-
si sua,Ferrar. Melchior, Balduin.Lign. Ottom.Eguin. Baro,
Ioach.Missing.& alij post Fabrũ Plat.Aretin. & alios. Quini-
mo si verũ fateri liceat, vltra q̄d id in vniuerso opere Decre-
162 torum † cernitur, hoc idem probatur in procem.clement.in
163 fine exordij.vers. Quia etiã ibi necessaria est auctoritas † su-
perioris, vt tam per determinationis oportunè suffragium
tollat,ambiguitates auferat,altercationes dirimat,& obscura
succidat, quàm per cultoris prouide sarculum extirpet vitia,
164 & in virtutes inserat, corrigat † excessus, moresq; reformet.
165 Nõ in totũ supponiẽ canonica scientia Ethicæ scientiæ † vel
166 morali; nã multa in se excellẽtiora hẽt,& † nobiliora, quam
Ethica; quandoquidẽ videmus plura illa tractare de Deo,de
167 summa † trinitate,& fide catholica, de sacramẽtis, de mini-
stris ecclesiæ, de resurrectione corporum ac de alijs de qui-
bus hic in fine Prępo sit.Alex.dum agit de excellẽtia iuris ca-
168 nonici:Et in his nemo negabit in plus † non se habere,quàm
169 moralis scientia:quia illa considerat † humanũ bonũ,& vt di-
170 xi humanam fœlicitatem, quod est vel respectu † particula-
ris,& indiuidui,vel respectu vnius familiæ,vel reipublicæ,aut
527 lius, melior est iustitia animata, † quàm inanimata, quæ est
528 viua lex, † & est in Principe, & in iudicibus. Auth. de consul.
529 §. nos vero; quia ipsa † iustitia animata considerat veritatem
futurorum temporum, & rerum, & se accommodat sensui, &
temporum conditionibus, qualitatibus hominum, & simili-
bus. c. non debet. de consang. l. 2. de constitu. princip. l. leges.
530 C. de leg. c. erit autem lex. 4. dist. Tertio † considerat æquita-
531 tem, quæ scripto † iuri præfertur. l. placuit. C. de iudic. quæ
532 æquitas non aliena † esse debet ab oculis iudicãtium. l. quod
si Ephesi. ff. de eo qd certo loco. Et ideo dici solet, quod quan
533 do se offert æquitas, quod nõ est lex scripta † quærenda. l. 2.
534 §. item Varrus. ff. de aqua plu. arcen. & ideo æquitate † sua-
dente potest iudex recedere ab omnibus regulis iuris secun-
dum glo. in Auth. vt sine prohib. ma. debit. in princ. in ver-
bo existimemus. per illum tex. & in l. qui res. §. areaṁ. ff. de so
lut. c. scias. 7. q. 1. traditur per Raphael. & Ias. in l. si seruum. ff.
535 de verb. oblig. Ad iudicem magis videretur † recurrendum,
quàm ad legem scriptam tanquam ad iustum, ad bonum, &
536 æquum † animatum, prout colligi videtur ex Philosoph.
537 3. Ethic. Hinc legimus tempore Saturni Aeneam in † terris
538 regnasse, & tunc extitisse inter homines pacem, † quietem,
539 concordiam; tunc apud homines erat floridissima ætas, † au
rea videbantur secula, cuncta florebant, & vndique bonum
540 † agnoscebatur. Nulla tunc † erat lex scripta, & principũ non
541 obseruabantur † scripta decreta, aut erant cõstitutiones vel
542 sanctiones descriptæ. At postquam homines leges scribere,
543 & iudicia † instituere penes magistratuũ subsellia cęperunt,
ista omnia exulare iussa sunt hominum malitia. Sed licet pre-
dicta aliqua in se videantur vera, communiter omnes tenẽt
544 scribentes † necessarium fuisse, legem scribendam fore. Pri-
545 mo, quia vt diximus lex † scripta est, vt humana coerceatur
audacia, & id patet in l. j. ff. de iustit. & iur. in l. j. ff. de legib. di-
xi supra. Vnde patet responsio ad primum, quia licet dicatur
546 tantum legem ligare † iniustos, fuit etiam facta & scripta, vt
547 sciretur quomodo defenderentur † iusti, & ita vtilis, & ne-
cessaria etiam fuit propter iustos. Hinc legimus in c. nam fru-
548 stra. 23. q. 5. non frustra fuit instituta † potestas regis &c. &
post pauca, Habent omnia ista mores suos, causas, rationes
vtilitates, hæc cùm timentur, & mali coercẽtur, & boni quie-
549 ti inter malos viuunt, & quamuis mali nõ † mereantur, si for-
550 midine pœnæ bene agunt, attamen legis virtus, † & editio
necessaria, & vtilis fuit, non vt mali cogãtur bene facere, sed
vt male facere prohibeantur. c. ad fidem. 23. q. 5. Hinc Paul.
551 Apost. ad Corinth. 3. ait, quod omnis scientia † est vtilis ad
docendum, ad erudiendum, ad arguendum, & ad corrigen-
552 dum, & maxime iuris scientia, quæ docet, quæ † scientia in
553 ciuitate esse debet, Aristo. 1. Ethic. c. 2. Ergo illius editio † &
cognitio fuit necessaria, quia per eam efficiũtur homines bo
ni, & iusti, vt dicit Iustinianus in Prohœm. Insti. Et ideo quã-
554 uis æquitas sit, vel esse debeat † in iudicante, & Principe, tã
propter hoc in arbitrio cuiuslibet non persistit. l. j. C. de leg.
555 Vnde necessaria fuit ꝓpter multa, tum ꝓpter multa † supra
posita, cũ per ea, quæ tradit Diuus Thomas loco cit. & alias
rationes, quas adducit Florianus in rub. ff. finium regund. Et
respondetur ad ea, quæ tempore Saturni erant, quod tunc
556 † ætas florebat, & id non erat, quòd sine certa lege viuerent,
sed quia tunc incipiebat mundus adolescere, & quia frigida
paruas præbebat spelunca domos. Igneq;, lareq;, & pecus, &
dominum communi clauderet vmbra. Nunc verò mundus
factus est decrepitus, nunc aurea tecta marmorea, castra, me-
nibus circumseptæ vrbes, vix tutum domino præbent refu-
557 gium, ideo legum † seueritas scriptis legibus clauditur. Hinc
etiam potest colligi, quàm melius agerent Athenienses, qui
558 omnes leges † suas scribebant, quàm Lacedęmonij, qui mo-
ribus tantum vitam, & rempublicam regebant. de qua re Phi
losoph. lib. 5. c. 6. Ethic. Plutarch. in vita Ligur. Cicero in ora-
tione pro Flacco. & Iustinian. refert. §. & non ineleganter. In-
stitu. de iure natural. gent. & ciuil. Vbi Canciuncul. Balduin.
559 Ottom. & alij posteriorum. An lex immutari debeat, † & ex
qua causa hic quærendum esset, sed quia id ex Beato Thoma
colligi potest. 1. 2. quæst. 97. 1. & 2. articu. ideo non discutio.
Solum hic videndum est ex ordine premissorum quando
560 † lex originem habuit, intelligendo tamen insimul loqui de
omnibus legibus. Hic Archidiac. hanc quæstionem nimium
angustè, & icune meo iudicio attingit, vt igitur hic si nõ ple-
nè, & perfectè, tamen fusius eam habeatis, intendo rem hanc
altius iuris aut legis originem recensere. dic ergo secundum
Abb. in cap. firmiter. col. 5. de sum. trinit. & fide cathol. quod
561 † tria tempora quo ad iuris & legum inuentionem conside-
rantur. Primum est à tempore, quo Deus creauit primũ ho-
562 minem. Hoc † enim primo tempore tres fuerunt inuentæ le
ges, aut tria iura. In secundo tria alia iura, seu leges. In tertio
tempore alia tria iura, seu leges: adeo quod in summa fuerũt
nouem. & ista sunt secundũ Abb. Dic modo tùm latius, quod
563 cùm Deus creasset † hominem ad sui imaginẽ, vt dicit tex. in
c. hęc imago. vbi glo. 33. q. 5. & Gen. c. 1. & Sapien. c. 2. statim
fuerunt

564 fuerunt duæ leges inuentę, † seu vna lex, quę in duas diui-
565 ditur, scilicet in naturalem † & cõmunem, de qua loquitur
text. in §. 1. Instit. de iure natural. gent. & ciuil. post I. C. ad l. 1.
§. ius naturale. ff. de iustit. & iure. declarat Archid. in c. ius na-
turale. vbi glo. 1. dist. & S. Thomas 1. 2. q. 95. ar. 5. in fi. Altera
est lex naturalis, quæ potest dici rationalis, de qua loquitur
566 text. † in l. veluti. ff. de iusti. & iure, & hæc est solum in creatu-
567 ra † rationali, vt in c. 1. hac 1. dist. & ibi dicemus. & de ea etiã
568 intelligitur † tex. in §. singulorum. Insti. de rerum diuis. Hinc
Doct. volentes magistraliter intelligere huiusmodi iura, & il-
569 la distinguere, appellauerunt † ius primarium & secundariũ,
non quod voluerint constituere quo ad rationalem creaturã
prius, vel posterius: sed primarium fuit ita appellatum pro-
pter suam maiorem relationem, & secundarium, quia nisi
humanam amplectitur speciem: vti ergo in ordine naturali
570 genera priora sunt † speciebus, ità & ius illud primarium
fuit dictum quia commune est omnibus creaturis tam ratio-
nabilibus, quàm irrationabilibus, licet suam in ordine essen-
571 di speciem constituere genera. Ex primo iure † homines
mouebantur secundum affectus proprios. ex secundo rege-
572 bantur † ratione: sed cum mulier Eua recesserit a secundo,
573 & vteretur primo † incidit in peccatum, vt fusius d. c. 3. Gen.
habetur. Vnde cum Adam de inobedientia a Domino redar-
gueretur, quasi accusationi exceptionem proponens rela-
574 tionem criminis † in mulierem, immo in coniugis auctorem
conuertit, dicens, Mulier, quam dedisti mihi in sociam ipsa
575 me decepit: Sicq; litigandi forma † ab origine mundi fuisse
aliqui dicunt, quæ res originaliter habetur loco cit. Deinde
576 postq̃ paradiso eiecti fuere, obligatio, quæ dicitur † natura-
577 lis instituta fuit, veluti proprios liberos † alere, & educare,
item benefacere benefacientibus, & similia; & ideo etiam
578 animalia bruta † solent diligere benefaciẽtes sibi, quasi quod
v lint rependere, vel naturalem obligationem explere, ità
tradit Nicol. de Neap. Instit. de oblig. in princi. & plura refert
Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, apud quem etiam habes
579 qui sint effectus obligationis † naturalis, & quæ dicatur anti-
580 doralis † obligatio, seu remuneratoria. Eodem tempore ali-
581 ter quàm primo cœperunt homines obligatione † naturali
582 teneri veluti parere patri & patrię, propulsare † iniuriam.
583 Hinc emanauit illud, quod tibi non † uis alteri ne feceris, de
584 quo in hac 1. dist. in c. 1. in princ. & quod sit de hoc iure tenet
Abb. in c. firmiter. de sum. Trin. & fide cathol. Hocq; præce-
ptum fuit firmatum per legem Mosaicam, vt habetur Tob. c.
4. per Euangelium Matth. c. 7. Luc. 6. per Apost. ad Galat. c. 5.
585 Et dicitur ius gentium † quia homines hoc solum vtuntur,
586 d. l. 1. in fi. ff. de iusti. & iure. Hoc tempore † nullę leges erant,
587 omnia erant communia, † meum, & tuum, nondum erant ad-
588 inuenta nomina, secũdum Bartolum, & alios † in l. si id quod.
ff. de condi. indeb. 8. distin. Sed cùm malitia hominum in dies
589 excresceret, auaritia fuerunt dominia † distincta, & res cępe-
590 runt † esse singulorum, bella etenim statim emanarunt, & alia
591 de quibus in d. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Et ista † omnia
dicuntur introducta de iure gentium. & ita istis tribus iuribus
592 vixerunt homines secundum veritatem a tempore † Adam,
vsque ad tempora Moysis exclusiue, quod tempus multi ap-
pellarunt ante legem scriptam, in quo tempore fuerunt ista
593 tria iura, videlicet † ius naturale commune, ius naturale,
quod dicitur secundarium, & quod est tantum in rationali
creatura a dictamine rationis profluens: tertium est quod ius
dicitur gentium: Secundo vero principali tempore, quod ap-
594 pellatur sub lege, & ipsum tria alia habuit iura, scilicet, Mo-
saicũ, Perfecticum, & Ciuile. & de istis tribus si velemus sin-
gula explicare, longa esset disputatio, remitto vos ad Rubertum Marant. Venus. in Specul. vt inter alios hunc vnum refe-
rã, qui in tertia parte principali fusius agit, & de hac re latissi-
595 me plura deducit. Superuenit postea † tempus gratiæ, quod
596 est tertium tempus, in quo tempore voluit † Christus incar-
597 nari ex sacra Virgine, & sic tũc venit † Christus verus Deus,
& verus homo in mundum, vt habetur in symbolo Apostol.
& in epistola inter claras. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Et
598 hoc tempore tria alia iura esse cęperunt, videlicet † Euange-
599 lica, Apostolica, † & Canonica. † Prima lata fuit a legum lato-
600 re Christo domino nostro, ore proprio, vt habetur apud san
ctos Euangelistas, vt dicit Abb. in d. c. firmiter. col. 5. de sum.
601 Trin. & fide cathol. & per hanc fuit etiam confirmata † Im-
peratorum potestas, Matth. c. 22. ibi, Reddite, quæ sunt Cæsa-
602 ris, Cæsari. &c. Quæ potestas Imperatorum dicitur † a Deo
procedere, vt attestatur Christus apud Ioan. c. 18. quando
dixit Pilato, Nõ haberes potestatem aduersus me vllam, nisi
tibi datum esset desuper, & Paul. ad Roman. c. 13. Non est po
603 testas nisi a Deo: Quod † qualiter procedat, & intelligatur,
vide Abb. in c. nouit. & ibi Fely. de iudic. Marant. loco citato.
604 nu. 30. Secunda fuit lex apostolica, quæ † ab Apostolis ema-
605 nauit: Nam cum esset Christus ad Patrem † profecturus, apo
606 stolis potestatem dedit, † & potestatem plenam signanter cõ
tulit, & ipsi prædicando, & Christi fidem docendo apostoli-
cas traditiones cęperunt efficere: Et istas traditiones seu le-
607 ges apostolicas egerunt ad interpretationem † Euangelicæ
legis, vt dicit Specul. in prohęm. 1. part. 2. col. Et in ista consi-
608 stit totum nouum † testamentum, scilicet, quatuor Euan-
gelia Iesu Christi, a quatuor Euangelistis conscripta, Ma-
theo, Luca, Marco, & Ioanne, Actuum Apostolorum liber a
Luca confectus, & Diui Apostoli Pauli, ac aliorum sanctorũ
apostolorũ epistolæ: de quibus loquitur text. in c. sancta Ro-
609 mana. dist. 15. Tertia fuit lex Canonica a Pontificibus † pro-
mulgata, auctoritate ipsis a Iesu Christo delegata, & ista lex
610 Canonica † partim ex lege Mosaica excerpta est, non vt sit
Mosaica, sed noua, & Canonica, partim desumpta est ex Euã-
gelica lege, partim ex ciuili iure, & partim ex sacra Theologia
611 ita quod est veluti quoddam † mixtũ, vt etiam supra dixi. Et
ista consistit in tribus voluminibus, videlicet libro Decreta-
lium, libro Sexti, & lib. Clementinarum, & Extrauag. Huius-
612 modi autem libri certè approbati sunt, † & conditi a Ponti-
ficibus habentibus legis condendæ facultatem: Connumera-
tur, & hoc opus Decretum inter libros continentes ius Ca-
613 nonicum, sed non fuit conditum ab habente † legis conden-
614 dæ potestatem. Nam magister † Gratianus non fuit Pon-
tifex maximus, tantum habemus eum fuisse monachum vt
dixi ordinis sancti Benedicti. Et quamuis non reperiatur
615 hic liber approbatus, & † non possit dici vere approbatus,
vt dicit Abb. in prohęm. Decretal. in c. Rex pacificus. & Ioan.
And. Ant. de Butrio in c. 2. de rescript. sunt tamen qui dicunt
fuisse per Eugenium approbatum, tamen non ostendunt ap-
probationem, nec de tempore indicant, nec quo in loco, vi-
delicet vel in aliquo concilio, aut motu proprio, per breue,
vel ad postulationem alicuius, quæ res cum maximi sit mo-
menti existimandum est, aliquo modo de ea cõstare. Verum
quia communiter approbatus est a populo, & a scolis, & in il-
lis publicè legitur, vt fiunt alij libri iuris Canonici, communi
consensu potest dici nedum approbatus, sed auctenticus li-
ber, vt per Abb. loco cit. Hinc habes de origine iuriũ fusius,
quàm per Archid. coniungendo etiam hic, quæ supra tetigi
de compilatione Decretalium ex Hostien. Aduertendum ta-
men est, quod in hoc libro Decretorum reperiũtur quatuor
616 † species auctoritatum. Prima est auctoritas sanctorum Pa-
trum, prout plurima capitula hoc libro consistentia videtur
ex dictis sanctorum Patrum extracta, quod legenti clare pa-
tet. Secunda est auctoritas Gratiani auctoris huius compila-
617 tionis, quod est quando de † se loquitur sine auctoritate san
ctorum, vel conciliorum, vel summorum Pontificum, vel Im-
peratorum, vel iurisconsultorum. Tertia species est auctori-
618 tas, † cuiusdam Paleæ, qui secundum aliquos fuit eius disci-
pulus, & propter eius scientiam ad Cardinalis dignitatem fuit
euectus, præfati auctoritas dignoscitur, quando in rubrica
alicuius capituli Decretorum, stat scriptum Palea. Quarta
619 est auctoritas, quæ in hoc apertè habetur † Iurisconsultorũ,
vel Imperatorum secularium, nam Gratianus, multas & Iu-
risconsultorum, & Imperatorum inseruit ad probandum sua
dicta, auctoritates, quæ videntur canonizatæ. Quo ad primã
620 † speciem. f. sanctorum Patrum, & in his Pontificum decre-
ta referuntur. Dic quo ad dicta sanctorum Patrum tantum,
621 ex † diuturna obseruatione & approbatione liber hic censę-
tur auctenticus, & possunt eorum dicta pro decisione causa-
622 rum † allegari. ità intelligitur Abb. in d. c. 2. vbi etiam Fely.
col. fi. v. ff. liber decreti. col. 23. Quo vero ad decreta Pontifi-
623 cum, non est † exhibendum, cum omnia sciunt eos legis cõ-
dendæ habuisse facultatem, & ideo absque eo ęt quod essẽt
relata in hoc opere, allegari possent pro decisione causarum,
& rerum diffinitione, c. 1. de constit. Secunda vero auctori-
624 tas, tertia, & quarta, qualiter sit accipienda † breuiter aperiẽ-
dum est: Dic ergo quod auctoritas Gratiani, & Paleæ nõ sunt
approbatæ, ita Abb. & Fely. vbi supra, Archi. in c. siquis. 9. dist.
625 Auctoritas Gratiani † non reperitur approbata, nec auctẽ-
tica, licèt scriptor vitæ suæ testetur fuisse vt dixi, approbatum
626 hoc opus ab Eugenio; † de qua re fusius agunt Ioan. & Ant.
But. in c. ex parte. in fin. de rescript. Car. ibi in 4. & 6. opposit.
Ioan.

Ioan.And.in cap.fin.de feud.Archidia.50.distinctio. de his.
el secondo. Federic.de Sen. consi.86. incip. domino auditori.Fely.in dicto cap.ex parte.Ias.de May.in rubrica de act.in-
627 stit.Et ideo dici solet quod † nullam faciunt fidem. Io.And.
in addit.ad Specul.in titu.de disput.& alleg.§.fin.Imol.in rubrica.ff.de verb.obligat. Anto.Corset.in repertor. Abb.verbo Decretorum. Quibus in locis concludunt rubricas Decreti nullam facere fidem.Et ratio est quia non fuerunt factę ab habente auctoritatem legis condendæ. Archid.in dicto c. si quis nesciat. Sed sunt veluti dicta Innocentij, qui quamuis
628 esset Papa, † & haberet legis condendæ facultatem, noluit
tamen dicta sua vigorē legis habere, licet eius glosæ præ cæ-
629 teris † habeantur magnæ, vt testatur Felyn.in dicto capit.2.
colum.23.in versic.de diuersorum.extra de rescript. Quarta
630 verò auctoritas,dic quod leges tā Principū,†quàm iurisconsultorum minimè fuerunt,aut sunt approbatæ,ita ꝙ per hoc seruentur veluti leges à iure canonico confirmatę:sed remanēt in suo robore,& hoc quia Pater Gratianus, vt supra etiā dixi,non habuit legis condendæ facultatem. Vnde dictæ leges remanent in dispositione iuris ciuilis, prout antea erant, & perinde habentur, ac si nunquam fuissent insertæ, & sic
631 non † seruantur,vt canones, ita Abb.loco cit.And.de Isern.
in cap.1. colum.5. qui succes.ten.in vsib.feud.Glos.est in c.1.
glos.2. de exceptio. glo. in cap. super eo, el primo. & ibi etiā
Abb.de testibus. in cap.1.in versicu. tractatus. de rebus eccles.non alienan.Ioan.And.in c.ex parte.de feud.Quādo ve-
632 ro fuerit † compilatum hoc decretorū opus, dixi supra in 6.
euidentiali; adde modo nunc Firman. in verbo rub.num.10.
vers.rubr.Decretorum. fuisse in alia opinione, scilicet fuisse
compilatum anno M. D. vel inquit verius anno M. L. & ait
633 ita dicere glo.in d.c.forma. 2.q.6. Liber vero † Decretalium
fuit compilatus secundum eum, & Bono. Doct. & Cron. &
fascicul.temp. anno M. C C X X I I. Tu vero tene cum Cardin.Floren.& repete quæ dixi supra. Ex his modo omnibus habes satis abunde multa circa opus hoc Gratiani vltra quæ hic alij tradunt. Esset modo hic tractandum à quibus leges
634 fuerint introductæ,† sed quia hoc tritissimum est, id silentio
inuoluo.Non omitto tamen dicere fuisse varios legum latores de quibus habes per Isidorum.lib.5.Ethimol.c.1. per Doctores,& maxime modernos in §.& non ineleganter.Institu. de iure natur.gent.& ciuil. & per Marsilium Ficin. in Minoe Platonis.Superest modo,vt exquiramus quid Decretū, Canon,& alia huiusmodi nomina significent, & inuicem differant. Et breuitati studendo incipiendo à Canone & omissis multis,quę hic & alibi referunt scribentes,dico quod Canon
635 latinè † interpretatur,regula.c.canon.distinctio.3.Hinc dici-
636 mus canonibus † soluere, quod est legibus soluere, & gratiā
canonis facere quod est pro dispensare.Spiegiel.in verbo ca-
637 non: & propriè canon † est, cum in generali Concilio promulgatur. cap. Nicena.31.distinctio. vbi ait text. Nicena sy-
638 nodus volens corrigere hominum † vitam in Ecclesijs commorantium posuit leges, quas Canones vocamus. Et qui
639 † primitus Canones fecerint, constat Apostolos quosdam
fecisse antequàm ab inuicem diuiderēur, quos è græco trāstulit Gregorius Haloauder, & illorum dicitur Clementem,
640 qui fuit temporibus Apostolorum, fuisse collectorem: † li-
cet Apogriphi habeantur, vt testatur Gelasius Papa cap.san-
641 cta.distin.15.Hinc est,quod census † qui soluitur ab emphy-
teota domino dicitur canon, quia regulariter singulo anno
persoluitur. authen. qui rem. C. de sacrosanct.eccles. etiam
642 quæ annuatim soluuntur solent dici canonicæ † pensiones.
l.pater. C. de lucr. aduocat.lib.12.l.vltim.§.necessitate.C.de
643 iure emphyt. Et canonica dicitur illatio † cuius meminere
Imperatores Honor.& Theodo.in l. placet. C.de sacrosanct. Eccles.ordinarium munus, quod habet certam, & determinatā præstationem à lege impositam, ad cuius solutionē du-
644 bium est secundum aliquos † an Ecclesia teneatur, licet ali-
qui alij id affirment. Canon etiam largitionum erat prouin-
645 cialis † largitio, quæ fisco præstabatur: de qua mentio est in
trib.lib. Codicis posterioribus, & ità puto Alciatum de hac sensisse, dum † ex Pediano referebat diffinitionē Canonis,
646 inditionis, & oblationis in l.inter publica. ff. de verb.signifi.
sub nume.3. Alia multa afferri possent, quæ consulto omit-
647 to.Id tantum aduerte, quod etiā constitutio † synodalis potest dici canon, vt tradit Ripa in rubrica extra de constitut.
num.26.& 27. cum sequen. At breuiter hāc rem dissolue,te-
648 nendo quod dupliciter † assumi potest canon, Primo modo in genere,secundo in specie. Si in genere tunc canon cōprehendit etiam constitutionem. Si verò in specie intelligi-
649 tur constitutio conciliaris per † excellentiam argumen.§.sed
quoties.Institu.de iure natural.gent.& ciuil. ita Rip. in dicta
650 rubrica post alios,nume.28.Sed an leges ciuiles† rectè,& ip-
sæ possint dici canones? de qua re agit Rip. loco cita. & dic
quod aut sunt à maioribus, aut non sunt approbatæ. Primo
651 casu possunt dici Canones,nā si Canon nihil aliud sit† quàm
652 regula dixi supra,& lex nihil aliud sit quam regula † rectè vi-
uendi.l.1.ff.de leg.cum sequen.iuncta l.1.ff.de regu.iuris. Se-
653 cundo casu verò non rectè appellantur canones, † cum vi-
uendi regulam omnibus non prescribāt. Vel aliter potes di-
654 cere, videlicet quod si in genere assumitur † canon, quod
655 lex rectè etiam dicetur Canon, quia & ipsæ † hodie consi-
656 lio prudentium † virorum fiunt,& promulgantur, dicta l.1.
de legib.iuncta l.fin.C.de legib.& §.lex est.Institu.de iure natural.gent.& ciuil. Secundo modo non rectè dicitur canon,
657 hoc † est si in specie, respectu eius quod Canon promulga-
tur, & fertur ab Ecclesiasticis, & lex ab ijs qui iam condendi
658 habent potestatem.Secundò videndum† est de significatio-
ne dictionis,Decreti,& reperio particulam hanc Decreti plu
659 ra importare. Primò constitutionem † significat Papæ cum
consilio Cardinalium ad nullius consultationem editam, ita Rip.loco cita.num.30.Secundò Decretum dicitur omne,
660 quod est statutum † à summo Pontifice, vel à sanctis Patri-
bus ad aliquid diffiniendum, & in hac significatione capit
661 Decretum † Pater Gratianus in hac sua cōpilatione: & Ro-
662 mani dicebant † Decretū senatus, quod non erat generale
statutum à senatu,sed Senatusconsulta erant generalia, adeo
quod Decreta particulam quandam Senatusconsulti referebant Senatusconsulta totum erant, illud particulari prouinciæ, istud omnibus prouincijs erat præscriptum.Tertio mo-
663 do † assumitur Decretum pro eo quod etiam fit à solo Pon-
tifice ad nullius consultationem etiam absque consensu, vel
interuentu Cardinalium.allegatur c. si Romanorum. 15. distin. Et nota, quod Decretū quarto loco assumitur pro qua-
664 dam iudicis sententia; quam † cognoscēdo decernit, & ideo
665 apud Iurisconsultos propriè Decretum † est deliberatio iu-
666 dicis cū causę cognitione ad mixtum † imperium pertinens.
l.ne quicquam.§.vbi.ff.de offic.proconsul. vbi latè Bart. Bal.
667 & Castrens.Et est id quod aliàs latinè †dicitur placitū,prout
docet Guliel.Bud.& refert Spiegiel. loco cita. verbo Decretum: asserens, & ipsum Decretum accipi specialius, & pro auctoritate, quam iudices interponunt, & maximè in iurisdictione voluntaria, vt in alienatione bonorum minoris, in transactione alimentorum,& in bonorum possessione, Albutius pro Alciat.istud tamen Decretum non interponitur nisi
668 præcedente † causę cognitione.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dā-
no infect.& §.si forte: quo etiam in loco declaratur à Barto.
669 materia † primi, & secundi Decreti: Nota etiam non suffi-
670 cere quod interloquaī iudex, sed † oportet Decretū in scri-
ptis redigi debere. l.1.& l.2.C.de senten.ex periculo recitan.
l.1.& l.magis puto.ff.de reb.eorum.l.cùm hi.ff.de transact. & per totum titulum,vbi pupil.educari debeat. Quintò significat † aliquando auctoritatem. l. 1. C. de prædijs minor.quæ
671 auctoritas non sumit à persona magistratus potestatem, sed
672 quia † interloquitur secundum ius, & rationem decreuerit.
l.pen.ff.de iustit. & iure. hinc Vlpianus dixit Decretum prætoris exaudiri non posse.l.1.ff.de postul.facit l. 1. C.quando decreto opus non est. Huiusmodi autem decretum interpo-
673 ni debet ante † contractum, non autem post.d.l.magis puto.
§.non possem.& §.seq. Nota tñ ꝙ in causis Ecclesiasticis non
674 requiritur Decretum,sed causę † cognitio,auctoritas Episco
pi,& clericorum, & eorum subscriptio,10.q.2.c.casellas. & c. hoc ius porrectum.& not.extra de reb.Eccles.non alienan.& nouissimè Guiliel.Redoanus tractatu de reb.Eccle.non alienan.rub.de causę cognitione in alienationibus faciēdis. vers. sed in contrarium facere videtur,à num.5. vsque ad fin. Differt tamen † Decretum à sententia, quia decretum cōtinet
675 † permissionem, vel prohibitionem.l.si preses. C. de prędijs
676 minor. Sententia verò continere † debet absolutionem, vel
condemnationem. l.1.ff.de re iudic. vbi Docto. Sextò poni-
677 tur decretum pro sentētia diffinitiua,† l.decreta. ff.de re iu-
678 di. Septimò aliquando accipitur decretum † pro confirma-
tione electionis.Auth.de defensorib.ciuit.circa prin.Octauò
679 ponitur pro † ipsa electione,eod.loco.§.interim.Nonò capi-
680 tur pro cōstitutione,† eod.loco.§.quia verò. Decimò accipitur pro statuto,l.1.ff.quod quisque iuris. & ff. de decretis ab
681 ordi.facien.& C.de decret.decur. Vndecimò capitur † multoties pro lege Imperatorum. not. in l. ius autem ciuile.ff.de
682 iustit. & iure. Descendit autem a verbo, Decerno,† Decre-
683 tum, vt attestatur Innocen. in c.votiuum. extra de elect. Alberic.in l.actus omnes.C.de ferijs. & in suo Reperto.verbo, Decretum: sed quantum attinet ad propositum differt De-
684 cretum † a Canone, quia Canon in conciliari † ordinatione
685 sit,Decretum verò a Pontifice cum consensu† Cardinalium,
686 vel etiam a solo Papa ad consultationem nullius; vel etiam a sanctorum Patrum auctoritate profertur: Decretalis verò
687 † epistola dicitur constitutio Papæ ad alicuius consultationē promulgata. ita glos.Hostiens. & alij hic concludunt. Quod tamen toleratur,si capias in specie hoc nomen: sed in genere
688 omnis † constitutio potest dici Decretum.ità Rip.loco cita.
num.31.allegat text.in c.ne innitaris extra de constitu.& c.si Romanorum.19.distinct.l.1. ff.quod quisque iuris. §.fin.l.ne quicquàm.vbi Bald.Ias.& alij multa tradunt de huius termi-
689 ni Decreti, significatione. Et quid differūt Decretum † a
sententia, ab auctoritate, a licentia, & a consensu, optime tradit glos.in c.1. extra de reb.eccles.nō alien.lib.6. & multa bona ponit in materia Decreti Cotta memor.verbo Decretum,ad quem breuitatis causa te relego: & hæc quantum ad
690 vocem Decreti.Sanctio autem dicitur lex cum † terrore pœnæ.Vlpian.in sanctionibus interdum ait, adijcitur, vt qui ibi aliquid cōmiserit capite puniatur.l.sacra loca.§.proprie dicimus.de rerum diuis.ff.& l.sanctio legum. ff.de pœn. & hanc
691 dicunt † pœnalem ob id constitutionem.§.sanctæ.Institu. de rerum diuis.& facit l.fi.ff.de rerum diuis.Quod tamen Accursius verum putat ibi, de stricta eius significatione,sed largius
692 assumendo nomen † sanctionis, comprehenditur omnis lex Imperialis, ad quod optime facit l.2.§.omni.C.de veteri iure enucleand.ibi,colligentes verò in vnam sanctionem,& deseruit etiam quod legitur in prohem.fforum.in prin. Aliquā-
693 do capitur pro † particulari quadam Papæ constitutione.c.si omnes.19.distin.& ibi Archid.Rip.loco cit. num.32. Sancire
694 enim Seruio auctore † est consacrare sub sanguine hostiæ.
695 Hinc lex quæ † sanguinis pœna arctat a delictis dicitur san-
ctio,quasi nocentium sanguine consecrata.Et sancire aliàs est
696 etiam confirmare,† & roborare. Hinc omnis lex aliquid†fir-
697 mās dicitur sanctio.d.c.omnes Et ideo etiam testatoris † di-
698 spositio potest dici sanctio.l.filium quem habentem.C.famil. hercis.vbi not.alia circa hoc tradunt Ferrar. Bald. & Ottom. in d.§.sanctæ.Instit.de rerum diuis.Non defecerunt alij qui a sanctitate vel a sanguine dixerunt, & sanctionem esse dictā,
699 quæ res an propriè † dicatur non disputo id grammaticis
relinquo: id tantum aduertas, quod si id assequaris, repete
700 quæ Cotto memor.verbo † sanctum,dixit,apud quem plura de verbo sancto, & de consecratione antiquorum videbis.
701 Pragmatica sanctio†vero est constitutio Principis super cau-
sa in Concistorio Principis ventilata secundum glos.in l.fin. C.de diuers.rescript. tamquam cum causæ cognitione facta secundum glos.in l.fin.C.de diuers.rescript.& in c.peruenit. 101.distin.tradunt Canonistæ in Rubr.extra de constit.Vel
702 dicitur Pragmatica, † a scriptura secundum glo.in c.dicenti.
703 §.rescripta.25.q.3.Gramma † autem idē est, quod littera secundum glo.in l.moris. §.solet.ff.de pœn.Ripa vero dicit lo-
704 co cit.num.34.quod Pragmatica† sanctio dicitur determinatio causæ facta a Principe cum consilio Pragmaticorum: sunt
705 autem Pragmatici iuris† sapientes. & hac in re nescirem allegare, multis omissis quæ a Doct.allegantur, text.qui melius hoc probet, quàm d.l.fina. C.de legib. vbi ponitur forma
706 † pragmaticæ sanctionis fiendæ. Reperio tamen quod glos.
707 Pragmaticæ† sanctionis Karoli Regis Franc.tit.de conclusione Ecclesiæ Gallicanæ. verbo Pragmaticā, dicit quod pragmatica sanctio illud dicitur quod Princeps de consilio procerum sancit, & statuit pro rebus communibus, & vniuersitatis: de qua & plura apud dictam glos.& glos.in verbo sanctione. apud quam etiam habes Pragmaticam sanctionem
708 accipi† pro annotatione quæ fit de rebus priuatis.l.iubemus.
709 C.de appellat.siue pro † attestatione facta per Principem ꝙ
710 † permutaaione facta cum re ecclesię.c.1.de rerū permut.vbi glos.& legitur Beatum Ludouicum regem Gallorum feci-
711 se † vt dicit ibi glos. quandam pragmaticam sanctionem pro iuris communis in electionibus, & collationibus beneficio-
712 rum defensione. Annotatio vero est Principis † constitutio motu proprio edita absque consilio procerum sapientum. glos. in d.l.fin. C.de diuers.rescript. vel vt alij volunt, annotatio est rescriptum Principis, quod ipse suo ipsius consilio adductus alicui impartit.not.in l.non aliter. C.de palatin. sa-
713 cra.largit.lib.12. Et in hoc differt a Pragmatica † sanctione,
primo quia illa fit consilio procerum, vel sapientum, ista vero non. Secundo illa non fit proprio motu sed super causa,& habita cognitione rei, ista vero proprio motu, absque alicuius consilio. Tertio illa fit generalis,pro vtilitate communi, ista vero pro particulari causa, & persona vna, vel pluribus, non tamen pro communi causa. istę differentiæ colliguntur
714 ex ijs quæ supra proposui.Dogma † vero est lex fidei scien-
tiam docēs,quæ est vera scientia, & doctrina,& scientia sciētiarum, & verum viaticum.c.qui sine.26.q.2.sed generaliter
715 assumendo illud nomen cuiuslibet sectæ † decreta continet.
c.qui de mensa,ibi,Dogmata Philosophorum.37.distinct. Et
716 Cicero in hunc sensum dogmata intellexit, asserens † cuius-
que dogmata prodere non minus scelus esse, quàm patriam prodere, sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Et Laertius putauit sectam non
717 dici, quæ † dogmata non haberet. Augustinus quoque
718 scribit ex Varronis philosophia † dogmata collegisse quę solo habitu inter se diuersa erant. Hinc facile cognosci potest
719 dogmata † recte appellari, quæ synodus sanctorum Patrū
720 statuit; Dogmata quoq; dici possunt† in qualibet arte liberali præcepta,& longo vsu obseruata, vt Hippocratis,vel Asclepiadis vel alteri?: vnde recte,teste Budeo dici potest dogma,
721 † placitum, vel decretum; Interdictum † lex vocatur quæ
722 est simpliciter prohibitoria.interdicere † enim est denuncia-
723 re. Hinc banniti † dicuntur interdicti, vtrunque probatur
724 ex §.exhibitoria.Insti. de interdict.& l.relegatorum.ff.de in-
725 terdictis,& releg.olim vero † interdictum erat certa solennitas, qua Prætor vtebatur,cum de possessione cōtenderetur.
726 de qua re meminit Spiegel.plura tam ad cognitionē † & origi-
nem interdictorum, quam etiam ad vim,& intelligentiam materiæ eorum ponit eruditissimus Alciat.Parerg.lib.3.c.15. & in Rubr.ff.de oper.noui nuncia.Petrus Rebuf.ad l.illa ver-
727 ba.vers.interdictū.apud quos etiā habes vnde dicatur† quo-
tuplex sit, quid differat ab edicto, & Ioan.Bolognet.in d.l.1. ff.de oper.noui nunci.num.38. post antiquos. omitto plura circa verbum hoc interdictum,& maxime quæ de interdictis
728 fiunt ab ecclesiasticis, de quibus latissime agit † Ioan.Calde-
rinus tractatu de interdictis, in princip.vbi ponit quid ab interdictis, quorum mentio est frequens in iure ciuili, differat
729 interdictum ecclesiasticum. Mandatum † verò secundum
Hostien.& alios in moribus consistit, vel dicas vt per Rip.lo-
730 co cit.videlicet quod omnia† præcepta legū possunt dici mā-
data. in specie modo capiendo mandatum, significat, quod
731 mandatur iudici † circa modum gubernandi. in Auth.& per totum,de mandat.Princip. vbi Iustinianus attestatur se com-
732 posuisse librum † mandatorum, & ita declarat glos. ibi. &
hoc intellige quando ad Principem refertur. Dicimus etiā
733 iudicis mandatum: & si ad † priuatos, importat, quod tra-
734 ctatur tit.mandati. aut quod aliàs dicitur † procuratorium.
& in Decretalibus est etiam tit.Mandati. Est & vltimo loco
735 constitutio,† quæ est secundum Gratianum, quod Rex, vel Imperator statuit, de qua re suo loco fusius agemus: & pro nunc repete quæ Ripa & alij in d.Rub.post Dec.extra de constitut.num.6.& 7.ponunt. Hic modo pro pleniori cognitio-
736 ne terminorum esset videndum,quæ legis habeant † vigorē,
& quia ista ex supradictis colligi pussunt, non curo illa repe-
737 tere. Superest vt rubricam † aggrediar huius voluminis,quā
volui exornare ex pluribus nec absque dote, cum vnica sit vt in simili dicit Bart.& Bald.in l.1.C.de sum. Trinit. & fide cathol. & in primis quot in partes scindatur. Azo tenet hic in duas.in vers.his expeditis.num.2. Quarum prima respicit totum opus.Secunda primum tantum.Secunda ibi, ac primū. Verba Rubricæ sunt,Incipit Decretum Domini Gratiani, in quo est discordantium Canonum concordia, ac primum de
738 iure diuinæ, & humanæ constitutionis.Ego tamen † in meis
Codicibus non reperio verbum illud, incipit, Archid.Azo, & Dominic.illud legunt.Sed existimo nō esse de verbis Gratiani, sed ab aliquibus additum, quia non video Auctores aliquos huiusmodi apponere verba ī principio inscriptionū. Quomodo verba ista declarentur, dic quod si ita legis, incipit, secundum Archid. & Azon.concordantia &c.intelligas
739 nunc,vel † concordia, & expone, prout Archid.hic in prin.
1.compilatio.& in vnum reductio. Ego verò credo posse interpretari ista verba hoc modo.Incipit concordia, seu concordantia.s. Canonum, nunc facta, vt ista referantur verba ad opus compositum, & facta est ista concordia discordantium Canonum,quæ olim erant in diuersis compilationibus discor-

discordantes, & alijs in locis. Secunda verò pars declaratur hoc modo peruertendo litteram. ac primum de iure constitutionis scriptæ, vel etiam diuinæ, scilicet iuris naturalis. Naturæ, idest, iuris consuetudinarij, vel humanæ legis scriptæ,
740 & ita resident Archid. & Petrus & Azo, qui hac in re Archid. ferè verba refert. Dominicus † autem hic, penult.col.dicit, quod ista secunda pars, videtur defectiua, ex quo, cùm in ea non dicatur aliquid de iure diuino. & tamen tractatur infrà de eodem iure satis videtur defectiua. Qua de re refert Archid. expositiones & Petri, & Azonis; sed sibi non placent, quia peruertitur ordo litteræ, ideo dicebat, tu dic, Ac primum de iure naturæ, id est naturali innato, siue quod habe-
741 tur † ex instinctu naturæ non constitutione aliqua. c.ius naturale.1.distinct.& humanæ constitutionis, hoc est, & de iure, quod constitutum est per Moysem, & alios legum latores vt extra de sum.Trin.& fide cathol.& dixi supra, & ita sub hac expositione intelligitur & ius diuinum. & hoc respectu illud verbum stat passiuè, Humanæ, seu potius obiectiuè, cùm
742 illud non sit † ab homine, sed a Deo ad homines per suos ministros traditum. Et illud verbum, humanæ, compræhendit omne ius introductum ab hominibus, siue gentium,
743 † siue ciuile, siue Canonum fuerit constitutum, vt patet per multa capitula huius primæ distinctionis. Quæro modo cur
744 magister, † Gratianus vnicam tantum proposuerit † Rubricã
745 quod mirabile videtur secundum Archid.hic, ac cęteros, & communiter respondetur, ideo hoc factum fuisse, quia intentio Patris Gratiani solum fuit hoc facere, quod & supra tetigi, scilicet discordantias tollere interiectis distinctionibus, & causis, & dicta sanctorũ extrauagãtia colligere dispsa, & varijs voluminibus, & locis reducere ad vnum volumen, ideo solum vnicam posuit huic operi, licet magno, rubricam, respicientem vniuersum opus: Sed contra, diuisit hoc
746 suum Decretorum opus in tres partes † differentes, dixi supra, ergo saltem tres Rubricas apponere debebat. Nam dixi supra hoc volumen distinctum esse in distinctionibus, causis, & 5.distinctionibus. In prima parte tractat de ministris, & eorum officijs. In secunda agit de negotijs ecclesiasticis, tàm laicorum, quàm clericorum. In tertia agit de
747 Sacramentis ecclesiasticis; ergo. ad hoc † respondeo ideo vnicam Rubricam fuisse appositam, quia & in his etiam intentio fuit vna, videlicet concordare dissonantes canones, & inuicem pugnantes ad vnitatem accommodare, & dicta sanctorum Patrum quæ videbantur discordantia ad concordiam, & verum intellectum reducere. Expedita Rubrica,
748 hic quæro, cur Gratianus † proposuerit tractare de iure diuino, & humano? dic vt per Archid. hic, & alios, & repete quæ diximus de intentione supra. Aegid. Bellam. hic modo
749 quærit, an compilatores † talium operum bene faciunt nomina sua exordijs ascribere. Et circa hoc refert se de hoc dixisse super data lib.6.in 11.q. quo in loco habentur sex casus, quibus id licet. Vltra quod dicit, quod nomen proprium
750 pro veritate † exprimenda licet proponere: & hoc vt cognoscatur quanta fides auctoribus sit adscribenda. Quærit etiam pro solatio scolarium, quis in promotione Episcopa-
751 tus præferri debeat, † an Theologus canonista, seu legista, de qua re te remitto ad id quod ille not.in cap.ex litteris.extra de affinit.& consanguin.in 1.q.cum simil. & ad loca ordinaria, quibus hæc exagitatur quæstio. Vltimo pro complemento huius repetitionis quæro an hæc glos.diuidatur, &
752 cuius fuerit. Ad vltimum scias fuisse † Bartholomęi Brixiensis, qui inter cętera opera, quæ fecit, edidit additiones ad glos. antiquas Decreti; & fuit doctor clarissimus, de quo plura, & quo tempore floruit, Cattel. Cott. memor. vbi agit de iuris peritis. Glossa verò in 4. scinditur partes prout
753 † quatuor facit. Primo exorditur. Secundo narrat informationem apparatus Ioannis glosatoris in hoc volumine per suas additiones. Tertio assignat causam additionum suarum. Quartò explicat apparatus illius duplicem defectum, videlicet non bonam sententiam, & hoc propter tria: Alia declaratione non eget quia clara est: Ex hac glos. Domin.hic colligit vnum quod reputat admirabile in fin.videli-
754 cet quod non est detrahendum doctori aliquid † determinãti, licet dictum suum appareat non verum propter nouas rationes adinuentas, ad hoc citat c.cùm Ioãnes.vbi not.Canonistæ, extra de fide instrum.c.cùm olim.de priuil.in 6. Secun-
755 do noto ex eius dictis non esse sibi aliena † attribuendum, &
756 quod alius fecit, sicut è contra, quia non debet dicere † alium fecisse aliquod cùm ipse fecerit, aliàs pœnas falsi non euitat.

c.quanto. de his quæ fiunt a prælat.& c.tã litteris. in fi. de testib. quod est contra eos qui aliorum excogitata vel dicta eis non expressis, referunt, ad quod bene facit quod ponit Bald.in l.precibus. in pen.cart.C.de impub.& alijs substitut.
757 vbi nominat † Bartolũ furẽ, qui dicta Nicolai de Mattarelis sibi multoties appropriat, cum impossibile potuisset esse quod vna forma hoc est anima fuerit duobus corporibus, & diuerso tempore. adde Bald.in prælud.feud.2.colum.vbi di-
758 cit, quod † occultator laudis alienæ furi par est, arg. l.hæreditatum.§.fin.ff.ad leg. Falcid. Non possum omittere, quin addam, quod licet Doctoris dictum non appareat, vel iudi-
759 cis, non † solũ nõ debet eis detrahi, sed sunt excusandi. Quod facit pro officiali qui tulit sententiam forte iniustam ex no-
760 uis probationibus, vel iuribus de nouo † inductis. ita in 2.ad. not. tradit Ant.Corset.licet nõ impressus. Glo.huius Decret. addit ad hoc probandũ g.in c.1.in ver.de cętero. de postulat. prælat. in 6. & dicit Domin.de S.Georg.Cardin. consi.132. Et ex his ad laudem Dei impositus sit finis huic repetitioni.

REPETITIO
IN CAP. HVMANVM GENVS. PRIMA DISTINCT.

Præclarissimi I.C.D. Azonis à Ramenghis.

SVMMARIVM.

1 *Iuris nomine, quæ iura comprehendantur.*
2 *Ius naturale quare dicatur diuinum.*
3 *Dictio, vnde, quomodo exponatur.*
4 *Proximus diligi non potest, nisi diligatur Deus.*
5 *Genus humanum iure naturali & diuino regitur.*
6 *Iuris diuini præcepta, in quo consistant.*
7 *Hominum tria genera.*
8 *Ius canonicum tam ex auctoribus veteris & noui testamenti, quàm ex dictis sanctorum Patrum, quàm ex legibus secularibus est compositum.*
9 *Natura humana semper ad malum prona:*
10 *Iura humana quare adinuenta.*
11 *Papatus & Imperij cœlitùs principatus creati.*
12 *Iure naturali quisque iubetur alij facere quod sibi vult fieri, & econtra.*
13 *Concupiscentia in mala significatione ponitur propriè.*
14 *Contrariorum quando vnum præcipitur, an aliud censeatur prohibitum.*
15 *Canones diuinæ legis nomine comprehenduntur.*
16 *Iudex condemnans ad mortem non dicitur ipse infligere mortem, sed lex est quæ infligit.*
17 *Misericordiæ ad opera quisque tenetur.*
18 *Lex diuina vetus & noua an sint diuersæ species legum, an verò sit vna & eadem lex.*
19 *Lex vetus nobis data fuit per modum timoris & sub comminatione pœnarum, noua autem per modum benignitatis.*
20 *Ius naturale an sit vnum apud omnes.*
21 *Mores & consuetudo an sint idem.*
22 *Mos, quomodo summatur in iure: & quomodo consuetudo.*
23 *Charitas Dei, mandata eius custodire.*

1 HVmanum genus Casus, † gen⁹ humanum regitur iure diuino, tam veteri, quàm nouo testamento cõscripto. Item & humano, siue scripto, siue non scripto. & tres sunt partes. Prima dicit, genus humanum regi iure naturali & moribus. Secunda, quid sit ius naturale declarat, & in quibus consistat, ibi, [Ius naturale.] Tertia declarationem huiusmodi auctoritate euangelica veram affirmat, ibi, [vnde duobus] scilicet generibus iuris. [Regitur] id est disponitur, & gubernatur. [Naturali] gl. exponit, idest diuino. Super quo nomine comprehenditur ius legale, mosaycum, propheticum, euangelicum, & apostolicum, idest quod in veteri & nouo testamento continetur. ¶ Comprehenditur etiam hoc nomine ius canonicum, siue ecclesiasticum, vt leg. & not.infra, 33.q.7.cap.1.licet & Bert. Moribus exponit gl. idest consuetudinario iure, vel idest iure humano siue scripto siue non scripto: secundum Hu.& Lau. hoc enim nomine comprehenditur quodlibet ius humanum, idest ab hominibus inuentum, præter diuinum, siue sit redactum in scriptis, siue non, & sic sumuntur hic mores secundum Hu. de hoc etiã not. infra ea.distin. mos est. & sic secundum hoc dictum glo. magister

magister habuit respectum ad iuris originem, de quo Instit. de iure natu. circa fi. secundum La. [Naturale] idest diuinum.
2 vt supra proxi. quod † dicitur naturale, quia summa natura naturans, idest Deus omnipotens illud nobis tradidit, & docuit per legem mosaycam, propheticam, euãgelicam, & apostolicam. Vel dicitur naturale, quia ad ea quæ iure diuino cõtinentur secundum rationis naturam, ex quadam singulari participatione, qua homo prouidentiæ diuinæ communicat, sine alia extrinseca exercitatione inclinationem habet ex se, & illa in tribus consistunt, scilicet in præceptis, prohibitionibus, & demõstrationibus. præcipit enim quod prodest, vt diliges dominum Deum tuum &c. Matth.12. ad fin. Marc.12. Luc.10.trans.infra 3.distin. omnes. infra de pęn. dist.2.ergo. Prohibet quod lædit, vt, Non occides, non furtum facias, &c. Exod.20.Deuter.5.& Leuit.19.trans.23.q.5.§.1.& leg.& no. 32.q.6.quid in omnibus.in 2.glo. Demonstrat, quod conuenit & expedit, sicut omnia esse communia, Act.2.c. & ĩ.8.distin.in prin.47.dist.sicut.& 22.q.2.dilectissimis. Et oĩum vnã esse libertatem, ĩ.ea.dist.ius naturale. Et repetere sua, vel nõ repetere. De quo Luc.14.& Mar.10.& 1.ad Corinth.7.trãs. 14.q.1.in prin.& c.ꝙ debet.11.q.1.aliud.de pęn.dist.1.aliud. De quo hic remittit Arch.ad plenè no. per Hu. in prohęmio suæ summæ. [In lege].i.in veteri testõ: & hoc quantũ ad præcepta & prohibitiones: patet, vt no.ĩ.ea.dist.ius aũt. [In euangelio].i.in nouo testõ hr̃. [Quo].s.iure naturali. [Quibus].i. omne ꝙ ff.de triti.vi.& oleo le.l.quidam. [fieri] Eccle.31.c. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso, & sub quo quisque.
3 [Alij inferre] supple, iniustè. Vnde licet hęc † dictio vnde, cõsueuerit exponi, i.à quo, vel ex quo loco, vel ex qua causa, secundum Papien. tñ hic ponitur exemplificatiuè siue declaratiuè s̃m Archid. In euangelio Matth.7. & Luc.6. c. [omnia] scilicet opera misericordiæ, quę hic tantum comprehenduntur, vt ĩ.patebit. [Vultis] exponit glo.i.debetis velle. [Vel faciant] hoc verbum generale est, ff.de verb.sign.l.verbum facere. La.[eadem] idest consimilia. [Facite illis].i.exhibite ꝓximis vestris in suis necessitatibus: & est hoc præceptum, arg. ĩ.86.dist.non satis. sed huiusmodi præcepta ad misericordiæ opera, ad articulos necessitatis, & facultatẽ faciendi referẽda sunt. Nec aliter quis transgressor efficitur s̃m Hu. Item cum determinatione eius quod legitur & no.ĩ.82.dist. in princ.& c.1.[Hæc est enim] exponit glo.i.in his cõsistit. Sic exponitur ibi, s.Eccle.vlt.c.in fin. Deum time, & mandata eius obserua: [Hic est.n.omnis homo] idest ad hoc creatur. Vel expone, i. propter hoc factę sunt. Vel expone, hic est.n.lex & prophetę, i. hoc mãdato adimpleto adimpletur omne pręceptũ legum & prophetarum quo ad morum præcepta. Qui.n.hæc adim-
4 plet, cum sint † de proximo diligendo, qui diligi non põt, nisi Deus diligatur, vt patet de pę.dist.1. ergo.cum 4.c.seq. Ergo totam legem adimplet, i.nullum legis præceptũ trãsgreditur. In his.n. dilectionibus tota lex pendet & prophetæ, s̃m La. Et probatur hoc apertè Matth.22.ad fi.& Luc.10.ante fi.vbi Dñs dicit, ꝙ in his duobus mandatis tota lex pendet & pro-
5 phetæ. ¶ Ex primo nota duo. Primo, ꝙ † humanũ genus regitur duobus, scilicet naturali iure, idest diuino: & moribus, idest iure humano. concor.19. quæst.2. duæ sunt. ¶ Secundo
6 not. † ꝙ præcepta iuris diuini consistunt in his duobus, de quibus hic habetur in litera. De quibus cõsueuerunt ẽt dari ver.
Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi noli:
Sic potes in terris viuere iure poli. Qui ver.no.de sum.tri.& fid. cath.c.1.§.hæc sancta.in 1.glo. & dixi s̃. Epilogum primæ gl. ꝓmissa causa declarat Bartholomęus & intentionẽ suã, quare apparatũ præsentis voluminis assumpserit reformãdum. Gl. [tractaturus] declarat magistri Gratiani processum vsq; ad 15.dist.inclusiuè. Sequens gl. signat cõtraria & soluit. Gl. [sed nõne] obijcit & dupliciter soluit. Gl. nunq̃ recitetur per obiectũ & soluit. Antepe. Gl. obijcit & duplr̃ soluit. ¶ In 1.gl. ibi, [Succurrendũ] 50.dist.vt constitueretur.de iura.cal.cæterũ.ff.de interro.act.l.de ætate.§.ex causa.ff.de ven. inspi.l.j.in prin. Et ibi creatoris, & bene, iuxta consiliũ sapientis, Sapi.3. & Eccle.11.c. Opponitur s̃m gl. & vr̃, ꝙ humanum genus nõ regatur duobus tñ, s.iure diuino & humano, imo alijs duobus, s.summo Pontifice, & catholico Imperatore. Vnde gl. signat ꝯriũ de c.cum duo.ĩ.96.dist. Soluit, ꝙ illis duobus Papa & Principe regitur tãquam auctoribus. Istis verò duobus, de quibus hic dr̃, tanquam ministris. Nam summũ sacerdotiũ per ius naturale, i.diuinum mundũ regit Imperiũ per mores, i.per ius gentium & ciuile. Idem fa.Io.sti. Sicut.n.equus regit, per militem tanq̃ per actorem: & per frenum tanq̃ per ministrum, sic & in his duobus tanq̃ ministris, illi duo vt principales auctores regunt vniuersum. Hinc est, ꝙ iura dicunt, ꝙ parum esset iura condere, nisi essent q̃ illa regere possent. ff.de ori.iu.l.2.§.post originẽ.de elec.vbi periculũ.§.præterea.li.6. & de sta.regu.c.1.§.& qñ.eo.lib. Breuiter ergo dicere possumus, ꝙ ibi dr̃, per quos, vel à quibus: hic vero, q̃bus per quẽ: In eadem.n.ciuitate sub eodẽ Rege duo sunt populi: & s̃m duos populos duæ vitæ: & s̃m duas vitas, duo principatus. & s̃m duos principatus, iurisdictionis ordo ꝓcedit. Ciuitas ecclesia, de cõse.dist.1.ecclesia.& dist.4.est vnitas ciuitas. Rex Christus, qui in suo vestimento & fęmore scriptũ habet, Rex Regum & Dñs dominãtium, Apoca.19. & qui est caput sup oẽm ecclesiam, ad Ephes.1. Et omnis principatus ad Col.2. Duo in ecclesia ordines clericorũ & laicorũ. Duę vitę, spũalis s.& carnalis.12.q.3.duo sunt genera. Duo principatus, sacerdotium videlicet & imperiũ.10.dist.qui idẽ.96.dist.duo. Duplex iurisdictio, diuinũ ius & humanũ. 1.dist.c.1. Redde sin-
7 gula singulis, & conueniẽt vniuersa. Host.tñ † tria genera hominũ distinguere visus est, s.laicorũ, & religiosorũ, & tertium clericorũ seculariũ, quasi mixtũ, q̃a illos oportet dño in diuinis principaliter famulari, & secundario curare, ne possessiones ecclesiasticę pereant. Et idcirco hoc genus hic permixtũ, & permixtã sic vitã ducens permixta scientia indigebat, qua vtrunq; sibi commissum, spũale.s.& tp̃ale rectè posset regere
8 defendere & tueri. Et hoc † est ius canonicũ in pñti Decre.volumine rite & perfectè redactũ. qđ tam ex auctoritatib. veteris & noui testi, q̃ ex dictis sanctorũ patrũ, q̃ ẽt ex legibus secularibus est cõpositũ, vt in ipso patet, & extra de accus.qua-
9 liter & qñ.2. Et † quia humana natura ad malũ semper est ꝓna, & maximè ab adolescentia viri, vt patet 12.q.j.c.1. hinc est, ꝙ quotidie nouas deproperat edere formas. C.de vet.iu. enuclean.l.1.§.sed q̃a diuinę.& in prohęmio Greg.cõpilationis, in prin. & patet hodie in prohœmio cle.in prin. Propter quod dicebat sapiens Eccle.7. Salomon hoc inueni, ꝙ fecerit Deus hoĩem rectũ, & ipse se in infinitis miscuerit q̃onib. Natura ẽt introductũ est, ꝙ plura sint negotia quàm vocabula.
10 ff.de pręscri.ver.l.nõ.n. Idcirco † ad decisiones causarũ emergentiũ alia humana iura sunt postmodũ adinuenta, vt ipsarũ metu humana coerceat̃ audacia, tutaq; sint inter improbos innocentia, ĩ.4.dist.factæ sunt. & vt mali coerceant̃, & boni inter malos quiete viuant, 22.q.5.nõ frustra. & discant hoĩes honestè viuere, alterũ non lædere, & ius suũ vnicuiq; tribuere, vt in præal.prohęmio Greg.cõpilationis post principiũ.& ff.de iusti.& iur.l.iustitia.§.iuris pręcepta. Et vt ne quis auctoritate propria sibi pręsumat sumere vltionẽ. C.de iudęis.nullus.22.q.1.c.1. Idcirco ne ꝓdicta iura inutilia sint & frustrato-
11 riè adinuẽta, creati sunt † cęlitus hi duo supremi principatus: & de q̃bus loquit̃ ꝯriũ. Per quos hmõi iura regant̃.9.dist.qm̃ idẽ.26.dist.cũ ad verũ.& c.duo.& in Auc. q̃uo oportet epos. in princ.coll.1. Quorũ auctoritas continuè necessaria ẽt fore dignoscit̃, vt tam per determinationis opportunę suffragiũ tollant ambigua, lites auferãt, altercationes dirimant, & obscura succidãt, q̃ per suæ culturæ prouidę sarculũ extirpẽt vicia, virtutes inserãt, & excessus corrigãt, moresq; reformẽt, vt patet in præalle.prohę.cle.ver.quia ẽt.& no.Guil.in prohœmio sui Spe.§.sane.& 3.par.de libel.concep.in prin. ¶ Secũdo
12 obijcit gl. † hic dr̃, ꝙ de iure naturali diuino quisq; iubet̃ alij facere qđ sibi vult fieri. Contra, nonne ego volo ꝙ alter det mihi rẽ suã, non tñ ei volo dare rẽ meã. So.dicit gl.expone, ꝙ vult, i.debet velle: & sic exponit̃ ibi, s.super epi.Io.4.c.ꝑ Aug. Habe charitatẽ & fac qđ vis.i.debes velle. Ad quod ẽt facit canon de conse.dist.2. radicata: & no.idẽ verbũ de transa.licet in 7.gl.& ĩ.19.dis.duę sunt: in prin. Sic ẽt exponitur lex.1. ff.de solu.vbi dicit litera, solutũ velit. Quod exponit Accur. i.dẽt velle.& alle.hanc glo. Et rectè sic exponi debet: nã hoc pręceptũ refertur ad opera pietatis & misericordię tm̃ & necessitatis articulos, & facultatẽ faciendi, vt dictũ est s̃. Hic ergo vult dicere, ꝙ sicut vult sibi à ꝓximo benefieri & sibi subueniri, ita & ipse proximo benefaciat, sibiq; subueniat. Non aũt si vult sibi adulari, vel hmõi illicita à proximo sibi fieri, iõ ei dẽt adulari, vel huic simile facere illi, quia hoc non propriè dr̃ velle, sed concupiscere. Nec tunc vere sibi vult aliquid, cũ non ad sui vtilitatẽ, sed in odium animæ suæ vult. Nam s̃m
13 Prophetã Psal.10. Qui diligit iniquitatẽ, odit aĩam suã. † Cõcupiscentia.n.proprie semper in mala significatione ponitur. Vnde dr̃ Exod.22. & Deut.5. Non ꝯcupisces domũ proximi tui, &c. Sed volũtas semp in bono, vt patet hic s̃m Io. de Fa. & vide qđ de hoc no.Arch.post Aug.ĩ.47.di.virũ catholicũ.

¶ Tertio

¶Tertio adhuc obijcit glos.hic dicitur, quòd in lege & in Euangelio prohibetur quisque alij inferre quod sibi nolit fieri: hoc minimè verum est, quia nusquam nec in lege, nec in Euangelio inuenimus hoc expresse prohibitum: quare Gratianus in hoc mendose loquitur. Soluit glo.quòd est verum, quòd non inuenimus hoc directe, sed indirecte per quãdam
14 consequentiam sic: Nam † cum vnum contrariorum præcipitur, per consequens aliud prohibetur, 25. dist. qualis. vbi de hoc. Sicut vbi iudicatur aliquid meum esse, per consequens iudicatur tuum non esse, ff.de procur. Pomponius.§. 2.quod incipit, sed & is. ver.denique.in fi.In contrarijs enim ad positionem vnius sequitur remotio alterius, vt patet.1. ad Corinth.7.32. dist.hospitiolũ.8.q.1. sciendum.& vtrobique de hoc.& de pœn.dist.1.& 2.§.econtrario. & de iureiur. intellecto: & ff.de instit.sed & si pupill.§.pen. & ff.de lega.3. l.vlt.in fi.& in Authen.de man. princ. §.neque autem. coll.3. cum concor.Tu dic, quòd affirmatiuum refertur ad Euangelium Matth.7.de quo hic. Negatiuum verò ad legem veterem: Nam Thobiæ, 4.circa medium scribitur, Quæ ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias. Vel dic,
15 q̃ prohibetur expresse non in lege seu in Euangelio, sed in scriptura † canonica, quæ diuinæ legis nomine comprehenditur, vt dictum est supra, vt patet 45.distin. licet plerique. in fi.50.dist.ponderet, in prin.2.q.1.c.primo.& q.6. de cętero.in fi.& de maio.& obedié.dilecti. secundùm Hug. & Lau.

¶Quarto & vltimo circa hoc obijcitur adhuc, sed nonne iudex vult inferre mortem reo, & tamen sibi non vult mor-
16 tem inferri? So.dic, q̃ † iudex ipse non infligit mortem, sed lex potius, cuius auctoritate infligit, & cuius in hoc est minister, vt patet 23.qõ.5.princeps. cum concor. & primæ ad Corinth.4. c.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Vel aliter dic, q̃ hęc omnia intelliguntur † de operibus misericordiæ, ad quæ quilibet tenetur, vt legi.& not.80. distin.& satis dictum est supra
17 in obiectione secunda: quæ quidem misericordia non est eatenus intelligenda, vt per iudicem peccandi relaxetur impunitas, sed vt delinquenti correctio & naturæ subsidium ministretur, vt innuit Apostolus ad Galathas 6.& habetur trãs. 23.q.4.§.præcepta.& c.est iniusta.cum duob.c.se.

¶Expeditis contrarijs, quæro primo circa hoc principiũ, inquantum dicitur, q̃ humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & q̃ exponit glo.i.diuino. Sub quo dicebam comprehendi vetus & nouum testamentum, an lex
18 † diuina, vetus, & noua sint diuersæ species legum, an verò sint vna & eadem lex tantum. Differt tamen vetus & noua in hoc, quia diuina vetus continet iustitiam imperfectam in determinatione mali gratia non saluante. Sed noua perfectam iustitiam sine comparatione malitiæ saluante gratia, vt innuit Apostolus ad Rom.10. c.propter quem dicebat alibi ad Titum, 3. Cum autem apparuit benignitas & humanitas Dei saluatoris nostri non ex operibus iustitiæ quæ fecimus, secundùm suam misericordiam nos saluos fecit. Et ad Ro.5. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatum per mortem,ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. Differunt etiam inter se ex parte causarum, & primo ex parte causæ efficientis, quia diuina vetus per Moysem data est, sed noua per Christum,Ioan. 1.c.trans.de pœni.distin.1.libenter.de purga.post par. c.vno. Secundo ex parte causæ materialis,quia vetus continet multa præcepta ceremonialia & sacramentalia insufficientia, de quibus Deutero.22.trans.infra distin.6.§.his ita. de electi. cũ causam. Sed noua,spiritualia, & sacramenta perfecta,de quibus Matthæ.22.& patet ex his quæ leguntur & notantur, de consec.distin.4. sicut in sacra. ¶Tertio, quia ex parte cau-
19 sæ formalis, quia † vetus data fuit per modum timoris & sub comminatione pœnarum, vt patet Exod.20. Leuiti.24. sed noua per modum benignitatis, & sub promissione cœlestiũ, vt patet Matthæi, 5. & Lucæ, 6. c.de quibus omnibus trans. legitur 23.q.4.§.ex his omnibus. ¶Quarto ex parte causæ finalis, quia vetus promittebat solum temporalia, licet sub eorum figura mistice intelligerentur spiritualia, vt legitur Deutero.6. Dabo tibi terram lacte & melle manantem. Sed noua, spiritualia & æterna specifice. Vnde Matthæi,19.in fi. scribitur: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit; vt hæc trans.leguntur de celebra.miss. cum Marthæ. §. centum.de his etiam legitur & no.de consti.transla. in penul.
20 glo.Secundo quæro, † an istud ius naturale, de quo hic loquitur Gratianus, sit vnum apud omnes. Et quidam argumento huius litteræ volunt dicere q̃ non: cùm hic dicat, q̃ ius naturale est, quod in lege & in Euangelio continetur: sed hoc non est commune omnibus, quia, vt dicit Apostolus ad Rom.10.ad fi.sed non omnes obediunt Euangelio. ergo videtur, quòd hoc ius naturale non sit vnum apud omnes. Ad quod est dicendum 2.Cor. vt dicit hic Archid. q̃ istud, q̃ hic dicitur, non est sic intelligendum, quasi omnia, quæ in lege & in Euangelio continentur, sint de lege naturæ. Nã multa sunt & traduntur ibidem, quæ sunt supra naturam: vt Christum de Maria virgine natum, vt legitur Isay.7. c.Matthæi 1.in fi.trans.35.q.10.fraternitatis,post prin. Et tamen licèt istud sit supra naturam & contra rationem, tamen congruit religioni, id est fidei hoc credere, vt patet 27. qõ.1.§. cum ergo. & de consecr.dist.2.reuera.ad fi.& no.j.di.1.consuetudo, in 3.glo.Vnde cùm hic Gratianus dixisset ius naturale est, quod in lege & in Euanglio continetur, statim notanter exemplificando subiunxit, Quo quis iubetur alij face-
21 re,qd̃ &c. vt in littera continetur. ¶Tertio † quæro,hic dicitur, genus humanum regi etiam moribus, q̃ exponit glo.i. consuetudinario iure. Et sic præsupponit glos.mores & consuetudinem esse. Quæro, an hoc sit verum: Et est dicendum quod non, quia hoc nomen moribus, sumitur pro frequentibus actibus hominum, ex quibus consuetudo insurgit. Sed postquam ex huiusmodi moribus & frequentibus actibus sunt completa legitima temporis curricula, dicitur
22 consuetudo. Est enim differentia inter mores & consuetudinem, quia † nomen mos sumitur generaliter pro iure non scripto. Et hoc nomen consuetudo, generaliter pro iure scripto, & non scripto, vt not.infra distin.1. mos est.in 2.glo. Et secundùm hoc mos & cõsuetudo prout sunt nomina iuris, se habent vt pars & totum. Nam omnis mos est consuetudo, sed non conuertitur: sed prout sunt nomina qualitatis, satis videntur idem mos & consuetudo, vt patet infra distin.1.§.cum ita.scilicet qualitas vel habitus mentis, seu animi, quo quis inducitur ad hoc vel aliud faciendum. Et si ad bonum, est virtus. Si ad malum, est vitium. Et hoc reconditur in medullis hominum, de pœn. distinct.2. cap.1. Vel qualitas mentis proueniens ex actibus iteratis. Quilibet enim actus post primum, vt dicatur consuetudo, id est actus consuetus, debet esse consimilis primo, & qui alia vice præcesserit, vt patet 25.q.2.ita nos.C.de episc.aud.l.3. Vnde vt dicunt quidam, mos est, quod in ciuitate fieri solet: vel lex quædam viuendi nullo vinculo astricta, sed tantum vsu ciuitatis retenta, siue lex non scripta. Vel secundum Isid.lib.5. ethymologiarum, 3.cap.mos est consuetudo vetustate probata. Vel secundùm Pap. & Hugo. in deriuat. mos est lex non scripta. Mos enim moris, vt dicit ibi, est consuetudo. Vt talis mos est in Hyspania, id est talis consuetudo, & iste sequitur morem tuæ patriæ, id est consuetudinem. Alij volunt sic distinguere inter morem & consuetudinem: quia dicunt morem esse, quod in vno vel paucis cępit: consuetudinem, quæ in plerisque: & legitur cap.1.distin.2. Mos autem est longa consuetudo, scilicet plurium tracta de moribus, scilicet paucorum, secundùm Ioan.

¶Quarto & vltimo quæro, hic in fi. text.innuitur, quòd his duobus præceptis adimpletis, de quibus hic dicitur, adimpletur omne aliud præceptum legis & prophetarum. Quomodo hoc, cùm multa sint alia legis præcepta præter hoc, vt patet Exodi, 20.& Deutero.5. & ex his quæ legũtur & not.32.q.7. q̃ in omnibus.in 2.glo. Ad hoc est dicendum, vt supra tetigi, q̃ istud est ideo, quia hæc duo præcepta respiciunt principaliter dilectionem proximi, qui vere & recte diligi non potest nisi diligatur etiam Deus, quia Deum diligere est etiam diligere proximum,quem in se censuit diligẽdum, & in ipso amore seruare legitimum modum, nec dilectionis ordinem peruertere, vt scribit Prosper in libro de vita contemplatiua: & post eum habetur infra de pœn.distin. 2. ergo, ad fi. Ergo his duobus adimpletis, veram charitatem habet, & sic totam legem adimplet, vt dicitur in præ-
23 alleg.cap.in princ.& in cap.charitas est, vt videtur: hæc † est enim charitas Dei,vt mandata eius custodiamus,vt scribitur 1.Io.5.cano.vnde Grego.mentem,quam charitas inhabitat, superbia non inflat, inuidia non deuastat,auaritia non excecat,ira non infestat,accidia nõ vexat,luxuria non inquinat,& gula nõ ,puocat:& Apost. 1.ad Thim.1.c.Finis autem præcepti est charitas: & Cassiodorus 5.Bart.40.a.Illa vere vita est hominis, quæ iuris ordine continetur.Azo.

REPETI-

REPETITIO
IN CAP. ERIT, DISTINC. IIII.

Celeberrimi I.V.C.D. Sebastiani Medices Florent. Equitis S. Stephani, & Protonot.Apost.

SVMMARIVM.

1 *Legem aliquam poni ab hominibus an fuerit vtile.*
2 *Legis intentio est vt homines fiant boni.*
3 *Omne violentum triste.*
4 *Leges ad quem finem sint factæ.*
5 *Causæ septem promulgationis legis.*
6 *Legis qualitates plures.*
7 *Lex omnis in ratione consistit.*
8 *Iustitia est pars æquitatis.*
9 *Lex scripta diuiditur contra consuetudinem.*
10 *Necessarium dupliciter dicitur.*
11 *Legis definitio ponitur.*
12 *Iustum dicitur & quod est rectum.*
13 *Homo est animal politicum.*
14 *Lex conuenire debet loco, & tempori.*
15 *Error paruus in principio maximus in fine.*
16 *Lex ordinatur ad bonum commune.*
17 *Vtilitas cum honestate est requirenda.*
18 *Præcepta legis quæ sint.*
19 *Honestum vtrum differat ab vtili.*
20 *Diuitiæ sub bono vtili continentur.*
21 *Vtile nihil est, quod non sit honestum.*
22 *Ius non est nisi sit iustum.*
23 *Ius an sit obiectum iustitiæ.*
24 *Nomina ad quid imponantur.*
25 *Eorum quæ sunt artis existunt in mente artificis.*
26 *Iustitia æqualitatem importat.*
27 *Lex impossibilis non obligat.*
28 *Homo quilibet an teneatur obedire legi.*
29 *Iusto non est imposita lex.*
30 *Homo quilibet subditur alicui potestati.*
31 *Violentum contrariatur voluntati.*
32 *Lex quomodo non dicatur iusto imposita.*
33 *Lex Spiritus sancti est superior omni lege.*
34 *Princeps quomodo dicatur solutus legibus.*
35 *Iura sanguinis nullo iure dirimi possunt.*
36 *Lex imitatur naturam.*
37 *Lex positiua an deriuet a l.naturali.*
38 *Ius positiuum diuiditur a iure naturali.*
39 *Lex naturæ est eadem apud omnes.*
40 *Ratio omnium legum assignari non potest.*
41 *Lex non est quæ iusta non fuerit.*
42 *Lex non omnium.quomodo intelligatur.*
43 *Lex debet conformari cum consuetudine patriæ.*
44 *Lex abrogatur per contrariam consuetudinem.*
45 *Lex an per consuetudinem tollatur.*
46 *Bonum vnum non fit ex multis malis.*
47 *Lex conditur ab habente publicam authoritatem.*
48 *Mos populi pro lege habetur.*
49 *Omnis lex proficiscitur a ratione.*
50 *Lex naturalis procedit a voluntate diuina.*
51 *Leges humanæ in casibus deficiunt.*
52 *Multitudo hominis duplicis conditionis esse potest.*
53 *Lex statuitur habita ratione loci, & temporis.*
54 *Legislator ad quæ respicere debet.*
55 *Forma non sumit rationem a materia.*
56 *Necessaria quare lex esse debeat.*
57 *Lex humana an debeat omnia vitia cohibere.*
58 *Legislatoris intentio est ciues facere virtuosos.*
59 *Lex humana a lege naturali deriuatur.*
60 *Lex humana inducit ad virtutem gradatim.*
61 *Lex inutilis abijcitur.*
62 *Lex humana an præcipiat omnes actus virtutum.*
63 *Lex ordinatur ad bonum commune.*
64 *Lex debet esse manifesta.*
65 *Lex naturalis habet legis rationem.*
66 *Lex obligat ad aliquid agendum, vel non agendum.*
67 *Lex extenditur ad futura.*
68 *Legis definitio.*
69 *Promulgatio præsens quomodo extendatur ad futurum.*
70 *Priuilegium est lex priuatorum.*
71 *Lex vtrum semper ordinetur ad bonum commune.*
72 *Lex æterna verè lex dicitur.*
73 *Iudicandum an sit semper secundum leges scriptas.*
74 *Legi standum est etiam si ipsa dura videatur.*
75 *Iudex non debet transgredi consuetudinem.*
76 *Iudex punitur si pœnam legis transgreditur.*
77 *Iudex minuens pœnam eandem pœnam incurrit.*
78 *Pœna a lege statuta ex causa minui potest.*
79 *Ex causa recedimus a regulis iuris com.*
80 *Princeps ex causa potest auferre ius alteri quæsitum.*
81 *Iudex non tenetur exprimere causam in sententia.*
82 *Causę mulctæ quibus minuatur pœna legis.*
83 *Iudex pœnam legis,consuetudinis, vel statuti minuere non potest.*
84 *Delinquens in omittendo mitius punitur quàm in faciendo.*
85 *Vbi vertitur periculum mortis pœna minui potest.*
86 *Vbi multitudo est in delicto mitius agitur.*
87 *Pœna minuitur vbi alij ad meliorem frugem traherentur.*
88 *Merita delinquentis, vel suorum faciunt minui pœnam.*
89 *Artifex excellens excusatur a delicto.*
90 *Bonis moribus moratus mitius punitur.*
91 *Euentus fœlix facit minui pœnam.*
92 *Mitius punitur qui clam, quàm qui palam deliquit.*
93 *Puniri non debet delinquens cum ex eo innocens condemnaretur.*
94 *Pœnitens statim de delicto commisso mitius punitur.*
95 *Vulnerans aliquem lethaliter, si ab alio vulneratus fuerit occisus, primus delinquens non tenetur de homicidio.*
96 *Duo si se inuicem vulneraucrint nec cõstet quis sit aggressor nemo punitur.*
97 *Consuetudo praua excusat a delicto.*
98 *Carceratus diu mitius punitur.*
99 *Attentatum delictum minus punitur quam consummatum.*
100 *Coactus ad delinquendum mitius punitur.*
101 *Pauper mitius punitur quam diues si causa paupertatis deliquerit.*
102 *Nobilis mitius punitur quàm ignobilis.*
103 *Confessus crimen sponte mitius punitur,quàm conuictus.*
104 *Delictum commissum post longum tempus mitius punitur.*
105 *Delinquens si post delictum efficiatur bonus mitius punitur.*
106 *Præsumptionibus condemnatus leuius punitur,quàm probationibus.*
107 *Filios plures habens mitius punitur, quàm alius.*
108 *Amicorum causa delictum commissum facit,vt mitius agatur.*
109 *Compaternitatis causa pœna minuitur.*
110 *Consulens consanguineo pietate motus mitius punitur.*
111 *Filium suum deferens iudici mitius punitur.*
112 *Intercedens pro alio mitius agitur cum illo.*
113 *Amicitię causa iudex potest minuere pœnam.*
114 *Pœna minuitur vbi fuit dolus minor.*
115 *Simplicitate peccans excusatur.*
116 *Mulier mitius punitur, quàm masculus.*
117 *Senex leuius punitur quàm in ætate virili constitutus.*
118 *Casus criminis facit,vt recedatur a pœna iuris.*
119 *Casus emergens facit recedi a pœna iuris.*
120 *Appellationem tollit sceleris magnitudo.*
121 *Accusare prohibiti de iure admittuntur propter sceleris magnitudinem.*
122 *Conscius criminis admittitur in testem ob grauitatem delicti.*
123 *Procedi potest ad specialem inquisitionem propter immanitatem criminis.*
124 *Torqueri potest omni die ob grauitatem delicti.*
125 *Excarcerari non possunt captiui detenti ex causa atrocissimi delicti,licet sit datum arbitrium excarcerandi.*
126 *Sententia executioni demandatur ob atrocitatem criminis infra tempus ad appellandum.*
127 *Aduocatus denegatur accusato ob atrocitatem criminis.*
128 *Exequi potest sententia omni die ob atrocitatem delicti.*
129 *Interficere potest aliquem quis ob magnitudinem delicti.*
130 *Capi quis potest a priuato ob magnitudinem delicti.*
131 *Accusator non probans atrocissimum delictum non dicitur calumniari.*
132 *Diffamatus ob grauitatem delicti a beneficio,& officio suspendi potest.*
133 *Furiosus ob grauitatem delicti punitur pro delicto commisso ante furorem.*
134 *Iuramentum interdum defertur auctori ob grauitatem delicti,quod alias non deferretur.*
135 *Mortui quando accusari, & condemnari possint.*

Ntequam accedamus ad interpretationem capituli, erit, 4.distin. in quo ponuntur omnes qualitates essentiales legis, vnum præmittendum est. Vtrum scilicet fuerit vtile aliquas † leges ab hominibus poni.
1 ¶Ad quod videtur dicendum, quod non. Primo, quia intentio cuiuslibet legis est, vt per eas homines fiant boni; sed ho-
2 mines † magis inducuntur ad bonum voluntarij, quàm coacti per leges, ergo non fuit necessarium leges ponere.

3 ¶Secundo leges † non ponuntur nisi vt homines trahantur ad bonum, intentio cuiuslibet legislatoris est, vt ciues faciat bonos, vt dicitur 2. Ethicor. Nunc autem hoc magis erit per monitiones voluntarias, quàm per tractus violentos. Omne enim violentum triste dicitur, secundo Rethoricę. Natura autem maximè videtur fugere triste appetere autem delectabile, vt dicitur quarto Ethic. ergo &c.

¶In oppositum est text. præs. cap. qui est B. Isido. 5. Ethymol. capit. 20. factæ † sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audatia tutaque sit inter improbos innocentia. ead. dist. 4.

¶Item August. epist. ad Maced. Non inutiliter metu legum humana coercetur audacia, vt tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis, dum formidato supplicio frenatur facultas, inuocato Deo sanetur infirmitas. Sed hæc maximè sunt necessaria humano generi, ergo necessarium fuit ponere aliquas leges hominibus.

¶Respond. necessarium fuit imponere leges aliquas hominibus. Pro cuius conclusionis probatione notandum cum S. Thom. in 2.2.q.95.art.1. quod homini naturaliter inest aptitudo ad virtutem, sed ipsa virtutis perfectio necesse est, quod homini adueniat per aliquam disciplinam, sicut etiam videmus, quod per aliquam industriam subuenitur homini in suis necessitatibus, puta in cibo, & vestitu, quorum initia quædam habent a natura, scilicet rationem & manus, non autem ipsum complementum sicut animalia, quibus natura dedit sufficiens tegumentum & cibum. Ad hanc autem disciplinam non de facili inuenitur homo fieri sufficiens, quia perfectio virtutis præcipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus ad quas præcipue homines sunt proni, & maximè iuuenes circa quos efficacior est disciplina. & ideo oportet, quod huiusmodi disciplina, per quam ad virtutem peruenitur, homines ab alio sortiantur. & quidem quantum ad illos iuuenes, qui sunt proni ad virtutem ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel magis diuino munere sufficit disciplina paterna, quæ est per monitiones, sed quia inueniuntur quidam proterui, & ad vitia proni, qui verbis de facili moueri non possunt, necessarium fuit, vt per vim, & metum cohiberentur a malo, vt saltem sic malefacere desistentes, & alijs quietam vitam redderent, quod ipsi tandem per huiusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur, & voluntarie facerent, quæ prius metu implebant, & sic fierent virtuosi: huiusmodi autem disciplina cogens metu pœnæ est disciplina legum. Vnde necessarium fuit per pacem hominum, & virtutes, vt leges ponerentur, quia sicut Philosophus dicit in 1. Politic. cap. 2. sicut homo si sit perfectus virtute, est optimum animalium, sic si sit separatum a lege, & iustitia est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad expellendas concupiscentias & seuitias, quæ non habent alia animalia. Durandus verò in tractatu suo de legibus, hanc necessitatem legum sic breui compendio deducit dicens, quòd in legibus est duo considerare, scilicet ipsam directionem & ligationem ipsam, vbi aliquis venit contra legem delinquendo. Nam quod homines non faciant, quæ sunt facienda, vel faciant, quæ facienda non sunt, potest contingere duplici de causa, vel propter errorem, qui se tenet ex parte rationis; vel principalius propter malam electionem se tenentis ex parte voluntatis. Nunc quantum ad primum vtile fuit legem ponere, vt prætextu ignorantiæ nullus posset se excusare in delictis. Est enim conueniens, quod illi, qui non ad plenum participant vsum rationis, dirigantur in actibus suis per leges datas a perfectioribus, & sic vtile fuit dare leges hominibus quantum ad directionem, quam in se continent.

¶Secundo sunt necessariæ quantum ad punitionem quã ordinant contra delinquentem. quoniam sermones persuasiui qualicunque etiam ratione fulciti, non sunt potentes mouere quoscunque ad bonum, vnde quidam vt dicit Philosophus 4. Ethic. magis obediunt necessitati, id est, coactioni & iacturæ pœnæ, quàm sermoni instruenti de bono. vbi etiam considerandum, vt dicit Hostien. Septem sunt
5 causæ promulgationis legum. Prima est, vt † appetitus noxius sub iuris regula limitetur, vt in prooemio Decretalium. Secunda, vt humana audacia coerceatur, vt in cap. 1. 4. dist. Tertia, vt oppressus compatiatur. 1. qõ. 2. quoniam pio. Quarta, vt mota negotia terminentur. in Authen. vt fac. nou. consti. in princip. coll. 5. & de dolo & contu. finem litibus. Quinta, vt occurreretur laboribus & expensis partium, vt ibidem. Sexta, vt discordia euitetur, & fraudibus occurratur. extra de elect. quia propter. & rescript. nonnulli. Septima, vt metu pœnæ boni meliores spe præmiorum fiãt. ff. de iusti. & iure. l. 1.

¶Ad rationes in contrarium dicendum, ad primam dicitur, quod homines bene dispositi melius inducuntur ad virtutem monitionibus voluntarijs, quàm coertione, sed quidam è contra sunt ita male dispositi, vt non induantur ad virtutem, nisi cogantur. Ideo necesse fuit leges imponi, quæ etiam cogerent ad virtutem. Ad secundam dicendum, quod licet legibus huiusmodi coactiuis, & per pœnas delinquentes punientibus sit graue & triste operari secundum legem, tamen in processu temporis erit delectabile, & si nolint viuere tandem secundùm legem, debent exterminari ne bonis noceant. & iuxta hoc loquitur Aristo. 4. Ethico. dicens, Quod inobedientibus oportet pœnas & punitiones apponere, insanabiles autem totaliter exterminare de ciuitate.

¶Nulla lex est, nullusq; canon in toto corpore iuris, qui habeat materiam tam amplam, sitq; adeo magistralis quam cap. præsens, quod modo interpretandum sumpsi, cum in eo comprehendantur omnes qualitates requisitæ in legibus cõdendis, ideo pro viribus singula eius verba ad mentem authoris explananda decreui.

¶Dicit ergo Isidorus lib. 5. Ethymo. c. 21. cuius verba sunt in c. erit. 4. dist.

6 ¶ *Erit autem † lex honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam, secundùm patriæ consuetudinem, loco, temporiq; conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate scripta.*

¶Non diuiditur iste textus, cum vnica periodo verborum claudatur, nec minus summatur, quia breuius reduci non potest, neque in eo ponitur figuratio casus cum rationibus dubitandi & decidendi ad illum, cum in eo tradantur principia artis, & præcepta condendi leges in vniuersali; ideo istis omissis, quia a generalibus est inchoandum. §. his igitur. Institu. de iur. nat. gent. & ciuili. primo videndum vtrum Isidorus cõuenienter qualitatem legis condendæ describat.

¶Et videtur dicendum, quod non, quia dicitur in cap. consuetudo. 1. distinct. in §. porro. ibi, Porro si ratione lex
7 constat: lex erit omne, † quod iam ratione constiterit dumtaxat, quod religioni conueniat, quod disciplinæ congruat, quod saluti proficiat: ergo superflue postmodum qualitates legis multiplicat.

8 ¶Secundo iustitia † est pars æquitatis, seu honestatis, vt Tull. dicit primo de officijs: ergo postquam dixerat honesta, superflue additur iusta.

9 ¶Tertio, lex scripta secundùm † Isido. diuiditur contra consuetudinem, vt in cap. lex est. dist. 1. ergo non debuit in diffinitione legis poni, quod esset secundùm consuetudinem patriæ.

10 ¶Quarto, necessarium † dupliciter dicitur, scilicet id quod est necessarium simpliciter, quod impossibile est aliter se habere, & huiusmodi necessarium non subiacet humano iudicio, vnde talis necessitas ad legem non pertinet. est etiam aliquid necessarium propter finem, & talis necessitas idem quod est vtilitas. ergo superflue vtrumque ponitur, scilicet necessaria & vtilis.

¶In oppositum est text. psæs. cap. qui est authoritas beati Isidori 5. Ethym. c. 21.

¶Respon. dicendum, quod conuenientissime beatus Isidorus in authoritate præfata ponit qualitatem condẽdæ legis, vbi aduertendum est; quod in prædicta qualificatione legis nouæ includi videntur cõditiones, siue proprietates quas lex licita & bona debet habere. Pro quo sciendũ est, Primo quod cũ lex humana nõ possit eẽ regula prima simpliciter, oportet quod sit regula regulata, & mensurata quadã alia regula superiori. Omnis aũt res, q̃ ad alia cępit rectitudinis suę normã ad hoc, quod actu sit recta, oportet formã habere ꝓportionabilẽ suæ regulę. Superior aũt regula, q̃ est mẽsura legis humanę, est duplex. s. lex diuina, & lex naturę, dicente Tull. ĩ Philip. 2. Lex
11 nihil † aliud est q̃ recta rõ & a numine Deorum tracta imperãs honesta & ꝓhibens contraria. Ad hoc ergo qđ lex humana sit licita & sit bona oportet primo ꝙ sit cõformis, & ꝓportionabilis legi diuinę, & ad hoc refertur prima cõditio posita cũ dicitur honesta. i. cõueniens religioni, q̃ teste Tul. de natura Deorum, est, quæ cuidam naturæ, quam diuinam vocant, curam cerimoniamque adfert. & ibidem est, per quam reuertenti famulatu ceremonię diuini cultus exercentur. Secundo, etiam requiritur, quod non discordet etiam a lege naturali, & huiusmodi gratia additur, quod sit iusta, sicut enim dicit D. Augu. lib. 1. de lib. arb. In rebus humanis dici-
12 tur aliquid iustum ex eo, † quod est rectum secundùm regulam rationis, quæ vere dicitur lex. vnde si a naturali lege discordat non dicitur lex, sed corruptio legis. & ideo vt idem dicit Aug. & ponitur in decreto 10. dist. cap. constitutiones. constitutiones ecclesiasticę, vel seculares si naturali iuri contrariæ probantur sunt penitus excludendæ. Sed tertio requiritur adhoc quod lex sit valida quod emanet ab habente authoritatem condendi eam; alias nullius esset roboris; ac firmitatis, quoniam nullam vim obligandi ad sui obseruantiam lex habet, nisi ab habente potestatem in re illa, de qua lex constituitur, & emanat. ceterumque teste Aristo. 10. Met. mensuram oportet homogeneam esse, id est proportionatam & aptam mensurato. & 4. Polit. oportet aptare leges politiæ, & non ècontra, oportet leges commensurari & proportionari his, quibus imponuntur, sicut alia lex ponenda est uiris, & alia pueris. Additur tertia proprietas legis, scilicet quod sit possibilis secundùm naturam, id est tam facultati agentis quam capacitati naturæ patientis, vt enim regula iu-
13 ris habet, ad impossibile nemo obligatur. † Præterea, quia homo cum naturaliter sit animal politicum; & ciuile, idest politicorum non potest solus viuere, ideo oportet, quod lex humana consuetudini & moribus hominum conformetur, cum quibus viuere debet, alias diuersitas studiorum causaret inter eos diuersitatem animorum. Ideo recte additur quarta conditio, videlicet, quod sit secundùm consuetudinem patriæ.

¶Amplius cum lex humana pręcipue fundetur super expedientiam publicam; ordinatur enim ad bonum commune, vt infra dicetur, expediunt enim aliqua reip. vno tẽpore, & vno loco, quæ non alio vt ipsa rerum experientia demonstrat, ideo requiritur, quod lex humana sit debitis circũstantijs vestita. & huiusmodi gratia additur quinta conditio,
14 videlicet quod sit † loco temporique conueniens. Demum quoniam lex humana in rep. habet officium artis medicinalis in corpore animalis, scilicet purgare malos humores, ratione cuius Arist. dicit 1. Rethoricę, quod in legibus consistit salus ciuitatis, ad hoc quod lex humana sit licita, siue bona requiritur, quod sit expediens, sit sufficiens ad purgationem malorum de republica. ideo sexta conditio additur, scilicet, quod sit expediens. consequenter cum finis legum sit vtilitas publica, oportet hac ratione, quod lex sit expediẽs ad consecutionem bonorum reipublicæ aliquo modo, & ideo septima additur conditio quod sit vtilis.

¶Item cum lex humana detur in directorium, & quasi lucerna secundùm illud Prouerbiorum 6. Mandatum lucerna est, & lex lucis, & via vitæ necessaria: requiritur, quod lex sit manifesta, ne aliquis propter eius obscuritatem cadat in errorem & interdum credens facere secundùm legem faciat contra legem. Nusquam enim magis vitandus est error quàm in principijs, siue in his quæ locum regulæ habent, quoniam vt dicitur in 1. cœli & mundi, paruus error in prin-
15 cipio maximus fit in fine. & huius gratia ponitur † cõditio, scilicet quod sit manifesta.

¶Vltimo cum lex ordinetur ad bonum commune nõ debet ad commodum alicuius priuati, sed pro omnium communi vtilitate conscribi, aliter enim lex non potest esse recta
16 & regalis, † sed peruersa & tyrannica, quia sicut Rex differt a tyranno, quia Rex dicitur, qui recte agit, & intendit bonum commune: Tyrannus vero, qui peruersè principatur, & intendit proprium & priuatum commodum, si lex recta & regia dicitur, in qua intenditur bonum commune. lex verò tyrannica & peruersa, in qua proprium: & ideo hæc vltima, scilicet nona conditio ponitur; quod nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate, &c.

¶Quibus sic declaratis, dicendum est ad rationes. Ad primam dicendum, quod ad illas tres conditiones legis, quas primo posuit, videlicet quod religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat, reducuntur omnes istæ, quas nunc ponit distribuendo qualitates cõdendæ legis, & ita licet magis hic explicet conditiones legis, non tamen superflue aliquid ponit, quod enim dicitur honesta, refertur ad hoc, quod religioni congruat. Quod autem subditur; quod sit possibilis, & iusta secundùm naturam, secundùm cõsuetudinem patriæ loco temporique conueniens, additur ad hoc quod sit conueniens disciplinæ. Quod autem subditur necessaria vtilis, refertur ad hoc quod expediat saluti, vt necessitas referatur ad remotionem malorum, vtilitas ad consecutionem bonorum, manifesta vero ad cauendum nocumentum, quod ex ipsa lege posset prouenire. & quia lex ordinatur ad bonum commune, ideo hoc in vltima parte determinationis ostenditur, cum dicitur nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium conscripta.

¶Ad secundum patet responsio ex iam dictis. hic enim Isid. capit iustum in alio respectu, quàm honestum. honestum enim refert ad religionem, vt dictum est, iustum autem prout congruit disciplinę, humana autem disciplina maximè attenditur quantum ad ordinem rationis, & hoc importatur in hoc quod dicitur iusta.

¶Ad tertium dicendum negãdo consequentiã: licet enim ex hoc distinguantur lex & consuetudo, non posset cadere in diffinitionem legis in recto. Nihilominus tamen potest cadere in diffinitionem in obliquo sicut ponitur hic.

¶Ad quartum respondetur, negando consequentiam, quoniam necessarium, & vtilitas referuntur ad diuersa, necessarium enim refertur ad remotionem malorũ, vtilitas vero ad cõsecutionem bonorum, & ita patet quod nihil superflue ponitur in dictis verbis beati Isidori.

¶Quibus ita suppositis deueniendum est modo ad materias Glossarum, quæ ita se habent vt infra videlicet.

1 ¶Honesta, quia in iure nõ tam desideratur iustitia quam honestas. 35. q. 3. porro.

2 ¶Iusta. Aliter enim non est vis, nisi iustum sit, vt supra dist. 1. ius generale.

3 ¶Possibilis, quia † si de impossibilitate legis quis transgrederetur frustra imputaretur ei ad pœnam, vt 15. q. 1. non est. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & ff. quando appellan. sit l. 1. §. dies autem istos.

4 ¶Secundum naturam, † idest naturalem rationem supra dist. 1. consuetudo.

5 ¶Secundum patriæ consuetudinem. † Quia si est contra consuetudinem inhabitantium, per cõtrariam consuetudinẽ abrogatur, vt in eod. §. leges. & c. statuimus. Item quia consuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. signi. abbate. ff. de legib. cum de consuetudine. & l. si de interpretatione.

6 ¶Loco. † Quia aliquibus in locis aliqua statuuntur quæ alibi non reciperentur, vt in 31. dist. ante. & c. aliter. Item in iure constituendo consideranda est vicinitas locorum, vel remotio, vt 63. dist. cum longe.

7 ¶Temporiq;. † Omnia enim debent cõuenire suis tẽporibus, vt 23. q. 4. si ecclesia. & 2. q. 1. si peccauerit.

8 ¶Necessaria. † Quia non nisi instante necessitate ius statui debet, vt 29. dist. regulæ.

9 ¶Vtilis, † quia inutilis esset abijcienda. 68. dist. corepiscopi. 12. dist. omnia.

10 ¶Manifesta. † 4. q. 9. non in testibus.

11 ¶Captionem. † Ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam. 27. q. 1. de viduis Ioan.

12 Priuato. † Tunc enim esset priuilegium.

17 ¶Circa primam † glo. huius textus in quantum dicitur, quod in iure non tam desideratur iustitia quam honestas concor. ad conc. Trid. Sess. 24. c. iustitiæ. de reform. hoc enim ius ab omni debito recipiendum est. l. quod ex libera. C. de oper. libert. cum sit vnum ex tribus legum præceptis, honeste viuere. l. iustitia. ff. de iustitia & iure. §. 1. Instit. eodem titu. vnde dicitur lex est sanctio sancta iubens honesta prohibensque contraria, vt dixi in tracta. de leg. & stat. p. 3. quæst. 8. nume. 5. in cunctis igitur negotijs requiritur honestas. Ampl. primo hoc dictum procedere in matrimonijs contrahendis. l. semper. ff. de ritu nupt. Secundo ampl. in iuramento fidelitatis. c. de forma. 22. q. 5. Tertio ampli. in voto. cap. magnæ. de voto. Quarto in lege, vt dicitur hic in præsent. cap. quinto, vt etiam fiscus teneatur sequi, quod est honestum, vnde ei retractare non permittitur propter honestatem. l. vltima. C. ne fiscus rem quam vendidit lib. 10. Sexto nec actio furti datur viro contra vxorem, vel è conuerso propter honestatem. l. si quis vxori; in principio. ff. de furt. l. fina. C. eodem titulo, l. ex damni infecti. ff. de damno infecto. Septimo ampl. in contra-

ctibus in quibus semper non solum quod liceat considerandum est, sed & quod honestum est,l.semper.ff.de regul.iur.l. non omne.ff.eod.titu. Octauo ampl.vt causa honestatis dicatur grauis,Soc.Iun.in consi.39.num.45.volum.2.vnde honestum præfertur vtili & diuitijs,glos.in cap.ad conditorem, vers.honoris.de verbo.signifi.dixi ego in opuscu.3. num.18. post tract.de sepult. & defenditur sicuti vita Iodoc.in praxi crim.cap.29.num.4.vnde honestas excipitur ab omni dispositione generali.Bald.in l.si cui.num.2.ff.de seruit.& impossibile dicitur quod honeste fieri nequit,glo.in l.vulgo.ff.de his qui sunt sui, & multa licent honoris seruandi causa, quæ alias minimè licerent, Aug. Ber. in Rubr. de vsur. num.61. ideo quod honestum est dicitur necessarium. l.in eadem. l.necnon.§.fina.ff.ex quibus caus. maior. cuius causa recedimus a proprietate sermonis,not.in l.nepos.ff.de verborum signific.

¶Verum quia in textu dicitur quod lex debet esse honesta & vtilis, vt patet in littera.

19 ¶Quæro,† vtrum honestum differa t ab vtili & delectabili?

¶Ad hoc videtur dicendum quod non: dicitur enim honestum quod propter se appetitur. Sed delectatio propter se appetitur. ridiculum enim videtur quærere propter quid aliquis velit delectari, vt Philosophus dicit in 10. Ethi. ergo honestum non differt a delectabili.

20 ¶Secundo, † Diuitiæ sub bono vtili continentur. Dicit enim Tullius in 2. Reth. est aliquid non propter suam vim & naturam, sed propter fructum & vtilitatem appetendum, quod est pecunia. Sed diuitiæ habent rationem honestatis, Dicitur enim Eccl.11.paupertas & honestas, idest diuitiæ sunt a Deo.& 13.cap.pondus super se tollit qui honestiori, idest diuitiori se communicat.ergo honestum non differt ab vtili.

21 ¶Tertio † Tullius probat in lib.de offic.quod nihil potest esse vtile quod non sit honestum. & hoc idem habetur per Ambr.in lib.de offic.ergo vtile non differt ab honesto.

¶Sed contra est quod Aug.dicit in lib.83.q. Honestum dicitur, quod propter se ipsum appetendum est: vtile autem, quod ad aliquid aliud referendum est. & facit c.præsens.ver. honesta, vtilis &c.

¶Respondeo dicendum, quod honestum concurrit in idem subiectum cum vtili & delectabili, a quibus tamen differt ratione. Dicitur enim aliquid honestum sicut dictum est, in quantum habet quendam decorem ex ordinatione rationis. Hoc autem quod est secundum rationem ordinatum, est naturaliter conueniens homini. Vnumquodque autem naturaliter delectatur in suo conuenienti. & ideo honestum est naturaliter homini delectabile sicut de operatione virtutis Philosophus probat 1. Ethic.cap.8.Non tamen omne delectabile est honestum. quia potest etiam aliquod conueniens esse secundùm sensum & non secundùm rationem. sed hoc delectabile est præter hominis rationem, quæ perficit naturam eius. Ipsa etiam virtus, quæ secundùm se honesta est refertur ad aliud sicut ad finem, scilicet ad fœlicitatem,& secundùm hoc idem subiectio est honestum & vtile & delectabile, sed ratione differunt. Nam honestum dicitur secundum quod aliquid habet quandam excellentiam dignam honore propter spiritualem pulchritudinem:delectabile autem in quantum quietat appetitum:vtile autem inquantum refertur ad aliud. In pluribus tamen est delectabile quàm vtile & honestum; quia omne vtile & honestum est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur, vt dicitur in 2. Ethic.cap.3.

¶Ad primum ergo dicendum, quod honestum dicitur quod propter se appetitur appetitu rationali, qui tendit in id quod est conueniens rationi. Delectabile autem propter se appetitur appetitu sensitiuo.

¶Ad secundum dicendum, quod diuitiæ vocantur nomine honestatis secundùm opinionem multorum, qui diuitias honorant,vel inquantum ordinantur organice ad actus virtutum, vt dictum est.

¶Ad tertium dicẽdum,quod intentio Tullij & Ambrosij, est dicere quod nihil potest esse simpliciter & vere vtile quod repugnat honestati,quia oportet,quod repugnet vltimo fini hominis, quod est bonum secundùm rationem, quamuis posset esse vtile secundùm respectu alicuius finis particularis. Non autem intendunt dicere quod omne vtile in se consideratum pertingat ad rationem honesti.

¶Circa glo.2.cum dicitur iusta; Aliter non est ius nisi iu-
22 stum sit.† c.ius.1.distin. est enim iustitia constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens.§.1.Institu. de iusti.& iure,vnde cum ad hũc finem sint conditę leges.l.legis virtus. ff.de legibus.cap.omnis.3.dist.& c.factæ.4.dist.sequitur quod omnis lex dici debeat iusta,vt dixi in tracta.de leg. & stat.p.3. q.8.num.7.

¶Iuxta prædicta, quia glo.dicit quod aliter ius non est nisi iustum sit.

23 ¶Quæro,vtrum †ius sit obiectum iustitiæ?

¶Ad hoc videtur dicendum,quod non, dicitur enim in l. 1.ff.de iusti.& iure,ibi,ius est ars boni & æqui. ars autem non est obiectum iustitiæ; sed est per se virtus intellectualis, ergo ius non est obiectum iustitiæ.

¶Secũdo lex, sicut Isidorus dicit in lib.5.Ethymol.c.3.iuris est species. lex aũt non est obiectũ iustitiæ, sed magis prudẽtiæ.Vnde Philosophus lib.6.c.6.Ethi.legis positiuam partem prudentiæ ponit,ergo ius non est obiectum iustitiæ.

¶Tertio, iustitia principaliter subijcit hominem Deo:Dicit enim D.Aug.in lib.de moribus ecclesiæ.c.15. quod iustitia est amor tantum Deo seruiens, & ob hoc bene imperans cęteris, quæ homini subiecta sint, sed ius non pertinet ad diuina, sed solum ad humana.Dicit enim Isido.in lib.Ethymol.lib.5.c.2.quod fas lex diuina est, ius autem lex humana. ergo ius non est obiectum iustitię.

¶Sed contra est quod Isid.dicit in eodem, & est in c.2.1. dist.quod ius dictum est, quia est iustum,sed iustum est obiectum iustitiæ: dicit enim Philos.in 5.Ethic.c.1. quod omnes talem habitum volũt dicere iustitiam, a quo operatiui istorum sunt.ergo ius est obiectum iustitiæ.

¶Respondeo dicendum, quod iustitiæ proprium est inter alias virtutes, vt ordinet hominem in his quæ sunt ad alterum, importat enim ęqualitatem quandam, vt ipsum nomen demonstrat, dicuntur enim vulgariter ea,quæ adæquãtur iustificari, æqualitas autem ad alterum est. Aliæ autem virtutes perficiunt hominem solum in his, quæ ei conueniunt secundùm ipsum. Sic ergo illud, quod est rectum in operibus aliarum virtutum, ad quod tẽdit intentio virtutis quasi in proprium obiectum, non accipitur nisi per comparationem ad agentem, Rectum vero quod est in opere iustitiæ, etiam præter comparationem ad agentem constituitur per comparationem ad aliud. Illud enim in opere nostro dicitur esse iustum, quod respondet secundùm aliquam æqualitatem alteri, puta recompensatio mercedis debitæ pro seruitio impenso. Si ergo iustum dicitur aliquid quasi habens rectitudinem iustitiæ, ad quod terminatur actio iustitiæ etiam non considerato qualiter ab agente fiat: sed in alijs virtutibus non determinatur aliquid rectum, nisi secundùm quod aliqualiter fit ab agente.& propter hoc specialiter iustitiæ præ alijs virtutibus determinatur secundùm se obiectum, quod vocatur iustum,& hoc quidem est ius. Vnde manifestum est, quod ius est obiectum iustitiæ.

24 ¶Ad primum † ergo dicendum, quod consuetum est quod nomina a sui prima impositione retorqueantur ad alia significanda, sicut nomen medicinæ impositum est primo ad significandum remedium, quod præstatur infirmo ad sanandum, deinde tractum est ad significandam artem, qua hoc fit:ita etiam hoc nomen ius,primo impositum est ad significandum ipsam rem iustam. Postmodum autem est deriuatum ad artem, qua cognoscitur quid sit iustum. & vlterius ad significandum locum, in quo ius redditur: sicut dicitur aliquis comparere in iure. Et vlterius dicitur etiam ius quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iustitiam facere, licet etiam id quod decernit sit iniquum.

¶Ad secundum dicendum, quod sicut eorum quæ per
25 artem exterius † fiunt,quędam ratio in mente artificis prę-existit quę dicitur regula artis:ita etiã illius operis iusti, quod ratio determinat,quędam ratio prę-existit in mente, quasi q̃dam prudentiæ regula: & hoc si in scriptum redigatur vocatur lex: est enim lex secũdùm Isidorum lib.5.Ethymol.c.3.c. lex.1.dist.constitutio scripta.& ideo lex non est ipsum ius propriè loquendo, sed aliqualis ratio iuris.

26 ¶Ad tertium dicendum, † quod quia iustitia æqualitatem importat: Deo autem non possumus equiualens recõpensare: inde est, quod iustum secundùm perfectam rationem non possumus reddere Deo,& propter hoc non dr̃ propriè ius lex diuina,sed fas: quia videlicet sufficit Deo quod impleamus quod possumus. iustitia tamen ad hoc tendit, vt homo quantum potest,Deo recompenset, totaliter animam ei subijciens.

27 ¶Circa †glo.3.in ver.impossibilis, reddit rationem dicẽs quia si de impossibilitate legis quis transgrederetur frustra imponeretur ei ad pœnam, cap.non est 15.q.1.c. Nabucdonosor 23.q.4.l.1.§.dies.ff.quando appell.sit.impossibilium.n. nulla est obligatio,cap.nemo potest.de regulis iuris.in 6.dixi de hoc in tract.de leg.& stat.parte 3.q.8.nume.9.& latius in tract.de fortuit.cas.parte 1.q.5.num.1.& seq.facit l.impossibilium.ff.de regulis iuris.debet enim esse lex conueniẽs vnicuique secundum suam possibilitatem,obseruata etiam possibilitate naturæ: non enim eadem sunt imponenda pueris quæ imponuntur viris perfectis,S. Tho.1.2.q.95.art.3.

28 ¶Iuxta † prædicta cũ lex debeat esse possibilis apud omnes,quæro vtrum homines omnes legi humanæ subdantur? Ad hoc videtur dicendum quod non: quia illi soli subijciuntur legi quibus lex ponitur.sed Apostolus dicit 1.ad Timoth. 1.quod iusto non est lex posita, ergo iusti non subijciuntur legi humanæ.

29 ¶Secũdo † Vrbanus Papa dicit, & habetur in Decretis 19. quæst.1.cap.duæ sunt. qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt publica constringatur. lege autem priuata Spiritus sancti ducuntur omnes viri spirituales, qui sunt filij Dei secundum illud Roma.8.qui spiritu Dei agunt,hi filij Dei sunt. ergo non omnes homines legi humanæ subijciuntur.Tertio, iurisperitus dicit in l.princeps.ff.de legib. quod princeps legibus solutus est: qui autem est solutus a lege, non subditur legi,ergo non omnes homines legi subijciuntur.

30 ¶Sed contra est † quod Apost.dicit Roma.13.omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sed non videtur esse subditus potestati qui non subijcitur legi,quam fert potestas, ergo omnes homines debent esse legi subiecti.

Respondeo dicendum,quod sicut ex supradictis patet, lex de sui ratione duo habet. Primo quidem quod est regula humanorum actuum.Secundo quod habet vim coactiuam.Dupliciter ergo aliquis homo potest esse legi subiectus. vno modo sicut regulatum regulæ, & hoc modo omnes illi, qui subduntur potestati subdũtur legi,quam fert potestas.Quod aliquis autem potestati non subdatur, potest contingere dupliciter.vno modo quia est simpliciter absolutus ab eius subiectione: vnde illi, qui sunt de vna ciuitate vel regno non subduntur legibus principis alterius regni sicut nec eius domino. Alio modo secundum quod regitur superiori lege, puta si aliquis subiectus sit proconsuli, regulari debet eius mandato, non tamen in his quæ dispensantur ei ab Imperatore,quantum enim ad illa non astringitur mandato inferioris,cum superiori mandato dirigatur. ei secundum hoc contingit, quod aliquis simpliciter subiectus legi secundum aliqua legi non astringitur,secundum quæ regitur superiori lege.Alio vero modo dicitur quis subiectus legi sicut coactum cogenti, & hoc modo homines virtuosi & iusti non subduntur legi,sed soli mali, quod enim est coactum & violentum,
31 est cõtrarium voluntati, † voluntas autem bonorum consonat legi,a qua malorum voluntas discordat,& secundum hoc boni non sunt sub lege sed solum mali.

32 ¶ Ad primum ergo dicẽdum, † quod ratio illa procedit de subiectione quæ per modum coactionis: sic enim iusto non est lex posita,quia ipsi sibi sunt lex,dum ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, sicut Apostolus ad Roma.2.dicit. vnde in eos non habet lex vim coactiuam sicut habet in ministris.

33 ¶Ad secundum dicendum † quod lex Spiritussancti est superior omni lege humanitus posita, & ideo viri spirituales secundum hoc, quod lege Spiritussancti ducuntur, non subduntur legi quantum ad ea quæ repugnant ditioni Spiritussancti,sed tamen hoc ipsum est de ductu Spiritussancti, quod homines spirituales legibus humanis subdantur secundum illud prima Pet.secunda.Subiecti estote omni creaturæ propter Deum.

34 ¶Ad tertium dicendum, † quod princeps dicitur esse solutus a lege quantum ad vim coactiuam legis:nullus enim propriè cogitur a se ipso: lex autem non habet vim coactiuam, nisi ex principis potestate: sic igitur princeps dicitur esse solutus a lege, quia nullus in ipsum potest iudicium condemnationis ferre,si contra legem agat:vnde super illud psal.50. Tibi soli peccaui &c.dicit glos.quod Rex non habet hominem qui sua facta dijudicet: sed quantum ad vim directiuam legis, princeps subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur extra de constitutionibus, capite cum omnes. Quod quisq; iuris in alterum statuit, ipse eodem iure vti debet. & sapientis dicit authoritas. Patere legem quam ipse tuleris. Improperatur etiam his a Deo. Qui dicunt & non faciunt,& qui alijs onera grauia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea mouere,vt dicitur D.Matth.23.vnde quantum ad Dei iudicium princeps non est solutus a lege quantum ad vim directiuam eius, sed debet voluntarius non coactus legem implere. est etiam princeps supra legem, in quantum si expediens fuerit potest legem mutare,& in ea dispensare pro loco & tempore.

35 ¶Circa gl.4.in versi.†secundum naturam,idest naturalem rationem.cap.consuetudo 1.distin.lex enim ius naturale non tollit §.sed naturalia.Institu.de iure nat.gent.& ciuili, vnde dicitur quod iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.l. iura sanguinis.ff.de reg.iur.l.ius autem.ff.de pact.ideo alimẽta debita filijs per l.naturæ non possunt per legem positiuam tolli Cagnol.in d.l.iura sanguinis.nu.3.hinc est quod dicitur
36 lex imitatur naturam quantum potest,§.minorem Instit.de adopt.de qua re latè dixi in opusc.6.post tract.de sepulturis.

Quibus ita declaratis.

37 ¶Quæro vtrum †omnis lex positiua a lege naturali deriuetur.Ad hoc videtur dicendum quod non.Dicit enim Arist. in 5.Ethico.ca.7.quod iustum legale est,quod principio quidem nihil differt,vtrum sic vel aliter fiat:sed in his quæ oriũtur ex lege naturali, differt vtrum sic vel aliter fiat, ergo ea quæ sunt legibus humanis statuta non omnia deriuantur a lege naturæ.

38 ¶Secundo, † ius positiuum diuiditur contra ius naturale, vt patet per Isid. in lib.ethymol. & per Philosophum in 5. Ethic. sed ea quę deriuant̃ a principijs communibus legis naturæ,sicut conclusiones,pertinent ad legem naturæ, ergo ea quæ sunt de lege humana non deriuantur a lege naturæ.

39 ¶Tertio, † lex naturæ est eadem apud omnes: dicit enim Philosophus in 5.Ethic.ca.7.quod naturale ius est quod vbique habet eandem potentiam:si igitur leges humanæ a naturali lege deriuarentur, sequeretur etiam quod ipsæ essent eædem apud omnes,quod patet esse falsum.

40 ¶Quarto, † eorum quæ a lege naturali deriuantur, potest aliqua ratio assignari:sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt, ratio reddi potest, vt iurisperitus dicit in l.non omnium.ff.de leg.ergo non omnes leges humanæ deriuantur a lege naturali.

Sed contra est quod Tull.dicit in sua reth.res a natura profectas & a cõsuetudine probatas legum metus & religio sanxit,vt ipsemet in lib.2.de inuent.in fine.

41 ¶Respondeo dicendum, † quod sicut August.dicit in 1.de lib.arb.cap.5.non videtur esse lex quæ iusta non fuerit, vnde inquantum habet de iustitia intantum habet de virtute legis, in rebus autem humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo,quod est rectum secundum regulam rationis:rationis autem prima regula est lex naturæ,vnde omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legisin quantum a lege naturæ deriuatur. si vero in aliquo a lege naturali discordet, iã non erit lex sed legis corruptio.

Ad primum ergo dicendum quod Philosophus loquitur de illis, quæ sunt lege posita per determinationem vel specificationem quandam præceptorum legis naturæ.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de his quæ deriuantur a lege naturæ tanquam conclusiones.

Ad tertium dicẽdum quod principia communia legis naturæ non eadem modo applicari possunt omnibus propter multam varietatem rerum humanarum,& ex hoc prouenit diuersitas legis positiuæ apud diuersos.

42 ¶Ad quartũ dicẽdum † quod verbum illud, iurisperiti,intelligendum est in his quæ introducta sunt a maioribus circa particulares determinationes legis naturalis, ad quas quidem determinationes se habet expertorum & prudentum iudicium sicut ad quædam principia,in quantum scilicet statim videat quid congruentius sit particulariter determinandum,vnde Philosophus dicit in 6.Ethicor.c.2.quod in talibus oportet attendere expertorum, & seniorum, vel prudentum in demonstrabilibus enunciationibus & opinionibus non minus,quàm demonstrationibus.

43 ¶ Circa quintam † g l.in versi.secundum patriæ consuetudinem, quia si est contra consuetudinem inhabitantium,per

contrariam consuetudinem abrogatur, c. statuimus. §. leges. 4. distin. Item quia consuetudo interpretatur legem. cap. Abbate. de verb. signifi. l. si de interpretatione. ff. de legibus. & sic intellige secundùm consuetudinem patriæ, hoc est, vt concordet moribus patriæ: de hac dic vt dixi in tract. de leg. & stat. p. 2. q. 14. per totam. Quatenus autem dicitur in glo. quod si lex est contra consuetudinem abrogatur.

¶Quæro vtrum lex per consuetudinem aboleatur, & vtrũ consuetudo obtineat vim legis?

45 ¶Ad † hoc videtur dicendum quod nõ, lex enim humana deriuatur a lege naturæ & a lege diuina vt ex supradict. patet nu. 37. & seq. sed consuetudo hominum non potest mutare legem naturæ nec legem diuinam: ergo etiam nec legem humanam immutare potest.

46 ¶ Secundo † ex multis malis non potest fieri vnũ bonum, sed ille qui incipit primo contra legem agere male facit: ergo multiplicatis similibus actibus non efficitur aliquod bonum, lex autem est quoddam bonum cum sit regula humanorum actuum: ergo per consuetudinem non potest remoueri lex, vt ipsa consuetudo vim legis obtineat.

¶Tertio ferre leges pertinet ad publicas personas ad quas
47 pertinet regere † cõmunitatem, vnde priuatæ personæ leges facere non possunt, sed consuetudo inualescit per actus priuatarum personarum, ergo consuetudo non potest obtinere vim legis, per quam lex remoueatur.

¶Sed contra est quod D. Aug. dicit in epist. 86. ad Casulanum Mos populi Dei & instituta maiorum pro lege sunt te-
48 nenda, † & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita contẽptores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi sunt. facit c. consuetudo. 1. dist.

49 ¶Respondeo dicendum, † quod omnis lex proficiscitur a ratione & voluntate legislatoris. lex quidem diuina & naturalis a rationabili Dei voluntate, lex autem humana a voluntate hominis ratione regulata. sicut autem ratio & voluntas hominis manifestantur verbo in rebus agendis: ita etiam manifestantur facto, hoc enim vnusquisque eligere videtur, vt bonum, quod opere implet: manifestum est autem quod verbo humano potest & mutari lex, & etiam exponi, inquantum manifestat interiorem motum & conceptum rationis humanæ, vnde etiam & per actus maximè multiplicatos, qui consuetudinem efficiunt mutari potest lex, exponi & etiam aliquid causari, quod legis virtutem obtineat, in quantum scilicet per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus & rationis conceptus efficacissime declaratur. cũ enim aliquid multoties fit videtur ex deliberato rationis iudicio prouenire, & secundum hoc consuetudo & habet vim legis, & legem abolet, & est legum interpretatrix.

50 ¶Ad † primum ergo dicendum, quod lex naturalis & diuina procedit a voluntate diuina, vt dictum est, vnde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominis, sed solum per auctoritatem diuinam mutari posset, & inde est quod nulla consuetudo vim legis obtinere potest contra legem diuinam vel legem naturalem: Dicit enim Isid. in synonimis vsus auctoritati cedat, prauum vsum lex & ratio vincat.

51 ¶Ad secundum dicendum, † quod leges humanæ in aliquibus casibus deficiunt, vnde possibile est quandoque præter legem agere, in casu scilicet in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus: & cum tales casus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quod lex vlterius non est vtilis. sicut etiam manifestaretur si lex contraria verbo promulgaretur. si autem adhuc maneat ratio eadem, propter quam prima lex vtilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit: nisi forte propter hoc solum inutilis lex videatur: quoniam non est possibilis secundùm consuetudinem patrię quæ erat vna de conditionibus legis: difficile enim est consuetudinem multitudinis remouere.

52 ¶Ad tertium † dicendum, quod multitudo, in qua consuetudo introducitur duplicis conditionis esse potest. Si enim sit libera multitudo, quæ possit sibi legem facere plus est consensus totius multitudinis ad aliquid obseruandum, quod consuetudo manifestat, quàm auctoritas Principis, qui non habet potestatem condendi legem, nisi in quantum gerit personam multitudinis, vnde licet singulæ personæ non possint condere legem, tamen totus populus condere legem potest. Si verò multitudo non habet liberam potestatem condendi sibi legem, vel legem a superiori potestate positam remouendi, tamen ipsa consuetudo in tali multitudine præualens obtinet vim legis, in quantum per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere; ex hoc enim ipso videntur approbare quod consuetudo introduxit.

53 ¶Circa gloss. † 6. & 7. in versi. loco, temporique conueniens. reddit rationem, quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quæ alibi non reciperentur, cap. ante. 31. distinct. Item in iure constituendo consideranda est vicinitas locorum vel remotio, cap. cum longe 63. distinct. quatenus autem dicit temporique conueniens, subdit, omnia enim debent conuenire suis temporibus, cap. si ecclesiæ. 23. q. 4. cap. si peccauerit 2. q. 1. Tu verò generalius dicas nonnullas leges condi ex causa, ex loco, ex tempore, & ex persona, c. sciendũ. 29. distin. de quibus late dixi in tract. de leg. & stat. p. 3. qõ. 8. num. 22. & seq.

54 ¶ Iuxta prædicta quæro † vtrum legislator instituendo leges debeat inspicere ad causas, personas, ad loca & tẽpora?

¶Ad hoc videtur dicendum, quod non, quia legislator debet respicere ad ea, quæ sunt principia legis, & non ad ea, quæ non sunt huiusmodi, sed homines loca & tempora non habent rationem huiusmodi principij, ex quo lex rationem sumat, vt patet: ergo.

55 ¶Secundo sic, † forma non sumit rationem a materia, sed è conuerso, vt dicitur 1. Physic. sed homines habent rationem materię, ergo non veniunt huiusmodi consideranda in constitutione legis.

¶ In oppositum est text. præsentis c.

¶Respondeo dicendum, quod legislator in constituendo leges respicere debet & ad homines, & ad loca, & ad tempora, quibus, vel in quibus leges sunt constituendæ. Primo hæc conclusio patet ex 2. Polit. Aristo. Secundo ex ratione posita sic: Legislator, qui debet ordinare homines in finem, non debet respicere in legem absolute sed prout est applicabilis eis, qui sunt ordinandi per legem in vltimum finem, vnde sicut non semper natura ordinat quod est melius simpliciter, sed quod est melius possibile, sic legislator legem possibilem, & applicabilem bene hominibus. & quia diuersimode lex est applicabilis hominibus diuersarum conditionum, ideo merito in condenda lege, debet legislator inspicere homines, quibus legem imponit, & diuersas imponere, secundum quod sunt varie dispositi. Item oportet respicere ad regiones & etiam tempora, quæ secundùm diuersitatem eorum homines quandoque diuersimode disponuntur.

¶Quibus habitis dicendum est ad rationes in contrarium.

¶Ad primam dicitur iuxta Albertum magnum, quod lex non sumit rationem ex fine absolute, sed ex fine prout est applicabilis hominibus, & ideo argumentum non procedit. licet enim legislator principaliter debeat respicere ad principia legis, nõ tamen absolute, sed in quadam proportione ad homines regulandos, & sic necessario venit & conditio hominum, & locorum consideranda.

¶Ad secundum dicendum, quod licet a materia absolute forma non suscipiat rationem, nihilominus tamen secundum quod ordinem habet in finem capit ab ea distinctionem, & diuersitatem secundùm quod in diuersa materia introducitur alia, & alia forma, & sic in proposito ex varia cõditione hominum, quibus lex est applicabilis, lex ipsa capit diuersitatem.

56 ¶Circa 8. glos. in † vers. Necessaria; dicitur quia non nisi instante necessitate ius statui debet, c. regulæ, 29. distin. cum enim lex sit obligatoria non debet statui nisi instante necessitate secundùm Turrecrẽ. hic, seu dicas necessaria, quia de necessitate illi parendum est, vnde S. Thom. 1. 2. qõ. 95. artic. 5. dicit quod dum necessaria dicitur, refertur ad remotionem malorum, vtilitas verò ad consecutionem bonorum.

57 ¶Ideo iuxta prædicta † quæro, vtrum lex humana debeat omnia vitia cohibere.

¶Ad hoc videtur dicendum quod sic, dicitur enim in c. factæ. supra ead. distin. quod factæ sunt leges, vt earum metu coerceatur audacia, sed non sufficienter coercetur audacia, nisi quælibet mala cohiberentur per legem, ergo lex humana dicitur quælibet mala cohibere,

58 ¶Secũdo sic † Intentio, legislatoris est ciues facere virtuosos, sed non potest aliquis esse virtuosus nisi ab omnibus vitijs compescatur: ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compescere.

Tertio

59 ¶Tertio † lex humana a lege naturali deriuatur, sed omnia vitia repugnant legi naturæ, ergo lex humana omnia vitia debet cohibere.

¶In oppositum est supra in c. præcedenti. beatus Isidorus, vbi habetur quod legis officium inter alia est permittere aliqua illicita, ne peiora eueniant, ergo lex humana non omnia vitia cohibet, sed aliqua permittit.

¶Respondeo dicendum, quod lex humana non cohibet omnia vitia. Patet conclusio ex illo beati August. lib. 1. de lib. arbit. cap. 5. dicentis, videtur mihi legem istam, quę populo regendo traditur, recte ista permittere, & diuinam prouidentiam vindicare, sed diuina prouidentia non vindicat nisi vitia, ergo lex humana recte permittit aliqua vitia, non cohibendo ipsa. pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandum cum S. Thom. in prima secundæ qõ. 96. artic. 2. quod sicut iam dictum est lex ponitur, vt quædam regula, vel mensura humanorum actuum. mensura autem debet esse homogenea mensu ratio, vt dicitur in 4. Met. text. 3. Diuersa enim diuersis mensurantur, vnde oportet quod etiam leges imponantur hominibus secundùm eorum conditionem, quia vt Isidorus dicit hic, lex debet esse possibilis, & secundùm naturam, & secundùm consuetudinem patriæ: potestas autem siue facultas operandi ex interiori habitu, seu dispositione procedit. Non enim idem possibile est ei, qui non habet habitum virtutum & virtuoso, sicut etiam non est idem possibile puero & viro perfecto, & propter hoc non ponitur eadem lex paruulis, quæ ponitur in adultis, multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lege puniuntur, vel etiam vituperantur. & similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis virtute, quæ non essent toleranda in hominibus virtuosis. lex autem humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum imperfectorum virtute, & ideo leges humanæ non prohibent omnia vitia a quibus virtuosi abstinent, sed solum grauiora a quibus possibile est maiorem partem multitudinis abstinere, & præcipue, quæ sunt in nocumentum aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset, sicut prohibentur lege humana homicidia, & furta & similia.

¶Ad argumenta, Ad primum dicendum, quod audacia pertinere videtur ad inuasionem aliorum, vnde præcipue pertinet ad illa peccata, quibus iniuria proximis in corpore irrogatur, quæ lege humana prohibentur, vt dictum est.

60 ¶Ad † secundum dicendum, quod lex humana intendit homines inducere ad virtutem non subito, sed gradatim, & ideo non statim multitudini imperfectorum imponit ea, quæ sunt iam virtuosorum, vt scilicet ab omnibus malis abstineant, alioqui imperfecti huiusmodi præcepta ferre non valentes in deteriora mala prorumperent, sicut dicitur Prouerbiorum 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem, & Matth. 9. dicitur, quod si vinum nouum, id est præcepta vitę mutantur in vtres veteris, id est homines imperfectos, vtres rumpuntur & vinum funditur, id est pręcepta contemnuntur, & homines ex contemptu ad peiora mala prorumpunt.

¶Ad tertium dicendum, quod lex naturalis est quædam participatio legis ęternę in nobis, lex autem humana deficit a lege ęterna. Hinc Aug. dicit in 1. de lib. arb. c. 5. lex ista quę regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atq; impunita relinquit, quę per diuinam prouidentiam vindicantur. Neque enim quia non omnia facit, Deo, quę facit improbanda, unde etiam lex humana non omnia potest prohibere quæ prohibet lex naturę.

¶Circa 9. gl. in ver. utilis, subdit quia inutilis esset abijciẽda, c. Corepi. 68. distinct. c. omnia. 12. distin. unde quicquid
61 esset † superfluũ in ea tolli deberet. §. quibus. in 1. const. C. uel utilis, quia respicit utilitatem publicam, ut l. 1. ff. fol. mat. & l. 1. ff. de usucap. seu utilis quia tendit ad cõsecutionem bonorum, ut dicit S. Tho. 1. 2. q. 95. ar. 5.

62 ¶Vnde † iuxta prędicta quęro, utrũ lex humana pręcipiat actus omnium uirtutum?

¶Ad hoc vr̃ dicendũ, quod non; actibus. n. virtutũ oppo nunt̃ vitiosi, sed lex humana nõ ꝓhibet omnia vitia, vt dictũ est, ergo etiam non pręcipit actus omnium virtutum.

63 ¶Secũdo † lex ordinat̃ ad bonũ cõe, vt dictũ est, sed quidã actus virtutũ nõ ordinant̃ ad bonum cõe, sed bonũ priuatũ, ergo lex non pręcipit actus omnium virtutum.

In oppositum est tex. præsentis cap. vbi dicitur, quod lex debet esse honesta, & iusta, vtilis & necessaria: ergo lex pręcipit actus omnium virtutum.

¶Secundo dicit Arist. 5. Ethico. cap. 1. quod præcipit lex fortis opera facere, & quæ temperati, & quæ mansueti. similiter autem secundùm alias virtutes, & malitias, hoc quidem iubens, hoc autem prohibens.

Respondeo dicendum, quod lex humana pręcipit actus omnium virtutum, licet non pręcipiat omnes actus omniũ virtutum. Quæ conclusio deducit quo ad ambas partes sic a S. Thom. in prima secundę q. 96. art. 3. Species virtutum distinguuntur secundùm obiecta. Omnia autem obiecta virtutum referri possunt, vel ad bonum priuatum alicuius personæ, vel ad bonum commune multitudinis, sicut ea quæ sunt fortitudinis, potest aliquis prosequi, vel propter conseruationem ciuitatum, vel ad conseruandum ius amici sui, & simile est in alijs. Lex autem, vt dictum est, ordinatur ad bonum commune, & ideo nulla est virtus de cuius actibus pręcipere non possit. Non tamen de omnibus actibus omnium virtutum lex humana præcipit, sed solum de illis, qui sunt ordinabiles ad bonum commune, vel immediate, sicut cum aliqui directe propter bonum commune fiunt, vel mediate, sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, vt commune bonum iustitiæ, & pacis conseruent.

¶ Quo habito dicendum est ad rationes: Ad primam dicendum, quod lex humana non prohibet omnes actus vitiosos scilicet obligationem præcepti, sicut nec præcipit omnes actus virtuosos, prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum, sicut & præcipit quosdam actus singularum virtutum.

¶ Ad secundum dicendum, quod aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo ex eo; quod homo operatur virtuosa, sicut actus iustitiæ est facere iusta: & actus fortitudinis facere fortia, & sic lex præcipit aliquos actus virtutum. Alio modo dicitur actus virtutis; quia aliquis operatur virtuosa eo modo quo virtuosus operatur, & talis actus semper procedit a virtute, nec cadit sub præcepto legis, sed est finis ad quem legislator deducere intendit.

¶Ad tertium dicendum, quod non est aliqua virtus cuius actus non sint ordinales ad bonum commune; vt dictum est, vel mediate, vel immediate: & ita ratio non procedit.

64 ¶Circa 10. gl. † & 11. in vers. manifesta. adducit textum in c. in testibus. 4. qõ. 3. ratio autem redditur in littera præsentis capituli, dum dicit, manifesta quoque ne aliquid in captionem per obscuritatem contineat. vnde glo. ibidem subdit ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam alicui laqueus paretur per eam, c. de viduis. 27. q. 1. nihil enim magis legi conuenit, quam claritas. §. quibus. ver. clarum. 1. constit. C. seu dicas manifesta, quia per promulgationem debet omnibus patefieri, & manifestari.

¶Ideo hic quærendum est, vtrum promulgatio sit de ratione legis?

65 ¶Ad hoc videtur † dicẽdum quod non, lex enim naturalis maximè habet legis rationem, sed lex naturalis non indiget promulgatione, ergo non est de ratione legis, quod promulgetur.

66 ¶Secũdo, † ad legem proprie pertinet obligare ad aliquid faciendum, vel non faciendum, sed non soli obligantur ad legem illi implendum, coram quibus promulgatur lex, sed ẽt alij, ergo promulgatio non est de ratione legis.

67 ¶Tertio † obligatio legis extẽditur etiam in futurum, quia leges futuris negotijs necessitatem imponunt, vt iura dicunt & in cap. fina. de constit. & in l. leges. C. de legi. sed promulgatio fit ad præsens, ergo promulgatio non est de ratione legis.

¶In oppositum est tex. in cap. leges. 4. dist.

¶Respon. dicendum, quod promulgatio est de ratione legis, quæ conclusio declaratur sic iuxta S. Tho. in 1. 2. q. 90. ar. 4. lex imponitur hominibus per modum regulæ & mensuræ, regula autem & mensura imponitur per hoc, quod applicat̃ his quæ mẽsurantur & regulant̃, vnde ad hoc quod lex virtutem obligandi obtineat, quod est ꝓprium legis, oportet quod applicet̃ hominibus, qui f̃m eam regulari debent. Talis aũt applicatio fit per hoc quod in notitiam eorum deducitur ex ipsa ꝓmulgatione, vnde ꝓmulgatio necessaria est adhoc quod lex habeat suam virtutem. & sic ex quatuor prædictis

potest colligi plena diffinitio legis, quæ nihil aliud est q̃ ra-
68 tionis † ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curã communitatis habet promulgata. His habitis deueniẽdum est ad rationes.

¶Ad primam respondetur negando minorem. Dicimus enim cum S.Tho.vbi supra quod promulgatio legis naturæ est ex hoc ipso, quod Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam.

¶Ad secundam dicendum quod illi, coram quibus lex nõ promulgatur, obligantur ad legem seruandam, in quantum ad eorum notitiam deuenit per alios, vel deuenire potest ꝓmulgatione facta, & ideo ratio non procedit.

69 ¶Ad tertiam † dicẽdum quod promulgatio præsens in futurum extenditur per firmitatem scripturæ, quæ quodammodo semper eam promulgat, vnde Isidorus dicit in 2.ethymo.c.10.quod lex a legendo vocata est, quia scripta est. & ita ratio non procedit.

70 ¶Circã † vlt.gl.in ver. priuato: dicit tũc enim esset priuilegium; nam lex est commune præceptum, & non in singulis personis sed generaliter constituitur, l.iura.ff.de legib. vnde l.1.ff.sol.matr.dicit quod interest reip. mulieres esse dotatas ad procreandum sobolem: & in l.1.ff.de vsucap. dicitur bono publico introducta est vsucapio, ne dominia diù stent in incerto, & in l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil. dicitur interest reip.ne delicta remaneant impunita.vnde cum in textu dicatur nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

¶Ideo iuxta prædicta duo videnda sunt, primo.

71 ¶Vtrum † lex semper ordinetur ad bonum commune?

¶Secundo vtrum de essentia legis sit quod sit scripta?

¶ Ad primum videtur dicendum, quod non, ad legem enim pertinet præcipere, & prohibere, sed præcepta ordinantur ad quædam singularia bona, non ergo semper finis legis est bonum commune.

¶Secundo sic. Lex dirigit hominem ad agendum, sed actus humani sunt in particularibus, ergo & lex ad aliquod particulare bonum ordinatur.

¶Tertio Isid.dicit in lib.2.ethymol.c.3. si ratione lex constat, lex erit omne quod ratione cõsistit, c.consuetudo.1. dist. sed etiam ratione consistit non solum quod ordinatur ad bonum commune, sed etiam quod ordinatur ad bonum priuatum vnius.

¶In oppositum est text.præsentis cap.in quo dicit beatus Isid.quod lex est nullo priuato commodo sed pro communi vtilitate hominum scripta.

¶Respon.dicendum quod omnis lex ad bonũ commune ordinatur, quod duplici ratione ostendit S.Tho.1.2.q.90.art.2.primo sic. Lex pertinet ad illud, quod est principiũ humanorum actuum, ex eo quod est regula & mẽsura. Sicut autem ratio est principium humanorum actuum, ita etiam in ipsa ratione est aliquid, quod est principium omnium aliorũ, vnde ad hoc oportet, quod principaliter & maximè pertineat lex: primum autem principium in operibus quorum est ratio practica, est finis vltimus: est autem vltimus finis humanæ vitæ felicitas vel beatitudo, vnde oportet quod lex maximè respiciat ordinem, qui est in beatitudine.

¶Secundo sic. Cum omnis pars ordinetur ad totum sicut imperfectum ad perfectum, vnus autem homo est pars communitatis perfectæ, necesse est quod lex proprie respiciat ordinem ad felicitatem cõmunem, vnde & Philos.in 5.Eth.c.1. in prædicta diffinitione legalium mentionem facit & de felicitate & de cõione politica. Dicit enim quod legalia iusta dicimus factiua & conseruatiua fœlicitatis, & particularium ipsius politica communicatione: perfecta enim communitas ciuitas est, vt dicitur in 1.Politic. c.1. In quolibet autem genere illud quod maximè dicitur est principium aliorum, & alia dicuntur secundùm ordinem ad ipsum, sicut ignis qui est maximè calidus est causa caliditatis in corporibus mixtis, quæ in tantum dicuntur calida in quantum participant de igne, vnde oportet quod cum lex maximè dicatur secundùm ordinem ad bonum commune, quodcunque præceptum de particulari opere nõ habet rõnẽ legis, nisi ꝓ m ordinẽ ad bonũ cõe: & ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur.

¶Ad rationes, Ad primam dicendum quod preceptũ importat applicationem legis ad ea, quę ex lege regulãtur: ordo autem ad bonum commune, qui pertinet ad legem, est applicabilis ad singulares fines, & secundùm hoc etiam de particularibus quibusdam præcepta dantur.

¶Ad secundam dicendum, quod operationes quædam sunt in particularibus, sed illa particularia referri possunt ad bonum commune, non quidem communitate generis, vel speciei, sed communitate causæ finalis, secundum quod bonum commune dicitur finis communis.

¶Ad tertiam dicendum, quod sicut nihil constat firmiter secundum rationem speculatiuam, nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia, ita nihil firmiter constat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune. Quod autem hoc modo ratione constat, legis rationem habet.

¶Ad secundum videtur dicendum, quod non quoniam
72 lex † æterna vere lex dicitur, tamen scripta non est.

¶Secundo lex naturalis veram legis rationem habet, & nihilominus scripta non est, ergo &c.

¶Tertio arguitur ex illo Hiere.31.Dabo leges meas in visceribus eorum. ergo videtur quod non sit de essentia legis scriptura exterior.

¶In oppos.est text.noster.in fine.& in c.lex.1.dist.

¶Respondeo dicendum, quod de essentia legis hic diffinitæ est quod sit scripta: quę conclusio non solum patet ex dictis in præcedenti articulo, sed etiam multiplici ratione ostẽdi potest. Primo sic, omne illud est de essentia alicuius, quod cadit in ratione eius, cum diffinito secundùm Philosophum 4.Metaphys.dixi ego in tract.de defen.lib.2.q.6.& seq. sed in ratione legis cadit quod in scriptis redigatur. Vnde Isid. lex a legẽdo dicta est, quia scripta est; ergo scriptura videtur esse de essentia legis.

¶Secundo illud videtur esse de essentia alicuius speciei, ꝓ quod essentialiter distinguitur a sua opposita specie. sed lex & consuetudo sunt species iuris, vt patet ex superiori c.lex a consuetudine per hoc distingui dicitur, quia lex est cõstitutio scripta, cõsuetudo nõ, ergo scriptura vt esse de essentia legis.

¶Tertio patet ex diffinitione data a Tullio, quod.s. lex est ius scriptum afficiens honestum & prohibens contrarium.

¶Ad rationes in oppositum faciliter respondetur simul ad omnes, quod textus loquitur de lege humana, quæ sola hic diffinitur. rationes autem procedunt de lege aut æterna, aut naturali, aut diuina noui testamenti. Secundo respondetur in speciali ad singula.

¶Ad primam, quę de lege æterna loquitur. Resp.negando assumptum pro minori, videlicet, quod lex æterna nõ sit scripta, quoniam vt S.Tho.dicit in 1.2.& in superioribus habitum est, verbum æternum in quo omnia scripta retinentur secundum illud fons sapientiæ verbum Dei in excelsis æternum est. Nam scriptura libri vitæ æterna est.

Ad secundam cum arguitur de lege naturali dicendum iuxta Albertum Magn.quod ius scriptum dicitur dupliciter, s.scriptum digito Dei, & insitum cordi humano, vel scriptum studio hominis propter vtilitatem potestatis, & accipitur tam in diffinitione legis Iulij quàm in diffinitione posita in littera large scriptum ad vtrãque sui significationem: hoc autem modo conuenit etiam legi naturali, quæ & si non in chartis, in cordibus tamen hominum scripta est. vnde Augu.in lib.2.de sermone Domini in monte; Quis enim scriptorum in cordibus hominum legem naturalem scripsit, nisi Deus, de quo Apostol.ad Roma.2. cum enim gentes, quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt.

¶Ad tertiam, ad authoritatem Hier.dicendum quod loquitur de lege noua, quæ quoad principale, quod inest, quod est gratia Spiritus sancti, est scripta in cordibus fideliũ. vnde Aug.lib.de spiritu & anima dicit, quod sicut lex factorũ fuit in tabulis lapideis, ita lex fieri scripta est in cordibus fideliũ. Habet tamen lex noua etiam quædam dispositiua ad gratiam Spiritus sancti & ad vsum huius gratiæ pertinentia, quę sunt quasi secundaria in lege noua; de quibus oportuit institui fideles, & verbis scriptis tam circa credenda, quàm circa agenda. & ideo licet lex noua principaliter sit lex indicta, secundariò tamen est lex scripta.

¶Ad hæc addas, quæ dixi in tract. de leg.& stat.p.3.q.11. per totam.

¶In istis ergo temporalibus legibus quamquam de his homines iudicent, cum eas instituerit, tamen cum fuerint institutę & firmatę non licebit iudicibus de istis iudicare, sed secundum ipsas.c.in istis.4.dist.

¶Iõ iuxta p̃dictã sn̄iam, q̃ est Diui Aug.ī li.de vera relig.c.31.
73 ¶Quæro vtrum † semper sit secundum leges scriptas iudicandum?

Ad

¶Ad hoc videtur dicendum quod non, semper enim vitandum est iniustum iudicium, sed quandoque leges scriptæ iniustitiam continent, secundũ illud Esai.10. ve qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt. ergo non semper est secundum leges scriptas iudicandum.

¶Secundo sic, iudicium oportet esse in singularibus euentibus, sed nulla lex scripta potest omnes singulares euentus comprehendere vt patet per Philosophum in 6. ethicorum, c.10.& in l.non possunt.ff.de legi. ergo videtur quod non sit semper secundum leges iudicandum.

¶Tertio, lex ad hoc scribitur vt sententia legislatoris manifestetur, sed quandoque contingit, quod si ipse legislator præsens esset aliter iudicaret, ergo non est semper secundum legem scriptam iudicandum.

¶In oppositum est S.Aug.in hoc presenti textu in istis tẽporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent cum eas instituerint, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ non licebit iudicibus de istis iudicare, sed secundum ipsas, cap.in istis.4.distinctio.

¶Respon.dicendũ iuxta tex. pres. cap. quod regulariter semper secundum leges scriptas iudicandum est. Pro quo notandum cum S.Tho.in 2.2.q.60.art.5.quod iudicium nihil aliud est, nisi quædam diffinitio, vel determinatio eius, quod iustũ est: fit autẽ aliquid iustum dupliciter. vno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur ius naturale. Alio modo ex quodã condito inter homines, quod dicitur ius positiuum. Leges autẽ scribuntur ad vtriusq; iuris declarationem, aliter tamẽ & aliter. Nam legis scriptura ius quidẽ naturale continet, sed non instituit. Non enim habet robur ex lege, sed ex natura, ius autem positiuum scriptura legis & continet, & instituit ei authoritatis robur: & ideo necesse est, quod iudicium fiat secũdum legis scripturam, alioqui iudicium deficeret vel in iusto naturali, vel in iusto positiuo.

¶Ad rationes, ad primam dicendum quod lex scripta &c. sicut nõ dat robur iuri naturali, ita nec potest eius robur minuere, vel auferre, quia nec voluntas hominis potest immutare naturam, & ideo si scriptura legis continet aliquid cõtra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi. Ibi enim ius positiuum locum habet, & quãtum ad ius naturale nihil differt, vtrum sic vel aliter fiat, & ideo nec tales scripturæ leges dicuntur, sed potius legis corruptiones. & ideo secũdum eas non est iudicandum.

¶Ad secundum dicendum quod sicut leges iniquę secundum se contrariantur iuri naturali, vel semper vel vt in pluribus, ita etiam leges quæ sunt rectè positæ, in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si conseruarentur, esset cõtra ius naturale. Et ideo in talibus secundum litteram legis non est iudicandum, sed recurrendum ad æquitatem, quam intẽdit legislator, vnde iurisperitus dicit. Nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominũ introducũtur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorũ incommodum producamus ad seueritatem. & in talibus etiã legislator aliter iudicaret, & si considerasset legem determinasset, & per hoc patet etiam solutio ad tertiam.

74 ¶Est igitur † secundũ legem iudicandum etiam si dura videretur. l.prospexit. ff.qui & à quibus: & vbi est certa pœna à lege vel consuetudine statuta nõ potest ea per iudicem remitti, neque augeri. l.1.§.1. ff.ad Senatuscon. Turp.c.de causis, & ibi Doct.comm.de.offic.deleg.gl.in c.licet.vers.pœnam. de pœnis. facti enim quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. l.ordine. ff.ad Munici.l.si operum. C. de pœnis. nam quę pœna statuta est à iure retractari non potest. l.si qua pœna. ff.de verb.sig. cum inferior non possit tollere legem superioris. l.si quando. C.de inoffi.testa. cum ipsa sit tot circunstantijs pensata & conscripta.

¶Et quod † dictũ est de lege idem de consuetudine dicendum, à qua non licet iudici recedere. l.si quis reum. ff.de cust. reor. gl.in l.hodiẽ. ff.de pœn.

76 ¶Vnde † si iudex pœnam à lege, vel consuetudine minuerit. idem crimen incurrit. l.1. C.de priu.carcer.& leges in eum eandem pœnam statuunt, qua delinquens ipse puniri deberet. l.nulli. C. ne sacr. bapt. iter. & efficitur infamis. l. seruos. C.de vi publ.Rom.sing.77.& punitur amissione bonorũ, Roman.in l.de viro.in 26.fall.ff.fol.mat.& exilij, Auth.vt neque nil. neque feder. Quandoque tanquam committens crimen læsæ maiesta. l. 1. C. de priu. carc.

77 ¶ Quod † si iudex pœnam à lege statutam auxerit, eadem quoq; pœna puniri debet quam alteri iniustè irrogauit. l.Iulia.§.vlti.ff.ad leg.Iul.rep. Felyn.in c.accusasti.de accusat.l.1. ff.ad l. Cornel.de siccar.

78 ¶ Quæ † quidem intelligas procedere nisi subsistente iusta & rationabili causa, nam tunc minui, & augeri potest pœna, & quãdoq; in totum impunè remitti. l.etsi C. ex quibus caus. infamia irrog.& ibi Docto. com. & l.hodie.ff.de pœn.l.quid ergo.§.pœna.ff.de his qui not.infamia. non solum quando introducta est à lege, sed etiam si introducta fuisset à consuetudine, aut statuto, gl.in l.hodie.ff.de pœ.Bal.in l.clari.C.de fideic. Pau.consi.238.lib.2. quod dictum procedit etiam si iudex iurauit obseruare statuta loci, nam iuramẽtum illud debet reduci ad æquitatẽ, nec debet intelligi præcise. §.& æquũ. Auth.iusiu.quod presta. ab his. Rom.consi.424.vnde ex causa minui potest pœna etiam si ipso iure esset imposita, Abb. consil.22.lib.1.

79 ¶Ex causa † igitur augeri & minui potest pœna, nam ex ea etiam in alijs recedimus à iure cõmuni. l.si hominem.ff.man. Bald.in c.1.vt lit.non contesta. vbi dicit quod procurator ad confitendũ constitutus poterit negare ex causa sicut ex causa superueniente potest reuocare factum domini sui. Bald.in c.cum olim.de causa poss.& propr.Bal.in l.error. C.de iur. & & fact. ignorã. Item meus executor potest ex causa nouiter, vel veteri non cõsiderata, adhibere, aliquam admittere, quod alias non posset. Bal.in c.de cætero de re iudic.

80 Præterea † licet Princeps, vel resp. nõ possint de potestate ordinaria auferre ius alteri quæsitum, aut rem, Doct.com.in l.quoties. C.de prec.Imper.offer. gl.in l.Barbarius.ff.de offi. præt.hoc tamen fallit ex causa superueniente, sicuti etiam ex causa iudicat non citata parte, gl. in l.is qui. ff.ex quibus caus. maior. Bald.in l.2.C.quomodo, & quando iudex.

81 Nota tamẽ † quod licet iudex nõ teneatur exprimere causam in sententia, imo diceretur fatuus cum viam aperiat suæ ipsius impugnandæ sententiæ, Imol.in l.si is.ff.de acqui.hære. nisi adijciat dictionem maxime, Bald.in c.ex parte.de concess. præb.quando tamen iudex auget, vel minuit pœnam tenetur exprimere causam augumenti, & diminutionis, Bal. in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de infamibus. l.data C.qui accus.nõ poss.& hoc idem in omni casu quo ipse recedit à iure cõmuni. l.sciendum.ff.de appel.recip. quod dictum procedit ad iudicis excusationem vel sententiæ suppletionem, non autẽ ad ipsius sententiæ substantiam, & validitatem. Bart.in l.legatorum.§.ad tempus.ff.de interd.& releg. idem in l.quod ad statum. ff. de pœn.

82 ¶Causæ † autem quibus temperetur, vel remittatur pœna multæ sunt, de quibus latè traditur per Andr. Tiraq.in tract. de pœn.tempor.& per Monach.in tracta.de arbit.iud.& ego dixi in tract.de fort.cas.

¶Ideo hic tantum ponã vnam reg.cum suis fallentijs, quę sit huiusmodi.

83 ¶Vbi est certa † pœna à lege, cõsuetudine, vel statuto imposita, iudex remittere, aut minuere non potest. l.1.§.1.ff.ad Senatusconf.Turp. Doct. com.in c.de causis. de offic.deleg. glo.in cap.licet.de pœn. fallit tamen, Primo quando ex quadam vel leui, aut etiam iniusta ratione motus quicquam egerit. l.igitur.ff.de lib.cau.glo.in l.1.ff.de abigeis.vbi iniusta, glo. in l.plagij. C.ad l. Iul. de plagiar. & in l.iuste possidet. ff. de acquiren.posses.

84 ¶ Secundo † fallit vt mitius puniatur delinquens in omittendo, quam in committendo, glo.com. recepta in l.si mora. ff. solut. matrimo.

85 ¶ Tertiò fallit † quãdo imposita aliqua pœna non capitali ex ea tamen inspecta qualitate delinquentis ipse verisimiliter moreretur, vt relegatio ad triremes ad certum tẽpus, quo ipse verisimiliter non posset permanere absque vitæ periculo. Bal.in l.quicunq;.col.4. C.de seru.fugit. Valasc.in l.imperium.col.49.ff.de iurisd.omn.iud.

86 ¶Quarto † fallit quando multitudo delinquit. c.cõstitueretur.50.dist.c.ordinationes.c.ipsa pietas.c. non potest.c.q.s quis.cum glo.23.q.4.nisi multitudo vellet delictum quasi ex authoritate defendere, glo.c.1.vers.recidenda. de pœn.dist.6. secundo nõ excusantur per hoc authores delicti. l. quoniam. C.ad l.Iul.de vi publ.

87 ¶Sexto † fallit quando alij ad frugẽ melioris vitæ facilius traherentur, c.vlt.qui fil.sint legit. c.vlt.de diuort.

88 ¶Septimo † fallit vbi sunt merita delinquẽtis, vel suorum maiorum. l.2.§.postea.ff.de orig.iur.

89 ¶Octauo † fallit propter insigne aliquod artificiũ, vel excellens

cellens robur delinquentis.l.ad bestias.ff.de pen. Iaſ.l.1.ff.de legibus,niſi eſſet latro manifeſtus,vel valde ſceleratus.l.ſi qs. §.ſi autem.ff.de iniuſto rupto.

90 ¶Nono † fallit in eo q̃ alias optimis moribus fuiſſet præditus,nã cũ eo clementius eſt agendũ.l.non oẽs.ff.de re mili.

91 ¶Decimo † fallit, vbi euẽtus proſper vel fœlix finis euenit ex illo delicto.l.2.§.poſtea.ff.de orig.iur.

¶Vndecimo fallit vt mitius puniatur per viã inquiſitionis, quam per viam accuſationis,c. ſuper his. c. inquiſitionis. de accuſa.c.tuæ. de pœn.c.qualiter.el 2.de accuſat.

92 ¶Duodecimo mitius† punitur,qui clam,quam qui palam deliquit,cap.nemo 32.q.4.maius eſt enim manifeſte peccare, quam occulte,c,ex tenore.de temp.ord.c.1.de voto in 6.

93 ¶Decimotertio cum †non poteſt puniri delinquens,quin innocens puniatur,ille potius impunitus debet relinqui quã hic puniatur,c.quam magnum 23.q.4.c.ſacris.de ſepul.

94 ¶ Decimoquarto † fallit in eo qui crimen cõmiſit ſtatim tamen pœnitens omnia in priſtinum ſtatum repoſuit, nam cum eo mitius eſt agendum.l.qui ea mente.ff.de furtis.l.quis ſit.§.1.ff.de ædil.edicto.

95 ¶Decimoquinto † fallit vt ſi quis aliũ læthaliter vulneraſit, quem alter poſtea occiderit,non ea pœna punietur, qua ſi vulneratus ex ſuo vulnere occubuiſſet, ſcilicet de occiſo, ſed tantum de vulnerato.l.item Mela.§.Celſus.ff.ad l.Aquil.

96 ¶Decimoſexto†fallit quãdo duo ſe mutuo vulnerauerint, nec conſtat vter eorum procurauerit,neuter punietur gl.in l. 1.§.cum arietes.ff.ſi quadru.paup. fec.dic. l.ſcientiam.§.cum ſtramenta. ff.ad leg.Aquil. Idem ſi certum ſit vnum ex pluribus aliquem interemiſſe, vel aliud delictum commiſiſſe, nec tamen conſtet quis eorum fecerit,nullus puniendus eſt. gl.in l.item Mela.§.ſed & ſi. ad l.Aquil.arg.l.abſentem. ff.de pœn. c.quieſcamus.42.diſtin.

97 ¶Decimoſeptimo cõſuetudo † praua excuſat à delicto gl. in c.cum venerabilis. de conſuet.verſi.migraſſe & ibi Docto. com.Anch.in conſi.51.

98 ¶Decimooctauo mitius † agitur cũ eo, qui diutius in carcere detentus fuit. l.omnes.C.de pœnis.vbi tempus carceris computatur in tempore exilij.

99 ¶Decimonono minus punitur † delictum attẽtatum quã conſummatũ.l.2.in fin.ff.de extr.crim.& ibi Doct. com.niſi eſſemus in atrocioribus. l. ſi quis non dicam C.de epiſ.& cle.

100 ¶ Vigeſimo coactus † per vim & metum ad delinquendũ mitius punitur, Doct.com.in c.ſacris.de his quæ vi met.cauſa fiunt.c.presbyteros.50.diſt.vnde pœna remittitur, aut certè minuitur cum quis mandãte principe delinquit l. ſed & ſi. §,ſi iuſſu. ff.de iniur.l.vlt.ff.de bon.damn.idẽ ſi precibus principis inductus fuerit glo.in l.vnica, ver. pignora. C. ſi rector prouinciæ. Doct.com.c.1.de offi.deleg.

101 ¶Vigeſimoprimo qui † deliquit propter paupertatẽ mitius punitur, c. ſi quis propter.de furt.non tamen licitum eſt prætextu paupertatis delinquere,l.palam. §.ignoſcendum.ff. de ritu nupt.c,quoniam.de ſimon.

102 ¶Vigeſimoſecundo nobilis †,mitius punitur quã ignobilis.l.ſacrilegij.ff.ad l.Iul.pecul.l,Pædius.l.vlt.ff.ad l.Iul.pecul. l,vlti.ff.de ſep.viol.

103 ¶Trigeſimotertio cum † quis confitetur crimen non conuictus mitius punitur quam ſi negans conuinceretur. l.1. C. ne tut.vel cur. auth. ſed nouo C.de pœn.

104 ¶Vigeſimoquarto mitius punitur † cum poſt delictum à ſe commiſſum iam multum temporis eſt tranſactum. l.ſi diutino.ff.de pœn.Vnde ſpacio viginti annorum tollitur vt amplius vlciſci non valeat.l.in cognitione. ff.ad ſyllan.l.querela. C.ad l.Corn.de falſ.c.cum venerabilis.de exc.

105 ¶Vigeſimoquinto mitius † punitur ſi perpetrato crimine delinquentẽ illius pœniteat, fiatq; bonus ipſe delinquẽs, Spec.tit.de accuſ.§.1.c.accuſaſti,de accu.c.odio 86.diſt. Marſil.in l.qui falſam.C.ad l.Corn.de falſis.

106 ¶Vigeſimoſexto leuius † punitur cum quis condemnatur præſumptionibus vehemẽtibus,quam probationibus,Doct. com. in c. afferte de præſumpt.

107 ¶Vigeſimoſeptimo mitius † punitur ille qui habet plures liberos quam alius,Rom.in l. ſi verò. §.de viro.verſ.45.ff.ſol. matr.Barb.in l.cum acutiſſimi C.de fideic.l.qui in prouincia. §.diuus.ff.de ritu nupt.

108 ¶ Vigeſimooctauo amicorum † cauſa delicũ commiſſum facit vt leuius puniatur,eſt.n.amicitia veluti quædã fraternitas,gl.in l.verum.ff.pro ſocio.Iaſ.inl.quæ dotis.ff.ſol.matr.

109 ¶Vigeſimonono minuitur † pœna ratione compaternitatis Paul.conſi.229.vol.1.facit l.2.ff.de recep.arbit.

110 ¶Trigeſimo minuitur † pœna cum quis conſuluit conſanguineo,vel affini pietate motus aliquid legibus prohibitum, Doct.com.in l.2.ff.de rec.arbit.

111 ¶Trigeſimoprimo mitius†agitur cum eo qui filium ſuum obtulit iudici.l.milites §. deſertorem.cum glo. ff.de re milit. idem ſi filius patrem offert,Angel.in l.adulterium. §.liberto. ff.de adulter. Idem eſt dicendum ſi filius patrem accuſat. l.2. ff.de recept.arbit.

112 ¶Trigeſimoſecundo mitius†agitur etiam cum eo ratione eius qui pro ipſo interceſſit.c.clerico iacente.50.diſt.

113 ¶Trigeſimotertio iudex † ratione amicitiẽ poteſt minuere pœnam,c.niſi.de offi. deleg. in his ſcilicet in quibus iudex hẽt arbitrium.Iaſ.in l.1.C.ex quibus cauſ.infamia irrogetur.

114 ¶Trigeſimoquartò minuitur†pœna vbi fuit dolus minor, vel ſaltem leuis.Bald.in l.ſi ſeuerior. C.ex quibus cau.infam. irrog.Alex.conſi.144.volu.2. idem vbi fuit lata culpa mitius punitur,quam vbi fuit dolus.l.lege Cornelia.§.1.ff.ad l.Cornel.de ſiccar.Ancha.conſi.283.

115 ¶Trigeſimoquinto mitius†punitur qui ex ruſticitate peccat,& ſimplicitate quadam excuſatur,not.l.1.ff.de leg.glo.in c.ſecundum.23.q.4. c.ſi quis dederit. 24.q.1. Idem ſi per imperitiam.l.deſertorem. §.ſi plures. ff.de re milit.l.qui cũ vno. §.vlti.ff.eod.titu.

116 ¶Trigeſimoſexto mitius † agitur cum muliere quàm cum maſculo.l.ſacrilegij.ff.ad l.Iul.pec.l.ſi adulterij. §.ſtuprum.ff. de adulte.

117 ¶Trigeſimoſeptimo leuius † punitur quis ob ingraueſcẽtem ætatem.l.ſi quis in graui.§.ignoſcitur.ff.ad Senatuſconſ. Syllan.l.2.ff.de term.moto.l.ferè in omnibus. ff.de reg.iur.c. tanta 86. diſtinc. Idem dicendum eſt in cauſa tenellæ ætatis. l.auxilium.§.in delictis. ff.de minor. d.l.ferè in omnibus. l.1. §.impubes.ff.ad Syllan.

118 ¶ Quibus ita † limitatis dicẽdum eſt quod tunc minuitur, vel remittitur pœna ex cauſis relatis, vel ſimilibus: hoc tamen intelligo niſi atrocitas criminis aliter ſuaſerit,nam propter atrocitatem criminis licitum eſt leges tranſgredi, Inno. in c.1.de conſt.& ſic ſecundum hoc dictum ſuccedit alia reg. contraria ſuperius relatæ,quæ ita ſe habet.

119 ¶Propter atrocitatẽ † criminis licitum eſt leges tranſgredi,nam ratione caſuũ emergentiũ iudices leges tranſgredi,& pœnas ordinarias poſſunt augere, Spec.in titu.de conſti.§.1. in fine. Arch.in c.qui bona 17. q.1. Bal.in l.obſeruare §.proficiſci.q.11.ff.de offi.procõ.vnde ſæpe excuſantur aſſeſſores, qui pro bono publico ſtatuta tranſgrediuntur,Bal. in c.2. de re iudi. Quæ reg.ampl. primo vt ſeruus aliàs incapax admittatur ad impetrandum reſcriptum propter ſceleris grauitatem.l.1.C.de prec.imper.offer.

120 ¶Secũdo ampl.vt † ſceleris magnitudo tollat appellationem,nec propter eam ſuſpenditur executio ſententiæ.l.ſi qs filio.§.hi autem. ff. de iniuſt.rupto.niſi alias immineret periculum maioris damni.

121 ¶Tertio ampl. vt † alias accuſare prohibiti,vt mulieres,admittantur propter ſceleris grauitatem.l.mulierẽ. ff.de accuſ. l.in quæſtionibus.ff.ad l.Iul.maieſt.c.tantam.de ſimon.

122 ¶Quarto ampl. vt † conſcius criminis admittatur in teſtẽ qui alias non admitteretur,c.per tuas.de ſimo.c.fidei.§.licet. de hær.in 6. l.vlt. C.de accuſa. inſpecta tamen qualitate cauſæ & perſonarum.

123 ¶Quinto propter † immanitatem criminis poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem alias prohibitam, l. ſi quis in hoc genus C.de epiſco.& cleri.

124 ¶Sexto in † omni die poteſt torqueri ob atrocitatem criminis,quod alias non poſſet.l.nemo C.de epiſc. aud.

125 ¶ Septimo arbitrio † conceſſo excarcerandi captiuos non poſſunt excarcerari illi qui propter enormitatem ſceleris in carcere detinẽtur,Bal.in d.l.nemo. verſ.item.C.de epiſ.aud.

126 ¶Octauo ratione † atrocitatis criminis ſententia executioni demandatur infra tempus decem dierum ad appellandum conceſſum, Doct.com.in l.addictos.C.de appella.Bart. in l.qui vltimo.ff.de pœn.

127 ¶Nono propter † delicti grauitatem denegatur accuſato aduocatus.l.per omnes.C.de defenſ.ciu.Rom. in l.ſi vero.§. de viro.ff.ſol.matr.in 46.fall.

128 ¶ Decimo propter † atrocitatem delicti quocunque die etiam feriarum diuinarum ſententia mandari poteſt executioni.l.prouinciarum.C.de fer.

129 ¶Vndecimo propter † magnitudinem delicti poteſt quis aliquem propria authoritate interficere, l.1.C.quando liceat cuique ſine Iud.auth. Bald. in l.amiſtione. §.qui deficiunt.ff. de capit.dim.

130 ¶Duodecimo cauſa † atrocitatis delicti poteſt quis capi a priuato qd̃ alias non poſſet,l.vlt.C.de malef.& math.doct. com.in l.vlt.C.de cuſt.reorum.

131 ¶Decimotertio in atroci † delicto accuſator non probans non dicitur calumniari,vt ad accuſandum facilius inuitetur, l.1.C.de falſa moneta.§.vlti. Auth.de non alien.gl.in l.athletas.§.præuaricator.ff.de his qui not.infamia.licet regulariter ſit ſecus.l.1.C.de adu.diu.iud.

132 ¶Decimoquarto † propter delicti grauitatem infamatus a beneficio,& officio ſuſpendi poteſt donec ſe canonice purgauerit,glo.in c.inter.de purg.can.

133 ¶Decimoquinto † furioſus ob grauitatẽ delicti punitur de crimine commiſſo ante furorem,Doct.com.in l.tam dementis.C.de epiſc.aud.

134 ¶Decimoſexto † ob grauitatem delicti interdum defertur iuramentum actori quod alias non deferretur, glo. magna in l.admonendi.ff.de iureiur.l.ſi quando C.vnde vi.

135 ¶Decimoſeptimo † licet delictũ morte ſoluatur toto tit. C.ſi reus vel accu.tamen in atrocioribus accuſari & condemnari poterunt vt extinguatur eorum memoria, glo. in §.per contrariũ.Inſt.de hær.quę ab int.defer.dixi ego in tract.mors omnia ſoluit.p.2.concl.32.

REPETITIO
IN C. QVO IVRE.
DISTINC. VIII.

Præſtantiſſimi V. I. C. D. Ioannis de Graſſis.

SVMMARIVM.

1 *Ius duplex,diuinum ſcilicet & humanum.*
2 *Dominia particularia iure humano potius quàm diuino introducta ſunt.*
3 *Pauperum & diuitum vnum eſt principium.*
4 *In dominio priuato quænam habeamus.*
5 *Reges & principes poteſtatem habent iura condendi.*
6 *Lege ſublata tollitur eius effectus.*
7 *Nomen Chiſtianum non eſt extra catholicam eccleſiam.*
8 *Regibus tenemur ad obedientiam & reuerentiam ex præcepto apoſtolico, nec eorum poteſtatem abnegare poſſumus.*
9 *Argumẽtum de iuriſdictione & reuerentia principum ſecularium ad poſſeſſ.rerum ſecularium & temporalium optimum eſt.*
10 *Eccleſiæ bona per hæreticos poſſideri non debent.*
11 *Hæreticorum bona publicari debent, & applicantur Imperatori & fiſco ſeculari.*
12 *Decimæ & primitiæ poſſidentur iure diuino.*
13 *Ius canonicum diuinum & humanum nuncupari poteſt.*
14 *Spoliatus ante omnia venit reſtituendus, nec admittitur exceptio proprietatis.*
15 *Petens reſtitutionem eorum, quæ de iure communi ad alium ſpectant, debet probare,quòd earum rerum nactus fuit poſſeſſionem legitimè, aliter non reſtituitur.*
16 *Proprietatis defectus impedit reſtitutionem.*
17 *Hæretici incurrunt excommunicationem ipſo iure.*
18 *Exceptio ſpoliationis requirit habilitatem perſonæ.*
19 *Pronomina,meus,tuus, ſuus, & ſimilia referuntur ad dominium & proprietatem,non autem ad poſſeſſ.*
20 *Iniquitas accipitur pro cura & ſollicitudine acquirendi: & quare.*
21 *Seruitus quo iure fuerit introducta.num.22.*
23 *Imperator de rebus eccleſiaſticis non valet diſponere.*
24 *Priuilegium ab Imperatore indultum alicui eccleſiæ de preſcriptione 100. annorum valet quantum ad priuatos Imperatori ſubditos, ſed non quãtum ad alias eccleſias,niſi auctoritas Papæ interueniat.*
25 *Ius naturale eſt antiquius & dignius omni alio iure conſuetudinis & conſtitutionis.*
26 *Conſuetudo & conſtitutio quid differant.*

Vo iure. Diuidit in quinque partes. Primo interrogat ſiue formatq. Scdo pro determinatione aliqua præmittit. Tertio reſpõdit ad queſt. Quarto declarat.Quinto reſpondit tacito obiecto. Ibi ſecunda, diuinum ius. Ibi tertia, iure igitur humano. Ibi quarta, iura autẽ. Ibi qnta,ſed dicitis. Dnia rerũ humano iure regali vel Imperiali defenduntur, non diuino.h.d.vſq; ad.§.dignitate. Not.Primo modum reſpondẽdi & argue di interrogando: Nã quidã hæretici conquerebantur ſe ſpoliatos quibuſdam poſſeſſionib. eccleſiæ per Imperatorẽ, dicentes Imperatorem non habere poteſtatem:hos interrogat Aug.& reſpõdit.& eſt fortis modus arguendi & reſpondendi,quia quodãmodo pars conuincitur vt ſibi ipſi reſpondeat. Not.† ſecundo q̃ habemus duplex ius, diuinũ ſcilicet & humanum. Not. in verſ.diuinum. In quibus contineatur & habeatur ius diuinum & humanum. Not. in verſic.vnde quiſquc.q̃ † dominia particularia iure humano potius quàm diuino introducta ſunt:dominium vero vniuerſale bene eſt a Deo. Not. in ver. pauperes.q̃ & † pauperum & diuitum vnum eſt principium: & ſic quo ad principium nullus poteſt dici nobilior altero. Not. in ver.iure igitur.tria † quæ ſunt in noſtro dominio priuato,villa domus & ſeruus. Not.in verſi.iura autem. q̃ † reges & principes habent poteſtatem iura condendi a Deo, & ſic Imperium & principatus ſeculares ſunt a Deo. facit quod vidiſtis in §.fin.diſt.6.& 11.q.3. Imperatores. Not. in verſic. item tolle.q̃ ſublata lege † tollitur effectus legis.Not.in verſ. item relegantur. quòd extra catholicam † eccleſiam non eſt nomen Chriſtianum: & qui non eſt nominis Chriſtiani non debet gaudere bonis aut rebus eccleſiæ.Sed not.in verſic.ſed dicitis.quòd vbi agitur de iure humano, poteſtas Imperialis abnegari non poteſt. Not.in verſi.apoſtolus. q̃ ex præcepto † apoſtoli tenemur ad obedientiam & reuerentiã regibus nec eorum poteſtatem abnegare poſſumus. Not.quòd optimum eſt † ar.de iuriſdictione & reuerentia principum ſecularium ad poſſeſſionẽ rerũ ſecularium & temporalium: & qui abnegat poteſtatem ſecularem,abnegat & poſſeſſionem rerum ſecularium & temporalium. Capio glo.primam, pro cuius expeditione quæro de intellectu textus:glo.reſpondet ibi,i.petis.Iſte eſt primus intellectus, pro quo facit quod dixi in tex. videlicet quòd iſti hæretici erãt ſpoliati bonis ſuis & petebãt ſibi reſtitui,quod non eſt facien.quia ſiue loquamur de bonis eccleſiæ,deneganda eſt reſtitutio, cùm † per hæreticos bona eccleſiæ poſſideri non debeant,33.q.5.ſi vos. Siue loquamur de bonis proprijs patrimonialibus:& idem,cum eorum bona publicentur,c.vergentes. extra de hæreticis. & in authen.gazaros.C.de hæreticis. & facit quod infra videbitis in glo.ad fin.hic eſt ſecundus intellectus, pro quo facit c.facultates.13. q.2.& c. præſulum. 16.q.3. Et ſecundùm iſtum intellectum nondum erant ſpoliati, ſed latis legibus imperialibus catholici volebant ipſos ſpoliare, & ipſi reſiſtebant & ſe defendebant,& ſic erant rei denegantes poteſtatem Imperialem,quibus reſpondit Aug.quòd nullo iure poſſunt ſe defendere, nõ iure naturali, quia illo iure omnia ſunt communia, non iure diuino,cum omnia debeant eſſe iuſtorum,& dicatur, auferetur regnum a vobis, & dabitur genti facienti iuſtitiam, & labores ipſorum iuſti edent.23.q.7.c.1.2.& 3.non etiam iure humano,cùm ius humanum ſibi auferri præcipiat, vt in iuribus præallegatis:& ſentit iſte textus, quòd † applicentur Imperatori & fiſco ſeculari:quod eſt verum,ſi hæretici ſint layci & ſeculares,requiritur tñ declaratio eccleſiæ, vt in c.cùm ſecundùm.de hæreticis.in 6.& iſta vltima expoſitio magis cõuenit,cum defendere ſit reorum non actorum.¶ Capio nunc glo.2.pro cuius expeditione oppo.de c.1.23.q.7.gl.reſpondet ibi,de decimis & primicijs. hæc eſt prima ſol.ad cõtrariũ, ſecũdum quam ſequitur, quòd poſſeſſiones & prædia & aliæ res prophanæ bene poſſidentur iure humano: ſed ſpiritualia vt ſunt † decimæ & primicię,poſſidentur iure diuino:& ideo ius humanum tractat de poſſeſſionibus & alijs rebus prophanis,ius verò canonicũ de ſpiritualibus. Sed contra iſtam ſolut.facit primo, quia multũ reſtrinxit iſtum textum & contra. Item quia videtur contra textum in verſi.nam iure. vbi non ſolum decimæ & primiciæ & ſpiritualia eſſe cenſentur & poſſidẽtur iure diuino,imo omnis terra & plenitudo eius, & dicitur dominus habere proprietatem,alij vſum,vt in cap. tua.extra de decimis.Ideo gloſ.tranſit ad aliam ſolutionem. ¶ Ibi ſub iure humano. hæc eſt ſecunda ſolut. ſecundùm quam ſequitur, quòd hic & in contrario loquatur de eodem iure,ſcilicet canonico,quod diuinum & † humanum nuncupari poteſt. ¶ Sed contra iſtam ſolut.facit text. iſte in verſiculo, iura autem humana. vbi iura humana appellat iura Imperatorum: & proſequitur de regibus & Imperatoribus & eorum iure non autem de iure canonico, quod non eſt Imperatorum ſed eccleſiæ & Romani Pontificis. Solutio, huius timore vt puto dicunt doctores, & maximè

Archidia. ꝙ omnia iura, quæ ab homine inuenta sunt, & artificio humano tradita, dicuntur humana, & sic ius canonicum,& per consequens imperiale & principum, quantum ad ea quæ in illis tractantur, vt de præscrip. & possessionibus temporalium rerum,& de contractibus & similibus, de quibus principalius & planius tractant leges imperiales, quàm canones. Vnde quo ad hæc,iura canonica possunt dici imperialia, & principes de illis tractantes possunt dici Imperatores etiam si sint principes Ecclesiastici. Sed hæc so.mihi non placet,quia destruit literam. Item quia ius humanum & imperiale proprie dicitur ius ciuile non canonicum, & appellatur lex.c.1.cùm seq.2.distin. Ideo tertio loco respon.Archid. ꝙ dum tex.in d.c.1. 23. quæst.7. dicit iure diuino quo cuncta iustorum sunt, &c. intelligitur non ꝙ omnia sint iustorũ iure diuino, sed quòd iudicio iustorum,quia iustus nihil habẽs & tanquam habens omnia,est.23.q.3. quid dicam. & in c.nimis iniqua.extra de excessib.præla.facit illud Apostoli. Nihil habentes & omnia possidentes. vel quartò sunt oĩa iustorum, idest vitæ merito.Sed hæc so.nõ tollit contrariũ.Ideo melius dicendum iudicio meo,ꝙ aut querimus de dominio vniuersali omnium,& illud dominium est de iure diuino vt in d.c.j. 23.q.7.aut quærimus de particulari dominio villarũ, & possessionum,& illud iure imperiali habetur & possidetur, ac ẽt defenditur,& ita loquitur hic. Nec obstat si dicatur imo iure gentium,vt in c.ius gentium.1.dist.quia illud prius iuuẽtum. sed defensio & ampliatio est iure imperiali, & humano.

¶Glo.nunc colligit ex tex.ibi, 2.q.7. c.1.& 2. Istud argu.siue dictum glo.sumitur secundum Ioan.de Fa.& Archi.ex glo.1. secundum primum intellectum dũ exponitur defendis, idest petis. Sed contra glo.oppo.de c.in literis.c.ex conquestione. cum sim.extra de resti.spolia.de c.1.cum seq.3.q.1. in quibus
14 omnibus iuribus dicitur † spoliatum ante omnia restituendũ, nec admittitur excep. ꝓprietatis.facit c.fin.extra de ord.cog.

¶So.dicit Archi. aut agenti petitorio ad repetendum beneficium obijcitur aliquod crimen, vel aliud, propter quod inducitur priuatio ipso iure illius beneficij,vt quia opponit hæresis,vel dicitur ꝙ est de crimine per sententiam condemnatus,& admittenda est huiusmodi excep.vt hic.& 23.quæst.7. cap.1.& 2. Aut obijcitur aliud crimen,per quod non amittit ipso iure beneficium nec ius suum,vt ꝙ sit periurus, adulter, simoniacus,pluralis,& similia,& ista nõ admittuntur, sed restituitur. ¶Non obst. cap.inter dilectos. cum ibi no.per Innoc.extra de excess.præla.c.quod sicut.cum ibi not.per gl. & Compostel.extra de elect. facit quod habetur 3.q.1. §.patet. Et sic secundum hanc distin. intelligitur hic ꝙ loquatur glo. quando agitur petitorio, & iura cõtraria loquuntur quãdo agitur possessorio: quæ solutio mihi nõ multum placet, primo quia non conuenit verbis gl.dum tex. dicit,petenti restitutionem. Nam restitutio cõmuni & proprio vocabulo præsupponit spoliationem prius habenti,vt in toto titu.extra de restit.spolia. Præterea si intelligatur in petitorio, non est dubium posse opponi hanc exceptionem, imo etiam si non inducat priuationem ipso iure opponitur, quia petens non est priuilegiatus. c.cum dilectus. extra de ordi.cogn.cum sim. & admittitur omnis exceptio respiciens defectum iuris, siue ipso iure, siue per sentẽtiam etiam in beneficialibus. c.ex frequentibus.extra de institu.quicquid dicat Innocẽ.& Doct.s̃.

¶Præterea hic nihil dicit de beneficijs: ideo secundo modo respondet Archid.ad contra. ꝙ aut petens restitutionẽ possessionis non probat possessionem,& nõ restituitur,quod intelligatis tempore spoliat. c.cõsultationis.extra de offi.dele. c.ex parte.c.olim.extra de resti.spolia.aut probat possessionẽ tempore spoliationis,& spoliationem, & tunc bene restituitur primo,& ante omnia sine aliquo obiectu excep. & ita loquuntur contraria:facit c.item cum quis.eo.titu.de rest.spo. facit quod voluit Inno.in c.super hoc.extra de renunc. Nam hic isti hæretici & si fuissent in possess. non tamen possidebãt, & ideo non competit eis restitutio. Nam secundum Archid. licèt excep.respicientes petitorium non admittantur in possess. recuperandæ possessionis, rationabiles tamen & competentes ratione possessionis bene admittũtur per iura præ-
15 alleg.Hinc etiam descendit secundum Arch. ꝙ si † quis petat restitutionem eorum,quæ de iure cõmuni ad alium spectant vel pertinere debẽt, debet probare ꝙ earum rerũ nactus fuit poss.legitimè & aliter non debet restitui.c.ad decimas.extra de restitu.spolia.lib.6.Sed hæc so.& si sit vera in se,tamen nõ multum placet ad tex.nostrum, nec ad verba glo. Nam licet possessio nõ sit licita ꝓpter crimen maximè hæresis vel aliud, tamen causat possessorium, & si quis iure incognito spolietur,& succedit regula,ꝙ spoliatus etiam prædo primo & ante omnia est restituendus.c.in literis. præalleg. & istud maximè quia etiam in hæresi requiritur declaratio antequam spolietur quis bonis suis.c.cum secundum.extra de hære.lib.6.Ideo considerabam respondere altero de tribus modis, vel primo ꝙ hic loquatur quando hæresis erat notoria,nec isti negabũt, vt patet in text.quo casu succedit regula, quòd notorius de-
16 fectus † proprietatis impedit restitutionem,cap.ad decimas. extra de rest.spolia.in 6.c.significasti. c.porro.extra de diuor. cum sim.¶Vel secundo quòd hic loquatur de spoliatione facta per iudicem cum causæ cognitione propter hæresim,quę non causat possessorium: secus si iure incognito spoliauerit; c.conquerente.extra de rest.spolia.¶Vel tertio hic loquitur, quando exceptio hæresis opponitur ad processum propter
17 excommunicationem,quam † hæretici incurrunt ipso iure.c. excommunicamus. extra de hære. & excommunicati repelluntur ab agendo.c.intelleximus. extra de iud.c.pia. de exce.
18 lib.6.etiam exceptio spolia.† quæ licet sit priuilegiata,tamen requirit habilitatem personæ,clem.sæpe.extra de verb.signi. & voluit Bar.in l.2.C.de edic.diu.Adri.tol. ¶Vel quarto potest dici vt colligitur ex tex.nostro hic in fi.ꝙ isti renunciauerant poss.de quo in d.c.super hoc.& in c.solicitæ.extra de restit.spol.In glo.eadem.ibi,vel iud.offi.dicit Archid.quòd interdictum datur ei qui cum diceretur possidebat.l.1.§. interdictum.ff.de vi & vi arma.facit c.olim causam. extra de resti. spol.¶Istud officium quando competat,aut cui,nõ declarat: vos potestis declarare,vt in cap.accedens, 1. extra vt lit.non contest.& satis dixi in c.sæpe.extra de resti.spolia.& facit hęc glo.pro intellectu quem supra retuli, videlicet ꝙ glo. loquatur,quando agebatur possessorio. Ego tamen nõ video qualiter sumatur istud arg.hic,quia nõ quærebatur quo remedio aut qua act.agerent isti,sed quo iure, vt patet in tex.nisi inferatur de vno ad reliquum. ¶Ad fi.notãda est hæc gl.singulariter,quæ ponit veram opinio. ad intelligentiam eorum quæ habentur in c.examinata.& c.dilecta.extra de iudi. Et pro gl. videtur casus in l.1.§.1.ff.si mes.fal.mo.dixerit. Capio glo.3. super verbo mea est, ad fi.No.est hæc glo.singulariter,quòd
19 † ista pronomina meus,tuus,suus,& similia referuntur ad dominium & proprietatem, non autem ad poss.de quo remittit Archi.ad §.si ergo.12.q.1.& ad c.1. extra de postul.præla. & procedit hæc glo.propriè sumpto vocabulo. Aliquando tamen & ad poss.& ad tenutam,& similia referuntur. Oppo. contra tex.de c.2. 12. q.1. vbi dicitur, ꝙ meum & tuum cœpit ab iniquitate,& sic non ab hoc iure humano, quod nõ potest esse iniquum,c.erit autem lex 4.distin. So.potest responderi altero de duobus modis secũdum Hu.& Archi. Vel primo,quod iniquitas † accipitur pro cura & solicitudine acquirendi,in qua plerunque est iniquitas & auaritia. Vel secundo
20 dicitur iniquitas,quia malum seculare, & pœna secularium. §.de hoc 24.q.5.Vel tertio iudicio meo dicendum,quòd cępit ab iniquitate,siue propter iniquitatem,idest propter pec-
21 catum primorum parentum. Oppo. secundo, ꝙ † seruitus non fuerit introducta hoc iure, sed diuino,35.distin. c.sexto die.facit Gen.9. c. vbi Noe maledixit Caym filium suum, & iussit esse seruum cæteris fratribus suis. So.illa non fuit propria seruitus,ita ꝙ esset in dominio aliorum fratrum, sed eis seruiret.Opponitur tertio de c.ius gentium.1.distin.vbi iure
22 gentium † non imperiali emanauerũt dominia & seruitutes. So.Archid.ibi remittit. Vos dicite altero de duobus modis: vel primo ꝙ hic refertur ad illud,& loquitur de illo,quod nõ placet,quia esset violare literam. Ideo secundo dic, ꝙ hic loquitur approbatione esse iuris humani, siue defen. vt patet in ver.Item tolle.cum seq. Et facit,quia isto iure humano ꝓdita sunt remedia de possessionibus acquirendis,recuperandis,retinẽdis,& his similia. ¶Capio gl.4.sup verbo gaudeatis.pro cuius expeditione quæro de intellectu tex.Gl. respõ. ad fi.quasi velit glo. si reges & principes fecerunt iura, vt ab hęreticis auferantur bona,nolumus tacere leges,vt vos contra leges gaudeatis bonis, ea retinendo aut perdita recuperando, & iste intellectus placet, quia iuris dispositio non est tacenda, vt aliquis contra debitum iuris gaudeat. ¶Capio glo.5.pro cuius expeditione oppo.de c.leue quidem.96.
23 distin.vbi Imperator de ecclesiasticis † non habet disponere: facit c.ecclesia. extra de consti. Huius timore est facta glo.ad fin.Sic ergo glo.fatetur contra. & sequitur Archi. remittens. 6.quæstio.3.si inter.& 10.distinc.cap.1.Hug.vero & Ioan.dixerunt, quòd Imperatores fecerunt constitutiones de rebus ecclesia-

ecclesiasticis ad petitionem ecclesiæ,& eius aucto. Sed ecclesia postea eas recepit & approbauit,aliàs non valuissent. Nã tales constitutiones non auctoritate Imperatorum, sed Ec-
24 clesiæ sustinentur,ex quo infert Hug.arg. ꝙ † priuilegium ab Imperatore indultum alicui ecclesiæ de præscri. centum annorum,valeat quãtum ad priuatos Imperatori subditos, sed non quantum ad alias ecclesias,nisi auctoritas Papæ interueniat, arg.in c.lege.10.dist.& c.cæterum.17.distin.Sed hæc so. mihi non multum placet,primo quia satis atque satis restringit literam nostram,& diuinat dicere, ꝙ ecclesia approbauerit. Item quia esset corrigere omnia iura ciuilia loquentia de hæreticis, nec est credẽdum si non habuisset potestatem Imperator, & maximè Iustinianus, qui fuit Christianissimus, ꝙ disposuisset. Ideo dicerem altero de duobus modis, vel primo ꝙ iste textus refertur ad iura antiqua, secũdum quæ omnis erit attributa potestas Imperatori de omnibus disponendi temporalibus.c.duo sunt genera.12.dist.& c.cum ad verũ. 96.dist.cum similibus. Vel secundo ꝙ priuilegiando de pertinentibus ad eum bene potest Imperator & alius princeps secularis disponere & statuere de ecclesijs,ecclesiasticis rebus & personis,& ita loquitur hic, & sentit Hu.supra in glo.pen. ad fin.Istud forte dixit glo.propter illa quæ dixi in glo.proxi. & dic vt ibi.¶Capio nunc gl.fi.quæ arguit ex tex.ibi,ff.quod met.caus.l.2. Et istud primum arg.procedit, quia ex quo nolunt dominium possessoriũ debẽt velle disposita super ipsis. ¶Ibi,3.q.6.hęc quippe.Istud arg.procedit intelligendo ꝙ res & disposita super eis sint connexa. facit c.præterea. extra de offi.deleg.potest tamen istud arg.adduci in contra.quia si res erunt ecclesiasticæ & personæ, ergo constitutio ecclesiastica. sed oportet incipere à constitutione.Ad fin. de hoc remittit Archi.ad d.c.sacerdotum.hic allegatum. & hæc glo.relata ad text.facit pro his quæ dixi in glo.2. supra eo. ꝙ isti renunciauerant remedio possessorio,& possessioni: ideo eis nõ competit restitutio.Et dicite vt in præcedenti dictum est,&c.

§.Dignitate. Hic incipit secunda pars huius dist. in qua secundum Ioan. probat, per vnicum c. ꝙ mala consuetudo nõ valet. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit dictum.Secundo infert ex eo.Ibi secunda,quæcunq;. Ius naturale dignius est consuetudine,& constitutione: ideo vincit consuetudinem,& constitutionẽ contrarias,& habentur pro irritis.h.d. Nota primo ꝙ ius natura-
25 le non solum † est antiquius, imo & dignius omni alio iure consuetudinis,& constitutionis. Not.secundo ꝙ dignitas,&
26 auctoritas conueniunt iuri.Not.in ver.quæcunq;.† differentiam inter consuetudinem, & constitutionem, quia consuetudo dicitur recipi moribus sine scripto: constitutio verò dicitur comprehendi scripto.Vltimo no.hic in fi.vnum ex quo consuetudo, & constitutio efficiuntur irrita ipso iure: & in hoc æquiparantur. Capio glo.ibi,quam alia iura.hæc glo.nimis latè locuta est,quia tex.tantum loquitur de duplici iure, scilicet consuetudinis,& constitutionis.Nam non est verum, ꝙ sit dignius diuino nisi accipiatur hic ius naturale pro diuino,vt aliqui accipiunt, exponentes naturale, idest diuinum. facit c.1.& 2.prima dist.ad fi.de hoc in c.sequentibus.

REPETITIO
IN CAP. CLEROS. XXI. DISTINCT.

Præclarissimi I.C.D. Ioannis de Grafsis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici dicuntur à sorte, ex eo quòd in sortem domini sunt vocati, & in eius partem.*
2 *Episcopatus inter ordines numeratur.*
3 *Ordo episcopalis quas dignitates comprehendat.*
4 *Dignitas Pontificalis licèt sit vnica, propter tamen distinctas potestates, & officia diuersa distinguuntur,& diuersificantur nomina.*
5 *Pontifex vnde dicatur.*
6 *Regnum & sacerdotium antiquitus erat annexum, & omnes reges erant sacerdotes.*
Imperator olim sacerdos dicebatur.
7 *Episcopus dicitur etiam sacerdos.num.8.*
9 *Sacerdotes antiquorum quare dicebantur flamines.*
10 *Cantor est nomen generis,& tria genera sub se continet,& quæ.*
11 *Acolyti officium.*
12 *Exorcistæ officium.*
13 *Apostoli assumpto Domino cœperunt tractare, ꝙ aliquis poneretur loco Iudæ,qui posset esse testis resurrectionis.*
14 *Episcopatus fuit prius clericatu.*
15 *Clerici quare dicantur habere partem Domini.*
17 *Priuatio præsupponit habitum.*
18 *Iniectio manuum violenta etiam in monachos & religiosos nedum clericos facit quem incidere in canonem late sententiæ.*
19 *Psalmistatus idem est,quod prima tonsura,& est signum sacramentale, & an sit ordo.num.22.*
20 *Ordo aliquando est nomen dignitatis.*
21 *Tonsura prima an sit ordo.*
23 *Ordo est signaculum quoddam,in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium.*
24 *Ordines quot sint,& quomodo accipiantur.nu.25.*
26 *Ordo qualiter consideretur.*
27 *Constantinopolis est secunda Roma.*
28 *Papa largè dicitur Patriarcha.*
29 *Archiepiscopus est maior metropolitano.*
30 *Cardinalis an teneat primum locum post apostolicum,an Patriarchæ.*
31 *Episcopi in sua diœcesi habent plenam potestatem.*
32 *Locus sacer quis dicatur.*
33 *Diaconus aliquando sacerdos appellatur.*
34 *Presbyteri quomodo dent Spiritumsanctum in sacramentis.*
35 *Subdiaconi dicuntur ministri ministrorum in humilitate Deo seruientes.*
36 *Hostiarij officium.*

CLeros. Diuiditur secundum glo.1. in tres partes principales. vos potestis latius diuidere: diuiditur in 16.partes. Primo vnde dicatur clerus, siue clericus. Secundo quot sint ordines ecclesiastici. Tertio declarat ordinem,& dignitatem Pontificalem,siue Episcopalem. Quarto quid sit Pontifex,& summus Pontifex. Quinto quid sit vates.Sexto quid antistes. Septimo vnde dicat̃ sacerdos. Octauo vnde dicantur flamines. Nono quid presbyter, & vnde dicatur. Decimo vnde dicantur leuitæ, & diacones. Vndecimo quid subdiacones. Duodecimo quid lectores,& psalmistæ. Decimotertio quid cantor, præcentor, & succentor, & concentor. Decimoquarto de accolitis. Decimoquinto de exorcistis.Decimosexto de hostiarijs. Ibi secunda, generaliter. Ibi tertia, ordo Episcoporum. Ibi quarta, Pontifex. Ibi quinta, vates. Ibi sexta, antistes. Ibi septima, sacerdos. Ibi octaua, sacerdotes. Ibi nona, presbyter græce. Ibi decima, leuitę. Ibi vndecima, ypodiacones. Ibi duodecima,lectores. Ibi decimatertia, cantor. Ibi decimaquarta, accoliti. Ibi decimaquinta, exorcistæ. Ibi decimasexta, hostiarij. Vel posset diuidi in duas principales. Primo vnde dicatur cleros. Secũdo per ordinem declarat omnes species clericorum. Ibi secunda generaliter. & illa postea per minutas particulas, &c. Clerici dicũtur a cleros quod est sors, quia in sortem Domini vocati: & distinguuntur per diuersa nomina, & officia,vt per Isidorum hic latius declaratur.h.d.vsque ad finem. Nota
1 primo,vnde † dicantur clerici, quia dicuntur a sorte ex eo,ꝙ in sortem domini sunt vocati,& in eius partem.Not.in vers. generaliter.omnes ministrantes in ecclesia Christi dici clericos.quod verum intelligunt Doct.si ratione ordinis. Not.in
2 vers.quorũ.nouẽ ordines† ecclesiasticos,& nota ꝙ episcopatus inter ordines numeratur.de quo in gl. Not.in versi.ordo
3 vero. ordinem † episcopalẽ comprehendere has quatuor dignitates:& in quo differant.j̃.videbimus.Et probat iste text. opi.glo.in §.proxi.ꝙ primitia non sit dignitas de per se, quia
4 hic non numeratur.Not.in ver.omnes.ꝙ licet vna † sit tantũ dignitas Pontificalis, & ob hoc vnum solum nomen Episcopi: tamen propter distinctas potestates, & officia diuersa distinguuntur & diuersificantur nomina. Not.in ver.episcopatus. vnde dicatur. Nota in versic. Pontifex. Vnde dicatur
5 † Pontifex & ꝙ habemus Pontificem,& summum Pontificẽ. qui etiam appellatur maximus,&c.no,quid pertineat ad eius officium. Not.in versic.antea.ꝙ secundum antiqua tempora
6 † erat annexum regnum,& sacerdotium, & reges erãt sacerdotes,sic & Imperator sacerdos dicebatur.Not.in ver.vates. triplicem significationem huius verbi vates.Not.in vers.an-
7 tistes. † quod episcopus etiam dicitur antistes,& not.causam
8 quare.Not.in versi.sacerdos autem.vnde dicatur † sacerdos: & episcopus etiam dicitur sacerdos. Not.in vers.sacerdotes.
9 quare sacerdotes antiquorum † dicebantur flamines: & not. propter eminentiam deferri aliqua insignia, & habitus. Not. in vers.presbyter. vnde dicatur presbyter, & sacerdos etiam potest dici presbyter.& licet episcopus dicatur sacerdos,non tamen

tamẽ presbyter. Et nota differentiã inter ſimplices ſacerdo-
tes,& epiſcopos:facit quod habetur in c.quanto.extra de cõ-
ſuetu.Not.in verſi.leuitæ.Vnde dicantur leuitæ;& diacones
proprie dicuntur leuitæ: & nota, quod ſit officium diaconi.
Not.in ver.ipodiacones. qui ſint ſubdiacones, & quid perti-
neat ad eorum officium.¶Not.in ver.lectores:& not.quare in
eccleſia dilectores adiuncti ſunt.Not.in verſ.cantor.quod eſt
10 † nomen generis,& tria ſunt diſtincta officia: nam eſt præcẽ-
11 tor,ſuccentor,& concentor. Not.in verſ. accoliti. † quod eſt
officium accolitorum: & quare cerea & luminaria accendan-
12 tur in eccleſia,& quando.Not.in ver.exorciſtæ.quod † ſit of-
ficium exorciſtarum, & quare inuenti ſunt. Not.in verſ.ho-
ſtiarij.qd̃ ſit officium hoſtiariorum,& quid pertineat ad eos?
Glo.prima diuidit tex.ego aliter diuiſi. ¶Capio glo.2.ad fi.
dicunt Docto. ꝙ aſſumpto Domino congregatis diſcipulis,
13 cęperũt † tractare,ꝙ aliquis poneretur loco Iudæ, qui poſſet
eſſe teſtis reſurrectionis, & nominauit Petrus duos, ſcilicet
Mathiam,& Ioſeph.& cœperunt orare, & ſors cecidit ſupra
Mathiam,vt habetur Actuum primo cap.in fi. Glo.3.opp.de
c.porro.66.diſt.& ſoluit ibi,c.porro.hanc gl.ſequuntur Doct.
& maxime Hug. dicens, ꝙ licet Iacobus Alphei primo fuerit
ordinatus in epiſcopum ſiue archiepiſcopum Hieroſolymi-
tanorũ à Petro Iacobo Zebedei,& Ioanne,vt ibi, tamen Ma-
14 thæus primo in clericum, & ſic primo † fuit epiſcopatus,ſiue
archiepiſcopatus, quàm clericatus: quod verum intelligatis
in ſpecie. Sed in genere, primo fuit clericatus,vt hic gl.nunc
arguit ex tex.& poſt opponit.ad fi.quia gl.non ſoluit, poteſt
reſponderi dupliciter,vel primo, ꝙ aut loquimur in tempo-
ralibus, & ſtatur quandoque iudicio ſortis, vt in prophanis
iuribus: Aut in ſpiritualibus,& nõ ſtatur.Sed hæc ſo.eſt con-
tra iſtum tex.qui loquitur in ſpiritualibus,ideo ſecundo loco
dicendum,quòd aut eſt tale dubium,quod recte aliter decidi
non poteſt,& poteſt committi iudicio ſortis, ſiue in ſpiritua-
libus,ſiue temporalibus,arbitrio tamẽ ſuperioris, vt hic fuit,
& in alijs præall.& eſt ſors approbata. Aut loquimur,in alijs,
& regulariter prohibetur,vt in contra. facit quod habetur in
c.1.j̃.de ſortileg.& in c. ex literis. extra de probat. Vel tertio
poteſt dici, ꝙ iſta Mathiæ fuit ſors diuina orationibus Apo-
15 ſtolorum inducta,vt in d.cap.1. Quæro † de intellectu tex.in
verſ.propterea.quare clerici dicãtur habere partem domini.
Glo.3.reſpon.ad fi.hanc glo. ſequuntur Docto. pro qua facit
c.tua.2.extra de decimis.& quod habetur Num.18. c.ibi, di-
xitque Dñs ad Aaron,in terra eorum nihil poſſidebitis, nec
habebitis partem inter eos.Ego pars,& hæreditas tua in me-
dio filiorum Iſrael,&c.facit c.reuertimini.16.q.1.Sed contra
opp.domini eſt terra,& plenitudo eius.c.quo iure.8.diſtin.&
in pſalmo quinto,nõ eſt diuerſa hæreditas.Præterea quilibet
16 fidelis † Chriſtianus põt dici de ſorte Domini. So.licet large
omnia ſint Domini, & omnes fideles ſint de ſorte Domini,
vt in contra.tamen in ſpecie, & per excellentiam clerici ma-
gis,& domino reſeruata clericis debentur, vt in iuribus præ-
allegatis.facit c.clericus.12.q.1. Gl.ſup verbo Pſalmiſta.quę
incipit,hic patet ibi 11.q.1.de perſona. de alijs non eſt dubiũ
præterquam de pſalmiſtatu, vt patet in ſeq. tamen iterum ꝙ
ſit ordo,facit c.non oportet.44.diſt. & c.cũ cõtingat. in fi.de
de ęta.& qualit.j̃.dicam.Ibi,ſi quis Epiſcopus.not.iſtud arg.
17 glo.pro qua facit,quia priuatio † preſupponit habitum,l.de-
cem.ff.de verb.obli. Si ergo deponuntur iſti,& maxime pſal-
miſta,ergo prius erant ordinati.Ibi,parochianos.Iſta non eſt
18 neceſſaria conſequentia, quia † propter violẽtiam manuum
iniectionem in monachos, & religioſos etiam non clericos
incidit quis in canonem latæ ſentẽtiæ.c.ſi quis ſuaden.c.mo-
nachi. extra de ſent.excom.& tamen non ſequitur.ergo ſunt
clerici, niſi glo.velit,quòd ſint eccleſiaſticæ perſonæ, & iſtud
eſt verum.c.2.cum ibi not.extra de fo.cõpet.Ibi 12.q.1.duo.
19 ſic ergo † pſalmiſtatus idẽ eſt,quod prima tonſura,& eſt ſignũ
ſacramentale,& per conſequens eſt ordo,& ſic erunt nouem
ordines,vt ſequitur in glo.& pro iſta opi.facit text.vt notaui
ſupra eod.& ſequitur Laur. In contrarium tamen facit quod
j̃.videbitis:quia ſolus ſacerdos confert,vt j̃.dicam.Ibi,77.di.
illud. hæc eſt ſecunda opin. ꝙ non ſit ordo. & hanc opin. ſe-
quuntur Al.Tan.& Pe. ac etiam Hug.dicentes, ꝙ aliquando
20 † ordo eſt nomẽ dignitatis, & hoc modo epiſcopatus eſt or-
do:aliquando nomen officij,& hoc modo pſalmiſta eſt ordo.
aliquando nomen ſpiritualis dignitatis,& poteſtatis, & dici-
tur ſacramentum,& non eſt ordo,ſed offi.annexum.Item ſe-
21 cundum eos,prima tonſura † non eſt ordo, ſed ſolum diſpo-
ſitio ad ordines, & eſt ad bene eſſe,non neceſſitatis. Ibi, ſed
tamen ſunt 9.Ioan.Iſtam opin.non approbat glo.vt ſequitur
ad fin.dic licet Archid.hic ſatis longo ſermone proſequatur,
ex cuius verbis nõ percipitur clara determinatio, tamen vos
clarius dicite tres caſus faciendo: primo quis conferat iſtos
ordines.Et breuiter epiſcopus regulariter.Nunquid inferior
conferat pſalmiſtatum,& minores, & maximè ſacerdos, vi-
debitis in d.c.pſalmiſta.23.diſtin.vbi glo. & Doct. remittunt.
22 Secundo vtrum pſalmiſtatus † ſit ordo,& ſic prima tonſura?
& in hoc breuiter,ſi loquamur de ordine, inquantum eſt ſa-
cramẽtum,& imprimit characterem, & non eſt ordo, nec ſa-
cramentum, nec imprimit characterem ſecundum beatum
Tho.in 4.diſt.24.& ob hoc iura non poſuerunt primam ton-
ſuram inter ordines, c.feriatim. 32.diſt. c. illud.77.diſt.& cã
ſubdiacono.93.diſt. largo tamen modo pro deputatis ad di-
uinum cultum,& bene eſt ordo, c.cum cõtingat.cum ibi not.
extra de ęta.& qualita.& idem quod pſalmiſtatus, vt hic.&
eſt ſecũdus ab hoſtiario,& hoc eſt, quod ſorte voluit Archi.
dicens,ꝙ non eſt res, nec ſacramentum, ſed eſt tantum ſignũ
viſibile:& bene ſignificatur electio in ſortem domini,ſed nõ
in militiam, & oportet plus eligi in ſortem quàm in militiã,
in quam per alios ordines eligitur, & imprimitur character,
23 ſicut militibus: & ſicut dicit Thomas vbi ſupra, ordo † eſt ſig-
naculum quoddam, in quo ſpiritualis poteſtas traditur or-
dinato ad officium.Et refert hic Archi. verba Dionyſij in ſua
Hierarchia dicentis,tres eſſe ordines,purgatiuum, illumina-
tiuum,& perfectiuum: & proſequimini, vt per eum, & dicit
Tho.vbi ſupra, ꝙ in quolibet ordine confertur ſua poteſtas.
24 Et ex his infertur † ad tertium quot ſint ordines: quia ꝓprie
ſumpto vocabulo ſunt ſeptem, ſcilicet quatuor minores, &
tres ſacri, de epiſcopatu videbimus in glo. proxi. Glo. ſuper
verbo, epiſcopus. ad fin. Archidia. remittit ad cap.1.32.di-
ſtin.ad cap.ſollicitudo. 52.diſtin.ad c.poſt translat. §.fi.extra
de renuncia.ad c.1.extra de epiſcopo, qui re.epiſcop.vos au-
tem dicite plenius,ſecundum beatum Thomam in 4.24.diſt.
25 ꝙ aut accipitur † ordo prout eſt ſacramentum, & ſicut ordi-
natur ad ſacramentum Euchariſtiæ, & cum in hoc maiorem
poteſtatem non habeat,quàm ſacerdos,& nõ eſt ordo de per
ſe, & hoc reſpectu dicimus ꝙ non eſt ordo ſupra presbytera-
26 lem. Alio modo † conſideratur † ordo ſecũdum quod eſt of-
ficium quoddam reſpectu quarumcunq; actionum ſacramẽ-
torum,& ſic cum Epiſcopus habeat poteſtatem omnium or-
dinũ, dicetur epiſcopatus ordo, & de quo in ſalutatione Sexti
decretal.Gl.ſuper verbo Patriarchis.ad fi.miror de gl.& tex.
dum dicit Romanus. quia in c. antiqua. non eſt Romanus.
So.poteſt dici altero de duobus modis. Vel primo copulati-
27 ue,quia † Conſtantinopolis,eſt ſecunda Roma, & poteſt di-
ci Romanus,& alibi appellatur Archiepiſcopus.4.diſtin. ſta-
28 tuimus.22.diſt.c.vlt.Vel tertio refertur ad Papam, † qui lar-
ge põt dici Patriarcha. & dicit Archid.quod quatuor princi-
pales fuerunt primitus inſtitutæ Eccleſię,22. diſt.renouãtes.
& c.diffinimus.& in d.c.antiqua.Glo.ſuper verbo,Archieps.
quæ incipit,i.primatibus.ad fi. de hoc ſatis dixi in §. proxi.in
glo.3. & dicit Archi. ꝙ de Aquilegien. hr̃.9.q.3.nunc not.de
Vituriceñ.hr̃.9.q.3.conqueſtus.de Giaden. hr̃ 32.diſtin.erubeſcant, & dicit ꝙ etiã Pyſſanus habet ius primatiæ: additur
& Lugdunen.oportet ꝙ non ſit niſi tex.partitus. ſin Epiſcopos,Patriarchas,ſiue Primates,Archiepiſcopos, ſiue Metropo.quia idem ſunt,Doc.fatentur,contra tamen tex.ſentit diuerſam ſpeciẽ Metropol.ab Archiepiſcopo,& ſequitur Hug.
29 dicens,ꝙ Archiepiſcopus † eſt maior Metropol.& facit optime tex.hic,& in Auth.de ſanctis.Epiſcopis.§.ſi quis verò ſanctiſſimorum colla.9.Opp.nam tex.in verſ.Patriarcha.dicit,ꝙ
Patriarcha tenet primum locum poſt Apoſtolicum: Imo vi-
30 detur † ꝙ Cardinales, maxime legati teneant primum locũ,
vt in tit.extra de offi.legati.So.poteſt dici dupliciter,vel primo ꝙ iſtud habebat locum in primitiua eccleſia, hodie verò
Cardinales obtinent primum locum, facit.c.vbi periculum.
de elec.lib.6.Vel ſecundo,ꝙ illud procedit ratione officij iniuncti,vt eſt legatio. Glo.ſuper ver.à menſura.quærit, quare
dicatur,à menſura. Ibi, ſcitote.iſta prima expoſitio, & ratio
placet,quia probatur in tex.ad fin.hæc ſecunda poteſt etiam
eſſe bona in ſe,ſed non conuenit ad tex.& quod dicit tex.cęteros ſacerdotes ſubiectos: intelligunt Hug.& Archi.i.cæteros epiſcopos.Glo.ſuper verbo,licet.ſentit opp.de c.ſecũdo.
9.q.3.ad fi.hanc glo.ſequuntur Doct.& placet per c.1.de for.
compe.in 6.facit quod habetur in c.quoniam.in prin.75.diſ.
31 Epiſcopi † enim ſuę dicec.habent plenam poteſtatem,c.cum
Epiſcopus.de offi.ord. in ſexto,& quinq; nominibus nuncupantur,ſecundum Doct.& ſentit tex. ſcilicet Epiſcopus, Põtifex,vates,antiſtes,& ſacerdos. & de iſtis proſequitur ſpecificè declarando.Glo.ſuper verbo,diſponit. Infert ex tex.ibi,
64.diſt.Epiſcoporum. Sentit ergo.hæc glo.tex.loqui de Epi-
pis.& ſequuntur Docto.& maximè Hug.per text. in c. 1.60.
diſtinc.tamen iudicio meo tex.dum dicit, ſummus ſacerdos,
Pontifex maximus,&c.Non videtur loqui de Ro.Pontif.niſi
intelligatur ſummus maximus,&c.In ſua diecęſi: quia nullus
eſt maior eo,c.cum Epiſcopus.de offi.ordi.in 6.ad fin.de hoc
ſatis viſum eſt in §.1.ſupra eo.tamen Ioan.de Fa.dicit, quòd
diſponit eligendo,confirmando,inſtituendo, &c. Opp.con-
tra tex.ꝙ differant ſacerdotium,& imperiũ, c.ſolitæ.extra de
maio.& obed.Sol.tex.dum dicit antea,ideſt antiquo tempo-
re,tollit contrariũ,facit,quod habetur in l.1.ff.de iuſti.& iur.
32 & in l.ſacra.1.reſpon.ff.de re.di.vbi locus † dicitur ſacer, quẽ
principes dedicarunt. Glo.ſuper verbo ex Græco. ad fi.dicit
Hug. ſubaudien.ideſt datio ſacramenti,ꝙ cõuenit ſacerdoti,
33 aliquando † tamen diaconus,ſacerdos, appellatur, cap.1.15.
q.5.Glo.ſuper verbo virga.ad fi.dicũt Doct. ꝙ cum virga iſti
flamines arcebant aues, ne caperẽt carnes ſacrificij,dũ ſacri-
ficabãt. Glo.ſuper verbo nudis. arguit ex tex.ad fi.Iſtud arg.
iudicio meo,non bene probatur hic,quia non ſimpliciter di-
cit,nudis,ſed addit capitibus, ita ꝙ poſſet qs dici nudus ſim-
pliciter, licet deferret filum in capite. Sed bene procederet,
arg. ſi diceret,ꝙ non poteſt quis dici nudus caput, &c. & fa-
cit ad ſtatuta.Glo.ſuper verbo dignitatis.allegat concord.ad
finẽ,facit ẽt.c.eccleſia.16.q.1.Nam licet diuerſa ſint vocabu-
la,tñ idem ſignificant in effectu presbyter,& ſacerdos,reſpe-
ctu perſonæ, licet reſpiciant diuerſa officia, & myſteria quæ
34 facit ſacerdos. Opp.contra tex.ꝙ imo presbyteri dent † ſpiri-
tum ſanctum in baptiſmate,& alijs ſacris. So.dicunt Doct. ꝙ
põt intelligi de ſpiritu ſancto, qui datur in confirmatione in
fronte:quod non placet, quia hic ponuntur tanquã diuerſa.
Ideo melius dicen.ꝙ loquitur de reconciliatione hæreticorũ
reuertentium ad eccleſiam,quæ competit ſolis ep̃is,& per eã
datur gratia ſpirituſſancti recõciliatis. c.hi qui. 1.q.1.c.arrianos.de conſec.diſt.4.Nam recipiunt conſolationem,dr̃ enim
paraclitus.i.cõſolator: Nam iſta reſeruata Pontificibus non
poſſunt ſimplices presbyteri,c.quamuis. 68. diſt.c.2. 95.diſt.
Glo.ſuper verbo,ætatis,quę incipit tantũ, ſentit op.& ſoluit.
ad fi.hanc glo.& ſol.ſequuntur Doc.& facit tex.s̃.dum dicit,
non modo pro ætate,&c. Et dicit Hu.ꝙ iſtud nomen presby
ter. qñq; deſignat ordinem,vt hic,qñque ſapientiam.84.diſt.
porro.quandoq; ętatem.vt in d.c.eccleſia.16.q.1. Opp.cõtra
tex.in verſ. leuitę. ꝙ ẽt ſacerdotes dicantur miniſtri: qa mi-
niſtrant in altari principale miniſterium.c.perlectis.j̃.25.diſt.
So.dicunt Doct.& ſentit tex. ꝙ quia intendunt principaliter
conſecrationi dicũtur ſacerdotes:præparatio aũt & ꝓpoſitio
altaris,vbi ſacrm̃ cõficitur,pertinet ad diaconũ principaliter,
ideo per excellentiã dr̃ miniſter,& debent eſſe robuſti,77.di.
in veteri,& iſta eſt cauſa, quare portãt ſtolam ſuper humero
ſiniſtro.c.vnũ orarium.25.diſt. & in diebus ieiunij in ſignum
maioris honoris ſuper eorũ humero, caſula cõplicatur: quia
quicquid laboris in hac vita ſufferimus, tanq̃ in ſiniſtro portamus,donec à ſiniſtra hmõi ad dexteram,i.requiẽ æternam
tranſeamus.Quero de intellec.tex.in ver.oblatis.Sol.diceret
qdam,ꝙ refertur ad conſue.aliquarũ eccleſiarum. vel melius
loquitur de pane, & vino oblatis in altari ad conſecrã. quem
panẽ & vinũ recipit à fidelibus.i.ſubacolitis, & porrigit dia-
35 conibus,& leuitis, & ideo dicũtur ſubdiaconi † miniſtri mini-
ſtrorũ in humilitate Deo ſeruiẽtes, quaſi Deo donati,& dñr
ex eo quod hr̃ in c.innocens.22.q.4. Glo.ſuper verbo predi-
cant.ſentit opp.quã ſoluit.ad fi.hanc gl.ſequuntur Doc.& vr̃
neceſſaria,tñ tex.aliquantiſper vrget in contrariũ.tñ ſuſtinẽdo gl.põt dici,ꝙ ſicut prædicatores alte prædicant,ita iſti debent alta voce cantare, vt audientes excitent ad cõpunctionẽ,i.deuotionẽ: & ita altè quia repleant aures ẽt a longe poſitorum.Glo.pen.ad fi. Doc.tamẽ & maxime Laur. & Archi.
exponũt miſerabiliter,ideſt miſericorditer, & dulciter,vt in-
ducant audientes ad luctum:& iſte intellectus magis conue-
nit.Opp.ꝙ ver. cantor.ſuperfluat.So.dicunt quidam,ꝙ repe-
tit de pſalmiſta,ideſt de cantore,vt addat, vel ſecundum Archi. interſerit de cantore ſecundũ ꝙ cantor eſt nomen digni-
tatis in eccleſia,& iſtud plus placet, vt patet ex ſequentibus,
vbi enumerat alios.Glo.fi.ad finẽ.hanc glo.ſequuntur Doct.
36 dicentes † ꝙ hoſtiarius remouet ab ingreſſu eccle. excommu
nicatos non excommunicando,ſed corporaliter arcendo:fa-
cit.c.qui ſtudet.1.q.1.& 23.diſtin.hoſtiarius.

REPETITIO
IN CAP. IN NOMINE.
XXIII. DISTINCT.

Celeberrimi I.V. Interpretis D. Ioannis de Grafsis.

SVMMARIVM.

1 *Notarij apoſtolici in decretis apoſtolicis debent inuocare nomen Domini, & ponere tempus decreti cum annis Domini, & indictione.*
2 *Papa propoſitis Euangelijs debet conſtituere decreta apoſtolica.*
3 *Papa debet præſidere in Concilio generali.*
4 *Romæ ſunt quinque Patriarchatus, & qui.*
5 *Papa debet decreta conſtituere in concilio cum conſilio fratrum, & aliorum de concilio.*
6 *Papa ſuper electione Roma. Pontificis poteſt cum auctoritate concilij ſtatuere, & ordinare.*
7 *Papa tenetur prouidere, & occurrere prudenter futuris caſibus, vt ſeruetur ſtatus eccleſiæ.*
8 *Papæ in electione quis modus ſit ſeruandus, & quæ forma.*
9 *Clerus & populus electioni factæ de Roma. Pontifice conſentire debet: intellige, vt ibid.*
10 *Papa à quibus cauere debeat.*
11 *Sedes Apoſtolica nemini ſubeſt.*
12 *Papa eſt eligendus de numero Cardinalium, ſi idoneus reperiatur.*
13 *Imperator ante coronam imperij ſuſceptam dicitur Rex.*
14 *Papæ electio ſi non poteſt fieri in vrbe per cætum Cardinalium, poteſt fieri in alio loco congruo, & an laici poſſint intereſſe.*
15 *Papa ſi aduerſariorum potentia ſolenniter intronizari non poſſet, ex electione tamen conſequitur plenam poteſtatem.*
16 *Hæreticorum fautores pari pœna ſunt plectendi.*
17 *Papa poteſt prouidere circa præſumentes confundere eccleſ. Rom. & impedire electionem Rom. Pont.*
18 *Obſeruantes decreta concilij in electione Roma. Pontificis merentur gratiam. & abſolutionem à peccatis.*
19 *Inuocatio diuini nominis an ſit de ſubſtantia inſtrumenti, & quæ pertineant ad notarium, & quæ apponere debeat in princ. inſtrumentorum.*
20 *Decreta, & conſtitutiones non ligant niſi per duos menſes.*
21 *Trapezitæ dicuntur monetarij, & quare ſic dicti.*
22 *Eccleſia quare fluctuet, & quaſi ſubmergatur.*
23 *Papa electus per pecuniã an poſſit accuſari de ſymonia, & deponi. nu. 24.*
25 *Futura proſpicere & conſiderare debemus adhibendo diligentiam, vt occurratur periculis & ſcandalis.*
26 *Imperium eſt à Papa quoad confirmationem, & coronationem.*
27 *Locus an ſit de ſubſtantia electionis Papæ.*
28 *In electione Rom. Pontificis duæ partes Cardinalium adeſſe debent.*
29 *Electus ante confirmationem nullum ius penitus conſequitur adminiſtrandi, nec ius in beneficio.*
30 *Papa ante conſecrationem, & coronationem habet plenam poteſtatem, non tamen vtitur integra bulla.*
31 *Sanctorum ex meritis confundi poſſumus ſicut & iuuari.*

IN nomine Diuidit in quinq; partes.Primo querit exordium notarij ſiue eius qui decretum conſcripſit. Secundo ponit cauſam decreti. Tertio decretum ſuum. Quarto imponit pœnam contrafacientibus & tranſgreſſoribus.Quinto premium ſeruantibus.ibi ſecunda nouit beatitudo.ibi tertia,quapropter.ibi quarta, quòd ſi quis cõtra hæc.ibi quinta, obſeruatores.¶In elect. Roma.Ponti. procedendum eſt, vt habetur,& tranſgreſſores pœnis hic appoſitis puniũtur: obſeruantes gratiã Dei & abſolutionẽ apoſtolorum conſequũ-
1 tur: hoc dicit vſque ad §.Epiſcopi verò.Nota primo,in † decretis apoſtolicis, & ſimilib. notarios apoſtolicos debere inuocare nomen domini & ponere tempus decreti cum annis domini & indictione: & vnde emanauerit indictio & qualiter procedat,dicite vt in c.inter dilectos,extra de fi.inſtru.& in Spec.de inſtrumentorum edi.§.breuiter. verſ.poſt annos. & 23.q.5.de liguribus.& miror,quòd hic dies non fuerit ap-
2 poſita Not. ꝓpoſitis † euangelijs decreta apoſtolica per Papam eſſe conſtituenda. Et hoc ideo ſecundùm Archi.ne de-
3 uient a vero.l.rem non nouã.C.de iud. ¶ Not.tertio in † cõcilio generali debere præſidere Roma.Pontificẽ,& in decretis nomen præſidentis apponi debere & locũ in quo,&c.imo locũ loci vt patet,quia ponitur locus Patriarchę Lateranẽſis,
4 quod conuenit Papæ.Et dicunt Doc.† quòd quinq; patriarchatus

chatus ſunt Romæ,primus Sancti Ioãnis Lateranẽſis qui appellatur Conſtantiniana,quia per Conſtã.conſti.vel quia ibi
reſidebat Conſtantinus Secundus ſancti Petri.Tertius ſanctę
Mariæ maioris.Quartus ſancti Pauli.Quintus ſancti Laurẽtij
extra muros. Sed Lateranen.maior eſt,quia ibi reſidet Papa.
5 Nota † in ver.conſidentibus.Papam in conciliò cum conſilio
fratrum, & aliorum de concilio debere decreta conſtituere.
6 Not.in verſ.nouit.ſuper elect. † Ro. Pont. Papam poſſe cum
auctoritate concilij ſtatuere,& ordinare,& not. inconueniẽ-
tia exorta, & quæ oriũtur ex retardatione elec. Nota in ver.
7 vnde ſi placet. pertinere ad Papam † & pirncipales eccleſiæ
prouidere,& occurrere prudẽter futuris caſibus, vt ſeruetur
ſtatus eccleſiæ ne recidat,& præualeant mala. Nota in verſi.
8 quapropter.modum, † & formam ſeruandos in elect.Roma.
Pontif.cum contigit apoſtolicam ſedem vacare. Nam primo
Cardinales Epiſcopi habent tractare de electio. & poſtalios
9 Cardinales conuocare. Not.in ver.ſicq;,clerum, † & populũ
electioni factæ de Rom.Pont.debere cõſentire: qđ intelligũt
Docto.elect.facta,non autem in ipſa elect.c.ſacra.c.Meſſana.
10 extra de elect.Not.in ver.nimirum.in elect.Rom.Pont.† non
debere interuenire ſimoniam,nec venalitatẽ,nec aliquã ſub-
rept.Not.in ver.religioſiſſimi.Religioſiſſimos viros principa
liter debere præeſſe in elect. Rom.Pon.Not.in ver.nulla.tria
requiſita,vt habeatur quis pro vero Epiſcopo. No.in ver.qa
11 vero.ſedem † apoſtolicã nemini ſubeſſe,Metropolis, & Car-
dinales loco archiepiſcoporum haberi .Not.in verſ.eligatur.
12 Rom.Pont.eligendũ de numero † Cardinalium & ecc.Rom.
ſi idoneus reperiatur,aliàs recurritur ad alias occleſias. Not.
in ver.ſaluo,in elect.Roma.Pont.Imperatorem intereſſe de-
bere,vt tuta ſit electio,non vt eligat.c.ſacro.de elect.Nota,q
13 † ante coronam ſuſceptam imperij, Imperator dicitur Rex,
poſt vero dicitur verus Imperator. Nota in verſi. q ſi. quòd
14 vbi in urbe † non poteſt fieri electio Rom.Ponti.per cœtum
Cardinalium,& Eccl.poteſt fieri in alio loco cõgruo : & ſen-
tit tex.laicos poſſe intereſſe: qđ intelligit Bar.vt conſentiant
poſt factam elect.non autem interſint in ipſa electione.Nota
15 † in ver. plane. q ſi potentia aduerſariorum Papa ſolemniter
intronizari non poſſit,nihilominus ex elect.conſequitur ple-
nam poteſtatem: facit c.licet.extra de electione.Not.in ver.
quod ſi quis.decretum appellari ſynodalem ſentẽtiam.Not.
caſum,in quem ſuccedit excommunicatio, & not.text. Not.
in ver.nec aliqua.caſum in quem denegatur audientia. Nota
16 in ver. cui quiſquis. q fautores † hæreticorum pari ſententia
ſunt puniendi.Not.in ver.quiſquis.q temerator pũtis decre-
ti perpetuo anathemate venit feriendus.Et ſentit tex.q non
poſſit pœnitere.de quo infra dicam. Not.in ver.omnipotẽs,
17 q Papa † poteſt prouidere circa præſumentes cõfundere ec-
cleſ.Rom.& impedire elect.Rom.Pont.Not.in verſi.nat.ma-
ledictio irrogata contra tales impedientes elect. Rom.Pont.
ſm formam hic traditam. Not.in ver.obſeruatores,q obſer-
18 uantes decreta † concilij in elect. Ro. Pont. merentur gratiã
omnipotentis,& abſolutionem à peccatis . ¶Capio glo. pri-
mam, quæ declarat tex.pro cuius expeditione quæro, cuius
ſunt hæc verba.Glo.reſpon.ad ſi.glo.hæc facit ad ea,quæ ha-
19 bentur in prohęmio digeſtorum,& inſtitutionũ, vtrum † in-
uocatio diuini nominis ſit de ſubſtantia inſtrumenti, & quæ
pertineat ad notarium,& per eum apponi debeant in princi
pio inſtrumentorum,de quibus in c.inter dilẽctos. per gl.ex-
tra de fide inſtrumentorum.& in Spec. de inſtru.edi.§.breui-
ter. ſed pro declaratione dubito de tribus. Primo vtrũ in de-
cretis,& conſtitutionibus apoſtolicis requirãtur illa, de qui-
bus per notarios in publicis documẽtis: & iſte tex.facit quòd
20 ſic. Item facit,q decreta † & conſtitutiones non ligant,niſi p
duos menſes,vt in Auth. vt fac.nou.conſtitu. & in c.2.extra
de conſti.Ergo vt ſciatur tempus,oportet illud ſeruari,quod
hic.In cõtrarium facit,q videmus cõiter non apponi.Sol.aut
loquitur in cauſis in corpore iuris, vel aliqua cõpilatione, &
nõ requiritur,nec apponitur,ſed ſufficit authenticatio legiſ-
latoris. Aut loquit in alijs,quæ dictim fiunt per Ro.Pont.vel
concilia generalia, & bene apponuntur, non tũ ſeruatur iſte
ordo,ſed ponunt in fine,vbi ponit data, de quo in dat.6.Sol.
quare dixit ab incarnatione.Nam in locis præallega.compu-
tantur à natiuitate, nam ante natiuitatem partus qui eſt in
vtero quo ad alios nihil eſt, l. qui in vtero eſt. in fi.ff.de ſtat.
ho. So. poteſt dici dupliciter,primo quòd fuit mos antiquus
curiæ Romanæ,qui ſeruatur iterum in aliquibus ciuitatibus,
vt Ianuæ: vel ſecundo Chriſtus incarnatus ſtatim fuit homo
& pro nobis, vt nobis prodeſſet : ideo in eo incarnatio con-
ſiderari poteſt, facit l. qui in vtero ſunt.ff.eodem titu.de ſta.
homin. Tertio dubitaui, quia non poſuit diem, ſicut poſuit
menſem, cum etiam dies apponi debuerit, vt in locis præal-
leg. Sol.poteſt dici appoſitam diem kalendarum, & primam
menſis, ex quo alia dies non ſpecificatur, argumen. in l. bo-
ues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſign. Glo.2.declarat tex.ad fin.
21 vel ſm hoc † trapezitæ dicunt monetarij, ſic dicti forte à ſo-
nitu,quia monetæ ſonant in manibus eorum : vel ſimoniaci
dñr campſores, quia ſicut cãpſores dant, & recipiunt pec.ſic
& ſimoniaci.1.quæſt.3.ex multis,& c.videntes.vel poteſt di-
ci, vt colligitur ex tex. quia trapezitæ ſunt cudentes monetã
repetis maleis & crebris tõſionibus quibus æquiparantur ſi-
moniaci, & per ſimoniam impedientes elect.Rom.Pontif.&
eccleſiarum,qui repetitis maleis,ideſt periculis,& crebris tõ-
ſionibus, ideſt perſecutionibus perſequuntur eccleſiam quæ
dicitur columna Dei,& ſagena piſcatoris ſummi. i. Petri, qa
ſicut ſagena recipit de omni genere piſcium, ſic eccleſia Dei
de omni genere hominum. Glo.3.declarat tex.ad fin. ex hac
gl.colligitur quare tex. dicat columnam Dei penè videri nu-
tare,ideſt vacillare, & ſagenam Petri intumeſcẽtibus procel-
22 lis,cogi,ſubmergi in profundo naufragij.Nam propter † tot
& tantas mutationes fluctuat eccl.& quodammodo ſubmer-
23 gitur.Sed circa † hanc glo.quærit Archi. vtrum Papa electus
per pecuniam poſſit accuſari de ſimonia, & deponi? Videba-
tur quòd non,per c.nemo.& c.patet.cum ſim.19.quæſt.3.ta-
men in contrarium arguit ipſe,argu.in cap.primo.& c.ſi quis
pecunia.79.diſtin.& ibi remittit . Et pro iſta opin.facit,quòd
24 ſimonia † reputatur hæreſis, vt hic eſt caſus . Sed pro hæreſi
poteſt accuſari.c.ſi Papa.40.diſt.& iſta opin.mihi placet,quia
non tam eſt Papa, quam apoſtolicus, vt in dicto c.1. & ideo
non habet priuilegia apoſtolici, de quibus in dicto c. nemo.
cum ſimil.& ſentit ille tex.in dicto cap.ſi quis pecu.quòd per
cœtum Cardinalium,& etiam per laicos deponatur, & ana-
thematizetur : & facit hæc glo. quæ dicit, quòd ab hæretico
Imperatore eſt depoſitus . Sed intelligatis ſane vt per glo.in
dicto cap.ſi quis pecu. Cogita. Oppo.contra tex.de cap.non
turbatur.24.queſt.1.vbi dicitur,quòd nauicula Petri nõ tur-
batur.So.verum eſt quòd non turbatur in totum,iuxta illud
Petre non deficiet fides tua.tũ propter fluctuationem, & di-
ſcrimina, aliquando in parte turbatur, ſiue turbari videtur.
Glo.4.ſuper verbo,futuris caſibus.colligit no.ibi, ſi quis do-
mum.§.2. Iſtud proprie conuenit legibus, & conſtitut. qua-
rum proprium eſt prouidere futuris negotijs, nec trahun-
tur ad præterita, cap.2.extra de conſtitu. l.leges & conſtitu-
tiones.C.de legibus.facit quod habetur in cap.1.extra de ſer.
non ordin.& 7.quæſt.1.illud.& in c. ſuſcitata. extra de in in-
teg.reſtitu.Glo.oppo.ad fin.quia glo.non ſoluit,ideo dicunt
25 Doct.quòd futura † proſpicere,& conſiderare debemus, ad-
hibendo diligentiam,vt occurratur periculis, & ſcandalis ſi-
ue malis, vt hic, & in alijs præallega. In glo.facit,quod habe-
tur in cap.Antaldus.8.q.3.tamen omnes caſus futuros & for
tuitos proſpicere non debemus,nec poſſumus,cap.Ioannes.
cap.quidam,extra de homic.Nam non poteſt in talibus quis
diuinare,nec aliter prouidentia humana prouidere, vt in iu-
ribus præalleg.facit.l.2.§.ſi eo tempore.ff.de admi.re.ad ciui.
per Glo.5.ſuper verbo, tractantes. infert ex text.Ad fin.hæc
glo.procedit in elect.regulari,quæ fit per viã ſcrutinij per iu-
ra hic allegata.Et not.quòd hæc iura vendicant ſibi locum ẽt
in elect.Rom.Pont.in illa verò,quæ per inſpirationem mini-
mè. Et not.Archid.poſt Lauren.q clerici prius debent in ali-
quem conſentire, & poſtea alijs viris, vel laicis renunciare.
Sed contra tex.opponitur dum dicit,primo Cardin.Epiſco-
pos tractare,&c. de cap.licet. extra de electio. Solu.dicit Ho.
quòd licet olim ita eſſet,tamen hodie aliter, quia omnes con
ueniunt,& dicite,vt ibi,& in cap.vbi periculum.de electio.in
ſexto. ¶Oppo.de cap.obeuntibus.63.diſtinct.vbi etiam reli-
gioſi vocantur . Solu.vt ibi habetur per glo. quia ſecundum
quoſdam illud cap.non tenet. Oppo.contra text.dum dicit,
clerus & populus ad conſenſum noue electionis accedat,&c.
de dicto cap.licet,vbi non poſſunt contradicere,immo in ta-
libus nihil commune populo cum cap. Meſſana.de elect.Solut.
ex mente Doct.intelligitur facta electio,non in ipſa elec.
Et intelligo ſecundũ contrarium,quòd neceſſe habeant con-
ſentire, quando rite & canonice facta fuit. Gloſ. ſcilicet lite-
ralis declarat text. Glo.ſuper verbo, præduces. oppo. ibi ſed
aliorum clericorum . hæc eſt prima ſolu. quæ non multum
placet, nec conuenit ad text. Ad fin. iſta melior eſt & conue-
nit magis ad text. vt patet ex præced. Gloſ. duæ ſequentes
ſunt

ſunt literales . Gloſ. ſuper verbo funguntur . Remouet du-
bium . Ad fin.hanc glo.ſequuntur Doctores dicentes, quòd
hanc conſecrationem epiſcopalem faciunt Cardinales Epi-
ſcopi de Papa, poſtquam canonicè electus eſt,& vocant api-
cem culminis : vel poſtquam conſecratus eſt intronizatur,i.
ponitur in ſede per Cardinales, & iſtud magis conuenit ad
text. vt patet ex ſeq. Vel tertio quandam benedictionem &
ſolemnitatem ordinis, & forte vnctionis, quæ adhibetur
Epiſcopo cũ Papa efficitur, vocat apicem culminis, ſicut vi-
demus in presbytero, quando abbas efficitur,12.q.2.aliena-
tiones.69.diſt.qm multos. & in c.cumcõtingat. extra de æta.
& qual. Nam poſt epiſcopatũ nullus eſt ordo,ſicut poſt preſ-
byteralem nullus eſt niſi epiſcopatus . Sed præced. plus pla-
cet. dicit tamen Archi. & Docto. quòd quicquid olim fieret,
hodie Card.Hoſtien.conſecrat Papam,& inungit Imperator
ex priuilegio ei conceſſo, de quo in cap. antiqua . per Hoſt.
extra de priuilegijs . Glo. ſuper verbo, de gremio, ſiue ſuper
verbo idoneus . arguit ex text. & opponit ibi, vel aliud ha-
bent impedimentum . Ex hac glo.colligitur ſolutio ad con-
traria; quæ non multum placet,nec conuenit,licet Doctores
ſequantur. Ideo melius dicendum, aut quærimus, nunquid
ipſa eccle.de ſe in genere ſit mala, & habeat rugam, ſiue ma-
culam : & dicendum quòd non,vt in contra. Aut quærimus,
nunquid in eccle. & cœtu Cardinalium ſit aliquis non ido-
neus,& dicendum quòd ſic, vt hic, vel poteſt dici argumen.
à contrario non procedere.Gloſ.ſecundo infert ex tex.& de-
terminat ibi, 8.quæſtio.1.licet Ioan. ex hac glo.colligite no.
diſtin. in materia, quæ non ſatis placet cum determinatione
glo.3.ſequen.ad fin.dic, quòd electio ex honeſtis, & debito
honeſtatis debet fieri de eadem eccle.ſi fieri poteſt, & ibi re-
periatur idoneus, vt in iuribus primo loco allega. facit cap.
abbates. 2. 18. quæſtio. 2.& iſtud procedit etiam in electio.
Roma.Pontificis,per iſtum text. Si tamen non fiat de eadem
eccleſia, ſed de alia, dummodo aliàs canonice, & electus ſit
idoneus, ſuſtinetur,& valet electio, vt in dicto cap.cum no-
bis olim. cum ſimil.facit cap.nullus . cum ibi not.61.diſtinct.
Gloſ.ſuper verbo perſonaliter . infert ex tex.ad fin.quaſi ve-
lit gloſ. quod licet Henricus ſpeciali priuilegio perſonæ ſuæ
conceſſo, & contemplatione perſonæ ſuæ propter virtutem
ſuam, & dilectionẽ quã geſſit eccleſiæ,habuerit quòd poſſet
intereſſe electioni Romani Pontificis : tamen iſtud non ex-
tenditur ad alios Imperatores, nec eis conceditur niſi & ipſi
ſucceſſores ſimile priuilegium impetrauerint . Et iſtud vult
tex.& eſt expreſſum in §.verum.63. diſtinctio. cum cap.ſeq.
Ex quibus iuribus derogatur cap.Adrianus. cum ſimi.1.diſt.
Nec eſt verum quòd Imperator proprio iure poſſit intereſ-
ſe. Sed contra de cap. vbi periculum . §. præterea quia pa-
rum . de electio.in 6. vbi adſunt domini temporales.Solu.ibi
non adſunt in elect. ſed in obſeruantia illius conſtitutionis.
Sed iterum contra, quid ad Papã de Imperatore. Sol.dicunt
26 Doctores quòd † imperium eſt à Papa, quoad confirmatio-
nem, vel coronationem,cap. venerabilem . extra de electio.
& in cap. quoniam . 10. diſtinctio. & antequam coronetur
per Papam & inungatur non eſt Imperator, ſed Rex, habet
tamen omnimodam iuriſdictionem quam recipit ex confir-
matione,dicto cap.venerabilem.cum ibi not. per Innocen.&
in cap.legimus. 93. diſtin. & per gloſ. in clemen. Romani.de
iureiurand.Glo.ſuper verbo, in vrbe . infert ex tex.ad fin. ſic
ergo electio eſt nulla ſi non fiat in loco deputato . Et hanc
27 † opinionem tenuit Ioan.hic,& Ioan.de Firmo, dicentes lo-
cum eſſe de ſubſtantia : Docto. communiter tenent contra,
& maxime Hoſtien.in dicto cap.cum terra . & Archidiac.hic
dicentes, quòd licet fieri non debeat in alio loco, quàm in
ciuitate & alio loco deputato, vt voluit Ioan. tamen in alio
loco facta, dummodo honeſto & ſit locus clericorum va-
let, nec ob hoc vitiatur : nec iura allegata per Ioan. faciunt :
& pro iſta opin.facit cap.ne pro defectu. & d.cap.cum terra .
fatetur tamen Archidia. quòd ſi in loco inhoneſto, puta lu-
panari, vel in popina fieret, quòd procederet opin.Ioan.ar-
gumen.in l.1. ff.de iuſti. & iure. & in l. ſi cum dies. §. ſed ſi in
aliquem locum inhoneſtum. ff. de arbit. Idem etiam ſi in lo-
co interdicto, vel manifeſtè rebelli Roma.eccle. quia in tali-
bus locis fieri non debet, cap.vbi periculum.§.porro.de ele-
ctio.lib.6.facit quod habetur in cap.cum inter. de elect. Glo.
parua ſuper verbo,licet paucis.declarat tex.ad fin.dicet quiſ-
piam, quid ad laicos de electione . Sol.non vt interſint elect.
ſed in public. vel pro cuſtodia Cardina. vt in dicto cap. vbi
28 periculum.Et dicit † Archid. ſemper duas partes Cardinaliũ
adeſſe debere, dicto c. licet. de electio. Glo.ſuper verbo diſ-
ponendi.oppo.de cap.noſti. extra de electio.glo. reſpondet
ibi,de electio.noſti.Ex hac glo.colligitur ſolu.ad contrarium
quòd ſit ſpeciale in Papa, & ſequuntur Doctores, facit cap.
licet.præalleg. de electio. Quæro in alijs prælatis, vtrum re-
quiratur inſtallatio. Sol.dicunt Doctores communiter quòd
non, ſed ſufficit ſola confirmatio,cap.cum ſuper.cum ibi no.
per Innocen.extra de cauſa poſſ. Oppo.ab extra contra gloſ.
dum dicit,quòd non habent ius adminiſtrandi : nam per ca-
nonicam electio.& conſenſum legitimum efficitur quis præ-
latus,63.diſtin.quanto.8.quæſt.2.dilectiſſimi. Solu. huius ti-
more dicit Archidia. dum glo.dicit, non habent ius admini-
ſtrandi . intelligitur quòd non habent executionem, ſed ius
adminiſtrandi bene, quod datur ex elect. ſed plenitudo offi-
cij ex confirmatione.vos autem dicite,quòd glo.bene dicit,
29 quicquid dicat Archi. † quia ex electione ante confirmatio-
nem nullum penitus ius adminiſtrandi conſequitur electus,
nec ius in beneficio, adeo quòd nihil adminiſtrare poteſt,
nec dicitur prælatus,dicto cap.noſti.& cap.qualiter.cum ſim.
imo punitur ſi ita ſe ingerat,cap.auaritiæ.de electio.in 6.licet
habeat ius ad beneficium : & ita intelligantur iura commu-
niter ibi,extra de electio.nihil.illud eſt etiam ſpeciale, & fal-
lit niſi legatus Papæ ſit ibi præſens, a quo petatur confirma-
tio,cap.cum venerabilis. cum ibi not. per Innocen. & Com-
poſt.extra de dolo, & poteſt procedere poſt cõfirmationem,
ante autem confirmationem licet Docto. & maxime Archi.
ſatis longo ſermone proſequantur, non puto procedere hãc
glo.& non recederem a cap.nihil.in fin.extra de elect. Cuius
verba dum loquuntur de benedictione,& conſecratione,re-
ferũtur ad abbates & epiſcopos, in quibus ex vacatione ma-
ius diſpendium patitur eccleſia,& extendere ad alios benefi-
ciatos non puto tutum, quia nõ eſt tantum diſpendium, nec
eadem ratio . Nec obſt. cap. contingit. quia loquitur in caſu
diuerſo, videlicet quando per iudicem fuit facta miſſio, nec
miſſus admiſſus fuit. Oppo.de dicto cap.nihil.in fin.vbi nihil
30 penitus alienat.Solu.illud in alijs prælatis, hic in Papa, † qui
ante conſecrationem, & coronationem habet plenam pote-
ſtatem,nõ tamen vtitur integra bulla, de quo per Ioan.And.
in data Sexti, ex quo dicunt Barto. & alij Docto. quod ante
non habet poteſtatem diſponendi ſpiritualia, niſi poſtquam
ordines & inſignia receperit,de quo in Specu. de reſcri. præ-
ſentat.§.bonæ formæ.verſic.item quod obtentum eſt.vbi vi-
detur contradicere,ſcilicet quod de facto exercet.Sed dicen-
dum quod per ſe non exerceat. Glo.ſuper ver.audientia.ibi,
3. q. 1. cap.patet. ratio ponitur ibi in d.c.patet.quia non po-
teſt dici deſtitutus quia nõ fuit inſtitutus, ſed intruſus de fa-
cto. Aliam tamen rationem ponit hic Archidia. quia ibi non
erat ſuperior, coram quo peteretur reſtitutio : ſecus fortè in
alio intruſo,qui ſuperiorem haberet, vt in c.in literis. & in c.
item cum quis.extra de reſtit.ſpolia. Ibi, non vos.ratio huius
poteſt eſſe,quam proximè vidiſtis.Ibi,ſi quis deinceps. Iſtud
verum,quando notoriè conſtat,aliàs forte ſecus, vt in d.c.in
literis.& ſtatim videbitur . Ibi,intantum illud contingit pro-
pter defectũ iuriſdictionis. Glo.infert & opponit,ibi,reſtitui
debet.Iſta eſt regula, quæ procedit ſecundum docto. regula-
riter : nec crimen ſpoliati impedit reſtitutionem, 3.q.5.quia
ſuſpecti.& habetur 14.q.1.in ſumma.Ibi, condit. Iſta eſt pri-
ma fallentia,quæ procedit, quando a iudice iuris ordine ſer-
uato ſpoliatus fuit, non alias,c.conquerente.extra de reſtitu.
ſpolia.facit quod habetur 7.quæſt.1.præſentium.74. diſtinc.
quorundam . Ibi, ex tranſmiſſa. De iſtis caſibus dic vt ibi, &
habetur 3.quæſt.1.in princ.in ſumma. ad fin. hæc glo.intelli-
genda eſt durante excommunicatione, quia licet competat
reſtitutio, tamen eam impediente excommunicatione intẽ-
tare non poteſt,cap.intelleximus.extra de iudi.c.quia præſu-
latus.1.quæſt.4.facit quod habetur in c.ex inſinuatione.in fi.
extra de procurat.& in cap.cum noſtris.extra de conceſ.pręb.
Et procedit in maiore excommunicato : ſecus in mino-
re, quia non impedit, ſicut nec obiectus criminis, cap.item
cum quis. extra de reſtitu. ſpolia. facit quod habetur in cap.
prudentiam. extra de offic.deleg. & in cap.quoniam multos.
11.quæſt.3.& in cap.pia.de excep.lib.6.Glo.parua ſuper ver.
furorem.eſt literalis,& ad fin.quæro,nunquid iſtæ pœnæ ſint
perpetuæ.text.dum dicit, perpetuo . ſentit quod ſic : Docto.
dicunt,quod donec pœnitcant,& reſipiſcant, per ea quæ ha-
bentur in cap. ex literis. extra de conſtitutio. & in cap.de vi-
duis.27.quæſt.1.nam verſi. perpetuo. intelligitur ſecundum
materiam rei, de qua agitur. l.1. ff.pro ſocio. Glo.ſequentes

ſunt literales.Glo.fin.quærit, nunquid iſta maledictio fuerit cum peccato. Glo.reſpondet ad fin. quaſi velit glo. differentiam eſſe inter maledictionem ſanctorũ & iuſtorũ, quæ iuſtè fit & ſine peccato, vt hic: & maledictionem impiorum, quæ
31 fit cum peccato. Et hanc glo. † ſequuntur Docto.ex qua colligitur,& ex tex.ex meritis ſanctorum nos confundi poſſe,ſicut & iuuari,vt vidiſtis in c.2.proxi.diſtin.

§. Epiſcopi. Hic eſt ſecunda pars huius diſtinc.in qua ponit,quæ ſunt quærẽda in epiſcopo tempore conſecrationis, vt videbitur in cap.ſeq.quod fuit concilium carnis. Item omnia capitula ab illo §. dehinc diſponitur.vſque ad illum §.clerici.quæ dicunt,qualiter Epiſcopus & inferior debeat ordinari, quæ ſunt omnia eiuſdem concilij,licet ſeparata fuerint per magiſtrum.

REPETITIO
IN CAP. VNVM ORARIVM. XXV. DISTINCT.

Excellentiſsimi I.V.C.D.Ioannis de Graſsis.

SVMMARIVM.

1 *Leuita vtitur orario: & vnde dicatur leuita, & quid ſit orarium remiſſiuè.*
2 *Leuitæ officium,& habitus.*
3 *Ordines eccleſiaſtici dicuntur gradus.*
Gradus Pontificalis ſiue Epiſcopalis eſt primus, & obtinet primum locum inter omnes ordines eccleſiaſticos.ibidem.
Epiſcopus qualis eſſe debeat.remiſſ.ibidem.
4 *Abſoluere poteſt, qui poteſt ligare.*

VNum orarium. Diuiditur in duas. Primo ponitur dictum. Secundo remouet dubium. Ibi ſecunda dexteram.Diaconus ſiue leuita ſolo orario vtitur,in ſiniſtra, dextera libera permanente. h.d.
1 Not. primo leuitam † vti orario: & vnde dicatur leuita, vidiſtis in c.cleros. 21. diſtin. Quid ſit orarium,habetur in §.ſicut.& c.eccleſiaſtica.23.diſt.& accipitur pro ſtolla. Aliter ſumitur in cap.monacho.in princ.vbi de hoc.27.q.1. No.differentiam inter habitum ſacerdotis,& leuitæ, & rationem ſen-
2 tit text. Et not. ad leuitam † pertinere officium prædicandi: quod intellige, ideſt legẽdi nouum teſtamentum,vt habetur in c.perlectis.verſ.ad diaconum. Not.vlt.hic in fi.rationem, quare ſolo orario vtitur in ſiniſtro. Glo.1.ponit aliam rationem ad fin. Hanc rationem ſequitur Laur. & facit quod habetur in dicto c.cleros.

§. Nuncautem. Dicit Archi.q̃ hic incipit tertia pars huius diſtinc.Vos vidiſtis in ſumma q̃ eſt ſecunda pars,& de quibus tractat,& videbitis in diſcurſu: & venit continuatiuè ad præceden. licet Archi.hic continuet. Sed ſatis colligitur ex text.& diuiditur vſq; ad §.nomine autem.in duas partes.Primo ponit quinq; de quibus per ordinem dicturus eſt. Secundo de primo,& loquitur de epiſcopo.Ibi ſecunda,at primum. De quinq; hic in ſequentibus ſermo facturus eſt. Et epiſcopus talis eſſe debet, qualis hic deſcribitur.h.d. Not.primo materiam ſequẽtium: & not.per ordinem diſcurrendum. Not.ſecundo quinq; per ordinem,de quibus ſermo facturus eſt,de quo in gl.Not.ter-
3 tio q̃ † ordines eccleſiaſtici dicuntur gradus. Not.in verſic.at primum.q̃ gradus Pontificalis, ſiue Epiſcopalis eſt primus,& obtinet primum locum inter omnes ordines eccleſiaſticos. Not.in verſi.apoſtoli. ex regula apoſtolica gradus & ordines eccleſiaſticos inſtitutos & gubernari. Not.in verſic.oportet. qualem oporteat eſſe epiſcopum. Glo.1.declarat tex. & materiam ſequentium diſt. & eſt quaſi quædam ſumma. Ibi,diſtinguemus. dicit Archid.& Hug. q̃ de his tractat vſq; ad 50. diſtin.per ordinem, & exinde de ea repetit inordinatè à diſt. 81.vſq; ad 91.& quæ ſint iſta capitula, videbitis infra in gl.3. Et ſi quæ alia interponantur in di.& in cauſis, incidẽtia ſunt, vt infra ſequitur. ¶ In glo.ibi,vſq; ad 12.cauſam,poteſt intelligi incluſiuè, quia etiam illa cauſa tractat, qualiter ſe habere debeant clerici in rebus eccleſiaſticis,& etiam proprijs.¶ Ibi, quales in quolibet ordine,ſcilicet honeſti, virgines, literati, monogami,non corruptarum,nec viduarum mariti,non corpore vitiati,non aliqua conditione obligati, 33.diſt. c.præcipimus.15.diſt.c.presbyteris. ¶ Ibi,in quem ordinem promoueri,ſ.de minore ad maiorem gradatim,59.diſt.c.ſi officia. & de hoc habetur 60.diſt.per totum.& maxime in c.ponderet, c.quia tua.c.domino.& c.ſi quis diaconus.¶ Ibi,quilibet accuſetur.quia coram proprio iudice, c.at ſi clerici. extra de iudi.
4 ¶ Ibi,abſoluendi,vel ligandi.& † regulariter qui poteſt abſoluere & ligare,c.1.de regu.iur.& requiritur quod ſit proprius vt d.c.at ſi clerici.facit c.imprimis. 2.q.1. quibus autem teſtificationibus habetur à prima cauſa vſq; ad 10.ſecundũ Hug. & Archid. & præſertim 2.q.7. ſi qui ſunt. & c.ipſi teſtes.& 7. q.1.c.qui crimen,& c.infames. ¶ Ibi 9.& 10.cauſa.not.hãc gl. pro his quæ ſ̃.dixi. & dicit Hug.& Archid. q̃ cuius ſententia ſunt ſoluendi,vel ligandi,fere tractatur in omnibus cauſis, & præſertim.2.q.1.imprimis.3.q.6.fere per totum.9.q.2.c.1.& 2.11.q.1.inolita.& c.placuit.& c.in clericorum.incidenter tũ ratione maioris declarationis multa interponũtur. & hoc eſt quod voluit gl. ex quo ſequitur non inconueniẽs aliquid incidenter poni in aliqua materia vel titulo,qd̃ non faciat principaliter ad titulum vel materiã. Ad fi. hanc continuationem ſequitur Io. dicens quod oſtenſo qualiter in quolibet ordine ſint examinandi & ordinandi, nunc dicendum eſt quales in quolibet ordine debeant ordinari.¶ Glo.2.ad fi.not.ergo p̃ſecutionem materiæ. Et ideo ad intelligentiã ſemper recurrendum eſt ad iſtum. ¶ Glo.3. declarat quæ contineantur in iſta regula apoſtolica, & dicit Hug. quod eſt regularis ſermo continens 13.capitula.¶ Ibi,ſine crimine.Iſtud eſt primum c. & dicit Hug. quod non dicit ſine peccato. tunc enim omnis homo reprobaretur,vt ꝛ̃. videbitis in §.ſeq.¶ Ibi,vnius vxoris virum.Iſtud eſt ſecundum c.¶ Ibi,nec violentum.Iſtud eſt tertium. ¶ Ibi,prudentem.ecce quartum. ¶ Ibi,hoſpitalem,i. hoſpitalatum tenẽtem,& ecce quintum. ¶ Ibi,ornatum.ecce ſextum. ¶ Ibi,pudicum.ecce ſeptimum. ¶ Ibi,doctorem.ecce octauum.¶ Ibi,non percuſſorem.ecce nonum. ¶ Ibi,non litigioſum.ecce decimum. ¶ Ibi,nõ cupidum.ecce vndecimum. ¶ Ibi,bene propoſitum.i.eccleſię ſuę,& eſt duodecimũ. ¶ Ibi ad fin.i.non nouus in fide.& videbimus 48.diſtin. & maximè in cap.quoniam.& c.ſicut. ¶ Glo.fi.ad fin. dic quod habetur ad Timotheum.3. c. & ad Titum primo, & ibi ponuntur iſta capitula,quæ hic per ordinẽ declarantur, & proceditur quaſi ſicut in edicto prætoris declarando ſingula verba.

Sequitur §. Nomine.

SVMMARIVM.

1 *Criminis nomen eſt generale, & comprehendit mortalia & venialia, & deliberata & indeliberata.*
2 *Nemo ſine crimine viuit,*
3 *Epiſcopus cæteros præcedere debet,vt paſtor gregem ſuum.*
4 *Peccatum criminale, & criminalis infamia quid.*
5 *Crimina magna non debent remanere occulta,nec impunita.*
6 *Epiſcopus quòd ſit ſine crimine quid conſiderandum.*
7 *Crimen quatuor modis accipitur.*
8 *Maria virgo æquiparatur Ioanni Baptiſtæ quoad immunitatem peccati originalis.*
9 *Anima non infunditur in conceptione, ſed poſt.*
10 *Epiſcopus quare appelletur paſtor.*

§. Nomine. Diuiditur in tres partes vſq; ad §. criminis. Primo remouet dubium circa præcedens dictum apoſtoli auctoritate Hieronymi.Secundo refert dictũ apoſtoli ad Titum.Tertio concludit.Ibi ſecunda, in epiſtola. Ibi tertia,quod aũt. Non omne crimẽ intelligitur debere eſſe remotum ab eſo,ſed ſolum magnũ, & criminale
1 peccatum.h.d. Not.primo,quod † nomen criminis eſt generale,& comprehendit & mortalia & venialia,& deliberata,& indeliberata,& hoc ex ſua generali ſignificatione. No.in ver. vnde in eadem.dictũ Hieronymi,pro quo illud Catonis.Ne-
2 mo † ſine crimine viuit. Et not.text.dum dicit pœnæ contra naturam,quod exponit Hug.& Archi. ideſt contra conſuetũ
3 curſum humanæ naturæ.Not.in ver.ſed talis.epiſcopum † debere præcedere cæteros vt paſtor gregem ſuum. facit c. ſci-
4 ſcitaris.7.q.1. Not.in ver.in epiſtola. † quod habemus criminale peccatum,& criminalem infamiam. Criminale eſt mortale & magnũ,criminalis infamia eſt, quæ habetur de aliquo crimine,de quo niſi quis purgatus fuerit, nõ promouebitur.
5 Not.in ver.bene.ibi,quod magna † crimina non debẽt remanere occulta,nec impunita,facit c.vt famę.extra de ſen.excõ.
6 Not.in ver.quod aũt. † quod tp̃s conſidereẽ vt dicat ep̃s eſſe ſine crimine.Nã conſideraẽ poſt baptiſma,non ante.¶ Glo.1.

declarat

declarat text.pro cuius expeditione opponitur,quod tex.nõ procedat, nam nemo ſine crimine viuit, & eſt penè contra naturã vt dicit Hiero.ergo nullus reperiri poterit epiſcopus. ¶ Solu.huius timore factus eſt text.& glo.ibi, huius nominis crimen. Ex hac glo.colligitur ſolutio ad contrarium,& intellectus ad tex. ſecundum quem ſequitur dictum Apoſtoli nõ eſſe intelligen. ſimpliciter, vt intelligatur de omni crimine, & magno, & paruo, quia ſi ita intelligeretur non procederet, cum nemo ſine crimine viuat, capit. ſi enim. de pœn. diſtinctio.2. & ſic nullus poſſet eſſe epiſcopus, quod non eſt dicendum. Sed intelligitur ſtricte de magnis criminibus: nam proprie crimen dicitur magnum crimen. §. alios. verſi. & quamuis. infra eodem. Et ideo cum miniſterio dixit Hug. in §.proximo. dixit Apoſtolus crimen, non dixit peccatum, & iſta ſolutio placet Docto.& mihi, & glo. latius, & clarius declarat in ſequentibus. ¶ Quæro nunc pro expeditione ſequentis partis glo. quot modis accipiatur crimen. ¶ Gloſſ. reſpondet ad fin. hanc gloſ.notant ſingulariter Doctores, & maximè Archidiaconus, dicens quod licet Hug. & ſequaces quinque modis acceperint iſtud nomen crimen, tamen in
7 veritate non accipitur † niſi quatuor modis, & ita ſeipſum declarat Gratianus, ſecundum eos qui primam ſignificationem ponunt in hoc §. in principio. dum dicit, nomine autem criminis. ¶ Secundam in §. criminis appellatio. ¶ Tertiam in §. alias ea demum. ¶ Et quartam in eodem. §. & in primo large, ſecundo ſtricte, tertio ſtrictius, quarto ſtrictiſſimè. Ego autem puto, quod ſolum dupliciter accipiatur crimen in hac materia, ſcilicet magnum & paruum, ſiue mortale, & veniale, ſiue capitale, & minutum, vt in dicto §. alias. ¶ Poſſet etiam dici quod ſit vna tertia ſpecies, & diuiſio, ſcilicet originale ante baptiſma, & iſto ligantur omnes, & de iſto non intelligitur hic poſt baptiſma: & ideo aliqui fuerunt immunes, vt infra videbitis. Et de iſto intelligitur text. & pro hoc facit text. in verſic.quod autem. Sed eſſet nimis durum. ¶ Glo. paruæ ſequentes declarant literam, & exponunt text. ¶ Capio glo. ſequentem ſuper verbo penè. pro cuius expeditione quæro, quare tex.dicat penè. Glo.reſpondet ibi, in vtero. Iſta eſt prima ſolutio, quæ
8 eſt vera in ſe. Ex qua colligite, quod cum æquiparetur † virgo Maria Ioanni Baptiſtæ; quod non fuit immunus à peccato originali, ſicut nec Ioannes, & ſic feſtum conceptionis, quod hodie colimus, non eſſet colendum: & ita tenuit glo. in cap. 1. de conſecra. diſtinctio. 3. Sed hæc opinio hodie eſt reprobata per decretum ſacri concilij Baſilien. quod approbauit opinio minorum, & merito, quia non eſt credendum Chriſtum Deum viuum voluiſſe incarnari in vaſe corrupto aliqualiter aliqua peccati macula. Nec obſtat iſta ſimilitudo,quia forte glo.ita dixit ſequendo illam ſuam opinionem, de qua in dicto cap.1. Vel licet in vtero ambo fuerint ſanctificati, non tamen vniformiter, ſed difformiter, quia virgo in ipſa conceptione, Ioannes poſt. Eſt tamen dubium,quia
9 † anima non infunditur in conceptione, ſed poſt, l. ſi pater. ff. de ſolu. l. antiqui. ff. ſi pars hæred.pe. ¶ Ad fin.iſta eſt ſecunda ſolutio, quæ plus placet, & eſt ſenſus quod licet ſit difficile & rarum, pur aliquando eſt: facit illud vulgatum. quod vix fit, pur fit. ¶ Glo. ſuper verbo, grex. ad fin.ex ijs
10 iuribus declaratur iſte text. & ob hoc epiſcopus † appellatur paſtor, cap. ſententia paſtoris.11.quæſt.3.quia eſt ſupra gregem, & ſubditos ſuos, & ſic oues, & pecora reſpiciunt paſtorem, & eius greſſus. Ita talis debet eſſe epiſcopus,& prælatus eccleſiæ, quod omnes eius ſubditi mirentur, & ſpeculentur in eius vita. ¶ Glo. ſuper verbo, vel, exponit pro.i. ad fin. & hanc expoſitionem ſequuntur Docto. & maximè Archidiaconus dicens, quod intelligitur tex. dum dicit crimen. vocatur criminale peccatum, vel criminlis infamia, ideſt crimen quod irrogat infamiam, vt ſic adiectio ſequens interpretetur de quo crimine ſit intelligendum quod præceſſit: nam intelligit magiſter ſecundum eum, aliud eſſe crimẽ. quod eſt accuſatione, & damnatione dignum. cap.2. 81. diſtinctio. & illud eſt quod ad opus proceſſit, & de quo patet per opus facti, quia crimen mentale in mente retentum occulte licet ſit mortale, non tamen eſt crimen dignum accuſatione, & damnatione iudicis, ſed ſoli Deo reſeruatur, vt in §. cogitationis. cum ibi not. de pœniten. diſtinctio. 1. Ego conſiderabam ſi hæc alternatiua, vel, poſſet ſtare proprie, quia propter infamiam peccati etiam proceditur iudicialiter, c. qualiter. de accuſat. Quæro de intellectu text. hic in fin. in ver. quod autem. Solutio tex.vult conſiderare, vt colligitur ex mente Doct. quod ſit ſine peccato, ſcilicet magno poſt baptiſma: quia paruum ſiue minutum non impediret, vt in ver. alias. Aliquando baptiſma non conſideratur quia illo tenentur omnes: litera tamen aliter ſonat, vt ſupra dixi.

Sequitur §. Criminis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen aliquando ſumitur large vt comprehendat maiora & minora crimina.*
2 *Peccatum omne ex deliberatione & propoſito committitur.*
3 *Peccata aliqua ſunt, quæ ex ignorantia, & infirmitate committuntur.*
4 *Peccata veſtra alterutrum confitemini: de quibus peccatis intelligatur hæc auctoritas.*
5 *Peccata ex ignorantia,vel fragilitate commiſſa de facili tollantur.*
6 *Peccata ex propoſito facta dicuntur grauia, nec tolluntur niſi per pœnitentiam.*
7 *Peccatum quantuncunque paruum, & veniale, efficitur mortale ex delectatione, & perſeuerantia.*
8 *Peccatum quandoque committitur ex impetu, quandoque ex euentu, & quandoque ex propoſito.*
9 *Peccata venialia etiam laico confiteri poſſunt, licet habeatur copia ſacerdotis.*
10 *Peccata venialia quomodo tollantur ſine confeſſione.*
11 *Peccata mortalia ex ignorantia, vel infirmitate commiſſa faciliorem exigunt ſatisfactionem quàm illa, quæ ex propoſito & deliberatione committuntur.*
12 *Peccatum tribus modis dicitur veniale.*

§. Criminis. Diuiditur in duas. Primò ponit dictum. Secundò comprobat duplici auctoritate ſancti Bedæ, & Auguſt. Ibi ſecunda, vnde Beda. Comprobatio Auguſt.eſt in verſi.hinc etiam. Criminis appellatio generalis eſt, & ad omnia peccata referri poteſt. Et omne peccatum ex accidenti crimen effici poteſt. hoc di-
1 cit. vſque ad §. alias. Not. primo quod hoc † nomen crimen aliquando ſumitur large, vt comprehendat & maiora,& minora crimina, & mortalia, & venialia, & deliberata, & indeliberata. facit quod habetur in cap.peccatum. de pœn.diſtinctio.1.& in cap.ille rex.de pœnit.diſtinctio.3.Not.ſecun-
2 do quod omne † peccatum regulariter ex deliberatione, & propoſito committitur. & illud dicitur propriè crimen.Not.
3 in verſi.vnde Beda. aliquando aliqua † peccata ex ignorantia & infirmitate committi: quod qualiter intelligatur infra
4 dicam. Not.tertio † de quibus peccatis intelligatur illa auctoritas: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Not.quar-
5 to in verſi.quia facile. quod peccata † ex ignorantia, vel fragilitate humana cõmiſſa de facili tolluntur,ideſt facili emendatione ſecundum Hug. Not.in verſi.quicunque. quod pec-
6 cata † ex propoſito facta dicuntur grauia, nec tolluntur niſi
7 per pœnitentiam. Not. vltimo hic in fin. omne † peccatum quantuncunque paruum, & veniale, effici mortale ex delectatione & perſeuerantia. ¶ Glo.1. exponit tex.ad fi.quaſi ſentiat glo. quod in §. proximo. latius capitur quàm in dicto Apoſtoli. hic etiam latè, & vltra quam Apoſtolus accepe-rit intellexit Beda, vt ſequitur. Quæro, quæ ſint peccata ex ignorantia. ¶ Glo.2.reſpondet ad fin. ¶ Sed contra hanc glo. opponitur de §. ſeq. verſ.quæ autem ſunt minuta. vbi ſcienter committuntur venialia. ¶ Solutio poteſt intelligi tex. ex ignorantia, ideſt quadam inaduertentia & potius infirmitate naturæ,vt in contrarijs,tamẽ ſcienter.Et hoc eſt quod forte voluit Archid.dicens & exponens tex.dum dicit ex ignorantia, ideſt ſiue iuris.8.diſt.c.conſuetudo.ſiue facti, 32.q.4. c.nemo. ¶ Sed contra etiam mortalia quandoq; ex ignorantia committuntur.c.teſtamentum. ſ̃. diſt.6. ¶ Huius forte timore dicit Archi.poſt Hug.quod immo intelligitur ſiue mortalia,ſiue venialia: nam & mortalia quandoque ex ignorantia, vt Paulus & multi alij, quandoque ex fragilitate humana, & infirmitate, vt fornicatio, rapina, & his ſimilia. Vnde ſecundum eos dictum Ioan. non tantum intelligitur de
8 venialibus, vt ex ignorantia committantur: nam † quandoque peccatum committitur ex impetu, quandoque ex euentu, & quandoque ex propoſito, l. reſpicien. ff. de pœnis. §. penultimo. Ego tamen ſatis dubito, niſi dicamus ex cauſa præcedenti, vel continuatione committi mortale ignoranter,vt in dicto cap.teſtamentum. & dicite vt ibi dictum eſt. Alias non video qualiter ignoranter committatur

peccatum mortale.¶Glo.3.ſuper verbo facile.ponit rationē tex.quare facile diminuitur.Ibi,& di.6.qui vult. Ex hac gloſ. colligitur prima ratio huius text.& differentia inter peccata
9 venialia & mortalia, quia venialia † etiam laico cōfiteri poſſunt,licet habeatur copia ſacerdotis : quod vtrum eſt ſecundum Hug.niſi in cōtemptum,omiſſo ſacerdote, adeatur laicus,quia iſtud non liceret, immo tutius eſt adire ſacerdotem. Mortalia nonnunquàm niſi ſacerdoti, ſi eius copia habeatur: immo ſunt qui dicunt etiam ſi non habeatur copia ſacerdotis. & in neceſſitate non eſt licitum confiteri mortalia alicui,niſi ſacerdoti, & ſic multo minus laico. & authoritas Iacobi loquitur: in venialibus,vt in confeſſione generali, quæ fit in eccleſia : vel Iacobus ibi loquitur ſacerdotibus tātum : quæ opinio reprobatur communiter, & hoc in dicto cap. qui vult. Nam vbi non habetur copia ſacerdotis ſed alterius vt laici,niſi quis confiteatur etiam mortalia non poteſt dici pœnitens,licèt laicus non habeat poteſtatem abſoluendi,ſed ſuccedat poteſtas à Deo c.paſtoralis.cum ibi not. extra de offic.ordi. facit quod habetur in cap.1.§.pe. extra de ſumma Tri. Ex hoc patet, quod tā mortalia quam venialia confitenda ſunt,ſi fieri poteſt:quod verum eſt niſi tollantur modis de quibus infra per gloſ. Item ſequitur, quod illa authoritas Iacobi eſt præcepti nō autem conſilij, licet Gratianus ſecundum quoſdam ſenſerit eſſe conſilij. Sed plus creditur Bedæ diceniti eſſe præcepti ſecundum Hug. licèt Gratianus forte non dixerit nec intellexerit eſſe conſilij, & notauerit differentiam inter prædicta ſecundum Archid. Aliam tamen rationem ponit gloſ.ad fin.hæc eſt ſecunda ra-
10 tio quam ſequuntur doct. Et not.quatuor, ex quibus † tolluntur peccata venialia ſine confeſſione, tolluntur etiam ex confeſſione. Et intelligatis interueniente contritione, & pœnitentia de commiſſis. Addatis & per benedictionem prælati deuote ſumptam, per iura hic allegata : facit quod habetur in cap.perfecta.de pœn.diſtin.prima.& Ioan. Andr. in procemio ſexti. Alio tamen modo intelligitur text.ſecūdum doct.& maximè Hug.vt hæc facilitas referatur ad ſatiſfactionem, non ad charitatem,vel cordis contritionem, per quam etiam mortalia remittuntur quandoq;:nam minor ſatiſfatio requiritur in venialibus quàm mortalibus vt patet
11 ex præceden.In gloſ. immo † etiam mortalia ex ignorantia vel infirmitate humana cōmiſſa faciliorem exigunt ſatisfactionem,quàm illa quæ ex propoſito & deliberatione committuntur.8. diſtin.cap. conſuetudo. & in cap. de his.30. quæſtio.prima.¶Gloſ.penul.declarat tex.ad fin.dicit Archi. quod iſta authoritas Aug. inducitur ad declarandum illud quod in principio dixerat, ſ.ad oſtendendum quod commiſſa ex deliberatione indigēt pœnitētia. & poſſunt iſta eſſe verba Gratiani vel Bedæ introducentis authoritatem Aug. ſecundum Hug: ſed plus mihi placet quod ſint verba Gratiani. ¶ Gloſ.fin. primo declarat text.ibi, fiat mortale.hęc gloſ.declarat text.ſecundum quam ſequitur quod propter duo contingit iſta mutatio, & propter aſſiduitatem, & propter contemptum.Aliam rationem ſentit tex.hic in fin.dum dicit,dum placet. & ſic propter complacētiam & delectationem, quam quis capit ex peccato : facit cap.quam graui. de exceſſi.præla. ¶ Gloſ.opponit ibi, poſſit fieri mortale.quaſi velit glo.quod eſſet nimis magna mutatio : Gloſ.reſpondet ibi,fit veniale mortale. hæc eſt prima ſolutio. Ex qua ſequitur,quod licet accidentia mutentur & varientur, non tamē ſpecies ſiue ſubſtantia, quia accidentia ſe habent ad eſſe, & ab eſſe,non autem ſubſtantia. Sed hanc ſolutionem reprobant doct.per text. in cap. tres ſunt act. de pœn. diſtinct. prima. & theologi reprobant: non tamen gloſ.in eo quod dicit mortale effici veniale recepta pœnitentia:ſed non placet,quia immo eſt ſublatum, niſi dicamus ante peractā pœnitentiā remanere veniale, ideſt dignum venia: cuius gratia
12 dicunt doct.quod tribus † modis dicitur veniale peccatum: primo modo, quia venia dignum. vel veniam conſequens, vt mortale poſt contritionem, vt in dicto cap.ſerpens. vbi de hoc. Secundo modo dicitur veniale, quaſi cito veniens: vel tertio dicitur veniale,quia caret venia & excuſatione, vt peccatum in ſpiritum ſanctum.Ideo gloſ.tranſit ad aliam ſolutio.ad fin.hæc eſt ſecunda ſolutio,pro qua facit cap.detrahe.prima quæſtione prima.Ego dicerem quod ipſum veniale peccatum cum qualitate adiecta conſtituerunt mortale, vt ſentit text.

Sequitur §. Aliàs autem.

SVMMARIVM.

1 *Criminis appellatione continetur tale crimen,quod ſemel commiſſum ſufficit ad damnationem æternam.*
2 *Crimina aliqua ſunt, quę ex deliberatione commiſſa non damnant æternaliter, niſi deducantur in conſuetudinem.*
3 *Homelia eſt ſermo popularis ad populum factus.*
4 *Scripturarum ex falſo intellectu ſeducimur plerumque.*
Crimen minimnon debent trahi ad capitalia.
5 *Ignorantia iuris neminem excuſat.*
6 *Crimina capitalia quare ſic dicantur : & quæ requirantur ad eorum purgationem.num.7.*
8 *Fœmina quomodo accipiatur in ſcripturis.*
9 *Pœna purgatorij nunquid ingeratur pro mortali.*
10 *Ignis duplex,æternus, & temporalis.*
11 *Peccata mortalia,capitalia,ſiue criminalia an differant.*
12 *Peccata capitalia deteſtabilia vndecim: & quæ.*
13 *Ebrietas an & quando ſit peccatum mortale.*
14 *Bibere an & quando ſit peccatum.*
15 *Accidia eſt graue & mortale peccatum.*
16 *Tacere an & quando ſit peccatum mortale.*
17 *Eleemoſina nunquid proficiat,ſi petens importunè axaſperetur.*
18 *Ieiunans an & quando pecet,ſi ante tempus comedat.*
19 *Surgere tardè an & quando ſit peccatum.*
20 *Dormire an & quando ſit peccatum.*
21 *Vir cum vxore an & quādo peccet mortaliter eā carnaliter cognoſcendo.*
22 *Seruus an & quando contra dominum habeat ius agendi.*
Adulari & blandiri accipiuntur pro eodem.
23 *Mentiri eſt peccatum mortale.*
24 *Pauperes non debent ſumptuosè recipi.*
25 *Iuramentum ex ioco ſiue incaute preſtitum obligat ad veniale.*
Iuramentum temerarium & deliberatum obligat ad mortale.

§.Alias autem. Diuidit in quatuor partes. primo ponit aliam ſignificationem huius nominis criminis. ſecundo declarat.tertio comprobat authoritate Aug.exponentis verba Apoſtoli tertio ad Corinthios,& declarantis.quarto ponit declarationem Gratiani,Ibi ſecunda,multa enim.ibi tertia vnde Aug.ibi quarta,de quibus. Crimen capitale etiam ſemel commiſſum quandoq; ſufficit ad damnationem, vt ignem æternum.minutum verò ſiue veniale minime:& quæ ſint capitalia, & quæ minuta hic declaratur,hoc dicit vſque ad cap.qualis.& dicit Archi.quod hic declaratur quarta ſpecies ſiue ſignificatio huius verbi cri-
1 minis. Not.primo appellatione † criminis contineri tale crimen quod ſemel commiſſum ſufficit ad damnationem, ſecundum Hug.non tamen infamat,ſecundum Barto. Brixiē. Not.ſecundo in verſi. multa enim.aliqua eſſe crimina etiam
2 ex deliberatione commiſſa, quæ † non damnant æternaliter niſi deducantūr in conſuetud.No.in ver.vnde Aug.verba apoſtoli ad Corinth.tertio quæ exponit Aug.in Homelia.& inducit magiſter ad proban. præce. Et dicit Archi. quod ho-
3 melia eſt † ſermo popularis ad populum factus. Not.in ver.
4 multa ſunt.quod ex falſo intellectu ſcripturarum † plerumque ſeducimur. & quod de minimis criminibus intelligitur non eſt trahendum ad capitalia. Not.in verſi.de quibus.ſecū-
5 dum Archidiaconum,quod † ignorantia iuris neminem excuſat, prima quæſtio.4.§. notan. & in cap.quod dicitis. 16. diſtin. quod verum, iuris naturalis vel diuini vt hic. Not. in ver.& quamuis : quod licet apoſtolus plura capitalia peccata commemorauerit ad Corinth.primo.ad Gal.6.ad Roma.5. tamen reſtringuntur per magiſtrum,& ſic licitum eſt reſtringere verba apoſtoli. & ſentit text.rationem, ne videamur facere deſperationem. Not. in verſicu.ſacrilegium. aliqua
6 † peccata capitalia & mortalia, & quare dicantur capitalia, quia caput tollunt de eccleſia, ſiue gratia Chriſti, ſicut alibi dicitur capitale, per quod caput, vel libertas, vel ciuitas amittitur, l.ſecunda.ff.de pœnis. & Inſtitu.de publi.iudi.§. 1.vt colligitur in verſi.ſequenti. Noto in verſicu.quicunque.
7 quæ † requirantur ad purgationem horum capitalium criminum & peccatorum.Not.differentiam inter ignem tranſitorium,& purgatorii,in quo eſt redēptio: & flamas æternas, in quibus non eſt redemptio.not. in verſ.quæ autem. iuncto verſ.ſeq.quæ ſint minuta peccata,ſiue venialia Et no.per ordinem ſingulariter. ¶ Gloſ. prima ſuper verbo, ſuper hoc. exponit tex.ad fin.Doct.ſequuntur,Apoſtolus tamē appellat iſtud fundamētū, Chriſtus,facit.c.cum Paulus.1.q.1.nec frangitur iſtud fundamētū.¶Gl.ſuper verbo,ligna.infert ex tex.& declarat dictū Apoſtoli ad fi.¶Hāc gl.ſequutur doct.

remit-

remittentes ad Hoſt.in ſumma de pœn. ¶Et dicit Archidia.
8 quod fœnum † accipitur pluribus modis in ſcripturis. Primo propeccato, vt hic. Secundo pro carne, Iſaiæ 40. Tertio pro ſuperbis ſpiritu. Iſaiæ.37. Quarto pro peccatoribus, Iob 40. Quinto pro temporalibus accipitur fenum. Gen.34. Sexto ſancti domini dicuntur fenum,iuxta illud,& florebunt in ciuitate ſicut fœnum. Septimo ſententiæ ſcripturarum dicūtur fœnum.Prouerb.27.Octauo pœnitentes dicuntur fœnum. Zacha.12.¶Glo.3.ſuper verbo,non capitalia. Quæro,
9 vtrum pro mortali † ingeratur pœna purgatorij. Glo.reſpō. ibi,ſed tantum pro veniali.hæc gl.procedit nulla interueniēte pœnitentia,quia tunc igne æterno, vt in verſi.quicunque. ſ.eo.Sed ſi contritus ſit,& cęperit pœnitere, ſecus eſt,vt ſequtur in glo.ad fi.hanc glo.ſequuntur Doct. dicentes quod du-
10 plex eſt † ignis,vt in dicto ver.quicunq;.ſcilicet æternus,quo puniuntur reprobi:& temporalis,ſiue tranſitorius. & iſte eſt ad purgandum peccata pęnitentium, qui ſuper fundamentū fidei ædificauerunt fœnum,ſtipulam,& ligna. Et iſtud durabit tandiu,quandiu purgatus fuerit,qui ſaluandus erit, & eſt grauior iſte ignis quàm quicunque homo pati poſſet in hac
11 vita. Quæro,nunquid ſit differentia inter † mortalia, ſiue capitalia,ſiue criminalia.Et breuiter reſpondet Archi.quod ſic, tāquam inter genus & ſpeciem, quæcunq; enim peccata ſunt criminalia per conſequens ſunt,& mortalia,ſed non conuertitur. Multa enim mortalia ſunt quæ non criminalia,ideſt capitalia.quę inducunt decapitationem,ſiue depoſitionem,vel exilium, vel detētionem carceris,licet quodammodo omne
12 peccatum vocetur crimen,vt ſ.§.nomine. Et ſubdit † Archi. inter cætera eſſe 11.capitalia deteſtabilia. ¶Primum eſt peccare in fide,& ſic hæreſis, cap.1.22.quæſt.2.32.quæſt.7. cap. quid in omnibus. ¶Secundum peccatum contra naturam. cap.flagitia. & cap.adulterij.32.quæſt.7.¶Tertium eſt homicidium.cap.placuit.50.diſtin. ¶Quartum crimen læſæ maieſtatis.79.diſtinct.cap.ſi quis. ¶Quintum crimen ſacrilegij,de quo in tex.quod verum eſt ſecundum Archid.ſi fregerit violenter eccleſiam,2.quæſt.1.cap.in primis.17.quæſt.4.c.ſi quis in atrio.¶Sextum inceſtus.3.quæſt.4.cap.conſanguineorum. 35.q.3.c.de inceſtis. ¶Septimum conſpiratio,11.q.1.conſpirationum. ¶Octauum eſt adulteriū, 32.q.7.c.quid in omnib. ¶Nonum eſt falſum teſtimonium. 22.q.4.c.non periurabis. ¶Decimum eſt crimen ſimonię,c.ſicut.c.tanta.extra de ſimo. ¶Vndecimum eſt crimen vſurarum, deteſtabile in vtroq; teſtamento,14.q.3.c.plerique.c.quia in omnibus.extra de vſuris.& iſta ſunt criminalia maiora,accuſatione,& damnatione digniſſima,81.diſt.c.1. Alia enim non vocātur criminalia recte,quia non ſunt capitalia,licet mortalia: ſunt enim diſpēſabilia ſine diſcoloratione ſtatus eccleſię,1.q.7.diſpenſationes. niſi eſſent reordinati,1.q.7.c.ſaluberrimum, vel ſciēter rebaptizati,5.diſtin.c.confirmandum.de quo 7.q.1.c.hæc tunc.Et proſequitur particulariter hic Archidiaconus iſta vitia, & di
13 cite vt per eum.¶Glo.ſuper verbo,ebrietas.pro † cuius expeditione opponitur de c.ſane.Glo.reſpondet ibi.15.q.1. ſane. hæc glo.poteſt intelligi dupliciter. primo de obliuione mentis, aliter quàm per ebrietatem proueniente,puta furore,vel aliter : & iſta non eſt peccatum. & bene loquitur gloſ. in ſe, per clemen.1.de homicid.ſed non conuenit ad contrarium. Ideo ſecundo modo intelligitur de obliuione proueniente ex ebrietate : & ſecundum iſtum intellectum cōtradicere videtur, quia hic dicitur quod eſt mortale peccatum, & igne æterno puniendum, in contrarium dici videtur quod ſit dignum venia.Sed poteſt dici dupliciter. Vel primo quod ipſa obliuio non eſt peccatum, & iſtud ſonant verba gloſſæ, & eſt verum, & ideo ſi aliquid committatur per illam obliuionem, eſt dignum venia, vt in contrarijs.hic verò nos loquimur de ipſa ebrietate,& iſta eſt bene peccatum. Vel ſecundo quod differunt aſſiduitas ebriandi, quæ eſt peccatum, vt hic mortale, & ebrietas à caſu proueniens aliqua vice, puta vel infirmitate, vel dolo alterius, vt in l.dolum. cum ibi notatis per glo. C.de dolo.& illa non eſt peccatum, vt in dicto capit. ſane.& ita loquitur glo. Ibi, ante omnia. In hoc glo.bene dicit ſecundum Archid. intelligendo quod ſit quis in ea intentione, vt aſſidue & continuo velit inebriari, quia iſta eſt mala qualitas,& peſſima mētis diſpoſitio, quæ eſt mortale peccatum, & iſte intellectus eſt ſine dubio. Ideo ſecundo modo intelligitur ſolum de ipſa aſſiduitate ebriandi, etiam ſine in-
14 tentione, ſed ex voluntate † bibendi : & iſta ideo eſt peccatum mortale non propter ſolam iterationem actus, ſed quia non poteſt eſſe quòd homo aſſidue inebrietur,quin ſciens & volens illud faciat, & experiatur : facit quod hī in cap. ſexto die.35.diſtinc.& iſtud placet. Ad fin.ſane intelligenda eſt hæc gloſa,vt colligitur in verſic.quotiens.infra eod. quando plus bibit,quàm neceſſe ſit,nō tamen in multo,nec etiam inebriatur: alias autem ſi frequenter bibat propter neceſſitatem,ſcilicet propter calores, vel febres, non peccat mortaliter, nec etiam venialiter, & de iſto non loquitur glo. Oppono ab extra,quod tex.imperfectè loquatur, dum omiſit accidiā, quæ
15 † eſt graue & mortale peccatum, cap.non ſolum.32.quæſt.7. Sol.huius timore proſequitur hic Archid. ſecundum Damaſum quid ſit accidia,referens etiā opin.beati Thomæ: & breuis concluſio ex verbis, & mēte eorum eſt, q; ideo omiſit de accidia,quia nō ſemper eſt mortale,vt cùm eſt in ſola ſenſualitate inchoatio peccati, & non pertingit vſq; ad conſenſum rationis propter imperfectionem actus,quia tunc eſt veniale ſicut in delicto carnis.Vos dicite,quod imo fit mentio de accidia in verſi.quicunque. ſi rectè conſideretur : nam vbi quis cognouerit aliquod ex iſtis peccatis in ſe dominari, niſi digne emendauerit,illa accidia eſt: & ſic etiam ex mente de accidia fit mentio. Quæro de intellectu tex.in verſic.quotiens. dum dicit,plus accipit &c. glo. reſpondet, vel opponitur de cap.denique.4.diſtin.Glo.reſpondet ad fin.hanc glo.ſequuntur Docto.& facit quod dixi in glo.proxi.in principio. & intelligo caſum,ideſt præter propoſitū propter magnam famē, vel inaduertentiam,alias ſi dolo alterius.nec veniale eſſet,vt ſupra dixi. & per hæc conſilium eſt abſtinere à lauris cibis. Oppo.de cap.ſit rector.43.diſt. Glo.ſuper verbo, plus tacet. reſpondet ad fi. hanc glo. ſequuntur Docto. cuius gratia di-
16 cendum,aut quis loquimur † de illicitis,& inhoneſtis,& peccat mortaliter,& talia tacere eſt virtus. aut loquimur de licitis & honeſtis, & tunc aut loquimur in prælatis eccleſiaſticis, ad quos pertinet loqui, & reprehendere, ſiue docere ſubditos, & taciturnitas in talibus eſt peccatum mortale, vt in iuribus hic allegatis:aut loquimur in alijs, & plus tacere quàm oporteat,& loqui quàm oporteat eſt veniale. Quæro quid ſi
17 exaſperet importunè † petentem eleemoſynam, vtrum proficiat eleemoſyna.Reſpondet Archidia.& Hug.quod non ad vitam,45.diſtin.duæ ſunt.in fin. Opponitur de cap.quinque modis. de conſecra.diſtin.5.& c.ſolent. Glo.ſuper verbo,ieiunantibus. reſpondet ad fin.hæc glo.ſentit veritatem, licet
18 non ex toto perfecte : ideo dicite † ex mente Docto.aut quis corpore ſanus, (quia infirmus ieiunare non debet, c.2.in fi. extra de obſer.ieiu.) tempore ieiunij alijs ieiunātibus nō ieiunat,& peccat mortaliter,cap.1.& 2.cum ſimilibus,extra de obſerua.ieiu. aut ieiunat & ſanus ante alios vult prādere iterum,ſentiunt Docto.quòd peccet mortaliter per cap.literas. extra de temporibus ordinan.Iſte tex.ſentit quòd venialiter. aut loquimur de alio tempore quàm ieiunij, & tūc ſi ſit ieiunium conſilij,& non ſeruet, vel velit prandere ante tempus, & peccat venialiter,vt hic,& ideo dicit Hu.quòd ſi in aliquo particulari vel collegio, in quo ex conſilio aliquo tempore ieiunetur per alios, nō ieiunauerit,peccat venialiter propter ſcandalum quod generatur inter fratres. dubito, ne propter ſcādalum incurrat mortale.aut nullum penitus eſt ieiunium, & prandendo ante tempus non eſt mortale : & glo. quærendo loquitur, aliàs eſſet nimis durum, imo puto quòd nec ſit
19 veniale, tunc ita concludatis. Glo.ſuper verbo,† tardius.arguit ex tex.ad fin.hanc glo.ſequuntur Docto.dicentes,quòd ipſum ſurgere non eſt peccatum,ſed tardius ſurgere propter negligentiam quandam eſt peccatum, ſicut & tardius aliquid dare quod dare tenetur. Et per iſtum tex. infert Archidiaco.
20 poſt Laurentium,quòd † aliquando quis peccat dormiendo, de quo in cap.ad eius. & cap.teſtamentum. 5.diſtinctio. & in clemen.1.de homicid. Sed contra de cap.potuit. de loca. vbi tardius ſoluens eſt dolus,& punitur prout pro mortali.Solu. ibi ex dolo,& ſcienter obligatus certo tempore diſtulit, hinc eſt quòd ſi miſſam perdiderit tardius ſurgens die Dominico peccat mortaliter,cap.miſſas. de conſecra.diſtinct.1.hic vero loquitur quando negligentia quadam diſtulit quod ex conſilio facere debebat, vt ire ad eccleſiam, non tamen diſtulit, ibi deſtitit ex toto. Glo.ſuper verbo,excepto. arguit contra
21 Hug.ad fi.dicūt Doct.quòd ſi cauſa † ſobolis procreandæ vir cognoſcat vxorem,vel requiſitus reddat debitum, non peccat nec mortaliter, nec venialiter, vt hic,& in glo.proxima, aut cauſa explendæ libidinis : & ſentiunt Docto. quòd mortaliter peccet, quia tunc non poſſunt dici nec vir, nec vxor, ſed amaſij.32.quæſtio. 4. origo. & capit. quiſquis. & cap. connubia. aut ſumus in dubio, & peccant venialiter :

& ita poteſt loqui iſte tex. qui tamen ſentit indiſtincte ſi non propter ſobolē peccare venialiter. Opponitur de c. præcipimus.90.diſtin.glo.ſuper verbo neglexit. reſpon.ad fin.hanc glo. ſequuntur Doctō. & dicite vt dixi in ſimili in glo. ſuper verbo,plus tacet.& magis etiam grauant opera miſericordiæ omiſſa vel tardius facta prælatos quàm alios, & quæ ſint, dic vt in cap.tua.45.diſt. Et quando obligent vidiſtis in c.1. 1.diſtinctio.ſuper ead.glo.ſuper verbo, aut ſeruum. Quæro
22 vtrum ſeruus † exaſperatus per dominū vltra quam oporteret habeat ius agendi contra dominum? videbatur quòd non.l.vix certis.ff. de iudi.l.ſeruus. C.eod.titu. Glo.tamen determinat contra ibi,ff.de his, qui ſunt ſui,vel alien.iur.l.2. hæc glo.ſentit determinationem quæſtionis, videlicet quod regulariter non competit ius agendi ſeruo cōtra dominum, vt in dicta l.ſeruus.fallit in hoc caſu & alijs,de quibus in dicta l.vis.& competit iudicis officio,l.ſeruos.ff.de ali.& cibar.leg. puto tamen ꝙ ſi acriter exaſperaret, intantum quod ſæuiret quod eſſet magna ſæuitia ſine cauſa,quod eſſet mortale peccatum,& maxime contra proximum,& vxorem, cap.literas. de reſti.ſpolia.Nec obſt.iſte tex.quia loquitur de modica exaſperatione.ibi,7.queſt.1.ſicut.quæ ſit iſta moderata caſtigatio,habetur in l.conſenſu. C.de repud.& voluit gl.in dicto c. ſicut.ad fi.Ibi dicitur, quòd poteſt clericus vxorem ſuam cuſtodire in domo, & ligare,& ponere cauſa correctionis ad ieiunia ſalutaria: & poteſt eſſe ratio, quia intereſt clericorum habere mulieres probas, honeſtas, & pudicas. Glo.ſuper verbo,adulari.oppo.& ſoluit. ad fin.hanc glo.ſequuntur Doct.& maximè Hug.dicens,quòd adulari, & blandiri acci-
23 piuntur pro eodem:ſed ego dubito:mētiri† eſt mortale,nam os quod mentitur occidit animam: ergo attribuēdo bonum quod non habet mentitur,& ſic peccat mortaliter.Sol.poteſt intelligi glo.& tex.quod iſtud faciat ad bonum, & correctionem: ſed tunc dicet quiſpiam non erit etiam veniale. Solu. pro quoquam non eſt licitum mentiri, tamen quia ad bonū, veniale eſt. Glo.ſuper verbo, ſumptuoſa.ad fin.ibi colligitur
24 ratio & intellectus huius tex.videlicet ꝙ † ideo non eſt licitū prēparare pauperibus exurientibus nimiū delitioſa,vel ſumptuoſa conuiuia,quia ſicut diuites infirmantur ſi vtantur vilibus & groſſis cibis, ſic pauperes ſi vtantur nimium delitioſis & ſumptuoſis,& prouocantur ad luxuriam,& luxum,cap. quinque modis. de conſec. diſt.5. præterea iſte cibus ſufficeret pluribus,pro ſe enim facere non debet, c.denique.4.diſt. ergo nec pro alijs. Alio tamen modo intelligitur text. quod iſti ſunt ablatiui abſoluti,videlicet ꝙ ſibi præparauerint delitioſa conuiuia,pauperibus exurientibus, &c. Sed tunc dubito,ne mortaliter peccarent,non prouidēdo pauperibus exurientibus. Glo.fi.opp.de c.qui ſacramento.22.q.4.ibi,qui ſacramento.ex hac glo. colligitur ſolu. ad contrarium, ſecun-
25 dum † quam ſequitur quòd differunt iuramentum ex ioco ſiue incaute,& leuitate præſtitum, & iſtud obligat ad veniale etiā non ſeruatum, cum poſſit, vt hic: & iuramentum temerarium,ſiue iuramentum deliberate præſtitum & non ſeruatum, quia obligat ad mortale, vt in contrario, & hanc ſolutionem ſequitur Archid.per d.cap. qui ſacramento. Dubito tamen per c.& ſi Chriſtus.de iureiuran.ad fi. hanc glo.ſequiū Ioan.& Archid. dicentes, ꝙ ex quo non iurat ex propoſito, ſed metu,parū obligat, & ideo eius tranſgreſſio non eſt mortale per d.c.verum dubito per illum tex.& cap.ſi verò.vbi videtur ex toto obligari ad obſeruationem. Vltimo per illum tex.dicunt Hug.& Archid. quod facilitas, & temeritas excuſant à mortali peccato & veniam merētur, 2.quæſt.3.ſi quis. odium autem & indignatio cauſant mortale, 24.queſ.3.cum ſancti,& c.certum.

REPETITIO
IN CAP. SI PAPA.
XL. DISTINCT.

Præclariſſimi I.C.D. Ioannis de Graſſis.

SVMMARIVM.

1 *Papa vigilare debet pro ſalute ſua & fratrum.*
2 *Negligentia & inutilitas in Rom.Pont.multum ſunt deteſtanda.*
3 *Taciturnitas in Rom.Pontifice eſt vitium.*
4 *Negligentia in Roma.Pontifice innumerabiles populos ducit ad æternam damnationem.*
5 *Papa non debet accuſari ab vllo mortalium, quia omnes iudicat, & à nemine iudicatur.*
6 *Fideles vniuerſi orare debent pro Rom.Pontifice, & tanto inſtantius orādum pro eo, quanto ſalus omnium ab eius ſalute dependet.*
7 *In, dictio,quandoq; accipitur pro non, & quomodo aliter accipiatur.*
8 *Papa à nemine iudicatur,ipſe verò omnes iudicat, aptitudine tamen, non actu. num.9.*
10 *Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.*
11 *Laici ſunt clericis opidò infeſti.*
12 *Conſtantinopolis primum locum obtinet poſt Papam.*
13 *Credentes, & imitatores pariter puniuntur.*
14 *Succeſſor in Papatu poteſt reuocare alienata per prædeceſſorem.*
15 *Papa relapſus recipitur ab eccleſia.*
16 *Electo in Pontificem, an poſſit opponi de hæreſi.*
17 *Hoſpes turpius eijcitur,quàm non admittitur.*
18 *Papa etiam in notorijs corripi poteſt.*
19 *Papa deuians à fide cui accuſabitur.*
20 *Concilium poteſt congregari à cœtu Cardinalium.*
21 *Confeſſio extraiudicialis facit quandoque notorium.*
22 *Crimen ſimonię dicitur crimen hæreſis.*
23 *Incorrigibilitas omne crimen etiam paruum facit maximum.*
24 *Hæreſis pluribus modis capitur.*
25 *Papæ opinio cæteris præualet, etiam ſi totus mundus ſentiret oppoſitum.*
26 *Eccleſiæ ſtatus dicitur ſubuerti,quando ſcandalizatur.*
27 *Papa an poſſit accuſari propter ſchiſma,& deponi.*
28 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
29 *In criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.*
30 *Occultum dicitur,quod non eſt in notitiam plurium.*
31 *Iuris ordo eſt ſeruandus, quando proceditur contra Papam, licet ipſe non adſtringatur ad ordinem iuris.*
32 *Imperator ſubijcitur Rom.Pontifici,& eccleſiæ.*

SI Papa. Diuiditur in tres partes. Primò de effectu negligentiæ Ro.Pontificis. Secundò nunquid inculpari poſſit.Tertiò excipit. Ibi ſecunda,huius culpas. Ibi tertia,niſi deprēhendatur.Negligētia & culpa Rom.Pont.licet multum periculū ſalutis præſtet,tñ nullus mortaliū accuſare poſſunt,niſi deuiet à fide: & vniuerſi fideles pro eo orare debent.h.d.& hic eſt tertia pars diſt. ſm Archi. in qua tra-
1 ctat de culpa,& negligentia Ro.Pont.Not. † primo Ro.Pontificem vigilare debere pro ſalute ſua & fratrum: & oēs fideles dicuntur fratres Ro.Pontificis,2.q.3.ad mēſam.Nec obſt. c. quam graui. de crim.falſi. quia hic in genere non in ſpecie.
2 Not.ſecundo negligentiam,inutilitatē,& † pigritiam ſiue remiſſionem multū notādam in Ro.Pontifice, & operibus ſuis
3 & ab eo fugiendas.Not.in Rom.Pontifice †taciturnitatē eſſe vitiū:& not.ꝙ iſtud vitiū magis officit. Not.in ver.nihilominus. ꝙ † negligentia Rom. Pontificis innumerabiles populos
4 ducit ad æternā damnationē. Not.in ver.huius † culpas.nulli mortalium conceſſum accuſare Ro.Pontificem: & not.rōnem,quia ipſe omnes iudicat, & à nemine iudicatur, facit c. nemo.& c.aliorum.cum ſeq.2.q.3.Not.in verſ.niſi.vnum caſum, in quem Rom. Pōtifex in hoc ſeculo accuſatur & dam-
6 natur,ſ.vbi deuiat à fide.Not.vniuerſos† fideles debere orare pro Romano Pontifice: & not.tanto inſtantius orandum pro eo, quanto ſalus omnium magis ab eius ſalute depēdet. Glo.1. declarat tex.ad fi.hanc glo.ſequuntur Doct.dicentes, quòd vbi in alijs taciturnitas eſt veniale,c.criminis.25.diſtin. in Papa,& prælatis eſt mortale,d.c.1.& in c.Epheſos.43.diſt. nam propter negligentiam ſuam innumerabiles populos ſecum ducit ad gehēnam ignis vapulaturos in æternum, ideſt
7 pœnas inferni æternas perpetuò ſubituros:& † accipitur hic iſta præpoſitio,in,negatiuè pro non: facit c. Romana.§.fina. extra de ſenten.excom.in 6.quandoque ponitur pro valde,l. Gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthu. quandoque pro ſum, §.vt hæc quidem.in Auth.de inceſt.nupt. quandoq; pro male,§.quia verò.in Auth.de iudic.quandoq; ſignificat,pro l.1. ff.de condi.fur.quandoque ponitur pro,propter,& pro,contra,l.in hac.ff.de tritica. quandoque auget & aggregat, c.per ſimoniam.ſ.prox.diſt.& proſequere,vt hic per Archi.Glo.2.
8 colligit ex tex.ibi,9.quæſt.3.nemo. Iſta eſt regula,quòd † regulariter Papa à nemine iudicatur,ipſe verò omnes iudicat: facit §.ſola.9.quæſt.3. & ratio ponitur in cap.aliorum. eod.c. & quæſt.facit etiam, quia inferior ſuperiorem iudicare non poteſt.cap.cum inferior.extra de maio.& obedien.Sed Papa eſt ſuperior omnium,& ſuper omne ius, c.nouit.extra de iudi.c.cum propoſuit.extra de conceſſ.præben.ergo,&c.Et per hęc patet,ꝙ cum ſimpliciter dicatur,à nemine:& hic dicitur, nullus:& ſic vniuerſaliter negetur iſta poteſtas oībus, qđ nec etiam concilium vniuerſale: & iſtud ſatis vult text. in dicto cap.nemo.dum dicit, nec ab omni clero.& ibi hoc ſentit glo. per cap.ſignificaſti. extra de elect. Item per cap.hæc eſt fides. 24.quæſtio.1. & illud concludit ratio illorum iurium, & maximè in dicto cap.aliorum.& hęc eſt communis opinio,iudicio meo,ni fallor,omnium regulariter, licet in aliquibus concedatur, vt infra dicam, oppoſitum, quòd non iudicet omnes, quia de laicis non habet ſe intromittere, dicto c.nouit.
9 Sol.aptitudine iudicat oēs, † & in ſpiritualibus,non actu,&c. Glo.tamen oppo.de cap.nos ſi incompetenter. & reſpondet dicens,quòd fallit.Ibi,nos ſi incompetenter. Ex hac glo.colligitur ſolu.ad contraria: ſecundum quam ſequitur,quòd licet Papa ſit ſuperior omnium,& à nemine inuitus iudicetur, tamen poteſt volens ſe ſubijcere,& alterius iudicio iudicari:
10 pro quo facit,quia † quilibet poteſt ſuo fauori renunciare,& alteri etiam minori maior ſe ſubijcere, l.eſt receptū. ff.de iureiuran.& in l.1.& 2.cum ibi not.ff.de iudi. & not. quòd hæc glo.relata ad tex.quem allegat ſequitur ad cap. nos ſi incompetēter. quod dirigitur Ludouico Imperatori,intelligitur,ꝙ Papa poſſit ſe ſubijcere iudicio poteſtatis ſecularis non tantū eccleſiaſticæ: & vt poſſit eum iudicare, imo & deponere ſecundum Hug. licet illud cap. nemo.videatur in contrarium. Sed contra,de cap.ſi diligenti. extra de foro competē.& cap. placuit.& cap.innolita.11.quæſt.3. Sol.illa iura loquuntur in inferioribus,nos loquimur in Papa, qui eſt ſupra ius, c. propoſuit.extra de conceſſ.præbend. Sed contra,ſi in clericis inferioribus opprobrium eſt, quòd ſe ſubijciant iuriſdictioni ſeculari,vt in iuribus præalleg.quanto magis ſi Roma.Pontifex ſe ſubijciat. Solu. dic, quòd ſi ſe tanquam priuatum velit ſubijcere, & poteſt: ſed tanquam Papam,& non poteſt, per rationem præallega. Oppo.de cap. ſignificaſti. extra de foro competen.Solu.ibi loquitur in habentibus ſuperiorem, quibus prēiudicaretur,ſi ſine licentia: hic loquimur in Papa,qui nemini tenetur ad obedientiam,per iura præalleg.& facit qđ infra videbimus: & per hæc ego aliàs dixi,ꝙ ſi Papa ſe ſubiecit concilio, potuit ipſum concilium contra eum procedere ad depoſitionem ſeruatis tamen ſeruandis, ſicut & poteſt renunciare.cap.1. extra de renuncia. in 6.de poteſtate ſeculari quicquid dicat glo. in dicto cap. nos ſi incompetenter. plus dubitaui,quia eſt penitus incapax iuriſdictionis eccleſiaſticæ. dicto cap.ſi diligenti.Et videtur abſurdum,quòd habeat poteſtatem depoſitionis Rom.Pont.imo putarem, quòd nec in manibus poteſtatis ſecularis poſſit renunciare, qa poſſet maxime præiudicari vniuerſali eccleſiæ,& Pontificali dignitati,
11 cum † clerici laici opido ſint infeſti, cap.cum clericus. extra de immu.eccle.in ſexto.& c.laici.2.quæſt.7. Nec obſt. d.cap. nos ſi incompetenter, quia licet ex humilitate, ita dicat Papa, non ſequitur ergo poteſtas ſecularis deponere poterat. Glo.opp.de c.ſane.2.24.q.2. Ibi, Patriarcha Conſtātinopol. hanc ſol.ſequuntur Doct.per tex.in c.intantum.21.diſtin.tamen ibi vocat Alexandrinum,& ideo appellatur Conſtanti-
12 nop.Papa,quia ciuitas † Conſtantinopolis primum locū obtinet poſt Papam, & ſimilibus gaudet priuilegijs. c.renouantes.22.diſt.Pręterea apud Conſtantinop.& Græcos ſm Hu. quilibet ſacerdos dicitur Papa.Sed contra ſi eccle.Conſtant. potuit Dioſcorum excōicare ſm iſtum intellectū intelligendo de Patriarcha Conſtantinop. vt dicunt Doc.intelligi d.c. ſane.in ver.itē Romanorū.ergo.& Rom. & vniuerſalis eccle. poterit Papam excommunicare. Sol. poteſt dici ꝙ non tenet cōſequentia, quia non tantam habet poteſtatē Patriarcha in Conſtan.ecc.nec tantam ſuperioritatē, ſiue dignitatē quantā habet Papa in vniuerſali. Præterea ibi pōt intelligi vt verba ſonant,non ꝙ Conſtan.excōicauerit, ſed Ro.qui ſuperior eſt omniū: vel vt dicit ibi glo. licet Dioſcorus non fuerit inuentor hæreſis,& ob hoc non fuerit damnatus,tñ fuit imitator, & ſic pro hæreſi,quod eſt ſpeciale vt ĵ.videbitis,fuit ex-
13 cōicatus quod fieri potuit,nam credentes † & imitatores pariter puniuntur,c.excōicamus.§.credētes.extra de hæreticis. Glo.opp.ad fi.hanc ſol.ſequuntur Doc.& maximè Hug. hic, & in ĵrium dicens ꝙ non indicat, nec imponit legem ſucceſſori,ſed indicat non licere,& peccare mortaliter, ſi faciat,qa licet lege ſeculi non ligetur, ligatur tamen lege Dei,c.literas. de reſti.ſpo. & dicite vt ibi per Archi.Illud tñ eſt indubitatū,
14 ꝙ ſucceſſor,cui legem imponere nō potuit, poterit † reuocare alienata per Papā prędeceſſorem,c.ſi quis presbyterorum. extra de re.ecc.non alie. & ſentit ibi Archi. ꝙ poſſit Papa per conſtitutionē ſuam derogare ſolēnitatibus requiſitis.de quo ibi, & forte nō procedit ſi tenderet in magnā conſumptionē ecc.vniuerſalis,iuxta tradita in c.intellecto. extra de iureiur. Et hæc poſſunt induci ad q. vtrū Papa poſſit reuocare feudū Siciliæ,& aliarum ciuitatum patrimonij, & Marchiæ, ex quo apparet euidens deſtructio eccleſiæ,& maxima diſcordia parata eſt inter principes,vt patet inter Regē Aragonū,& Raynerium.& putarem ꝙ ſic,tñ eſt ponere os in cœlum.& ius eſt in armis.cogita. ¶Glo.3.ſuper verbo,a fide.opp.de c. aperte. 24.q.1.& c.ait.2.q.3.dixit Apoſtolus.Gl.rñdet ibi,dixit Apoſtolus. ¶Ex hac gl.colligitur ſol.ad cōtrarium,& limitatio ad iſtum tex.ſm quam ſequitur,ꝙ ſi alij, qui parati ſunt corrigi, vt in iuribus hic allegatis, recipiuntur per eccl. quanto magis Papa: facit c.nunc aūt.21.diſt. & c.non licuit.17. diſt.& facit iſte tex.in ver.pro cuius. Sed tunc dicet quiſpiam,ergo nulla ſpecialitas erit in Papa. Sol.poteſt dici,alij recipiuntur, dummodo relapſi non fuerint, quia relapſos nō recipit,c.accuſa-
15 tus.extra de hæret.in 6.Sed † Papa ēt relapſus recipiī per eccleſiam: & iſta erit ſpecialitas. Sed circa hæc cadit dubitatio,
16 vtrū † ſi quis eligatur in Rom.Pontificē,poſſit opponi de hęreſi.& videbatur ꝙ ſic,quia ſi accuſari,& iudicari pōt,quanto magis excipi,quia cui damus act.&c.l.inuitus.§.cui damus.ff. de reg.iur. & hanc opinionem tenuit Goff. facit.l.1. §.qđ ait prætor.ff.de ſuperfic.Inno.tñ,Ho.& Compoſ.& cōiter Doc. & maxime Archi.magis videntur inhærere cōtrariæ opinioni,per tex.in c.licet. extra de elect. vbi ſi eligat a duabus partibus abſq; vlla exceptione, ab vniuerſali eccleſia Rom.Pōt. haberi debet,vt ibi dr: & in hoc ēt eſt ſpecialitas in electione Rom.Pont.vt voluit ibi tex. Ego tamē ſatis dubito,quia hæreſis eſt crimen: & licet ibi ſtatuatur in d.c.licet.& nihil dicat de hæreſi,tamen per alia iura non eſſet inconueniens limita-
17 ri,& maxime † quia turpius cijciī, quàm non admittitur hoſpes,c.quemadmodum.verſ.nam ſi poſt.ff.de iureiuran. Cogitabitis. illud tamē puto indubitatum,ꝙ ſi notoria eſſet hæ-
18 reſis,ꝙ indubitanter opponi poſſet, quia in notorijs † etiam Papa corripi poteſt,d.c.nos ſi incompetenter. 2.q.7. Secūdo
19 quæro,cui accuſabitur † Romanus Pontifex deuius à fide, & hæreticus? iſte tex.non declarat. ĵ.in ver. pro cuius. videtur velle ꝙ ſolum vniuerſitas fidelium inſtantius orabit pro eo: tñ communis ſententia tenet, ꝙ concilium generale & collectio numeroſorum epiſcoporum ſit iudex ꝙpetens,& eidem accuſari debeat, per d.c.nunc autē. 21.diſt. & c.nemo. a contrario,& à ſpeciali.9.q.3.Sed quis congregabit? Reſpō.ꝙ cę-
20 tus † Cardinalium,& ſi nō poterit,ſecularis poteſtas ſe interponet, & comprimet, vt in cap.vbi periculum. de elect.in 6. iuncto.c.nec licuit.17.diſt. Et ita ſeruatur: nec mirum, quia reformatio talium pertinet ad vniuerſalem eccleſiā ex licentia primo conceſſa ab Imperatoribus, qui fidē Chriſti colere ceperunt,quia prius non audebant,c.1.15.diſt.& ibi vidiſtis. de quo tamen me remitto ad dominum meum, dominū Panor.in ſuo tractatu edito in cōcilio Baſilienſi de reformatione illius concilij & cauſa,& incipit,quoniam verborum veritas,&c. Glo.quærit, quare non poteſt accuſari de alijs criminibus.Ibi,vel per facti euidentiā.Nota duos modos notorij: alios habemus in c.fi.extra de cohab.cle.Ibi,quare non accuſatur.quaſi velit gl.ꝙ imo accuſari poſſe debetur propter notorietatem,ne ſcandalum generetur in eccleſia:vnum tamen
21 colligite ex gl. quod confeſſio etiam † extraiudicialis poteſt facere notorium:nam Papa non poteſt iudicialiter confiteri, cum nullum ſit eius competens tribunal,vt in præced.viſum eſt. Et tamen glo. dicit per confeſſionem fieri notorium, de quo tamen dubito,quia tex.in c.fin.ſupra de coha.cle.& mulie.requirit cōfeſſionem factam in iure, facit c.cum ſuper.de confeſ.Sed ſuſtinendo dici poteſt,ꝙ confeſſio eſt voluntariæ
22 iuriſdictionis,& quilibet dicitur iudex competēs.Ibi,vel † de crimine ſimoniæ,iſtud eſt crimen exceptum,& dicitur hæreſis,c.quotiēs.de ſimo. ita ꝙ videretur ēt de ſimonia poſſe accuſari. Ibi,vel adulterij,iſtud reputatur grauiſſimum, 24.q.7. quid in omnibus.ita ꝙ videtur Papam accuſari poſſe. Ibi,ꝙ-pter eius factum.Et ſic videretur quod vbicunq; incorrigibi-
23 lis ſit ex quocunq; crimine poſſit accuſari,quia † incorrigibilitas omne crimen etiam paruum facit maximum,c.cum non ab homine.extra de iudi.Ibi,38.diſt.nullum.hęc eſt ergo opinio glo. quod patet dum dicit,certè credo quòd de quolibet crimine poteſt Papa accuſari,dummodo tria hæc concurrāt, ſcilicet ꝙ ſit notorium,& inde ſcādalizetur eccleſia, & ſit incorrigibilis:quia tunc eſt ſpecies hæreſis. & cum hac gl.vidē-
24 tur tranſire Doct.hic & maximè Archi.dicēs,ꝙ hæreſis † poteſt ſumi pluribus modis, vt in c.firmiſſime. extra de hæreticis,& quod not.in c.inter. 24.queſt.3.ſicut & contumacia,de

qua & eius pœna remittit ad summam 4.quęst.1.tamen contra istam opinionem multum facit iste textus, qui solum excipit vnum casum, licet glo.infra suadeat respondere. Item facit cap.nemo. cum seqq.9.quæstio.3.& per totam illam q. vbi simpliciter dicit neminem iudicare Romanum Pontificē, maxime in cap.aliorum. vbi Deus reseruauit suo iudicio causas Roma.Pont.& glo.in dicto c.nemo.videtur velle contra.
25 & ibi etiam sentit † opin. Rom. Pont. omnium aliorum sententijs præualere, etiam si totus mūdus sentiret oppositum: facit.c.significasti.extra de electio.& c.nunc autem.21.dist.& quod voluit glo. in c. nos si incompetenter. Præterea si non potest denunciari, quomodo poterit deprehendi incorrigibilitas? & ista opinio mihi magis videtur de mente canonū.
26 Tamen pro concordia potest dici, ꝙ † quando scandalizatur vniuersalis ecclesia, ꝙ tūc status eius dicitur subuerti propter scandalum,& ideo tunc accusari potest de quocunque crimine.& ita intelligatur glo.& ideo potest concilium se interponere.c.literas.cum ibi not.extra de resti.spolia.& in d.c.nunc autem.21.dist.Aut non scandalizatur vniuersalis ecclesia, & tunc etiam si grauissimum sit delictum, non habet ecclesia se interponere,vt in cōtrar. Et ꝑ hæc potest informari ad schis-
27 ma,vtrum † propter schisma possit accusari Papa, & deponi, & interponere se possit eccle. quia si ecclesia scandalizatur, potest,alias non: de quo tamen dicite,vt per dominū Panor. in tractatu suo, qui conatur defendere partes concilij multipliciter,& videte ibi per eum.in §. secundo principaliter. Gl. nunc opp.de tex.nostro.Ibi,non posset.Ex hac glo.colligitur fol. ad contrariū,& differentia inter hæresim,& alia crimina. Et hanc solu. videntur sequi Docto. & colligit specialitatem
28 in hæresi. Sed contrarium si sit occultum,eccle.non † iudicat de occultis,c.literas. extra de resti.spo.& maxime in crimini-
29 bus,in quibus requiruntur †probationes luce meridiana clariores.§.sciant.2.q.vlt.Sol.dicunt Doc.& maximè Ioā.& Archi.ꝙ intelligitur de tali occulto,quod possit probari, nō autem de omnino occulto.Et dicitur † occultum,ex quo nō est
30 in notitiam plurium, de pœn.dist.1.§.econtra.ver.filiam.facit 2.q.7.pleriq.Sed coram quo probabitur.Sol.coram deputatis ab ecclesia,vt in dist.c.nunc autem.21.dist.¶ Glo.quærit ibi,inutilis esset denūciatio.Sic ergo vult gl.non posse denūciari crimen Rom.Pont.denunciatione euangelica,si accusari non possit,ne denunciatio reddatur inutilis.Et hanc opinionem videtur sequi Archid.dicens ꝙ cum denunciatio fiat ad correctionem,corrigi non poterit,nec compelli, cum nō habeat superiorem, vt hic. Glo.tamen in d.c.nemo.9.q.3.videt determinare contrarium, licet remittat ad hic determinata. vos dicite ꝙ aut loquimur de euangelica, & fraterna, in qua sola queritur correptio secreta,& ista potest conuenire Papę sicut cæteris. Aut de iudiciali,& correptione facienda publicè per ecclesiam: & tunc aut loquimur in his casibus,in qbus potest Papa accusari,& corrigi per eccle.vt hęresis & similiū, & potest etiam Papa denūciari,aliàs non. Sed tunc contra,si posset accusari, frustra denunciatur.Solu.imo prodest,quia nō esset corrigere,vt in c.super his,&c.inquisitionis. extra de
31 accu.Ex quo sequitur,quòd etiam quando proceditur †contra Papam, cum agatur de maiori præiudicio, seruandus est ordo iuris, licet ipse non astringatur ad ordinem iuris, cap. in causis. & ibi dixi.extra de re iudica.Ibi,tota ecclesia. hanc glo.sequuntur Doctores, quia sustinere hæresim, & docere est subuertere totam ecclesiam, cap.sunt qui.cum sequen.25. quæst.1.& facit,quia ex quo in hoc est subiectus ecclesiæ, ad cum non pertinet dispositio cap. ecclesia. extra de constitu. Sed contra statuitur de electione, c.licet.extra de elect.c.vbi periculum.eo.tit.lib.6. Sol.illa fuerunt concilia generalia,ex quo videretur etiam concilium generale posse statuere in casu glo.quod non puto tutum, nec subuerteretur totus status ecclesiasticus, quod non puto esse in potestate concilij generalis.Cogita.Ad fi.hanc glo.sequuntur Doctores, & est
32 ratio,quia † Imperator subijcitur Roma.Pontif.& eccle.cap. venerabilem.de electio.clemen.ne Romani. de iureiuran. Et ideo per Papam potest corrigi,& deponi,cap.alius.25.quæst. 6.cap.apostolicæ. de re iudic. in sexto. clemen.pastoralis. eo. titu.& quod dicitur hic de Imperatore,si sit incorrigibilis, vt plus specialitatis sit in Papa, videretur quòd etiam incorrigibilis non deponatur, nec corripiatur perEcclesiam: & est verum, quia alia duo requiruntur, scilicet notorietas,& scādalum Ecclesiæ,vt supra vidistis: & quod dicitur de incorrigibilitate,idem secundum Docto. si sit inutilis, per iura præallega.

REPETITIO
IN C. QVIDAM EPISCOPVS.
II. QVAEST. I.

Præclarissimi I.V. Monarcæ, D. Antonij Rosselli Patau.

SVMMARIVM.

1 *Symoniæ crimen est grauius cęteris omnibus.*
2 *Crimen carnis est generalius & communius, adeo quòd pauci sunt, qui in ipso non sint infecti.*
3 *De personis est prius inquirendum, quàm iuris ratio habeatur, & quare.*
4 *In manifestis an iudiciarius ordo sit requirendus.*
5 *Spoliatus an sit ab aliquo iudicandus.*
6 *Deficiens in accusatione punitur pœna talionis & infamię.*
7 *Testes duo sufficiunt ad condemnationem alicuius de crimine: quando quis est infamatus apud bonos & graues.num.8.*
9 *Appellatio non est admittenda, quando appellatur contra dispositionem iuris in casu non habente fallentiam.*
10 *Laici regulariter repelluntur ab accusatione, quando agitur de crimine criminaliter contra clericum.*
11 *Monachus Cubicularius potest accusare etiam sine licentia sui abbatis.*
12 *Accusatio est fienda in scriptis,præsente aduersario.*
13 *Sententiarum triplex est species,& quę.*
14 *Sententia lata omisso iuris ordine est nulla.*
15 *Sententia est prius ferenda super proprietate quàm super possessione.*
16 *Ordo iuris duplex est.*
17 *In sententia interlocutoria missionis in possessionem requiritur ordo semiplenæ causæ cognitionis.*
18 *Iudex si pręcipit alicui quòd soluat.10. sine causæ cognitione, & pecunia illa sit indebitè soluta non repetitur.*
19 *Ordo iuris in infamatis non requiritur.*
20 *Ordo iuris quandoque respicit principium iudicij, quandoque medium & quandoque finem, & quandoque post sententiam.*
21 *Sententia diffinitiua est iudicialis diffinitio, quæ controuersiæ finem imponit pronuntiatione iudicis condemnationem, vel absolutionem continens.*
22 *Excommunicatio vel interdictum impropriè dicitur sententia.*
23 *Controuersia non solum fit agendo,sed resistendo.*
24 *Sententia interlocutoria quid sit.*
25 *Iudicis non omnis vox obtinet vim rei iudicatæ.*
26 *Sententia diffinitiua lata contra iuris ordinem est nulla.*
27 *Ordo instantiæ ad sententiam quis.*
28 *Ordo de substantia iudicij quid differat ab ordine qui est de ordine vel circa ordinem.*
29 *Citatio est de substantia,quando fertur sententia absente parte.*
30 *Actus vitiatur ex ordinis omissione.*
31 *Ordo iuris omissus non viciat sententiam excommunicationis.*
32 *Ordo iuris an in notorijs requiratur.*
33 *Condemnari quis non debet sine accusatione.*
34 *In confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in pronuntiando.*
35 *Delictum notorium per probationem an possit puniri sine accusatione.*
36 *Notorietas an excuset a porrectione libelli.*
37 *Iudex an possit pronunciare super attentatis in causa, quando aliquid sibi notorie innotescit.*
38 *Pactum in executione appositum qualificat actionem.*
39 *Qualitas non potest esse sine subiecto.*
40 *Fructus in actione rei vendicationis veniunt iure actionis.*
41 *Iudex an & quando possit supplere de facto.*
Quòd vbi agitur de materia peccati,potest supplere de facto.num.42.
43 *Iudex ex officio suo potest perquirere rei veritatē etiam post conclusum in causa.*
44 *Iudex potest supplere de facto, vbicunque quilibet ad excipiendum admittitur.*
Item supplere potest ad iuuandam iurisdictionem suam.num.45.
46 *Condemnatio expensarum facta a iudice parte non petente, an valeat.*
47 *Iudex vbi debet & potest supplere de facto, an si non facit, faciat litem suam.*
48 *Citatio vel ordo iuris non requiritur in notorijs,sed sufficit sententia.*
49 *Iudex an & quando possit & debeat deuenire ad realem capturam.*
50 *Iudex quando debeat committere citationem verbalem, & quando non in criminalibus.*
51 *In notorijs an requiratur citatio.num.52.*
53 *Citatio vbi requiritur,si omittitur,nunquid processus sit nullus.*
54 *In notorijs non requiritur ordo iuris.num.60.*
55 *In iudicijs summarijs requiritur omnis substantialitas iudicij.*
56 *In notorijs potest iudex supplere sine libello,quando incidunt in causis, in quibus potest supplere.*
57 *Libello an sit opus pro executione sententiæ vel confessionis factæ in iudicio.*

58 *In libellis attenditur modus proponendi & concludendi.*
59 *Libellus non procedit,quando ex narratis in eo concluditur ius non agendi, vel simul concluditur ius excipiendi.*
61 *Ordinem iuris non esse seruandum,vel procedi sine figura iudicij, idem est dicere.*
62 *In notorijs iuris & confessionis an iuris ordo sit necessarius.*
63 *Iudex an possit procedere in causa tempore feriato.*
Feriæ in honorem Dei sunt inductæ de iure diuino.ibid.
64 *Lis an possit contestari die feriato.*
65 *Iuramentum de calumnia an possit deferri diebus feriatis.*
66 *Dilationes an possint dari tempore feriato.*
67 *Testes in causis summarijs an debeant iurare, & quid in notorijs. ibid.*
68 *In notorio facti interpellati an debeat seruari ordo iuris.*
69 *In notorijs an requiratur causæ cognitio.*
70 *Causæ cognitio an sit de substantia iudicij.*
71 *Sententia in dubio an præsumatur lata cum causæ cognitione.*
72 *In notorijs an sint necessariæ probationes.*
73 *Probatio nulla est melior quàm ipsius facti coram iudice commissi.*
74 *Homicidium si sit commissum iudice sedente pro tribunali in eius conspectu, an dicatur notorium.*
75 *Dolus adesse præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum.*
76 *Factum habens actum continuum dicitur innotescere toti populo,& statim quòd proponitur in iudicio, dicitur innotescere iudici vt iudici & vt priuato.*
77 *Probationes quando constāt contrariæ, sola negatione non fit res dubia.*
78 *In notorijs quando non sit opus alia probatione. Et quid in notorio iuris, quando quis est confessus, conuictus, vel condemnatus. num.79.*
Quid in notorio præsumptionis.80.
81 *Paternitas ex parte patris probari non potest, nisi præsumptiuè.&c.*
Mater semper est certa. ibid.
82 *Iudex vbi debet informari de notorio, si non recipit illam informationem, sed procedit,vt super notorio,an processus teneat.*
83 *Ignorantia vel error circa id,quod est necessarium actui,vitiat actum.*
84 *Iudex si fert sententiam contra contumacem, antequam ei sit nota contumacia, non tenet sententia, quia ignorat id, quod est necessarium ad sententiam.*
85 *Iudex qualiter debet se informare de notorio.*
86 *Notorium dicitur tantum de recenti præterito vel præsenti, quod per testes probari potest.*
88 *Forma alicuius facti quid sit.*
89 *Notorium iuris, quando est idem iudex, eadem causa, & eædem partes, non est opus quòd aliter probetur.*
90 *Res inter alios acta alijs non præiudicat, vel prodest.*
91 *Acta facta in vno iudicio an faciant fidem inter easdem personas in alia instantia.*
92 *Notorietas an aliquid operetur, vbi in medio litis contingit exceptiones opponi.*
93 *Possessio spoliati si erat euidenter iniusta,non datur sibi restitutio.*
94 *Exceptio etiam renunciationis factæ in iudicio obstat agenti possessorio in beneficialibus.*
95 *Possessorio recuperandæ quando agitur, admittitur exceptio concernens possessorium & petitorium.*
96 *Iudex quando scit exceptiones notoriè friuolas, potest ex officio eas statim reijcere.*
97 *Sententia nunquid requiratur in notoriis.*
98 *Delicti notorij executio an fieri possit absque sententia.*
99 *Condemnari an quis possit in criminalibus ex sola notorietate facti, si non probetur aliquid de substantia, qualitate, seu quidditate delicti, sed solum de notorietate eius.*
100 *Condemnari an quis possit ex solis indicijs criminaliter.*
101 *Dolus præsumptus dicitur, quando colligitur ex præsumptionibus.*
102 *Iudex super innocentia accusati potest testes recipere etiam post publicationem processus.*
103 *Delictum si notorie probatur, sed non notorietas, nunquid accusatus poterit condemnari.*
104 *Notorium si repugnat sententiæ, an reddat eam ipso iure nullam.*
105 *Vniuersitas est corpus mistícum non habens animam nec intellectum,& dicitur nomen iuris, non personarum, & ideo non potest excommunicari.*
106 *Hæretici sunt capaces excommunicationis, & possunt pluries excommunicari.*
107 *Sententia potest esse nulla, quando ex ea constat notorie, quòd iuris ordo non est seruatus.*
Et contingit hoc tripliciter. num.108.
109 *Sententia continens expressum errorem iuris etiam positiui est ipso iure nulla.*
110 *Intellectus.l.cum prolatis.C.de re iudi.*
111 *Error dicitur patens, quando oculo corporeo percipi potest sine discursu & silogizatione.*
112 *Sententia nunquid valeat, si non apparet in ea error expressus, sed per relationem ad acta est falsa.*
113 *Error notorius vitiat sententiam.*
114 *Sententiæ causa finalis, propter quam est lata, si est erronea in facto, licet in sententia non sit expressus error, an talis causa in facto notorie falsa reddat sententiam ipso iure nullam.*
115 *Sententia ex falsa causa lata an sit nulla.*
116 *Sententia lata contra sententiam an sit nulla, & num.119.*
117 *Sententia lata contra minorem ex falsis allegationibus est nulla: & est hoc speciale in minore.*
118 *Sententia excommunicationis lata etiam ex falsis allegationibus tenet.*
120 *Furiosus, & prodigus æquiparantur minori.*
121 *Sententia lata contra notorium, de quo iudici non constitit, valet.*
122 *Appellans nunquid audiatur in notorijs.num.123.*
124 *Confessus & conuictus an possit appellare.*
125 *Appellatio ad quid inuenta.*
126 *Appellatio in non notoriis habet vim suspensiuam & deuolutiuam, in notoriis autem habet solum vim deuolutiuam, non autem suspensiuam executionis, nisi postquam iudex ad quem inhibuerit.*
127 *Appellari potest etiam a sententia nulla.*
128 *Notorium propriè non dicitur, si non transiuit in rem iudicatam.*
129 *In notoriis nunquid possit recusari iudex, vt suspectus*
130 *Appellare etsi aliquando non liceat, auditur tamen quis per supplicationem.*
131 *Notorium qualiter conseruetur.*
132 *Ninus Rex cœpit regnare tempore Abrahæ, & duraut regnum illud vsque ad Sardanapalum.*
133 *Notorium facti continui de præsenti potest probari per inspectionem & subiectionem ad oculos.*
134 *Facta antiquissima probantur ex antiquis historijs, & historicorum scripta plenè probant.*
135 *Testis quomodo deponere debeat, vt probet notorium: & qualiter, vt concludat notorium esse, quod deponit.136.*
137 *Testis non debet iudicare, sed debet respondere per verba facti, ex quibus tacitè surgat iuris dispositio.*
138 *Testis dictum debet esse concludens.*

1 Vidam Episcopus. Hęc causa secunda continuatur per magistrum Gratianum, vt patet in fine præcedētis causæ: Vel continuatur sic: tractauit magister.s̄.in proxima causa de concernentibus crimen symoniæ, quod est † grauius cæteris omnibus, de quibus dicturus erat,vsque ad xij. causam. Ideo intendens tractare, quomodo ipsum crimen symoniæ,& alia,de qbus dicturus est, ecclesiastica seueritate disciplinę vlciscatur, ponit & subdit de alijs varijs criminibus: & sicut incepit a grauiori, ita nunc prosequitur & inci-
2 pit a † crimine lapsus carnis, quod est crimen generalius & communius, adeo ꝙ pauci sunt qui in ipso non sunt infecti, 50.dist.c.quia tua sanctitas.& cum crimen carnis sit omnibus generalius & communius,& propter hoc aliquando a iure dicatur cęteris grauius, no.in c.at si clerici.§.de adulterijs. de iudic.Ideo post illud de symonia, de isto crimine præmittit, de alijs ēt demum dicturus. Verū quia in hoc crimine & alijs plerunque ad vindictam habent interuenire † accusatores &
3 testes, & prius de personis sit inquirendum, quàm iuris ratio habeatur, ff.de iure codicill.l.quidam referunt. in fi.prin. Igitur in positione thematis magister præmittit de personis accusatorum & testium, & subdit an duo testes in probatione criminis sufficiant.Rursus cognito de personis, videdum est de forma accusationis & processus:Ideo primo ponit quę sit accusationis forma: Secundo quæ sit forma processus,pręsertim quando crimina sint notoria: vel si aliquis se exploratum dicat: vel si interponitur appellatio, vt iudicium differatur: & qualiter sint puniendi qui in accusatione seu testificatione deficiunt, an tunc reus ad purgationem sit cogēdus: Et vt hæc & alia magister examinet, ponit thema suum, ex quo elicit q̄stiones: in quo themate casus debet ita figurari. Quidam laicus accusauit Episcopum de lapsu carnis, & ad testificandum produxit quinque testes, quorum duo erant monachi, & alius subdiaconus, & alij duo solum Leuitę: qui testimonium deposuerunt,tres tamen ex eis in testificatione defecerūt,siue ꝑmissione decepti,siue ī examinatione canonica reprobati.In ventilatione aūt causæ sensit se Ep̄us a Metropolitano grauari,subaudi quare in vocē appellationis ꝓrupit: Ipse tn̄ Ep̄us spoliatus est,quia crimen eius erat notoriū: & ex istis vltimis verbis colliguntur duæ primæ quæstiones: Nam primo quæritur, vtrum in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus: & secunda quæstio, si spoliatus ab aliquo sit iudicandus, subaudi antequam spolium restituatur: Tertia quæstio submittitur ex illis verbis thematis, tres ex testibus deficiunt. Vnde tertio dubitabatur, qua pœna sint feriendi, qui in accusatione vel testificatione deficiunt: Item cum defecerunt solum tres testes in probatione,& duo remanserunt tantum probantes, subditur quarta quæstio,

vtrum ex duorum testimonio accusatus sit condemnandus: & si præsupponimus ꝙ non, ex eo quinta accusans in accusatione defecisse videt. Oritur quinta quæstio, an deficientibus accusatoribus sit cogendus accusatus ad purgandum. Item cum in textu thematis dicatur, quòd sentiens se episcopus a matropolitano grauari, & propter hoc subaudiendum sit, ꝙ appellauit. Subditur sexta quæstio, vtrum remedium appellationis competat illi, qui causa dilationis in vocē appellationis prorupit. Deinde cùm in textu dicatur, ꝙ episcopus a laico impetatur, idest accusatur de lapsu carnis, & quinque testes, de quibus in textu, testificati fuerunt. Oritur septima q̃stio, si laici, monachi vel alii inferiorũ ordinũ sunt in accusatione maiorũ audiẽdi, & si audiri debẽt. Oritur octaua q̃stio, qũo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis: & ad oẽs quæstiones rñdeo singulariter singulis, vt dicam in
4 eis.¶ † Ad primã quæstionem, qua quæritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus. Respondetur quòd nõ, si manifestum capitur pro notorio, vt infra eod.titu.manifesta. & de iureiuran. ad nostram. el 3.& de purga.cano.cap. 1.in fin.& de diuor. porro. & tangam plenius statim in glo.
5 summæ. ¶Ad secundam quæstionem, quæ † est, an spoliatus sit ab aliquo iudicandus. Dic quòd in criminibus admittitur exceptio spoliationis facta ab accusante, vel etiam a tertio, dummodo sit de tota substantia vel maiori parte, sed quando opponitur facta ab accusante, debet probari infra 15.dies, aliter condemnatur in expensis: & si opponitur facta à tertio, debet probari infra terminũ a iudice statuendũ, alias accusatio procedit exceptione non obstante, vt hæc no.in c. frequens.de resti.spoli.lib.6.& dicam super glo.summæ secundæ quæstionis: posset tamen in casu istius quæstionis alias thematis dubitari, an huic episcopo notorio fornicatori esset restitutio facienda, de quo dicam in glo.summæ
6 dictæ quæstionis secundæ. † ¶ Ad tertiam quæstionem, qua pœna sint feriendi. dic quòd deficiens in accusatione punitur pœna talionis & infamiæ, infra q.3.cap.1.& 2.vt dicã ibi in glo.summæ, quando accusator esset calumniator, præuaricator, vel tergiuersator: Testes verò puniuntur ad arbitrium iudicis, vt in eadem q.in §.notandum. vbi latius dicã: quia si defecissent propter promissionem pecuniæ, vt videtur innuere thema, tales debent puniri pœna falsi, l. 1.ff.ad l.
7 cor.de fal.¶Ad quartam quæstionem respondetur, ꝙ † regulariter ex probatione duorum testium quis est de crimine condemnandus, vt in dicta 4.quæstio.ca.1.& ibi in summa, nisi in casibus ibi notatis, & in cap.2.& 3.& 4.q.3.in criminali.versi.vbi vnus.& de testi.cap.licet.in prima glo.¶Ad
8 † quintam quæstionem dicendum est ꝙ sic, quando est infamatus apud bonos & graues, vt dicta quinta q.cap.si presbiter.& cap.si mala fama. not. de purgat. cano. cap.pe. ad fi-
9 nem. ¶ † Ad sextam quæstionem respondetur, quòd si appellatur contra dispositionem iuris in casu non habente fallentiam, & tunc non est admittenda appellatio, nec olim nec hodie, vt de app.vt debitus. Sed si appellatur contra dispositionem iuris habentem fallentiam, hoc casu tenet appellatio, maximè expresso casu fallentiæ: & idem nõ expresso propter dubium an sit frustratoria vel non, vt hæc notantur de app.peruenit.el 2.& 3.cap.relatum. de cle.non resi.
10 dicam plenius super glos. summæ.6.quæstionis. ¶ † Ad septimam quæstionem regulariter, quando agitur de crimine criminaliter, repelluntur laici ab accusatione & testificatione, vt in c.de cæte. de testi.& in cap.cum P.Manconella. de accusa.Sed quando agitur criminaliter, admittuntur, 23.dist. illud.& de testi. cap. 3. fallit in casibus, qui specialiter notantur in dicto cap.cum P.Manconella.& hoc prout agitur de laicis: sed quia hic tangitur de monachis, dic quòd ad vtilitatem sui monasterij possunt intercedente imperio &
11 licentia abbatis, 16.q.1.monachi.iuncto cap.ex parte.de postu.prælat.alias accusare non possunt etiam cum licentia abbatis, nisi foret † monachus cubicularius episcopi, quia tunc accusat etiam sine licentia abbatis, vt infra in ista 7.q.in cap. cum pastoris.& c.seq.& ita tenet Innoc.alias non exequeretur laudabiliter officium suum. Item fallit in monaco existẽte in scolis, qui potest accusare, si sua interest, & sine licentia abbatis.¶Item quia in ista q.queritur, an illi qui sunt inferioris ordinis possunt accusare constitutos in superioribus. Dicendum est ꝙ sic, si sunt tales, qui possunt promoueri ad tales ordines, vt infra in hac 7.q.3.cap.ipsi discipuli.& 7.q.1.c.1. alias non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur, 4.q.
12 6.omnibus.¶Ad octauam & vltimam. † q.respõdetur, quòd accusatio est fienda in scriptis & præsente aduersario, vt j.q. 8.§.sed Calistus.¶Venio nunc ad glo.summæ. Ista glo.diuiditur in 8.partes. In prima enim respondet ad quæstionem primam magistri: diceres quòd in manifestis requiritur ordo iuris, 11.q.3.eorum, sed non in notorijs, vt j.ea.manifesta, & de iureiuran.ad nostram. vsque ibi, & not.ibi glos.vt ostendat, in quibus ordo iuris & in quibus non, distinguit
13 † triplicem speciem sententiarum. Nam quædam est diffinitiua, quædam interlocutoria, & quædam præcepti: etiam in qualibet istarũ requiritur ordo iuris. Sed si diffinitiua fuerit
14 lata sententia † omisso iuris ordine, sententia est nulla ipso iure: quod secus est in sententia excommunicationis & suspensionis, quæ sunt interlocutoriæ: Nam licet debeat in eis seruari ordo iuris, nihilominus si non seruatur, sententia valet, vt vult glo.ibi in versi. Item sententia, quæ est quarta pars glos. tamen in vers. hoc tamen scias: glos. opponit contra id quod dictum est, quòd sententia diffinitiua sit nulla iuris ordine nõ seruato. Istud videtur cõtra text. j.q.6.§.biduum. vbi a iure datur ordo, ꝙ sententia non feratur sub conditione, & tamen si sententia feratur sub conditione, valet, j.q.6.§.bi-
15 duum. Item datus est ordo a iure, vt non prius † feratur sententia super possessione quàm super proprietate, l.1.C.de appell. & tamen sententia lata tenet isto ordine peruerso. gl.
16 ad ista respondet, ꝙ est † duplex iuris ordo: Est enim quidam ordo iuris de natura siue substãtia iudiciorum, vt puta quòd reus citatus suscepto libello habet inducias 20.dierum, deliberet cedat aut contendat, & postea fiet litis contestatio, & testes recipiantur: si sententia fertur contra hunc ordinem diffinitiua, erit nulla: Alias autem ordo non est de substantia iudiciorum, vt sententia non feratur sub conditione, vel quòd non feratur sentẽtia prius possessionis quàm proprietatis: & ideo lata sententia cõtra hunc ordinẽ tenet, d.l.1.C. de appell.& idem est in sententijs interlocutorijs, siue sint excommunicationis, in quibus requiritur iuris ordo, vt infra eadem nemo.& 24.q.3.cap.de illicita.de sentent. excommu. cap.sacro. Et idem in sententia suspensionis, infra ea.nomen. & tamen si non seruetur ordo, tenet sententia excommunicationis vel suspensionis, 6.q.in cap.si episcopus. Et est expedita quarta pars glos. vsque ibi, item in sententiis. Ibi quinta pars, in qua dicit, ꝙ idem est in sententia interlocutoria mis-
17 sionis in possessionem: nam in † ea requiritur ordo semiplenæ causæ cognitionis, vt lite non contesta. cap. quoniam. in fin. Et tamen si talis ordo non fuit seruatus, sed fuit facta missio contra absentem, valebit missio: sed si absens petit probare non fuisse contumacem, retractabitur talis sententia, vt in cap.cum Bartoldus, de re iudi. Et est expedita quinta pars glo. vsque ibi, sententiam. dicit de sententia præcepti,
18 & est sexta pars, ꝙ si iudex † præcipit alicui sine causæ cognitione ꝙ soluat alicui 10.si ille soluat, & pecuniæ illæ fuissent indebitè solutæ, non repetitur, ff. ꝙ metus causa. l.fin. Et est expedita sexta pars vsque ibi, a prædicta regula. vers. ibi glos. Sexto excipit ab eo, quod dictum est, quòd ordo iuris sit seruandus: Excipitur secundum aliquos, quando procedit con-
19 tra infamatos, quia † in illis nõ requiritur ordo iuris, vt j.eo. q.5.cap.presby.& de purga.cano.quotiẽs. Sed istud non tenet glo. sed remittit se ad illa, quæ dicũtur in dicto cap.presbyter. & respondet ad cap.quotiens. ꝙ ibi interuenit causæ cognitio.& est expedita glos. ibi. Item excipitur. ibi octaua & vltima, in qua a dicta regula excipiuntur processus, qui fiunt contra dilapidatores; in q.2.cap.quia ea. sed glos. istud non placet, quia propter suspitionem dilapidationis hodie non remouetur ab administratione, vt in ca.licet Hely.de symo. Et est expedita tota glos. summæ. Super exanimãtione istius glo. multa sunt examinanda, & primo circa primã partem, dum dicitur, ꝙ in notoriis non est necessarius iuris or-
20 do: Hic est † intuendum, quoniam quidam est ordo respiciẽs principium iudicij; Quidam media, & quidam finem, & quidam post sniam: Et de istis omnib. ego dicã in fi. postq̃ examinauero omnes alias partes gl. Et ideo venio ad secũdam, in qua sunt duo videnda. Primo quid sit sententia diffinitiua. Secundo quæ sit sententia interlocutoria. ¶Ad primum
21 dicit hic Archi. super ista glo. † ꝙ sententia diffinitiua est iudicialis diffinitio, quæ controuersiæ finem imponit pronuntiatione iudicis condemnationem vel absolutionem continens, ff.de re iudi. l.1.nam omnibus controuersiis finem imponit, vt ibi, & C.de iureiur. l.1.§.1.& l.qualem. ff.de arbi. di-
22 cit tamen, ꝙ † excommunicatio vel interdictum impropriè est sententia, vt not. 18.dist.c.fin.& hoc, quia potius punit quàm finem causæ imponat. hoc vltimum dictum est notandum propter statuta forte synodalia disponentia de sententia, an habeat locum in excommunicationibus vel suspensionibus. Sed redeamus ad diffinitionem Archi. super primo dum dicit, quæ controuersiæ finem imponit: Nam debuit dicere cõtrouersiarum & non controuersiæ: & ita dicit textus in l.1.allegata per eum: nam si esset solum vna controuersia, sententia super illa lata non esset diffinitiua, sed interlocutoria, vt si fertur sententia, an dilatio sit danda, vel an testes sint recipiendi: Ista licèt imponeret finem controuersię, non esset diffinitiua. Nec obstat si dicitur, posset esse contentio de vna re, & sententia quæ ferretur super hoc, esset diffinitiua, & tamen videretur esse diffinitio vnius cõtrouersiæ: Sed ad istud respondeas, ꝙ in qualibet lite etiam vnius rei semper sunt
23 plures cõtrouersiæ: Nam † controuersia fit non solum agẽdo, sed etiam resistendo, l.Lutius.§.tres hæredes.ff.ad Treb. & l.permittendo.ff.si pars hæredi. peta. not. Dy.Insti.de act. §.1. Et ideo sententia lata super controuersia vnius rei imponit finem controuersiarum. Et ista sunt notanda pro his, qui in instrumentis promittunt controuersiam non mouere, quia intelligitur etiam ꝙ conuentus non resistat. ¶ Item ista diffinitio nõ est vera, dum dicit, ꝙ est diffinitio: Et idem dicit Specu. in titu. de senten. prola. quia aliud est diffinitum & aliud diffiniens: Et ideo male dixit Bar. in d.l.1.dicens, qa aliud est res iudicans, & aliud res iudicata, dicens ꝙ res iudicans est sententia: sed hoc non est verum, ꝙ sententia est iudicans, sed est iudex: sed sententia est instrumẽtum, quo iudex iudicat, & ideo sententia non est res iudicans, vel diffinitio: nam est dare instrumentum instrumentatum, materiã & materiatum: Nam iudex est magister iudicãs, senentia est iudicis instrumentum diffinientis vel decidentis: Res iudicata postea est ipsa materia seu causa, quæ decisa facit causatum, idest diffinitum & iudicatum. Igitur sententia diffinitiua non est diffinitio. Glo. tamen in cle.1.de sequestra. in verbo diffinitiua, dicit, quòd diffinitiua est quæ principalem qõnem diffinit: Interlocutoria, verò quæ inter principiũ & finem causæ fertur super his, quæ incidunt vel emergunt. ¶Sed ista diffinitio sententiæ diffinitiuæ non est bona, quia sententia non est, quæ diffinit, sed iudex cum instrumento sententiæ diffinitiuę: & ideo diffinias sententiam, ꝙ est iudicialis iudicis actio contrauersias diffiniens, absolutione vel condemnatione, vnde surgit deinde res iudicata: & ideo male dixit glo. in l.1.de re iudi. dicens, ꝙ sententia est finis: Nam sicut instrumenta, quæ sunt ad finem, non sunt finis, sed necessitantur a fine, vt probatur in l.damni infecti.§.Sabini.de dam.infec.not.glo.26.dist.c.qui sine. in glo.enim. sic sententia, quæ est ad finem, non est finis, nam finis imponit necessitatem illis, qui sunt ad finem, vt vult Philos. 1.Ethicorum.

¶Secundo est videndum, quid sit sententia interlocuto-
24 ria: In † quo dicit Archi. ꝙ sententia interlocutoria est semiplena sentẽtia, quæ profertur inter principium causæ & eius finem, non super principali, sed super incidentibus vel super emergentibus quæstionibus, de appel. significantibus. & de offi.deleg.cum olim.& ꝙ interlocutoria non sit plena diffinitio, probatur de arbi.l.qualem.& C.de re.cre.l.pen.& fuerũt ista verba Azonis. C.de sent.& interlo.omn.iud. vbi ipse addit alia verba, vel quæ profertur loquendo inter partes sine scriptura & solemnitate, vt puta si iudex dixit, vt is, contra quem testes producuntur in alia prouincia, vt illuc pergat, vel procuratorem mittat, C.de fide instrum. l.iudices. & ista non obtinet vim rei iudicatæ: Non enim omnis vox
25 † iudicis vim obtinet rei iudicatæ, l.stipulatione.& l.post sentiam. C.de senten.& ista possunt regulariter reuocari, l.ꝙ iussit.de re iudi.& de appel.cum cessante. Et idem sensit Rai. in summa, vt hic refert Archi. ꝙ interlocutoria dicitur, quia inter partes loquendo profertur sine scripturæ sententia. Sed olim isti dicunt, inter partes debuissent etiam dicere, vel cum parte. Sed istę diffinitiones de sententijs interlocutorijs nõ sunt verę alias tutæ, quia multa sunt, quæ proferuntur post diffinitiuam sententiam, vt illæ, quæ proferuntur super executione sententiarum, vt l.a diuo Pio.§.1.de re iudi. Itẽ sunt multa, quæ proferuntur cum plena causæ cognitione, vt ponit Bar. in tractatu ad reprimendam. in gl. summariæ. in pen. colum. vt est excep. rei iudicatæ, iuris iurandi, & transactionis, etiam quando opponuntur ad processum, & tamen istæ sunt sententiæ interlocutoriæ, vt not. glo. 2. in clem. fina. de appel.& idem not. in c.cupientes.§.ꝙ si per 20.de elect. lib.6. Ego verò dico, ꝙ interlocutoria est quælibet iudicis sententia diffiniens, aut declarans aliquem articulum incidens vel emergens, vel post diffinitiuam sententiam negotij principalis prolata, vel ante sententiam promulgata. Sententia au-
26 tem † diffinitiua lata contra iuris ordinem est nulla: Et dum glo. dicit, ꝙ ordo est duplex. Tu dicas, ꝙ alius est ordo instan-
27 tiæ ad † sententiam, de quo loquitur lex prolatam. C.de sen. de qua loquitur ista glo. vt dẽtur induciæ post libellum, vt in auth. offeratur. C.de litis contest. Item ꝙ fiat litis contestatio, & testes recipiantur: & si iste ordo peruertatur, vocatur ordo peruersus vnius causæ ad se ipsam. Item est alius ordo vnius causæ ad aliam, de quo loquitur etiam ista glo. vt non prius pronuncietur de possessione, quàm de proprietate: & iste ordo vocatur ordo peruersus vnius causæ ad aliam, qui non vitiat sententiam, l.1.C.de appel.& l.si dictum.§.si mancipium. ff.de euic.& ideo si prius conueniretur fideiussor, q̃ principalis, & de hoc non est opposita exceptio, valeret sententia. Alius est ordo vnius causæ in se ipsa: & iste potest esse multiplex, vt ꝙ iudex prius sententiam scribat, & postea per seipsum legat & proferat, vt l.2. C.de senten. ex pericu. recitan.& iste omissus vitiat sententiam, quia est omissa solemnitas extrinseca. Idem si omittatur ordo & solemnitas intrinseca, vt quia sententia non contineat condemnationẽ, vel absolutionem: & tunc sententia non valet, l.præses. C.de senten.& interlo.om.iudi. Et idem si fertur sententia contra absentem & non legitimè citatum: tunc valet sententia, l.ea quæ. C.quomodo & quando iudex. & ista vocatur omissio ordinis, de qua non loquitur ista glo. sed loquitur de peruersione ordinis, quæ peruersio siue præposteratio est aliud ab omissione, de qua præposteratione loquitur hic glo. dùm dicit, de sententia lata non præstitis inducijs vel lit. non cõtest. sed intellige hoc, si induciæ petantur vel petiæ fuerunt, alias teneret sententia, 17.q.4.vxor. Nec obstat quod hic dicit gl. de omissione, vt si sententia feratur sub conditione, quæ nõ debet sic ferri, j.q.7.§.biduum.& tamen lata tenet. sed illud ideo est, quia ius vltra processit confirmando: sed an valeat vel non, dicam in d.§.biduum. Archid. autem subdit hic de alio ordine qñ Papa mãdat in lris ordinẽ aliquẽ obseruari, de quo in c.cũ dilecta.de rescrip.& ibi per doct.& ibi scripsi. Itẽ
28 ad p̃dicta est † notandũ, qñ alius est ordo, q̃ est de substantia, & alius est ordo, qui est de ordine vel circa ordinẽ: quia ille, qui est de ordine, dicit actus successiuam explanationem secundùm ordinem, qui est præfixus inter eos. Ordo autem substantiæ sunt actus, qui si omittãtur, vitiant actum: & istud est quod sentit hic glo. dum dicit, est alius ordo, qui non est de substantia: & iste qui non est de substantia, non vitiat actum, l.præposteratio. C.de testam.& l.1.in fi.de vent.inspi. Sed quid dicatur ordo substãtialis, qui omissus vitiet actum, dicit Bar. in l.prolatam. C.de senten. quod est libelli oblatio, & litis contestatio. l.1.& auth. offeratur. C.de litis contestanisi foret causa, quę ageretur sine figura iudicij, vt in cle.sępe, de verb.signifi. Item secundùm eundem Bart. causæ cognitio, C.comminat.uel episto.l.iudex.& C.de sen.& interlo.l. ex stipulatione. dicit tamen, ꝙ cognitio præsumitur, si sententia feratur præsente parte, vel contumaciter absente tamen citata, l.in causæ.§.causa cognita. de mino. ipse tamen Bar. in l.is qui ad ciuilia. C.de appellat. dicit contrarium, ꝙ causę cognitio non præsumitur: sed concordat, ꝙ præsumitur interuenisse, si nõ est interposita appellatio: sed appellatione interposita nõ est primũ procedendũ, nisi ex breuitate spacij tpis aliud præsumat, l.2.C.de sentẽ.ex pericu.ibi, nõ subitas. not. in cap.cum ex litteris. de in integ.restit. Sed ego plus dico, ꝙ licèt de causa non liqueat iudici, valet tñ sententia, quando fertur parte præsente, vel contumaciter absente, l.de vno quoque. de re iudi. C.de sent.& interlo.iu.l.cum iudex. Item
29 est de substantia † citatio, quando fertur sententia absente parte, l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.& de hoc plenius in Spec. in prohęmio secundæ partis. publicatio autem testium nõ est de substantia, secundùm Bart. quia potius est quid iuris litigatoris, quàm constitutionis. Sed certe idem deberet esse de iuramento testis, quod tamen committi non potest, sed bene potest remitti. Tu breuiter cõcludas, ꝙ illud est de substantia sententię, quòd sententia vel actus nõ potest subsistere. Item de substantia sunt omnia, quæ sunt de forma substantiali, quæ forma sententiæ est, vt dixi, duplex, vna extrinseca, de qua habetur in l.2.de senten.& interlo.& alia intrinseca, de qua habetur in l.præses. eo.tit. Ego tamen in hoc artic. an ordo sit attendendus, & qui omissus viciet vel non,
30 Concludo, quòd aut est ordo formalis † & substantialis vti

in esse productiuus, & iste attenditur, & omissus vitiat actũ: patet in stipulatione, vbi est ordo, ꝙ præcedat interrogatio & sequatur responsio, de quo in l.1.de verb.oblig.& patet in his, quæ dixi s.de formis sentẽtiæ intrinsecis vel extrinsecis. Aliquando est, scilicet ordo voluntarius & non liberalis, & tunc omissio non viciat, l.præposteri, & l.ambiguitatem.C. de testa. Sed si dubitatur an sit voluntarius, vel accessorius, seu substantialis, & tunc aut res est magni preiudicij, & censetur ordo substantialis, l.cum hij.§.prætor.ff.de transanct.Si verò est modici præiudicij, & tunc videtur voluntarius, l.1. in fi.de ven.inspi.Et ista est doctrina Bart.in l.2.§.prius. ff.de vulg.& pupil.Et ideo si in confectione inuentarij omittatur signum crucis, non vitiat inuentarium, secundùm Bar.licèt Ioan.An.tenuerit contrariũ. Ego tamen adhæreo sententiæ Bart.vt in dubio, cum sit modici præiudicij, talis omissio nõ viciet: hoc tamen credo verum, quando est dubium an talis ordo modici præiudicij sit pro forma traditus, sicut in materia inuentarij, secus si cõstaret ex dispositione legis, quòd esset pro forma, & aliter non valeat, vt in stipulatione ꝙ præcedat interrogatio. Idem credo, quando ordo iuris, vel hominis esset concilij, talis omissio non vitiaret, & est conciliij, quando talis ordo est positus in esse in fauorem partium, ꝙ possunt illi renunciare: & istud est de mente Innoc.& Doc. in c.cum dilecta.de rescriptis, & idem si constaret de mente proferentis, ꝙ non curauit attendi ordinẽ: & hæc vera, quando omittitur forma substantialis, vel peruertitur ordo vnius rei ad se ipsam, vt d.l.prolatam, de sent. secus si vnius rei ad aliam, vel vnius causæ ad aliam, quia tunc non vitiaret, l.1. C.de appel.Et hæc vera, nisi esset iste ordo vnius causæ ad aliam, qui deduceretur in rescripto a principe per modum formæ, vt d.c.cum dilecta. de rescriptis. & ita sentit hic Archi.Ex quo dixit Federicus de Senis sub consilio 140.quòd si Papa mandat alicui, quòd citet aliquem ad certum locum, quòd non valet citatio, si ad alium locum citetur. De ordine autem temporis vel de ordine scripturę an sint attendendæ, dic plenè per Barto. & Docto. in d.l.2.§.prius. ff.de vulg.& pupil.etiam per Canonistas in c.cũ dilecta.de rescrip.

31 Vnum † etiam scias, ꝙ licèt glo.hic dicat, ꝙ licet in sententia excommunicationis requiratur iuris ordo, tamẽ illius omissio, vel peruersio non vitiat sententiam: Fallit quando esset omissa monitio, quia tunc excommunicatio non valeret, tex. est hodie in c.statuimus.de sent.excom.lib.6. Item fallit, quãdo est lata ex causa iniusta, vel impertinenti, vt est textus etiã hodie in c.venerabili.de senten.excom.lib.6. Item dum glo. dicit, ꝙ in sententia missionis in possessionẽ requiritur semiplena causæ cognitio, qualis esse debeat ista cognitio causæ, Doct.ponunt in c. quoniam frequenter.ad fi.in §.quod super hoc.vt lite non contest. Sed quia & ista est longa materia, remitto ad ibi dicta.& dum glo.dicit, alias subdit, si absens possit probare &c.qualis debeat esse ista probatio, est recurrendum ad nota.in c.cum ex litteris.de in integ.restitu. in glo.in verbo, ad plenum. & incipit hoc ideo. Et dum glos.hic facit mentionem de præcepto, de isto habetur per Canonistas in c.ex parte.de verbo.signifi.& 11.q.3. in summa. & per Legistas in l.si debitori.ff.de iudi. Vltimo glo. excipit duos casus ab illa regula, ꝙ sine iuris ordine, quis non est condemnandus: primo contra infammatos, secundo contra suspectos de dilapidatione: & fuerũt ista dicta Huguc.sed non placent glo.& Lau.& melius, vt not.de offic.delegat.cap.venerabili.

¶Nunc assumo, vt examinem primam partem primæ quæ-

32 stionis, & glo.an in † notorijs requiratur ordo iuris. Et communiter iura dicunt, quæ allegaui respondendo ad istam q̃stionem, ꝙ non requiritur ordo: probatur vltra illa iura de testi.cogen.c.peruenit.de elect.c.bonę.& de appel.consuluit. Ego autem discurram per omnes partes iudicij, quarum aliquæ respiciunt principium iudicij, & quædam media, & quędam finem, & aliquæ post vel contra finem. Incipiamus a principio & primum in criminalibus, in quibus primum regulariter requiritur accusatio: Nam regulariter in criminalibus,

33 † quis non debet condemnari sine accusatione, l.rescripto.§. si quis accusatorem.ff.de mune.& hono.& in l.3.§.præterea. ff.de suspec.tuto.Fallit in casibus, quos no.glo.in l.2.§.si publico.ff.de adul.quos Bar.& Nico.de Matarel.reduxerũt ad certas regulas, inter quas est illa, quando delictum est notoriũ per denunciationem publici officialis: tunc iudex procedit ex officio per inquisitionem sine accusatione, per textum in l.ea quidem.C.de accusa.& hoc etiam procedit de iure canonico.Sed plus est de isto iure, quia non solum in notorio ꝙ-

cedi potest per inquisitionem sine accusatione, sed etiam quando est de crimine publica vox & fama, vt in c.qualiter & quando, el 2.de accu.& e.tit.cum oporteat.& infra eo.in c. Deus omnipotens.Et ideo quando est notorium facti, ibi nõ est necessaria accusatio, de accusa.c.euidẽtia.Et ideo si maleficium esset commissum coram iudice sedente pro tribunali & ad istud sedente & in præsentia multorum: secus si delictũ esset commissum etiã in iudicis præsentia ad hoc non sedente, vt occidit quis hominem iudice videntę & sedente, ex hoc non posset puniri sine accusatione, vt d.c.euidentia. Et hoc verum, ꝙ in notorio non requiritur accusatio, etiam si est notorium præsumptionis, vt infra ea.c.de manifesta.& de coha.cleri.& mulie.c.nostra. Nam ꝙ quis sit notorius fornicarius est ex iuris præsumptione, ex eo ꝙ tenet publicè mulierem in mensa & in lecto, quia fornicatio vere probari non potest. Notorium ergo facti vere apparentis, vel præsumptiue ex facto apparente collecta præsumptione tollit & remittit solemnitatem accusationis, vt dicto c.euidentiam. Quid autem de notorio confessionis surgentis ex confessione sponte facta in iudicio. Dico ꝙ remittitur accusatio, & potest iudex punire confessum in iudicio sine alia accusatione, quia

34 in confessum † nullę sunt partes iudicis nisi in pronunciando, l.proinde.ff.ad l.Aquil. & de accus. c.1.& 2.lib.6.& hoc vult Innoc.in c.1.de offi.deleg.lib.6. vbi confessus crimen coram conseruatore in eadem instãtia sine alia accusatione damnari potest: Et si talis confessus in eadem instantia non fuisset punitus, posset eum sine accusatione inquirendo de tali delicto confesso punire, de accusa.c.si constiterit. & hoc quãdo primum iudicium fuerit tale institutũ ad finem puniendi ipsum maleficium confessatum, vel quando esset annexum maleficium confessatum facto ex negotio principali intentato in iudicio, quia tunc damnari potest: & idem de delicto, quod constaret per exceptionem, & esset connexum, posset iudex in eadem instantia punire sine noua accusatione: Ita notant Canonistę in c.2.de ordi.cogni. & de except.cap.1.& Bar.& Legistę in l.2.§.si publico.ff.de adult. Sed si delictum confessatum non esset connexum, vt quia non contingit crimen, de quo agitur, vt quia non respicit illud idem factum, de quo agitur, tunc iudex non posset punire ex eadem instãtia, posset tamen inchoare iudicium ex alia instantia & ipsum punire, vt not.glo.de confess.c.fi.& Barto.in d.§.si publico.

35 Quid autem si esset delictum notorium † per probationem, an posset puniri sine accusatione? tunc est dicendum, quòd si pars excipit, ꝙ non est accusatus solemniter, & quòd debet accusari, tunc non procederetur sine accusatione, Ita no. Innoc.c.1.de offic.delega.lib.6.Vnde si coram conseruatore esset probatum crimen alias non notorium, de illo non poterit a conseruatore puniri, vt not.Doct.in c.1. de accusat.in 6.& ibi Io.an.super glo.fi.in fi. Sed si ille, contra quem delictum est probatum, non opponeret exceptionem, ꝙ sine accusatione damnari non debet, tunc procederet iudicium, vt in c.2.de accusa.in 6.sicut quando instituitur iudicium inquisitionis de aliquo crimine fama non præcedente, quia si non opponitur exceptio, valet processus, vt de accusa.c.inquisitionis. Non potest ergo ex notorio probationis ex eadẽ instantia damnari, sed opponatur exceptio. In alia autem instantia credo, ꝙ posset puniri per iudicem per inquisitionem sine accusatione, vt not.in c.si cõstituerit.de accusa.& Bar.in d.§.si publico.imo plus, si probatio vel confessio esset facta coram competenti iudice per eum, contra quem non esset institutum legitime iudicium, quòd forte fuit proposita inepta actio, ex talibus probationibus tamquam notorijs posset iudex ad inquisitionem procedere, text.est in clem.constitutionem.de elect.facit quod no.Iac.de But. & Bart.in l.si confessus.de custo.reo.& ita not.glo.in c.cupientes.§.ceterũ.

36 vers.excludentes.de elect.lib.6.¶Vtrum † autem ista sufficiãt in ciuilibus, vt notorietas excuset a porrectione libelli? Dic ꝙ sic, solũ in casibus vbi iudex potest supplere de facto, de quibus per Canonistas in c.bonæ. de elect. el 2. & per Legistas in l.4. §.hoc autem iudicium. ff.de damno infecto. & dicam

37 statim in proxima quæstione.¶†Sed incidenter occurrit dubium, ex attentatis in causa innotescit aliquid notorie iudici, super quo tamen pars non insistit nec agendo vel excipiẽdo allegat, an iudex super illis possit ex officio ꝙnuntiare, vel disponere? Do.Anto.in c.vestra. de coha.cler.& mu. mouet, & meo iudicio modica bona dicit: vnde ego sic concludo, quòd interdum in iudicio constat iudici, ꝙ agenti non competit ius nec actio, & tunc iudex debet absoluere partem

nihil

nihil petentem, vel opponentẽ, vt in c.ex insinuatione.de ap. & c.per tuas.eod.titu.de consue. ad nĩam. & c.cum dilectus. Legistę habent glo.in l.vbi pactum.C.de transact. secundùm vnam lecturã: Notauit Bart.plenè in l.si vnus. §.pactus.ff.de pact.imo plus, si ab initio porrecto libello constat ipsi iudici, ꝙ iudicium super tali libello esset frustratorium, tunc posset ipsum reijcere & lacerare, vt l.1. ff.de offi. assessorium.not. Inno.de offi.vica.c.1.si autem apparet iudici, quòd competit agenti actio, sed obstat exceptio: tunc si est exceptio, quæ incidit obligationi, quod est quando habuit ortum in natiuitate actionis intentatæ vel iuris, vt quia pactum fuit incontinenti

38 appositum in actione vel executione, quia † pactum in executione appositum qualificat actionem, vt not.in l.lecta. ff.si cer.pet.& tunc iudex ex illa potest supplere, etiam si pars non opponat, l.lecta.ver.dicebam.ff.si cer.pet. & hoc vult ibi Bar.in quarta oppositione, in l.eum qui ita.ff.de verb.oblig. Si verò exceptio non habuit ortum in ipsa natiuitate iure actionis vel obligationis, tunc si agens locupletaretur cum aliena iactura, posset iudex supplere, l.plane.de petit.heredi. secus si nõ locupletaretur cum aliena iactura, vt in exceptione pacti gratuiti de non petendo ex interuallo appositi: ita not.Bar.in d.§.pactus. Et ideo non videtur mihi vera doctrina Doct.quam ponunt in c.ex tenore.de testi.& sentit D.Anto.in c.vestra.de coha.cle.& mul. ꝙ si vnũ, super quo agitur, annectitur ad aliud, ita ꝙ non potest constare de vno quin cõstet de alio, ꝙ licet super vno detur petitio, super alio possit etiam pronuntiari non petitũ: & alleg.ad hoc text.dicti c.ex tenore.de rescrip.vbi Doct.dicunt, ꝙ licet Abbas in illo cap. non proposuisset exceptionem nisi contra secundas, ꝙ nihilominus Papa pronunciauit super primis litteris, quoniam de earum nullitate constabat ex actis. Sed mihi videtur, quòd ista non probentur in dicta decretali ex tenore. quia de litteris non erat quæstio coram Papa, sed sic per iudices delegatos fuit pronuntiatum, ... vt patet ex prin.text.& Papa mãdat decernendo, quòd habẽs careat commodo vtriusque, & hoc per viam iuris, non per viam sententiæ: Et ideo ego credo, ꝙ sic per iudices fuisset pronuntiandum, si pars conuẽta voluisset & petisset: Nam litteræ non sunt nullæ ipso iure, & posset pars cõuenta ibi velle ꝙ valerent, & non exciperet, & teneret iudicium si litigaret: & hoc videtur velle textus ibi in fi. Nam pars aduersa non poterat renuntiare rescripto ad præiudicium conuenti, vt no.Innoc.de resti.spo.c.ex conquestione.vel postquam rescriptum erat ibi productum in iudicium, erat factum commune: & ideo cum in casu illius cap. non locupletabatur agens cum aliena iactura propter litteras quas habebat plures, quia præsumendum erat ꝙ ad quemcunque iudicem iret, sibi iustitia ministraretur, de rescrip. pastoralis. Non credo ꝙ ibi iudex debeat supplere de facto: & ita scripsi in d.c.ex tenore.¶Item ista doctrina D.Auto.est contra not.p. Doct.Legistas.in l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui not.infa. & l.denunciasse.§.quid tamen.ff.de adul.vbi si ageretur actione furti non manifesti, & probetur furtum manifestum, non poterit sequi condemnatio ex eadem instãtia, quia ista qualitas probata alterat actionem, & ideo non potest sequi condemnatio, & tamen illa qualitas manifesta

39 non poterit esse sine furto, quia † qualitas non põt esse sine subiecto, l.1.& 2.ff.de vsufruc.& ideo ista doctrina D.Anto. non est vera.¶Sed potest dari alia doctrina & regula, ꝙ quando est proposita aliqua actio vniuersalis, vel etiam singularis, in qua intentetur ius, impulsiua vel expulsiua, tunc iudex potest etiam pronunciare de accessionibus temporis, quæ ẽt præcessissent lit.contest. De actione vniuersali probatur.ff.de peti.hæredi.l.item veniunt.§.fructus.& in actione singulari, in qua intentatur ius, impulsiua vel compulsiua probatur.ff. ꝙ metus causa.l.sed & pactus.& ff.de vi, & vi arm.l.1.§.rectissime.no.Inn.de resti.spol.c.grauis.sed si foret alia actio singularis, tunc non veniunt accessiones, nisi quæ contingerẽt post lit.cõtest.Ita debet intelligi textus in l.ædiles.§.idẽ sciendum.ff.de ædil.edict.In istis ergo accessionibus rei petitę ꝙnunciat iudex ex officio etiam super ipsis non petitis.¶Idem

40 † in actione rei vendi.quia ibi fructus veniunt iure actionis, l.ex diuerso.§.1.ff.de rei vendi.§.1.& ibi glo.in verbo errore. In istis ergo accessionibus etiam nõ persecutis a parte potest iudex pronunciare, vt dictis iuribus, & iudex potest supplere de facto, vt dictis iuribus: & idem in omnibus alijs cõtingentibus pendente iudicio: & ideo potest condemnare in expensis etiam ipsis non petitis, vt not.Doct.Legistæ in l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de damno infec.Canonistæ in c.bonę.el 2.de postu.& in istis supplet iudex de facto etiam post conclusionem in causa, vt not.Guil.in authẽ.iubemus. C.de iudi.& Cy.in l.sanximus.co.titu.in 13.q. Item potest supplere in his, quæ constat sibi notorie in concernentibus publicam vtilitatem principaliter, iuxta not.per glo.in c.licet. de probat.& Innoc.de censi.olim.hoc est tamen verũ, quatenus natura petitorum in libello poterit importare, quia ad mensuras libelli condemanatio est fienda, & quæ sint illa patet ex supradictis, & quando illud, de quo constat, est connexum petitis in iudicio, iuxta not.in c.cum dilectus.de ordi. cogni. & dixi s.Fallit in Papa & in Principe non recognoscente superiorem, quia isti possunt supplere, vt no.Io.An. & Compostelanus in c.mandatum.in apostilla magna.versi.sed quid si ratio. Et est ratio, ꝙ alij iudices non supplent in his quę cõstant notorie, quando non respiciunt causam, de qua agitur, vel ei non annectitur, quia super illo etiam confessato nõ est datus libellus, nec est lis contestata, ideo non potest veniri ad diffinitiuã: Ita dicunt Doct.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his qui no.infa.& in d.l.denũciasse.§.si tamen.ff.de adul. Canonistæ autem dicunt, ꝙ iudex non sedet propter hoc, & sic non potest dici ꝙ constaret sibi vt iudici, & sic non est notorium, vt no.glo.in c.fi.de confessis. Posset tamen iudex tũc ex officio inchoare nouũ processum inquisitionis, & ex istis infertur, ꝙ si alius litigat de beneficio, & reus confiteatur se non habere ius vel canonicum titulum in beneficio, ꝙ si actor probet de iure suo, iudex non potest priuare ipsum tali beneficio: ratio, quia hæc instantia ista non patitur, cùm agens nitatur ex iure suo, non ex iure quod deficit in conuento: fallit hoc in Papa. Sed hoc an sit verum patebit ex his, quæ infra dicam. Sed an dicatur annexum, si aliqua sunt deducta ad petita per modum rationis, vt de ipsa causa, seu ratione pronunciari possit: & si non esset petitum videtur ꝙ sic, vt in c.cum ecclesia Sutrina.de cau.pos.& proprie. Contrarium tamen determinant Doct.per not.in c.cum inter. de consue. vbi dicitur, ꝙ dato, ꝙ ibi constaret notorie illam consuetudinem esse iniustam, super qua reus se defendebat, tamen quia non fuit petita pronunciari per iudicem inferiorem a Papa. Item est alia regula, ꝙ quando ea, quæ constarent notorie iudici, respiciunt actum parti & iudici notum, tunc iudex potest supplere de facto, C.de admi.tu.l.sanximus.§.1.& ff.de offi.proconsul.& lega.l.congruit.& ita not. Bar.in d.l.3. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.¶Ego autem istud in-

41 telligo † verum, quando ista innotescunt sibi vt iudici, & ipse tenetur ex officio ipso expedire: sed si possent peti iure actionis per miserabilem personam, vt sic aliquem pupillum vel miserabilem personam posse petere alimenta, tunc cùm non veniant ex officio iudicis, sed iure actionis, iudex in hoc supplebit, quia non debet sustinere partes actoris & iudicis: faciunt nota.in l.illicitas.§.veritas.de offic.proconsul. & lega.

42 ¶Item ad aliam regulam, ꝙ vbi † est periculum perditionis animæ, & agitur de materia peccati, ibi iudex potest supplere de facto. Ita not.Docto.de iure iuran.ad nostram. Et ideo in causa matrimonij spiritualis vel carnalis ibi iudex supplet de facto: Ita no.in c.ex litteris.el 2.de spon.& de elect.c.a nobis. Et ideo contra pupillum hæredem vsurarij potest iudex ex officio procedere, quia est in præcipitio peccati, licèt adhuc non sit in peccato actuali. Item quãdo Episcopus cognoscit inter clericos suos, 11.q.1.si quis cum clerico.¶Item est

43 vna alia regula, quòd iudex † ex officio suo potest perquirere de rei veritate etiam post conclusionem in causa, vt in c. cum Ioannes.de fide instrum. & est bona glo.in l.1.siue 2.C. de eden. & ideo potest inquirere de conditione testium. An autem iudex suppleat partes accusatoris absentis. Barto.in d.§.hoc autem iudicium. videtur tenere ꝙ non, sed ꝙ reus debeat absolui ab obseruatione iudicij per text. in l.libellorum. §.fina. ff. de iudic. in fin. Sed contrarium sentit in l. pen.in fi.ff.de publi.iudi.& tenet ipse Bar. in l.is qui reus.eo. tit.Sed ꝙ non debet assumere, facit, quia non debet assumere partes actoris & iudicis, vt in c.forus.de verb.signi.& videtur casus in l.quamuis. C.de adul. arguendo a casu speciali. ¶Ego tamen in hoc ita dicerem: Nam aut quæris, vtrum in eadem accusatione iudex possit procedere & supplere partes accusatoris, an ex nouo processu, puta, per inquisitionem. Primo casu dico, si accusator est absens tali absentia, ꝙ de eius reditu non speretur; vel difficulter speretur, tunc iudex posset ex sua iurisdictione procedere etiam ex eadem accusatione, & defectum absentis supplere, ne delicta remaneant impunita: Cautius tamen faceret subijcere aliquem ad prosecutionem

cutionem accuſationis. Aut eſt abſens ex cauſa voluntaria, & tunc iudex bene faceret abſoluere ab obſeruatione per dictam l.quamuis indubitati. C.de adul.quia parum per talē ſententiam fit præiudicium reipublicæ, quia alius poteſt incontinenti accuſare: fallit in crimine adulterij, per d.l.quāuis. Si autem tu quæris,an poſſit procedere per viam inquiſitionis, & non ex eadem inſtantia: tunc dico, quòd ſi iam iudici innoteſcit de delicto, & tunc poterit iudex procedere, texc.eſt in l.2.C.de aboli.& ſic poſſet eſſe vera vna regula, in qua poſſet concludi, ꝙ iudex de delicto poſſet procedere per inquiſitionem. Item quando iudici innoteſcit de veritate cauſæ, Iudex in quacunque parte iudicij etiam in deciſiuis ſupplet etiam partibus præſentibus, & ideo repellit agentē, qui propter metum vel vim obligationem extorſit, etiam ſi nō excipiatur de vi vel metu.Ita no.Bar.in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pac.licèt aliud ſenſerit in l.eum qui ita.§.qui ita.de verb.oblig.faciunt no.in c.cum dilectus.de conſue.per Innoc.& in c.ſæpe.de appel.& ibi Io.An.vbi videtur dicere, ꝙ in his quæ ex actis patent,iudex poſſit ſupplere, & hoc tenet Cy.in l.1.C.vt quæ deſunt aduocatis partium.quod ego credo verum in his, quæ habent iuris diſpoſitionem, etiam ſi pars nihil dicat: ſecus ſi non habent effectum, niſi a parte excipiatur, quia tunc iudex non ſupplet niſi quando aduerſarius locupletaretur cum aliena iactura,quia non debet plus poſſe iudex quàm pars, & imputet ſibi pars ſi non excipit. plus etiam dixit Cy.in d.l.1.ꝙ etiam ſi non apparet ex actis, ſi tamen ſit notorium iudici, ꝙ iudex ſupplet, per l.emptorem.ff.de act.empti.Sed hoc dictum nō videtur verum, quia notorium non releuat ſaltem ab onere proponendi, iuxta no.in clem.appellanti. in quarta glo.de appel. & Io.An.in c.2.vt lite nō conteſt. facit lex ſi adulterium cum inceſtu.§.idē Pollioni.ff.de adulte. Ego credo, quòd ſi in actis apparet de notorio, iudex poſſit ſupplere, alias non, niſi in aliquam caderet regulam ex ſupra datis, vel infra dandis. ¶Item eſt
44 alia regula, ꝙ vbicunque† quilibet ad excipiendum admittitur, ibi iudex poteſt ſupplere de facto, l.ſi non defendantur. ff.de pœnis. ¶Item do aliam regulam, ꝙ ea quæ expediuntur officio iudicis nobili, nec excipiuntur nec expediuntur in figura iudicij, & modicam, ſeu nullam cognitionem requirunt, ibi iudex ſupplet de officio vel de facto etiam non requiſitis, alias in non requiſitis, ita intelligo l.ſeruos.de bo. poſ. Sic intelligo illud, quod dicitur de adminiſtratoribus dandis perſonis inhabilibus: Ideo poſſet dare curatorem adulto nemine petente. ¶Item do aliam regulam, ꝙ ad iu-
45 uandum† iuriſdictionem ſuam iudex ſemper poteſt ſupplere de facto, l.ſi quis libertatem. & ibi per Bart.ff.de peti.hæredi. Item vbicunq; iudex videt fruſtrare iudicium. Item ad-de aliam regulam, ꝙ vbicunque abſens poteſt damnari ibi iudex ſupplet partes abſentis, & in auth.qui ſemel. C.quomodo & quando iudex.in tantum ꝙ Barto.vult in l.3.§.hoc autem iudicium.de dam.infec.ꝙ iudex poteſt producere teſtes pro abſente: & hoc credo verum, licet Bald.teneat oppoſitum in l.properandum.§.ſinautem abſentis.de iudi.C.per illum textum. Sed ille tex.non facit contra Bar.per illa, quæ etiam Bart.no.in l.pen.§.ad crimen.de publi.iudi. in 1.q.poſt
46 tertiam oppoſitionem. An autem valeat † condemnatio expenſarum facta a iudice parte non petente. Bar.ꝙ ſic, & ſ.dixi.Bal.contra in l.properandum.§.ſinautem.de iudi. & alleg. Innoc.in c.grauis.de reſtitu.ſpol.Sed ego intelligo textum ꝙ ſententia Bart.in l.fi. C.quando prouocare non eſt neceſſe. vbi iudex appellationis poteſt habere rationem expenſarum
47 etiam parte non petente. An autem vbi iudex† debet ſupplere de facto & poteſt, an ſi non facit faciat litem ſuam. Ego do iſtam regulam, ꝙ vbicunque iudex poteſt ſupplere de facto, ſiue quia pars ſit abſens, ſiue quia ſit de emergentibus vel incidentibus poſt lit.conteſt.ad priuatam vtilitatem nūquam omittendo facit litem ſuam: ratio, quia nō debet plus pars iudici imputare quàm ſibi: fallit niſi ſint miſerabiles perſonæ, quæ excuſantur, ſi non petunt: Nam tunc conuenitur iudex, ſi non ſupplet,ſi poteſt doceri de ius ſcientia, & ſic de eius negligentia, vt l.1.§.magiſtratus.ff.de magiſtra.cōuenien. Et idem ſi omittit interponere, vt debet ratione publicæ vtilitatis,l.1.de offi.præſi.& idem quādo debet ſupplere ad cōſeruandum iuriſdictionem aliorum iudicum, vt l.iudicibus.C.de appel. ¶Nunc proſequor alias partes iudicij:& quia poſt petitionem requiritur citatio, reuoco in dubium, vtrum in notorio requiritur. Secundo in proceſſu iudicij requiritur citatio: modo eſt videndum, vtrum vbi facta ſint notoria, in illis citatio requiratur. & quia in hoc ſententiæ Doct.ſunt multum diuerſæ, ego primum referam Doct.qui dicunt, ꝙ citatio non eſt neceſſaria.Secundo referam dicentes contrarium, quòd citatio neceſſaria ſit. Tertio referam Doct.conciliantes, ſiue qui concordant opiniones iſtas, & qui dicunt, ꝙ in aliquibus caſibus in notorijs eſt neceſſaria citatio, & in aliquibus ꝙ non eſt opus citatione. Quarto ponam, quid mihi ex dictis omnium dicendum videtur.& primo glo.in c.ab excommunicato. de reſcriptis in fi. glo. pen.
48 dicit,ꝙ in † notorijs non requiritur citatio vel ordo iuris,ſed ſolum ſufficit ſententia.Idem Innoc.in c.ex inſinuatione. de app.in ſua glo.fi.vbi dicit, ꝙ in notorijs non requiritur ordo iuris nec citatio, ſed poteſt proceſſus fieri in abſentem.Idem tenet glo.in c.porro.de diuor.in glo.1. concludens, ꝙ ſolum ſententia eſt neceſſaria,alius vero proceſſus non.Et iſtam ſententiam videtur ſequi Cy.in l.ſancimus.C.de iudi.dicens, ꝙ in condemnatione expenſarum non eſt opus ꝙ pars citetur, quia conſtat notorie iudici per acta,ꝙ debet in expenſis condemnari.Contrarium verò,ꝙ ſit neceſſaria citatio, tenuit gl. in c.ad noſtram.de iureiur.el 3.Et idem glo.in c.2.de offi.delega.lib.6.Idem gloſ.ſub dubio forte ſ.eo.c.quæ Lotharius, & hoc videntur tenere Doct.in c.cum ſit Romana.de appel. concludentes, ꝙ in notorijs requiritur citatio, & quòd nullus etiam notorius eſt condemnandus, niſi citatus ſit contumax per multa cap.iſtius queſtionis,& 3.q.9.per totū.probatur in l.ea quæ. C.quō & quando iud. ff.quæ ſent.ſine appel. reſcin.l.1.§.cum ex dicto.¶Probatur etiam, quia vbi proceditur ſine figura iudicij, ibi eſt opus citatione, ne auferatur ius defenſionis, quæ eſt de iure naturali, vt in cle.paſtoralis. de re iudi.& l.facultas.C.de iure fiſci.lib.12. & quia in notorijs poſſunt eſſe legitimę excuſationes: patet in ſentētia diffinitiua, quæ quando non eſt appellatione ſuſpenſa, facit notorium, & nihilominus admittuntur exceptiones poſt ſententiam,quæ impediunt eius vires, l.11.C.de iur.& fac. igno. ¶Modo venio ad tertios conciliantes, ſeu concordantes. Io.An.in hoc articulo plurimū variauit in c.veſtra,de cohab. cler.& mul.& Inno.in c.tua,eo.tit.vbi conatus eſt concordare opiniones dicens, ꝙ in notorio in conſpectu iudicis commiſſo, vel habente cauſam continuam nō requiritur citatio, in alijs notorijs ſic.Gl.verò in c.quando autem.in fi.infra eo. tenuit, ꝙ ſaltem ſit neceſſaria monitio, vt veniat ad ſatisfaciendum, quæ habeatur loco citationis: quod tamen diſplicuit Inno.dicēti eſſe neceſſariam citationem, & non ſufficere monitionem, quia monitioni non tenetur quis parere,ſi habet iuſtam cauſam recuſandi, de præſump. cap.vlti. ¶Inno. in d.c.veſtra.reſidet in hoc, ꝙ non ſit neceſſaria citatio: Et in iſto etiam reſidet Hoſt.in cap.cum ſit Romana. de appel. in fi.dicunt tamen ꝙ eſt tutius, ꝙ fiat citatio, quia multi dicuntur notorij, qui non ſunt, de appel.conſuluit.el 1. & ꝙ multi dicunt aliquod notorium, & tamen quid ſit notorium ignorant,vt dicit magiſtraliter gl. infra eo.c.manifeſta. Item quia notorium poſſet habere legitimas excuſationes,vt predixi, & no.de offi.dele.ex parte.el 2. ¶Io.autem de Cal.dixit in iudice delegato neceſſariam eſſe citationem, per text. in c.1.de offi.deleg.lib.6. In ordinario autem iudice non, & hoc quando conſtat de notorio iudici, vt iudici: Sed vbi nō eſſet ſibi notorium, tunc non poſſet ſine citatione procedere, ne auferat defenſionem parti. Tutius tamen dicit omni caſu fieri debere citationem. Alij autem dicunt, ꝙ citatio, aut monitio ſuccedit loco citationis,21.q.2.indigne.24.q.3. de illicita.& de ſen.excom.c.ſacro.& hoc niſi quando delictū eſſet commiſſum in conſpectu iudicis, vt puta datus eſt conſeruator ſecundum caſum c.1.& 2.de offi.deleg.lib.6. Ille vadit ad defenſionem loci ſibi in conſeruatione commiſſi contra ſpoliantes loca ad ipſos impugnandos, quæ ipſe debet defendere, & ibi vidit homines ſpoliantes loca, tunc poteſt illos punire ſine alia citatione: allegat de re iudi.cum olim. in fi.& l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.& ff.ne vis fiat ei.l.ſi qs iuſſus.Archi.videtur ita dicendum.Et primo diſcutiam,quid in maleficijs, quando criminaliter intentanī,an in illis etiam notorijs debeat interuenire citatus.Secundo dicam de cauſis ciuilibus. Ad primum eſt videndum de duplici citatione,vt delicet de reali, quæ fit per capturā. Secundo de verbali,quæ mouetur & citatur quis per nuntium, vt compareat coram
49 iudice. Si quærimus de reali † captura, tunc ſi vult facere iudex in criminalibus iſtam pro inſtructione & veritate inquirenda, & ne maleficia remaneant impunita, & tunc poteſt iſtam facere, & debet etiam extrahendo per vim aliquem de domo, vt l.plerique.ff.de in ius voc.& quod ibi no.& l.de domo.ff.de reg.iur. & hoc ne pœna criminis eludatur, l.3. C.de epi.audi.& l.ſi quis curialis.C.de epiſc.& cler. & in omni crimine capitali, quod exigit pœnam corporalem, poteſt quis perſonaliter capi a quocumq; etiam priuato in flagranti crimine, l.1.C.de rap.virgi. & l.ſi quis ſeruitute, in fi.ff.de fur. & poteſt per iudicem etiam extrahi de domo, nota.in l. ſacrilegij.§.Labeo.ff.ad leg.Iuliam peculatus. Et ſi iſtud licet in criminibus etiam non notorijs, & fieri debet,quanto magis, quando crimina ſunt notoria, ne talia delicta remaneant impunita, l.ita vulneratus. ad leg.Aquil.conuincta.l.congruit.
50 de offi.præſi. ¶Si autem quæris de † citatione verbali, tunc aut eſt delictum, in quo non poteſt veniri ad ſententiam diffinitiuam in abſentem, vt ſunt omnia delicta capitalia a relegatione ſ.vt no.in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudi. tunc in iſtis cum ſit veniendum ad annotationem bonorum, vt l. 1.ff.de requiren.reis. & iſta non debet fieri niſi parte ſaltem citata verbaliter, vt in l.1.ff.de requiren.reis. & tunc citato fienda, quia in illa annotatione bonorum multa poſſunt iura ꝑtendere. Si autē ſententia poſſet fieri ſuper crimine in abſentem, tunc ſi ipſum maleficium eſſet ita notorium iudici, & eſſet ſibi notorium vt iudici, ita quòd nulla poſſit tergiuerſatione celari, vt quia forte conſtaret ſibi iudici ex actu & facto in iudicio eo vidente & ad hoc ſedente; & tunc credo, quòd ſine alia citatione poſſet ipſum damnare:Ita intelligo iura, quæ dicunt, quòd in notorijs ordo iudiciarius eſt obſeruandus, vt dicit cap.ad noſtram.el 3.de iureiuran.ſed ſi maleficium non eſſet ita notorium iudici, quia poſſet eſſe ſibi dubium, an aliquæ exceptiones reo competerent, & tūc credo, quòd debeat citari, ne reo auferatur defenſio. Hæc theorica probatur per illa, quæ dicam infra eod.cap.ſicut. vbi dicam, quòd quando petitur executio ſententiæ diffinitiuæ, & omnia ſunt integra, quia eędem ſunt perſonæ,idem iudex,eadem res, ibi non requiritur aliqua citatio in executione ſententiæ, quia iam conſtat iudici, quòd nulla reo competit exceptio, alias numquam eſſet litium finis: Secus ſi in aliqua ex prædictis eſſet facta variatio, quia tunc requireretur citatio, vt not.in l.intra. ff.de re iudicata, & dicam in dicto cap.ſicut.Aliquando eſt notorium iudici, & ex illo eſt ſibi notorium, quia ita patet ex actis & actitatis coram eo probatis & confeſſatis, & de his quæ ante non dicebantur eſſe notoria, & eſt concluſum in cauſa, ita quòd nichil obijci poſſit, quo caſu deducta & probata in iudicio cenſentur eſſe notoria, vt not.in cap.veſtra. de cohab. cleric. & mulierum.circa diffinitionem quam ibi ponunt Docto.de notorio, quòd etiam ſurgit ex confeſſione facta in iudicio, vt in cap.veſtra. & cap.fin.de cohab.cleri.& mulier. & in iſto eſt opus citatione ad ſententiam, l.2. & l.tres denunciationes, C.quomodo & quando iudex. imo plus,in cauſis ordinarijs etiam quamuis facta vel deducta in iudicio conſtiterint iudici notorie, nihilominus eſt neceſſaria trina citatio, vel peremptorium, argu.l.poſt edictum. & l.ad peremptorium.ff.de iudic.& in alijs cauſis etiam vbi proceditur ſine figura iudicij, requiritur ſaltem vna citatio ad ſententiam, vt in clem.ſæpe.de verborum ſignifica.& habent iſta locum in
51 iudice ordinario & delegato. ¶ Interdum † eſt notorium aliud facti primum extraiudicialis, & ſuper quo tamquam ſuper notorio eſt proceſſum, tunc ſi quæritur, an iudex informans ſe, vtrum illud quod dicitur notorium ſit notorium: & tunc in iſta informatione ſumenda vel in iſto proceſſu non eſt opus vel neceſſe, quòd pars citetur, nec ad exceptionem teſtium ſuper iſto proceſſu eſt pars citanda: & iſte eſt text.ſecundùm vnum intellectum in cap.bonæ memoriæ maguntino. de elect.& iſtud eſt vtile pro vicarijs Epiſcoporum, ſi cōſtitutio ſinodalis dicat, quòd abſens per ſex menſes continuos non reſidens debeat proprio beneficio priuari, tunc ſuper iſta abſentia, quæ non poteſt non eſſe notoria, vicarius poteſt recipere teſtes & informationem etiā abſente aliter non citato: Faciunt not.in Specu. de noto. crim.§.1.in fi. vbi dicit, quòd cum factum eſt notorium, ſed iudex ignorat, tunc abſente parte & non citata & iuris ordine non ſeruato poteſt procedere etiam ad receptionem teſtium, de iureiuran.ad noſtram.el 3.in glo.2.& iſtud verum, quicquid dicant aliqui, quos refert Ioan.in c.cum C.laicus. de foro compet.lib.6.Aliquando eſt notorium extraiudiciale delictum in iudicio, ſuper quo queritur ad ſententiam diffinitiuam deueniri: Tunc ſi ſententia eſt referenda ad repellendum aliquem temquam notorium criminoſum a beneficio acquirēdo,tunc poſſit repelli ſine alia citatione. Textus videtur ꝙ ſic,in d.c.bonæ memoriæ maguntino.ſecūdùm aliam ſolutionem:Et iſtud teneo, licèt Innoc.in d.c.bonæ.& in c.tua.de coha.cle.& mu.intelligat hoc verum,quādo multi ſunt citandi,& citatio eſt ſcandaloſa: & idem quando foret periculum in mora, ſi fieret citatio, tunc vult vt non vitietur proceſſus omiſſa citatione.¶Ego teneo,ꝙ ad repellendum aliquem a beneficio obtinendo Iudex cognito notorio poſſit ſine alia citatione eum repellere. Idem credo,ſi quereretur aliquis repelli a beneficio iam quæſito, vt puta quando aliquis eſſet electus & confirmatus,vt ſuper receptione probationum & certificatione an crimen ſit notorium,per quod quæritur remoueri,tunc credo quòd etiam ſine citatione iudex ad iſtam certificationem venire poſſit:ſed an venire poſſet ad ſententiam diffinitiuam, vt remouear ipſum a beneficio iam quæſito, tunc credo, quòd ſi pars fuit præſens, & agitauit iudicium ſuper hoc, an tale crimen eſſet notorium, propter quod quæritur remoueri, & tunc ſi eſt abſens a loco iudicij, non eſt neceſſaria alia citatio, quia iam conſtat & apparet iudici notorium, & ceſſant reo defenſiones ſuæ, ꝙ videtur latitare & malitiosè abeſſe, vt in cap. quoniam. §. ſinautem.vt lite non conteſt. & in c. 1. qui matrimonium accuſare poſſunt. Sed ſi informatio ſuper notorio fuiſſet accepta eo abſente,vel non requiſito, tunc credo quòd debet citari ad ſententiam,quia poſſet habere aliquas defenſiones contra notorium, & hoc quando eſſet ſententia diffinitiua ad puniendum, vel ad remouendum a beneficio iam quæſito,ſecus ab acquirendo, vt ſupra dixi: & hæc ſunt vera præterquam in ſententia declaratoria ſententiæ ipſo iure a lege latæ, quia in iſta non eſſet opus alia citatione, vt eſt textus in c.reprehenſibilis.in prin.de appellat. & hæc ſunt vera, quando talis ſententia diffinitiua quæritur proferri contra aliquam vel aliquas certas perſonas:Sed ſi fertur ad declarationem alicuius actus fiendi vel iam facti, vt requirere fugitiuos ſeruos,vel monachos, & concedatur licentia a iudice abbate vel domino requirēdi ſeruos vel monachos fugitiuos, tunc in hac declaratione non eſt opus aliqua citatione,
52 l.1.§.hoc autem ſenatus.& l.diuus.ff.de fer. fugi.Idem ſi † iudex vellet declarare aliqua ſtatuta eſſe contra libertatem eccleſiæ,vt de conſue.cum inter.& cap.ex parte.de re iudi.cum olim.in fi.& in l.fi.de offi.procura.ceſa.& ita dicit Archid.infra eo. cap.quæ Lotharius. vbicunque autem dixi citationem requiri,illa ſufficit his caſibus, ſi ſit vna etiam ſi non ſit peremptoria, quia vbi agitur ſine figura iudicij, licèt ibi non ſit opus peremptorio, tamen eſt opus ſaltem vna citatione ad ſententiam, vbi eſt textus & ibi not.in clem.ſæpe.de verbo.ſignifi.¶Sed hic † occurrit dubium, an vbi dixi quòd re-
53 quiritur citatio, ſi illa omittatur, proceſſus ſit nullus.In hoc Innoc.in cap.1.de offi.deleg.lib.6.dicit,quòd in alijs ſentētijs quam cenſurę ſententia ſit ipſo iure nulla: In ſententijs autem excommunicationis ſeu cenſurę ſi omittatur iſta ſolemnitas, non viciatur, de ſen.excommu.ſacro. Et ego dixi ſupra in glo.ſummę. In alijs vero ſententijs omiſſa citatione erūt nullæ: & hoc credo verum, quicquid dixit Calderinus, qui dixit, quòd in notorijs ſententia tenet ſine citatione: & hæc ſunt vera, ſiue ſit iudex delegatus ſiue ordinarius: Loquor in citatione quantum ad diffinitiuam ſententiam: Sed quantum ad cognoſcendum vtrum delictum ſit notorium, ita quòd delegato competat iuriſdictio vel non, in hoc credo neceſſariam citationem in delegato, per textum in c.fin. de offic.deleg.lib.6.Et in hoc eſt vera differentia, quam facit Calde.inter delegatum & ordinarium, quia in ordinario ad fundandam iuriſdictionem non requiritur citatio, ſecus in delegato,quia aliter non poteſt conſtare an ſibi competat iuriſdictio, & ideo eſt opus citatione,vt in dicto c.1.de offi.deleg.lib.6.Sed in proferenda ſententia diffinitiua non credo, quòd ſit differentia inter ordinarium & delegatum: ſic intelligo iſtum articulum¶ Tertius ordo iudicij eſt, quòd offeratur libellus: Et ſuper iſto,duo ſunt videnda.Primo,an in notorijs eſt neceſſe, cum petuntur, quòd exhibeatur libellus. Secundo ſi conſtat, ꝙ ex porrectione libelli notorie, quòd porrigens ſine actione experitur, vel notorie conſtat quòd iuſtitia caret, an poſſit a iudice a iudicio repelli: & hæc in ciuilibus,quia in criminalibus an requiratur accuſatio, ego dixi ſupra cum primum tractare incępi ordinem iudiciorum, & ibi concluſi quòd in caſibus, in quibus proceditur officio iudicis, & in quibus ipſe poteſt ſupplere de facto, ibi etiam in cauſis ciuilibus non eſt neceſſarius libellus: nunc clarius &

54 plenius explicare mitendi. Et † ideo primum præmitto, ꝙ in notorijs non requiritur ordo iuris, vt est textus in c.ad nostram.de iureiuran. Sed in factis prout considerantur, vt sunt in factis seu in actu faciendi, Ordo est figura ipsorum, & ideo in grammaticalibus dicemus, quòd aliquis est actus figuræ simplicis, quod simpliciter profertur, quod est dictum quòd cum actus dicendi & proferendi est simplex, ideo dicitur figuræ simplicis. Et ex istis apparet, quòd tantum est dicere, procedatur sine figura iudicij, quantum si diceretur, ordo iudiciarius non seruetur. Modo ad propositum, Sicut in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, ordo iudiciarius omissus non viciat, qui tamen si non obseruaretur in alijs iudicijs iudicia essent nulla, l.prolatam. C.de senten.& dixi supra in glo.summæ. Sed vbi proceditur sine figura iudicij, vel ordine iudiciario, si iudiciorum substantialia non seruentur, tunc si sunt substantialia a iure ciuili introducta, quibus non seruatis iudicium tenet. modo hoc est clarum de iure, quòd quando proceditur sine figura iudicij, vel quando iudicij ordo non est obseruandus, ibi non est necessaria forma libelli, sed bene requiritur quòd constet de aliqua forma petitionis, siue in scriptis porrecta, siue verbo expressa, dummodo a notario in scriptis redacta, vt dicit textus in clem. sępe, de verb.signific. maximè in versi. verum iusta petitionis forma, quia de iure naturali est, quòd agens ius suum proponat coram iudice: Nam coram Salomone mulier ita dixit, Filius meus viuit, filius istius mortuus est. vt habetur in c.afferte, de præsump.& tertio Regũ.& in l.2.C.de senten.ex pericu. rec. Et hic est aduertendum, quòd sufficit, quòd ista petitio contineat solum facti narrationem, etiam si non contineat conclusionem: Ex quo infero, quòd licet petitio in notorijs non habeat omnia illa substantialia, quæ de iure requirũtur, de quibus in l.1.ff.de eden.& in c.1.de libelli oblat. si est generalis narratio facti, etiam sine conclusione sufficit, l.fin. C.de annali except. Et ideo si esset apposita conclusio, sed inepta, procederet iudicium, l.1.ff.si mensor fal. mo. dixe. & de iudi.examinata. Et ideo si in tali petitione concluderet eum cogi & non condemnari, quod fieri non debet, vt not. in l.1.C.de executio.rei iudic. procederet nihilominus iudicium: Nam si procederet nulla facta conclusione, idem est ac si esset apposita, sed inepta, si tamen ex narratis comprehendi possit, quid actor intendebat petere, l.1.§.1. C.de rei vxo.act. Pro hoc glo.notab.in l.vinum.in fi.magnæ glo.ff. si cer.petat. vbi glo.dicit, quòd in iudicijs, in quibus libellus non requiritur, ibi libelli ineptitudo non curatur: Et hoc est quod voluit dicere textus in dicta clem.sępe.de verb.signifi. dum dicit, iuxta petitionis formam, quasi dicat, licèt non ꝓnuncietur in eo quod est petitum, sufficit quòd pronuncietur iuxta illud quod est petitum, l.iam tamẽ.§.in hoc. ff.iudi. sol. Intelligo tamen ista, quando non sit tanta ineptitudo petitionis, quòd auferatur reo defensio. ¶ Est ergo conclusio, quòd in notorijs, cum in eis, non requiritur ordo iuris, quòd est idem dicere quòd procedatur sine figura iudicij, vt dixi in illis, requiritur qualisqualis petitio etiam verbalis in scriptis redacta: sed libellus solemnis non exigitur. Et no.quia dico in causis, in quibus procedatur sine figura iudicij, non vero in causis solum simpliciter summarijs, vt dicit do.Anto.de But.in c.vestra.de cohab.cle.& mulie. & in c.1.de libel.

55 oblat. Nam ipse male loquitur: Nam in iudicijs † solum etiã summarijs requiritur omnis substantialitas iudicij, vt not. Barto.ad reprimendam in glos.in verbo, summatim. & ista maxime sunt vera, quando notoria caderent in causis, in quibus de earum natura libellus non requiritur, quæ sunt causæ 18.vel 20.quas doc.ponunt in cap.1.de libelli oblat.& ibi ego scripsi, vt est in causis, in quibus proceditur solum ex officio iudicis, de quibus ego dixi supra, quando sit, quod iudex possit supplere de facto. In istis tamen casibus debent exponi capitula, seu factum illi, contra quem agitur secundùm formam cap.qualiter & quando, de accusat. & hoc tenet Innoc.in cap.tua.de cohab.cler.& mulie.in glo.magna, in versicu. Item dicimus. aliàs non teneret sententia, quia esset ablata defensio reo seu parti. Et procedunt ita in ciuilibus sicut in criminalibus: Nam etiam in ciuilibus supplet iudex, de diuor. cap.porro. & in cap. significasti. & de

56 filijs presby.cap.quoniam. & quando † notoria incidunt in causis in quibus iudex potest supplere, in illis iudex supplet sine libello: Bonum tamen esset quòd allegarentur aperte, per ea quæ scribit Innoc.in cap.pastoralis.de except. & Bart. in l.eum qui ita. in §.qui ita.de verbo.obligat. Et procedunt ista in omni notorio, sine sit notorium dispositionis iuris, siue præsumptionis. Sed si esset notorium, quod surgeret ex probationibus, tunc & si in hoc notorio probationis fuit necesse procedere libellum, super quo probationes fuerunt receptæ, si tamen in alia instantia peteretur pronunciari ex eisdem actis, non esset necessarius nouus libellus, sed sufficeret antiquus, de probat.cap.fina.& de testib. cap.causam.ni. si quæreret reincipere iudicium penitus de nouo, & non super antiquo libello, quia tunc esset opus nouo libello. Sed an istud procedat in notorio confessionis, vel sententiæ, an tunc requiratur libellus, ad hæc ego dicam infra eod.cap.nos in quemquam. nota.de elect.dudum. In hoc tamen an pro

57 † executione sententiæ vel confessionis factæ in iudicio sit opus libello: D.Anto.in cap.vestra.de cohab.cle. & mulie. expedit se in duobus verbis, dicens quòd si imploratur officium iudicis non requiritur libellus: Ego de hoc tangam plenè infra eod.cap.sicut. Ipse tamen D.Anto.in cap.1. de libel. obla.dicit, quòd siue agatur actione in factum, siue iudicis officio, cùm in ista executione procedatur summariè, non requiritur libellus, sed qualisqualis petitio: & ipse D.meus sic loquitur vbique, & non bene loquitur, quia deberet dicere, quòd cum in executione procedatur sine figura iudicij, non requiritur libellus, sed qualisqualis petitio, quia quando ꝓcederetur simpliciter & summariè, libellus requirit, vt supra dixi, & not.Barto.ad reprimendam. in verbo, summatim. vnde ego in hoc articulo sic concluderem; Quia si est idem iudex, qui tulit sententiam, coram quo petitur executio, & est idem quod contradictor, & eędem res, tunc cùm sit ipsi iudici notum quocunque agatur, siue iudicis officio, siue actione in factum, sufficit qualis qualis petitio, nec requiritur litis contestatio, cum sit notorium ipsi iudici, de rescript. ab excommunicato, & erit tunc sententia pro libello: Et hoc vult Io.And.in additio.Spec.in tit.de libel.ex-cept.§.nunc videndum.versi.25. ¶Si autem est alius iudex, vel aliæ res aut personæ, & hinc si imploratur officium iudicis pro executione, non est opus libello, & lit.contesta.l.a. C.de execu.rei iudi. Nam licèt istud sit officium iudicis nobile, in quo videtur dandus libellus, & lis contestanda, vt in cap.fina. de offic.iudic. tamen cum non intentetur ad aliquam absolutionem, vel condemnationem contra partem fiendam, tunc non est opus libello, vt dicam statim cum agitur actione in factum: Nam si agitur ipsa actione in factum,

58 tunc debet attendi agendi & proponendi modus, quia † in libellis attenditur modus proponendi & concludendi, vt not.in cap.cum ecclesia Sutrina. de causa possess. & propriet. Nam si agitur actione in factum pro executione primo in bonis, deinde in personam, hinc non est opus libello, vel lit. contest.per iam dicta, & per l.cum antea, C.de arbi. Ita possunt intelligi nota.in l.2.C.de executio.rei iudi.& l.4.§.si ex conuentione. & l.a diuo Pio. §.si super rebus.ff.de re iudic.& probat bene textus in l.1. quando ex facto tutorum. Interdum interponitur actio in factum ex sententia, quia peto iterum condemnatum condemnari: Tunc si idẽ est iudex, qui tulit primam sententiam, & idem contradictor, & cadem agendi causa, & tunc credo quòd sit necessarius nouus libellus: ratio, quia illud, quod iterum petitur, est ipsi iudici notorium, in quo non requiritur nouus libellus: Et hoc vult Ioan.And.in dicto versi. 25. Si autẽ variatur aliquid de prędictis, vel iudex, vel persona contradictoris, vel agendi causa, vel quia contradictor dicat de nullitate, vel aliquid aliud, quod potest opponi post sententiam, tunc esset opus libello & lit.contest. Ita vult Ioan.And. in loco prælegato: Et hoc probat in l.item veniunt.§.item recte.de peti. hæredi. quia ibi reus conuentus volebat aliud soluere, quia volebat dare seruum pro noxa. Ita intelligo istum articulum, & ita addas ad illa quæ scribam infra eod. cap. sicut. ¶Ad se-

59 cundum dicas, quòd † si ex narratis in libello concluditur ius non agendi, vel simul concluditur ius excipiendi, tunc non procedit libellus, quia habet notorium defectum, & quia de exceptione constat notorie, & qui posuit eam libello videtur confessus illam, l.iubemus. C.de libera. causa. & ex tali notorietate reijceretur libellus, nisi forte qui libellauit, vellet illam tamquam erroneam reuocare, quia tunc posset, iuxta notata in l.familiæ.ff.famil.hercisc.& no.in l.ex hac scriptura, in fin.ff.de donatio. in vltima glo.de hoc in Spec.de libel. concep. §.iuxta propositionis. in fi. faciunt not.in l.1.de offic. assess. & quod not. Innoc.in cap.1.de.offic.vica.& omnes exceptiones notorię possunt opponi ad processum, quemad-
modum

modum omnes exceptiones finitę litis, vt in cap.vt circa no. Archi.de elec.lib.6.Spec.in tit.de excep.§. dicto. vers. vt autem idem de eis constet per instrumentum & eo. §. vers.sed an reus. ¶Expeditus de his, quæ contingunt in principijs iudiciorum, nunc est videndum de his, quæ contingunt in iudicio circa medium, quorum aliqua sunt litis ordinatoria, prout est iuramentum calumniæ, & lit.contest. Et aliqua sunt litis decisoria, vt probationes: & in his Doc.multum confuse loquuntur, præsertim quia recitant quandam glo. Innoc.super ista materia. ¶Ego autem de singulis dicam, Primo præ-

60 mittens, ꝙ † in omnibus causis tam ciuilibus quàm criminalibus in notorijs non requiritur ordo iuris, vt in c.quoniam.de fil.presby.& de testi.c.super eo, quod quæsiuisti.de transla. præla.quanto.de elec.bonæ.el 1.& infra eo.c.de manifesta.& §.in manifestis.& C.de accusa.ea quidem.& l.si vero pro cõdẽnato.§.si pro rei qualitate.qui satisda.cogã. ¶Secũdo præ-

61 mitto, vt aliàs dixi supra, ꝙ † tantum est dicere, ꝙ iuris ordo non obseruetur, quantum est dicere, procedatur sine figura iudicij: quo casu est locus constitutionis clementinæ sæpe.de verb.signi. quo casu iudex non est assumptus hoc casu ad aliquas formales regulas vel figuras iudiciorum, nisi quantum exprimitur a clementina, vt illa quæ sunt ibi expressa respiciunt magis figuram facti negocij vel causæ q̃ iudicij. Bar.autem in tractatu ad reprimendam.dicit, ꝙ iudex per ista verba releuatur ab omni forma & figura iudicij inducta a iure ciuili, & tenetur obseruare omnem formam & figuram iudicij inductam de iure gentium seu naturali, & de talibus dicitur vt plurimũ in dicta cle. ¶Modo omissa intricata & prolixa glo. Innocen. quam ponit in cap.tuam.de coha.cleri.& mulie. quam omitto, quia ipsa videtur aliquando facere differentiam interdum inter notorium iuris vel facti, & in notorio facti facit differentiam, vtrum sit interpellatum an continuum, vel an delictum sit commissum in conspectu iudicis vel non: Item facit differentiam, vtrum iudicium sit ciuile vel criminale, in quibus ego non facio differentiam, dum tamen hic quod deducitur in ciuili iudicio posset esse notoriũ, quia iura in notorijs loquuntur indistinctè, ꝙ ordo iuris in eis non requiritur, & est ratio, quia ordo iudiciorum est adinuentus, vt veritas patet notorie, non videtur ordo necessa-

62 rius, & hoc in notorijs facti. In notorijs iuris † & confessionis, D.Anto.dicit idem, & si agtur iudicis officio, secus si actione in factum. Ideo discurramus per omnes partes medias iudicij, & primo videamus, si est necesse, ꝙ personæ legitimentur. Bart.in dicto tractatu ad reprimendam.dicit ꝙ sic, aliàs sequeretur absurdum, quòd factum alterius non habentis a me mandatum posset mihi præiudicare, quod repugnat iuri naturali, C.de inoffi.testa.l.si quis in suo.C.de reg. iur.l.factum cuique suum.& in cap.non debet aliquis, de reg. iur.lib.6.& hoc tangitur in illa clem. Successiue dubitatur, an

63 temporibus † feriatis.& respondet ibi textus, quòd potest procedi in ferijs inductis propter necessitatem hominum: ergo a contrario secus in ferijs inductis in honorem Dei, illæ enim sunt inductæ de iure diuino: Nam Deus præcepit sabbata obseruari, & idem in ferrijs repentinis inductis in reuerentiam principis, vt non procedat nisi forte causa periclitaretur in dilatione, l.aut prætor.§.si debitorem. quę in fraudem credi. Igitur fugitiuus debitor videtur capi in die feriato: & similiter eadem die potest peti relaxari, vt not.glo.ff.de euic. l. minor 25. an. Et quia ferijs inductis in honorem Dei certis casibus a iure procedi permittitur, l.prouinciarum.C.de ferijs.& satis credo arbitrio iudicis esse, & tunc cũ iudici videretur, cessaret argumentum a contrario sensu. In dicta cle.

64 dubitatur vlterius, an † sit lis contestata. Textus in dicta cle. dicit, litis contestationem nõ postulet: ratio, quia ista solemnitas est inducta a iure ciuili seu positiuo, & hoc siue pars sit pręsens siue absens: Isto tamen casu primus actus iudicis contradictoris post legitimationẽ personarum habetur pro litis contestat.l.nihil. C.de procur. ¶ Vlterius dubitatur, an de-

65 beat † iurari de calumnia. Textus in dicta cle.dicit quòd sic, ne veritas occultetur: In contrarium videtur, quia ista solemnitas videtur inducta a iure ciuili, vt C.de iuram. calum. l.2. dic, ꝙ saltem est necessarium vnum iuramentum in tota causa, & ista est etiam de iure naturali & diuino: Nã etiam tempore Moysi propter incredulitatem aliquis tenebatur iurare, exodi, 22.c.no. de iureiur.& si Christus. Fallit in casibus, in quibus lex pręsumit, ꝙ quis nõ calumnietur, sicut sunt causæ spirituales, vt in c.2.de iu.calũ.lib.6. Nõ est tñ ꝙ iuretur super quolibet cap.vt fiebat olim, l.1.de iura.calũ. maxime quia poterat olim omitti, l.2.§.sed quia veremur. C.de iura.calũ. potest ergo iudex, quando videtur, illud exigere sicut & iuramentum de veritate, vt dicto cap.1.de iura.calum.lib.6.& quando traheret veritatem aliter occultari, alias potest pro-

66 cedere sine illo. ¶ Dubitatur † vlterius, an debeat dari dilatio. Textus in dicta cle.dicit, an putat dilationum materiã, non tamen sic abbreuiet iudex litem, quòd probationes necessariæ & defensiones legitimę omittantur, quod satis congruit naturali rationi: Cum enim probationes sint fiendæ, oportet quòd fiant in tempore: Putat tamen Bar.quòd probationes factæ sine dilatione valeant, l.vnius.§.cogniturum. ff.de quæstio.& l.in crimine.ff.de adulte. tamen æquum est dilationem dari causa litis abbreuiandæ, dum tamen nõ sint dilationes minus breues: & hoc congruit iuri naturali, vt per breuem dilationem non auferatur ius actoris, & reo non auferatur ius defensionis, quæ est de iure naturali, vt in cle. pastoralis.de re iudi. ¶ Ad quid autem dentur istę dilationes, tex.in dicta cle.dicit ad faciendum positiones & articulos simul, postea datur terminus ad producendũ omnia, quæ partes hincinde voluerunt producere: Istud tamen nõ est de iure naturali, & quia de iure naturali sufficeret vna dilatio, l.fi.

67 ff.de ferijs. ¶ Dubitatur vlterius, an † testes in istis causis debeant iurare. Videtur quòd ista sit solemnitas iuris ciuilis, vt in l.iurisiurandi. C.de testi. Bar.ad reprimendam.tenet quòd debeant iurare, & etiam præsente parte, alias auferretur copia defensionis, quod est cõtra ius naturale: sufficit autem, si est citatus, & hoc vbi testium requiritur probatio: Sed in notorijs dubitatur, an in eis probatio requiratur, vel causæ cognitio. Glo.in c.manifesta.infra ea.tenet, quòd in notorio facti continui nullus iuris ordo requiratur. ¶In notorio facti

68 interpellati † vel momentanei nihil dicit, an debeat ordo seruari, sed solũ dicit quòd requiritur semiplena probatio: Sed quidam, vt dominus meus in c.vestra.refert Bar.dicere, quòd factum interpellatum vel momentaneum non possit transire in notorium: & dicit, ꝙ ipse tenet istud in auth.qui semel. C. quomodo & quando iudex.& in l.ciues. C.de appel. Sed certe istud, quod dicit D.Anto.non est verum, quia factum interpellatum secundum Bart.potest transire in notorium: dicit tamen, quòd difficulter, quod dicam infra in c.manifesta. dum tractabo materiam notorij, & ibi dicam in differentia, quam ego ponam, & multis alijs reprobatis diffinitionibus. Præsupposito ergo, ꝙ factũ momentaneum vel interpellatum posset transire in notoriũ, videamus si in decisorijs requiratur ordo iuris: & primo dicemus de causæ cognitione, An in istis requiratur causæ cognitio. ¶Secundo dicemus, an requiratur probatio circa causæ cognitionẽ. Dicit Innoc.in c. tua.de coha.cle.& muli. in secunda magna glo.in ver.itẽ post

69 citationem. Quòd † etiam in notorijs requiritur causæ cognitio, & ꝙ non debet procedi ad sñiam diffinitiuam non auditis defensionibus volentis se defendere contra notorium, & quòd aliter sñia non valet, & de hoc vr̃ tex.in cle.sępe.de ver. signi. ibi, non sic tñ iudex litem abbreuiet, quòd probationes necessariæ & defensiones legitimæ omittãtur: & sic vult iste textus, ꝙ sicut in plenarijs requiritur causæ cognitio, l.iudex. C.commi.vel epi.& dixi s̃.in glo.summæ. Ita etiam vbi proceditur sine figura iudicij, aliter sñia nõ valet, l.ex stipulatione. C.de sen. Subdit tñ Inno.vnum verbum ibi, ꝙ si iudex audiuit allegationes, & noluit admittere ꝓbationes, ꝙ sñia valebit in summarijs & notorijs, licèt non in causis ordinarijs. ¶Ista quæstio habet duo puncta: Primò, si sententia lata, in qua non apparet quòd iudex de causa cognouerit, vel probationes non admiserit, an illa sit nulla, & ista pendet ex duabus causis. Prima vtrum causæ cognitio & omissio probationum sit de substantia iudicij, ita quòd eius omissio reddat sententiam ipso iure nullam. Secundo præsupposito, quòd ꝓ substãtia ista requirant̃, an si apparet sñia lata, ista præsumant̃ inter-

70 cessisse. ¶Ad primũ Doct. varia dicunt: Nã † Spec.in tit.de offi.iud.in §.1.in 1.col.nõ dicit, ꝙ causæ cognitio sit de substãtialibus iudicij, & hoc ẽt sequitur de ꝑpar.iudi. vbi cognitionẽ cãæ nõ enumerat inter substãtialia. Contrariũ sentit Inno. in d.c.tua.vt supra dixi. Calde. aũt tenet, quòd sententia lata sine ꝓbationibꝰ valeat, & hoc vr̃ sentire Hosti. qui dicit, quòd ille qui opponit exceptionẽ contra notoriũ, melius facit si appellat ipsis nõ omissis. Ioan. An. variat, nã aliqñ dicit, ꝙ qñ nõ admittunt̃ exceptiones & defensiones cõtra notoriũ, ꝙ tunc talis debet appellare, & hoc modo recitat dictum Innocen. & sic sentit quòd sententia tenet. Postea in alia parte recitando sententiam Innoc.tenet, quòd non sit oppositum ab appella-

pellatione, & sic sentit sententiam fore nullam. D.Anto.in c. vestra.concludit,quòd sola omissio defensionis non facit sententiam nullam, sed iniustam : & ita dicit quòd concludit in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.& hoc, quia multa possunt mouere iudicem ad non admittendas defensiones, quæ non patent, de probat.in præsentia.& de re iudi.sicut.Hoc tamen intelligitur verum, nisi fuisset tanta temporis breuitas,quòd constaret manifeste,quòd nulla fuisset causę cognitio,quia tunc sententia non valeret,iuxta nota.per Bar.in dicta l.prolatam.C.de sen. Mihi videtur dicendum,ꝙ causæ cognitio sit vnum de substantialibus iudicij, & ꝙ eius omissio reddat sententiam nullam ipso iure,per tex.in dicta cle.sæpe. Et ideo quomodocunq; appareat, siue ex breuitate temporis,siue ex alia causa,ꝙ iudex non adhibuerit causæ cognitionem,sententia erit nulla.Quid.n.si condemnatus ostendit, ꝙ ipse opposuit exceptiones, & obtulit se illas incontinẽti probaturum, & exceptiones erant apparentes legitimæ contra notorium:tunc credo,ꝙ sententia non valeret,& est de mẽte Innoc.in c.post electionem, de concess.præben.Idem si condemnatus dicat se nunquam fuisse citatum,nec datus aliquis terminus ad exceptiones ꝓponẽdas vel defensiones faciendas; & hoc vult ostendere per inspectionem actorum:& tunc sententia esset nulla,& tunc sentit Bar.in dicta l. ij qui ad ciuilia.C.de appel.Et quòd causæ cognitio sit de substantialibus, probatur, quia in ipsa requiritur partis citatio,l.in causæ.§.causa cognita.de mino.tamen qua quis possit facere defensiones suas, quæ fuerũt de iure naturali, l.facultas.C.de iure fisci lib.11.& in clem.pastoralis.de re iudica.Istius ergo cognitionis omissio reddit sententiam nullam ipso iure, quando constat quòd sit omissa vt dixi: & ideo si partes contiterentur, quòd nulla fuit adhibita causæ cognitio, & quòd sine causæ cognitione exceptiones & defensiones fuerunt
71 rejectæ, sententia esset nulla. Quid † autem in dubio, si sententia apparet lata, an præsumatur cum causæ cognitione lata? tunc procedit quod dixi supra in glo.summæ,quòd presumatur lata cum causæ cognitione, si fuit lata parte præsente vel contumaciter absente, vt dixi supra in glo.summæ : & tunc non esset sententia nulla,si nõ appellaretur, sed est opus quòd appelletur per prædicta.Sic intelligo quæ scribunt doc.
72 ¶Nunc † videamus, an in notorijs fiant probationes vel sint necessariæ.glo.in c.manifesta.in ver.in notorio facti cõtinui, videtur concludere, ꝙ in notorio facti continui nullus ordo iuris requiratur, & per consequens concludere, ꝙ nulla probatio requiratur.In notorio vero facti interpellati dicit,ꝙ requiritur semiplena probatio,alleg.de vsu.cum in dicœcesi. In notorio actus non permanentis illud potest probabiliter negari, extra de sorti.ex tuarum.in parte decisa,& sic in isto videtur requirere probationem plenam. In notorio vero iuris quando aliquis est confessus vel conuictus,& tunc in isto notorio contra negantem requiritur probatio quãdoq;: allegat de re iudi.sicut. Item quia non sufficit qñq;,ꝙ quis sit confessus, nisi etiam sit conuictus, vt infra q.6.§.nullus.In notorio autem præsumptionis dicit ꝙ sufficit ꝓbari,ꝙ aliquis fuit publicè habitus ꝓ filio alicuius,& nõ requiritur postea alius ordo iuris,de fil.presby.c.fi.quia ꝙ aliquis sit vere filius alicuius viri istud non potest vere probari,vt de cõdi.& demon.l.Lutius.Ista sunt formalia verba gl.Inno.in c.vestra,seu in c.fi.In gl.magna vr̃ cõcludere in verbo,notoriũ facti.istud idẽ. Addit tũ vnũ,ꝙ in notorio facti momentanei requirunt oĩno ꝓbationes:& vult,ꝙ ꝓbet factũ,& illud notoriũ fuisse factum. Cuius contrariũ sentiunt legistæ,qui dicunt, ꝙ sufficit ꝓbare solum qualitatem notorij, ẽt si non ꝓbet factũ,vt not. in l.1. C.qui & aduersus quos.& in l.ea quidẽ.de accusat. & de hoc statim dicam in quæstione, quando in notorio probationes requiruntur, an sufficit ꝙ probetur, ꝙ solum notorium esset, an vero requiratur ꝙ etiam probetur ipsum factum, & non sufficiat sola probatio notorij.Glo.autem infra eod.in §. quando autem.el 2.aliter cõcludit,dicit enim,ꝙ si factum est commissum iudice sedente,tunc potest de illo statim ꝓnunciare,ac si probatum fuisset per testes coram eo,quia non est
73 melior † probatio quàm ipsius facti coram iudice commissi, l.2.in fine.ff.de ferijs.& l.si minor 25. annis ex aspectu. ff.de minoribus. & l. si irruptione. finium regundorum. sed si non est factum iudice sedente pro tribunali, tunc si reus confitetur factum esse notorium, tunc aliter probare non est necesse.a it negat esse notorium, & tunc cùm per negationem res sit facti dubia, vt l.3. C.quibus ad liber. proda. non licet. & tunc est opus ꝙ probetur notoriũ,quod dicit posse ꝓbari per duos testes Et nota, quia dicit probari notorium, & non dicit probari factum : debet ergo qualitas probari, licet non probetur factum, & hoc etiam si iudex sciret vt priuatus factum fuisse commissum, notorieque innotescat tunc sibi non vt publicæ personæ & vt iudici, sed vt priuatæ, & sic non potest secundùm suam conscientiam iudicare, l.illicitas. §.veritas.de offi.præsi. nota.in c.1.de offi.ordi.Et pro ista sententia facit tex.in l.si verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satis. cogan.& l.ciues.C.de appel. quia iura dicũt, manifestum debere probari : sed omne notorium est manifestum, licèt nõ econuerso, & istud videntur tenere Legistæ in iuribus præallegatis.Glo.autem in cap.cum dilectus. de purga. cano. videtur absolute dicere, ꝙ in notorijs probationes non sunt necessariæ : & de hoc videtur textus infra eo.cap.de manifesta.ibi,non sunt quærendi testes. & hoc videtur tenere glo.2. in l.1.C.qui & aduersus quos.& illam glos. sequuntur aliqui moderni legistæ in casu illius legis,quia ibi erat notoriũ actus manentis, quia præbebat euidentiam sui,vt decurio non solum iudici, sed toti populo,& ideo ibi secundùm suam conscientiam, seu notitiam poterat iudicare absque alia probatione,quia in certis non certis locus est extrinsecis adminiculis, l.continuus.§.illud.de verb. obli. sed in notorijs actus transeuntis, vt sunt delicta, non sufficit scientia iudicis, vt priuati, nisi probetur illa qualitas notorietatis : Ita loquitur lex ea quidem.cum sua glo.C.de accusat.Istam primã sententiam,ꝙ non requiratur probatio,tenet glo.in l.3. §.ciusdẽ quoque principis. & ibi glo.in verbo confirmat.in fi.& Inno. in glo.1.versi.& dicas generaliter.dicens ꝙ in quolibet notorio valet processus absque aliqua probatione, licèt sit tutius ipsas recipere : allegat de elect.bonæ.& cap.veneralilem.qui textus in cap.bonæ.bene probat ibi in vers.porro excessus notorius examinatione non indiget. Et istud tenet Ioan. Calde. vt refert Spec.in titu.de notorijs. ꝙ in ipso non sit necessaria probatio : Nam fit probatio ad finem faciendi fidem, & iudicem certificandi:Nulla autem est maior probatio quàm notorium,igitur nulla requiritur probatio. Omitto plurimas alias considerationes & opin.quas refert Innoc.in dictis glo. faciens aliquando differentiam, quòd quando proceditur cõtra præsentem, & negatur notorium, quòd tunc sit opus ꝓbare,secus si contra absentem procedatur, quia non approximant veritati : Specu.verò in titu.de notorio.ad finem dicit, ꝙ si iudex procedit ad instantiam alicuius, dicit quòd tunc est necesse ꝙ notorium probetur : Sed si procedit ex officio, non est necesse ꝙ probetur.¶Ioan.And.vult, ꝙ si iudex profert sententiam, antequam factum probetur notorium, ꝙ si in veritate notorium est,ꝙ sententia tenet : Hoc tamẽ postea limitat, qnando proceditur parte absente,vel quando ex iudicis officio : Si autem parte instante, tunc est opus ꝙ probetur notorium.Sed postea in addi. Spec.in tit.de notorio .concordat opiniones dicens, ꝙ in facto recenti oportet ꝙ probetur factum per duos testes, qui dicant se præsentes actui fuisse,& demum probetur illud factum esse notorium, nec sufficit alterum in facto antiquo, quod est retentum hominum memoriæ,dicit esse probari necesse notorium,nec est necesse probari factum per testes : & dicit, ꝙ fuit dictum Nicolai de Mat.Mihi vr̃ sic dicẽdũ,qm̃ ista materia est periculosa, nec vr̃ per Scribentes mihi bene declarata:Nam interdum factũ, qd̃ deducit & dr̃ notorium,est coram iudice in iudicio sedẽte pro tribunali cõmissum,& tũc nõ est dubium ꝙ est notorium, si erat de eo pro quo in iudicio sedebat, vt est exẽplũ, Iudex examinauit testes,& in examinatione testis falsum deposuit: certe istud delictũ est adeo notoriũ,ꝙ iudex causarũ ciuiliũ, corã quo dixisset,ẽt qui nõ habuisset cognitionẽ criminaliũ, posset ipsum punire officio iudicis mercenario, ẽt si nõ haberet aliàs facultatẽ pœnã imponendi : ¶Iste est tex.cũ ibi not. in l.nullũ.C.de testi.Et hoc est quod hr̃ in passione dñica de principe sacerdotũ,qui dixit scindẽdo vestimenta sua, vt qd indigemus testibus.quasi dicat,nõ est opus eis.& subdẽdo dixit,audistis blasfemiã,blasfemauit. Istud igitur Christi dictũ fuit ibi notoriũ. Et ideo super hoc an sic dixisset,non est opus alia probatione:& hoc est quod voluit gl.j.eo.§.qñ autem.cũ dicit,ꝙ si fit aliquid coram iudice sedente ꝓ tribunali, posset statim punire ac si esset probatum testibus coram eo, quoniam melius probatur aliquid per ipsum factum, subaudi q̃ per testes, l.2.in fi.ff.de ferijs. & de appellat. dilecti. & ff.de minor. l. minor 25. annis ex aspectu. dico igitur, quòd si non reuocaretur in dubium aliud, nisi ipsum factum,an fuerit factum, quod tũc est adeo notoriũ,ꝙ nõ est opus iudici ꝙ producat testes vel probationes, an sic fuerit factum, non tamen dico vt dixit glo.ꝙ posset statim punire, nisi quando non adhiberentur aliæ defensiones, nisi quòd negaretur factum : Nam si aliæ defensiones opponerentur, succederent ea, quæ statim dicam : Et vt sit istud factum notorium, sufficit quod nat coram iudice sedente pro tribunali, ad hoc etiã si non hat in conspectu populi, vel maioris partis, vt videntur requirere alij scribentes : quia sufficit, quòd sit populus, qui consueuit in iudicijs interesse, vt est textus in cap.cum dilectionis.de purga.cano.ibi, vtpote cuius vniuersæ viciniæ populus testis erat. & ista sunt indubitanter vera, quando factum coram iudice commissum erat tale, pro quo iudex
74 sedebat pro tribunali. Sed tunc est † dubium, pone quòd iudice sedente pro tribunali aliquis in cõspectu eius committit homicidium, an istud dicetur notorium, adeo quòd alia ꝓbatio non sit necessaria. Glo.in dicto §.quando autem,videtur tenere quòd alia probatio non requiratur: quod secus esset si fieret in conspectu iudicis & multorum ipso pro tribunali non sedente, vt est textus in dicto §. quando autem. secundùm Gratianum. ¶Sed Ioan.Cald.tenet contrarium, dicens quòd licèt tale homicidium committatur iudice sedente pro tribunali, tamen cum iudex ad hoc non sedeat, non debet dici commissum ipso pro tribunali sedente; Probat hoc duabus rationibus : Primò, quia hoc ipse iudex percepit per sensus corporeos, vt in cap.cum causam.de testib.& de testa. l.qui in testamento. & l.stipulatio ista.§.hij quoque. & quod ibi no.de verbo.obliga. Sed sensus corporeos ipse non habet vt iudex,sed vt priuatus, igitur &c. ¶ Secundò, quia maleficium non fit ad hunc finem in iudicis conspectu, quantumcunque iudex sedebat pro tribunali, vt informationem ipsius maleficij iudici præbeat, & sic non potest dici quòd ei vt iudici innotescat. Non obstat lex 2.de ferijs. & l.minor 25. annis ex aspectu.de minori. & l.si irruptione.§.fina.ff.finium regun. quia in istis iuribus res subijcitur oculis iudicis vt iudici : Ego autem credo, quòd quando factum fit in conspectu iudicis sedentis pro tribunali, illud possit innotescere sibi vt iudici : Nam iudex sedendo pro tribunali sedet ibi vt duplex persona, primo vt priuatus, secundo vt iudex, vt l.si consul.ff.de adop.& l.1.§.1.ff.de offi.consu.& ff.de offi. prætor.l.2.& sic sequitur, quòd vt duplex persona videt : vt publica persona, quia iudex : & vt priuata, quia est dragonectus. Et ex hoc sequitur, quòd illa quæ percipit per sensus corporeos percipit vt iudex & publica persona, & vt priuata, & sic non obstat primum contrarium, aliàs sequeretur quòd non posset sententias proferre, si gesta in iudicio non diceretur percipere vt iudex, contra titulum de sententijs : Nec posset ex aspectu iudicare contra l.minor 25.annis ex aspectu.ff.de mino. Non obstat secunda ratio,quia licèt committens maleficium non faciat ad illum finem vt iudici iudicialiter innotescat, tamen ipse iudex vt publica persona & ad quem spectat maleficia punire iam posset informationem capere ex tali maleficio, vt publica persona, vt dicta l.2. de ferijs. in fi. & dicta l.minor 25.annis ex aspectu. Sicut enim factum iam in esse productum potest iudici innotescere per inspectionem, ita quando actus est in fieri, vel in ipso actu fiendi potest suscipi a iudice, vt a publica persona ad finem puniendi, & posset statim punire si non allegaretur aliqua
75 legitima defensio, quia in his † quæ sunt de genere prohibitorum dolus adesse præsumitur, l.1.ff.de sicca. & in cap.1. de præsump. Sed si vellet dicere, quòd fecisset iuste lege permittente, audiretur, & in hoc admitterentur testes ad probandum istam excusationem, sed non ad probandum aliquid de notorio, dicta l.2.de offic.præto.& pro hoc est textus in l.penult.C.qui accusa.non possunt.vbi si seruus accusat dominum præterquam de crimine læsæ maiestatis, statim ex hoc puniri potest, & ista probantur in dicta l.nullum. de testi. Non enim ad hoc sedet iudex vt testis falsum dicat, & tamen si dicit potest eum punire. Concludo ergo, quòd quando factum est factum iudice sedente pro tribunali, ita quòd potest innotescere sibi iudici, vt iudici, quòd iudex potest habere illud factum pro notorio, & super ipso facto nõ sunt necessariæ aliæ probationes : non dico tamen, vt dicit glos. quòd statim eum punire posset, si forte vellet dicere legitime fecisse,vt quia occisus erat transfuga ciuitatis, ita quòd licebat eum occidere : super hoc bene admitterentur probationes, non super ipso facto an fuerit factum, vel non : & ex hoc infero, quòd si iudex conseruatorum,qui debet conseruare monasterium contra notorias iniurias, ꝙ si iuisset ad monasterium vt se informaret, an violentiæ commissæ fuissent, & tunc si citatis partibus vna partium intulisset violentiam monasterio, non credo quòd esset opus alia probatione ad fundandam iurisdictionem ipsius iudicis conseruatoris : Sic possunt intelligi quæ notantur in c.1. de offi. deleg.lib.6.& hæc in commissis in conspectu iudicis sedentis pro tribunali.Sed si non esset commissum eo sedente pro tribunali, sed eo existente vt priuato, tunc si notorium est facti continui, tunc dico idem,ꝙ probationes non requiruntur
76 super hoc,an illud sit notorium vel non : & ratio, quia † quando factum habet actum continuum, innotescit toti populo, & statim quod proponitur in iudicio innotescit iudici, vt iudici, & vt priuato : Et ideo ꝙ palatium ducis sit apud sanctum Marcum hoc est notorium toti populo, & istud statim quod reuocatur in dubium in iudicio constat iudici vt notorium, & non fieret istud notorium negatione dubium, quia
77 † quando probationes constant contrariæ,sola negatione nõ fit res dubia, vt notant Doct.in l.post rem. de transact. & in l.1.C.de procura.Et ideo si inquireretur contra aliquem,qui diceret Christum nõ fuisse crucifixum,& talis inquisitus prẽsens negaret Christum fuisse crucifixum, vel hoc esse notorium, certe nullum istorum esset opus probari, quia constat de contrario notorie,& est contra negantem non solum præsumptio sed notorietas:& ideo eius negatione non fieret res dubia,quia res non fit dubia per negationem,quando habet præsumptionem contra se, no. Archi.j.in §.quando autẽ. vera est ergo sententia gl.ꝙ in notorio facti continui non est opus probatione,maxime quia iudex potest subire factũ oculis,l.si irruptione,ff.fini.regun.Sed videndum est de notorio
78 facti interpellati.In hoc † ego dicerem,quòd si tale notorium pars, contra quam proceditur,confitetur illud esse notoriũ, tunc non est opus alia probatione,vt sentit glo.in §.qui autẽ. infra eo.dũ dicit,ꝙ si negauerit,quasi dicat,secus si cõfitetur, quia quæ proponuntur in libello quo ad modum procedẽdi, haberentur pro veris, ex quo partes non inficiantur etiam quo ad fundandam potestatem iudicis,vt no.Innoc.in c.cæterum.de iudi.& de fo.compe.c.conquestus.& c.si clericus.Et si pars negaret notorium quod est notorium toti populo totius ciuitatis, ita quòd non est notorium solum viciniæ,tunc ego credo quòd non esset opus ipsum probare: de hoc est textus in prædicta l.1.C.qui & aduersus quos.ibi enim erat factũ interpellatum,quia loquitur in facto,in quo versabatur factum hominis,& sic est necesse quòd haberet causam discontinuã, l.foramen.ff.de serui.vrba.prædi.& tamen quia illud factum transibat in notitiam totius populi, igitur dicebatur & erat notorium : Ex eo enim quòd ibi exhibebat euidentiam sui, quia erat & stabat inter decuriones, illud enim erat notum non solum iudici vt iudici, sed toti populo, & ideo tale notorium constat iudici vt iudici, & ideo non indiget alia probatione : & hoc probat textus in dicto cap.bonæ memoriæ Maguntino.in ver.contra legati. Nam ibi erat notorium Varmatien.Episcopum in ecclesia Maguntina vt postulatum ministrasse, & illud erat notorium facti interpellati, per ea quę supra dixi. & ideo ibi non erant necessariæ probationes : & hoc est quod voluit glo.in cap.ad nostram. el 3.de iureiuran. licet illa glo.dicat, quando erat notorium in prouincia. Ego dico, quòd idem quando est notorium toti populo, in quo residet iudex, qui iudicare debet, quia non potest innotescere toti populo, quin etiam innotescat iudici vt iudici : & ideo potest tunc secundùm suam notitiam iudicare absque alia probatione : Et ita intelligo iura & glosas quæ dicunt, ꝙ notoria probatione non indigent : Nec fieret modo per negationem res dubia, quoniam habet nunc probationem totius populi contra se : & hoc etiam habet locum in notorio facti momentanei etiam antiqui,qñ tale factum innotuit toti populo, & fuit etiam conseruatum factum antiquum in memoria populi per Scribentes vel alios,qui ista in memoria populi continuo conseruauerunt,& ideo Christum fuisse crucifixũ,& Cæsarem libertatem Romanam vsurpasse,& Cõstãtinum fuisse primũ publicũ Christianũ Imperatorẽ, ista sunt notoria, ita ꝙ ꝓbatione non indigent, nec negatione obscura fiũt.sed si esset notorium facti mometanei vel interpellati, quod nõ innotesceret toti populo,sed solũ vicinis, vt in casu cap.cum dilectus.de purga.cano.vel esset notorium solũ illis, ad quos spectat talia scire,vt dicã in materia notorij,cùm ponã eius diffinitionẽ,tunc si tale notoriũ non innotescit iudici vt iudici,tunc si qualitas notorij requiritur ad fundandam iurisdictionẽ iudicis,q nõ habet aliàs iurisdictionẽ in causa, nisi

illud in quo cognoscit sit notorium, vt communiter habent iurisdictionem conseruatores, tunc debet probari qualitas notorij, quia non sufficit iudicem habere iurisdictionem, nisi innotescat sibi quòd habeat, vt l.multum.& quod ibi no.ff. de condi.& demon. notant canonistæ in cap.prudentiam. de offi.deleg.& dicam statim in sequenti q.& hoc casu sufficit ꝓbare qualitatem notorij, nec est necesse quòd probetur factum, vt no.in l.ea quidem. C.de accusat. Ita debet intelligi gl.in c.1.de offi.deleg.lib.6.& potest iudex se informare summariè, vt videatur si sua est iurisdictio, l.si quis ex aliena.ff.de iudicijs.& hoc casu credo, quòd si aliter procederet, non habita ista informatione, quòd talis processus non valeret. Si autem requiritur qualitas notorij, non respectu exercendæ iurisdictionis, sed ad finem, vt reguletur processus, tunc dicunt aliqui, quòd si iudex eligit via ordinaria & iurisdictione seruata, & tunc nõ requiritur alia informatio super notorio. Sed istud ego credo verum, quando potestas procedendi ordinarie esset in sola facultate iudicis, & tunc potest si vult assumere viam ordinariam, vt no.glo.in dicto cap.ad nostram. in glo.2.& idem si parte volente: sed si pars vellet quòd procederetur, vt super notorio, tunc siue iudex eligat hoc, siue pars velit, dicunt communiter Legistæ in dicta l.ea quidem: ꝙ debet probari qualitas notorij: Ita concludunt in l.1.C.qui & aduersus quos.& hoc est de mente Gratiani infra in §.quãdo autem.& dicunt Legistæ in d.l.ea quidem.ꝙ non statur dicto denunciatoris, quòd factum sit notorium: & hæc militãt in notorijs facti continui interpellati vel momentanei. In no
79 torio autem iuris, videlicet † quando quis est confessus conuictus vel condemnatus: Glo.prædicta dixit, ꝙ quandoq; requiritur probatio, allegat de re iudi.c.sicut.& bene dixit quãdoque, quia dictum suum est verum quãdo esset coram alio iudice, vel cum alia parte, vel in alia causa: Sed si essent eędẽ personæ, eadem causa, & idem iudex, non esset opus alia ꝓbatione, vt no.in l.si intra.ff.de re iudic. Hinc est, quòd isto casu proceditur ad executionem parte etiam non citata, vt
80 ibi, & in dicta l.si intra. In notorio † autem præsumptionis cõcludo ut hic cum glo.quòd sit necesse probari eum pro filio
81 habitum, nec est opus probare ꝙ sit vere filius, quia ex † parte patris paternitas probari non potest, nisi præsumptiue: Mater verò semper est certa, vt l.quia semper.ff.de in ius voc. Sed ex parte patris est impossibile probare filium vere, de cõ-
82 di.& demon.l.Lutius. Sed dubium insurgit, an † si iudex vbi debet capere informationem de notorio, si non recipit illam informationem, sed procedit super notorio, an processus teneat. Inno.in glo.mag.circa princip.in dicto cap.vestra. seu in dicto cap.fi.de cohabi.cler.& mulie. videtur dicere, ꝙ etiam si iudex se nòn informauerit, ꝙ processus teneat & valeat, & ꝙ sufficit iudici factum esse notorium & certum in suo genere, etiam si non constet iudici: Et istud tenet Hostien. Ioã. And. & Pau. allegant infra in cap.de manifesta. Nam dicunt sufficere constare de notorio post sententiam, quia eo ipso ꝙ deducitur sibi in iudicio vt notorium, informationem habet a iure, quid debet facere, l.2.in fi.de ferijs.& hæc sequitur Innoc.de elec.bonæ. vbi dicit talem examinationem requiri ad cautelam, & ibi ponit in verbo, notorium. & in alia parte sentit, ꝙ proceditur vt super notorio, & est verum ꝙ sit notorium, & tunc valet processus: Sed si non erat notorium, processus non valet. vnde in cap.vestra: dicit, ꝙ si est delegatus iudex, attenditur forma delegationis: Nam si delegans assertiue disponat factum esse notorium, tunc non est opus alia informatione, secus si rescriberet dicendo, si est ita, tunc non valeret non habita mentione, per nota.in c.cum oporteat. Si est ordinarius, tunc si nõ negatur per partem præsentem esse notorium, tunc dicit ꝙ valet processus non habita alia informatione, per illa, quæ dixi supra in proxima q.quando pars confessa est esse notorium: vbi autem procedetur in absentem vel præsentem negantem notorium, tunc dicit ꝙ credit non valere processum, nisi se aliter informet de notorio: Nam vbi aliqua qualitas exigitur ad fundandum modum & qualitatem processus, oportet ꝙ super illa ante iudex se informet, & quòd de illa constet sibi, per textum in l.hæc autem. §.non defendi.ff.quib. ex cau. in posses. eą. Faciunt nota. in l.multum.ff.de condi.& demonstra.quia igno-
83 rantia † vel error circa id, quod est necessarium actui, vitiat actum, l.quæro.ff.de eo qui pro tuto. facit de acquiren. hæredit.l.is qui putat se necessarium. cum duabus l.se. Sed hic est aduertendum, quod dicitur in dicto §.non defendi. loquitur.n.solum quando proceditur contra minores, vt not. Cyn.in l.cum proponas.in 8.qõ. C.de bo.auct.iudi.pos. tunc est verum quòd error vel ignorantia facti impediat actum, quando talis ignorantia vel error tendit ad impediendum propositum disponentis, quia tunc non putat esse quod est: ratio est, quia non videtur illud velle quod putat fieri non posse, vt not.in dicta l.is qui putat.de acquir.hæred.licèt cõtrarium notetur in l.qui se pupillum.eod.titu.& male. Sed si opinio iudicis procedentis super notorio concordat cum veritate in eo quod sit necessarium actui, licèt erret in causa vel eam ignoret, tenet processus, l.2.§.1.ff.de iudi.& ff.de acquiren.hæredi.l.si quis extraneus.§.1.& l.sed & si de sua.§.fin.& ideo quando concordat veritas cum opinione, tunc talis ignorantia vel error non nocet actui: Sed si opinio discordaret a veritate, tunc impediretur. Et ex istis infertur, quòd est vera illa sententia Innoc. quòd si processus est super notorio, & in veritate est notorium, quòd tunc teneat processus, etiam si iudex ignorat esse notorium, vel si non inquirat veritatem an sit notorium: secus si procederetur, vt super notorio, & non esset notorium, & tunc non valeret processus: Ita debent intelligi, quæ scribit Bart.in dicta l. hæc autem.§.non defendi.ff.ex quib.cau.in posses.eatur.& in l.multum.C.de condi.& demonst.& ista sunt de mente Doc. vt not.in l.3.§.conuenire.ff.de iudi.& ideo si fertur sententia contra absentem citatam, antequàm sit facta relatio iudici, sententia non valet, quia oportebat ꝙ constaret iudici de contumacia, vt valeret sententia, quia si ignorat ea, quæ scit esse necessaria ad sententiam, & tunc non valet actus:
84 hinc est, quòd † si iudex ferat sententiam contra contumacem, antequam ei sit nota contumatia, non tenet sententia, quia ignorat id quod est necessarium ad sententiam, quæ fertur contra absentem.& ita loquitur textus in dicta l.hæc autem.§.non defendi. Sed ad hoc quòd processus teneat in notorio, non est opus quòd iudex sciat, sed sufficit quòd putat esse notorium, quando opinio cum veritate concurrit, per prædicta iura. Concludo ergo, quòd valet processus iudicis ignorantis notorium, quando putat esse notorium, quando veritas cum opinione concurrit. Qualiter autem iu-
85 dex † debuit se informare de notorio? Concludunt omnes Docto. quòd potest super hoc notorio se informare, & de plano parte etiam non citata, & receptis testibus etiam parte ad eorum iuramenta non citata: & hoc dicit in fine primæ glo.magnæ, per textum in cap.bonæ. de elect. & allegat l.si vero.§.qui pro rei qualitate. ff.qui satisda. cogan. & hoc tenet Archidia.de offic.delega.cap.1.lib.6.in verbo, exigunt. vbi dicit etiam, quòd etiam exceptiones non admittuntur contra testes: & refert ibi Hostien.dicere, ꝙ potest de hoc notorio inquirere etiam non sedẽdo pro tribunali inter partes, infra quæst.3. præuaricationem. ver.abolitio. Pro hoc est quod not.Innocen.in cap.bonæ. de electio. in verbo, licet enim. & de accusat.non oporteat.in verbo, cum inter partes. & in dicto cap.1.dicit, ꝙ habebit primum recursum ad famam super informatione notorij: de hoc glos. & Archid. infra 2.quæst.3.eorum. & sufficiunt tantum duo testes ad faciendum fidem de notorio, vt dicit glo.infra in §.quando autem.¶ Vlterius contingit dubitari, an sufficiat solum probare notorium & istam qualitatem, an vero sit necesse, quòd etiam probetur quidditas, seu substantia facti: & hoc potest intelligi duobus modis: Primo, an notorium probari possit non probato aliquid de quidditate, seu substantia facti. Secundo dico, ꝙ possit probari sola qualitas notorij, cui etiam est necesse ꝙ probetur factum. Innocen. in cap.
86 tua † nos. de cohab.cler.& mulie. videtur velle, ꝙ per duos debet probari factum, & vltra hoc ꝙ sit notorium, & hoc dicit in glo. magna circa principium, ver. notorium facti. Et pro ista opinione facit, quia istud notorium est qualitas, quæ non potest esse sine subiecto, l.eius qui in prouincia. circa fi.ibi, quoniam non possunt videri bonæ fidei possessores, qui possidendi animum non habent. & est textus in l.2.ff.de vsufru.& l.1.ff.communia prædiorum.& de verbo.signi.l.quid aliud.no.glo.in l.si arbiter.in fi.1.glo.ff. de probat. non ergo posset deponere de qualitate alicuius facti, quod sit notorium, si non habetur noticia ipsius facti: per hoc facit quod dicit Innocen. in cap.veniens. de verborum significatio. in glos.magna ad finem, quòd no-
87 torium est tantum † de recenti præterito vel de præsenti, quod per testes probari potest: & in hoc differt a fama, quæ potest esse de facto antiquo: Et huic sententiæ consonat Archid.in c.1.de offi.deleg.lib.6.qui dicit, ꝙ quãdo defecerunt omnes testes, qui viderunt factum notorium, quòd tunc illud desinit esse notorium & transit in famosum: Et potest esse ratio istius dicti, quia non potest probari factum fuisse, nec aliqui possunt testificari, quòd audiuerint ab illis qui viderunt, cum illi iam defecerint. Item quia testes, qui non deponerent de visione facti, non poterunt deponere de eius notorietate, nisi ex eo, quòd audierunt a maiore parte populi, vel debentium scire, qui viderunt tale factum fieri. Sed tale testimonium de auditu non videtur sufficiens, iuxta not.in dicta l.testium. C.de testib. quoniam deponunt de eo quod perceperunt sensu alterius, & hoc videtur tenere Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de notorio. vbi dicit secundùm Nico.de Mata.quod in facto recenti oportet quòd duo saltem testes deponant de substantia seu de quidditate facti. Sed in facto antiquo, in quo admittitur testimonium de auditu, vt not.de testib.veniens.& de verb. signific. veniens.el 1.ibi, bene possunt probare de notorio non probato de quidditate facti: & istam opin.videtur sequi D. Ant. de Butr. dicens tamen quòd in facto recenti non est opus, quòd testes probent de facto, sed solum sufficit quòd probent, quòd populus fuit præsens facto, si testis non viderit factum, & populum fuisse præsentem facto. Item testes solum deponentes de qualitate notorij non deponunt, nisi quia etiam ferunt factum alienum, ergo eis non est credendum, l.3.§.item diuus.ff.de testib.& maxime de criminibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores: Ego vero credo, quòd qualitas notorij possit probari per testes, etiam qui nihil probent de substantia, seu de quidditate facti: Nam notorium est illud, quod pro notorietate sciturа maiori parte debentium scire, ex eo, quòd viderunt præsentes, seu præsentes facta perceperunt proprio sensu, vt dixi in diffinitione notorij: Sed veritas istius qualitatis, quę dicitur notorium, est apud populum vel maiorem partem populi, seu debentium scire, igitur si probatur per duos testes, qui dicant audiuisse a maiori parte populi, qui dicerent vidisse, & præsentes fuisse, quando tale factum fuit perpetratum, certè isti probarent, sicut quando testes probant alicuius facti memoriam extare, eo quia dicunt quòd audiuerunt etiam ab vno, qui dixit quòd viderat opus fieri. Non obstant contraria, nam quando apud illas personas consistit veritas eius quod probatur, sicut quando deponunt, quòd audiuerunt ab illo, qui vidit opus fieri, quia in isto tali consistit veritas probationis, idest memoriam extrare: Isti testes probant, etiam quamuis audiuerint ab vno, vt no.in l.si arbiter.de probat. Sic in proposito veritas, quòd aliquod factum sit notorium, consistit apud maiorem partem debentium scire, qui sciant illud fuisse verum etiam factum vt præsentibus, hic probatur notorium, id est qualitas facti absque eo, quòd sit opus aliquid de facto probari: & ita dixi in materia
88 famæ: Nam fama † alicuius facti est etiam quædam qualitas, quæ probatur ex eo quòd testis dicat, quòd ita dicebatur a maiori parte populi, vt dicam infra in cap.manifesta. & ex istis patet, quòd non obstant contraria, quia quando testes dicunt, quòd audiuerunt a maiori parte populi, qui dixerũt factum fuisse coram eis, ij probant veritatis qualitatem notorij, nec referunt ex dictis aliorum, nisi rei veritatem & ab ipsis, apud quos est rei veritas: & ista est conclusio, iuxta ea, quæ dixi in materia famæ in quæstione, quæ incipit, vlterius quæro per quot testes probetur fama. nec est verum absolute quod dicit Archid. quòd desinat esse notorium per mortem omnium, qui viderunt: quia illud esset verum, nisi quando virtus & essentia notorij fuisset confirmata in posteros per legitimos auctores, vt dixerunt D. de Rota sua conclusione tricentesima tertia.& ideo notorium est hodie Christum fuisse crucifixum, & Constantinum fuisse primum publicum Imperatorem Christianum. Dictum Archi. procederet, quando talia facta non essent conseruata in maiori parte illorum, qui postea venerunt. Similiter dictum Inno. non est absolute verum, quòd notorium sit demum de facto præsenti, vel de præterito proxime, quia etiam notorium antiquũ potest probari per testes, qui dicerent audiuisse a suis maioribus, quòd tale factum erat notorium, vt ipse ponit post Nicolaum de Matarellis in tit.de notorio, vt supra dixi. Cõclude ergo, quòd ista qualitas, videlicet quòd factum aliquod sit notorium, potest probari absque eo quòd sit opus de substantia facti, & prodest ista probatio, vt possit procedi, vt super notorio: sed non credo, quòd sufficeret ad condemnationẽ, præsertim in criminalibus, in quibus requirũtur probationes clarissimæ, nisi probaretur de quidditate facti continui interpellati, vel momentanei: sed in notorio præsumptionis sufficit probare id quod supra dixi, quia quantum ad patrem ve-
89 ritas ꝙ sit pater non potest probari. ¶ In notorio † autem iuris, quando est idem iudex, eadem causa, eædem partes, non est opus quòd aliter probetur, vt supra dixi: Sed quando variatur aliquod istorum, vt si esset diuersa persona, tunc vide-
90 tur quòd sit probandum iterum, quia res inter alios † acta nõ præiudicat vel prodest alijs, l.1.& 2.C.res inter alios acta. & probationes factæ cum vno nõ nocent alijs, l.sed & si possessori.§.fi.cum l.se.de iureiuran. & tamen per confessionem vel sententiam res fit notoria, & hoc inter diuersas personas: Sed & an inter easdem, & in alia causa. Istud est incidere in
91 illud dubium, an † acta facta in vno iudicio faciant fidem inter easdem personas in alia instantia? de quo dic per Docto. in l.is apud quem. C.de eden. Et idem in confessione, quando confessata in vno iudicio possent in alio negari, de quo est glo.in auth.qui possessor. C.qui pot.in pig.habe. & not.in dicta l.is apud quem. C.de eden.& in summa in illis personis, ꝙ quibus est sententia, quæ nota.in c.quamuis.de re iudic.& in l.Seiæ.ff.de re iudi.illis obsunt acta. Nunc videndum restat,
92 quando in † medio litis contingit exceptiones opponi, an in illis notorietas aliquid operet̃. Pone enim, quòd aliquis spoliatus agit possessorio recuperandæ, & ei objicitur, quòd eius possessio erat notorie seu euidenter iniusta, an tale notorium impediat suum possessorium, vt ei non restituatur possessio? videtur quòd non, quia spoliatus est ante omnia restituendus, l.si quis a se fundũ.ad leg.Iuliam de vi. & ideo est quis restituendus, etiam si fuisset prædo, vt in cap.in litteris. & in cap.ex conquestione.& c.1.de restit.spol.etiam si offerret incontinenti se probaturum, non videtur talis exceptio admittenda, quicquid dixerit Innoc.in cap.accepta. de resti.spol.nisi in casu cap.litteras.§.præterea. eod. titu.tamen
93 in contrarium est veritas, quia † possessio spoliati erat euidenter iniusta, non datur sibi restitutio, vt possessorium recuperandæ.no.Innoc.in cap.bonæ.de postu.præla.de causa pos. & proprie.in cap.cum ecclesia.in verbo, affidasse. Et ideo licèt etiam prędoni detur possessorium recuperandæ, vt de resti.spolia.in litteris. tamen hoc nõ procedit quando euidenter constaret quòd fuisset prædo, vt not.in cap.in litteris. & hoc siue sit notorium dispositionis iuris, siue confessionis, vel facti euidentia, siue probationis: Et ideo si agẽti tali possessorio opponitur exceptio notoria, quòd agens non est capax possessionis, de qua dixit se spoliatum, & infans qui dixit se spoliatum, vxor vel sponsa, non est restituendus, de restitu.spolia.in litteris. Idem in notorio hæretico, qui peteret restitutionem possessionis beneficij: Istis sic agentibus obstarent prædictæ exceptiones notorię: Item agenti tali possessorio videtur obstare exceptio notoria defectus proprietatis agentis, de fil.presby.constitutus.& hoc maxime est verum, quando est notorium dispositiosiis iuris, vt in cap.ad decimas.de resti.spol.lib.6.vel si erat notorium facti euidentia vel probationis, vt in cap.significasti.de diuor. Cõtra istud vltimum tamen videtur textus in cap.porro.de diuor.vbi notoriũ defectus proprietatis nõ videtur obesse quin fiat restitutio: ibi enim constabat notorie, quòd mulier, quam vir spoliauerat honore matrimonij, fuerat cognata viri alterius vxoris, & tamen talis exceptio non impedit restitutionem. Ad idem videtur textus in c.ex insinuatione.de procurat.vbi spoliatus etiam iudicis auctoritate prætextu sententiæ nullæ restituitur, nec obest sibi exceptio defectus tituli, vel non canonicæ institutionis. Præterea si objicitur exceptio & defectus proprietatis, quia probetur quòd tertius erat dominus non excipiens, per hoc non tollitur quin possidens iuste potuerit possideri, & sit ei possessio restituenda spoliato, quia non licet excipere de iure tertij, l.cum seruus quisque. C. de seruis fugiti. Propter hoc dominus meus Butr. in cap.in litteris.de restitu.spoliato.dicit, quòd in beneficialibus exceptio notoria defectus proprietatis impedit restitutionem, quando excludit intentionem agentis, licèt non fundet intentionem excipientis: secus in non beneficialibus, quia ibi ita demum excludit intentionem agentis, si etiam fundat intentionem excipientis: & ita possunt concordari opiniones eius quod dicit Innoc.& Doc.in cap.constitutus. de fil.presby.& quod ibi no.Io.An.in addi.Spec.in tit. de resti.spolia.lib.6. Sed per ista non respondetur ad c.ex insinuatione.de ꝓcu. nec ad c.porro.de diuor. Item non respõdetur ad illa quæ dixi ẽ.quãdo possessio est euidenter iniusta, non datur

datur ſpoliato reſtitutio, vt quando eſt euidenter prædo, vel quando notorie prætendebat de iure poſſidendi, quòd ipſum ius non habebat: Loquor etiam in alijs quàm in beneficialibus: vnde ego ita dicerem, quòd interdum exceptio notoria cõcludit notorie nullam fuiſſe ſpoliationem, vt quia notorie conſtat quòd ille notorie non poterat poſſidere, vel ſi poterat poſſidere vel poſſidebat, notorie conſtabat quòd talis poſſeſſio erat iniuſta, & per conſequens non poterat ſpoliari, vt in caſu cap. ex parte. de reſtitut. ſpoliat. Et ſicut in beneficialibus, quando notorie conſtat de non canonica inſtitutione, vt in cap. 1. de re iudi. lib. 6. & ita loquuntur iura, quæ in princip. induxi. Interdum conſtat notorie defectus proprietatis agentis, & tunc ſi talis exceptio docet defectum proprietatis, & fundat intentionem excipientis, quòd proprietas ſpectat ad eum, & tunc excludit agentem, vt in cap. ad decimas. de reſtitu. ſpoliat. quia fruſtra petit quod reſtituturus eſt. Et iſtud eſt quod dixit Barto. in §. nihil commune. quòd ſententia lata in petitorio declaratoria agentem eſſe dominum obſtet victo agenti poſtea poſſeſſorio. ¶ Si verò exceptio defectus proprietatis non fundat intentionem excipientis, tunc ſi non includit notorie poſſeſſionem iniuſtam ſpoliati, daretur ſibi reſtitutio non obſtante defectu proprietatis: & ideo in beneficialibus ſtatim quod docetur de non canonica inſtitutione, docetur de iniuſta poſſeſſione, & non datur reſtitutio. ¶ Non obſtat cap. ex inſinuatione. de procur. quia licèt ibi non doceretur de inſtitutione, ibi tamen non conſtabat notorie quòd non habebat canonicam inſtitutionem: & iſtud plus placet quàm illud quod dicunt quidam in dicto c. ex inſinuatione. quòd exceptio non canonicæ inſtitutionis id eſt ad finem impediendi reſtitutionem non obeſt quo ad partis præiudicium reuocabile: quo autem ad obtinendam reſtitutionem reuocabilem reſpectu iudicis non proficit, niſi doceatur de titulo & canonica inſtitutione. Sed intelligo illud dictum verum, niſi conſtaret de non canonica inſtitutione notorie, quòd tunc etiam quo ad partem impediretur reſtitutio: ex eo autem ſolo quòd agens poſſeſſorio non doceat de canonica inſtitutione, non tamen conſtat notorie quòd non habeat canonicam inſtitutionem. ¶ Non obſtat c. porro. de diuor. quia illa quæ ego dixi, procedunt in notorijs diſpoſitionis iuris, vel euidentia facti, vel cõfeſſionis, vel probationis, & cap. porro. loquitur in notorio præſumptionis, quo caſu non obſtat exceptio defectus proprietatis, vt eſt textus in dicto cap. porro. vbi contra petentem reſtitutionem, vel matrimonium non obſtat exceptio notoriæ conſanguinitatis per confeſſionem partis, vt not. in cap. ex parte. de reſtitu. ſpoliat. ¶ Non obſtat huic ſolutioni cap. ſignificaſti. de notorijs, vbi notorium præſumptionis, quòd mulier fuit adulterata, impedit reſtitutionem: quia ibi in l. certe. notorie concludebat in tantum reſtitutionem denegandam, ſed in caſu cap. porro. exceptio concludebat defectũ reſtitutionis quo ad copulam, & illo reſpectu admittitur exceptio, vt in cap. litteras. de reſtitu. ſpolia. tamen quo ad mutuam ſeruitutem, quam vnus coniugalium debet alteri, illa exceptio non concludebat, niſi poſtquàm diſſoluti fuiſſent auctoritate eccleſiæ: & ideo fit ibi reſtitutio. ¶ Ex
94 iſtis deciditur, quòd † exceptio etiam renunciationis factæ in iudicio obſtet agenti poſſeſſorio in beneficialibus, quia illa eſt notoria, & hoc in beneficialibus: In alijs autem non obſtaret, quia licèt quis renunciet in iudicio rei vendicationis, per hoc non tranſit dominium rei in aduerſarium, vt l. fina. C. de vſucap. pro emptore. vt glo. in l. ſiue apud acta. in verbo pendente. C. de tranſac. No. in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. de verbo. obliga. nam talis renunciatio videtur habere tacitum pactum, renuntio petitorio vt agam poſſeſſorio: & hoc niſi renunciaret reddendo iura ſui dominij aduerſario, tunc obſtaret exceptio: & idem quod dixi de renunc. idem eſt in renũciatione iuriſiurãdi facti iudicialiter in iudicio, vt obſtet vel non obſtet exceptio, ſecundum prædictam diſtinctionem. ¶ In notorio auctoritate rei iudicatæ obſtat exceptio agenti poſſeſſorio, quando agens ſuccumbit in petitorio: In alijs autem non beneficialibus, ſi fuit lata ſententia declaratoria, quòd conuentus poſſeſſorio poſtea fuiſſet dominus, tunc obſtaret exceptio in poſſeſſorio, & hoc quando agitur diſpoſitione ante ſententiã, quia in diſpoſitione poſt ſententiam eſſet recurrendum ad notata in cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſ. & proprie. de hoc l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſ. vbi ponitur, an agenti poſſeſſorio retinendæ vel adipiſcendæ, obſtet exceptio proprietatis. videndum
95 eſt ibi. vnum eſt videndum, quòd quando agitur † poſſeſſorio recuperandæ admittitur exceptio concernẽs poſſeſſorium & petitorium ſimul vt in cap. accepta, de reſtitu. ſpolia. ¶ Item admittitur exceptio inhabilitatis perſonæ, vt in cap. ex inſinuatione, de procur. no. gl. 23. diſt. in nomine domini. Item admittitur omnis exceptio, quando agens contẽtatur, vt in c. 1. de reſtitu. ſpolia. Prædicta ſunt vera, niſi contra notorium allegetur aliquid, quod obfuſcet ipſum, vt not. in dicto cap. ad decimas, de reſtitu. ſpolia. & in cap. cum eccleſia. de cauſa poſſeſ. & proprie. ¶ Inquantum autem dixi notorium confeſſionis vel probationis obſtare, intelligitur quando incontinenti doceri poteſt de notorio. ¶ Vnum non omitto,
96 quòd quando † iudex ſcit exceptiones nororie friuolas ipſe poteſt ex officio ſtatim reijcere, l. 2. C. de falſis. & cap. bonæ. el 1. de poſtu. & dixi ſ̃. quando iudex poteſt ſupplere ex officio: an autem contra agentem via attentati obſtet exceptio notoria proprietatis, tractatur de appella. cap. bonæ. &
97 ibi eſt videndum. ¶ Supereſt nunc, vt videamus, an in † notorijs ſententia requiratur. Glo. & Docto. iuris canonici ſunt varij, & ſimiliter glo. docto. iuris ciuil. Glo. enim infra eod. qui Lotharius. tenet, quòd ſententia ſit neceſſaria, de appellat. cum ſit Romana. in fi. & hoc etiam tenet glo. Ber. in cap. ab excommunicato. de reſcript. vt in cap. ſuper eo. de teſti. cogen. & in cap. ad noſtram. el 3. de iureiuran. & in capit. penult. de purgat. canon. ¶ Contrarium tenet glo. Ber. in cap. ex parte. de verbo. ſignifi. & Innocen. in cap. 1. de verbo. obligat. glo. in l. at qui natura. §. cum me abſente. & illam ſequitur ibi Barto. & in l. vtique ff. de rei vendi. vbi glo. tenet, quòd ſententia ſit neceſſaria. ſed Barto. dicit, quòd illa glo. procedit in notorio, poſtea in l. emptorem. ff. de actio. empt. tenet quòd ſententia ſit neceſſaria. ſed alibi quòd ſufficiat ſolum præceptum, & non ſententia, videtur ſentire glo. & Barto. in l.ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. ¶ Ego ex dictis omnium ſic concluderem, quòd quando exceptio notorietatis opponitur ad impediendum inquiſitionis proceſſum, quando iudex vult procedere per inquiſitionem ſuper facto tamquàm notorio, & pars opponit quòd non eſt notorium, & iſtis caſibus debet procedere, ſicut ſuper qualibet exceptione oppoſita ad proceſſum, iuxta l. 1. C. de ordi. iudi. & l. a procedente. C. de dilat. & l. liberi. in fi. de liber. cau. & l. præuaricationis. de præuaricat. ſi tamen procedit & non pronunciauit expreſſe, tunc an proceſſus ſit nullus, vel veniat annullandus, dicendum eſt vt ſcribit Barto. in dicta l. a procedente. Si verò notorium non opponitur per viam exceptionis ad proceſſum, tunc ſi eſt notorium confeſſionis, dixi in cap. nos in quemquam. vbi dixi in ciuilibus: Nam in criminalibus ſententia eſt neceſſaria, l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reorum. præterquam in criminibus leuibus, vt ſtatim dicam. ſi vero eſſet notoriũ p̃ probationes factas in iudicio, tunc eſt opus ſententia, etiam cum ſolemnitate ciuili: ſed ſi eſſet aliud notorium facti euidentia, vel iuris diſpoſitione, tunc ſi quæris, vtrum ſit neceſſaria ſententia, vt committatur ſtipulatio de euictione, & tunc credo, quòd nõ ſit opus ſnia; tex. eſt in d. l. emptorem. in 2. reſp. ff. de act. empti. licèt Bar. ibi teneat contrarium & male, vt ipſe no. in d. §. cum me abſente. & in d. l. vtiq;. de rei vendi. Si verò eſt aliud notorium facti, in quo nõ tractatur de obligatione euictionis, ſed de alijs effectibus iuris, tunc dic, q̃ ſi eſt tale notorium, quod habet in ſe incluſam ſententiam iuris, & tunc nõ eſt opus alia ſententia, vt ille qui eſt in notorio delicto præſertim fornicationis eſt ſuſpenſus ipſo iure, 1. q. 1. per totum. Not. in c. niſi cum pridem. §. propter cõſciẽtiam quoq; criminis. de renũ. & de temp. ord. ex tenore. Et idem eſt, vt quis dicatur non toleratus, vt ab eo ſubditi poſſint recedere, 32. diſt. §. verum. Tunc enim ſufficit ſola notorietas ſine ſententia, vt in c. ſicut. & c. vra. & c. fi. de coha. cle. & mulie. faciunt notata in c. nihil. & cap. dudum. de
98 elec. Si autem loquimur in alijs effectibus imprimendis † vel exquirendis, & tũc in leuibus omnibus executio delicti notorij poteſt fieri abſque ſententia: Iſte eſt tex. ſecundum primũ intellectum in l. ictus fuſtium. de his qui no. infa. & eſt ratio, quia in iſtis notorium habet vim ſententiæ, vt l. emptorem. de actio. emptio. facit lex is cui bonis. & quod ibi not. glo. in §. 1. ff. de teſtamen. & l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empto. licèt glo. ſentiat contrarium in l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. & illa forte melior in prodigo, vt ſit neceſſe ei interdicere adminiſtrationem bonorum, & ſola notorietas prodogalitatis non ſufficiat, licèt in alijs leuibus delictis notorium habeat vim ſententiæ, vt ab executione incipi poſſit

pi poſſit, dicta l. ictus fuſtium. tunc iudex poteſt ibi præcipere quemadmodum poteſt præceptum facere in ciuilibus confitenti, l. ſi debitori. ff. de iudi. Si verò eſt notorium, & non in leuibus delictis facti non habentis in ſe incluſam ſniam iuris, tunc glo. in Auth. vt iudices ſine quoq. ſuffragio. §. neceſſitatem. dicit, q̃ eſt neceſſaria ſnia, non tamẽ eſt neceſſe q̃ feratur cum ſolemnitatibus iuris, de quibus in c. fi. de re iudi. lib. 6. & in l. prolatam. C. de ſentẽ. Et hoc tenet Io. An. in addi. Spec. in §. notorium. ver. illud aũt, in fi. & ideo dixit Io. Cal. q̃ ſufficit præceptum: & hoc eſt verum in ciuilibus & in criminalibus leuibus, & in notorio præſumptionis, vt ſufficiat præceptum, vt in c. ex parte, & c. ſequenti. de cle. non reſi. ſed in delictis grauibus non requiritur ſnia, vt dixi.
99 Sed hic inſurgit † dubium, an in criminalibus poſſit ex ſola notorietate facti quis condemnari, ſi non probetur aliquid de ſubſtantia vel de qualitate, ſeu quidditate delicti, ſed ſolum probatur de notorietate eius: loquor, qñ eſt opus, quod notorium probetur, quod quando ſit tetigi ſ̃. Canoniſtæ videntur dicere, q̃ probato notorio, etiam ſi non probetur aliquid de eſſentia delicti, q̃ poſſit fieri condemnatio, per tex. c. cum dilectus. de pur. ca. Idem dicit Inno. in c. ex parte. el 1. q̃ nõ erat opus ſententia: quod qualiter intelligatur; ſ̃. dixi. Pet. & Cy. tenent contrarium in l. ea quidem. C. de accuſa. ſed non mouentur bonis rõnibus; volunt enim q̃ ex ſola fama nõ debet damnari, vt in c. inquiſitionis. in fi. de accuſ. & in c. qualiter. & qñ. el 2. & l. ſinguli, C. de accuſa. vbi eſt bonus tex. qui dicit, q̃ in publicis iudicijs non debet iudicari ex aliorum ſentẽtia & conſcientia: ergo in illis leuibus & priuatis delictis ſecus. & iſtud facit pro his, quæ ſ̃. dixi, & no. glo. in d. l. ictus fuſtiũ. de his qui no. infa. quæ loquitur in leuibus: ergo non in grauibus, quia in talibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, l. fi. C. de proba. ¶ Volunt ergo Pet. & Cy. q̃ probato notorio iudex inquirat, ſed non condemnet niſi perquiſita veritate delicti, & ea refecta ipſum punire. Sed dictum Pet. & Cyn. non videtur verum, quia longe diſtat probatio notorij a probatione famæ: Nam qui probant notorium, dicunt audiuiſſe a maiori parte populi, qui dicebant ſe vidiſſe illud
factum fuiſſe: Sed in probatione famæ teſtes dicunt, q̃ maior 101
pars populi ſic dicebat ex præſumptionibus & ſuſpicionibus, ſed non ex eo q̃ vidiſſent. D. Bart. de Sali. tenet opi. legiſtarũ, quia teſtes deponentes de notorio referũt de ſenſu aliorum, a quibus audiuerũt, & ſic non probant ſecundùm eum, iuxta no. in l. teſtium. C. de teſti. Et quia illi, a quibus audiuerunt & dicunt vidiſſe, non deponunt ſuper hoc iurati, ergo eis non debet credi, l. vt iuriſiurãdi. C. de teſti. Nec illi, qui audiuerũt ab eis, potuerũt illis deferre iuramentum, iuxta no. in l. hac cõſultiſſima. §. fi. C. de teſta. quare d. D. Bar. concludit, q̃ nõ probato de eſſentia, ſeu quidditate delicti, ẽt ſi fuiſſet probatum q̃ eſſet notorium, non poſſit ſequi condemnatio, ſed concedatur iudici facultas inquirendi: Si autem de eſſentia delicti eſt probatum etiam ſine notorietate, & tunc poſſit & debeat ferri ſententia condemnatoria & ſolemniter, & ſecũdùm formam iuris: Sed ſi eſt probata eſſentia & notorietas delicti, ſimiliter tunc poſſit ferri ſnia condemnatoria, & etiam ſine ſolemnitate ciuili. Mihi videtur q̃ Cy. & ſequaces dicant cõtra textum in c. ſicut tuis. in fi. & c. inſinuatum. de ſymo. & cõtra textum in c. cum dilectus. de purg. cano. Et hic eſt incidere in
100 illam dubitationem, an ex ſolis † indicijs quis poſſet criminaliter condemnari: de quo videtur textus in l. fi. C. de proba. ibi, vel indicijs approbatione indubitatis. ſed q̃ maius põt eſſe 102
indicium quàm cauſa, & crimen probatum eſt notorium. Et ideo ego in c. cũ in contẽplatione. de re. iuris. dixi, an ex indicijs ſiue probationibus violentis in criminalibus poſſet ferri ſententia condemnatoria: quia de ciuilibus non dubitatur quod poteſt ferri, vt eſt tex. in c. afferte, de præſumpt. vbi loquitur in cauſa criminali ciuiliter intentata & graui, quia erat cauſa ſtatus: & an in cauſa ciuiliter intentata, vel an in cauſa criminaliter intentata: tunc ego dixi, q̃ aut indicia & probationes ſunt a iure approbatę, vt in caſu l. ſi quis adulterij. C. 103
de adulter. & in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. fi. & tunc poteſt ferri ſententia condemnatoria ſuper crimine: ſimiliter qñ quis habetur a iure pro confeſſo & conuicto, vt quando dedit precium tranſigendo pro crimine, pro quo non licebat tranſigi, vt in caſu legis tranſigere. C. de tranſact. ¶ Ita poteſt intelligi textus in c. ſicut. & c. inſinuatum. de ſymon. & in c. cum dilectus. de purga. ca. quaſi notorietas delicti ſit indiciũ indubitatum, vt ferri poſſet condemnatoria, & a iure approbatum: & quòd ex vehementi præſumptione quis criminaliter puniri poſſit etiam ad detruſionem in carcerem, eſt textus in c. inter ſolicitudines. de purg. cano. & ideo ego dicerem, quòd interdum violenta præſumptio ſeu indicium eſt de approbatis a iure, put eſt in caſu legis ſi quis adulterij. C. de adulter. & tunc poteſt condemnari forte etiam ad mortẽ, & hoc vult tex. in dicta l. fina. ibi, approbatione indubietatis. ¶ Si verò indicium vel violenta præſumptio non eſt de approbatis, tunc aut eſt delictum quod non poteſt probari niſi præſumptionibus, vt eſt fornicatio vel adulterium, tunc ſola probatio violenta vel præſumptio non eſt ſufficiens per ſe condemnationis ad mortem. ¶ Et ideo etiam ſi duo teſtes dicerent, quòd viderũt ſolum cum ſola exercentes actus venereos, non ſufficeret iſta probatio ad mortem, niſi conſentiens fama ſuffragetur, & alia concurrant adminicula, tunc enim bene poſſet damnari ad mortem, tex. eſt in cap. præterea. de teſti. vbi eſt text. quòd ſola violenta præſumptio non, eſt ſufficiens, vel efficax ad mortem vel ad truncationem membri: & ideo probata ſola notorietate criminis non probata eſſentia, vel delicti quidditate non eſſet ſufficiens probatio ad mortem vel ad truncationem membri: Ita intelligo opinionem Pet. & Cyn. pro quibus eſt textus in dicto cap. præterea. de teſtib. quod loquitur etiam in damnatione ad mortem: Nam etiam ſi talis ſit violenta præſumptio etiam cum ſcandalo & infamia, & quòd defecerit quis in purgatione, tamen ad mortem vel ad truncationem membri non debet fieri condemnatio, text. eſt in dicto cap. inter ſolicitudines. de purga. cano. iuncta glo. fina. quam omnes ſequuntur: ibi enim erat diffamatus de hæreſi cum ſcandalo & infamia & defecerat in purgatione, & tamen non fuit traditus curiæ ſeculari ad mortem: vnde ibi eſt caſus, quòd ſi eſt probatum delictum notorium, ex quo inſurgeret vehemens præſumptio, non eſſet propterea damnandus ad mortem, vel ad truncationem membri: Et ita conſuluit collegium Bononienſe, vt refert Alber. de Gandino, licèt non alleget iſta iura. Et iſtud eſt de mente Bart. in l. quod Nerua. in fine 5. q. ff. depoſiti. vbi dicit, quòd ex dolo præſumpto, quis non debet condemnari pœna corporali, cum in his requiruntur probationes luce meridiana clariores: † & dicitur dolus præſumptus, quando colligitur ex præſumptionibus, & non manifeſtis & veris probationibus: Et ideo ſi delictum probaretur per duos teſtes de viſu, & eſſet delictum, quod poſſet bene probari, tunc eſſet probatus dolus manifeſtus a iure præſumptus: ſecus quando delictum colligeretur ſolum ex præſumptionibus. Ex quibus concludo, quòd probata notorietate etiam ſine probatione quidditatis vel eſſentiæ delicti poteſt quis damnari criminaliter etiam ad ergaſtulum, vt dicto cap. inter ſolicitudines. & cap. penult. de purga. cano. ad mortem vero vel truncationem membri non: Ita concordo dictas opiniones. ¶ Ex iſtis infertur ad quæſtionem, aliquis eſt accuſatus de delicto, nulla facta mentione de notorietate, probatur autem ſola notorietas criminis, ſed non quidditas vel eſſentia delicti. dicit d. Bart. de Sali. quòd ſi ſupereſſet de inſtantia, iudex ex officio debet recipere probationes, & inquirere de veritate delicti, quia ex quo conſtat ſibi de notorietate, poteſt procedere iuris ordine non ſeruato, de iureiuran. ad noſtram. el 3. Item quia teſtes, qui depoſuerũt de notorietate, retulerũt dicta & facta aliorum, ergo iudex illa rimari debet, l. 2. & 3. ff. de ſentent. quæ ſine certa quantitate. ¶ Item
102 quia iudex ſuper innocentia † accuſati poteſt teſtes recipere etiam poſt publicationem proceſſus, l. prima. §. fina. & l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & ipſi iurabunt pro vtraque parte: facit l. inde Neratius. in fi. ad leg. Aquil. Sed ſi non ſupereſt de inſtantia, tunc dat conſilium quòd abſoluatur accuſatus ab obſeruatione iudicij. Sed ego credo, vt ſupra dixi, quòd poſſit condemnari de delicto niſi ad truncationem membri, vel mortem, tunc ſtarem conſilio ſuo. ¶ Inde facit ad aliam quæſtionem, accuſa-
103 tur † aliquis, & notorie probatur delictum, ſed non notorietas, an debeat ſequi condemnatio? videtur quòd non, per c. licet cauſam. de proba. & per no. in l. diuus. de re iudi. Idem D. Bart. de Salic. tenet, quòd poteſt damnari, quia qualitas delicti non alterat pœnam nec etiam diuerſificat actionem. Si enim propter notorietatem alteraretur pœna delicti, tunc haberent locũ notata in l. ſi denunciaſſe. §. qui tamen. ff. de adulter. ¶ Ex iſtis patet quando in notorijs eſt opus, quòd feratur ſententia: in notorio vero ſententiæ non eſt opus alia ſentẽtia, immo ſententia alia contra primam non valeret, l. 1. C.

104 quando prouo.nõ eſt neceſſe.Supereſt † modo vt videamus,
ſi notorium repugnat ſententiæ, an reddat illam ipſo iure
nullam: & hoc poteſt contingere altero ex quatuor modis,
vel ex defectu cauſæ efficientis notorie falſæ, vel ex defectu
cauſæ materialis, vel ex defectu cauſæ finalis notorie falſæ.
¶Primo caſu eſt, cùm iudex, qui protulit ſententiam, erat
notorie iudex incompetens, & non poterat eſſe iudex, vt
quia erat notorie forte excõicatus, vel non erat iudex in illa
cauſa etiam excommunicationis, & tunc ſententia ẽt excom-
municationis eſt nulla,24.q.1.audiuimus.& 96.diſ.bene qui-
dem.de ſenten.excom.ſi quem.& de priuil.cum olim.& idem
in alijs ſententijs quàm excommunicationis, vt in toto titu.
C.ſi a non compe.iudi.vt ſint nullæ ab incompetenti iudice
latæ.¶Secundo modo poteſt cõſiderari nullitas ratione pa-
tientis notorie,non diſpoſiti, vt ſi excommunicat iudex in-
fantem vel furioſum tamquàm delinquentes & contuma-
ces:& tunc ſententia eſt nulla etiam excommunicationis, vt
not.Hoſti.& Doc.in cap.Romana.§.in vniuerſitatem. de ſen.
excom.in 6.& ratio, quia teſte Philoſo. actus actiuorum eſt
in patiente diſpoſito:facit clem.ſi furioſus.de homici. & ideo
idem eſſet ſi excommunicaret vniuerſitatem, vt vniuerſita-
105 tem, quia † vniuerſitas eſt corpus miſticum,& nõ habet ani-
mam vel intellectum, quia nomina vniuerſitatum ſunt no-
mina iuris non perſonarum,& iura non ſunt capacia excom-
municationum,vt not.Innocẽ.de ſenten.excom. c.grauis .&
ideo ſententia eſt notorie nulla etiam excommunicationis,
vt in c.prædicto Romana.§.in vniuerſitatem . & hoc quando
conſtat quòd voluit vniuerſitatem excommunicare, licèt ſi
ſimpliciter diceret, excommunicamus talem vniuerſitatem:
tunc forte valeret ſententia,& intelligeretur excommunicaſ-
ſe ſingulares de vniuerſitate excommunicationis capaces, vt
in auth.licet quæcunque communitas.C.de epiſ.& cler.Item
poteſt dici, vt ſententia ſit nulla etiam excommunicationis,
quando eſt lata contra notorium incapacem vinculi, vt con-
tra ſarracenum, iudęum, quia nihil ad eccleſiam de his qui
foris ſunt, de diuor.gaudemus.niſi tales indirecta excommu
nicatione excommunicentur, iuxta nota.in c.poſt miſerabi-
lem.de vſuris.¶Subdit etiã D.Ant. de Butr. de hæretico:Sed
106 iſtud non videtur bonum exemplum, quia hęretici † ſunt ca-
paces excommunicationis, de hereti.excommunicamus .&
poſſunt pluries excommuuicari, vt de iudæis c.ita quorun-
dam.& in l.de pupillo.§.ſi plurium.de no.oper.nunc. Sed D.
Anto.poteſt ſaluari, quòd non poſſit excommunicari hære-
ticus quo ad finem ponendi eum ſolum extra eccleſiam,tunc
iſtud non poſſet fieri, & ita loquitur ipſe : ſed quo ad finem
retinendi extra eccleſiam hoc fieri poſſet, & ita loquuntur
contraria.¶Tertio modo poteſt eſſe ſententia nulla, quando
107 ex ea † conſtat notorie, quòd iuris ordo non ſeruatus eſt, l.
prolatam C.de ſent.hoc autem non haberet locum in ſenten-
tia excommunicationis,niſi iudex exprimeret iſtum errorem
in ſententia,vt quia etiam diceret, excommunico te moni-
tione etiam non præmiſſa:quia hoc a iure non requiritur, vt
not.Ioan.An.in c.ſtatuimus,de ſent.excom.lib.6.Faciunt no
ta. in c.per tuas.de ſenten.excom.Sed ſi eſſet lata ſine citatio-
ne, vel ſine alio iuris ordine,non eſſet nulla ſententia excom
municationis, ſed valeret etiam ſi eſſet lata die feriata : & ita
concludit Fede.in conſilio 12.dixi ſupra in princ.glo.ſummę: 111
& aſſignatur ratio,quia tales ſententiæ ſubijciuntur ſpiritui,
non formæ extrinſecæ iuris poſitui,& proferuntur auctorita-
te Dei, qui non eſt ſubiectus iſti ordini. Et prædicta proce-
dunt,quando eſſet notorium facti : ſed ſi eſſet notorium di-
ſpoſitionis iuris, contra quod ſententia lata foret, tunc ſi eſt
contra ius diuinum vel naturale, & talis error ſit expreſſus
in ſententia, vel ſi continet manifeſtnm errorem, & tunc ſen
tentia eſt nulla etiam excommunicationis,vt in cap.per tuas.
108 de ſenten.excom.Et hoc † poteſt contingere tripliciter : pri-
mo quando cauſa ſententiæ continet euidentiſſimam iniuſti-
tiam, vt ſi cauſa propter quam fit excommunicatio obſerua-
ta continet peccatum : vt ſi ex communico te ſi non ducis ad
me meretricem, vt cum ea coeam & peccem: vel excommu-
nico te, quia es obediens parentibus, vel quia præſtas eis ali-
menta, vt in caſibus c.Quintauallis. de iureiuran. vel quan-
do præcipit impoſſibile vel turpe : Iſtę omnes cauſæ euiden-
ter iniuſtæ reddunt etiam ſententiam excõicationis nullam,
de ſenten.excom.nuni.per tuas. ¶ Vnde iſta eſt concluſio,
quòd quando cauſa eſt euidenter iniuſta,vel continet impoſ-
ſibile vel turpe,vel aliquod præceptum, quod in ſe continet
peccatum, vel quod remouet a faciendo aliquid in ſe boni,
tunc tales ſententiæ etiam excommunica. ſunt nullæ, etiam
datò quòd poſſent caſualiter aliquo caſu extrinſeco excuſa-
ri,vt eſt textus de ſenten.excom.c.venerabilibus. ¶Item eſt
109 † ſententia nulla, quando continet in ſe expreſſum errorem
iuris etiam poſitiui, vt l.2.C.quando prouo.non eſt neceſſe.
Glo.tamen in cap.per tuas.de ſenten.excom.dicit, quòd hoc
procedit duobus concurrentibus : Primo quòd iudex in ſen-
tentia erret in iure, quod error pateat ex tenore & inſpe-
ctione ſententiæ : & propter iſta verba dantur multæ limi-
tationes ad regulam & ad iſta iura,quòd iſtud habeat locum,
quando ſententia eſt contra ius in corpore iuris incluſum:
ſecus ergo ſi eſſet lata contra conſcientiam ẽt extrauagantẽ.
110 Et iſte eſt vnus intellectus † in l.cum prolatis.C.de re iudic.
Quidam tamen moderni non tenent iſtam limitationem,&
dicunt quòd dicta l.cum prolatis . nec glo.hoc vult, ſed iura
indiſtincte dicunt, quòd ſententia lata habens expreſſum er-
rorem iuris eſt nulla, l.ſi expreſſim. de appel. ¶Sed poſſunt
concordari iſtæ opiniones, quòd ſi iudex, qui protulit ſen-
tentiam, ſciuit tenorem extrauagantis, vel conſultatus fuiſ-
ſet principem de intellectu dictæ legis extrauagantis, & hoc
non obſtante ipſe iudex contra interpretationem principis
protuliſſet ſententiam & contra diſpoſitionem dictæ extra-
uagantis,de qua non poterat ingorantiam prætendere, iſta
ſententia foret nulla, vel notant aliqui moderni in cap.pa-
ſtoralis.de fide inſtru.Sed ſi eſſet lata ſimpliciter contra le-
gem extrauagantem, hoc expreſſo in ſententia, ſententia
non eſt nulla: quod probat textus dictæ l.cum prolatis.con-
iuncta glo.C.de re iudi.vbi ſententia lata contra principis
ſententiam non eſt nulla, & tamen principis ſententia habet
vim legis extrauagantis. ¶Item iſtud primum dictum eſt ve-
rum, quando eſt lata contra intellectum legis indubitatum,
ſecus ſi intellectus illius legis eſſet dubius, & iſte eſt caſus in
dicta l.cum prolatis.ſecundùm intellectum Ia.de Raue. ¶Itẽ
procedit primũ dictum, quando eſt expreſſe contra legẽ, ſe-
cus ſi contra argumentum quod ex ipſa ſumi poſſet, vel ſimi-
le l.tunc non eſſet nulla. Idem ſi lex habet plurimos intel-
lectus, etiam ſi aliquis eſſet magis reprobatus, contra quem
ferretur ſententia, ipſa teneret, licèt Innocẽ.in cap.ne inni-
taris.de conſti.videatur dicere,quòd ſi vna opinio eſſet com-
muniter reprobata, ſententia contra illam non valeret: Et
idem quando diſpoſitio legis eſſet tacita non expreſſa, quia
tunc ſententia teneret.¶Intelligiẽ ergo regula predicta,quan
do exprimitur error iuris expreſſi & indubitati & in corpore
iuris incluſi:Et eſt ratio iſto caſu, quia ſententia continet no-
toriam iniuſtitiam, ideo eſt nulla ſententia, vt no.Innoc.de
frig. & malefi.c.firmitatis.& in c.cũ dilecta.de reſcrip.probat
tex.in c.inter cęteras.de re iudi.& hoc maxime quando iniu-
ſtitia eſt iuncta cum impoſſibilitate, vt eſt glo.ſingularis in l.
diem proferre,§.ſi plures.ff.de arbi.& hoc ſentit Ioan.in di-
cto cap.Romana.§.in vniuerſitatem.de ſen.excom.in 6.¶ Ex
iſtis etiam infertur alia limitatio,quòd ſi error expreſſus iuris
non eſt patens actu,ita ꝙ poſſet deprehendi oculo corporali,
licèt ex intellectu mentaliter ſententia poſſit reduci ad in-
tellectum erroneum, puta per diſcurſum & ſilogizationem,
tunc ſententia non eſſet nulla,vt no.Inno.in c.P.& G.de offi.
deleg.Et quia iura requirunt,quòd error ſit patens,& ille di-
citur patens,qui oculo † corporeo percipi poteſt ſine diſcur-
ſu & ſilogizatione : facit l.1.de his quæ in teſtam. delen.
pro hoc textus & quod ibi no.in cle.1.de re iudi.Et hoc vo-
lunt illa, quæ ſupra dixi,quando intellectus eſſet tacitus, vel
argumentatiue ſumptus . Item iſta regula procedit, quando
ſententia habet expreſſum errorem iuris pertinentis ad deci-
ſionẽ cauſæ,vt ſi dicit iudex,condemno te ad decem tibi mu-
tuata : quia ſententia in ſcriptis non eſt ferenda:expreſſio er-
roris iſtius iuris nihil facientis ad cauſam mutui non redde-
ret ſententiam nullam:Ita dicunt doc.in cap.per tuas.de ſen.
excom. ¶Item non procedit dicta regula, quando eſſet ex-
preſſa vna cauſa contra ius, ſi cum ea eſſet alia cauſa expreſſa
non habens iuris errorem & faciens ad cauſam, tunc ſenten-
tia non eſſet nulla, vt eſt tex.in c.per tuas,extra,qui ſi.ſint le-
git.Et ideo dedit cautelam Iaco.But.ff.de his qui no.infa.l.
quod ait prętor.§.ignominię.quòd cauſa debet exprimi cum
dictione maxime, quando iudex ſe non reſtrinxerit ad cau-
ſam expreſſam, ſed aliam habuerit in mente retentam. Sed
iſtud dictum non eſt ſimpliciter verum, quia expreſſus iuris
error etiã in ſnia cum dictione maxime,reddit illam nullã, vt
eſt textus in c.cum dilectus.de pur.ca. & c.cũ ex litteris. de in
integ,reſti. & iõ dictum Butr.poſſet ſaluari, quando ex actis
pateret aliqua alia cauſa,ex qua ſaluari poſſet ſententia: ſed ſi
non eſt appoſita dictio maximè, & eſt expreſſa vna cauſa cõ-
tra iuris diſpoſitionem,tunc ſententia eſt nulla,etiam ſi poſ-
ſet ex alia quæ appareret in actis iuuari, vt not.de excep.præ-
lato.ex parte. & dicto cap. per tuas. qui filij ſint legi. Et ſi
eſt appoſita dictio maximè,& non appareret ex alia cauſa,ex
qua ſententia poſſet iuuari, tunc talis ſentẽtia eſſet nulla per
dictum cap.cum dilectus.quia dicendo maximè, ſi appareret
de alia cauſa ex actis credendum eſt, quòd iudex habuit aliã
cauſam tacitam in mente : ſed ſi non appareret ex actis alia
cauſa, tunc ſententia lata expreſſo iuris errore etiam cum
dictione maximè eſt nulla, etiam ſi ex alia cauſa extra acta
ſumpta iuuari poſſet,vt prædixi:ratio,quia cauſa tacita præ-
ſumitur eſſe illius qualitatis qualis erat expreſſa, de reſcriptis.
cap. ſedes, de procurator.cle. non poteſt. Sed eſt dubium,
112 ſi † non apparet error in ſententia expreſſus, ſed per rela-
tionem ad acta eſt falſa, an valeat ſententia. ¶ Quidam di-
cunt, quòd ſi ſententia non habet relationem, tunc licèt er-
ror appareat ex actis,non vitiabitur ſentẽtia, quia aliud ſunt
acta ſecũdũ eos,& aliud ſententia, per no.in c.quoniam con-
tra,de proba. Sed iſtud dictum non eſt bonum,quia ſenten-
tia eſt de actis, & continetur appellatione actorum, vt not.
Ioan.Andr.in addit. Specu.in rubrica de ſentent.prola. Nec
obſtat cap.quoniam contra. quia ibi non dicit de ſententia,
quòd ſit de actis, quia erat per alia iura promiſſum, quòd
ſententia deberet ferri in ſcriptis, ideo non dixit de ſenten-
tia quòd deberet ſcribi,quia iam dictum erat, ſed non dimi-
ſit dicere de ſententia, ex eo quòd ſententia non ſit de actis:
ſed melius eſt dicere, quòd vt ſententia ſit nulla, requiritur
quòd error ſit expreſſus in ea, l.ſi expreſſim.ff.de appellat.&
in l.ſi contra.C.quando prouo.non eſt neceſſe. ¶ Sed licet
ſententia ſit de actis, iuncto nomine actorũ in genere,tũ alia
acta non ſunt ſententiæ, ita quòd error expreſſus in eis dica-
tur expreſſus in ſententia: & ideo non vitiat eam, præſertim
quia iſte error oportet quòd ſit expreſſus, taliter quòd ex
ſententia ipſa percipi poſſit : ſed iſte error non percipitur ex
ſententia in mente & ſine diſcurſu & ſilogizatione, ergo
non vitiat,vt ſupra retuli,vt not.Innocen. de offic.delega.P.
& G.& ideo licèt tacite ſententia incertæ quantitatis refera-
tur ad acta probatoria,vt valeat, nec vitietur tanquàm in-
certa,in l.ait prætor.§.primo.de re iudi.& in l.hæc ſententia,
C. de ſenten. quæ ſine cert. quantita. hæc cenſetur tacita
diſpoſitio,& diſpoſitum tacite, & ſecundum illa acta conti-
nentia quantitatem certam cenſetur iudex pronunciaſſe,
tunc quæ continentur in eis non cenſentur expreſſè poſita
in ſententia,aliàs ſequeretur quòd ſi diceretur,quòd ſenten-
tia habeat ſe per relationem ad acta probatoria per expreſ-
ſam diſpoſitionem,ſecundum quòd dictant illa acta, quòd ſi
poſtea appareret in eis de iniquitate ſententiæ,quòd ſenten-
tia ſemper eſſet nulla,quod eſt falſum,vt l.præſes.ff.de re iu-
di.& hoc credo veriſſimum,quando iudex non habuiſſet re-
lationem expreſsè ad acta:ſi habuiſſet relationem ad acta di-
cendo,vt communiter dicunt, viſo libello, exceptionibus,
probationibus &c.adhuc dico idẽ,quia per talia verba non ap-
paret, quòd colligatur expreſſa cauſa, & ratio probationis
ſententiæ:item quia adhuc non conſtat ex ſola inſpectione
ſententiæ, niſi rimatis actis omnibus & diſcurrendo, & hoc
non ſufficit, dicto capitu. P. & G. Si diximſſet in ſententia,
quia per A. & B.teſtes eſt probatum, ideo te condemna-
mus in tantum:tunc ſi appareret,quòd illi teſtes non probãt,
an ſententia ſit nulla,poteſt merito dubitari, quia apparet
notoriè quòd ſententia eſt lata ex falſa cã, quo caſu an ſit
nulla, Bar.videtur dicere in l.ſi is ad quem.de acquirẽda hæ-
reditate.quòd ſi eſt lata ex falſa cauſa in facto tantum, & tũc
ſit aliqua per dictam l.præſes. Sed iſtud dictum debet limi-
tari,niſi hæc falſitas facti appareret ex tenore ſentẽtiæ,quia
tunc etiam falſitas taliter expreſſa faciet ſententiam ipſo iu-
re nullam,text.eſt in l.prima.§.1.ff.quæ ſentent.ſine appell.
reſcin.& hoc ſatis dicitur expreſſum in ſententia, poſtquàm
iudex ſpecialiter & expreſsè ſe refert ad illa acta, vt dicta l.
ait prætor.§.1.de re iudi. coniuncta.l.1.ff.quæ ſentent.ſine
appell.reſcin.& coniuncto cap.cum Bartoldus.de re iudi.vbi
eſt caſus.Et hæc eſt vera ſententia,licet.Pe.& Iac.de Rauen.
dixerint, quòd ſi iudex errorem iuris non expreſſit in ſen-
tentia, ſi tamen hoc poteſt apparere ex actis, etiam ſi talis
error non ſit expreſſus in ſententia,vel iudex ad talia acta ſe
expreſsè non retulit,ſententia ſit nulla:& pro hoc facit l.1.§.
1.ff.quæ ſent.ſine ap.reſcin.ibi,centũ fieri putauerit. Et quia
113 † error notorius vitiat ſententiam : ſed omne, de quo in iu-
dicio eſt concluſum eſt notorium,vt not.glo.de reſcriptis.ab
excommunicato.& glo.de accuſa. euidentia. & Innocen. de
appel.ex inſinuatione.Vnde perinde eſt, ac ſi ipſe iudex ex-
preſſiſſet:ratio,quia ſententia refertur ad acta,l.ait prætor.§.
1.ff.de re iudi.& probat tex.in l.hæc ſententia.cum l.ſeq.C.
de ſenten. quæ ſine cer.quanti. Non obſtat ſecundum eo-
rum opinionẽ.l.ſi expreſſim.ff.de app.& l.1.C.quando prou-
uo.non eſt neceſſe.circa prin.ibi,contra tam manifeſtum iu-
ris errorem.vbi text.videtur ponderare, quòd error iuris ſit
in ſententia:vbi text.videtur dicere, quòd ſi iudex pronun-
ciauit defectũ, maiorem q̃ forte cõſtabat ex actis,ꝙ eſſet mi-
nor,quòd ſententia valet,niſi fuit appellatione ſuſpenſa: q̃a
ad iſtos text.debet ſubaudiri maximè,quaſi velint,quòd idẽ
eſſet ſi illud non expreſſiſſent, dummodo ad ipſum conſta-
ret ex actis. Sed eorum opinioni obſtat.l.2.C.quando prou-
uo.non eſt neceſſe. in vltimo reſponſo . ſed ipſi reſpondent,
quòd ibi non fuit expreſſus iuris error in ſententia, ſed ſolũ
facti:nam ibi dixit,quòd defunctus impleuerat annum, & ſic
non fuit expreſſus iuris error,ſed facti in ſententia,& ſic ſen-
tentia fuit contra ius litigatoris, ſed non cõtra ius legis. Sed
iſta reſponſio non eſt bona, quia ſi conſtitiſſet ex actis quòd
erat minor, fuiſſet error iuris per expreſſionẽ talis facti,tex-
tus eſt in dicta l. 2. quæ ſent.ſine appella. reſcin.quia ex quo
iudex putauit, ꝙ quinquaginta & vigintiquinque facerent
centum, qui error eſt facti,& tamen ſententia non tenet, vt
ibi.Iſta ſit ergo veritas,ꝙ quando ſententia continet expre-
ſſum iuris errorem vel facti,tunc non valeat, vt prædixi : ſe-
cus ſi non apparet de errore iuris vel facti in ſententia, licèt
poſſet apparere,relata ſentẽtia ad acta, quia per hoc ſentẽtia
non eſſet nulla,de re iudi.cap.cauſam. vbi videtur caſus, niſi
ſpecialiter iudex & expreſsè ad acta ſe retuliſſet, in q̃bus ap-
pareret expreſsè de falſitate, quia tunc ſententia eſſet nulla,
de fide inſtrumen.inter dilectos.& in c.cum Bertoldus.de re
iudi.& hoc tenet Innocen.ibi,licèt cõtrarium teneat in cap.
quoniam contra,de proba.Pro quo facit cap.pe.de iureiurã.
Nam quando ius vult expreſſionem fieri, illa non ſufficit ꝙ
fiat per relationẽ ad illud qd̃ eſt factum : vnde ſi iuraui ſer-
uare ſtatuta edita, ſi poſtea fiat ſtatutũ nouũ, & ego ꝓmitto
per iuramẽtũ ꝙ feci ſeruare nouum, iſtud ſtatutum licèt obli
get obſeruare ex promiſſione, ſi nõ obſeruo non ſum periu-
rus,quia lex requirit p præſtari iuramẽtũ expreſsè, vnde non
ſufficit per relationẽ ad aliud : ſed veritas eſt illa quam præ-
dixi,& ſic debent intelligi dicta Dominorum de Rota ſua
concluſione.335. & 333.vbi tenent ſententiã nullam, quan-
do error patet ex actis:allegant dictum Pauli de re iudi.cle.
paſtoral.& Archi.de ſent.excõ.c.Romana.lib.6.& quod ad-
dit.Cyn.& ego.ſ̃.retuli in l.1.C.de errore calculi.qui refert
ita tenere Pe.& Iac.vt dixi.ſed veritas eſt illa,quam dixi. Nõ
obſtat cap.pe.de iureiurã.quia loquiẽ,vbi formaliter expreſ-
ſio verborum exigitur ad obligationem cauſandam ſeu in-
ducendam,ideo ſola mens non ſufficit, ſed in caſu noſtro nõ
ſufficit formalis expreſſio verborum ad nullitatem ſenten-
tiæ inducendam,dummodo error patens ſit in ſententia, qui
eſt quãdo ſe refert in ſpecie ad certa acta:facit dicta l.ait pręt-
or.§.1.ff.de re iudi.Non obſtat text.in dicta l.1.quæ ſent.ſi-
ne ap.reſcin.ibi centum putauerit.& ſic videtur conſiderare
mentem iudicis ſolam, non expreſſorum : quia ibi loquitur
quando putauit ſic iudex appellationis,ſicut expreſſerat iu-
dex cauſæ principalis in ſentẽtia,qui dixerat,quòd 50.& 25.
faciebant centum, hoc expreſſo errore in ſententia : iudex
ergo appellationis, qui idem putauit, retuliſſe ſe videtur
ad iſtam ſententiam iudicis a quo, & ita in dubio præſumi-
tur, quia in diſpoſitione confirmante nõ venit aliud nec ali-
ter quàm in diſpoſitione confirmata,ff.de libe.lega.l.Aure-
lius.§.teſtamentum.& l.ſi quis priore,in fi.& quod ibi not.ff.
ad Trebel.Concludo ergo,quod ſententia eſt nulla,quæ ha-
bet expreſſam cauſam erroris iuris vel facti, per quam cauſa
deciditur,quado eſt expreſſio facta in ſententia, vel quando
ſententia ſe refert expreſsè ad certa acta,vbi appareat de di-
cto errore, & hoc quando relatio eſt ſpecialiter & expreſsè
ad talia acta, vel quando iudex appellationis confirmat ſen-
tentiam continẽtem talem expreſſum errorem, tunc ſentẽ-
tia iudicis appellationis confirmatoria non valet,etiã ſi aliàs
errorem non exprimat,niſi confirmãdo primã:quia ſatis ex-
primit errorem formæ per illa quæ ſupra dixi : ſic intelligo
iſtã quæſtionem. Non obſtat qd̃ dixi, ꝙ omne quod conſtat
ex actis, eſt notoriũ:quia acta probatoria nõ faciũt notoriũ,
quia

quia multa cõtra ipsa obijci possunt etiã post sententiã, vt in c.vestra.de cohab.cler. ¶Nunc aliud † restat dubium,si causa finalis, propter quam sententia lata est,erronea est in facto, licet non sit expressus error in sentẽtia, an talis causa in facto notoriè falsa vitiet sentẽtiam, & reddat ipsam ipso iure nullam,vel etiam si non sit notoria,sed sit falsa,vitiet sentẽtiam.
114 Do.meus do.Anto.de Butr.recitat Archid.qui dixit 11.q.3. c.nemo.q̃ si erat cõtra notorium, notorium continuum, seu perseuerans, tunc sententia esset nulla : secus si esset notoriũ facti momentanei, quia hoc non redderet sententiam nullã, & ita not.Archid.etiam in c.Romana. §.in vniuersitatem . de sen.excom.lib.6. Et ista verba prosequitur But.in c.ab excõmunicato.de rescrip.& ibi ponderat, si est notorium actu, & potentia actus continui,vel actus transitorij : quæ meo iudicio sunt trufæ.Sed ista quæstio pendet ab illa,an sententia lata ex falsa causa sit nulla. In qua quæstione sic concludo ex omninm dictis : Primò ponens regulam, q̃ sententia lata ex
115 falsa causa † est aliqua,& non est nulla,vt est text. secundum vnam lec.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.& est ratio,quia tunc solum est contra ius litigatoris, de re iudic.c. cum inter.& est tex.de renuncia.in præsentia.Fallit si est lata contra minorem,vt in toto tit.C.si ex falsa cau. ¶Item fallit, si est lata sub conditione falsæ causæ, vt est text.in l.qui testa. secundum vnum intellectum.ff.de excusa. tutorum . ¶Item fallit, si est lata ex falsa causa iuris & contra ius scriptum iuris errore expresso in sententia,vt in c.1.de re iudic.quod intellige, vt dixi supra, quando sententia continet expressum iuris errorem, & cum limitationibus ibi positis.Item fallit, quando falsa causa etiam in facto consistens est notoriè falsa, vt in cap.inter cæteras.de senten.& re iudic.& in clemen.pastoralis,de re iudic.quodcunque sit notorium,siue facti continui,siue momentanei,quicquid dicat Archi.in c. Romana. §.in vniuersitatem,de sent.excom.in 6.& 11.q.3.nemo contemnat vincula.ẽt si sit notoriũ actu solo,vt not.Inn.de concef.præb. cũ nr̃is.& de frig. & malefi.c.fraternitatis. & est rõ, quia licèt quando sententia transit in rem iudicatam, præsumptio surgat pro ea iuris & de iure, quòd fuit iuste & rite lata,tamen contra ipsam præsumptionem sicut admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, vt in auth. sed iam necesse.C.de dona.ante nup. & in corpore vnde sumitur,& ibi glos.Ita admittitur quælibet probatio notoria: ita not.Innocen.in cap.quia plerique.de immuni.eccles.& in c.fraternitatis,de fri.& malefi.quodcunque sit illud notoriũ, vt dixi : & illa verba Do.Anto.de notorio actu & potentia vel actu tantum sunt superflua,& exempla, quæ quidam ponunt,quòd iudex excommunicaret infantem, ex eo q̃ adulterium commisisset,vel de eunucho vel castrato, sunt trufæ, q̃ tales sententiæ sunt nullæ, ex eo quia patiens est indispositum & continet ipsos impossibilitatem,vt in c.1.de delictis puerorum.coniuncta cle.si furiosus. de homici. Conclusio ergo est,q̃ sententia lata ex falsa causa notoriè est nulla, etiã si non sit expressa notorietas in sententia, quia q̃ sententia sit nulla,sufficit q̃ causa notoriè sit falsa etiam si in sententia de notorietate non dicatur : Ex hoc non obstant not. in cap. accedens, el 1. vt lite non contest. & in cle. appellanti, de appell.vbi non sufficit, q̃ causa appellationis a sententia interlocutoria sit notoria,nisi exprimat̃ in appellatione : quia expressio causæ est de forma appellationis ab interlocutoria,sed ad irritandã sententiam propter causam notoriè falsam non est opus,q̃ illa exprimatur in sententia notoriè, sed sufficit q̃ de notorietate constet extra sententiam. ¶ Non obstat si dicatur, ergo secundum hoc omnis sententia iniqua erit nulla,quia ex eo est iniqua,quia contra ius lata: sed nihil est magis notorium quàm ius, & cum non sit opus q̃ exprimatur in sentẽtia,vt proximè dictum est,sed sufficit q̃ sit notorium,ergo omnis sententia iniqua erit nulla. Ad hoc ergo respondeo,q̃ si consideramus solum ius, an ius esset vel non esset,& solum hoc dubium foret, tunc sententia lata contra ius non valeret, quia esset contra ius legis: sed quando esset contra legem,sententia est nulla:& hoc est quod dicunt textus legum,q̃ sententia lata contra ius non valet.Quandoque falsa causa descendit ex facto,ex quo facto resultat ius, vt l.si ex plagijs.§.in cliuo capitolino.ff.ad l.aquil.& tunc falsa causa non facit sententiam nullam,nisi prout infra dicam. Quãdo esset expressa dolo partis, quia merita negociorum partium assertione panduntur, l.fi.C.si per vim vel alio modo: vel esset expressa falsa causa facti, ex qua resultaret notorius error iuris, quia tunc sn̄ia etiã esset nulla, vt in casu.l.1.quæ sen.sine ap.rescin.vt dixi.s̃.Et per ista infert Do.Ant.de But.
116 q̃ sn̄ia lata † contra sententiam est nulla, quia lata cõtra notorium,qñ de ea cõstitit iudici, nec de eius validitate fuit reuocatũ in dubium,sed solum fuit disputatum de eius iustitia vel iniustitia,& an fuit iuste lata vel non, quia tunc ipso iure non valet,licèt Inn.variauerit:sed istud nõ est ita expositum, sed dicã incontinenti post istã quæstionẽ.Item fallit,qñ talis causa fuit allegata dolo a parte, & fuit allegata circa substantialia iudiciorum , quia tunc sententia est ipso iure nulla,l.si quis obrepserit.de fals.Item fallit,qñ fuit allegata circa concernentia iustitiam causæ, & sententia fuit lata ex hoc contra absentem dolo partis sic allegantis, quia tunc sentẽtia est ipso iure nulla,quando tales allegationes iudex secutus est,per textum in l.ait prætor.§.Marcellus.ff.de iudi.licèt Guliel.de Cun. & plurimi legistæ in l.fin.de iustit. & iure.teneant q̃ sit aliqua,& videtur de mente Inn.in c.cum in iure,de offi.dele. in gl.in ver. demandata.& c.de cætero,de re iudi. Et pro istis
117 facit,quia speciale est in minore, q̃ sententia lata † contra eũ ex falsis allegationibus sit nulla, vt s̃.dixi,& no.in l.verum.§. hæc facta.ff.de mino.& hoc tenet Spec.in tit.de sent.prola.§. quoniam.vers.in sum.& est gl.decreti.j̃.& 5.q.1.in prin.& in tit.de execu.sen.§.fi.prope fi.per quæ dixerunt quidam moderni, q̃ poterat rescindi etiam non petita restitutione implorato iudicis officio per modum querelæ. Ego autem teneo,q̃ sn̄ia Bar.sit melior,vt sententia sit nulla, licèt gl.variauerit in d.§.Marcellus.vbi est casus pro sententia Bart. Nam ille §.se continuat ad præcedentes:nam in princ.illius l.dictũ erat,q̃ executor sententiæ non audit excipientẽ contra eam etiam latam contra absentem, ne sit eluforia : & sic loquitur de sentẽtia valida:deinde subdit notã Marcelli, q̃ si excipiatur q̃ sententia sit lata per falsas allegationes contra absentẽ, q̃ tunc admittatur exceptio quæ non est alia nisi nullitatis causata ex dolo prædicto: deinde nouum casum subdit Paulus, q̃ si corã dicto executore allegetur, q̃ per falsitatem fuit lis obtenta contra absentem ex causa probabili & necessaria, q̃ hoc casu in potestate iudicis exequentis est, aut non exequi,aut denegare audientiam executionem petenti : & differtt dictum Marcelli à dicto Pauli,quia Marcellus loquit̃ qñ sententia fuit lata contra absentem ex alia causa quàm probabili & necessaria, quo casu iudex de executione cognoscẽs potest solum admittere querelantem, & recipere probationes,quas debet demum remittere ad iudicẽ, cui cõmisit executionem,iuxta not.per Inno.in c.de cætero.de re iudi. licèt quãdo fuisset lata contra absentem ex causa probabili & necessaria tunc iudex potest non solum supersedere in executione,sed etiam potest audire quærelantem de nullitate : & iste est casus singularis in d.§.Marcellus,secundùm intellectũ plurimorum modernorũ.Est hæc ergo vera limitatio, q̃ sententia lata ex falsa causa dolo partis allegata contra absentẽ ex causa probabili & necessaria est nulla, secus si esset lata ex propositione falsa ab ignorante proposita, tunc valeret, sed
118 daretur restitutio, secundum Bar. fallit hoc † in sentẽtia excommunicationis, quæ lata etiam per falsas allegationes valet,vt in c.ex parte,de offic.ordi.ne contemnatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ, licèt Gratianus dixerit q̃ quando causa est occulte falsa, sententia excommunicationis nõ valeat, nisi causa expressa falsa posset ex alia causa vera etiam in sententia non assumpta iuuari per no.in c.1.in §.si ergo.& in§. cum ergo.11.q.1.sed ista opinio Gratiani communiter reprobatur per tex.in c.episcopus.in §.si ergo.11.q.3.Nam valet sententia lata ex falsa causa occulta, quia si hoc est in alijs sentẽtijs,fortius in sententia excommunicationis, & hoc vt censuræ magis timeantur,11.q.3.nemo contemnat.& vt homo crescat per meritum obedientiæ, quia talis licèt nõ sit ligatus quo ad Deum, meretur timendo & obseruando censurã, sed si esset lata alia sententia quàm censuræ in præsentẽ etiam per falsas allegationes,illa valeret,d.§.Marcellus.& ita loquitur titulus si ex falsis instrumentis.& l.duobus.de re iu-
119 di.¶Nunc † restat videre, an sententia lata contra sententiã sit ipso iure nulla,tanq̃ lata contra notorium surgens ex præcedenti sententia. In quo concludo, q̃ si secunda est lata ex eodem libello & eadem instantia,qua prima,& tunc secunda est ipso iure nulla, quia per primam sententiam iudex desijt esse iudex illius causæ,l.iudex posteaquàm . de re iudi. Item per primam sententiam finita fuit prima instantia,l.grege.§. post litem.ff.de fideiusso. ergo secunda est lata sine instantia & a iudice incompetenti, & hoc tenent communiter omnes legistæ,quicquid dixerit Compostell.in c.cum M.de constit.

& hoc

& hoc videtur fuisse de mente Archi.3.q.7.§.item qui contra partem.vbi dicit, q̃ si iudex tulit sentẽtiam contra aliam sententiã,quam tulerat vt arbiter,& ex antiquis actis, q̃ sententia non valet : & hoc tenet Paulus per textum in cle. pastoralis.de re iudi.vbi videtur casus:sed si sententia fuisset lata super alio libello & super alia instantia,tunc sunt opi.Bart. dicit indistincte, q̃ tenet secunda per gl.in l.1.quando plures vna sententia condemnati sint.vt in l.ex duobus, de re iudi. & ita intelligit glo.quæ est in l.1.C.quando prouo.nõ est ne. sed Iac.de But.vult in effectu, q̃ aut secunda sententia est lata agente illo, pro quo prima lata fuit,& tunc secũda siue cõsona siue dissona primę valet in alia instantia,ex quo ex alijs actis & ex alijs instantijs lata est, & ita loquuntur glos.quas Bar.allegat.Ratio,quia iterum agendo videt renunciare primæ sententiæ,& sic remanet vna tantum. Sed si est lata secũda agente aduersario,& tunc aut ille, pro quo prima sententia fuit lata,opposuit exceptionem rei iudicatæ,& probauit, & tunc secunda sententia est nulla : ita potest intelligi lex.1. C.quando prouo.non est ne. secus si opposuit exceptionem & non probasset,quia valet secunda & nõ prima,& hoc propter dubiũ quod emersit super prima, l.1.post prin.quæ sen. sine appel.rescin.& ita aliquando conclusisset postea in c.inter monasterium.de re iudi.Subtilius considerans dixi, quãdo secunda sententia est lata in diuersa instantia, & tunc si prima fuit nulla,non est dubium q̃ secunda tenet, vt dicto c. inter monasteriũ. secundum aliquas lecturas : Ibi ratio, quia si prima est nulla,non dicitur sententia,ita q̃ secunda lata dicatur contra primam, vt in cap.2.de pur.vulg.& C.de sent. quæ sine cer.quanti.l.1.idem si prima fuit aliqua sed a quo remedio reciforio suspensa,vt appellatione,restitutione, vel querela,de fide instrum.cùm Ioannes.de testa.Raynu.& cap. Raynaldus.si vero prima non fuit suspensa, tunc aut in secũdo iudicio est reuocatum in dubium,an prima fuit lata, tunc si est pronunciatum non fuisse latam, tenet secunda,l.2.C. quæ sent.sine appel.rescin.si vero non fuit in dubium reuocatum,an prima fuit lata,tunc si fuit oppositum, q̃ prima esset nulla,& sic pronunciatum,& tunc valet secunda,de re iudi.cap.suborta.& l.1.quæ senten.sine appell.rescin. aut non fuit reuocatum in dubium de prima, tunc si secunda lata in alia instantia potest subdiuisione iuuari, q̃ non sit contraria primæ,v l ratione temporis,vel alia de causa, vt quia in primo iudicio dixi rem meam esse, in secundo iudicio ille qui succubuit in primo dicit esse suam, tunc tenet secunda, quia tunc vtrumq; potest esse verum, q̃ illo tempore primæ erat mea, & tempore secundæ instantiæ erat eius qui succubuit in prima,ar.de testi.cum tu.de pę.dist.1.periculose.& de fide instru.c.imputari.& quod ibi no.Aliquando secunda nõ potest subdiuisione iuuari cum prima, tũc aut de prima sententia coram secundis iudicibus nihil fuit dictum,& tunc videtur textus in c.inter monasterium.q̃ secunda valeat, quãdo pars,quæ obtinuit illam malicioſe, omisit de ea excipere, secundum lecturam Ioannis ibi, pro qua sententia facit lex de rebus.ff.de arbi. Nõ obstat lex si diuersa.C.de transac.vbi secunda nõ valet etiam de expresso consensu partium : quia illud procedit in consensu expresso, sed non excludit, q̃ ex tacito consensu dolo omittentis exceptionem de prima, secunda valeat,vt not.Cy.in l.1.C.quando prouo.non est necef.& istud teneo,licèt Do.Ant.de Butr.variauerit in d.cap. inter monasterium.Nam in fallentijs dixit, q̃ non valeat, & in decisione dixit contrarium.Si vero non omisit dolose opponere de prima sententia, tunc an secunda valeat contra primam, dic si sunt diuersæ personæ, tunc valent sententiæ contrariæ eiusdem iudicis,vt not.Inno.qui filij sint legi. causam. Si inter easdem personas,tunc si pars, pro qua lata fuit prima sententia,non opposuit exceptionem rei iudicatæ,nisi postquàm testes vel probationes super iniustitia secundæ sententiæ receptæ fuerint, vel si opposuit de prima pars est passa recipi probationes de iniquitate illius sententiæ, & tunc valet secunda, quia vnum notorium confundit alterum, vt not. Innocen. in cap.quia plerique. de immu. eclesi.& de frig.& malefic. capitulo breuitatis. & est de mente Innocen.in capitu.cum Bertoldus. de re iudi. & de rescript. cum dilecta. Idem si prima fuit lata prætextu probationum priuilegiatarum, & postea ostenduntur contraria instrumenta, tunc potest valere secunda contra primam, vt in casu l.admonẽdi.de iureiur. & idem in causis & casibus notatis in l.Imperatores,de re iudi. q̃ valet secundũ iudiciũ contra primum, quando sunt inuenta noua iura,& est causa publica aut minoris,vel ecclesiæ,vt l.sub specie. C.de re iudi.
120 & in causa furiosi† & prodigi,qui equiparãtur minori,l.Fulcinius.§.adeo.quib.ex cau.in po. ea. & in causa liberat.l.2.si ingenuus quis esse dicatur. ¶Si verò nõ sumus in istis causis, sed secunda sententia lata est contra primam, tunc si est lata vigore alicuius exceptionis,quæ potest opponi post sentẽtiã, de quibus in l.1.C.de iuris & fact.igno.& tunc valet secũda : sed si non est lata prætextu alicuius exceptionis, tunc si secũda est lata in diuersa instantia & libello, tunc si prima fuit cõdemnatoria, & ex ea fuit facta solutio, tunc si secunda est absolutoria contra primam,si ipse vellet repetere solutũ, obstaret exceptio rei iudicatæ ex prima, & quod fuisset solutũ, & isto forte respectu secunda fuit absolutoria. Aut non erat facta solutio ex prima, tunc si de ea non fuit oppositum, valet secunda,l.euidenter.& l.ex duobus. ff.de except.rei iudic. & l.1.C.si plu.vna sen.condemna.sunt.& hoc siue sit contra-
121 ria, siue consona primæ: ratio,quia sententia lata † cõtra notorium,de quo iudici non constitit,valet: nec facio differentiam,q̃ omissa fuit exceptio dolosè vel non, quia semper valet sententia, licet glo.secundum Io. aliter sentiat in d.c.inter monasterium. Est enim imputandũ victori,quia videtur primæ sententiæ renunciasse sic agendo in secundo iudicio vel non excutiendo. Si verò prima sententia fuerit absolutoria, tunc si iterum cùm agitur, opponitur exceptio rei iudicatæ, & opponens probat etiam antequam ab aduersario aliquid probetur,& tunc non valet secunda sententia,l.2.C.quando prouo.non est necesse.f̃m Iac.But.& Cy.licet Bart.hoc dicat verum,quando secunda fuit lata ex eadem instãtia. Sed ego credo idẽ q̃ in diuersa:ratio,quia prima sententia fecit notorium,& secunda sententia foret lata contra notoriũ, & sic nõ valet. Not.de sentẽ.excõ.Romana.§.1.not.Inn.in c.fraternitatis.de fri.& malefi. Cyn.in l.1.de sentẽ. probatur in c.inter cæteras.de re iudi.Sunt enim inuicem incompassibiles.Instit. qui.mo.testa.infir. Sic intelligo Cy.& Doct.qui dicunt indistincte,q̃ sn̄ia secunda nõ valet,& sic intelligo istã materiam. ¶Nunc restat videre de his, quæ in notorijs contingunt post sententiam,& primo occurrit dubium, an in notorijs audiat̃
122 †appellans.Circa quod est attendendum,quod licet nomen notorij sumptum in genere sit tantum vnum, vt dicam q̃. in c. manifesta. cum tractabo materiam notorij, tñ eius species sunt multæ: Est enim notorium rei euidentia, vt in c.vestra, & c.fi.de coha.cle.& mul.& est notorium confessionis,qñ q̃s est confessus in iudicio,& nulla excusatio proponitur contra eam,vel qñ quis est conuictus per testes, vel per alias probationes, quarũ nihil opponit: vel qñ quis est cõdemnatus per sententiã,quæ transiuit in rem iudicatã: & hoc volunt Doct. & ibi Host.in c.cum speciali.§.porro.de appel. dicam de omnibus,& incipiàm à confessis & conuictis. & cùm possint appellare : & dicam primo de iure ciuili,& postea de iure canonico : & quidem solum confessus vel solum conuictus sine confessione de iure ciuili audiuntur appellantes, vt vr̃ tex.in l.2.C.quorum app.non reci. & ibi videtur tenere glo. & cõi-
123 ter Doct. Sed si foret † conuictus & confessus simul,tũc tex. in d.l.2. si glo.& Bart.non destruerent illum tex. videtur dicere q̃ exceptis illis quinque criminibus homicidij,veneficij, maleficorum,adulterij,& eorum qui manifestam violentiam commiserunt,conuicti & confessi non videntur posse appellare : ergo in alijs appellare possunt, & istam sententiam sequitur Iac.de But.& videtur de mente glo.in l.creditor.§.lusus.ff.de app.in verbo,auxilium.vbi dicit,q̃ confessus & conuictus appellat, nisi in casibus illius legis.2. & istam opinionem credo veram de iure ciuili,licet glo.quam sequitur Bar. & qui post eum scripserunt,extendunt illam l.ad alia crimina & alios casus ciuiles vt conuicti & confessi non appellẽt.Sed credo q̃ præcedens doctrina sit ·erior,& est notandus tex.in d. l. 2. dum excludit illum qui fecit violentiam manifestam : Nam a contrario vr̃ innuere, q̃ si violentia non foret manifesta,i.notoria, q̃ violentus inuasor posset appellare etiam cõuictus & confessus,& pro ista sententia vr̃ tex.in l.non tantũ. ff.de appel.vbi pro damnatis ad mortem admittuntur appellantes eis inuitis & confitentibus delictũ & volentibus mori. Vnde ibi est casus, quòd pro conuictis & confessis admittitur appellatio,licet glo.ibi in l. non tãtum. dicat quòd loquitur de confessis post sententiam,quando velit quòd si fuisset confessus & conuictus ante sententiam, non posset appellare,per tex.in d.l.2.C.quorum app. nõ recipian. illa loquuntur in illis quinque crimiuibus : In alijs ergo videtur verius illud,quod dixi: vnde nescio videre quare gl. & Bar. colligãt

in

in dicta l.secunda, quòd confessus etiam conuictus extra il-
124 los quinque casus non possit appellare: Solum autem † con-
fessus auditur appellans, vt est textus apertus in l.fi.C.de er-
ro.aduo. quæ licèt loquatur in confessione aduocati, ta-
men cum fuerit facta præsente parte quæ non reuocauit,
pars ipsa consensisse videtur. ¶ Vnde ibi st casus, quòd con-
fessus tantum appellat: & intelligo verum in confessione,
quam confessus potest reuocare, secus si reuocari non posset,
vt quia dolo vel lata culpa emissa, l.de ætate.§.qui iusto.ff.de
intero.actio.& tunc non posset appellare: Ita potest saluari
opinio eorum, qui dicunt, quòd conuictus tantum non est
125 dubium quòd appellat, quia † appellatio est inuenta, vt con
uicti possint proponere quæ non proposuerunt, & probare,
quæ in principali causa non probarunt, l.eos.§.si quis autem.
C.de appel.fallit in certis immanibus delictis, in quibus so-
lum conuicti non appellant, vt insignes latrones, seditio-
num concitatores, vel duces factionum, l.constitutiones. ff.
de appel. In istis tribus solum conuicti vel solum confessi nõ
appellant, & in casu l.1.C.de fal.mo.& in casu l.1.de rap.vir-
ginum. ¶ In alijs autem delictis etiam immanibus tales au-
diunt appellantes infra tempora legitima, l.addictos. C.de
appellat.& in l.addictos.C.de episc.audi. Fallit in supradictis
criminibus & in alijs, quæ melius quàm alius numerat Spe-
cu.in titu.de appel.in §.in quibus. Et hęc de iure ciuili. ¶ De
iure autem canonico dicũt quidam, vt refert dominus meus
in cap.vestra.de cohab.cler.& muli.quòd notorium excludit
remedia post sententiam, & sic non auditur appellans, vt in
cap.peruenit.el 1.de appellat.& cap.consuluit.illi statim pro-
ximo, & cap.cum speciali.§.porro. & text.in cap.Romana.§.
sinautem.de appel.in 6. Sed certe isti textus nõ dicunt, quòd
non audiatur appellans, sed dicunt, quòd iudex a quo non
tenetur appellationi deferre, nec arctatur propter ipsam in
executione supersedere: Iudex tamen ad quem, si aliqua cau
sa vel grauamen proponeret, potest ipsam admittere, & iu-
dici à quo ne exequatur inhibere: ita dicit textus in dicto
cap.cum speciali.in §.porro.& in dicto cap.Romana.§.sinau-
tem. vnde secundùm istos text.in notorijs iuris dispositione
rei euidentia vel per confessionem non prohibetur absolute
appellatio, sed bene volunt textus, quòd illa appellatio ha
bet vim deuolutiuam, quando causa legitime exprimitur,
sed non habet vim suspensiuam, nisi postquam iudici a quo
fuerit inhibitum: & idem si iudex a quo exequendo grauar
ret partem, etiam in notorijs pars appellaret, vt in cap.no-
uit.de appellat.expressa causa grauaminis, vt de re iudic.cap.
quo ad consultationem. Et ideo dixit Innocen. in cap. con-
fluit.de appella.quòd non videbatur differentia inter noto-
ria & alia quæ non sunt notoria, quia semper videtur quòd
admittatur appellans expressa causa grauaminis, secundùm
Hostien. Docto.dicunt, quòd quando allegatur causa grau-
aminis in notorijs admittitur appellatio, sed est differentia in
appellatione a notorijs ad alia non notoria, & quia in non
notorijs multis modis potest grauari, sed in notorijs non, nisi
grauamen inferatur & exprimatur. Ego aũt dico, quòd in
126 non notorijs † appellatio habet vim suspensiuam & deuolu
tiuam, in notorijs habet solum vim deuolutiuam non suspẽ-
siuam executionis, nisi postquàm iudex inhibuerit. Pro
concordia tamen opinionum, quæ sunt inter Docto.& glo.
multum diuersæ potest sic concludi, præmittendo primum,
quòd appellationes quæ interponũtur causa solum deferen
di non causa veritatis examinandæ, illorum appellationes
non sunt recipiendæ, textus est infra quæst.6.in cap.quicun-
que. & l.abstinendum.& ibi glo.fi.C.quorum ap.non recipi.
tales censentur debitores vel fiscales vel tributarij, & in om-
ni notorio siue rei euidentia, siue quia confessus sit debitum,
vt tales non audiantur appellantes, quoniam præsumitur
dilationis causa appellationem interponere, ita potest intel-
ligi opinio Iaco.de Beluiso, vt refert Archidia. quòd con-
fessus non auditur appellans, quia indignum est quòd quis
sua dilucida voce &c. de probatio.per tuas.de non nume. pe
cu.l.generaliter.& vt non audiatur appellans causa scilicet re-
uocationis confessionis non expressa, sed vbi confessionem
reuocare non potest, vt dixi supra. Non obstat si dicatur, er-
roris reuocatio non potest fieri nisi vsque ad sententiam, no.
in l.error.C.de iuris & fac.ignor.& l.non fatetur. ff.de con-
fessis.qa illud debet intelligi, nisi interposita sit appellatio, vt
not.Ioan.And.in cap.2.de appel.in 6.& maxime in crimina-
libus, in quibus confessio potest reuocari post sententiam,
vt in cap.1.de confessis.lib.6.in verbo, eo prætextu. & ibi Io-
an.Andr.in Nouella. & est text.in l.inde Neratuis. in fine ad
leg.Aquil.& l.1.in fi.ff.de quæstio.& ita debet intelligi l.fina.
& de error.aduo. Nam debet dicere, quare confessio sibi di-
splicet, & hoc dicit cap.cum speciali. §.porro.de appellat.&
vendicant hæc sibi locum in notorio facti euidentia in omni
notorio confessionis, vel quando quis est confessus & con-
uictus, dicta l.2.C.quorum appell.non recip. Et dum dixi,
quòd est opus quòd causa allegetur, dico quòd sufficit si iu-
dici ad quem allegetur, etiam si non fuerit expressum in ap-
pellatione a diffinitiua, omnis causa intelligitur expressa, l.
scio.ff.de appel.nec requirunt iura, quòd exprimatur in ap-
pellatione, vt in cap.cordi, de appel.in 6.sed est opus ꝙ alle-
getur iudici ad quem, vt videat si vult deferre & inhibere,
quia vt dixi licèt ista appellatio habeat vim deuolutiuam, sed
habet vim suspensiuam, & si causa contra notorium non ex-
primatur, procedat aliorum opinio, quòd contra notorium
non audiantur appellantes: & idem quando confessionem
reuocare non possunt, sed causa allegata & iudice deferente
auditur quo ad omnem effectum: Et isto modo potest intel-
ligi quod dicit Cald. quòd propter omissam citationem au-
ditur in notorijs appellans etiam casu, in quo propter talem
omissionem sententia non foret nulla. Non obstat cap.cum
fit Romana. in fi. quia ibi præcessit monitio vel citatio, ita
tenent ibi communiter Doct.hoc autem dixit ipse Cal.quo-
niam ipse tenuit, quòd in istis notorijs sententia teneret sine
citatione, de quo dixi supra an citatio requiratur, vbi tenui
contrarium præterquam in sententijs censuræ. Idem dicit,
127 quando sententia foret nulla, quia † etiam a sententia nulla
appellatur, l.si expressim.de appel.facit lex Carmelia pia.de
iure patronat.& l.quædam mulier. fami.hercisc.& de iudi.ex
hibi.& cap.fin.& idem dixit, si appellat ante sententiam pro-
pter defensiones probabiles & excusationes non admissas:
quod intelligo his allegatis & appellatione admissa, & hæcin
ciuilibus & criminalibus, quia licèt ista loquantur in crimi-
nalibus, vt valeat appellatio, quia non est ratio diuersa, li-
cèt si appellaret reus probationibus receptis vel non rece-
ptis, vbi recipere iudex non tenebatur, non teneret appel-
latio: Ita intelligantur ista iura. Et ideo si in condemnatio-
ne notorij iudex apponeret pœnam a iure determinatam, &
non excederet in impositione pœnæ, secus si excederet, vt
dixi. Et hæc procedunt in notorijs prædictis. In notorio
autem, quia conuictus per probationes, contra quas nihil
fuit oppositum, admittitur appellatio, per ea quæ supra di-
xi, & per totum titu.de appellat. Quicquid dixit Ioan. And.
post Hosti.in cap.cum speciali.de appel.in verbo, vel alio le-
gitimo. & quod dixi, quòd notorie confessus non auditur
appellans causa non expressa, intellige de confesso sponta-
nea confessione, secus si formidine tormentorum, dicta l.2.
C.quorum appel.non recipi. Nam in tali casu indistincte au-
128 diretur appellans. In notorio autem per † sententiam si non
transiuit in rem iudicatam, non dicitur proprie notorium,
vt dicunt Docto.in dicto §.porro. & ideo non est dubium,
quòd potest appellari, sed si esset producta sententia in alia
instantia, quæ transiuisset in rem iudicatam, & super qua pro
sententia est pronunciatum, an possit appellari. Hosti. tenet
quòd nõ, de appel.cum speciali. in verbo, vel alio legitimo
modo. sed ego intelligo hoc sicut in alijs notorijs, vt si alle-
getur contra primam quòd esset nulla, vel allegaretur aliqua
alia legitima defensio, tũc per iudicem ad quem est animad-
uertendum an sit admittenda, secundum illa quæ dixi supra
in notorio confessionis, & ista sunt vera in manifesto sum-
pto pro notorio. In manifesto autem simplici non est du-
bium, quòd procedit appellatio. Et quod dico de appel-
129 latione, idem dico de restitut.in integrum. De † recusatio-
ne autem, an in notorijs iudex vt suspectus possit recusari,
si pœna, quæ venit a iure imponenda non est a iure deter-
minata, tunc dicunt Docto.quòd potest grauare partem ar-
bitrando. Sed ego intelligo istud dictum verum, quando il-
la pœna non esset declarata ex stilo, vel consuetudine illius
curiæ, seu iudicij: Nam si esset aliter per stilum vel consue-
tudinem determinatum, si iudex diceret velle imponere pœ
nam in simili consuetam imponi, tunc non posset recusari,
quia illa pœna censetur quodammodo ordinaria, iuxta ea,
quæ dicunt Docto.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his
qui not. insam. Et idem si diceret velle imponere pœnam
incertam a iure determinatam pro tali notorio: & istud est
de mente Specu.in titu.de recusa.§.effectu.ver.hoc etiam no.
¶ Vnum autem est ponderandum, quòd quando aliquid est
notorium,

notorium, quod requiritur præcedere aliquem actum, tunc
si est notorium, quod præcedit, non est opus ꝙ talia a iure re-
quisita præcedere fiant. Exemplum, lex requirit, ꝙ prius ex-
cutiatur principalis quàm fideiussor: quia si principalis est
soluendo, & facile potest conueniri, tunc prius est conueniẽ-
dus principalis quàm fideiussor, C.de fideiuss. authẽ.præsen-
te.certe si esset notorium principalem non esse soluendo, vel
non posse de facili conueniri, tunc posset prius conueniri fi-
deiussor, vt no.doct.in l.fin.si cert.peta.& in l.decem.de ver-
bo.obliga.& sufficit hoc solum allegare etiam si non constet
ex actis, vt l.si adulteriũ cũ incestu.§.idẽ Pollioni.ff.de adult.
sed si constaret ex actis, posset iudex ex officio supplere, etiã
si non allegaretur a parte iuxta not.per doct.in l.1.C.vt quæ
desunt aduoca. partium. & cum dixi, quando iudex sup-
plet ex officio. Vnum etiam non omitto, ꝙ licèt in notorijs
non procedat appellatio, nisi vt dixi, nihilominus post sen-
tentiã latam & executioni mandatam potuerit adiri iudex,
& dici ꝙ sententia erat nulla, forte quia iudex præsuppo-
suit illud esse notorium quod non erat, arg. not. in l. ea
130 quidem.C.de accusa.simile videmus, ꝙ † aliquando non li-
cet appellare, & tamen audit̃ quis per supplicationem, vt in
auth.quæ supplicatio, C.de preci. Impera.offe.& si doceretur
fuisse falsum quod iudex asseruit notoriũ esse, retractarentur
omnia gesta, quia licet non possit appellari, potest de
nullitate dici, & hoc est de mente Innoc.in cap.tua nos.in gl.
1.magna, versic. sed ꝙ est mirabile.de coh.cle. & mul. ¶ Re-
131 stat modo videre illum articulũm, qualiter † notorium con-
seruetur, quoniam nõ est dubium, ꝙ multa olim fuerunt no-
toria facti etiam cõtinui, de quibus nulla superest memoria.
Quot enim fuerunt mirabilia ædificia in vrbe, de quibus pe-
nitus nulla sunt vestigia, & nulla memoria, & tamem ꝙ fue-
runt notoria facti continui non est dubitandum. Quin etiam
post Ninum assiriorum regem fuerũt reges, de quibus apud
132 nos nulla memoria est: durauit † enim imperiũ illud a tẽpo-
re Abrahæ, quo Ninus regnare cæpit vsque ad Sardanapa-
lum, vt refert August.3. de ciuitate Dei, mille & ducentis &
quinquaginta annis. ex quibus infertur, ꝙ etiã quæ sunt no-
toria facti continui possunt desinere esse notoria, & multo
magis quæ sunt facti interpellati vel momentanei, in tantum
quod dixit Vinc.in c.1.de appella. ꝙ notorium durat tantum
quantum viuunt homines qui illud factum viderunt: & si
omnes essent mortui, qui viderunt, tunc notorium desine-
ret, vt dixit etiam Archi.in c.1.de offic.delega.lib.6.& Inno.
in c.veniens.de verbo.signific.qui dixit, ꝙ notorium est tan-
tũm de proximo præterito, vel præsenti, vt dixi: & sic noto-
rium fuisse non posset probari, quia qui non viderunt non
possunt probare, nisi per auditum aliorũ qui viderũt: & istud
est potius probare famam & quid famosum, quàm notoriũ,
etiam dato ꝙ illi, qui hodie deponerent de auditu, censeren-
tur iuris fictione eędem personæ cũ alijs, qui viderũt, vt pu-
ta quia esset idem populus.l.proponebatur. de iudic. Tu di-
133 cas, ꝙ si est † notorium facti continui de præsenti, vt ꝙ pala-
tium ducis, Venecijs sit propè sanctum Marcum, tunc cum
extat de præsenti, potest probari per inspectionem & subie-
ctionem ad oculos, l. si irruptione.ff.finium regun. & quòd
fuit sic iam centum anni sunt, posset probari per auditum, l.si
arbiter.ff.de proba. ¶ Si autem esset facti etiam continui qd̃
habuisset finem, vt domus mirabilis Neronis in vrbe, de qua
scriptũ est, Vrbs domus vna fiet veh vos, migrate qrites. tũc
si est tale notorium, quod deficit, si tamẽ adhuc testes super-
sunt, qui viderunt, illi possunt testificari de visu, quia viderũt
maiorem partem populi vidisse, & hoc siue sit notorium fa-
cti continui & in facto interpellato vel momẽtaneo, vt quòd
Cæsar libertatem Romanam vsurpauit, & ꝙ Constantinus
fuit primus publicus Christianus Imperator, & Christum
fuisse crucifixum, & tunc cum ista facta excedant vitam illo-
rum, qui viderũt, tunc secũdum præcedentes sententias ista
non possent probari fuisse notoria. ¶ Sed ego dico, quòd
134 cùm ista facta sint † antiquissima, in istis standum est anti-
quis historijs, & corũ scripta plene probant, iuxta no.de ꝓba.
cum causam.30.quæstio.prima.peruenit. quia antiquis scri-
pturis adhibenda est fides, nota. Specu. de probat.§. viden-
dum. versiculo nono. & de præscript.ad audientiam. C.de
contrahen. & committen. stipul.l. optimam.& l.Celsus. de
proba.facit lex legata.ff.de suppel.lega. & in factis antiquis
leuior probatio requiritur, vt not.Innoc. de verbo.significa.
veniens.& de iura.calum.cum causam.& in cap.licet ex qua-
dam.de testi.& ibi Ioan.Andr.in nouella in verbo, breuem.
not. C.de probatio. l.proprietatis. nam in antiquis, cum sit
difficilis probatio, sufficit præsumpta, l.qui ex liberis.de se-
cun.tabu. Cyn.in l.1.de sen.quæ pro eo quod interest. in fin.
Et ideo cum multa antiquissima per anniuersaria, & scriptu-
ras, & alia seruata in hominum memoria illa sunt notoria, si-
cut fuit Christum fuisse crucifixum, de consecr.distin.2.cap.
semel Christus. cum duobus cap. sequen. & omni anno faci-
mus communem oationem passionis suę: & ideo etiam mo-
mentanea & finita possunt hodie durare in memoria, vt di-
cam proxima quæstione, in qua est quærẽdum, quomodo &
per quot testes probetur notorium. Stat ergo dubium, quo-
modo & qualiter probetur, & in hoc vertuntur duo dubia:
Primum per quot testes probetur notorium. Secundo quia
istud nomen notorium est nomẽ iuris, quomodo debeat de-
ponere testis, vt concludat probationem notorij. Ad primũ
135 quidam † dicunt, ꝙ non sufficiunt duo testes, per tex.in c.in-
quisitionis.in fi.de accus. Sed veritas est in contrarium, per l.
vbi numerus.ff.de testi.& per theoricam euangelicam, in ore
duorum vel trium stat omne verbũ. & in c.in omni negotio.
de testi.& hoc tenet gl. ȝ.in §.qñ autem. & ita cõiter tenetur,
sicut etiam dicam ȝ.in c.manifesta. ȝ.eo. quòd fama per duos
testes, in c.tam literis. de testi. Non obstat c.inquisitionis.in
fin. Nam ille tex.dicit, quòd duo non inducunt, sicut nec duo
inducerent notorium, sed bene duo probarent famam, vt in-
famiam, licet eam non inducerent: sic etiam probarent noto-
rium, licet ipsi duo non possent inducere. ¶ Ad secundum
136 † qualiter habeant testes deponere, vt concludant notorium
esse quod deponunt: & istud videtur clarũ in iure, quòd non
sufficit ꝙ testis deponat per verba iuris, sed debet loqui per
verba facti, ex quibus appareat, ꝙ non intelligit quid est no-
torium, sicut dicimus in teste, qui deponit ꝙ aliquis possedit
fundum vel domum, quia nõ sufficit si dixit, vidi talem pos-
sidere: quia possessio est nomen iuris, vt not. in l. stipulatio
ista.§.hi quoque.de verb.oblig.sed debet dicere, vidi eum te-
nere, fructus colligere, & in ꝓprios vsus conuertere, & ipsam
possessionem locare colono parciario vel numis colenti: sic
in notorio non sufficit si diceret, ꝙ erat notorium, etiamsi
137 diceret diffinitionem notorij: quia † testis non debet iudica-
re, sed debet respondere per verba facti, ex quibus tacite sur-
gat iuris dispositio: & ideo non debet respondere in princi-
pali facto per verba iuris, vt not. Docto.in c.cum causam. de
testi.& ideo dixit Nico.de Mate.vt refert Ioan.And.in addi.
Spec.in tit.de notorio.§.fi.in addi. magna. ꝙ si testis dixisset
esse notorium, & non redderet causam seu rationem, vt dicit
do.Ant.de But. etiam si non esset interrogatus de causa sciẽ-
tiæ, ꝙ ipse testis non probaret: assignat rationem, nam dicit,
quòd verba testis dicentis esse notorium, debent referri, vt
intelligatur dixisse notorium non secundum quòd ius com-
mune disponit, sed secundum quòd vulgus intelligit, quia sic
communiter audiatur, argumen.l.cum delanionis.§.afinam.
ff.de fun.instruc. ¶ Sed ego dico, quòd idem esset etiam si te-
stis intelligeret notorium, secundum quod ius commune in-
telligit, vt quia erat testis, qui deponit, iuris multum intelli-
gentissimus, si per rationem & causam quam allegat non cõ-
staret, quòd de illo senserit: vnde est notandum, quòd cum
testis deponit per verba iuris, in his, quæ in mente non per-
cipit sensu corporeo, sed demum silogizando & discurrendo
per terminum iuris, talis testis non probat, si nõ deponit per
tales rationes & facti locutiones, quòd resultet iuris dispo-
sitio, de qua deponat, etiam si deponat nõ interrogatus de ra-
tione. Ista est not.doct.quã ita limitant & intelligunt glos.in
l.solam.C.de testi.& ideo si diceret, vidi talem ebrium, & vi-
di talem possidere, vel quòd talis erat dominus talis prædij:
vel quòd notorium erat, quòd Titius Męuium interemit: ta-
les testes non probarẽt per prædicta. Sed si postea diceret in-
terrogatus, quid esset notorium, quia vidit eũ interficere in
conspectu totius populi videntis vel maioris partis': Iste te-
stis probaret, licet primo loquutus fuisset per verba iuris.
Nota tñ dictũ Nicolai, ꝙ verba iuris sunt potius interpretan-
da, ꝙ dixerit f'm ꝙ vulgares intelligũt, q̃ f'm formã iuris, de-
beret tamẽ probari qũo vulgus intelligit, vt not.in l. Labeo.
ff.de suppel.lega.& ideo esset cautela, quando testis deponit
per verba iuris vel æquiuoca, & non fuit interrogatus de ra-
tione, vt repeteretur & declaret dictum suum. Pro clariori
tamen doctrina huius dubitationis, in qua Doct.multum di-
uersa loquuntur, est consideranda diuersitas notorij: Si enim
esset notorium, quia commissum in conspectu iudicis sedẽ-
tis pro tribunali, tunc nõ est opus coram eodem iudice eum
probare,

probare, vt dixi supra in q.an notorium indigeat probatione: sed si hoc esset opus probare, forte quia esset alius iudex, vel inter alias personas, tunc si duo testes dicerent, q̃ tale factum fuerit in iudicio iudice sedente pro tribunali, & in conspectu omnium in iudicio astantium, qui viderunt tale factum fieri, & in conspectu iudicis sedentis pro tribunali, isti probarent notorium, nec est opus quòd dicant de maiori parte populi, quia sufficit populus, qui interuenit in iudicio: & hoc probat textus in c.cum dilecti.de precario. dum dicit, viciniæ populus. Nam vt dicam infra in c.manifesta, vt sit notorium non est opus, quòd transeat in notitiam populi vel maioris partis, sed sufficit quòd transeat in notitiam omnium vel maioris partis debentium scire secundùm subiectam materiam, in qua causatur notorium, vt dicam in d.c. manifesta.in mea diffinitione notorij. imo plus dico, quòd si prædicti duo testes non probarent de visu quidditatis, vel essentiæ facti, sed solum dicerent audiuisse ab omnibus, vel a maiori parte interuenientium in iudicio, q̃ coram iudice sedente pro tribunali tale homicidium factum fuit, & coram omnibus ibidem in iudicio astantibus; quòd tales testes probarent notorium, vt supra dixi in quæstione, quæ incipit, vlterius contingit dubitari. vbi posui, an notorium probetur non probata quidditate facti, super quo notorium versatur: & idem dico, si est notorium facti continui adhuc permanẽtis, quia hoc non est necesse probari, vt supra dixi in quæstione, an notorium indigeat probatione; & si deberet probari, sufficerent duo testes, qui dicerent, q̃ factum est continuum permanens exhibens se oculis omnium, ita quòd nulla potest tergiuersatione celari: sed si esset interpellatum, vel momentaneum, tunc sufficerent duo testes: Si est factum recens vel de proximo præterito, quod ipsi audiuerunt a maioti parte populi, vel a toto populo, qui diceret se vidisse, & factum fuisse eis præsentibus, ita quòd non posset aliqua tergiuersatione celari, vt si dixissent se audiuisse a toto populo viciniæ, vel a maiori parte, qui dicebant vidisse parrochianum eorum tenentem concubinam in domo, mensa, & lecto, & forsan habentem filios gradientes super terram; tales probarent notorium, etiam si nihil deponerent de visu de quidditate, seu essentia facti, per illa quæ supra dixi in dictis quæstionibus. Et istæ sunt formæ probandi notorium. Sed si notorium esset antiquum excedens vitam hominum, tunc sufficeret probare, quæ ex auctenticis libris & ex relatu antiquorum, a quibus ipsi testes audiuerunt. Notorium fuit & est, Christum fuisse crucifixum coram maiori parte populi Iudæorum: & idem in similibus, quia si testis diceret, quòd est notorium, & referret eius diffinitionem, & tunc examinans debebit eum interrogare, quis docuit eum, & si diceret, quòd pars, vel aduocatus partis: tunc non probaret tãquam subornatus, de testib.cap, licet ex quadam. Et si diceret a se didicisse, non probaret, nisi assignaret causas facti, ex quibus resultaret notorium iuris dispositione, per illa quæ supra dixi. Illud autem non credo verum, quod dicit Io. And. in addi.Specu.in titu.de notorio.quòd probet dictum testis dicentis, scio quòd est notorium, quia præsens vidi & audiui, quòd interfecit talem: si non interrogatus de ratione nil
138 plus dixit: quia dictum testis † debet esse concludens, de p̃bat.in præsentia.& l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui. sed ex eo, quòd vidit interfici, non concluditur notorium: nec ex hoc, quòd dicat, quòd alij viderunt, nisi dicat de alijs, apud quos videntes causetur notorium, vt quòd vidisset coram populo, vel maiori parte populi factum fuisse. Nec etiam dictum illorum placet, si testis dicat quòd erat notorium, quia publicè audiuit dici, quia vnus vel duo poterant publicè dicere in populo, sed non probarent notorium, sicut nec famam vt dicetur in cap.manifesta.infra eo. vbi de modo probandi famam. Nec placet etiam quod dicit Calde.quòd sufficit, si testis dicat, scio quòd est notorium, quia maior pars populi hoc asserit pro certo publicè hoc factum fuisse, vel esse, nec contrarium asseritur ab aliquo: quia oportet, q̃ testis dicat, audiuisse ab ijs, qui viderunt sic fieri, non ab ijs, qui sic asseuerent, vel dicant fuisse factum, si non dicant q̃ viderint. Item non placet quod dicit Innoc.in cap.1. de offic.deleg.lib.6.quòd sufficit si testis dicat, quia vidi quòd interfecit hominem in platea plena hominibus, quia non cõcludit q̃ sit maior pars debentium scire. Sic etiam non sufficeret dicere, quòd fuerit factum coram multis, 2.q.1.§.quãdo autem. Nec illud etiam placet, si testis diceret, non vidi eum occidentem, sed vidi coram populo fugientem & latitantem: q̃ hoc concluderet, secundùm aliquos, notorium præsumptionis: quia latitatio & fuga poterat esse ex varijs causis, & non concluderet plus ad mortem Titij, quàm ad aliud maleficium. Non placet etiam quod dicit Hostien. q̃ sufficeret, testem dicere, se audiuisse esse famam, & talem nemine refragante, &c. quia si esset notorium recens vel de proximè præterito, non sufficeret dicere, quòd esset fama, nisi dicat, audiui dici a maiori parte, qui dicerent vidisse tale factum, factum fuisse ipsis præsentibus & maiori parte populi: nisi esset notorium de facto antiquo, vt prædixi. Et hæc sufficiant circa materiam notorij.

REPETITIO
IN C. NOS IN QVENQVAM II. QVAEST. I.

Celeberrimi I.V.C.D. Azonis à Ramenghis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices sententiantes an licitè vtantur verbo pluralis numeri.*
2 *In, præpositio quandoque ponitur pro contra.*
3 *Personarum acceptio in iudicando & sententiando apud iudices debet esse remota.*
4 *Posse id dicimur, quod commodè facere possumus, & iustè.*
5 *Verba, potest, & debet, in quo differant.*
6 *Dictio, aut, impropriè sumpta, exponitur pro idest: copulatiuè verò pro &.*
7 *Confessio ex necessitate facta non facit fidem.*
8 *Deus magis est inspector cordis quàm operis.*
9 *Damnandus non est quis ex abrupto diffinitiue, nisi primò sit legitimè conuictus aut spontè confessus, quia de manifestis non de occultis iudicare debet ecclesia.*
Nec ex sola suspicione damnandus est quisquam. num.10.& 21.
11 *Iudices, nec leuitate nec furore ducti debent præcipites proferre sententias, sed prius debent cuncta perfectè rimari.*
12 *Dictio, nisi, post negatiuam ponit: secus si præcedit affirmatiua.nu.31.*
13 *Confessio crutiatib.extorta, vel alio iusto metu, non inducit condemnationem.*
14 *Confessus sponte meritò contra se sententiam reportat.*
15 *Conuinci propria voce est pondus pudoris grauissimi.*
16 *Iudicantis nullæ sunt partes in confessos.*
17 *Confessus si quis sit hominem occidisse, quem postea paratus est ostendere viuum, an cesset Aquilia.*
18 *Excommunicationis sententia licèt iniusta tenet, & quare.*
19 *Excommunicationis sententiam iniustè ferens pœna sacrilegij tenetur.*
20 *Conuinci quadrupliciter quis dicitur.*
21 *Suspitio triplex.& nu.seq.*
22 *Dubia sunt semper in meliorem partem interpretanda.*
23 *Debitor si producit instrumentum cancellatum, an præsumatur absolutus.*
24 *Præsumptio violenta an debeat inducere iudicem ad sententiandum.*
25 *Iudex in incerto & ambiguo an debeat ferre sententiam.*
26 *Iuris ambiguitas vbi adest, potest ferri sententia, de similib. ad similia procedendo.*
27 *Iudicium absolutum in ambiguis ferri non debet.*
28 *Iudices quantunuis vera, nisi certis indicijs probentur, admittere non debent.*
29 *In ambiguis quando sententia certa ferri debet: & quando in dubijs.num. seq.*
32 *Lex debet esse certa.*
33 *Dictio, nisi, quomodo excipiat.*
34 *Exceptio omnis debet esse de regula & contentis in ea.*
35 *Confessio, ex qua debet sequi sententia, debet esse vltronea.*
36 *Aduocati confessio quo casu noceat parti.*
37 *Aduocati reuocati confessionem vsq; ad quod tempus liceat reuocare.*
38 *Error aduocati & proprius error an differant.*
39 *Confessus sponte eo ipso an habeatur pro iudicato.*
40 *Paruuli quicquid vident ignorant.*
41 *Pubes quo casu obligetur ex sui confessione.*
42 *Iudicij ad solennitatem particulariter primò solemnitas personæ requiritur.*
43 *Minor interdum iurat, & interrogatur de veritate dicenda, licèt non iuret de calumnia.*
44 *Minor curatorem non habens contrahens, an contractus teneat.*
45 *Confessio minoris infante, etiam cum auctoritate tutoris non valet.*
46 *Furiosus nullum negotium contrahere potest.*
47 *Errare propriè quid sit.*
48 *Procuratoris confessio domino absenti an obsit, & quando.*
49 *Testis in causa propria nemo esse potest: & an contra se.*
50 *Confessio coram non suo iudice an teneat.*
51 *Confessio & sententia quo casu paribus passibus ambulent.*
52 *Seruum si quis se confiteatur apud acta, non tamẽ in iudicio liberalis causæ, an sibi obsit.*
53 *Ea, quæ fiunt in modum iurisdictionis contentiosæ, obsunt in quocumq; iudicio.*
54 *Confessio falsa ad hoc vt confitenti præiudicet, naturalibus conueniri debet.*

Os in quenquam. Capitulũ breue est, & seipsum notabiliter sub compendio summat. Sed diuidendo dicere possumus, q̃ Augusti.negatiuè instat respondens, responsionem suam determinat dupliciter, ibi, [Nisi
nos si huic.] j̃.e.q.5.nos sanctorum: & 1.q.7.nos si.supra.96.
di.nos autem.de sepul.nos ista.de testit.nos quidem.de pur-
1 ga.can.nos inter. † Quæ omnia sic collegi in argum. q̃ iudices sententiantes licite vtuntur verbo pluralis, ostendendo nos tales. Cum August. qui alias ex humilitate dicit locum sibi gubernaculorum secundo traditum, qui remum tenere non nouerat, 40.disti.ante omnia. Et q̃ senex episcopus, qui a iuuene ac collega anniculo est edoceri paratus, 24.q.3.si habes.hic in plurali loquatur. Hinc est, q̃ si ab vno iudicum vel arbitrorum alijs præsentibus & mandantibus scripta sententia recitatur, necesse est, q̃ recitans vtatur verbo pluralis numeri, nõ autẽ singularis dicendo, videlicet nos tales iudices vel arbitri &c. Licet secus in electionis publicatione & pronunciatione seruetur, in qua siue per scrutinium siue per cõpromissum etiam procedatur, vt euidentius cõmunis & vnica censeatur promulgatio electionis, & ab vno vice omnium per verba singularis numeri facienda, vt patet hodie de electio.sicut cum: & de sent.& re iudic.cum ab vno.lib.6. Verũtamen si episcopus compromissarius ad eligendum abbatem etiam pronunciatione sua ratione dignitatis verbo pluralis numeri vtetur, dicendo, scilicet nos E.Bononien.episcopus, non putat d.m.hoc nocere, cum vere hoc casu sententia sit communis & vnica, ex quo per vnum solum fit. Nec decret. præalleg.vẽdicat sibi locum, vt ipse not.in prædi.decre. cum ab vno.in vlti.glo.In quo etiam concordat Archidia.in prædicta decret. cum ab vno. Ad quod etiam facit expresse decre.2.in fin.de pœni.lib.6.& quod ipse d.m.post Hostien.no. de baptist.cap.1.super verbo, te. In quenquam, idest contra
2 quenquam. † Et sic præpositio, in, ponitur hic pro contra. Concor.supra 45.distin.cum beatus, post princ.ibi, In honoratos efferuescere.1.contra infra.e.q.si peccauit in te.1.contra. Quod etiam habetur de iudicijs.nouit. Ad idem facit, supra.1.q.1.in eum.1.contra. Quæ est lex canon.& habetur.4. q.5.quisquis.ibi, ipse in se damnationis sententiã dixisse iudicetur, i.contra se.6.q.2.placuit.ibi, Caueat episcopus, ne in quenquam dicat, idest contra quenquam. & 11.q.3.placuit viuerso.in fine.& c.custodi.ibi, Præualebit in te scilicet testimonium, idest contra te. Ad idem ibi duplex ratio, C.de fide instrumentorum & iure hastæ fis.libro 10.cum concor. Aliàs autem hæc præpositio etiam varijs modis ponitur, quos latè ponit Archidiaco.40.distin.si Papa.D.m.de consue. ad nostram.& de iure patro. nobis. in fine. remittendo ad Speculatorem de disp.& allega.§.posthæc.ver.vltimo. Ibi, imponitur. Et quod dicitur hic, quẽquam, exponere possumus marem vel fœminam, paruum ac magnum, ciuem vel peregri-
3 num. † Quia in iudicando & sententiando personarum acceptio apud iudices debet esse remota, iuxta illud Deutero. 1.cap.audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. ita paruũ audietis sicut magnum, nec accipietis cuiusquàm personam, quia Dei iudicium est, de iudicijs.nouit. Et Actuum, 10.ante fin. In veritate compet. quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, quæ timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quæ verba transl.habentur 1.quæst. 7.hinc Petrus. Facit.3.q.9. cap. vltimo.4.q.5.cap.2. 11.q.3. summopere. De hoc etiam notabiliter loquitur Cassiodo.3. natura.13. Censebis in commune, quæ sunt amica iustitiæ: nescit enim personas respicere, qui meram cogitat æquitatẽ. Sententiam scilicet diffinitiuam depositionis, condemnationis vel excommunicationis, de qua etiam loquitur hoc capitulum, & infra e.quæst.multi: non & ipsa requirit iudiciarium ordinem, vt patet infra e.quæst.nemo.24.q.3.de illicita.de senten. excommu.sacro.de appell.reprehensibilis.& c. cum speciali, in prin.licèt de illo omissio teneat, vt not.supra e.quæst.in sum.& in prædicto cap.sacro.& patet e.tit.Romana.§.sed nec.lib.6. ¶ Idem etiam de arbi.Lauren.de sentẽ.suspensionis.ar.infra e.nomen. Quia Augu.noluit ibi supprimere nomen presbyteri, idest suspendere, quia crimen erat occultum, secũdùm eum. Ferre, aliàs proferre infra c.proxi. & c.primates.& l.statutis. Et intelligitur postquàm scripta fuerit. Et per nos, non per alium descripta ratione, vt in præalleg.l.statutis.quæ habetur C.de sent.ex periculo recitan. 11.quæst.2.summopere. in fin.& de senten.& re iudi. sicut nobis.in fin. Alias nec nomen sententiæ bene meretur. Nec ab ea est appellare necesse: Episcopis tamen ad instar illustriũ personarum propter prærogatiuam dignitatis licet per alios recitare, dumtamen ipsa sententia scripta litigatoribus detur, non solummodo recitetur: & sedendo, non stando similiter proferatur. Aliàs nullius penitus est momenti, vt patet hodie de sentent.& re iudi. & si sententia. libro 6. Non
4 possumus, idest non debemus de iure, 30.quæstione vltima. nullum. Id † enim dicimur posse, quod iuste facere possumus, 22.quæstione secunda.faciat.vbi de hoc.& 26.quæstio. secunda. Agathosa.in fin. Sic econuerso exponitur, debent,
5 idest possunt, supra 32.di.si qui vero. † Quidam tamen, vt Hu.dicunt, quòd inter ista verba, potest & debet, est differẽtia. Quia per verbum potest, libera datur potestas: sed per verbum debet, imponitur necessitas. Sed Azo, Accur. & Tanc.credunt idem in vtroque, vbi agitur de iurisdictione. Sed in vltimis voluntatibus talia necessitatem important. Alleg. fideicommissa.§.si quis ita.ff.de lega.3.fac.Canon.2. q.6.alicui.de iudicijs.nouit, 1.responso. vt eccle. benef. cap. vno.ver.ideo.l.distin.quantum dicit.in fin. vbi de hoc not. Archidia.post prædictos.ff.de iudi.non quicquid.ff.de offic. præsid.l.sæpe.vbi etiam de hoc not. Accur. Nisi cùm, hic post negatiuam istud nisi, ponit. Cõcor.32.di.interdicit, 1.quæst. 3.ex multis.5.quæst.3.si ægrotans.15.quæstio.3.de crimine. Sed vbi affirmatiua præcederet, tunc excipit, de constit.cap. 1.libro 6.vbi de hoc per Archi.& 15.quest.3.non est permissum: vbi etiam ponit concor.pro, & contra, & infra dicetur
6 latius. † Aut: ista dictio aut, sumitur improprie, & sic ponitur expositiue pro.i. Quandoque copulatiue pro &. Quandoque correctiue, vt not.Archi.concor. allegans 46.dist.cap.1. De quo etiam legitur & not.C.de verborum significa.l.vlti. Conuictum testibus legitimis.j̃.cap.primo.& cap.primates. Vel instrumentis vel alijs modis, de quibus hic in prima glo. Vel etiam argumentis, vt infra e.q.6.cap.nullus etiam.nam etiam illa probant, vt ibi, & infra 11.quest.3.quamuis.de cleri.peregrinan.inter: & de hæreti. excõmunicamus.§.vltimo: & vtrobique de hoc: & C.de rei vendica.l.iudicia.& dic cõuictum sic, quòd os aperire nõ possit, 17.quæst.4.vxor Felicis. Sponte: not.quia secus si coacte, quia † confessio quæ fit
7 ex necessitate non facit fidem, vt 1.quæstio.6.cap.1.31.q.
8 1.Lotharius: quod metus causa.cap.1.& merito, quia † Deus est magis inspector cordis quàm operis, vt ibi, & 14.questio. 5.proposito: de pẽ.si quem.22.quæstione 5.qui peierare.32. quæstione 5.proposito: de pœni.distin.1.nunquid ad casum: cum concor. Confessum] confessus proprie dicitur, qui alterius dictum fatetur: & sic sumitur hic, & infra cap.proximo: & cap.primates.& ff.de pœnis.l.qui sententiam. Ibi, qui sua confessione, &c.ff.quorum appella.non reci.l.2.ibi, Vicium scelusque confessus est: & C.de confessis.l.vna: vbi Cynus in princip.hoc late prosequitur. ¶ Ex cap.nostro primo
9 notare possumus, † quòd ex abrupto non est quis diffinitiue damnandus, nisi primo sit conuictus legitime, aut sponte cõfessus. Concor. infra e. quod multi.24.quæstione 3.de illicita. Huius est ratio, quia de manifestis non de occultis iudicare debet ecclesia, cùm secretorum & occultorum cognitor sit Deus & iudex, 32.distinctio.erubescant.2.quæstione 5.consuluisti.34.quæstione tertia: Deus qui.32.quæstione 5. Christiana.de simo.sicut tuis.in fine.& cap.sequen.& de vsuris: in ciuitate, cum concor. ¶ Secundo notare possumus,
10 † quòd ex solo suspitionis arbitrio quis condemnandus non est, vt hic, & infra eadem, qui primo. Diuinæ enim pietati facere videntur iniuriam, qui in istis iudicium eius suo conãtur iudicio præuenire, vt dicit August. infra eadem quæstio. nomen. Nam si omnia in hoc seculo iudicata essent, locum Dei iudicia non haberent, 6.quæstione prima.si omnia, cum concor.& c.multi. versicu. noluit enim secunda quæstione. secunda.in scripturis, 6.questione 1.oues.11.quæstione.3.in cunctis: de sentent. excommunica. inquisitioni.2. respon.
11 cum concor. ¶ Tertio notare possumus, † quòd iudices leuitate aut furore ducti nõ debent esse præcipites aut faciles in

in sententi;s dictandis & proferendis,sed prius cuncta perfe-
cte rimari.Concor.j.ea.quæst.Deus omnipotens.11.q.3.illa.
& c.summopere.30.q.vlti.iudicãtem. Nec ad vindictam illos
res incognita debet accendere,86.dist.si quid vero.qđ c.repe
titur.15.q.7.Scientes, ꝙ omnia subita probantur incauta, vt
dicit Cassiodorus primo natura.17.fa.canon, 47. dist. §.vlti-
mo.50.distin.ponderet.in princip.cum concor.¶Quarto no.
12 possumus,† ꝙ dictio, nisi,post negatiuam ponit: concor.quę
dixi supra.Secus vbi affirmatiua præcedit, quia tunc hæc ex-
cipit, vt de hoc plene not.Dyn.& D.m.post eum de regulis
iuris, peccatum.lib.6.¶Quinto ex eo quod hic dicit,sponte,
notare possumus a contrario, quod est fortissimum, 15.q.3.
ex eo.de his quæ fiunt a prælatis.cum apostolica. cum cõcor.
13 † ꝙ confessio extorta cruciatibus vel alio iusto metu, non in-
ducit condemnationem,& vltra concor. supra inductas facit
23.q.5.c.1.ad fi.ff.de quæstio.l.1.§.diuus.2. & §.si quis vltro.
cum concordan.Et merito,quia vt dicit Cassiodorus,3.6.16.
inter supremas hanelantis angustias votum est potius perire,
quàm viuere,quia detestabilis sensus pœnarum dulcissime sa
lutis exclu dit affectum. ¶Sexto & vltimo notare possumus,
14 † ꝙ in iure sponte confessus merito contra se reportat senten
tiam, vt hic patet, & j.ea.q.6.quicunque.Et merito,quia ta-
lis pro iudicato habetur, C.de confessis.l.vna.qui sua senten-
tia quodammodo damnatur, ff.eo.tit.l.1.immo ore proprio,
iuxta illud Lucę,19.c.de ore tuo te iudico. Et alibi dicit ca-
non,ex ore tuo condemnaberis,20.distin.nunc autem. Facit
præalleg.canon,17.q.4.vxor Fęlicis:de electio.per inquisitio
nem.de confes.cum super. cum concor. Quod vt pondero-
sum aduertens Cassiodoros, 5.natura.20. pulchre dicit, Ca-
15 ue, ne tua tibi obijciatur oratio, quia pondus † est pudoris
grauissimi propria voce conuinci. ¶Prima glo.specificando
prosequitur quatuor modos, quibus quis de iure conuinci-
tur. ¶Secunda glo.arguit ex textu, & argumentum protra-
hit cum determinatione. Secundo dubium remouetur cum
duplici limitatione.Tertio in hoc inepte reprehendens legẽ,
dupliciter illam defendit solutionem. Quarto, quæ confessio
præiudicet versuum prosecutione.¶In prima glo. ibi, siquis
aliàs hi accusati adulterij. Si proximitatis obtentu intentatas
depulerint nuptias,postmodum contrahentes facinus illud,
in quo accusati fuerant, manifesta fide ac indicijs euidenti-
bus publicabunt. ¶In secunda glo.ibi, Iulianus. confessus se-
cretum debere legatum, pro iudicato habetur: & ibi, Si con
fessus, sequitur fuit reus, donec pronuncietur de eo,in vincu
la publica conijciendus est: & ibi, §.diuus.confessiones reo-
rum pro expressis facinoribus non oportet haberi: & ibi, Si
quis vltro.Sequitur, de maleficio fateatur, non semper fides
ei habenda est.& ibi, Quid ni.sequitur non semper, nec ta-
men unquam fides adhibenda est: etenim res est fragilis &
perniciosa, & quæ veritatẽ: fallat, & statim subdit exemplũ:
& ibi, Prouide.§. vltra, aduersus confitentem iudex non rei
16 iudicandæ datur, sed æstimandæ, nam nullæ partes † iudicã-
tis in confessos sunt. & ibi, Minorem, sequitur a confessio-
ne sua restituimus: & ibi, error. sequitur facti nondum fini-
to negocio nemini nocet.& ibi,De ætate.supple,§.1.ibi,dici-
tur, fides enim contra se habebitur. ibi, l.vlti.ibi dicitur re-
spondi ab his, qui non in iure interrogassent ex viso suo con-
ueniri non posse. & ibi, confessionibus. adde, 2. responso,
vbi dicitur, ꝙ falsæ confessiones naturalibus conuenire de-
bent.& ibi, Interrogatam. sequitur confessam apud acta se
esse ancillam;huius enim factum defensionem non excludit.
17 & ibi,§.vlti.quamuis falso † confessus sit quis hominem vi-
uum occidisse,si postea paratus sit ostendere viuum esse, ces-
sat aquilia.& ibi,Si vnus,adde,§.pacta.vt dicetur j.in supple-
tionibus.¶Ad canonem nostrũ opponitur, & vr̃, ꝙ iudex ex
abrupto,& non seruato iuris ordine & causa non præceden-
te sniam ferre possit.Vnde vr̃ ob.j.11.q.3.si Episcopus forte
18 iracundus.Solutio:regulare est, ꝙ hic dicimus, sed fallit † in
excommunicationis sententia,quę licèt requirat iudiciarium
ordinem,& causæ cognitionem, vt dictum est s̃.si tamen ex
his sit iniusta,& ẽt ex aĩo tenet:& sic loquitur cõtrarium:spe-
cialitatis tamen rõ est in ea,vt per obedientię meritum homo
crescat in melius parens iniustæ sniæ,& se recognoscens liga-
tum iniusta snĩa,8.q.1.sciendum.11.q.3.quid ergo. & clauis
ecclesiæ in maiori reuerentia habeatur, vt leg.& not,de app,
pastoralis.in gl.antepe.Facit de except.pia.lib.6.Itẽ ꝙ sic pa-
rendo,licet ligetur quo ad ecclesiam militantem, non tamen
quo ad triumphantem,vt patet.1.q.1. vt euidenter.11.qõ.3.
quid obest.& c.1.si ad tempus.& 24.q.3.si quis non recte. vbi
de hoc. Ipse tamen iudex hoc de iure facere non deberet, vt
dicitur. Et si hoc facit, ei potius obest qui facit, quàm ei qui
19 hanc iniuriam patitur,quia † ex hoc pœna sacrilegij tenetur,
vt patet 11.q.2.illud plane.vbi de hoc. 24.q.3. non in perpe-
tuum.& de senten.excom.sacro. Si ergo istud potest, potest
de facto, sed non de iure, & secundùm Deum.Nam diuersis
modis aliàs dicitur aliquid posse, vt legitur & notatur infra,
32.q.2.faciat.& de rescri.sifcitatus.in.1.glos.vbi versus. ¶Se-
cundo opponitur, & videtur,ꝙ etiam non conuictus vel cõ-
fessus per sententiam diffinitiuam damnari possit & debeat.
Vnde videtur obstare,infra.3.q.9.decernimus.11.qõ.1. chri-
20 stianus.24.q.3.de illicita.Solutio,vt dicit hic prima gl. † qua-
drupliciter dicitur quis conuinci. Quia aut iure, scilicet in-
strumentis, vel testibus legitimis, vt patet de probat.ca.2.&
c.ex litteris.de restitut.spoli.cum ad sedem.§.nos igitur.infra
ea.q.7.plerunque.22.q.1.omne quod. Et ita intelligitur hoc
c.cum se. Aut facti euidentia.Et sic loquitur j.ead.q.quæ Lo-
tharius.& de cohab.cle.& mulie.tua.Aut iuris interpretatio-
ne,vt sæpius citatum esse reum post litem contestatam, & in-
uentum expresse recusare comparere, & iudicium refugere:
Quo casu si liquet de causa, bene potest & debet talis sic cõ-
tumax diffinitiue damnari: & sic intelliguntur iura cõtraria,
vt de materia plene legiur & no.3.q.9.in summa. Simili mo-
do in confessione: nã dicitur quis aliquid confiteri interdum
ore proprio, vt 15.q.6.c.1.& 2.& de pbatio.per tuas.& C.de
non num.pecu.l.generaliter.& de tali cõfessione intelligitur
nostrum c.cum se. Interdum dicitur quis confiteri præsum-
ptiuè, scilicet per contumaciam euidentem & notoriam, vt
proxime est præmissum: quo casu loquuntur in contrarium
allegata, vt patet etiam 11.qõ.3.rursus.& c.quicunque. & de
hæreticis.cum contumacia.lib.6.Interdum euidentia rei actu
permanentis,vt patet 28.distin.priusquam.82.dist.proposui-
sti.in prin.vbi de hoc.¶Tertio opponitur,& videtur, † quòd
21 ex solæ suspicionis arbitrio quis diffinitiue veniat condem-
nandus: vnde videtur obstare can.32. q.1.dixi. C.de adult.
l.si qui.& in Auth.vt lice.mat.& auiæ.§.pen.col.8. In quibus
omnibus patet,ꝙ ex sola suspicione sententia fertur. Sol.tri-
plex est suspitio,scilicet temeraria, quæ insurgit a maliuolis
hominibus, & ex leuibus causis, puta si videt virum semel
loqui cum muliere, & statim præsumunt ꝙ pro malo: certè
hæc præsumptio est inualida, & in iure repellitur, nec ex ea
sententia fertur: & sic loquuntur iura supra in secundo nota.
allegata:nam ibi temerarie & male præsumunt, cum † dubia
22 semper in meliorem partem sint interpretanda, 41. dist.c.1.
96.dist.in scripturis.j.ea.q.Deus.11.q.3.absit. vbi de hoc.&
de regu.iuris.estote.Alia est violenta, vt quia est iuris, & de
iure,nec in contrarium probationem admittit, quam Hosti.
dicit indubitatam,iustam, & omnino certam iure scripto sine
probatione aliqua approbatam. Guil. verò in Spec. appellat
necessariam,verbi gratia,Si tumeat venter vxoris a viro inco
gnitæ,2.q.1.si peccauerit.Vel si vir pluribus annis fuit in ex-
peditione vel peregrinatione, & rediens inueniat ex vxore
filium anniculũ,ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filium. vel
si aliqui accusationem adulterij intentatã proximitatis obtẽ-
tu detulerunt, & postea de facto nuptias contraxerunt: Et
certè ex huiusmodi præsumptionibus violentis, & ex alijs
pluribus, vbi ius aliquid adeo præsumit, & sit certum ꝙ ali-
quid statuit, quod probationem in contrarium non admit-
tit,de quib⁹ patet 54.dist.fraternitatem:de iudęis.c.vlti.de p-
sump.afferte.& c.litteris.31.dist.si quis inuẽtus.27.dist. ꝙ in-
terrogasti.11.q.1.si q clericorũ.27.q.2.vidua.de regul.vidua.
de spon.ad id quod:& c.is q.de cõdi.appo. p tuas. q mrĩmo-
niũ accus.pos.insuper. de simo.de hoc. & c.insinuatum.C.ad
Mace.l.vlt.C.de rei vxo.ac.l.vna,post prin.C.de lat.liber.tol.
l.vnica.§.sed & q dñi. C.arbi.tu.l.fi.cũ ĩfinitis ꝯcor.& tũc fm
Ber.fertur diffinitiua snĩa:Et sic loquũtur iura s̃.in contrariũ
alle.Sed vbi est violenta,cuius contrarium pbatur, & pbatio
23 a iure admittitur,vt quia est iuris tantum:† cui exemplum pa
tet,cùm per debitorem debiti pducitur instrm cancellatum,
pp quod ipsum præsumimus absolutum,vt patet 76.dist.hũc
numerũ.ff.de probat.si chyrographũ.& vtrobiq; de hoc. Vel
si resignat quis personatui,& illius postea recipit vicariã, de
præsumpti.quia verisimile.Licet hmõi pręsumptiones verisi-
militer inducant iudicem ad sententiã dum. Verũ est tñ, nisi
cõtra tales præsumptiones probetur legitime,vt in præalleg.
iuribus:& 27.q.1.nec aliqua.36.qõ.3.extraordinaria.72.dist.
proposuisti: de probatio.proposuisti: qui matrimonium ac-
cusa.poss.cum in tua.ff.de in inte.resti.diuus. & ff.de probat.
qui
qui testamentũ.cũ concor.& est auduertẽdũ,ꝙ dixi legitimè,
qa per aspectũ corporis vel testes legitimos, vel quibus loci
cõis fama consentiat,debet huiusmodi probatio in ꝯriũ fieri,
quia simpliciter iuramentum nõ sufficeret,vt no.Io.in pręd.
c.dixit.32.q.1.& in gl.2.& no.ẽt in præallegata decre.quia ve
risimile. Alia est suspitio probabilis, & hæc dicitur præsum-
ptio iudicis, quæ insurgit ex præsumptionibus aliquibus, &
fama crebrescente:& hmõi pręsumptionis effectus est, quia
expurgationẽ inducit,j.ea.q.5.psbyter si.& c.se. & de purga.
can.si quis ex gradu. Itẽ ꝙ requirit pbationẽ ꝯ se,ff.ꝙ metus
causa.l.non est verisimile.6.q.1.præsentium.de renun. super
hoc.Quandoque etiam refundit probationem in reum,C.de
probatio.siue:& vt ecclesiast.bene.c.vno:vbi de hoc. Non tñ
ex se inducit iudicem ad sententiandum,nisi reus,cui ob hoc
esset indicta purgatio,in purgatione deficeret, vt in prædi.c.
presbyter.si.de coha.cleri.tua.& de purg.cano.cum P. Vel ni
si cũ vno teste vel alio simili præsumptio faciat plenam fidẽ,
vt no.j.ea.q.multi.in vlti.glo.& 4.q.3.sæpe. de præsumpt. il-
lud.& c.se.vbi no.de hoc.& j.35.q.6.si duo. in princ.ff.de sti-
pu.seruo.ꝙ seruus.C.ne de sta.defun.l.2.Mouet tamen iudi-
cem ad deferendum iuramentum illi, pro quo est huiusmo-
di præsumptio,vt postmodum pro eo sententiam ferat, ff.de
iureiu.admonendi.C.eo.ti.in bonæfi.& extra,eo.ti.c.vl.& de
procur.ex insinuatione: & de huiusmodi præsumptionibus
oĩbus hic in j.gl.& j.ea.q.j.c.1.6.q.1.oues.32.q.1.dixit 50.dis.
ferrũ.54.di. fraternitatem.per Ber.de præsum.quantæ. latius
de spon.is qui.per Archi.in prædi.50.dist. non est verisimile.
per Inno.& Host.de præsumptio. quia verisimile. latius per
ipsum Host.in summa, eod.tit.§.2.& Guil.in Spec.eo.tit.§.2.
vbi præsumptionem iuris, & de iure, contra quam probatio
nõ admittit,de qua s̃.prędiximus,ponit vt quartam speciem,
24 & eam appellat necessariam. Sed † contra proxime dicta op-
ponitur,& videtur, ꝙ præsumptio violenta iudicem non de-
beat ad sententiandum inducere. Vnde vr̃ ob.decre. litteras.
de præsump.Solu.dic,ꝙ decre. præallegata de violenta præ-
sumptione non loquitur,sed vehementi, quæ sola ad condẽ-
nationem non sufficit,vt ibi not.& dictũ est supra. Vel potest
dici,quòd de violenta loquitur,quæ non sufficit, vbi contra
ipsam probatur,vt etiam dictum est supra. Vel Papa ibi vo-
luit benigne agere secundum Guil. qui hoc no.in prędi.§.2.
ver.violenta. Vel potest dici,ꝙ iudicem inducit ad pronũciã-
dum in mediocribus criminibus,vt patet in prędi.c.dixit.32.
q.1.Sed non in enormibus,quale est hæres:& ita intelligitur
22 quid confeſſus. ¶ † Quia ſupra circa primum dictum dixi,ꝙ in notorio actus continui & actus tranſeuntis noto iudici vt iudici,non requiritur ordo iuris:quæro,an citatio & ſententia ſint neceſſaria ? & videtur ꝙ ſic,12.q.2.indigne.24.q.3.de illicita.ꝛ.ea.q.Deus omnipotẽs. Pro hoc etiam facit quod legit& not.de iureiurã.ad noſtrã.3.in 2.glo.de diuor.porro.in 2.ſuper prima glo.de pur.ca.c.antepenul. infra ea.q.quæ Lotharius.in 1.glo.& §.quando autem, in 2.glo.& infra 24.q.3. ecce autem.in prima gl. In cõtrarium facit 11.q.1.ſtatuimus. infra ea.q.de manifeſta. & c.ſcelus.de elec.bonæ.1.& c.venerabilem. Pro hoc etiam facit ꝙ le.& not.de re iudi.cum olim. ſuper glo.antepen.de app.cum.ſit Ro.in vlt.gl. & videtur hic expreſſum de transla.præla.quando. ibi,pręcipimus: vbi hoc not.Inno.& Hoſt.dicens,ꝙ illud verbum habet vim ſentẽtię. de verbo.ſigni.in his.tamen ipſe Inno.notat contrarium, de cohab.cleric.tuam.dicens, ꝙ in omni notorio eſt fienda citatio per præalle.decre.ad noſtram: & illud videtur melius,tutius & iuſtius Hoſtien. ꝙ nullus quantuncunq; notorius ſine citatione & ammonitione cõdemnetur. Tum quia multi dicuntur notorij,qui non ſunt,de appel.conſuluit.1.Tum quia & ſi notorius, tamen legitimas exceptiones habet, quæ ſunt

23 admittendæ,de offic.deleg.ex parte. de reſtitu.ſpolia.literas. ad fi. Tamen quia omnis † condemnatio nimis accelerata eſt odioſa,argu.ff.de act.& obli.Arrianus.de re iudi.c.vlt.& c.cũ Bertoldus.& hæc vera,niſi forte ſcandalum vel periculũ magnum reipublicę ſit in mora, vel notorium huiuſmodi in cõſpectu iudicis contigerit:& ſic poſſunt intelligi iura ad partẽ contrariam allegata.Circa quam vide quod no.Guil.in Spe. 3. par. de notorijs criminibus.§.fin. verſ. iſtud autem notandum & ver.ſeq.Arch.tamen in c.quæ Lotharius.infra diſtinguit,vtrum factum ſit tale,in quo exigitur condemnatio certę perſonæ : & tunc quantuncunq; ſit notorium,citari debet ad ſententiam audiẽdam,propter rationes ſupra præmiſſas: & ſic dicit curiam ſeruare. Aut ſufficit tantum inhibitio vel ordinatio,vt quia ſtatutũ eſt in aliqua ciuitate aliquid, quod ſit contra libertatem eccleſiæ, vel contra ius diuinum, & ſuperior poteſt illud tollere,vel mandare illud tolli, & non obſeruari, ac decernere illud non tenere & de facto caſſare ſine alia admonitione.Ad quod facit ſecundum eum,ff.de ſer.fugi.Diuus.ff.de offi.procura.Cæſ.l.vltima. Ad hoc etiam facit quod no.de verb.ſignifi.poſt Hoſt.in prædi.decre.cum olim. de re iud.in fi.antepenul.glo.De ſententia vero ſcribit Inno. de verb.ſign. ex parte. & d.m. poſt eum ibidem ſuper ver.fe-

24 cerunt. † quòd in crimine vel in iniuria,quæ notoria ſint, nõ ſit neceſſaria ſententia: quia tunc non poteſt dici iudex in cauſa,ſed potius executor pœnę:& ideo recuſari non poteſt, de appella.nouit. Vin.Ber. & Hoſt.videntur notare contrarium in prędi.decre.porro.de diuor.ſuper.1.glo. Sed d.m.ibi poſt Inno.& Archi.in præalleg.c.quæ Lotharius. intelligunt hoc de ſententia ſolemniter & in ſcriptis proferenda:facit in Authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag. §.neceſſitatem. colla.2.

25 ¶ Circa ſecundum dictum † quæro, nunquid cum executio ſententiæ petitur,ſit neceſſario offerendus libellus.Et dicunt quidam ꝙ non,quia aliàs non eſſet litium finis. Et hoc placet

Inno.

Inno.& Hoſt.qui hoc no.de libel,obla.c.1,& de reſt.ſpo.cum ad ſedem,ſuper glo.2.ad finem. Dicentes,ꝙ declaratio, quæ fit per actorem in executione,fit ſine libelli oblatione vel litis conteſtatione. Et hoc videtur etiam ibi placere domino Man.poſt eos. Alleg.& remit.de hoc ad no.per Guil.in Spec. quarta parte,de libelli conce.§.nunc dicendum. ver.25.Alibi tamen ipſi Innocen.& Hoſtien.videntur notare contrarium, dicentes,quòd cum pro executione ſententiæ noua competat actio,ſcilicet iudicis officium, quod pro actione proponitur,& litis conteſt. expoſcit,de off.iudi.c.2. vel actio in factũ ex ſententia.C.de rebus creditis. actori. ergo videtur, ꝙ ibi ſit neceſſario offerendus libellus,hoc ipſi no.de exceptio.venerabilem. Et hoc indiſtincte verum eſt ſecundum Hoſt. tamen prima ſententia communiter obſeruatur, vt hic refert Archid.ne finis vnius litis ſit principium alterius,C.de fru.& & lit.expen.l.terminato.C.de rebus credi.l. ſiquis. de ver.ſi. cum olim.pro qua ſententia facit optime ſecundum eum capitulum noſtrum,& de pęni.diſt.1. Adam.ſi vtrobique litera ponderetur.Guil.in præal.ver.finaliter in hoc diſtinguit.aut petitur iudicis officio fieri executionem ſententiæ in bonis, & tunc contra certam perſonam nil petitur, quare ab initio non eſt libellus neceſſarius,ſl.de mino.l. minor annis 25, ibi,ad initium &c.aut contra condemnatum petit, & ipſe ſe opponit,dicens ſententiam nullam,vel executionem nõ eſſe faciendam,quod poteſt,vt ff.de iud.ſi prætor.§.Marcellus.& petit libellum: & tunc credo,quòd ſit neceſſariò offerendus,

26 ¶ Secundo quæro, † an in executione ſententiæ ſit neceſſaria ſummaria cauſæ cognitio?& videtur quòd ſic, ſt.de re iudi.à diuo Pio.§.ſi rem.alias incipit, ſi ſuper rebus. & §.ſe.vbi dicitur, quòd ſi ſuper rebus propter rem iudicatã in cauſam pignoris capiendis fiat controuerſia, facienda eſt ſummaria cognitio.In contrarium facit litera huius c.ibi, nulla patimur executione differri: & prædi.c.Adam.de pœni.diſt.1.ibi, dũ dicitur, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit &c. ſuper hoc articulo ſic diſtinguunt Inno.& Hoſt.aut petitur executio in rebus alijs quam in illis,quæ per ſententiam adiudicatæ ſunt:& tunc quocunque allegãte ſe habere ius in illis rebus fiet ſummaria cognitio,vt ibi:Aut nõ in rebus alias, ſed in petitis tãtum & adiudicatis per ſententiam, ſicut patet exemplum de re iudi.cum ſuper, & tunc illa ſummaria cognitio non adhibetur:& ita intelligatur capitulum noſtrum cum cõcor, Huius eſt ratio ſecundum Hoſt.quia iam in principali cauſa plena cognitio facta eſt:& hoc ipſi notant in prædicta decre.cũ ſuper.verſi.pręiudicio.& de hoc no.d.m.poſt Inno. in decre. veniens.2.de teſt.in glo.hoc relinquitur.in fine,vbi etiam idẽ

27 dicit.¶ Tertio † quæro, pone quòd coram executore dato ad ſententiam exequendam proponitur & dicitur ſententiã fore latam per falſa inſtrumẽta vel teſtes,vt dicit gl.nunquid executor tenetur hanc exceptionem admittere ? ad hoc reſpondet Ber.compoſitor, vt hic ſcribit Archidia. quòd non, Huiuſmodi ratio eſt,quia non habet cognitionem,de off.deleg.paſtoralis.§.quia vero.Poteſt tamen,ſi vult,ad inſtructionem ſui aliqua de falſitate audire,vt ſi qua videat,quæ ipſum moueant,ſuperſedeat, & ſuperiori referat. Et hanc ſententiã tenet Inno.qui de hoc ſatis no.de re iu.de cętero.vbi de hoc, & per Ber.in prædi.decre,paſtoralis.de offi.deleg.§. quia vero.in glo.ad intelligentiam. & per Io.25.q.2.& ſi non cogni-

28 tio.Contra hoc † facit, quia poſt ſententiam admittũtur exceptiones aliquæ,& illæ præcipuè,per quas iudicium redditur retro nullum, C.de iuris & facti igno. l.1.& no. ff. de iudic. ſi prætor. Reſpondet idem Ber. compoſitor, quòd admittuntur non coram executore, ſed coram iudice compe. qui alias habet cognoſcere inter partes,vt prætor habebat in præal.l.ſi prætor.§.Marcellus.in fi.Veruntamen præmiſſa exceptio,quod ſententia fuit lata per falſa inſtrumenta, vel teſtes,coram iudice competenti oppoſita non impedit executionem ſententiæ, niſi in integrum reſtitutione petita. Nam ſententia non fuit ipſo iure nulla, ff.de re iudic.diuus Adrianus.Illa autem petita, bene impeditur executio, niſi contra petentem reſtitutionem præſumatur,quo caſu ſentẽtia executioni mandabitur, recepta cautione de reſtituenda re, ſi prius condemnatus in hoc iudicio præualeat,vt patet de reſti,in integrum.ſuſcitata.& in his quæ ibi notantur, Hoc totum notat ipſe compoſitor de reſcrip.ſuper literis.& ad litteram concor, Guilielmus in Spec,de ſen.executio.§.vl.ver. quid ſi coram: Ad quod etiam facit,quod legitur & notatur per Ber.de offi.dele.c.vl.§.fi.in gl.iſti enim.& c.ſignificaſti.in

29 glo. quos poteſt,vbi in vtraque not.quòd † executor poteſt excommunicare impedientes eum exequi quod mandat, Quod.d.m.in prædi.§.vlt.ſuper illa glo. iſti enim. verum intelligit,ſi in litteris apponatur huiuſmodi clauſula,vel ſimiles contradictores &c.Sed vbi talis clauſula non apponitur, poteſtas excommunicandi conceſſa non videtur.Quia non ſibi iuriſdictio,ſed certum miniſteriũ &c. vt ibi dicitur in fi. Nec obſtat ſecundum eum decre.ex litteris,eo.ti,Quia ibi ille,qui iuriſdictionem habebat circa executionem,commiſit ſimpliciter vices ſuas,vnde tranſiuit iuriſdictio, vt patet in prædi. decre.ſignificaſti:& eo.tit.venerabili.Materiam autem meri & mixti executoris vt diffuſam & prolixam hic non intendo proſequi,quia vltra glo.ordinarias etiam Inno.ad quæ remiſi,ipſe Inno.& d.m.ibidem poſt glo. tractat multum latè, in decre.cum in iure:de offi.dele,Hoſt.de re iud. quòd ad conſultationem. Vbi dicit ſe de materia executorum poſtquam fecerat apparatum plenius de facto & de iure examinaſſe,ponit longam diſtinctionem,quam d.m.poſt eum ponit in prędic.decre.paſtoralis.§.quia vero. ſuper gl.ad intelligentiam.

30 in prin.vbi vide. ¶ Quarto quæro, † nunquid excommunicatus poſſit petere executionem ſententiæ? & Inno.& Hoſt. & d.m.poſt eos in decre.venerabilem;de excep.ſupra alle.tenent ꝙ non,quia cum ad petendum executionem ſententiæ noua actio ſit exorta,ſcilicet iudicis officium,quod pro actione proponitur,vel actio in factum, vt ſupra præmiſſum eſt; Excommunicatus autem has vel alias intentare non poſſit, quia nec agere nec reconuenire poteſt,de iudi.intelleximus. de exceptio.cum inter.ergo &c. Item & alia ratione,quia ex quo ſententia iuſte lata eſt pro excommunicato, eſto quòd non mandetur executioni,non per hoc læditur ęquitas iudiciorum,nec is qui pronunciat ſuam ſententiam ſemper executioni mandat,ſed alius,ff.de re iudica.à diuo Pio. de offic. dele. c. ſignificaſti. Item in poteſtate excõicati eſt facere ſe

31 abſolui, quia † eccleſia gremium non claudit redeũti,de hæreti.ſuper eo.lib.6.De ſe igitur nõ de iudice conqueratur: & quandocunque faciet ſe abſolui infra triginta annos ſententia executioni mandabitur.Refert tamen Inno. ibi quoſdam dicere ſententiam pro excommunicato latam executioni mãdatam,ſed tamen,vt ibi dicit Hoſti.non eſt hodie inſtandum in hoc per decre.pia.extra de exc,li.6. Et ſi opponeres, quęſtio non procedet, quia ſi excommunicatus conueniretur, ſententia abſolutoria pro ipſo lata executione non indiget.

32 conuenire † autem non poteſt ipſe.Hoſt.reſpondet hoc procedere in actore occulto,contra quem non fuit exceptum,& lata fuit pro ipſo ſententia, quæ valet, vt patet in prædicto cap. Pia.Vel procedit in condemnatione expẽſarum,de quo de excep.exceptionem. Vel in caſibus iudiciarijs, vel in excommunicatione poſt ſententiam.Super hanc rubricã verba Hoſt.procedunt ſecundum ſuam opi. qua tenuit proceſſum habitum cum excommunicato publico non valere. Cuius contrarium eſt hodie verum per prædi.decre. pia; vt ibi plene notat d.m.in gloſſ. etiam fin. & in gloſſ. antepen.& vide

33 quod ſuper eis ibi dicit. ¶ Quintò quæro, † nunquid lata diffinitiua ſententia eius executio poſſit fieri die feriato ? & Vincent.& Philipp.in decre. vlti. de iud. & d.m. ibi poſt eos dicunt, quòd poteſt fieri non obſtantibus ferijs vindemiarum,per præalle.decre. Ad quod etiam alleg. capitulum noſtrum : de pœnitentia diſtinctione prima. Adam. Et idem dicunt in ſolemnibus ferijs & repentinis : Alleg. l, primam C.de ferijs. Sed circa hoc vide quod plene dixi in quæſt. quam directe in his terminis publice diſputaui.Notat etiam ibi Ber. in fin. vltimæ gloſſ. quòd ſi finiretur iuriſdictio illo tempore, quòd tunc poſſet procedi, ne iudicialis inſtantia euaneſcat,argum.de offic.delega.conſuluit. In eo, cui cauſa infra certum tempus dicenda committitur. gloſſ.no,contrarium, 16.quæſt.4.placita. Guil.tamen tenet cum gloſſ.in Spec.de ferijs.§.ſequitur videre.verſi.quid ſi cauſa : & ibi vi-

34 de. ¶ Vltimo quæro, † quid ſi executor ſcit aliquem iniuſte damnatum, nunquid tenetur ſententiam exequi. Quidam dicũt quòd ſic, per præalle.decre.paſtoralis. §. quia verò.de offic.deleg.& pro iſtis facit 24.quæſt. 1. quid culpatur. ff.ad l.aquil.liber homo : quod Innocen. fatetur planum in ciuili, ſed in criminali dicit, quòd non conſuleret in perſonam condemnati tunc executionem fieri. alleg.ad hoc 23.q. 5.cum miniſter: & c.miles. & c.lex ęterna. Hoſti. vero dicit, quòd in hoc caſu merus executor apud delegantem miſericordiam inueniret,conſuluit ei quod appellet, iuxta no.

de offi.dele.ſi quando.Nec ob.ſecundum eum, quod dicitur in preall.§.quia vero. Quia fatetur, quòd executor parere debet mandato, ſuam conſcientiam ipſi mandato, & illi iuri & ſimilibus cõformãdo,de ſen.excõ. inquiſitioni: & dicit ipſe, quòd ſic ſe conformaret, niſi euidenter & ſine aliqua læſione conſtaret ſententiam eſſe nullam,alle.decre.ex litteris. de offi.dele.ſed ſi talis ſit,qui non poſſit illam deponere,quin contra conſcientiam veniat,non eſt parendum, nec ſcribendum ſecundum eum. alleg.de præſcri. quoniam omne.cum concor. Hæc no. ipſe Innoc.& Hoſti.& d.m.poſt eos,in præ. decre.paſtoralis.§.quia vero.de offic. deleg. dominus Azo de Ramenghis.

REPETITIO
IN C. MANIFESTA, II. QVAEST. I.

Excellentißimi V. I. Interpretis, D. Antonij Roſelli Patau.

SVMMARIVM.

1 *In notorijs ordo iuris non ſeruatur.*
2 *Fama quid ſit.num.11.*
3 *Creatura humana dignior eſt cæteris, quia in ſe includit omnes proprietates aliarum creaturarum.*
4 *Infamia ſtatum hominis extinguit in totum ciuiliter: & quid ſit infamia. num. 5.*
6 *Diffinitio vnius contrariorum fit per contrariam diffinitionem alterius.*
7 *Fama duplex, altera hominis, altera inter homines, quæ itidem duplex eſt.*
8 *Fama eſt communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proueniens: & quare dicatur communis opinio.num.ſeq.*
10 *Fama publica dicitur illud, quod publicè & communiter per maiorem partem hominum loci ſcire debentium dicitur & loquitur.*
12 *Aſſeueratio publica fit non ſolum verbis,ſed etiam factis.*
13 *Fama vt cauſetur, quot homines requirantur: & an mulierum ſcientia requiratur ad probandam & cauſandam famam.*
15 *Gens & populus idem ſunt.*
16 *Multitudinem quot homines faciant.*
17 *Vulnus an ſit lethale, ſufficit communis fama medicorum multorum etiam ſi eſſent pauciores decem.*
18 *Fama de neceſſitate non requirit locum.*
19 *Vniuerſitas eſt corpus miſticum, & non habet niſi vnam vocem.*
20 *Fama ſuccedit loco accuſatoris.*
21 *Fama à quibus perſonis oriri debeat.*
22 *Fama fingitur à poetis filia terræ certo parente carens: & quid ſit hoc dicere.*
23 *Fama plerunque incerto auctore vagatur.*
24 *Fama non minus ex factis & geſtis naſcitur quàm ex dictis.*
25 *Excuſari qui vult propter publicam famam, quæ habet veritatem in contrarium, quid agere debeat.*
26 *Probatio congrua vbi haberi non poteſt, incongruam accipimus: intellige, vt ibidem.*
27 *In neceſſitate ſi quis ſe poſuit, ſibi eſt imputandum.*
28 *Opinio communis à præteritis colligitur, & quomodo.*
29 *Vſurarius famoſus poteſt dici ex factis præteritis, & ſimiliter ex actu præſenti.*
30 *Fama per quot teſtes probetur, & quomodo: & an duo teſtes ſufficiant. numero 31.*
32 *Teſtis non deponens de eo,quod ſenſu percipit,an probet.*
33 *Teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ, ſi reſpondet, quia de hoc in populo eſt publica vox & fama, an probet.*
34 *Teſtes qualiter ſint interrogandi.*
35 *Teſtis non debet eſſe verboſus.*
36 *Cauſa ſcientiæ duplex eſt in teſte.*
37 *Teſtis dicens, audiui dicere à maiori parte populi: non exprimens, iſtius ciuitatis, vel villæ: an probet.*
38 *Teſtis non eſt iterum interrogandus de eo, quod ſemel declarauit. numero 49.*
39 *Vicini præſumuntur ſcire facta vicinorum.*
40 *Teſtis dicens,ſcio,quia publicè dicebatur in ciuitate: an probet.*
41 *Probatio dubia interpretatur contra producentem.*
42 *Publicè,verbum exponitur quandoque in ſignificatione paſſiua.*
43 *Fama non generatur ex vno impetu vel acclamatione, ſed per temporis ſucceſſum.*
44 *Teſtis dictum dubium debet interpretari contra ipſum.*
45 *Verba ſunt interpretanda ſecundum ſubiectam materiam.*
46 *Terminorum qualitas debet potius attendi, quàm improprietas locutionis.*
47 *Teſtis dicens,audiui palam dici: an probet.*
48 *Teſtis examinatus ſuper fama vel infamia an teneatur dicere, à quibus perſonis audiuit, & vtrum debeat de hoc interrogari, & ipſe debeat reſpondere.*
49 *Hominum memoria labilis eſt,& non poteſt de omnibus recordari.*
51 *Teſtis dicens à diuerſis perſonis audiuiße: an probet: & quid ſi diuerſificat in loco & tempore.*
52 *Intellectus cap.cum tu.de teſtibus.*
53 *Teſtis dictum non vitiatur ex temporis vel loci omiſſione vel varietate.*
54 *Teſtis non interrogatus de ratione probat abſque alia ratione.*
55 *Lex non præſumit occiſorem feciße homicidium ad ſui defenſionem, ſed doloſè.*
56 *Fama alicuius facti affirmatiui ſicut poteſt probari, an ita poterit probari fama de facto negatiuo. Et quid ſi probata eſt fama ab vna parte negatiuè,ab alia affirmatiuè,quid præualeat.nu.57.*
58 *Teſtis deponens ſuper articulo principali ſi dixerit ſe nihil ſcire,poſtea ſuper articulo vniuerſali de fama dixerit verum eſſe quòd eſt fama,an probet.*
59 *Deponens obſcurè iterum deponere poteſt.*
60 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*
61 *Opinio & fama quid differant.*
62 *Legiſlatoris ſermo quando interpretatur, non attenditur communis fama vel vſus loquendi,ſi talis vſus ſit abuſiuus.*
63 *Fama communis,communis opinio, & communis vſus loquendi præualent propriæ ſignificationi verborum.*
64 *Error vulgi non facit ius, quando errat in iure.*
Iuris diſpoſitioni eſt ſtandum in his,quæ ſunt à iure diffinita, nec poteſt inferior tollere legem ſuperioris, vel eius effectum, niſi in his quæ ſunt inducta in fauorem renunciantis.nu.65.
66 *Fama communis & communis obſeruantia quid operetur.nu.67.*
68 *Ignorare quæ publica ſunt, eſt craſſa vel ſupina ignorantia, quæ non excuſat.*
69 *Ignorantia iuris excuſat etiam à dolo.*
70 *Occidens aliquem, qui fama & opinione habebatur pro bannito, cùm non eſſet, an teneatur de occiſo, ſtatuto permittente bannitum impunè occidi poſſe.*
71 *Fama publica debet haberi pro veritate,exigente publica vtilitate.*
72 *Teſtatori non eſt imputandum,ſi adhibuit ad ſuum teſtamentum teſtem minus idoneum,ſi communi opinione pro idoneo habebatur.*
73 *Fama quandoque parit exceptionem: & an faciat probationem,& an ſemiplenam probationem.num.74.*
75 *Fama publica inducit præſumptionem matrimonij.*
76 *Dictum vnius dictum nullius.*
77 *Probatio rei,de qua quæritur,tribus confirmatur, numero ſcilicet teſtium, auctoritate eorum,& fama.*
78 *Teſtium fides ex eorum dignitate approbatur.*
79 *Iudici quando per teſtes nulla eſt facta plenaria fides, ſi ſuperueniat numerus poſtea, nunquid confirmet.*
80 *Fama an faciat ſemiplenam probationem.*
81 *Suſpicio vnde cauſetur.*
82 *Fama in criminalibus non probat, quia ex præſumptionibus non eſt quis damnandus.*
83 *Damnatio fieri non poteſt ex ſuſpicione quæ ſurgit ex leuibus argumentis.*
84 *Fama ſurgens ex grauibus argumentis facit ſemiplenam probationem.*
85 *Fama in cauſis ciuilibus magnis an faciat ſemiplenam probationem.*
86 *Fama coadiuuat probationem & confirmationem: & an & quando faciat plenam fidem & quando ſemiplenam: & quando ſuſpicionem ſolam, vel adminiculum.num.87.*
88 *Fama ſupina & craſſa quando dicatur.*
89 *Populi vana vox nullo modo eſt exaudienda.*
90 *Fama rebus imponit nomen.*
91 *Fama de facto antiquo ad quod teſtium memoria non poteſt ſe extendere, facit plenam probationem.*
92 *Fama an & quando plenè probet.*
93 *Sponſalia de futuro dirimere eſt modici præiudicij,maximè propter periculum animæ.*
94 *Maleficium probare per publicam famam an ſufficiat.*
95 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*
96 *Homo ſi communi opinione & fama reputetur bonæ conditionis & famæ, per teſtes autem probatur eum infamatum de aliquo ſpeciali crimine, an iſta generalis probatio bonæ famę releuet ipſum à ſuſpicione ipſius criminis.*
Species derogat generi. ibidem.
97 *Priuilegium conceßum actori preſumitur etiam conceſſum reo, vt ſeruetur in iudicijs æqualitas.*
98 *Reus debet abſolui,quando probationes ſunt pares.*
99 *Statutum in vno correlatiuorum habet locum etiam in alio.*
100 *Fama orta pendente proceſſu an valeat ad effectum famę.*
101 *Suſpicio quid ſit.*

102 *Titubans*

102 *Titubans vehementer non applicat animum ſuum magis ad vnum quàm ad aliud.*
103 *Suſpicionis tres ſunt ſpecies.*
104 *Rumor quid differat à fama.*
105 *Copulę,&,natura eſt copulare diuerſa.*
106 *Partis appellatione dimidia continetur.*
107 *Rumor quid ſit.*
108 *Fama plerunque eſt ſine certo auctore.*
109 *Manifeſtum dicitur, quod ex ſcientia, & de certo auctore procedit: & quod eſt notum multis.num.113.*
110 *Occultum dicitur,quod nullo modo probari poteſt.*
111 *Occultum penè dicitur, quod à paucis probari poteſt, & ſecretò illud tenentibus:& quando de ipſo non eſt facta iudicialis indagatio.*
112 *L.eos.§.ſi quis autem.C.de appel.declaratur.*
114 *Duo dicuntur plures.*
115 *Plures, verbum, importat numerum incertum iudicis arbitrio certificandum.*
116 *Publicum dicitur,quod factum eſt publicè, ideſt populicè.*
117 *Manifeſtum, eſt nomen generis, & ſub ſe plurimas ſpecies compræhendit.*
118 *Delinquens manifeſtus quis non dicitur ex ſola viſione: & quis dicatur manifeſtus delinqueus.num.ſeq.*
119 *Intellectus l.3.ff.de furt.*
120 *Manifeſtus & famoſus quomodo quis probetur.*
121 *Manifeſtum quomodo probetur eſſe publicum.num.ſeq.*
122 *Publicum & non famoſum, & famoſum & non publicum, quæ dicantur.*
123 *Famoſi dicuntur, qui ſæpius maleficium fecerunt.*
124 *Palam,verbum ſtricte ponitur pro manifeſto.*
125 *Notorium an dicatur manifeſtum.*
126 *Probatio euidentiſſima vbi requiritur,debet eſſe notoria.*
127 *Conſtare euidentiſſimè quid dicatur.*
128 *Dolus & fraus verè probari non poſſunt.*
129 *Vſurarius manifeſtus quomodo quis probetur.*
130 *Vſurarius manifeſtus priuandus eſt eccleſiaſtica ſepultura.*
131 *Sacerdos dicitur iudex quoad reſpicientia forum animæ.*
132 *Vſurarius manifeſtus quis non dicitur ex confeſſione facta coram iudice incompetenti: & quare.*
133 *Qualitas adiuncta verbo qualificat ſecundum tempus verbi.*
134 *Notorium quotuplex ſit.num.139.*
135 *Appellans non auditur in notorijs.*
136 *In notorijs an requiratur ordo iuris.*
137 *Notorium iuris quid ſit.*
138 *Notorium præſumptionis quid.*
140 *Ius ex factis oriri dicitur.*
141 *Res debet potius denominari à cauſa efficienti & proxima, quàm à materiali & remota.*
142 *Notorij iuris à facto.cauſati quot ſint ſpecies.*
143 *Notorium facti interpellati quid.*
144 *Actus dicuntur habere cauſam diſcontinuam inrequirentibus factum hominis.*
145 *Notorium facti tranſeuntis,& momentanei quid.*
146 *Notorium iuris iudiciale quid ſit.*
147 *Notorium præſumptionis quale.*
148 *Notorium quibus alijs nominibus appelletur in iure.*
149 *Notorium eſt probatio indubitata & finita, nulla diſcuſſione egens.*
150 *Diffinitio dicitur oratio ſubſtantiam rei diffinitæ ſignificans.*
151 *Notorium omne dicitur publicum, ſed non econuerſo.*
152 *Fama eſt communis opinio, quæ plerunque incerto auctore prouenit: & differt à notorio.*
153 *Notorij noua diffinitio.*
154 *Diffinitio debet continere genus & differentias.*
155 *Factum interpellatum & momentaneum non poteſt tranſire in notorium.*
156 *Negatione fit res dubia.*
157 *Notorium facti continuè permanentis non offuſcatur per negationem quãtum ad iudicem.*
Idem in omni notorio etiam momentaneo.
158 *Turba ex quot conſtituatur.*
159 *Notorium facti quid ſit,& vnde oriatur.*
160 *Confeſſio & iuramentum non dicuntur propriè probatio, ſed releuamen cum probatione.*
161 *Probatio vt tranſeat in notorium,oportet quòd ſit facta in iudicio.*
162 *Notorium iuris diſponentis quid.*
163 *Fœminam ſuſpectam qui tenet in domo,præſumitur à iure eam cognoſcere carnaliter, & dicitur notorium præſumptionis.*
164 *Notorium fictionis quid.*
165 *Ius non adhibet fidem probatis,confeſſatis,ſeu iudicatis, niſi ex eo quod ius præſumit.*
166 *Ius præſumit,quòd quis ore dicat,quod corde gerit.*
167 *Notorium facti continui quid ſit,& quid operetur.*
168 *Fornicarius notorius non poteſt verè probari,& quare.*
169 *Animus hominis eſt inuiſibilis,& non probatur niſi præſumptione.*
170 *Notorium interpellatum quomodo probetur.*
171 *Notorium iuris iudicialis quomodo probetur.*
172 *Confeſſio an faciat notorium.*
173 *Excipiens non cenſetur fateri.*

Manifeſta. Dixit magiſter, ordinem iudiciarium eſſe ſeruandum, vt proponeretur accuſatio, & cætera fierent ad ordinem iudiciarium pertinentia, vt rei caliditate aduerſantes non opprimantur,& ne rei tergiuerſatione crimẽ celetur: ſed quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, & in certis non certis locus eſt coniecturę, l.continuus. §. cum ita.de verb.oblig.igitur in notorijs iſta non requiruntur. Et incipit
1 hic ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, quòd † in notorijs non ſeruatur ordo iuris,nec eſt neceſſarius accuſator, & hoc probat per tres auctoritates ſecundum Ioan. dicitq; in ſumma,quòd manifeſta accuſatione non indigent: & glo.dicit, quòd hic ponit manifeſtum pro notorio, & quærit quid ſit notorium, dicens, quid ſit notorium ignoramus. Et vt aggrediatur materiam notorij altius exorditur dicens,Aliud
2 eſt fama,aliud manifeſtum,aliud notorium.Deinde † deſcribit primum,quid eſt fama,& dicit quòd fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus, vita & moribus comprobatus. Et fuit iſta diffinitio iuriſcõſulti in l.cognitionum.§.exiſtimatio.ff.de varijs & extraor.cogni. vbi iuriſconſultus non dixit vita & moribus, ſed dixit legibus & moribus comprobatus: quodlibet tñ dictum poteſt procedere: & intelligitur dignitatis illeſę: & nõ ponitur hic nomen dignitatis in iſta diffinitione pro honore publico, vt alias poni conſueuit, ſed ponitur pro potentia homini à natura tributa, in qua dignior eſt omni creatura: quia omnes res inferiores creatæ, fructus earum natura hominum gratia comparauit,l.in pecudum, in fi.ff.de vſur. Inſtitu.de rerum diuiſ.in §. in pecudum. & ideo eſt dignior hu-
3 mana† creatura, quia omnes ꝓprietates aliarũ creaturarum in ſe includit: nam cum inanimatis habet commune, quia eſſentiam habet ex quatuor elementis compoſitam, quæ in ipſis vno ſpiritu continentur, l. rerum mixtura. ff. de ac. Cum arboribus autem & plantis commune habet, vt vegetetur,& viuat cum brutis, vt ſentiat cum Angelis & ſubſtantijs ſeparatis,vt intelligat,& inde contempletur Deum & cęleſtia;& hæc ſentit Azo in ſumma de his q not.infam.Quandoque minuitur quandoque conſumitur, vt dicit hic textus in dicto §.exiſtimatio.cum dicit ex delicto. Modo autem cõ-
4 ſumitur aut minuitur,& † iſta conſumens & minuens dicitur infamia,quæ aliquando extinguit ſtatum hominis in totum ciuiliter, & hoc eſt cum per pœnam ex delicto quis amittit ciuitatem,& per conſequens priuatur omnibus ciuilibus actibus & beneficijs, ff.de pœnis. l. quidam Alia autem infamia eſt diminutiua ſtatus,id eſt dignitatis,quę eſt communis omnibus,etiam hoc probatur in dicto §. exiſtimatio.ibi, minuitur exiſtimatio.& aliquando ex delicto, per quod quis infamatur ipſo iure, vel per ſententiam bona fama perditur, & hæc plenius proſequitur do. Azo in ſumma de his qui no. infa.& ponit textus exẽplũ in relegato:& ideo ille, cui in patria dantur confinia, eſt infamis. Quando ergo ſtatus hominis vel legibus vel morib⁹ eſt cõprobatus, vel vita eius bona, vel bonis eius moribus,illa dr̃ bona fama, ideſt bona exiſtimatio, quia exiſtimatur bonus homo. Infamia vero ſ̃m Bal.
5 in l.ea quidem.& de accuſa.eſt † priuatio contingens ex accidenti præter naturam. Sed iſta non eſt tuta nec bona locutio,quia ſi pater priuatur filio per mortem ipſius filij,quæ priuatio contingit præter naturam,l.nam & ſi parentibus. ff. de inofficio. teſtamen. eſſet infamia, quod eſt falſum: & ideo melius diffinitur, quòd infamia eſt læſio ſtatus, aut extinctio ſtatus dignitatis legibus aut moribus comprobati. Vel infamia eſt læſę dignitatis ſtatus legibus & moribus
6 reprobatus: Nam diffinitio † vnius contrariorum fit per contrariam diffinitionem alterius, l.prima ff. de his qui ſunt ſui vel alieni, iuris. Ita debet intelligi iſta diffinitio poſita hic in gloſ. Sed certe ad differentiam notorij & manifeſti, iſta fama diffinita per glo.nihil poteſt facere ad propoſitum, nec eſt illa fama,de qua iura loquũtur ad declarationẽ manifeſti vel notorij: vnde pro declaratione ſciendum, quòd
7 eſt † duplex fama, vna eſt hominis, de qua dictum eſt, & qui talem famam negligit crudelis eſt, 12. quæſt.1. nolo. alia eſt fama inter homines: & iſta eſt duplex, nam quædam eſt fama de vno homine in genere bonitatis vel malitiæ:

Nam

Nam fama est, quod quis sit scientificus, vel malus, vel fur, vel latro: & de ista fama loquitur lex de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. & l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milita. & de purga.cano.cap.cum in iuuentute. & cap. cum dilecti. ¶Quædam est fama de aliquo facto particulari, quod sit vel non sit, l.3. §. eiusdem quoque Principis.ff.de testi.& in cap. præterea. de testi. & de istis duabus potest loqui glos. quod sit differentia inter istam famam, & manifestum & notoriũ. Dicamus igitur primum de hac fama,quid sit. & Bart.in l.de
8 minore.§.tormenta.ff.de quæstio. sic eam diffinit:Fama † est communis opinio voce manifestata ex suspicione proueniens: & ideo dicitur communis opinio ad differentiam singularis, de qua in l.cum quidam. §.quod dicitur.ff.de acquiren.hæredit.& ideo dicitur voce manifestata, quia aliàs non esset fama, sed staret in nomine sui generis,quòd esset communis opinio,quæ quandoque manifestatur aliter quàm voce,quia manifestatur quandoque vsu,vt l.Labeo.ff.de suppel. lega.& aliquando manifestatur rebus ipsis & factis, l.de quibus.in fin.ff.de legi.& tunc non diceretur fama, sed diceretur existimatio communis,vel communis opinio: nam fama dicitur a fari,& a fando,hoc est a loquendo,vnde vbi nõ est locutio, ibi non potest esse fama: quæ etiam deriuatur a famulor,vt statim dicam: & ideo dicitur ex suspicione proueniẽs, ad differentiam manifesti iam nati: nam si diceretur aliquid, quod esset certum & visum a populo, illud esset manifestum vel notorium,nõ fama,l ciues. C.de appel.l.si vero.§.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cogan.facit cap.cum dilecti.de purga.cano.Ista sunt verba Barto. in dicto §. tormenta. Glos.tamen hic dixit, quòd fama quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione venit,& ista est melior,vt dicam infra,cùm ego diffiniam famam: & hoc etiam notant glo.in cap.vestra. de cohab.cler. & mulie. vbi est ista glo. de verbo ad verbum, vnde est videndum,si diffinitio Bart. & verba sua vera sunt; nam eius diffinitio non videtur tuta, cum dicit, voce manifestata: quia vnus potuisset voce hanc communem opinionem siue existimationem manifestare, & non alij, & ista non
9 esset fama,vt patebit ex infra dicendis: quia † istud verbum, manifestata voce, potest significare actiuè & passiuè, vt quia publicè vno dicente in populo, & sic populo patiente fuit manifestata. alio modo actiuè populo dicente, & ideo non est bona diffinitio, iuxta notata in l. 2. ff. de duobus reis. in quæstione de illo qui cognouit Bertam violenter. ¶Item dum dicit, communis opinio. & non dicit inter quos sit cõmunis: non videtur bene dictum,quia si essent duo aut tres, qui istam opinionem haberent communiter & voce manifestarent, ista communis istorum trium opinio etiam voce eorum manifestata non esset fama,vt in cap.inquisitionis. §.fin. de accusa.& probat text.in l.3.ff.ad Macedon. quia fama pu-
10 blica † dicitur illud, quod publicè & communiter per maiorem partem hominum villæ vel loci scire debentium dicitur & loquitur:& hoc modo publica opinio est,not.in l.3.§.eiusdem quoque principis.de testi. ¶Item dum dicitur,ex suspicione proueniens. non videtur bene dictum, nam suspicio facit primum gradum probationis, ex qua animus inducitur ad suspicionem cum cõdemnatione,vt dicam infra in quæst. qualiter peruenitur ad scientiam. not.in l.1.de quæstio.Bart. in l.admonendi. ff.de iureiurand. Ab ista tamen finali oppositione saluari posset diffinitio Barto.quia verbum, suspicionis. capitur largè quandoq; vt patebit ex his quæ infra dicam de suspicione. Tamen ego teneo,quòd non sit bona sua diffinitio, quia quatenus verbum, suspicionis. stricte faceret famam,vt si causaretur fama ex leuibus argumentis, quo casu esset suspicio stricte sumpta. Ista non faceret communem opinionem, sed solum esset suspicio, sed bene posset esse fama, sed non communi opinione, vt patebit per ea quæ infra dicam de suspicione. Bald. autem in l.ea quidem,
11 C.de accusatio. sic eam diffinit: Fama est dictum † gentium, seu vulgi ex imaginatione opinionis seu credulitate gentiũ, seu vulgi procedens. Sed dum dicit gẽtium, esset opus quòd plures gentes dicerent,quia gẽtium species sunt multæ, quas glo.ponit in l. hostes. in verbo prædones. ff. de captiuis. sed
12 non est opus, quòd plures gentes dicant, sed sufficit quòd sit opinio inter illos, ad quos spectat hoc scire, l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirend. hæredit. ¶Item dum dicit, ex imaginatione opinionis. non placet, quia oportet quòd verè vulgus opinetur, & sic sit vulgi opinio, non imago opinionis, idest similitudo, 33.quæstio.5.hæc imago.vnde ego sic diffinirem; Fama est communis suspicio a vulgo voce manifestata ex legitimis argumentis de aliquo credulitatem inducentibus, non verò veritatem ostendentibus orta. Ideo autem dixi communis suspicio, quia verbum suspicionis est aptum comprehendere famam, prout est in eo in suspicione vel in communi opinione, vt infra dicetur. Ideo verò dixi legitimis argumentis. quia argumenta inducunt animum hominis, quandoque ad suspicionem stricte sumptam, & quandoque ad opinionem, & nonnunquam ad scientiam: & hoc est quod dixit glo. dum dixit, quòd fama quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione procedit: quia potest esse tam vehemens suspicio, quòd inducit animum hominis ad scientiam, in capitu.præterea. de testi. ibi, præsumptionem violentam, &c. loquor de argumentis non concludentibus de rei necessitate veritatem, quia tunc illud sic manifestatum esset potius manifestum vel notorium, quàm suspicio vel communis opinio, l. Zenodorus. C.ad Macedon.Et dum dixi a vulgo, intelligitur modo vulgus pro maiori parte illorum, ad quos spectat taliter opinari, l.inter omnes. qui satisda.cogan. & l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. & dicitur fama a fari seu fando, quod est loqui: vel dicitur fama a famulor famularis: & dicitur fama quasi famula, quia famulatur per diuersa loca,seu quia famulatur alijs probationibus illas confirmando, vt in cap.præterea.de testi. & l.3. §. eiusdem quoque principis. ff. de testi. & capitur fama pro bonarum & malarum rerum, iuxta illud Vergilij; Fama malum. Sed si non adducitur qualitas mali, capitur in benigniorem partem: & istam diffinitionem supra datam arbitror meliorem quàm multæ aliæ, quas refert dominus meus dom. Bar. de Salice. in dicta l. ea quidem, præsertim melior quàm sua, quam ponit dicens, quòd fama est alicuius rei publica & cõmunis alicuius regionis assertio ex sola suspicione proueniens; dicens, quòd ex hoc quod dicitur alicuius rei, videtur comprehendere famam in rem, vel in personam directam, cum appellatio rei sit generalis, l.1.in fin. ff. si certum petatur. Sed ista diffinitio non est bona, quia asseueratio
12 † publica fit non solum verbis, sed etiam factis, l. si tamen.§. eum qui vinctum. ff. de ædil. edict. & in capitu. inquisitionis, circa finem. ibi, tacitè vel expresè inimicos se asserunt eorundem. de accusat. Sed si asseueratio fieret aliter quam per vocem, illa non esset fama, per illa quæ dicta sunt maxime contra diffinitionem Barto. Item non est bona dum dicit, alicuius regionis, quia verbum regionis, importat locum regiminis, de obseruatione iciunij. capit.2.& de vita & honesta. cleric.cap. vt clericorum. in fin. not. Ioan. Andr. in capit.certificari. de vsuris. sed fama potest esse in loco viciniæ. de præsumptio. capit. illud. Item inter obstetrices, l. cum quidam. §. quod dicitur. de acquirend. hæredita. & tamen alia loca non sunt regiones, nisi salues ab ista oppositione per l.primam.§. sed vrbem.in verbo regionum.vbi exponitur, idest contractaturum. Restat modo examinare residuum & totam materiam famæ, postquam ipsam diffini-
13 uimus, & vnde dicatur retulimus. ¶ Quæro † ergo, quot homines requirantur ad faciendam seu causandam famam. Et in hoc Glos. & Doctores dicunt diuersa: Nam glo. in l. si arbiter. ff. de probatio.dixit, quòd debet esse omnium opinio, dicens quòd testes debent dicere omnium sic esse opinionem. Sed glo.in l.3.§. eiusdem.ff.de testibus. dixit,quòd fama probatur per duos, vel per tres testes, qui iurent & dicant maiorem partem populi hoc sentire. Pro glo. dictæ l. si arbiter. facit textus illius l. & l. 1. C. de testament. sed quòd sufficiat illud quod dicit maior pars: Nam omnes dicuntur dicere quod maior pars dicit, vt l. quod maior, ad municip.& l.aliud. §. referre. ff. de regul. iuris. Alibi tamen glo. dixit, quod fama est communis opinio eorum, qui scire debent, & ad quos spectat scire, l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirend.hæreditate. Quare Thomas de Piperata, qui fecit tractatum famæ, dixit considerandum esse negotium siue factum, de quo fama quæritur, quia si est arduum & magnum, vt de morte Regis, vel alicuius nobilis ciuis, & tunc requiratur fama maioris partis ciuitatis, vel illorum, qui totum populum repræsentãt,iuxta dictam l. quod maior. ad municipa. & l. illud. §. refertur. de regu.iur. aut non est factum sic magnum & arduum, vel notabile, & tunc sufficit fama vnius viciniæ, vel maioris partis, vel illorum qui scire debent, vt dicta l. cum quidam. §. quod dicitur.

dicitur.de acquiren.hæred.Et ideo verbum,multorum,positum in textu ibi in glo.debet intelligi idest maioris partis debentium scire,& illud tenent cõiter Doctores. Ioan. Andr.in ti. de fama,in addi.Specu.& Bart.in l.de minore.§.tormenta.de quæstio.Sed ista consideratio de magnis seu paruis causis nũquam mihi placuit: finge enim quòd mortuo Rege Franciæ tractatur de successione regni, & frater Regis,vel alius transuersalis, ad quem spectat successio regni,succedentibus non extantibus dicat debere succedere mortuo Rege:Regina verò dicat se esse prægnantem: in hoc sufficere deberet cõmunis opinio & fama obstetricum ad hoc adhibitarum,vt videtur tex.in d.l.cum quidam.§.quod dicitur.de acquiren.hered. Similiter si Rex fuisset interfectus à domesticis, illud sciri deberet per testimonium domesticorum,l.consensu.§.si placet.C. de repudijs. ¶Præterea quod in causa magna sufficiat fama viciniæ, probatur in causa matrimonij, in qua vertitur causa status,& tamen sufficit fama viciniæ, vt dicto c.illud.de præsumptio.Ideo ego sic dicerem,quòd quædam sunt facta,quæ non possunt bene transire in notitiam nisi in certam speciem personarum vel hominum,vt quòd mulier sit prægnans, vel quod Rex à domesticis fuerit interfectus, vel alia, quæ fiunt in domibus,& non ab alijs bene sciuntur quàm a domesticis; & tunc etiam in magnis sufficit fama ad quos scire spectat:& ideo Reginam esse prægnantem staretur dicto obstetricum: Idem de morte Regis à domesticis interempto,si exquireretur fama,sufficeret fama scire debentiũ,& hoc siue esset causa magna & ardua siue parua.¶Similiter quod aliquis tenuerit aliquam in loco in mensa & lecto vxoris: Ista non bene possunt sciri,nisi à domesticis & vicinis, & ideo in istis sufficeret fama viciniæ etiam,quamuis sit causa matrimonij,& sic status, quæ sui natura iudicanda est ardua & magna. Sed in causis non arctatis sui natura ad certam speciem personarum credo,quòd possint succedere prædicta dicta Doctorũ,quòd in causis magnis & arduis requiratur omnium, idest maioris partis populi,l.quod maior.ad municipa.Et ex istis infertur, quòd si dubitatur,an aliquis sit valẽs & probus scholaris, vel ignorans,tunc sufficeret fama in vniuersitate scholarium: & tamen ista posset esse ardua causa,si fortè quereretur suspendi propter furtum, l. inter omnes.ff.qui satisda.cogantur. & l.in ratione. §.quod vulgo.ad l.Falcid. l.vulgaris.ff.de furtis.
14 ¶Et ex † istis infertur,an attendatur scientia mulierũ,& ipsæ sint in hoc numero computandæ: Nam in his, quæ spectant principaliter ad mulieres, vt si dubitatur, an mulier est prægnans,vel vtrum sit corrupta vel virgo,vel arcta, vel maleficiata,& in his mulieres includi deberent: imo fama inter eas deberet preualere: In alijs autem,in quibus scientia mulierum potest operari, vt quòd Princeps vxorem duxerit,vel q̃ Principis vxor sit mortua, in his etiam mulieres possunt includi: In alijs autem spectantibus solum ad exercitium virorum, non credo requiri mulieres in hoc numero: Ita intelligo quod not.Innoc.in c.veniens.de verb.sign.minores etiam masculos 14.annis & pueros non credo includi, vt dicam infra in q.inter quos debeat esse fama,& ideo falsa est sententia illorum, qui dicunt, q̃ 10. vel 20. famam faciunt: quia iura non taxant numerum. Credo etiam q̃ Do.meus do. Bart.de Salice.non in totum bene dicat,cum dicit, q̃ ad minus debẽt esse decem vt faciant famam: mouetur per notata infra in c.de manifesta.& l.ait prętor.la.2.ff.vi bo.rapt.Sed ego intelligo dictum suum verum, quando fama requiretur in populo vel in turba: nam isti nõ constituuntur ex paucioribus decem de turba,& est tex.in dicta l.prętor ait.§.1.de pupillo est text.4.quęst.3.c.vnio.in fi.Idem si deberet esse in gente,quia
15 gens † & populus idem sunt,Instit.de iure naturali. §.omnes. iuncta l.omnes populi.de iusti.& iure. Idem dicit Bart.in dicto §.1.de cœtu hominum,cũ requirãtur decem,vt sit cętus. Sed tamen istud non est sine dubio, per text. in l. item apud Labeonem.in §.conuitium.el.1. iuncto §.ex his apparet.ff.de iniurijs. Nam isti tex.probant,q̃ etiam si sint plures vociferãtes,isti dicantur in cœtu conuitium dixisse,quia conuitiũ est, cùm in vnum plures voces conferuntur, & tunc dicitur conuitium in cœtu factum: vnde sufficit q̃ sint plures vociferãtes etiam si sint pauciores decem,quicquid dixerit Bart.in d. l.prętor.§.1. Si autem fama requireretur vel in collegio, vel inter obstetrices, tunc sufficeret fama multorum. Ita dicit magistraliter text.in l.cum quidam.§.quod dicitur.de acqui. hæred.dum dicit,secundum opinionem multorum.multitu-
16 do† etiam dicitur trium,Insti.de iure personarum.in fi.& dicit glo.in dicta l.prętor ait.§.1.vi bonorum rap.& idem si requireretur publica fama obstetricum, sufficerent pauciores decem: & quod asseueraret maior pars multarum obstetricũ illis staretur,& esset cõis fama: idem si dubiũ esset,an vulnus
17 esset † lætale, sufficeret cõis fama multorum medicorum, etiam si essent pauciores decem: Et ideo in alijs vniuersitatibus à prædictis sufficeret maioris partis opinio illius vniuersitatis,licet essent pauciores decem, vt in collegijs & capitulis,vt not.in c.1.de elect. Sed potest dubitari,in quo loco debeat esse fama. Videtur q̃ in loco originis eius,de cuius fama quæritur,vt l.de minore. §.tormenta. ff.de quæst.dum dicit, in ciuitate sua,vel in loco in quo cõuersatus est, vt l.2.C.vbi de crimine agi oportet.& in c.3.de elec. & idem de fama alicuius rei vel facti,vt debeat inquiri in loco,in quo conuersatus est, vt l.2. C. vbi de cri.agi oporteat,& ideo in causa matrimonij vtrum duo fuerũt iugales legitimi, probat fama viciniæ, vt in c.illud.de præsumpt.vbi tex.dicit, fama loci. ergo fama habet locum,l.2.vbi de crimine agi oportet. Bar.autem in dicta l.de minore.§.tormenta.in 2.q. videtur concludere, q̃ fama de necessitate nõ requirit locum, quia fama est communis opinio illorum,qui debẽt scire illud, de quo quæritur an sit fama,vt d.l.cum quidam.§.quod dicitur.de acqui.here. Sed si dubitaretur,vtrum mulier sit prægnans,sufficeret fama obstetricum, & tamen obstetrices non habẽt determinatum locum vnum in quo omnes conueniant. Similiter in vniuersitate studij Paduani potest esse fama, q̃ aliquis scholaris sit discolus & malus,& tamen vniuersitas non habet certum locum:hoc probatur in l.in ratione. §.quod vulgo.ff.ad l.Falci. & in l.filiusfa.§.secundum vulgarem.de leg.1.& l.vulgaris.ff. de fur.In istis enim legibus dicitur q̃ vulgo aliquid dicitur,& tamen si illud,quod dicitur, est de aliqua iuris propositione, intelligitur vulgo,idest inter scientificos Doct. vel iurisperitos: vel si esset de re spectante ad vniuersitatem scholarium, intelligitur vulgo,idest inter scholares studentes: Et si est de materia spectãte ad obstetrices,intelligitur vulgo, idest inter obstetrices: facit lex inter omnes.in princ.ff.qui satisda.cog.
18 ¶Ex quibus † infertur,quòd fama de necessitate non requirit locum,& vbicunq; locus apponitur,non ponitur vt significet homines habitãtes in loco. ¶Et ideo cum dicitur,fama est in ista ciuitate,vel in ista vicinia:exponitur,idest inter homines huius ciuitatis, vel huius viciniæ: & ideo si aliquis ciuis huius ciuitatis est mortuus vltra mare contra ferracenos, poterit esse fama in ciuitate ista, vnde esset oriundus, vt in auth. hodie.C.de repudijs.& l.miles.§.pen.ff.de adult.& l.fi. ff.de rebus cred. Concludit Bar. q̃ fama de necessitate nõ requirit locum. ¶In contrarium tũ facit text.in c.illud.de præsump.dum dicit fama loci. Secundo facit in contrariũ illud, qd̃ ipsemet Bar.dicit in d.§. tormenta. in q. quid si est probata fama contraria diuersorũ locorũ:& sic presupponit,quod fama circunscribatur loco,& propter aliqua.Ex istis do.Bar.de Sali.impugnat sententiam Bart.Item quia dum Bart.dicit, q̃ fama est vniuersitatis,non videtur bene dicere,quia fama est communis opinio voce manifestata: sed vniuersitas est vnũ corpus mixticum repręsentatum, ergo non potest facere nisi vnam vocem, & sic non potest esse communis opinio: vnde ipse vult, q̃ fama requirat locum:& dum dicitur, q̃ vniuersitas non habet locum:respondet q̃ habet habitationem in ciuitate,in qua habitat & vniuersitatẽ facit,& extra illum locũ non est illa vniuersitas: & ideo alia vniuersitas est studij Paduani,alia Bononiẽsis:& potest esse fama de vno scholari in studio Patauino,qui in nullo sit notus in studio Bononiẽsi: & ideo concludit,q̃ in fama exigitur locus,& q̃ debeãt testes interrogari de loco:& cum deriuetur à fari seu fando, oportet q̃ ista locutio sit in aliquo loco,& aliqñ in pago, vt in vicinia:& aliquando in toto populo ciuitatis,& quandoque in prouincia.de iureiuran.ad nostrã.el.3. Mihi videtur, q̃ opinio Bar.sit ipsa veritas,q̃ ad esse famę non sit locus necessarius ad eam introducendam determinatus, per rationes & iura per Bar.allegata: & quia licet illi de vniuersitate habitẽt in ciuitate,ipsa vniuersitas,quæ est corpus mixticum, potest esse in ciuitate sine aliquo loco. Est tamen attendendum, q̃ licet ad inducendam famam certus locus nõ sit necessarius, non tamen negatur,quin fama potest esse in loco,vt est textus in dicto c.illud.de præsump.& exponitur tunc fama loci, idest hominum existẽtium in dicto loco: & tunc quando est in loco,possunt interrogari testes de loco,tamen locus non est de substantia famæ,q̃ in certo loco ortum habeat,sed sufficit q̃ sit inter illos,qui scire debẽt,d.l.cum quidam. §. quod dicitur.de acqui.hæred.vnde vera est ista conclusio,q̃ de esse

famæ

famæ locus non est necessarius,licet fama in loco esse possit: & ideo si interrogarentur testes, si est fama quòd aliqua est prægnans,& ipsi dicerent ꝙ sic, & interrogati de causa scientiæ responderent, quod audiuerũt dicere à maiori parte obstetricum,quę fuerunt adhibitæ à iudice ad videndum si mulier erat prægnans, quæ dixerunt quòd sic: isti testes probarent. Idem si testes dicerent,quod vnus reputabatur scientificus scholaris, quia audiuerunt dici à maiori parte scholariũ studij Paduani: isti probarent, & tamen scholares Paduani, & eorum vniuersitas non dicitur habere determinatum locũ in ciuitate. ¶Quare ista est vera conclusio,quod si est inuestigandũ de fama hominis,debeat inuestigari in loco, in quo versatur,& ab illis qui debent verisimiliter scire,quamuis illi de vniuersitate determinatum locum non habeant in ciuitate, nec aliquod corpus misticum in aliquo faciant,vt multę obstetrices deponentes, quòd mulier sit prægnans: & quod de esse famæ sit quòd non attendatur,in quo loco sit, patet, quia dicitur fama secundum Hug. quasi famulum vel famula,quia de nobis rumores portat per diuersas terras vt famula. hoc idem Virgilius, qui certum locum famæ non ascribit, cum dicit, Fama malum quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget,viresq; acquirit cũdo.Parua motu primo,mox sese extollit in auras: Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit. Quod vltimum vult dicere,quod ingreditur fama solo,idest terra,& postea cõdit caput inter nubila. Nam primo est in vulgus,& postea inter Reges & potẽtes. Ex quibus constat, ꝙ certus & determinatus locus nõ est de essentia famæ,sed quod potest per multa loca vagari,idest inter multas personas diuersorum locorum:& sic loca ponuntur pro personis. ¶Non obstat quod dicit dom.Barto.quòd vniuersitas
19 † est corpus misticum,& nõ habet nisi vnam vocem: quia dũ Bar. dicit de vniuersitate, intelligit idest inter hoies de vniuersitate,in quorum maiori parte est fama. Sic debet intelligi ista quæstio.licet ergo ad ortum famæ vel processum locus non sit de essentia,vt dixi,tamen locum habere potest,vt dictum est.Ex hoc infertur,an ex fama,quæ est hic Paduæ,possit inquiri per iudicem Bononiensem in Bononia. Videtur ꝙ sic,quia vt possit inquiri, sufficit quod sit fama, cùm fama vt
20 dictum est non requirat locum: tamen veritas est in contrarium, quia † fama succedit loco accusatoris, ergo debet assistere iudici,quemadmodum accusator,l.si accusationibus.C. de accus.¶Vlterius in 3.q.dicti §.tormenta.quærit Bar.a qui-
21 bus † personis debet oriri fama.& dicit, ꝙ decretalis vult, ꝙ non a personis maleuolis,& suspectis, sed a fide dignis, vt in c.qualiter & quando. el 2.de accusa. & hoc putat ipse verum per text.in l.miles.§.pen. ff.de adult. Sed istud debet intelligi verum, quando fama habet originem solum ex dicto personarum, & quia populus sic opinatur, quia tales sic dixerunt: Oportet enim tales auctores esse tales, quibus deberet fides adhiberi,nec eorum personę reprobarẽtur, l.si quis decurio. C.de falſ.& in auth.hodie. C.de repudijs. Sed quando fama haberet ortum ab alio actu quàm a dicto personarum, tunc posset habere originẽ a vilibus personis.¶Quid enim si contra furem inuentum in domo exiuit famulus vilis clamando per plateam,obuiętis furi. & ex isto actu,scilicet fugæ furis, & acclamatione dicti famuli fama orta sit in ciuitate vel viciniã, quòd talis fecit furtũ:ecce,ꝙ fama potuit oriri a vili persona: vel potius verum loquendo nõ a vili persona, sed magis ab illo actu fugæ,ex quo populus in talem opinionem est ductus, vt ff.ad l.Aquil.l. itaque. Ita potest intelligi l. capite quinto.ff.de adult.vbi si aliquis visus est & deprehensus, qui dicebatur quod erat in adulterio deprehẽsus, & ex illo actu insurgat fama in ciuitate,quod talis iuerat adulterandum: & sic ex isto actu potuit oriri fama,quia fama põt oriri tpe contracti maleficij,& ex causa introducẽte ipsam,& ex causa postea maleficio secuto, vt l.si qs adulterij.C.de adult.& statim dicam. Vnde cõcludere vĩ ipse,ꝙ qñ fama habet ortũ a dictis personarum,tunc debeant esse tales personæ, ꝙ eorum testimoniũ nõ reprobetur.Sed vbi fama oritur ab alio actu,quàm a dicto personæ,tunc sufficit si illi actus causauerunt communem opinionem in populo, nec est tunc curandum, etiam si
22 a vilibus personis habuisset originem: & ideo † poetæ fingũt famam iliam terræ & certo parente carentem,qd nihil aliud est dicere,nisi quod de gestis inter eos fama sit.Quod autem patre careat, ideo fictum est,cùm sæpissimè rerum a fama ꝓmulgatarum multæ sunt falsissimæ: igitur ignoratur auctor, qui si comperiretur, famæ pater describi posset, & de hoc dicit glo,hic,dum dicit, quandoque ex certo, quandoq; ex incerto auctore procedens. Mihi videtur,quòd ista quæstio, a quibus personis oriatur fama,non videtur bene formata, qa de essentia famæ non videtur necessarium, ꝙ constet a quo
23 certo auctore sit emanata,quoniam plerunque incerto † auctore fama vagatur,de consecra.dist.4.c.sanctum. in fi.& hoc dicit glo.hic. Et ideo dicit Hug. in verbo famulor. quòd fama est sine certo auctore, cui malignitas dedit initium, fides verò incrementum. Quod vult dicere malignitas, idest factũ malignum: fides verò,idest opinio dedit incrementum,vt sit
24 efficax. Item quia fama † non minus ex factis & gestis nascitur,quàm ex dictis, vt probatur in l.3. ff. ad Macedo. & in l. Zenodorus.eo.tit.& probatur in l.de quibus,in fin.ff.de legibus,& l.pignus.in fin. C.de pign.act.vade melior fuisset propositio quæstiouis,quæ sint personæ, quæ famam probẽt,vel inter quas personas debeat esse fama. Nam debet esse inter non maleuolos nec suspectos, sed potius inter fide dignas,& honestas personas, quarum clamoribus fama ad aures superiorum perueniat. Ita dicit tex.in d.c.qualiter & quando. & credo,ꝙ sint illæ personę, quę essent aliàs idonei testes, qui notantur in l.3.ff.de testi. & in c.in nomine, de testi. vbi ponuntur carmina denotantia impedimenta testium,ętas, conditio,sexus,discretio,fama,Et fortuna,fides,in testibus ita requires.Quæ carmina expone,vt ibi not.Nam ex his apparet inter quos debet esse fama,vt sit alicuius efficaciæ vel probationis vel excusationis,quia per publicam famam quis interdum excusatur,l.3.ad Macedo.& l.Zenodorus.eod.titu.quia debet esse inter eos,qui sunt idonei ad testificandum:& ideo in maiori parte non computantur pupilli & infantes: imo si esset causa criminalis,non minores 20.annis, 4.q.3.§.item is, Item nec mulieres aut serui, nisi in quibus mulieres testificari possunt. Item non computarentur in numero indiscreti & fatui. Item nec infames,nec infideles,nec iudæi. Item nec pauperes,quando per paupertatem suspecti forẽt: debet ergo esse fama inter fide dignos & honestos, & non suspectos: fateor tamen,ꝙ si inter illos,inter quos esset fama, essent aliqui suspecti vel maleuoli, per hoc nõ irritaretur probatio famæ,si maior esset de non suspectis,vel non maleuolis,qa delictum suspectorum,vel maleuolorum substantificaretur per dictum illorum,qui non essent suspecti vel maleuoli,per tex. singularem in l.si quis ex argẽtarijs.§.1.versq.quid enim si humilis & deploratus.ff.de eden.hoc ꝓbatur in l.capite quinto. de adult. Nam marito,qui deprehendit adulterum in domo sua, non debet credi, & tamen si ex tali deprehensione cum confessione eius extraiudiciali fecerit publicam famam oriri & crescere,illa est legitima. Ita etiam potest verificari, quod dicit Bart.in §.tormenta. quod si acclamatum est contra furẽ a vili persona, & fur deprehensus est fugere, & ex hoc suspicio & fama occurrerit in populo illum esse furẽ, talis erit fa-
25 ma legitima. Item vt † excusetur quis propter publicam famam,quę haberet veritatem in contrariũ,oportet ꝙ qui vult excusari,non dederit operam,vt fama crebesceret,quia tunc non excusaretur,vt est tex.in l.miles.§.pen.ff.de adul.& ideo illi,pro quo fama opitularetur,non proficit probatio famę,si docetur ꝙ ipse argumenta præstiterit,ex quibus fama crebescerit.¶Item qd dixi,quod fama debet esse inter illos,qui essent ad illud probandum,de quo est fama, idonei testes, patet quòd ex probatione rei domesticæ idest gestæ in domo sufficerent testes domestici, l. consensu. C. de repudijs. Et idem si aliquis vellet repetere pecuniam, quam dicebat per quendam baracterium & publicum lusorem fuisse cum falsis taxillis acquisitam, si hoc vellet probare per famam, sufficeret si fama esset inter similes homines, quia tales lusores habent notitiam istarum deceptionum,& famam,quia vt supra dixi pluries, fama debet esse inter illos, qui verisimiliter debent scire rem,de qua quæritur,l.cum quidam. §.quod dicit. de acquir.hære.& idem de factis & gestis in prostibulis, aliàs vix bene aliter posset probari, nisi pro conuersante in dictis
26 locis:facit lex de submersis.C.de naufra.li.11. quia † ex qualitate vel ratione loci possunt adhiberi aliàs inhabiles, quia vbi congrua probatio haberi non põt,accipimus incongruã: quod est intelligendum tamen, si ille,cui incumbit probatio, nõ potuit sibi prouideri de alijs probationibus, vt in his quæ
27 veniunt ex accidenti,vel improuiso,alias secus: quia † imputandum esset illi,qui se in necessitate posuit,argu.l.petendæ. C.de temp.in integrum resti.& l.si legatus.C.de episc.aud.& quando est necesse,ꝙ ista fama crebescat,dic vltra alios:Nam quandoque potest capere initium ab actu post facto,nam fama capitur ex argumentis, & ex illis, quæ silogizando quis compræhendit, & factum machinatur,non verò ex his, quæ immediatè sensu corporeo percipit, quia si aliqs videret homicidium,vel audierit aliquem testantem, ex istis potius in-
28 duceretur manifestum quàm fama. A præteritis ergo † colligitur communis opinio,quando multi viderunt aliquem diuersis mutuantem vel facientem aliquos contractus inusitatos, vnde sic isti videntes opinantur eos vsuras exercere, & hoc quando ista promulgantur in maiori parte viciniæ.Item
29 ex factis præteritis poterit dici † famosus vsurarius,& esse de hoc publica vox & fama: Similiter ex actu præsenti,quando reiterat ista argumenta de pñti, iterum similiter contrahẽdo. Item sumitur ab his,quæ fiunt in futurum, vt probat tex. l.si quis adulterij.C.de adulte. Et ideo si furto commisso res furatæ demum reperiãtur penès aliquem,ex hoc facto post delictum occurrẽte,potest oriri fama, quòd ille, apud quem res furtiuæ repertæ sunt tale furtum perpetrauerit, argu.l.in ciuile.& l.ciuile.C.de fur.& sic patet, ꝙ ex actu secuto post delictum potest facti pręteriti fama causari. Quando autem fama esset contra ius,vel sine aliquibus legitimis argumẽtis inducta, tunc enim illæ vanæ voces populi sunt dicendæ, l.decurionum. C.de pœnis.sicut erant voces iudæorum ad Pilatum,cum ipsi scirent ꝙ per inuidiã tradidissent eum. ¶Quæ-
30 ro vlterius, per † quot testes ꝓbetur fama,& quomodo? Gl. in l.3.§.eiusdem. ff. de testi. in ver. confirma.in vers.hoc dicit, quod probatur per duos testes, qui dicant maiorem partem populi sic sentire.hic duo sunt videnda: Primò, an duo testes sufficiant. Secundo qũo debeant deponere vt probẽt.
31 ¶Ad primum videtur,ꝙ duo † testes non sufficiant: Nam cũ isti duo referant dictum populi vel vniuersitatis, qui populus vel vniuersitas est vna persona repræsentata,vt l.mortuo. ff.de fideiusso.sicut non crederetur vni personę,ita nec duobus proferentibus dicta illius personæ,vt videtur text.in c.licet ex quadam.ff.de testi. Sed veritas est illud, quod dicit ibi glo.per l.vbi numerus.ff.de testi.& per illa, quæ not. glo.in l. si arbiter.in 1.glo.ibi,sed in primo casu. ff.de probat. vbi glo. dicit, quòd duo testes probant alicuius facti memoriam extare,quando dicunt,ꝙ audiuerunt ab vno qui dixerat, ꝙ viderat opus fieri.Non obstat c.licet ex quadam.Nam quando apud illam personam veram vel repræsentatam consistit veritas eius quod probatur, sicut quando testes deponũt quod audiuerunt ab illo, qui vidit opus fieri, in isto consistit veritas probationis, idest memoriam extare, & sic probatio duorum testium surgit ab illo, in quo consistit veritas probationis. Sic est in fama,cùm dicitur,ꝙ ita dicitur a maiori parte populi,quia in hoc consistit veritas famæ,quæ consistit in dicto maioris partis populi cum communi eorum opinione: meritò sufficit probatio duorum, ꝙ habeant ab vno, apud quem est veritas probationis. Sed si apud illam personam,cuius dictum refertur,non esset veritas probationis,sed esset solũ probatio veritatis, tunc non debet esse maioris auctoritatis probatio,ex qua sumitur. Concludo ergo, ꝙ duo testes sunt sufficientes ad probandum famam, vt dicit glo.in d.l.3.§.eiusdem.ff.de testi. & in d.l. si arbiter. ff. de probatio. ¶Nec est verum, quod dicit do.Bart.de Salic.ꝙ c.inquisitionis.de accusa.probet ꝙ duo testes probent famam. Nunc videndum est quomodo probetur fama: & gl.in l.3.§.eiusdem. videtur dicere, ꝙ sufficit si duo testes dicãt maiorem partem populi hoc sentire. Sed an hoc sufficiat. videtur quòd sic,per tex.in l.si arbiter. ff. de probatio. vbi videtur text. ꝙ sufficit si dicat,ꝙ est omnium opinio.sed Bart. tenet contrariũ,quòd
32 text.non probet,quia † non deponit de eo quod sensu percipit: Nam ꝙ populus sic sentiat vel intelligat, non percipitur a sensu testis immediate,& ideo non probat,l.qui testamẽto. §.fi.ff.de testa.& l.1.in princ.ff.de his qui in testa.delentur. & quæ not.in c.cum causam. de testi. Non obstat lex si arbiter, quia illa sunt verba legis, quæ debent intelligi secundum iuris dispositionem,vt valeat dictum testis, quòd omnium est opinio, qñ annectit rationẽ, qa aut ab omnibus aut a maiori parte audiuit dici.¶Item ex alio non videtur verum dictum illius glo.quia quod maior pars populi sentiat, posset intelligi quando sentiebat aliter quàm ex voce,& sic nõ esset fama, sed possent sentire vtendo & non loquendo; vt l. Labeo. de suppel.lega.quia sensus populi cõprehenditur ex alijs,quàm ex verbis,l.de quibus.ff.de legi. ¶Secundo quia potuisset populus sentire ab vno vel duobus sic referentibus, qui tamen non facerent famam,vt est tex.in c.inquisitionis. in fi. de accus.& istud credo verum, nam si testis deponit ꝙ aliqua sunt vera per illa quæ ipse testis sensu percipit, si non dicat per quem sensum, non probat, quia istud est potius iudicare, & discernere,quàm per sensum deponere: & dictum debet esse cõcludens & necessariũ, l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eũ qui.& l.non hoc.vnde cogna. & ideo ego credo opin. Barto. veriorem.¶Quia tamen dicta testium possunt in probatione
33 famæ esse varia: Quæro, pone † quod testis dixit contenta in c.de fama vera esse, & interrogatus de causa scientiæ respondet, quia de hoc in populo est publica vox & fama: an iste testis probat? & profecto dico quòd non,vnde est attendẽdum,quòd quædam sunt veritates, quæ possunt esse notæ testi quo ad plenam notitiam ex sola repręsentatione obiectus ad aliquem sensum corporis,& tunc testis probat etiam non reddita ratione, quando de ea interrogatus non est, vt est glo.notabilis in l.solam.C.de testi.sed quando illud,quod probatur a teste,non est immediate perceptibile per sensum & per solum obiectum repręsentatum ad sensum, quia licèt videat vel audiat, per hoc immediate non percipit veritatem obiecti, nec illa, quæ probare intendit, quia non sunt solum in sensum, sed plurimum in intellectum, quæ percipit silogizando & discurrendo, tunc non creditur testi, nisi per rationes & causas facti quas assignat, ex quibus constat ipsum scire,aliàs dictũ excederet terminos officij testis, quia potius esset iudicium quàm testimonium. Ita notat Inno.in cap.cum causam.de testi.& ita est in proposito, quia quando testis deponit super fama ipsa, non potest intelligere istã famam in specie,de qua loquitur, & quid sit, & vtrum sit, nisi sciat quid sit fama in genere secũdum iuris dispositionem: & ideo debet interrogari,quomodo scit, & quod sit publica
34 vox & fama.Nec obstat si dicatur,interrogationes† iuris fieri non debent,l.ornamentorũ.ff.de aur.& arg.lega.quia non est interrogandus testis quid dicat ius de hoc, sed interrogatur qualiter intelligit,ꝙ sit publica vox & fama: & sic quæritur ab eo super facto,non super iure:nec testis respondendo, habet ponere decisionem siue diffinitionem iuris, sed debet deponere verba facti, ex quibus resultet ius: & hæc sunt de mente Barto. in l. 1. ff.si cert.peta. iuxta finem illius quæst. quæ incipit, quæro in hac parte. Sed si testis dixisset, quòd est publica vox & fama de contentis in capitulo, per ea quæ dicuntur a maiori parte populi huius ciuitatis, ipse testis probaret, quia si ipse non fuisset interrogatus quomodo scit,quòd diceretur a maiori parte populi, quia istud quod dicatur a maiori parte populi, percipitur ex solo sensu auditus sine aliqua silogizatione vel discursu, tunc testis probat, quia non fuit interrogatus de ratione, quia non tene-
35 tur plus loqui quàm interrogetur, quia testis † non debet esse verbosus,ita dicunt glo.& doct.in d.l.solam. & canonistæ in dicto cap.cum causam. de testi.& ista sunt vera, quando simpliciter dixisset,ꝙ est publica vox & fama, per ea quæ dicuntur a maiori parte populi, si non fuisset interrogatus vlterius de causa scientiæ, sed dixisset vt dixi supra ꝙ erat publica vox & fama:& interrogatus de causa scientiæ dixit,qd dicitur a maiori parte populi. Iste testis non videretur probare secundum Bart.in dicto §.tormenta. quia non reddit causam,per quam aliquid percipit sensu corporeo, quia non dicit se audiuisse, ꝙ dicebatur a maiori parte populi: posset tamen fortè dici,ꝙ isto casu probet: & si dicitur, ꝙ non red-
36 dit causam scientiæ, dico ꝙ hic est cõsiderandum, ꝙ † est duplex causa scientiæ, vna quomodo discurrendo per intellectũ sciat ꝙ sit publica vox & fama, & ad istam rectè respondit,cùm dixit, quia dicitur a maiori parte populi istius ciuitatis:alia erat causa scientiæ,quomodo sciebat,ꝙ diceretur a maiori parte populi,& de ista non fuit interrogatus;dico, ꝙ probat,per ea quę supra dixi,& per not.in d.l.solam.de testi. & testis, qui deponit in his, quæ compræhendit per solum sensum immediate,si de illis deponit, intelligitur deponere per illum sensum ad alia obiecta approbatũ: & ideo si dixit, ꝙ a maiori parte populi dicebatur, est præsumptio, ꝙ dixit, quia audiuit sic dici:nam sensus inclusus siue præsumptus ex alijs accidentibus habetur pro expresso, sicut quando dicit, scio,quia sum vicinus:vt statim dicam.Et ista est ratio,quare probat,si nõ est interrogatus de alia causa scientiæ: sed si ipse fuisset interrogatus de alia causa scientię,& ipse dixisset,scio quia scio,vel ita est:tunc non probaret, l.1.de offic.procura.
37 Cæsar. Sed contingit † dubitari quid si testis dicit, audiui dicere a maiori parte populi: sed non dicit, istius ciuitatis,vel villæ, an probat.Bart.in dicto §.tormenta. videtur dicere ꝙ non,quia non concludit necessario,de quo populo, & sic nõ concludit necessario vbi sit ista fama: vnde non probat, C.

compræ- de

de proba.l.neque tales. C.vnde cogna.l.non hoc.& de probat. in præsentia. Nec est dubia probatio referenda ad intentionem proponentis actoris vel rei,vt probet, vt notant Doct.in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.Ego credo,ꝓ si in capitulo proponentis erat facta mentio de loco, ꝓ si testis dixit contenta in capitulo esse vera, & si postea interrogatus de causa scientiæ dixit, ꝓ audiuit dicere a maiori parte populi: tunc probaret,etiam si non diceret istius ciuitatis,qa iam semel declarauit,cùm dixit contenta in capitulo esse vera: & de † eo quòd semel declarauit testis non est iterum interrogandus, vt not.in l.2.§.quod obseruari. de iura.calum. & quia præcedentia declarant sequentia, l.si seruus plurium. §.fin.de leg.1.Et quia talia sunt subiecta,qualia prędicata demonstrant,l.si vno.ff.loca.& l.si cum dies.§.arbiter. ff.de arb. Quid autem si testis diceret, quod dicitur a maiori parte vicinæ: interrogatus de causa sciētiæ, dicat,quia sum de dicta vicinia: an probet? Bart. ꝓ sic, in l.1.ff.si cert.peta.quia licet non deponat de sensu corporeo expresse & explicitè, saltem de ipso implicitè & præsumptiue deponit, quia † vicini præsumuntut scire facta vicinorum, l. & si præses. ff. de magistra.conue. l.si ita fuerit.in fin. ff.de fun.instruc.& l.si vicinis. C.de nupt.& istud facit ad illud, quod supra dixi,quod testis probet qui dixit, ꝓ a maiori parte populi dicebatur, vt probet etiam si non dixerit,ꝓ audiuit,ex quo sic dixit,præsumitur audiuisse. Sed nunc est dubium, si testis † dixit,scio quia publicè dicebatur in ciuitate: an probet. Videtur dicendum ꝓ sic,quia istud verbum publicè,exponitur populicè, hoc est ꝓ populus vel maior pars dicebat.l.Zenodorus. C. ad Macedo.& l.3.ff.eo.tit.dum testis dixit,publicè videbatur,idest populicè a populo videbatur,facit lex seruum quoque.§.publicè.ff.de procura.vbi istud verbum,publice, exponitur populice: ergo videtur probata fama,quæ est communis opinio a maiori parte populi manifesta: facit lex pignus. ff.de pigno. act.Sed Barto.tenet contrarium duabus positionibus: quia si testis dicit,quia publicè dicebatur: & non dicit audiuisse, nō videtur deponere per sensum corporeum. Sed ego istam rationem supra reprobaui, & Bal. eam reprobat in l. testium. in vltima q.C.de testi. Secundo alia ratione mouetur Bar.ad dicendum,ꝓ nō probet,quia istud verbum publicè, idest populicè, nō habet istam expositionem & istum sensum nisi ratione causæ adiunctæ in d.l.3. ff.ad Macedo. quia sic agebat, & sic contrahebat, ꝓ reputabatur paterfamilias, & tanquam paterfamilias admittebatur: & ideo per hoc probatur vulgi opinio: sed secus est in q.ista,quia istud verbum publicè,potest significare actiuè & passiuè quod publicè dicebatur,quia forte vnus,duo,aut tres publicè dicebant,& non occultè,sed palàm in locis publicis & patentibus: & tamen iste vnus,duo vel tres sic publicè dicentes non inducerēt publicam famam, vt est tex.in c.inquisitionis.de accusa. & † dubia probatio interpretatur contra producentem,de probat.in præsentia. Et quia non probat hoc esse,qd̄ ab hoc cōtingit abesse,l.nō hoc. vnde cogna.& l.ad probationem. C.de probat. Istud probatur ex notatis in l.2.ff.de duob.reis.vbi si testis dicit,ꝓ Titius cognouit Bertam violenter, non probat violētiam factā per Titium Bertæ, quia istud verbum violenter, potest intelligi actiuè & passiuè,videlicet ꝓ violentia fuit lata per Titiū Bertæ,vel Titius ipse violenter compulsus cognouit Bertam. Et verba testis dubia semper interpretantur contra producentem,l.inter stipulantem.§.1.de verb.obli.facit lex si ita sit scritum Stichum.ff.de manumis.testa.ibi in verbis diligēter, &c. vbi verbum diligenter, exponitur duobus modis, & ideo est notandum, ꝓ istud aduerbium publicè, est exponendum vt dixi, quādoque populicè,l.Zenodorus.ad Macedon.& l.3.ff. eo.tit.in dicta l.seruū quoque.§.propulicè.de procura.& l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. ff. de nou. oper. nuncia. ad hoc lex pignus.C.de pign.act.vbi publicè,idest populicè: vel cōmuniter † aliquando istud aduerbium publicè exponitur in significatione passiua,l.3.C.de summa trin.& Insti.de iure naturali.§. responsa prudentum. vbi tex. dicit, ꝓ antiquitus erat statutum,ꝓ iura publicè interpretarentur: nam tales interpretationes fiebant publicè,idest in loco publico & patēti coram populo: & aliquando exponitur publicè,idest corā publicis personis,l.2.C.qui per me.iudi. non appel. Igitur cū istud dictum testis, ꝓ audiuit dici publicè, possit intelligi ꝓ audiuit ab vno, duobus vel tribus dicentibus publicè in populo,& tamen isti non facerent publicam famam, vt d.c.inquisitionis. istud credo verum, licet do. Bart.de Salic.dicat, ꝓ fuit consultum contrarium,vt ipse no,in d.l.ea quidem. de accusa. Sed mihi videtur,ꝓ præcedens sententia Bar.sit validioribus rationibus comprobata:& idem est si testis dixisset, quòd dicebatur per totam ciuitatem: nam hoc potest dici ab vno,duobus vel tribus per totam ciuitatem:Et licet do.Bart. dicat vnico impetu vel tempore, non poterat hoc clamari vel dici per totam ciuitatem à duobus vt tribus? Istud non obuiat, quia † non in vno impetu vel acclamatione generatur fama,sed per temporis successum, per ea quæ supra dixi secundum Vergil.cùm dicit,Parua motu primo, &c. Et quia verbum,ciuitas,ponitur pro loco,vt in c.si ciuitas.de senten. excommu.lib.6.& in l.2.ff.de verb.signi. & ideo duo vel tres poterant dicere per totam ciuitatem, licet surriperetur ciuitas, prout dicitur ciuitas quasi ciuium vnitas, vt dicit Philosophus 3.politicorum in prin.tūc testis probaret, si fieret interpretatio,ꝓ per totam ciuitatem,idest per omnes ciues vel maiorem partem ciuitatis: sed ista verba sunt † dubia,& possunt habere plures intellectus: vnde verbum testis dubium debet interpretari contra producentem, d.c.in præsentia.& iuribus supradictis. Non obstat, ꝓ communis vsus loquendi hanc interpretationem confirmat & declarat, & ideo debet attendi, l.si seruus plurium. §.fin.de lega. 1.& l.cum delanionis. §.afinam. de fund. instruc. & ideo si diceretur in vulgari materno,el se dice publice: idest,quia omnes aut maior pars diceret: primo quia iste vsus loquendi deberet probari,l.Labeo.de suppel. lega. Secundo istud dicere, el se dice publice, potest intelligi,idest in loco publico per aliquos. Non obstat ꝓ verbum publice,de proprio significato importet idē quod populice: quia istud vt dixi potest intelligi actiue & passiue, & sic non probat.Non obstat ꝓ verba sunt interpretāda † secūdum subiectam materiam, l.si vno. ff.locati.& l.stipulatus. ff.de vsu.Et ideo vt sint verba conformia subiectis,assumuntur secundum significatum improprium, quia † attendi debet potius qualitas terminorū quàm improprietas locutionis,l.Mæuius.ff.de manu.testa. & verborū significatio est variabilis prout varij sunt effectus, l.insulam.ff.de præscri.verb. notari in l.falso.super verbo,prohęmia.C.de præscrip. Cùm igitur verba à teste proferuntur, super fama, istud verbum publice,deberet sumi secundum subiectum famæ, vt dicatur publice,quia a maiori parte populi & populice dicebatur, qa ista argumenta,ex quibus aliqui consulentes consuluerūt cōtra sententiam Bart.vt refert ipse Bar.de Salic. in materia testium,sunt contra tex.in c.in præsentia.in fin.de proba. Nam verbum maior, si caperetur ibi secundum subiectam materiā monachatus deberet sumi pro maiore 14. annis, quia ante non possunt profiteri,& tamē ibi dicitur,ꝓ cum verbum dubium interpretetur contra producentem, & ideo illa argumenta sunt vera in contractibus & in alijs præterquā in probationibus,quæ debent esse limitatæ & explicatę,aliàs interpretantur contra producentes testes, vt not. de probatio.in præsentia.& l.inter stipulantem.§.1.de verbo.oblig.& ibi per Barto.& in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.& in dicto cap.in præsentia.vers.pręterea.de proba.quia allegans ibi dicebat, ꝓ ingressus monasterium erat minor, & tamen illud verbum minor, non capitur ibi pro populo, qui non potest profiteri: & ideo quia est ambiguum, non probat: quare in casu nostræ quæstionis teneo,quòd non probent.Sed † quid si testis dicit, ego audiui palam dici. Dico ꝓ non probat: nā palam dicitur,quod ab vno dicitur coram pluribus,l.palam. ff.de verbo.signifi.& l.hæredes palam.ff.de testa. & hoc credo verum,quamuis verbum palam, intelligatur etiā siue fiat publice,siue non publice,vt in l.palā.ff.de ritu nup.quia verbum palam,plus importat quàm verbum publice, quia palā dicitur fieri, quod sine delectu & indistincte fit siue fiat publice siue non publice.Et ista est differentia inter palam & publice,l.si quis in graui.§.aperire.ff. ad silla. & sic palam latius importat quàm publice, qa importat illud quod fit publice & non publice,dicta l.palam.de ritu nup. Et secundum istam doctrinam,quam dedit præfatus Do.Bart. de Salice. ꝓ verba testis debent intelligi secundum subiectam materiam, tunc testis, qui deponeret super fama & diceret, ꝓ audiuit palam dici,deberet probare, quia cum verbum palā, vt prædixi,importet quod fit publice, ergo in materia famæ deberet capi pro eo quod esset dictum publice: sed veritas est, ꝓ cum sit verbum dubium non probat, per ea quæ supra dixi: & ideo in hoc Do.Bart.est sibi cōtrarius,vel doctrina,quam ipse dat in dicta l.ea quidem, in quarta vel quinta quæstione famæ non est vera,præsertim quia ipse etiam errat: nam dicit quòd aduerbium publice, plus importat quàm aduerbiū palam, quia hoc est falsum p ea quæ supra dixi. Sed occurrit † dubium, vtrum testis examinatus super fama, vel infamia teneatur dicere a quibus personis audiuit, & vtrū debeat de hoc interrogari, & ipse debet respondere.Inno.in cap.qualiter& quando. el 2.de accusa.& Ioan.And.ibi videntur dicere,ꝓ etiam si dicat esse famam vel aliquem infamatum apud prouidos & discretos, ꝓ debeat dicere quæ sunt illæ personæ, etiam si non interrogetur, vt per hoc appareat iudici, quid de hoc debeat iudicare, an fama vel infamia procedat a viris prouidis & honestis vel maliuolis & suspectis: quia hoc cognoscere spectat ad iudicem,nō ad testem: & hoc vult Ioan.And.in dicto cap.qualiter & quando.el 2.de accusa.in verbo,honestis. vbi dicit, ꝓ etiam non interrogatus debeat dicere a quibus audiuit,& multo magis si interrogatur: nam si interrogatur a quibus audiuerit non respondit, non reddit sufficientem causam dicti sui,notant doct.etiam aliqui in cap.cum causam.de testi.Innoc.tamen in dicto cap.qualiter. refert opinionem, ꝓ sufficit quòd testis dicat, quòd est rumor & fama in maiori parte viciniæ vel ciuitatis in illis personis expressis a quibus audiuerunt, quia pars contra quam fit probatio famæ debet probare, quòd talis fama sit apud viles personas:& istud videtur probari, licèt ipse nō alleget, in l.miles.§.penul.vers.quòd si fortè mariti mors.ff.de adult. licèt Do.Anto.de Butr.in cap.cum oportet.de accusa.in 7. q.videatur dicere,quòd prior opinio sit verior, & allegat tenere hoc Bart.in l.de minore.§.tormenta.ff.de constitu.in q. quæ incipit, quæro si testis interrogatus a quibus personis. Sed Barto.loquitur ibi, quando est interrogatus vt debeat respondere,& si non fuerit interrogatus,vtrum debuit dicere, a quibus personis, ipse non dicit quòd debeat aliquē nominare.Dom.Bar.de Sali.in l.ea quidem.C.de accusa.in 5.q. dicit,ꝓ si ipse est interrogatus,debet dicere a quibus audiuerit,sed non interrogatus non debet dicere, sed sufficit quòd dicat,quòd maior pars populi vel viciniæ dicit, & tunc pars contraria tenetur probare,quòd habuit ortum a vilibus personis:vtuntur tamen ipse & Bar.malis verbis, quia dicunt ꝓ ista sunt inuestiganda, vt sciatur, an habuit originem ab honestis personis, per illa quæ supra dixi, quòd fama quandoque oritur ab aliquibus factis & non simpliciter dictis personarum.mihi videtur,quòd duo in hoc sunt considerāda:primo, si testis probauit famam, quia dixit quòd audiuit a maiori parte populi ciuitatis: an sit interrogādus vlterius a quibus personis.In quo,si dicit quòd audiuit dici a maiori parte populi ciuitatis vel castri, de quibus personis & a quibus audiuerit, quia † de eo quòd testis semel declarauit non est iterum interrogandus, vt not.in l.2.§.quod obseruari.C.de iuram.calum.& hoc not. Bar.in l.1.si cer.peta.in 2.colum.in q. quæ incipit,quæro in hac parte.ex eo enim quòd dixit audiuisse a maiori parte populi, includit honestas personas & fide dignas, quia non est verisimile, quòd maior pars populi ciuitatis sit maleuola & suspecta:& si qui fortè sunt maleuoli & suspecti, substantificatur eorum dictum per alios fide dignos & honestos:& ideo tūc credo, quòd probaret testis nō interrogatus de personis à quibus audiuit, nec sit interrogādus,sed pars, contra quā est facta fama,potest probare, ꝓ fama creuit ex non legitimis argumentis, ita ꝓ fuit potius vana vox populi, vel pro illo pro quo faciebat fama fuit causa ꝓ fama crebresceret,l.miles.§.pen.ff.de adul.vel ꝓ ciuitas illa vel populus ille inimicabatur tali diffamato, per text. in d.§. penul.Sed si in illa vicinia,vel inter obstetrices vel inter tales personas debentes scire, vel in illa maiori parte possent esse multi maleuoli & suspecti,& tunc de personis debet interrogari testis,& tenetur respondere,aliàs dictum suum non sufficeret, quia illa maior pars debet esse de honestis & fide dignis: & si non exprimit personas, non concludit, quia probatio debet esse concludens & necessaria,l.non hoc. C.vnde legiti. Sed si non interrogaretur, credo ꝓ probaret, quia testis non debet esse verbosus, l.solam. C.de test. Et quia illi, à quibus audiuit,presumuntur esse boni,l.merito.ff.pro socio, quicquid dixerit do.Anto.de Butr.in c.cum oporteat.de accusa.in 7.q. debet enim iudici innotescere, inter quos sit ista fama, non dico à quibus habuit ortum fama,vt dixit Bart.& cum sequentes, & non bene.Ita debet intelligi Innoc. in cap. qualiter & quando.& quod notat Spe.in tit. de inquisitione. §. nūc tractemus. debet ergo testis interrogari de personis,& nominare aliquas,à quibus audiuit dicere, nec sufficeret si diceret non recordari de aliquo, quia tunc non probaret, sed nominatis aliquibus benè probat, licèt dicat de alijs non recordari,cum memoria hominum † sit labilis,& non potest de omnibus recordari,l.peregre,in prin.de acquir.posses.& hoc quando addit clausulā & ab alijs,de quibus non recordatur: sine ista enim additione non probaret, quia duo vel tres nominatim non facerent famam, vt in c.inquisitionis. de accus. & supra dixi. posset tamen tunc pars, ꝗ quam illi sunt nominati,à quibus testis dicit audiuisse, famam probare,quòd tales erant sibi maleuoli & suspecti. Quæro vlterius,quid si testes † dicunt à diuersis personis audiuisse,quia vnus nominat aliquos,& alter nominat alios:& quid si diuersificant in loco & tempore, quia vnus dicit, audiui in plateis ciuitatis & de mense Maij: alter dicit, ꝓ audiuit de mense,Aprilis,& in ecclesia, vel in foro ciuitatis, an probent, quia sunt diuersi in obiectis ad sensum repręsentatis, & sunt diuersi loco & tempore? Videtur ꝓ nō probent,quia omnes videntur in suis dictis singulares, quia diuersitas temporis inducit diuersitatē actuum,nec concordant de eodem actu in specie: vnde non videntur probare,vt de elect.c.dilectus. & c.bonæ.& de probatio.licet causam.ver.quamquam. & ideo fuerunt reprobati testes contra Susannam, quia fuerunt de actu adulterij diuersi in loco,vt not.de testi.l.testium.Sed contrarium est verum,per ea quæ not.Inno.in d.c.qualiter & quando,de accu. Spec.in tit. de inquisitione, in loco supra allegato.& hoc tenet Bart.in dicto §.tormenta.in q.quæ incipit, Quid si testes diuerse dixerunt. & per glo.l.ob carmē.in fi.ff.de testi.& hoc etiam tenet Bar.de Sali.in d.l.ea quidem. de accusa.in 9.q.qū nominatis personis adiecisset illam clausulam, & ab alijs de quibus nō recordatur.quia ex virtute istius clausulæ, possunt comprehendi aliæ personæ ab alio teste non nominatę, arg. c.cum tu.de testi.Sed ista ratio non est bona, quia dictum testis debet concludere necessario, l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui. sed ꝓ virtute illius clausulæ & ab alijs, possunt comprehendi alij non nominati ab alio teste. Istud est cōtingenter & non necessario,& ideo per hoc non probaret,& † c. cum tu.nihil facit,quia loquitur de testibus contrarijs cōcordandis: imo secundum aliquos vt do.Ant.de But.illud c.loquitur in testibus productis à diuersis partib. sed in introductis ab eadem parte,non concordantur,vt probent, quia negari non potest,quin ista probatio sit dubia. Sed an istud sit verum, vt dixi in dicto cap.cum tu. vbi tenui sententiam Innocen.& Bar.quòd probent isto casu, quia quando testes cōcordant in vnum rei finem, tunc diuersitas temporis & loci, & diuersitas obiectorum ad sensum non facit testes singulares quin probent:notat etiam Inno.in d.c.qualiter & quādo. & ita intelligitur gl. in l.ob carmen. §.fi.ff.de testi.semper intelligendo hæc dicta,quando testes addiderunt illam clausulam,& ab alijs de quibus nō recordatur.& ita intellexit Bart. in ista quæstio.in d.§.tormenta. vt patet ex dictis per eum in antecedenti quæst.ante istam quęst.licet dom.Bart.de Salice. dicat, quòd Barto.voluit,ꝓ etiam non adiectis his verbis, & ab alijs,&c. Ipsi probarent,quod non est verum, quia quinq; vel sex nominati non facerent famam, sed oportet ꝓ dicant tunc quòd maior pars sic dicebat, aliàs neuter istorum testiū per se probat. Non autem repelluntur ratione singularitatis, vel quia non sint contestes in persona,tēpore,vel loco, iuxta dictum c.cum dilecti.de elec.quia sufficit, quòd conferant in vnum rei finem, vt prædixi: quia quando locus vel tempus non est de substantia probationis, tunc sufficit quòd testes concordant in vnum finem rei vt prædixi: & † temporis,vel loci omissio vel varietas non viciat testimonium,vt not.Inn. in d.cap.qualiter & quando.el 2.hæc semper sunt intelligenda, quando testes probauerunt famam, quia dixerunt audiuisse à maiori parte ciuitatis vel viciniæ. Sed si testis diceret, ꝓ erat fama, quia audiuit dici à tota parte ciuitatis, quæ est versus orientem,& alius testis diceret ꝓ audiuit à tota parte ciuitatis quæ est versus occidentem. Isti testes non probarēt, quia nullus probaret, ꝓ esset fama in maiori parte ciuitatis, quia nomen partis in dubio præsumitur pro medietate,l.nomen filiarum in §.portionis. ff.de verb. sign.& istud est quod dixit Vinc.in cap.illud. de præsump.facit tex.in c.tam literis. de testi. & si illa pars allegata ab vno teste faceret maiorem partem ciuitatis vt Florentiæ, si testis diceret ꝓ audiuit à tota parte ciuitatis Florentiæ quæ est vltra Arnum versus sanctum Ioannem: Iste testis probaret si haberet contestatem similiter dictem. si testis diceret ꝓ audiuit ab illa tota parte vltra Arnum, quæ est versus sanctum Spiritum.iste testis nō probaret,quia illa pars sancti Spiritus est minor media parte totius ciuitatis, & ideo male dicit do. Bart.de Salic.ꝓ si vnus

testis dicit audiuisse ab octo, alius a sex quos nominaret: tunc
dicit ꝙ esset probata fama, si isti octo, & sex simul iuncti face-
rent maiorem partem. Sed istud dictum non est verum, quia
nullus probat concludenter audiuisse a maiori parte, vnde
suæ fantasiæ, quas ipse ponit in l. ea quidem. in 9. q. in fi. quòd
istæ probationes possunt cumulari vt saltem semiplenè pro-
bet, non sunt veræ, quia vt dixi nullus istorum testium aliq̃d
probat de fama, vnde nulla accumulatio fieri potest. Quæro
vlterius, an testis debeat dicere, quare maior pars populi sic
dicat? videtur ꝙ sic, quia vt supra dixi in diffinitione, fama est
communis suspicio vulgi voce manifestata ex legitimis argu
mentis in suspicione de aliquo credulitatem inducentibus,
non rei veritatem ostendentibus orta: ideo debet & potest
testis interrogari quomodo ipse scit, quia cadit sub prædica-
mento substantiæ, scilicet ꝙ sit fama, ideo potest interrogari,
quomodo illud qd̃ maior pars populi scit, sit publica vox &
54 fama. dicit tamen do. Bart. de Salice, ꝙ testis † probat sine ali-
qua ratione, si non interrogatur de ratione, quod not. in l. so-
lam. C. de testi. Sed istud dictum mihi non placet, quia ꝙ po-
pulus moueatur ex argumentis & suspicione legitima, nõ ca-
dit immediate in sensum testis, nisi discurrat per rationem &
intellectũ silogizando, quo casu testis non probat, si non red-
dit rationem, etiam non interrogatus, per illa quæ supra di-
xi, & volunt Doct. in d. l. solam. C. de testi. Ego tamen credo,
ꝙ fama sit probata, quia si processisset sine legitimis argu-
mentis, vel à maleuolis & suspectis, vel ex leuitate populi,
istud esset delictum, l. decurionum. C. de pœn. & l. ad bestias.
in princ. ff. de pœnis. Et istud quod habet in se delictum non
debet præsumi, l. merito. ff. pro socio. facit quod notat Bar. in
l. Aurelius. §. idem quesijt. de libe. lega. vbi non creditur dicẽ-
55 ti interfecisse hominem ad sui defensionem, quia † lex præ-
sumit ꝙ dolose fecerit, l. 1. ff. de sicca. & ideo isto casu ego cre
do, quòd fama sit probata, quando testis dicit, quòd audiuit
a maiori parte populi, etiam si non dicat, quòd ex legitimis
argumentis processerit: Incumbit ergo probatio dicenti fa-
mam esse ex falsis argumentis, vt est textus in l. miles. §. pen.
ff. de adulter. & ideo si interrogatur de causa scientiæ, ex qui-
bus suspicionibus vel indicijs ortum habuit fama, quòd si te-
stis dicat se nescire, quod nihilominus probat, per supradicta.
56 Quæro insuper, vtrum sicut † potest probari fama alicuius
facti affirmatiui, ita possit probari fama de facto negatiuo pu
tatiuum non fecisse. Barto. dicit quòd sic, nec dicitur probari
negatiua, quæ est per rerum naturam improbabilis, l. actor.
C. de probatio, & in cap. bonę. de electio. quia probatur affir-
matiua, scilicet quod publica vox & fama est, quod Titius nõ
57 fecit maleficium, l. si arbiter. ff. de probat. Quæro † amplius,
quid si probata est fama ab vna parte negatiue, & ab alia par-
te affirmatiue, quod est possibile, vt l. si arbiter. ff. de proba.
In hac quæstione cum alijs pluribus sequentibus Barto. in §.
tormenta. videtur sic concludere, quòd si testes probant de
diuersis temporibus, quod tunc fama vltimi temporis præ-
ualet, quia fama est ex communi opinione, vt supra dictum
est: sed opinio vltima præualet, vt est textus in l. sed & si le-
ge. §. de eo. ff. de peti. hæredi. & in l. si mater. C. ne de statu de-
funct. & l. qui bona. §. si quis stipulatur. ff. de damn. infect. &
melius in l. 2. ff. quis ordo in bonorum posses. seruetur. Si ve-
rò fama est probata eiusdem temporis, quoniam vna pars
probat affirmatiuè, altera negatiuè, tunc dicit Barto. stari te-
stibus dignioribus, & si essent æquales, tunc staretur illis te-
stibus, qui probarent ex verisimilioribus præsumpt. per glos.
in dicta l. ob carmen. in fin. ff. de testi. & per notata per Inno-
cen. & Specu. in tit. de notorio crimine. §. fama. not. de spon-
sa. cum in tua. Et idem est, quando probationes sunt diuer-
sorum locorum, vt si in castro est fama commissi maleficij,
& in ciuitate est fama, quòd non sit commissum: tunc simi-
liter sunt inspicẽdæ causæ præsumptionum & famæ, vt scia-
mus, quibus magis sit credendum: sed si omnia essent ęqua-
lia, putat Barto. quòd neutri est credendum, dicta l. ob car-
men. in fin. & C. de fide instrumentorum. l. scripturæ. Sed istis
dictis ego addo, quod ista sunt vera, quando isti testes ab
vtraq; parte fuerunt producti, antequam alicuius partis fue-
runt didicita testificata testium ipsius; quoniam si iam fuis-
sent testificata didicita, & testes, qui dicerent contrarium,
fuissent producti ad reprobationem priorum, & essent in
omnibus ęquales, tunc staretur potius dictis priorum, quàm
si præsumerentur subornati. Ita not. glo. & Docto. in cap. in
nostra. de testi. Item quando sunt in omnibus æquales, reus
venit absoluendus, argumen. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.
58 & l. Adrianus. ff. de actio. & obligatio. ¶ Quærunt † vlterius
Doct. quid si testis deponens super articulis principalibus,
dixerit se nihil scire, postea super articulo vniuersali de fama
dixerit verum esse, quòd est fama: vtrum iste testis probet?
Specul. ponit istam quæstionem in titu. de notorio. in §. iam
de notorio. in fine, & in Specul. de teste. §. nunc videndum.
remittit se ad loca. Quidam dicunt ibi illud vltimum de fa-
ma referri ad articulos, de quibus aliquid testificatus est, &
ita communiter dicunt tabelliones, quando est facta respon-
sio positionibus, & aliquæ sunt negatæ, & aliquæ confessa-
tæ, & postea ponitur in fine positio de fama: Nam dicitur,
quòd de confessatis est publica vox & fama, quasi dicat, ꝙ
de negatis etiam nihil est. Alij dicunt, quod ad omnia capi-
tula referuntur, quia si ita capitulatur, quod capitulum de
fama refertur ad omnia capitula, de omnibus censetur re-
spondisse: nunc videtur per hoc sibi contrarius, quia possi-
bile est, ꝙ aliquid nescit de veritate capituli, & tamen de hoc
quod ipse nihil scit de veritate potest esse publica vox & fa-
ma, quia testis ponit de scientia & nõ de credulitate: & istam
partem sequitur Specu. & Ioan. And. in dicto §. nunc viden-
dum. vbi dicit ita disputasse Martinũ de Salimandis addens,
ꝙ etiã si dixisset nil plus scire, ꝙ nihilominus probat capitu-
lum de fama: imo plus vult, quòd etiam si non fuissent inter-
rogati super articulo de fama, quòd per illa verba, quæ dixe-
rit super alijs articulis nil plus scire, quòd nihilominus pote-
runt etiam post publicationem interrogari de fama per illam
rationem, quia capitula præcedentia se referunt ad rei veri-
tatem: & capitulum de fama est de eo, quod est in opinione,
& sic sunt diuersa, vnde nõ impeditur propter testificata pri-
mo iterum testificari de fama, quæ est diuersa, argu. l. dicere.
§. sed si de pluribus. ff. de arbit. & l. qui tamen. eo. titu. dicit ta-
men, ꝙ esset æquum, quòd testis declararet dictum suum: &
ita dicit obseruatum in causa Archiepiscopi Rauennatis, &
commune Forliuij super castro Meldulæ & quibusdam alijs
59 castris. Nec est absonum, quòd qui † obscurè deponit, iterato
deponat, de testi. cum clamor. nec per illa generalia verba, ni-
hil plus scire, videtur deposuisse super eo, de quo non fuit in-
terrogatus, s. super fama, sed referantur nil plus scire, scilicet
de veritate: nec ex eo ꝙ fuerunt allocuti partes, tollitur vt
per hoc non repetantur, vel suppleant, secus si repeterentur
vt corrigant: Nec obstat timor subornationis, quia super isto
articulo non est facta aliqua examinatio, vt not. Ioan. And.
in cap. fraternitatis. de testi. in 8. quæst. & cum hoc resident do.
meus in c. cum causam. de testibus. Ego credo, quòd ista dicta
Doctorum sint vera: Pro quibus tuendis præmitto duas re-
gulas: primo, quòd etiam vnus & idem testis, qui videtur in
dictis suis sibi contrarius vel diuersus, potest concordari etiã
vt probet, vt not. de testi. cum tu. & ideo cõcordatur dictum
Philosophi, quãdo dicit, quòd luna est primus planeta: & ali-
quando dicit, ꝙ est vltimus, vt sit primus incipiendo nume-
rare a parte inferiori, videlicet ab ipsa luna, & ascendere su-
pra vsque ad Saturnum: & est vltima incipiendo numerare
a sphera Saturni, & descendendo vsque ad spheram lunæ: &
ideo isto casu iste testis poterit concordari, vt quando dixit
nihil scire, vel aliquid plus scire intelligatur, scilicet de ve-
ritate propositorum in cap. sed istud capitulum de fama non
continet aliquid de veritate facti propositi, sed tãtùm quòd
de ipsa veritate sit communis vox & fama: & ista sunt diuer-
sa a veritate facti, igitur concordia bene procedit. Secundo
ad illud, quod dicitur, ꝙ etiam post didicita testificata poterit
iste interrogari de fama: credo similiter quòd sit verum: vn-
de ego propono secundam, quam tradunt Doct. in c. frater-
nitatis. de testi. & ibi per Innoc. vbi traditur talis doctrina, ꝙ
tunc dicit̃ nouus articulus participare de antiquo & non ad-
mittuntur eius testes, quando in totum vel in parte assumit
de materia antiqui articuli expressa vel tacita in primo arti-
culo inclusa, & prout erat in antiquo supposita necessitate ꝓ-
bandi, & repetitur in secundo articulo supponendo necessi-
tati probandi: & ille dicitur nouus articulus, qui in nulla par-
te participat de materia antiqui capituli expressa vel tacitè
inclusa, quæ fuisset subiecta necessitati probandi. Modo ad
propositum, si primi articuli vel antiqua capitula ponebant
solum de veritate rei, nouum capitulum de fama nihil conti-
net de materia antiqui capituli, & ideo potest de nouo pro-
duci, vel possunt examinari testes, maximè quia in primis ar-
ticulis de veritate positis non subijciebatur necessitati pro-
bandi ipsa publica vox & fama. Itẽ in cap. de publica voce &
fama non subijcitur necessitati probandi aliquid de veritate
contentorum

contentorum in dictis capitulis: & licèt materia, super qua
est qualitas publicæ vocis & famæ, sit illa quæ erat contenta
in primis articulis, tamẽ cum non subijciatur necessitati pro-
bandi ipsa veritas, igitur admittitur articulus de fama: & ideo
dicunt Doct. in d. cap. fraternitatis. ꝙ si ego posui capitulum,
ꝙ ego emi rem a Titio tali tempore, possum facere istum ar-
ticulum, ꝙ illam rem emi ab eodem sub conditione: & quia
iste nouus articulus licèt contineat materiam contentam in
primo, tamen cum non subijciebatur in onus necessitati pro
bandi, igitur potest probari in isto iudicio, & hoc inquantum
vult ꝙ solum deponant sub conditione: quod tamen ego cre
do verum, quando testes probassent de veritate venditionis,
& si nihil probassent, quia dixissent de venditione nihil scire,
tunc didicitis testificationibus non possunt super isto de con
60 ditione aliquid deponere, quia † qualitas non potest esse sine
subiecto, l. 2. ff. de vsufruc. & ideo dicerem, ꝙ si in antiquis ca-
pitulis fuisset deductum, ꝙ communis opinio erat, ꝙ Titius
interfecisset Sempronium, tunc si testis diceret nihil scire, tũc
non posset fieri capitulum, ꝙ de hoc posset fieri publica vox
& fama: ratio, quia licèt istud capitulum sit diuersum a primo
in hoc, quia in primo dicebatur simpliciter de communi opi-
nione, quæ poterat esse ex alijs q̃ ex fama publica: Nam in ali
61 quo differunt † opinio & fama, quia fama non potest esse nisi
publica, quia est de eo quod ab omnibus vel a maiori parte di
citur: Opinio autem potest etiam esse talis, sed potest etiam
esse paucorum & non publica, ff. pro hærede. l. 1. & 2. in fi. &
pro donato. l. 1. & ita Io. And. in addi. Specu. in tit. de crimi. in
modum exceptionis. in §. fama. circa princi. cum igitur in an-
tiquo fuerit dictum de communi opinione, quæ poterat esse
ex alijs quàm ex prima, puta ex factis, vel colligi põt vt dixi
supra circa diffinitionem famæ: tamen quia ista qualitas pu-
blicæ vocis & famę non potest esse sine subiecto communis
opinionis, quando testes dixissent se nihil scire de commu-
ni opinione, non poterunt probare qualitatem famæ: secus si
probassent communem opinionem, & pars, quæ capitula-
uit, vellet probare de communi opinione esse famam: credo,
ꝙ posset, sicut ille qui probauit se electum, potest postea pro-
bare, ꝙ fuit canonice electus, vt in c. veniens, de testib. & sicut
qñ testis probauit rem valere vltra 20. potest probare quam-
uis vltra 20. valebat, vt de testi. cum cãm. el 2. Et qui proba-
uit iniuriam potest eam postea probare fuisse notoriã, iuxta
nota. de offi. deleg. c. 1. lib. 6. & sic intelligo quod scripsit Boa-
tinus, ꝙ si opponebatur contra collationem, ꝙ executor fue-
rat excommunicatus, ꝙ si excipiens succubuit, quia non ꝓba
uit ꝙ esset publica excommunicatio, ꝙ in causa appellationis
poterit produci articulus de publica excõmunicatione, quia
si de ea non fuisset probatum, sed testes dixissent nihil scire,
tunc non posset super articulo de publica excommunicatio-
ne induci, quia ista qualitas vt dixi non potest esse sine subie-
cto, & iam testes super subiecto dixerunt nihil scire: sic intelli
go not. per Doct. in d. c. fraternitatis. de testibus. vbi sic potest
saluari opinio Boatini: sic etiã dico ꝙ debet intelligi ista qõ.
Restat modo quærere & videre de effectu famæ: Et primum
dico, ꝙ a communi fama & ex communi consuetudine loquẽ
di interpretatio sermonis testatoris recte sumitur, siue talis cõ
munis vsus loquendi sit proprius, siue abusiuus, vt l. cũ delã-
nionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. vbi probatur, ꝙ interpreta-
tur dubiam intentionem vocabuli, l. si seruus plurium. §. fi. de
leg. 1. l. auunculus. el 1. & 2. ff. de verb. signi. & de flumi. l. 1. §. 1.
& iste communis vsus abusiuus loquẽdi & fama non est pro-
prie verborum significatio: & ideo facit ad statuta dicentia,
ꝙ verba statutorum debent intelligi secundùm propriam si-
gnificationem, vt tunc non recurratur ad communem famã
vel vsũm loquendi, vt no. in d. §. asinam. & in l. Labeo. de sup-
62 pel. lega. sed in † interpretando sermonem legislatoris non at-
tenditur communis fama vel vsus loquendi, si talis vsus sit
abusiuus, vt l. item prætor. in prin. ff. de suis & legit. quia non
est verisimile, ꝙ lator legis abusiue loquatur: quod secus vr̃ in
statutis, vt no. Bar. in l. stipulatio ista. §. hij quoq;. de verb. obli.
63 Cõis ergo fama † & cõis opinio & cõis vsus loquendi præua-
lent ꝓprię significationi vocabuli, vt l. Labeo. de suppel. lega.
no. in l. liberorũ. §. quod tamen Cassius. super verbo, non cõti
nebunt. ff. de leg. 3. & hoc verũ in interpretatione sermonis
testatoris, sed in his q̃ sunt lege diffinita, non spectatur cõmu-
nis fama, vel cõis opinio vulgi, vt dixi, nam talis fama siue opi
64 nio si a iure dissonat, est error. & † error vulgi nõ facit ius, qñ
errat in iure: & hoc tetigit Ia. de Rauen. Instit. de accusat. circa
finem. hæc vera, nisi in vsu vocabulorum: nam diffinitio iuris
in his mutabilis est ex publica fama vel communi vsu, quia
non videntur certum & perpetuum sensum habere, sed mu-
tabilẽ, vt no. in d. §. quod tamen Cassius. In his enim, quę sunt
a iure diffinita, standum est dispositioni iuris, nec potest infe-
rior tollere legem vel eius effectum, nisi in his quæ sunt in-
65 ducta in fauorem renunciantis, vel in his quæ † rediguntur
ad iudicium, quæ potest iudex cõmutare ex causa, vt l. hodie.
de penis. & quod dicimus de tempore legati, in l. 1. & ibi per
66 Bar. ff. de re iudi. Item operatur † cõis fama & communis ob-
seruantia, vt obseruetur vel quod moris est, etiam si de hoc
non sit cautum expresse, ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. qui
assidua. Item ad dignoscendum honestum ab inhonesto, l. itẽ
apud Labeonem. & l. 3. de suppel. leg. §. de iniurijs. & l. 3. C. de
impẽ. in Authen. de defen. ciuitatum. §. quia verò. & ibi
no. faciunt notata in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui
no. infa. Item communis fama operatur, vt constituat quem
in quasi possessione illius habit⁹, de quo sit cõmunis fama, vt
puta ꝙ sit in quasi possessione libertatis, si de hoc erat commu
nis fama, vt est textus in l. si mater. C. ne de sta. defun. & idem
est in quasi possessione filiationis: Ita no. Iaco. de But. in l. 1. ff.
de probat. Ex quo infertur vnum, quod dicit D. Bar. de Salic.
ꝙ talis communis fama constituit quem seu præsumit quem
bonæ fidei, vt l. 2. si seruus aut libertus ad Decurionatũ aspi
67 rauit. lib. 10. & ideo non est in culpa, qui † secundùm ꝙ com-
munis vsus vel fama habet aliquid facit, vt est tex. in l. pignus.
C. de pig. act. & econtra præsumit quem in dolo vel in mala
fide, qui scienter contra ea quæ publica fama vel communis
opinio habet, facit seu dicit, vt est glo. C. de peri. tu. l. si tutor.
Cui concor. glo. magna in fi. in c. apostolicæ. de cleri. excom.
68 Et ideo ignorare quæ † publica sunt, est crassa vel supina igno
rantia quæ non excusat, vt no. in d. l. pignus. C. de pig. act. fal-
69 lit hoc in ignorantia etiam iuris, quæ † excusat a dolo, vt est
tex. in l. antepenul. quæ incipit plagij. C. ad leg. Flauiam de
plagiarijs. hoc tamen debet intelligi sane, quando est deli-
ctum requirens dolum solum secundùm ius ciuile, quia tũc
si lex punit solum dolum verum vel præsumptum præsum-
pt ione generali, quæ versatur in omnibus quæ sunt de gene
re prohibitorum, vt l. 1. ff. ad leg. Cor. de sicca. & in c. 1. de prę
sump. tunc põt probare contrarium dolum abesse probando
etiam iuris ignorantiam, vt Insti. vi bonorum rapt. §. sed quia.
Sed si delictum esset prohibitũ iure naturali, vel quasi, & tunc
non excusaret, quia inest dolus præsumptus præsumptione
iuris & de iure, l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. & l. 2.
de in ius voc. faciunt notata in l. diuus. ff. de fal. & ibi per Bar.
in l. si quis in graui. in §. si quis ignorans. ff. ad Silla. Ita debet
intelligi illud quod dicit D. Bar. ꝙ fama excusat quem a do-
lo: & qm̃ non solum fama publica sed etiam priuata hominis
proprij iuris ignorantia, vt dixi: vbi autem dixi, quòd fama
excusat, est verum nisi qui sciuit veritatem esse in contrarium
eius quod fama vulgabat & famam secutus est, vt est text. in
l. miles. §. penul. ff. de adulter. faciunt notata per Barto. in l. in-
ter omnes. §. recte. ff. de fur. in vltima quæst. hoc tamen debet
intelligi sane, quando commode contrarium famæ detegere
poterat, secus vbi non potuisset commode, quia quando di
citur, posset fieri quod commode fieri non potest, vt l. nepos
Proculo. de verb. sign. & hoc quando sciens non hẽbat aliam
viam, nisi sequi cõem famam erroneã: secus si alia via potuis-
set sibi esse consultum, quia tunc cõis erronea fama a sciente
sequenda non est: & ista sunt vtilia ad quæstionem, quam for
mat Dyn. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. An si aliquis
70 † occidit bannitum minus legitimum teneatur, si quando
fama & opinione habebatur pro legitime bannito, quando
statuta permittunt banitos impune occidi: in quo dicerem,
quòd aut ista communis fama ab omnibus reputabatur legi-
time bannitus, & tunc in nihilo tenetur occidens, quia iste
communis error cum publica fama habetur pro veritate, &
hoc si ignorauit: Si autem sciuisset, non opitularetur sibi
fama, & puniretur: faciunt notata in l. penulti. ff. de adul-
ter. & l. miles. §. penul. eod. titu. vbi est textus, quòd commu-
nis fama non excusat illũ qui præstitit contra veritatem cau-
sæ vt fama crebescceret: Et ex hoc infertur, quòd minus excu-
saret auctorem talis famæ. Item secundùm Iac. de Arena, vt
refert Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de crimine in modum
exceptionis. in §. fama. circa principium §. in ver. Item profi-
71 cit, vt exigente † publica vtilitate sine alterius læsione pu-
blicam famam & opinionem teneamus pro veritate. l. 1. C.
de testam. l. Barbarius. de offi. præsi. & l. 2. C. de sen. Ego autẽ
dico in hoc, ꝙ sunt intuenda dicta doctorũ in l. Barbarius. &

ego ſcripſi in repetitione illius legis: vel ſi non facit ius, an
ſaltem habeatur pro veritate:in quo cõcluditur ſic,quòd aut
eſt ſupinus error & fama ſupina,& tunc non facit veritatem,
arg.legis auctuarios.C.de numerarijs & actuarijs.lib.12.imo
talis ſupinus error nocet,vt l.nec ſupina.ff.de iur.& fac.igno.
Si verò communis fama & error non eſt ſupinus, tunc con-
cludunt doct.quòd ſi talis fama & error ſuadet errorem ha-
beri pro veritate,& tunc habetur ꝓ ficta veritate,vt Authen.
de tabel.§.ſi verò prætor. Si verò publica vtilitas ſuadet er-
rorem haberi pro errore,& tunc habetur pro errore non pro
veritate,C.de epiſ.& cler.l.decernimus. facit dicta lex actua-
rios.C.de numerarijs & actuarijs.lib.12. ſi verò publica vtili
tas non ſuadet pro vel contra, tunc ſi eſt vtilitas errantis &
non præiudicium alterius, tunc habetur pro veritate, l.Ze-
nodorus.C.ad macedo.& l.3.ff.e.& l.1.C.de teſta. & l.2.C.
de ſent.Si autem eſſet detrimentum alterius,tunc non habe-
tur pro veritate, l.quandoque.ff.de re.eorum.& l.iuſiuran-
dum,in prin.ff.de iureiuran.facit dicta lex decernimus.C.de
ſacroſanct.eccle.& ex iſta theorica & per textum in dicta l.3.
ad mace.ff.ibi dum dicit,munerib. publicis fungebatur. pro-
batur, ꝓ ſi aliquis inſtrumenta publica conficiat, & eius in-
ſtrumẽta fuiſſent reputata,quia ſe gerebat pro notario, cùm
non eſſet,quòd iſta publica reputatio & fama facit, vt eius
inſtrumenta valeant.Item facit iſta generalis theorica ad in-
fraſcripta ſpecialia,quæ notauit Domi.Bart.de Salice.in d.l.
72 ea quidem.C.de accuſa. videlicet † ꝓ non imputatur teſta-
tori, ſi adhibuit ad teſtamentum ſuum teſtem minus legiti-
mum, ſi communi opinione legitimus putabatur, C.de te-
ſta.l.1.nec propter defectum inſtitutionis vel exhæredatio-
nis,vt l.ea.ff.de hæredi.inſtitu. propter falſam communem
famam. Item a prima voluntate & teſtatoris redditur etiam
ſecuto teſtamento. Secundo propter falſam communem fa-
mam. Item a prima voluntate ſimiliter contrahentes ex-
cuſat & eorum contractus validat, l.2.C.ad mace.& l. . . . ff.
73 ad mace. & ex his patet, quòd † quandoque fama parit ex-
ceptionem, vt in l.fin.ff.de hæredi.inſtitu.vel repellit cano-
nem,vt contra exceptionem macedoniani: item propter fa-
mam valent acta,quæ alias fuiſſent nulla,dicta l.Barbarius.&
l.2.C.de ſenten.& interlocutio.omn.iudi.Illud autem, quod
vult Iacob.de Are.& Ioan. And.in d.verſ.ſupra allegato, ꝓ
in his quæ non ſunt in vſu aſſiduo vel publico ſeu momenta-
neo tranſeunt, ſicut eſt ſermo vel operatio boni vel mali:
tunc dicit,ꝓ fama non proficit, quando eſt ſine certo auc-
tore,quia dicit quòd iſta eſt fragilis, de conſe.diſtin.4.cap.ſan-
ctum. Sed iſtud mihi non placet, per ea quæ dixi ſupra,quia
de eſſe famæ non eſt, ꝓ procedat a certo auctore, ſed bene
credo ꝓ ſi eſſet fama, quæ non eſſet argumentata legitimis
argumentis,vel præſumptionibus, iſta eſſet illa,quæ nõ opi-
tularetur,niſi forte ad inquirẽdum, C.de offi.rectõ.prouin-
tiæ.l.iuſtiſſimi.vt ad indicendam purgationẽ diffamato, de
accuſa.cum oporteat,vel niſi ad confirmandam probationẽ,
l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.in Authen.de fide inſtrumẽ.§.1.
prodeſt etiam ad commemorationem antiqui operis, l.ſi ar-
biter.ff.de probat.loquor quando iſta communis fama non
eſſet vana vox populi,vt quando eſſet contra ius: item quã-
do procederet a certo auctore, non proficeret ſi eſſet infa-
mis,extra de teſti.licet ex quadam .Sed ſi procederet ab ho-
neſtis, habet effectus prædictos & alios, quos infra dicam:
74 nam inducit † præſumptionem matrimonij publica fama,de
præſump.cap.illud. Item quandoque impedit contractũ ma-
trimonij, & executionem ſponſalium de futuro, ſecundum
illa quæ notantur de conſan.& affini.cap.ſuper eo. & de ſpõ.
cap.præterea.& quod ibi not.facit in c.ſuper eo.§.1.de teſti.
Item operatur publica fama, vt filij nati ex concubina, cum
qua non poterat eſſe matrimonium, quia forte viro coniun-
cta,ſi demum contrahatur matrimonium in facie eccleſiæ,fi-
lij nati adulterini legitimentur:ita not.in c.1.qui filij ſint le-
git.dixi in tractatu legitimationum,in primo libello, in verſ.
ita de matrimonio putatiuo. vbi etiam dixi, quòd nati ex
matrimonio in clandeſtinitate contractato legitimantur, ſe-
quuto poſtea matrimonio in facie eccleſiæ, quamuis putati-
uo,quia erat inter eos impedimentum: & hoc operatur illa
publica fama & communis error,arg.cap.quod nobis,qui fi-
lij ſint legit.pro quo facit.ff.de ritu nupt.qui in prouintia.
Nam ibi diuturnitas temporis,& numerus liberorũ, & mul-
to magis publica fama conſtituunt ibi prolem legitimam.fa-
cit l.qui contra.C.de inceſtis nupt.ibi, aut errore acriſſimo,
& ſufficit ignorantia vnius iugalium, vt proles ſit legitima:
& hoc quando iſta ignorantia & fama non fuiſſent affecta-
ta, vt dicit textus in dicta l.qui contra.facit lex miles.§.pen.
ff.de adulte.item publica fama hæreditatem adire permittit,
aliàs non exiſtente fama adiri non potuiſſet,l.cum quidam.
§.quod dicitur.ff.de acquir.hæredi.& ecõuerſo impedit hæ-
reditatẽ adiri, quæ aliàs adiri poſſet, & in verſ.ſed & ſi.Item
fama valet ad probationem iuſti erroris, cuius prætextu po-
teſt præſcribi,vt not.Bart.ff.de vſucap.l.Celſus. Supereſt vt
75 † videamus,an fama faciat probationem, & quam, an plenã
vel ſemiplenam. In hoc gloſæ ſunt variæ: nam gloſ.in l.at-
qui natura.§. qui me abſente. videtur dicere, quòd fama
faciat plenam probationem: & idem in l.vbi adhuc.C.de
iure dotiũ.idẽ dicit Bar.in d.§.tormenta, qd̃ vult gl.in l.pro-
prietatis.C.de probatio.ſed illa non dicit hoc, quia dicit, vt
per famam conſentientem,ſ. cum alio adminiculo: vnde po-
tius probat, quam confirmet, vt dicit text.in l.3.§.eiuſdem,
quia dicit, confirmat. quod idem eſt quod ſimul firmat cum
alio.Et ſimiliter dicit illa glo.in d.l.proprietatis. C.de proba-
dum dicit,fama conſentiens,ideſt ſimul cum alia probatione
ſentiens,l.1.§.1.ff.de pact.& l.ex conſenſu. ff.de appella.cum
ſimilibus.Alibi vero gl.videtur dicere, quòd ſemiplenè pro-
bet,in l.teſtiũ.§.eiuſdẽ quoque principis.ff.de teſti.& 4.q.3.
§.item ſæpe.& de teſti.veniens.el 2.& de appel.cap.1.& in l.
admonendi. de iureiuran. quod intellexerunt hic quidam,
quòd cum alijs indicijs ſemiplene probet, vt not. in l.2.§.1.
de excuſa. tuto. ¶ Alij autem dicunt, quòd fama per ſe non
probat, ſed probationes iam factas confirmat vel impugnat,
vt ſi probationes eſſent vtriuſque partis æquales,ille obtine-
ret,qui vltra predicta haberet famam & opinionem iſtorum:
Refert glo.in d.§. eiuſdem.in verbo confirmat. & probat per
illum textum dum dicit, conſentiens fama confirmat: quaſi
ſimul conſentiens, & quaſi ſimul firmans: & ideo volũt iſti,
ꝓ teſtis vnus de veritate cum fama probata non faceret ple-
nam probationem, quia fama habet confirmare probationẽ,
ſed probatio per vnum teſtem non eſt probatio, iuxta illud,
76 dictum † vnius dictum nullius, l.vt iuriſiurandi.C.de teſti.&
in cap.in omni negotio.de teſtibus.& iſtud ſequebatur Iaco.
de Areti.Andreas de Piſis, & Iacob.Butri. Iſtud ſequebatur
Thomas de Piperata in tractatu de fama, dicens quòd fama
non probat, ſed probatum roborat: & iſtud probat per tex-
77 tum in dicto §.eiuſdem.vbi dicit,quòd tria† ſunt quę confir-
mant probationem vel fidem rei,de qua quæritur, numerus
teſtium, vel eorum dignitas & auctoritas, vel fama conſen-
tiens: ſi enim teſtes non erant omni exceptione maiores,tũc
numerus ſupplet & tollit exceptionem: & iſtud probat text.
licet iſti non allegent, in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.ff.de edẽ.
de quorum fide forte dubitaretur,quia forent conſanguinei,
tunc ſi aderat in eis auctoritas & dignitas, illa cõfirmat pro-
bationem eorum: & hoc vult glo. in d. §. eiuſdem. in verbo
78 dignis. dicens quòd † fides teſtium ex dignitate approbatur,
in Authẽ.de teſti.in §.ſanximus. & idem dicendum eſt de fa-
ma,quia iſta tria in dicto §.copulantur in eadem oratione,&
textus dicit, confirmat, ideſt ſimul firmat cum alio. Domi-
nus autem meus in legibus do. Bar.de Sali.dat alium intelle-
79 ctum ad d.§.eiuſdem quoq; principis.dicens,ꝓ † quando per
teſtes iudici nulla eſt facta plenaria fides, ſi poſtea ſupeniat
numerus qui confirmet,& faciat legitimã,tũc potius iſte nu-
merus inducit q̃ confirmet: ſic dicit de dignitate & fama, vt
ipſa cõfirmet inducẽdo ꝓbationẽ, nõ ſimpliciter confirmã-
do,ſicut qñ probata ꝑ vnum teſtẽ alter teſtis ſimiliter dicens
confirmat & ſupplet,& inducit probationem quæ prius non
erat,ſicut alius confirmans inducit in Auth.de defenſo.ciui-
tatũ.§.ſed intranei.ſed iſte intellectus mihi nõ placet ꝓ illa q̃
notat Bar.& gl.& Doc.in l.& ca.ff.de iuriſd.omn.iudi.in pri-
ma oppoſitione,ibi vr̃ textus dicere,ꝓ q cõfirmat nõ inducit
vel dat, vt in §.ſed intranei.in Authẽ.de defen.ciui.quia qñ
qs cõfirmat illud,qd̃ non eſt ipſo iure nullũ, ſed eſt imperfe-
ctũ,ſicut qñ probatio nõ eſt plenaria,ſed ſemiplena,tũc vnus
teſtis, dignitas & auctoritas vel fama confirmãdo nõ dat vel
inducit, ſed potius imperfectũ perficit: ita dicit Bar.in d.l.&
quia.mihi vr̃, ꝓ omnes iſtæ opiniones in certis caſibus in ſe
ſint veræ omiſſo pro D.Bart.de Salice. primo illorũ opinio,
ꝓ fama plene ꝓbet, vr̃ probari per textus quos allegat gloſ.
in d.§.eiuſdem quoq; principis,in gloſ.confirmat, dũ glo.di-
cit,quòd ſufficit per ſe, allegat l.cùm delanionis.§.aſinam.de
fun. inſtruct. & l.primã.C. de teſtament. in quibus iuribus
probatur, quòd ſufficit ſola fama quòd aliquis eſſet habilis
ad teſtimoniũ:facit lex Barbarius. de offi.præſi.& l.ſi mater.

C.ne de ſta.defunc. Nam per communem famam probatur,
ꝓ quis eſt in cõmuni poſſeſſione alicuius habitus, puta liber-
tatis.Similiter fama eſt ſufficiens probatio per ſe ſola ad im-
pediendũ,ne ſponſalia de futuro faciant conſummari matri-
monium de præſenti,ſi fama eſt de aliquo legitimo impedi-
mento,vt eſt textus in c.ſuper eo . de eo qui cogno.conſang.
vxo.ſuæ.Et ex iſtis videtur verificari prima opinio, ꝓ fama
bene probet,quod tamen qualiter intelligatur,patebit ex in-
80 fra dicendis.¶ Secunda autem opinio,ꝓ fama faciat† ſemiple
nam probationem,vt glo.no.in d.§.eiuſdem quoque princi-
pis.non videtur tolerabilis de iure,quia fama ſecundum diffi
nitionem eſt probatio præſumpta,quia prouenit ex ſuſpicio-
ne non ex eo,ꝓ percipiatur ex veritate, vt ſupra dictum eſt:
81 ſed † ſuſpiciones cauſantur ex leuibus argumẽtis, vt no.Bar.
in l.admonendi.de iureiur.in 2.q.ibi,ad iſtam autem credu-
litatem.& tunc ſi hoc fit ex aliquo leui iudicio,vel ex aliquo le
ui,iſta appellatur ſuſpicio,quia aliqualiter mouet animum iu
dicis,non tamen in tantum ꝓ debeat fieri condemnatio,l.ab-
ſentem.de pœnis. & iſta fama & ſuſpicio non facit ſemiple-
nam probationem,vt videtur de mente Bar. in d.l.admonen
di.ibi,venio ad tertium.vbi dicit,ꝓ vnus teſtis ſi eſt conſan-
guineus meus vel multum amicus parti non facit ſemiplenã
probationem,quia non inducit animum iudicis,niſi ad ſuſpi-
cionem: vnde non facit ſemiplenam probationem: & dicit
dominus Bar.de Salice. ꝓ cum faciat præſumptiuam proba-
tionem fama,quod patet in c.illud.de præſump. vbi dicitur,
ꝓ probat matrimonium,ſed non debet intelligi niſi præſum-
ptiue,per illa quæ dicta ſunt. Et quia illud c.eſt poſitum in ti.
82 de præſumpt.ex quo inferr̃,ꝓ † fama in criminalibus non ꝓ-
bat,quia ex præſumptionibus quis non eſt damnandus, l.ab-
ſentẽ. ff.de pœnis.quod etiam not.gl.2.in c.veniens.de teſti.
Sed præfatis non obſtantibus fama poteſt colligi ex talibus
argumentis & præſumptionibus,ꝓ faciet ſemiplenam proba-
tionem,ita ꝓ iuncta cum vno teſte de veritate deponente ple
nam probationem faciat,vt vult glo.in d.§.eiuſdem quoque
principis.& glo.decreti.4.q.3.§.item teſtes. quæ allegat cap.
ſicut.de probat.& ideo eſt attendendum quod magiſtraliter
dixit Bar.in §.tormenta.in fi.quæſtionis, quid ſit effectus fa-
mæ, vbi dixit magiſtraliter ſuper iſta quæſtione, an fama fa-
ciat ſemiplenam probationem,ꝓ debemus conſiderare indi-
cia & illas præſumptiones, ex quibus fama vagatur,& ſecun-
dùm qualitatem illarum fama poteſt facere ſemiplenam ꝓ-
bationem vel non facere:vnde eſt notandum,vt infra dicam,
& vt dixit glo.magiſtraliter ſ̃.in cap.quod incipit primo, &
22.q.1.c.dixit.ꝓ erant tres ſuſpiciones,de quibus infra dicã,
cum determinabo quid eſt ſuſpicio: Nam quædam eſt proba
bilis,& iſta eſt duplex,vna quando iudicantis animus ex leui
83 bus † argumentis mouetur:& iſta ſtricto modo dicitur ſuſpi-
cio,& ex iſta non fit clamatio, vt d.l.abſentem.nec facit ſemi-
plenam probationem,licẽt ex ea poſſet veniri ad leuem tor-
turam,l.1.ff.de quæſti. Alia eſt probabilis ſuſpicio, quæ ducit
animum iudicantis ad opinionem,& iſtud fit alijs argumen-
tis grauioribus,& de iſta loquitur diffinitio doctorum, qui
dicunt,ꝓ fama eſt communis opinio,& ipſa facit ſemiplenam
probationem,& cum vno teſte plenam, vt vult Bar.in d.l.ad-
monendi.in quæſtione quæ incipit,his præmiſſis quæro,vtrũ
duæ ſemiplenæ faciant vnam plenam. vbi vult, ꝓ fama cum
vno teſte faciat plenam probationem:& hoc in caſu quando
fama per ſe facit ſemiplenam, allegat c.1. de appel. & ibi glo.
84 Et iſta eſt communis † opinio, ꝓ quando fama ſurrexit non
ex leuibus ſed ex grauibus argumentis,ꝓ tunc faciat ſemiple
nam probationem:Et iſtud voluit Bar.in d.l.admonendi. in
q.prædicta, & in d.§.tormenta.in fine illius quæſtionis, Quis
ſit effectus famæ.in quibus videtur concludere,ꝓ quando fa-
ma procedit ex leuibus argumentis,tunc non faciat ſemiple-
nam probationem,ſed ſolum ſtrictã ſuſpicionem, de qua lo-
quuntur argumenta primo per me facta. Sed quando fama
ſurgit ex grauibus argumentis, tunc non inducit animum
iudicis ad opinionem, & facit ſemiplenam probationem: &
iſta eſt communis opinio,vt no.Cyn.in l.4.C.de probatio.&
glo.iuris canonici in cap.veniens.el 2.de teſti. & de appel.c.
1.& Specu.in titu.de teſte.§.reſtat. verſi.hoc tamen fallit. &
Dyn.in l.2.de excuſat.tutorum. Iaco.de Butr. voluit, quòd
85 in cauſis † ciuilibus magnis nõ faceret ſemiplenam probatio-
nem:Ego autem credo, ꝓ fama poteſt procedere ex ita vehe
mentibus præſumptionibus, ꝓ faceret nedum ſemiplenam,
ſed etiam aliquid plus quàm ſemiplenam: pone enim, quòd
fama orta eſt, quòd Titius occidit Bertam, quia viſus eſt
exire de camera vbi Berta erat gladio interempta,& nullus
eſt repertus ibi fuiſſe, niſi quòd Titius viſus eſt exire: iſta fa-
ma cauſata a talibus argumentis & præſumptionibus vehe-
mentibus probat pluſquam ſemiplene: faciunt nota.per Bar
to.in l.3.ff.de fur.& per Docto.in l.fina.C.de probat.& quod
not.Ioan.And.in titu.de probatio.§.videndum reſtat.& An-
ton.de Butrio in cap.tertio loco.de probatio.ibi, pone aliud.
Ex quibus ſimpliciter non eſt bene dictum Iacob. de Butr.
quòd in cauſis magnis ciuilibus fama non faciat ſemiplenam
probationem:nec quod dixit D.Bart.de Salice.quòd nec in
cauſa criminis ciuiliter vel criminaliter intẽtata,vt patebit ex
his quæ dicam in quæſtio.qualiter fama probet. & per dicta
ſupra proxime, & ex his quæ probat text.in cap.præterea.
de teſtib.ibi,& præſumptionem violentam fama conſentiens
ſubminiſtrat. vbi eſt text.quòd fama poteſt iuuare violen-
tam præſumptionem, ex qua violenta præſumptione fertur
ſententia diffinitiua in cauſa ciuili, vt eſt cauſa ſtatus, quę
eſt grauis, vt eſt textus in cap.afferte, de præſumpt. & ideo
non dicunt iſti abſolute verum, quòd in cauſis ciuilibus ma-
gnis fama non faciat ſemiplenam probationem, vel in cauſis
criminalibus ciuiliter intentatis, quia quando fama faceret
violentam præſumptionem, vt in dicto cap.præterea.& pro-
bat exempla de homicidio Bertæ,& de fure reperto cum re
furtiua, contra quem fuit clamatum,tunc poſſet facere pluſ-
quam ſemiplenam probationem etiam in cauſa criminali,per
86 illa quæ infra dicam. Tertia opinio, quòd †fama coadiuuat
probationem & confirmationem, non habet dubium, vt eſt
textus in dicta l.4.§.eiuſdem. ff.de teſtib.ibi, fama conſen-
tiens &c. ſed dum ipſi videntur ſubdere, quòd fama per ſe
nihil probat, ſed tantum coadiuuet, non videtur bene di-
ctum, per iura pro prima opinione ſupra adducta: & quia
textus in §.eiuſdem. qui dicit, coadiuuat. non excludit quin
quandoque per ſeipſam probat, quod patet ex textu dicti
§.eiuſdem. vbi dicit, quòd numerus teſtium vel dignitas vel
auctoritas confirmat probationem: & tamen duo teſtes,
quando eſſent omni exceptione maiores, ſine alio numero,
vel auctoritate confirmante probarent regulariter. Et ideo
ſicut numerus & auctoritas confirmat ibi in dicto textu, nec
tamen excludit quin duo teſtes ſine alio numero nõ poſſent
probare: Sic etiam dicendum eſt de fama, quia iſta in dicto
textu in eadem oratione copulentur, vt ſupra dixi. Sit ergo
concluſio ex prædictis,ꝓ fama quandoque poteſt facere ple-
nam fidem & probationem,& quãdoque ſemiplenã, & aliqñ
facit ſolam ſuſpicionem ſiue adminiculum, quæ non faciunt
87 ſemiplenam probationem. ¶Supereſt † ergo, vt videamus
magiſtraliter, quando fama faciat plenam fidem, & quando
ſemiplenam,& quando ſuſpicionem ſolam vel adminiculum,
ita ꝓ nec ſemiplenam faciat probationem. Ego in hac quæ-
ſtione fui conſuetus ita dicere in c.veniens. de teſtib.quæ hic
refero aliquibus additis: Et ſic concludẽ,quòd aliquando eſt
fama de eo, quod ſic eſſe ſuadet publica vtilitas, etiam ſi ve-
ritas ſit in oppoſitum, & tunc fama probat plene,in Authen.
de tabelli.§.ſi verò præterea.& l.Barbarius. de offic.præſid.&
not.de elect.nihil. Si autem fama eſt de eo, quod publica vti-
litas ſuadet haberi pro errore, vbi eſſet error, tunc fama
non probaret,l.decernimus.C.de epiſcop. & cleri. & l.actua-
rios.C.de mune. & actua.lib.12. Si autem publica vtilitas
non ſuadet pro uel contra,tunc ſi eſt commodum errantis ſi-
ne præiudicio alterius, quia tunc talis communis fama & er-
ror habetur pro veritate, l.1.C.de teſtam.& l.2.C.de ſent.&
tunc fama facit plenam probationem,vt in prædictis iuribus,
& l.3.ad Macedo.& C.eod.titu.l.Zenodorus. Si autem fama
publica eſt de eo, quod a iure non ſit ius nec habetur pro ve-
ritate,& tũc aut eſt ſupina & craſſa fama,& nihil probat,l.nec
ſupina.ff.de iuris & fac.igno.& ita dicit Bar.in §.tormenta. in
antepenul.quæſtione.dicit tamen, ꝓ licẽt non ꝓbet famam,
coadiuuat probationes iam factas,per l.3.§.eiuſdem. de teſti.
& idem tenet Bart.de Salice.quòd non probet, vt in l.ea qui-
dem. de accuſa. Sed qualiter iſta intelligantur, dicam ſta-
88 tim,quia hic oportet intueri,quando dicatur ſupina† & craſ-
ſa fama:& in hoc Bar.dixit in d.qõne,ꝓ ſi eſt fama ſolum pro
lata voce populi,ſed non ex aliqua ſuſpicione vel iudicio ꝓ-
babili, vnde hæc fama vel communis opinio originem tra-
xit, & tunc dicit ꝓ iſta non probat,ſed magis eſt dicenda va-
na vox populi, dicta l.decurionum,de pœnis. Subdit tamen
vt dixi,ꝓ licẽt non probet, tamen coadiuuat probationes iã
factas. Sed iſtud, quòd ſit cenſenda vana vox populi,& nihil
probet,ego credo verũ,qñ teſtis interrogatus, ex q̃bus cauſis

fama vel communis opinio erat in populo,allegasset, vel dixisset aliquam causam vel præsumptionem friuolam, vt quia dixisset, fundamentum accepisse ab illo cui opitulabatur fama,vel a personis maleuolis & suspectis: tunc inclinarẽ eam friuolam & nugatoriam,& tunc dicerem quòd esset vana vox populi, & nihil operaretur: vnde nec probaret, nec probationes factas coadiuuaret, quia tunc nõ est dicenda fa-
89 ma, sed vana † vox populi,quæ nullo modo est exaudienda, vt dicit textus in dicta l.decurionum.C.de pœnis.vbi textus dicit, vanæ voces populi non sunt audiendæ, nec eis debet credi: sed si testis probasset, quòd a maiori parte populi audiuit dici, sed de præsumptionibus & indicijs,quare sic a populo dicebatur, non fuisset interrogatus, dixisset nescire, tunc credo, quòd faceret aliqualem probationem, vt supra dixi, quia non est præsumendum, quòd habuit fundamentum vel originem ex friuolis causis, vel a maleuolis vel suspectis,quia hoc fuisset delictum, quod non debet præsumi, l.merito.ff.pro socio. & ideo ego credo, quòd hæc fama coadiuuaret probationes,vt dixit Bar. Item esset efficax ad inquirendum, quia constat, quòd est fama, sed non apparet ꝙ a maleuolis processerit Tertio operabitur,quia trãsfert onus probandi in aduersarium, quòd processerit a maleuolis vel
93 ab illis qui ex tali fama iuuabantur:quia tunc videretur affectata,vt est textus in dicta l.miles.§.pe.ff.de adult. & in l.qui contra.C.de incestis nup. in quibus iuribus etiam probatur, quòd talis fama excusaret quem a delicto, si non probatur quòd fuit affectata ab illo, qui ex tali fama iuuabatur. Item quia hæc fama quæ aliqualem debet facere iudicis suspicionem,esset efficax ad leuem torturam,l.1.ff.de quæstio. licèt si validaretur postea aliquibus legitimis argumentis grauioribus duceret animum iudicis ad opinionem, & possent grauiora tormenta præstari,vt not.in dicta l.1.de quæsti. & ista sunt vera,quòd talis fama nullis probatis præsumptionibus probat & coadiuuat alias probationes,quando esset dubium an ex legitimis argumentis processerit vel an a maleuolis & suspectis, aut ex leuitate populari: quia tunc præsumendum est quòd non venerit ex delicto, dicta l.merito.ff.pro socio, sed si esset certum, quòd esset vana vox populi, quia esset contra ius consuetudine non roboratũ, vt quando populus acclamaret aliquod iustum, vt quòd filius decurionis subijceretur bestijs, tunc ista esset vana vox populi, dicta l.decurionum.C.de pœnis.& l.ad bestias.ff.de pœnis. Et hoc probat dicta lex merito.ff.pro socio.& ibi not.in glos.fin. nam illa notabilis præsumptio, quòd delictum in dubio non præsumatur,cessat quãdo est certum,quòd est delictum: ita vult glos.fin.in dicta l.merito. Nam licèt socius non præsumatur in re cõmuni furtum vel plagium committere, ista presumptio cessat quando occultasset rem a socio, vel distraxisset contra voluntatem socij:& ideo Pilatus debuit iudicare voces iudeorum vanas, quia certitudinarie sciebat, quia propter inuidiam tradiderunt eum.Ita intelligo ista dicta.Nunc reuertor ad distinctionem: cum verò fama nõ est supina,tũc si habet secum consuetudinem regionis, & tunc plene probat,vt l.cum delauionis.§.asinam.ff. de fun. instruc.& l.3.ff. de suppel.lega.in fin.vbi declarat, an aqua pluens sit flumen
90 perhenne aut riuus,l.1.§.1.ff.de flum. Item rebus † imponit nomen,l.auunculus.de verborum significatio.l.ad recognoscendas.C.de ingenu.manu. nota. in l.si quis in fundi vocabulo.de leg.1.& interpretat̃ vocabula & sermones dubios, dicto §.asinam. aliquando est fama simplicis facti sine consuetudine regionis, tunc si est legitimis præsumptionibus aut argumentis fulcita, tunc si in causa operatur alium effectum quàm probandi, vt puta,habet effectum vt inquiratur, vel accusatio constituatur,& tunc in illa causa non importat effectum probandi,vt in cap.qualiter & quando, el 2. de accusa. Vnde fama non includit alium effectum quàm proba-
91 tionis. Tunc si est † de facto antiquo, ad quod modernorum testium memoria non potest se extendere,& tunc fama facit plenam probationem,ff.de proba.l.si arbiter. & de aqua pluarcen.l.2.§.idem Labeo. ver.cum quæritur.& in c.cũ causam de probat. & ideo mors antiqua probatur per famam, vt l. si quidem,& quod ibi not.C.solu.mat.Inno.de verbo.significa-
92 quid per nouale. Aliquando fama † est de eo quod memoria testium potest pertingere, tunc aut est de eo quod non bene potest percipi per sensum testis, vt filiatio & fornicatio, de quo per glos.& doc.in l.1.ff.de probat.& l.filium.ff.de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. & tũc secundum quosdam fama plene probat:sed hoc non credo verum, nisi sit iuncta cum alijs adminiculis,vt probat textus in dicto cap.præterea.de testi. nota. in dicta l.filium.ff.de ijs qui sunt sui vel alieni iuris.nisi quando fama faceret violentam præsumptionem, quia tunc quantum probet infra dicã: vel nisi in casibus, in quibus fama facit plenam ꝓbationem vel fidem, de quibus dicam infra: & idem si est factum quod non potest bene sciri deliberate vel commode, vt quando quis dicitur mortuus in naufragio, vel in bello longinquo, tunc sufficit probatio famæ, vt not.in dicta l.si quidem.C.solu.mat.si autem factũ est probabile,tunc in causis breuioribus,vel in causis, quæ sunt modici vel leuissimi præiudicij,tunc probatur plene per famam, & hoc de causis breuioribus dixit Iacob.de Butr.per authen. nisi breuiores.C.de senten. experi.reci. & in leuibus probat glos.in l.vbi adhuc.C.de iure dotium. Ita dicit Barto.in §. tormenta.Sed in l.si constante.in 1.2.& 3.quæst.ff.solu.matr. dixit,quòd facit semiplenam probationem, quæ tamẽ in istis causis breuioribus haberetur pro plena ꝓbatione: & sic potest dici, quòd est semiplena probatio: & ista habent locum etiam in causis matrimonialibus, nam si est fama impedimẽti matrimonij, tunc facit fama dirimi sponsalia de futuro, vt
93 non sint efficatia, quòd compellantur iugales consummare matrimonium de præsenti:& ratio, quia † dirimere ista spõsalia de futuro est modici præiudicij, maximè propter periculum animæ:& ideo per famam dissoluitur, vt in cap.super eo.de eo qui cogno.consang.vxo.suæ, & dirimit fama sponsalia etiam iurata de futuro, vt not.in cap.præterea.el 2.de sponsa. Et ista est veritas,licèt Dom.Bar.de Salice. dicat, ꝙ distinguat causam matrimonialem ab alijs, ea forte ratione, quia probatio de cõtrario est quasi impossibilis, & ne aliquid postea deterius contingat. Sed veritas est ista, quòd dissoluere sponsalia de futuro est modici præiudicij. Si verò causæ non sunt breuiores vel leuis præiudicij,tunc si communis fama seu opinio constituat aliquem in quasi possessione alicuius qualitatis,vt puta libertatis, vel seruitutis, vel filiationis,& tunc ista habet effectum,quòd transfert onus probandi in aduersarium,vt l.si mater.C.ne de statu defunc.& inl. 2.si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit. & idem quando fama excusaret quem a delicto, vt l.miles.§. pe.de de adulte.& l. qui contra. C. de incest. nupt. vt supra dixi. Sed si fama non constituit quem in quasi possessione alicuius qualitatis,sed quæritur solum quantum fama probet,tũc optime dixit Bar.in §.tormenta, quòd debent considerari illæ præsumptiones & indicia,ex quib.fama subsisteret, vt videatur qualiter vigeant:& subdit,quòd secundum istas præsumptiones facit fama semiplenam probationem vel non. Sed ego declaro melius,quòd si est fama, quæ faciat violentam præsumptionem,aliàs probationem, sicut potest facere etiã in causis criminalibus,vt est textus in c.præterea, de testi.& tunc dico, ꝙ fama ex tali causa in causis ciuilibus etiam grauis præiudicij facit plenam fidem, vt feratur diffinitiua sententia,vt est textus in c.afferte,de presump.qui textus loquitur in causa status & in causa criminali ciuiliter intentata: sed in causis criminalibus talis fama etiam inducens violentam præsumptionem non esset efficax sola ad cõdemnationem præsertim in pœnis corporalibus,vt est textus in d.cap. præterea.de testi.Sed quantum operentur violentæ presumptiones & indicia dixi plene in c.cum in contemplatione.de re.iur.& dicam infra in q.quid sit suspicio.sed si fama ex talibus præsumptionibus non habet violentam præsumptionẽ, sed habet alias legitimas presumptiones vel indicia, tunc facit semiplenam probationem, vel notam secundum qualitatem dictorum indiciorum & præsumptionum: ita debet intelligi glos.in l.2.§.1.ff.de excusa.tutorum. Et ista sunt de mente Bar.in §.tormenta.in antepenult.q.& secundum ista potest determinari quæstio, quam ponit Specu. in titu. de probat.§.1.& §.videdũ. ver.23. quòd si opponitur alicui excommunicatio,& repellatur ab agendo, fama illam nõ ꝓbat etiã cum vno teste,2.q.8.sciant.& videt̃ sequi Do.meus Do. Ant.de But.Ego autẽ credo, ꝙ si fama fuisset orta ex p̃sumptionib.inducentib.violentã præsumptionẽ, tunc repelleret accusator ꝓbata excõicatione per talẽ famã & vnũ testem, ar.c.p̃terea.de testi. Itẽ facit ad aliam quæstionẽ, si statutum
94 ciuitatis dicat, quòd sufficiat † ꝓbare maleficium per publicam famã, de quali fama intelligatur. Dicit Bart.in pen.q.in §.tormenta, ꝙ intelligitur de illa fama, q̃ habuit originẽ ex legitimis p̃sumptionib.q̃ induxerunt populum ad credendũ. Ego dicerẽ,ꝙ est inspicienda pena,q̃ imponit̃ ex tali delicto, vtrum sit grauissima,vel grauis,vel leuis;nã si est grauissima, quæ est mortis,vt l.2.C.de cuict.& l.1. C.nemini licere sculpere signum Saluatoris in terris.tunc credo ꝙ fama debet es-
103 se inducens violentam præsumptionem,cum alijs tamen ad-
95 miniculis,quia statuta † recipiunt interpretationem passiuã a iure communi,l.2.C.de noxa. Sed textus in c.præterea. de testi.vult, ꝙ talis fama sit sociata alijs adminiculis, vt imponatur talis pœna mortis vel truncationis membri: faciunt ea quæ dixi in cap. cum contemplatione. Si verò esset imponenda grauis pœna non grauissima, tunc credo ꝙ violenta præsumptio causata ex fama sufficeret, vt in cap.sicut. el 1. de symo.& in cap.insinuatum.& ibi glo.eo.tit.facit quod no. Bart.in l.3.ff.de fur,Si esset pœna leuis, tunc si fama esset cũ legitimis indicijs,pro hoc glo.in cap.1.de vsuris.lib.6. vbi fama cum alijs adminiculis probat quem vsurarium manifestum ad effectum illius constitutionis, vbi imponitur pœna excommunicationis, quæ est medicinalis, vt in cap.1.de sen ten.excommuni.aliàs non, nisi ad leuem torturam, vt supra dixi: Et est notandum, ꝙ eo ipso ꝙ est fama, dicitur esse publica, licet existimatio, vel opinio possit diuidi in publicam & priuatam, vt supra dixi.¶Sed occurrit dubium, Ali-
96 quis † probauit, ꝙ erat homo bonæ conditionis & famæ, & ꝙ de hoc est publica vox & fama, & aliqui testes probant eum infamatum de aliquo speciali crimine, an ista generalis probatio bonæ famæ releuet ipsum a suspicione ipsius criminis.¶Videtur ꝙ non, quia species derogat generi, vt l.sanctio legum.ff.de pœnis.Cõtrarium tenet Albertus de Gand. in opere maleficiorum, quia quando genus potest saluari in alijs speciebus, tunc species derogat generi, & eximitur a genere: sed hic non potest saluari bona fama generalis stante mala fama alicuius maleficij: Sed istud dictum debet intelligi, quando fama generalis & specialis concurrerent in eodem tempore, sed si essent diuersorum, tunc præualeret illa quæ esset vltimi temporis, vt in l.si mater. C.ne de sta. defunc.& ita potest responderi ad aliam quæstionem, si statutum vult ꝙ in certis maleficijs sufficiat probatio per famã: Modo si probatur fama male facti, & probatur fama de inno centia, quæ istarum præualeat: videtur ꝙ fama maleficij, quia ista est plena probatio secundùm statutum: sed fama de innocentia non est semiplena. Ego dico ꝙ in hoc deberet stari famæ vltimi temporis: sed si conquirerentur in eodem tẽ-
97 pore, tunc priuilegium principum, quod est † concessum actori, videtur etiam concessum reo, vt seruetur in iudicijs æqualitas, l.fi.C.de fruct.& lit.expen. & sic deberet esse pri-
98 uilegiata fama innocentiæ sicut fama delicti: & quia † si probationes sunt pares, debet absolui reus: & istud credo verũ, licet aliqui dicãt contrarium, dicentes ꝙ statutum odio accusati a iure non debet pro eo interpretari. Sed ego credo pri-
99 mum verius, quia † statutum in vno correlatiuorum habet locum in alio, l.fin.& quod ibi not.C.de indic.uidu.quare statuta in accusante debent habere locum in accusato.¶Vlte-
100 rius † dubitarur, an fama orta pendente processu valeat ad effectum famæ? Rũdeo,ꝙ si est orta ex causis & præsumptionibus de præterito,& tunc credo ꝙ prosit,arg.l.si rem. §.fina. ff.de pigno.act.aut est ex causis post iudicium inchoatum orta,& tunc non credo ꝙ sufficiat,per nota.in d.§.fin. quoniam autem in diffinitionibus doctorum dicitur, ꝙ fama est communis opinio ex suspicione proueniens: & ego in diffinitione mea dixi,ꝙ erat communis suspicio, igitur est inuestigandum,quid sit suspicio: & Bald. in l.ea quidem. C.de accu-
101 sat.dicit, quòd † est aliqualis applicatio ad aliquid cum vehemẽti titubatione.¶Istę diffinitiones non videntur verę, quia si esset cum vehementi titubatione, iste esset dubius, & haberetur pro ignorante, vt not.glo.in cap.proposuit,de cõiu. seruorum.sed iudex ignorans aliquid, non habet aliquam notitiam de eo quod ignorat, vt not.in Rubri.ff. de iuris & fac.
102 igno.& l.de statu suo dubius.ff.de testam.quia † vehementer titubans non applicat animum suum magis ad vnum quàm ad aliud,dictis iuribus, & statim suspicio facit primum gradum probationis, vt probatur in l.1. ff.de quæstio. & ponit Bar.in l.admonendi.& supra pluries dixi.Item istæ diffinitiones, cum dicunt, cum vehementi titubatione. ponunt solũ primum gradum suspicionis, quando animus iudicis mouetur leuibus argumentis,& remanet vehemẽter dubius: Nam si essent vrgentiora argumenta,animus iudicis duceretur ad opinionem,& licèt aliqualiter dubitaret, non dubitaret vehementer.¶Vnde est notandum, quòd licèt legistæ capiant nomen suspicionis, prout est aliquis motus causa iudicis ad credendum, tamen glos. decreti 2,q.1.in cap. quod incipit primo.& 32.quæst.1.in cap.dixit.refert quòd tres sunt suspi-
103 cionis species: Nam † dicit quòd quædam est temeraria, & istam ego credo esse illam, quam dixi supra variam populi vocem esse. Secunda est probabilis; & ista est duplex, licèt glo.non dicat, vna quæ iudicantis animum ex leuibus argumentis mouet, & ista stricto modo dicitur suspicio, vt dixi: alio modo quando grauioribus argumentis animus iudicis ducitur ad opinionem, vt dixi: & ista non est cum vehemẽti dubitatione. Tertia est suspicio, quæ facit violentam presumptionem, & ista vt dixi supra est sufficiens ad condemnationem, vt dicto cap.dixit dominus.Et quandoque ista sola violenta non sufficit, vt de testib.præterea. & in cap.litteras.de præsump.in fi.& ita dicit gl. in dicto cap.quod incipit, Primo.& in dicto cap.dixit Dominus.& omnes istos gradus huius suspicionis vult Tulius in nouis Rethoricis, in primo libro in causa coniecturali, in cap.approbatio.vbi ponit istam tertiam speciem suspicionis, & in cap.ab argumentis. vbi ponit secundam speciem probationis. prima autem ponitur in l.1.ff.de quæstionib. & in l.absentem.ff.de pœnis. Et ideo mea diffinitio famæ est melior, quàm alia doc.quia dixi, ꝙ fama erat communis suspicio, & sic comprehendit omnes gradus suspicionis, & primo illam quando ex leuibus argumentis iudex mouetur, & aliam quando ex fortioribus argumentis ducitur ad opinandum: & istam solam diffiniunt Doct.dum dicunt,quòd est communis opinio.¶Item diffiniunt tertium gradum, quando fama inducit violentam presumptionem, quæ est efficax ad condemnationem in ciuilibus, vt dixi, facit cap.sicut. el 1.& cap.insinuatum. & ibi gl. de symo.Quid autem operetur ista violenta presumptio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, dixi satis supra pluries & plenius in cap.cum in contemplatione.de regu.iuris. ad fi. & hoc nisi probetur cõtrarium contra violentam præsumptionem siue suspicionem, vt dicit glos.notab. in dicto cap.dixit
104 Dominus. Nunc † restat videre, quid differt rumor a fama. Archid.35.q.6.si duo.dixit, quòd fama est conuicinię acclamatio: Rumor est, cum pauci aliquid non tamen publicè dicunt.¶Ista non videntur bene dicta, primo dum diffinit famam per ea quæ supra dixi, maxime dum dicit acclamatio, quia si esset cum clamore, esset rumor, non fama, per illa quæ infra dicam. Secũdo,quia textus in cap.qualiter & quãdo.el 2.de accusat.dum dicit, de fama. dicit fama publica,& postea subdit,& clamosa insinuatione. & sic ista videntur di-
105 uersa, fama & clamosa insinuatio: quia † de natura copulæ &,est copulare diuersa, vt not.in Rubr.de iuris & fac.ignor, Illud autem quod ipse Archi.dicit, quòd fama differat a rumore, quia fama sit illa, quæ dicitur a multis: rumor, quando aliqua pars viciniæ vel ciuitatis clamat: & istud videtur probare textus in c.super eo,de eo qui cogno. consang. vxo. suæ.quia dicit, ꝙ rumor est, quem fecit pars viciniæ: sed
106 † appellatione partis continetur dimidia, l.nomen filiarum. §.portionis.ff.de ver.sig.sufficit ergo dimidia, & si nõ sit maior pars:& istud vr̃ approbare hic dn̄s meus, & in c.super eo. de eo qui cog.cõsang.vxo.suę.Postea dicit,ꝙ rumor † est par-
107 ticularis assertio ex incerto auctore ex sola suspicione ꝓueniẽs,& minus ꝓbat q̃ fama:fama verò,vt dicit do.meus,est il la quæ ꝓcedit a certo auctore:& in hoc differt a rumore: sed
108 istud est falsum,quia † ẽt fama est plerũq; sine certo auctore, vt est tex.de cõsecra.dist.3.c.sanctũ.& s̃.dixi.Item istud qd̃ s̃. dixit de incerto auctore,approbat do.me⁹ in c.vestra. de cohab. cler.& muli.& vr̃ contra illa quę scribit Cicero in nouis Rethoricis,in cã cõiecturali.vbi docet improbare rumorẽ dicendo.ꝙ ostẽdat̃,ꝙ ortũ habuit ab inimicis,vel hoĩbus natura maliuolis:& hoc ꝓbat tex.in d.c.qualiter & qñ.dum dicit,nõ q̃dẽ a maliuolis.q. tex.,ꝓbat,ꝙ licèt de esse famæ vel rumoris nõ sit,ꝙ ꝓcedat a certo auctore, tñ ista hr̃e pñt auctorẽ; vt in d.c.qualr̃.Probat̃ in l.miles.§.pe.de adul.& in ꝛstructione Tulius nõ vr̃ facere dr̃iam inter rumorẽ & famam:& ꝓ hoc facit tex.in l.2.ff.qs ordo ĩ bonorũ pos.seruet̃.& in l.fi. ff.de hęre. insti.Bal.verò dixit,ꝙ rumor erat furiosa ꝓclamatio gẽtiũ, & strepitus multarũ gẽtiũ.Istud nõ vr̃ bñ dictũ,dũ dicit,gẽtiũ.ꝓ ea q̃ dixi circa diffinitionẽ. Itẽ qa si esset cũ furore,nihil ꝓbaret.¶Ego verò credo,ꝙ rumor deriuet̃ a ruo ruis:& est vulgi murmur de aliquo ꝓlato,qd̃ cito ruat,& est idẽ in veritate,ꝙ fama,nisi ꝙ rumor fit ꝓ rumore,& clamore,& istud ꝓbat tex. in d.c.qualr̃ & qñ.cũ dicit,fama publica p̃cedente & clamosa insinuatione p̃cedẽte. vt primũ denotet famam, secundum rumorem: & potest esse rumor super vero & super falso, vt probant prædicta iura: & potest esse qñ est in parte deben-

tium scire, etiam si non sit in maiori parte, vt in dicto cap. super eo. vbi etiam textus vocat rumorem, quando est acclamatio in parte, & tunc in hoc differt a fama, quæ debet esse in maiori parte, non verò sufficit in parte. Quando ergo est cum acclamatione, est rumor: & quando est sine acclamatione & in maiori parte, est fama. Ex his ergo patet, quomodo dicta Archi. sunt vera. ¶ Postquàm verò sequendo ordinem glosæ diximus quid sit fama, & multa declarauimus facientia ad materiam famæ, nunc oportet videre, quid
109 est manifestum. ¶ Ad quod respondet glos. quòd † manifestum est, quod ex scientia & de certo auctore procedit, quod potest probari. ff. de testamen. l. hæredes palam. & 11. quæstione 3. eorum qui accusantur. Dicit tamen, quòd illud dicitur occultum, quod potest aliquando probari, C. de appella. eos. §. si quis autem. Subdit, quòd manifestum dicitur illud, quod constat per confessionem, vel probationem, vel euidentiam facti, infra de verborum significatio. cap. cum olim. in fin. dicit tamen, quòd hoc vltimum potest dici notorium, & fuit ista glos. Ioannis de verbo ad verbum. 2. quæstione. 1. manifesta. ¶ Pro intelligentia istius glos. plura principaliter sunt videnda: Primo quid sit occultum. Secundo quid sit pene occultum. Tertio quid manifestum. Quarto quid publicum seu famosum. Vltimo quid noto-
110 rium. Primum occultum est † illud, quod nullo modo probari potest: ita dicit Specu. in titu. de notorio. §. materiæ de occulto. & ideo de isto non iudicat ecclesia, quia non iudicat de occultis, 32. quæstione. 5. Christiana. & 2. quæstione 5. consuluisti. not. 32. dist. erubescant. vbi est titulus, quòd solus Deus est cognitor secretorum & iudex, 2. quæstione 1. Deus omnipotens. Non obstat quod hic glos. dicit, quòd occultum aliquando est probabile, l. eos. §. si quis autem, C. de appellat. quia illud non dicit ille. §. q̃ occultum possit probari, sed dicit quòd audiendus est ille, qui vult in causa appellationis probare aliquid in causa principali, qd̃ existimauit esse occultũ, sed credit posse probari, vt prædixi supra in notabili quod incipit, nota triplicem speciem delicti. Il-
111 lud autem quod probari † potest sed a paucis, & pauci sunt qui sciant, secreto illud tenentes, & quando toleratur ab ecclesia, illud est pene occultum, quando de ipso nondum est facta iudicialis indagatio, ita quòd non sunt testes examinati, vel instrumenta producta, & scitur a paucis, vt dixi & nõ a multis, illud pene dicitur occultum, & de isto intelligitur titulus dicti. §. ijs omnibus auctoritatib. in ver. verum. Sed vocat occultum ibi, quod debet dici pene occultum, & idem 2. quæst. 6. nullus. ver. in occultis. Et sunt verba Graciani, cum dicitur in occultis autem. & text. tandem qui sequitur ibi, est textus. l. secundæ. C. quorum appella. non reci. & ibi non est in occultis, quia occulta sunt improbabilia, infra. 7. quæst. 1. c. 1. non autem dico quòd illud sit pene occultum, ex eo quòd sit demum probabile medio instrumentorum nondum ad lucem deductorũ, vt dixit Dom. Anton. de But.
112 qui dicit, q̃ ita debet † intelligi. l. eos. §. si quis autem. C. de appella. quia ille textus non dicit de instrumentis, sed dicit necessarias ibi esse personas: & sic loquitur de testibus. Est ergo solum pene occultum quod per paucos scitur, & per paucos probari potest, & secreto tenetur. Manifestum
113 autem est illud, quod est † notum multis, non autem est notum solum paucis, sed multis, non tamen omnibus: ita dicit Specu. in titu. de notorio crimine. §. iam de notorio. & §. 1. & ita dicit Barto. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogantur. sed in l. hæredes palam. ff. de testam. dixi, q̃ manifestum erit illud, quod innotescit pluribus: & est textus, qui hoc dicit in cap. tertio loco. in fine, de probat. vbi colligitur, q̃ manifestum est, quod innotescit multis seu pluribus. Est ergo opus, q̃ sciatur a pluribus, vel a multis, non tamen a maiori parte, quia tunc esset notorium: nec q̃ sit factum in populo, quia tũc esset publicum, vt statim dicam. Sed istis obstat, q̃ tunc non videtur esse differẽtia inter manifestum & secretum seu pene occultum, qa penè occultũ & secretum est, quod scitur a pluribus, etiam quando-
114 que a quinque, de pœni. distin. 1. §. hæc secreta. Nam † plures dicuntur duo, l. vbi numerus. ff. de testi. & in cap. 2. de testam. libro 6. & multi dicuntur duo, Institu. de iure personarum. in fin. Nam est notandum, q̃ textus in l. vbi numerus, duo sufficiunt: quasi dicat, verificatur in duobus, non autem dicit q̃ duo importat tantum: & hoc ideo, quia potest im-
115 portare plures vel multos: nam vt scribitur alibi † verbum plurium, vel multorum, importat numerum incertum iudicis arbitrio certificandum: ita notant glos. & doct. in l. & si post tres. in prima gl. ff. si quis caut. & ideo dispositio concernens, futurũ importat numerũ incertum iudicis arbitrio; prout respicit præterita, importat numerum, prout accidit in facto, l. inter omnes. ff. qui satisda. cogantur. not. in l. 1. §. nunciatio. ff. de operis no. nunc. facit lex inter omnes. ff. de furtis. Cùm ergo dicitur, quòd manifestum est, quod scitur a pluribus, intelligitur plures iudicis arbitrio, vt iudicari debeat manifestum; quia licet verbum pluribus, verificetur in duobus, tamen ij aliquando dicerentur pauci, vt notat Archi. 9. quæstione 3. nunc verò iterato. Vnde si quinque scirent, posset dici pene occultum vel secretum, de pœni. distin. prima. §. hæc secreta. vnde quod sciatur a pluribus, vt dici debeat manifestum, illud relinqui debet iudicis arbitrio, insp̃ecta qualitate causæ, & personarum, vt dicit gl. in dicta l. & si post tres. similiter licet multi dicantur duo, Institu. de iure personarum. in fin. Tamen multotiens quadraginta solum dicuntur multi, de testi. cap. cum causæ, quæ inter Archiepiscopum. & de cleri. excommu. cap. latores. vnde qui dicuntur plures vel multi, vt dicatur manifestum, omnia sunt iudicis arbitrio, inspecta qualitate causæ & personarum, quæ vigintitria milia dicuntur quandoque pauci, 45. di. disciplina. vnde concluditur, quòd interdum etiam illud, quod est probabile a duobus aut etiam a quinque potest dici pene occultum, vel secretum, quasi sciatur a paucis iudicis arbitrio: & quòd illud quod scitur a multis seu pluribus plusquam duo vel tres dicatur manifestum. Et nota bene, quia dico, quod scitur a pluribus seu a multis, non autem dico quod probatur, quia illud quod est manifestum publicum vel notorium potest a plerisque probari duobus vel tribus, & illud tamen potest esse publicum vel notorium, l. tertia. ff. ad maced.
116 Nam † publicum est illud, quod factum est publice, idest populice, dicta l. tertia. ad mace. & l. Zenodorus. C. eodem titu. & l. pignus. C. de pign. act. & sic vidente populo, quo casu si esset publicum, ita quòd omnibus innotesceret de populo, illud esset publicum notorium, l. 1. §. totiens. ff. de suspec. tuto. vel quòd esset commune omni populo, Institu. de rerum diui. §. 1. tunc istud esset publicum, quod transiuisset in notorium, & hoc est quod voluit dicere textus infra eodem cap. tua nos. Sed si est factum populice, idest coram populo, non tamen coram maiori parte, vel coram omni populo, tunc istud diceretur publicum non notorium: & in hoc differt a manifesto, quia manifestum est, quod scitur a pluribus seu multis, etiam si non sit factum in conspectu populi: vnde si probaretur a pluribus, qui vidissent & dicerenet populice, idest in populo sic factum, isti probarent publicum, etiam si non dicerent coram omni populo vel maiori parte factum. Et hoc est quod voluit dicere infra eodem cap. tua nos. cum dicit, ita publicum est, quod merito debeat appellari in notorium. Ex istis igitur constat, quid est ocultum, quid pene occultum, quid manifestum, & quid publicum: vt tamen plene sciatur, quid sit manifestum,
117 est notandum, q̃ istud nomen † manifestum, est nomen generis & comprehendit sub se plurimas species: nam primum est illud, quod ex certis auctoribus & ex certa scientia procedit, & quod potest probari & scitur a multis siue pluribus, l. ciues. C. de appel. 11. q. 3. eorum. de verbo. sig. c. 2. li. 6. & ide credo de verbo palam, & de verbo apertum, & de verbo notũ, & de verbo, liquidum, seu clarum. & de verbo perspicuũ, & verbo certum, & verbo, publicum. Nam manifestum est aperire, & ad manus foras stare, dico igitur primũ de verbo manifestum. Nam primum ponitur aliquãdo de eo quod est manifestum solum pluribus, vt dixi, & quando complectitur id quod est famosum, vt not. gl. in l. atqui natura. §. cũ me absente, ff. de neg. gest. & aliquãdo ponitur pro eo quod est publicum, j̃. e. c. de manifesta. ibi, publice enim nouercam, &c. & de vsuris. c. 1. lib. 6. vbi vsurarios nominat publicos, & demũ vocat manifestos, facit de postu. præla. c. 1. & quandoq; manifestum dicitur, quod est notorium, vt in isto c. & in c. quæ Lotharius. Et prout manifestum capitur stricte pro eo, quod est p̃babile, & innotescit pluribus siue multis, potest sic diffiniri: manifestũ est, quod semper ex scientia & certis auctoribus procedit, & quod scitur a pluribus seu multis, & qd̃ p̃bari potest, & veritatẽ continet. Et ideo dixi a certo auctore, ad differentiã famæ, quæ qñq; ab incerto auctore procedit, de consecra. di. 4. c. sanctũ. licèt. aliter dicat Do. Ant. de Butr. in c. vestra. Item dixi cõtinens rei veritatem: ad dñiam famã, quia fama plerumque dicitur a suspicione vel opinione, & non semper a rei veritate, vt dixi s. in materia famę. Itẽ dixi semp à sciẽtia, quia p̃uenit ẽt ex suspicione plerũque non ex scientia semper vera. Et dixi, quod probari potest ad differentiam occulti quod est improbabile. & dixi quod scitur a pluribus seu multis, vt differat a publico vel notorio, quod scitur ab omnibus: vel vt etiam differat a fama, quia illa debet dici a maiori parte debentium scire. Et dixi quod probari potest, ad differentiam occulti, quod est improbabile. Et dixi a multis, seu pluribus, ad differentiam penè occulti, quod scitur a paucis, licet probari possit. Et hæc sunt vera, quando manifestum dicitur de aliqua re vel delicto in genere: Nam si quæreretur, quòd aliquid diceretur manifestum respectu certi delicti, tunc requireretur deprehensio, seu acclamatio contra eum tempore, quo delictum non erat consummatum, secundùm Bar. in l. 3. ff. de fur. & secũdùm Cy. in l. falsus. in tertia oppositione. C. de furtis. Requiritur etiam, q̃ res apprehẽdatur secundùm Bar. Sed certè tex. in l. si quis in seruitute. nõ requirit, quòd res apprehendatur vel acclametur contra delinquentem, sed sufficit quòd fuerit occursum ad delinquentem deprehendendum. requiretur ergo occursio ad deprehẽ-
118 dendum delinquentem: Nam sola visio non facit † delinquẽtem manifestum: & ideo si aliquis vidisset quem delinquẽtẽ, & timore ne occideretur ab eo, non occurrisset ad delinquẽtem deprehendendum, talis solum visus non esset manifestus delinquens: Et idem si plures vidissent & non occurrissent ad deprehendendum: & ideo si vnus etiam solus occurrisset ad eum deprehendendum etiam sine acclamatione vel subtractione rei, talis faceret delinquentem manifestum, d. l. si qs in seruitute. ff. de fur. & hoc respectu certi & determinati delicti, in quo quærimus aliquem facere manifestum. Et ideo si parato aliquo fenerari vnus occurrisset acclamando, vel aliter impediendo ne feneraretur, talis probaretur manifestus vsurarius, d. l. si quis in seruitute. de furtis. vnde vnus isto casu posset facere aliquem manifestum delinquentem respectu certi & determinati delicti: oportet tamen, quòd per plures probetur, q̃ vnus occurrisset ad eum deprehendendum, vt di-
119 ceretur manifestus in certo delicto: Ita debet intelligi† dicta lex 3. ff. de fur. Sed q̃ in genere quis dicatur manifestus delinquens, vel quòd res dicatur manifesta, est opus q̃ interueniãt illa, quæ supra dixi, quòd sciatur a multis, & ex certa scientia, & ex certis auctoribus, & hoc prout volumus simpliciter
120 dicere manifestum. Sed si vellemus probare, quòd † quis esset manifestus & famosus, tunc esset opus probare etiam, q̃ talia exercebat publice, id est populice, & populo vidente, l. Zenodorus. C. ad Mace. & l. 3. ff. eo. tit. & l. pignus. C. de pign. actio. & tunc tale manifestum sic diffinitur: Manifestum est publica insinuatio, & famosa proclamatio ex certa scientia, & ex certis auctoribus prouenien s, nunquam adhuc discussa, secundùm Ioan. And. Sed ego addo, nunquam iudiciali-
121 ter discussa, seu perfectè. ¶ Ideo autem dixi † publica, quia ad probandum, quòd manifestum sit publicum, oportet q̃ sit factum publice, id est populice, vt dixi supra per l. 3. ff. ad Macedo. Item dixi & famosus: nam vt sit publicum & famo-
122 sum, oportet quòd publica fama † vagetur, quæ deriuatur a fando, id est loquendo. Et quia aliquid potest esse publicũ & non famosum, & aliud potest esse famosum & non publicum, quia si plures vidissent, quòd aliquis publice, id est publice gerebat se pro patrefamilias, isti probarent eum publice talem, dicta l. 3. ad Maced. sed non probarent famam, quia quid esse publicum potest constare aliter, quàm per loquelam, vt l. Labeo. de suppel. lega. & l. de quibus. in fi. ff. de legi. a qua loquela deriuatur fama: & ideo oportet, quòd dicatur publice videbatur & communiter dicebatur, quòd se gerebat pro patre fami. & tunc diceretur publicus & famosus talis. & ideo oportet dicere in diffinitione, est publica & famo-
124 sa, & non debet dici alternatiue, vt dicit D. Anto. de Butrio, dicens, vel famosa, quia alternatiuę altera pars est vera, l. hæredes plures. de condi. instit. vnde velle dicere quem esse famosum & publicum, oportet quòd ista articulentur copulatiue, quia famosum potest esse aliquid, vel potest esse fama de aliquo, quod non fuit vel est publicum, vt de aliquo facto manifesto stricte sumpto, & non publico: & ideo debet dici diffinitio, quando diffinitur aliquid manifestum, quòd sit pariter & stricte publicum & famosum, & est publica & famosa insinuatio & proclamatio, & non debet dicere, diffinitio, publica & famosa insinuatio, vt dicit D. Anto. de Butrio, quia insinuatio, id est demonstratio potest fieri aliter quàm per loquelam & famam, vt dixi supra: sed debet dici copulatiue publica insinuatio, & famosa communis proclamatio ex certa scientia, & a certis auctoribus procedens, vt differat a fama sola, quæ prouenit plerunque ab opinione, aliàs communiter ab opinione & non semper a scientia, vt dixi supra. Et dixi a certis auctoribus prouenien s, similiter ad differentiam famæ, quæ nonnunquam est sine certo auctore, de consecra. distinct. 4. cap. sanctum. & supra in materia famæ. Et ideo dixi, nunquàm adhuc vltimate discussum iudicialiter. vt differat a notorio: & dixi vltimate & perfectè, quia discussiones & probationes, quæ fiunt in iudicio, numquam transeunt in notorium, nisi postquam contra eas nihil obijci potest, vt dicam infra in materia notorij iudicialis. Et hoc modo sumendo manifestum, prout est publicum & famosum, succedit quod hic dicit D. Anto. quòd omne manifestum habet in se publicum, sed non omne publicum dicitur manifestum, sed potest esse publicum sed non famosum: aliter si acciperetur manifestum stricte secundùm illa, quæ supra dixi, tunc omne publicum esset manifestum, & tale manifestum stricte sumptum non haberet in se publicum semper, licèt vt dixi publicum semper esset hoc modo manifestum. ¶ Vnum est etiam notandum, quòd Barto. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, dixit, q̃
123 † famosi dicuntur, qui sæpius maleficium fecerunt, per ea quæ dicit glo. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. ¶ Sed ego credo, q̃ etiam qui semel fecit vnum delictum, possit dici famosus delinquens, si de delicto fama præcurrat absque eo q̃ reiteretur delictum: Nam ex reiteratione potius diceretur consuetudinarius quàm famosus, l. 3. in fi. C. de episc. audi. & 25. quæst. vltima. §. ita nos. in princi. Item dixi, a certis auctoribus prouenien s. quia vt sit manifestum, oportet q̃ ad minus sint duo, qui per certitudinem sciuerint, vt dicta l. 3. ad Maced. ibi, a plerisque. & ex istis constat, quòd aliud est manifestum stricte sumptum, quod scitur a pluribus siue a multis: Et ideo si sciretur ab vno, non esset manifestum, licèt Anton. de Butr. dicat contrarium per textum in l. 3. de furtis. sed male. Et quomodo ista lex 3. intelligatur, supra dixi. Et aliud manifestum, quia publicum, & aliud manifestum, quia famosum: & aliud manifestum quia notorium. patet etiam ex supradictis, quid sit occultum, & quid pene occultum: Et ideo errat hic D. Anton. de Butr. dicens, quòd est subtilis differentia inter publicum & manifestum, vt id dicatur publicum, quod est factum præsentibus multis, & tamen non est famosum, manifestum autem sic, quod habet secum famam: quia ista dicta sunt falsa, quia manifestum est quod scitur a multis, vt supra dixi, l. ciues. C. de appellat. & potest esse sine fama, licèt si esset cum fama, esset manifestum & famosum, sed non diceretur publicum, nisi fuisset publice, idest populice, id est in populo factum, l. 3. ff. ad Macedo. Et licèt famosum sit, quod a maiori parte dicit, tamen famosum non dicitur manifestum vel publicum, quia vt sit manifestum oportet, quòd procedat ex certa scientia & ex certis auctoribus, quod non semper est in fama, quæ plerunque procedit a suspicionibus, & incerto auctore, vt pluries supra dixi. Item est falsum quod dicit D. Anton. de Butrio in dicto cap. vestra. quòd manifestum dici potest, quando distinguitur manifestum ab omnino occultum, illud quod est proprie probabile, & quod duo testes sciunt: quia istud est falsum, quia pene occultum est probabile per duos testes, imo quandoque per quinque, & tamen est pene occultum, seu secretum, de pœnit. distinct. 1. §. hæc ergo secreta. vnde melius est dicere, quòd manifestum est tunc illud, quod scitur a pluribus, & est probabile capiendo verbum pluribus, arbitrio iudicis, vt supra dixi. Idem dico de verbo palam: Nam † stricte ponitur pro manifesto, l. hæredes palam. ff. de testamen. & l. palam. de verbo. significatio. & ponitur etiam palam pro publice, quandò mulier palam & sine delectu, id est indistincte & passim populice se prostituit: sic verbum palam, importat quod fit non publice, sed manifeste, & etiam quando fit publice, l. si quis in graui. §. aperte. el 2. ff. ad Sillan. & dicitur palam, quando fit notorie, vt quando mulier in lupanari publice se prostituit, & passim se exhibet cuique volenti fornicare: & hoc videtur ab omnibus, seu a maiori parte vulgi: Idem de verbo notum, & similibus, quia comprehendit notũ, quando est manifestum; & illud quod est publicum, quando notitia est populica: & illud quod est notorium, qñ scitur ab omnibus vel

maiori parte: & idē de similibus verbis omnibus supradictis.
125 ¶ Est tamen † attendendum, quòd ista nomina sumuntur æquiuoce, quia vt dixi notorium appellatur manifestum, vt in hoc cap. & de verbo. signific. olim. & ff. de act. empt. l. emptorem. & l. ea quę. ff. de contrahen. emp. & aliqñ notoriū dicitur euidens, de accusa. c. euidentia. & aliquando dicitur in superlatiuo euidentissime, quamuis etiam posita in superlatiuo aliquando capiantur pro manifestis & non notorijs, vt est textus. 11. q. 3. eorum. vbi verbum apertissimis, exponitur idest apertis, siue manifestis: vnde ista capienda sunt secundum subiectam materiam, vt capiatur pro manifesto publico vel notorio, secundum q̃ subiecta materia requirit. Et ista faciunt ad quæstionem, statuta vel leges exigunt euidentissimam probationē, vel euidentem vel apertissimam, qualis probatio requiratur, an manifesta publica, vel notoria: in
126 quo Dom. Anton. de Butr. dixit, q̃ si ius † requirit euidentissimam probationem, probatio debet esse notoria, l. si vero. §. si pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogantur. Sed istud est contra textum in cap. eorum. 11. quæst. 3. vbi textus dicit, quòd apertissimis: & intelligitur ibi de manifestis probationibus, non de notoria. Si autem lex requirit euidentem, tunc dicit, q̃ sufficit illud, quod constat ex instrumentis vel testibus, vt in cap. tua. de his, quæ fi a præla. sed certe textus ibi & in cap. auditis. de restitu. in inte. dicunt, quòd euidenter constare dicuntur, quæ constant ex epistola beati Leonis, & tamen qñ
127 constat ex priuilegijs summorum pontificum, dicitur † constare euidentissime non euidenter, vt in cap. licet causam. de probat. vbi text. in versic. ex prædictis. appellat illud euidēter, quod postea dicit euidentissimum, & in cap. auditis. de restit. in inte. illud dicitur euidenter constare, quod constat priuilegio summorum pontificum. & idem textus in cap. ordinari. in §. cæterum. de offic. ordin. in 6. Item textus in cap. cum contingat. dicitur illud euidenter constare, de quo non sit aliqualiter hæsitandum: & hoc deberet dici notorium, vt in cap. fin. de coha. cle. & muli. vnde siue dicas euidentissime in superlatiuo, siue dicas euidenter, in istis debet accipi secūdum subiectam materiam, vt vbi requiritur manifestum sufficit manifesta probatio, vel vbi publicum requiritur publica: vel notorium, vbi requiritur notoria. Et ideo in hoc articulo ego ita concluderem, q̃ aliquando lex requirit probationem euidentem, vel apertam, vel liquidam, & aliquando in superlatiuo euidentissimam, vel apertissimam. primo casu quando exigit euidentem, vt eam exigit contrariam eius, contra quod est a iure præsumptum, tunc sufficit per præsumptionem contrariam, vt est textus in l. diuus. ff. de in inte. resti. & clarius in l. licet Imperator. de legat. 1. quia vna præsumptio tollit aliam, ad quam tollendam contraria præsumptio dicitur euidens probatio. Aliqñ requirit euidentē probationem in alio actu a iure non præsumpto, & tunc secundum subiectam materiam capitur euidens. aliquādo pro eo, quod est notorium, vt illud quod conspicitur ex inspectione priuilegiorum pontificum, vt in cap. licet causam. de appella. vbi textus appellat notorium aliquando euidens, aliquando euidentissimum, vt in cap. fin. de coha. cle. & mulie. vbi dicit, quod illud est notorium, quod est euidens euidentia, quæ nulla posit tergiuersatione celari, & istud est notorium, vt de accusa. cap. euidentia. Et aliquando illud dicitur euidens, quod tamen sine examinatione apparet, vt quando opponitur electo euidens defectus scientiæ, quia non apparet nisi facta examinatione, & tunc capitur euidens probatio pro manifesta, vt in capit. si forte. de elect. in 6. & tunc euidens & manifestum sunt synonima, vt in cap. 2. de verb. sign. lib. 6. & ideo iura, quæ dicunt, euidenter constare per inspectionem priuilegiorum summi pontificis, vt in c. auditis. de in inte. restit. & iuribus supra allegatis, illa intelliguntur notoria, & sunt illa, quæ sunt probata in iudicio, quibus nihil obijci potest: vnde euidens probatio debet sumi secundum subiectam materiā: si enim requireretur in causa, quæ consistit in sola conscientia, tunc sufficeret per proprium iuramētum, 2. q. 5. cap. habet hoc. not. Institu. de act. in §. sed istæ. & hoc quando non est causa magni præiudicij, vel in causis leuibus, aliàs deberet esse facta testibus vel instrumentis omnium exceptione maioribus, quæ dicitur manifesta probatio: & euidens, quando adhuc aliquid contra ipsum obijci potest: nam si nihil potest obijci, esset notoria, vt statim dicā. sed quando lex requirit manifestam vel euidentem probationem in materia communi vel probabili, tunc intelligitur debitis probationibus & communibus, l. ciues. C. de appella. semper intelligendo secundum subiectam materiam: quia si super dolo vel fraude, sufficerent probationes præsumptiuæ,
128 quia dolus † & fraus vere probari non possunt, l. dolum. C. de dolo. & in factis antiquis sufficeret manifesta probatio per famam: vt dicunt doct. in cap. veniens. de testi. & in rubrica de parrochijs. & in negatiuis non coarctatis, l. decem. de verbo. signifi. sed in factis affirmatiuis directo probabilibus sufficiunt testes aut instrumenta commuuia, vt supra dixi. Si vero lex requirit probationem in superlatiuo, tunc si adijcitur actui negatiuo, tunc quia non potest directo probari, vt not. in cap. bonæ. de elec. & in l. actor. C. de proba. tūc sumitur in superlatiuo, prout dixi supra quando lex requireret euidentem probationē. ¶ Sed si lex requirit hoc in factis affirmatiuis, & directo probabilibus, tunc Bar. in l. si constante. in fin. 1. quæst. ff. fol. mat. videtur dicere, quòd requiratur probatio notoria: quod ego credo verum in requirentibus a iure notorietatem, sicut est quòd clericus tanquàm fornicarius debeat euitari. Sed in alijs ego credo, quòd sufficiant probationes luce meridiana clariores, vt est textus in l. fin. C. de ꝓbationibus, idest quòd sint testes omni exceptione maiores, vel sint indubitata iudicia. vt dicta l. fin. ibi, vel indubitatis indicijs. not. de præsumpt. afferte. & ista in iudicio sic probata postquàm in illa via impugnari dicuntur, & sunt notoria, sic potest intelligi dictum Bar. & doct. vbi dicunt, q̃ probatio probata est notoria. Sic intelligo ista iura, quicquid scribant alij scribentes. Ista etiam faciunt ad quæ-
129 stionem, quomodo probetur aliquis manifestus † vsurarius, licèt doct. videantur sentire diuersa. Ego sic cōcludere: nam si quæritur quantum ad damnandum illos, qui locāt domos fœneratoribus manifestis. cap. 1. de vsuris. libro 6. videtur requirere, quòd sint publici & manifesti vsuratores, quibus domus locari non debent, & ideo tunc deberet probari per duos aut tres, quòd visus fuisset fœnerari, & a multis, ex quo probaretur manifestus vsurarius, & quòd publice, idest populice sic agebat, & sic cōtrahebat, & sic vsuras exercendo fungebatur, ex quo probaretur manifestus vsurarius, l. 3. ad macedo. tunc qui locasset domum talibus incidisset seu incideret in pœnam d. cap. 1. de vsuris. libro 6. Si verò volumus probare manifestum vsurarium ad finem, vt denegetur ei ecclesiastica sepultura, & eius testamentum non valeat, tunc licèt doct. in hoc dicant diuersa. Ego ex prædictis ponam veram cōclusionem: primo namque si probaretur, quòd stetit ad vsuras publice exercendas, vt faciunt meretrices in prostibulo, ita ipse tenens altare paratum, ita vt sciretur a maiori parte populi: tūc in isto indubitanter haberet locum pœna, & ratio, quia est modo manifestus, nedum stricto modo sumpto nomine manifesti, sed est notorius vsurarius, quando talis euidentia facti nulla potest tergiuersatione celari, vt in cap. fin. de coha. cle. & mu. Idem si esset confessus vel conuictus testibus in iudicio, quia talis esset notorius vsurarius, vt not. in cap. vestra. & not. in capitu. cum tu. & capit. cum in diœcesi. de vsuris. & ita dicit glos. in capitu. primo. de vsuris. libro sexto. Idem credo, si tali volenti fœnerari fuerit occursum per aliquem impedientem ipsum fœnerari, vel acclamando contra ipsum, vel aliquem actum alium faciendo ante maleficium consummatum, per quem deprehendebatur, quòd talis fœnerabatur, tunc talis esset manifestus vsurarius, etiam per vnum actum, quando ille vnus concurrisset ante delictum consummatum. Idem credo, si non in loco publico, sed in camera se exhiberet cuilibet volenti acquirere ad vsuram, si publicè, idest populice visus est se omnibus volentibus acquirere ad vsuram exhibere, quia tunc probaretur non solum manifestus, sed publicus vsurarius. Si autem probaretur per aliquos testes, quòd quis vsuras exercuit, & idem si per solos suos codices, tunc iste non probaretur manifestus vsurarius, nisi forte testes dicerent, quòd illud, quod ipsi probant, sicut erat notum eis ex certa scientia, ita innotescebat & multis alijs, & tunc ipse esset probatus manifestus vsurarius, si isti testes probarent de visu eum fœnerari, cùm talis manifestatio procedat a pluribus de certa scientia deponentibus, & illud quod ipsi deposuerunt scitur a multis: vnde istud esset manifestum, per ea quæ supra dixi. Solum ergo probare per duos testes etiam de eodem actu fœnerandi de visu deponentes non sufficeret, vel per codices suos non probaretur manifestus vsurarius, vt dixit Bald. in l. prima. C. de sacrosanctis ecclesi. quia hoc potest pene occultum esse, quod probaretur a duobus vel tribus, & tamen non sciretur ab alijs multis: & idem si probaretur per solam opinionem & famam, talis non esset manifestus, quia vt dixi supra pluries, vt quid dicatur manifestum, oportet quòd probetur a pluribus de certa sciētia deponentibus, & quòd procedat a certis auctoribus: quæ non concurrunt in fama publica, quæ plerunque procedit ex incerto auctore, & ex præsumptionibus: sed si ista duo concurrant, quòd duo vidissent fœnerari, & quòd esset communis opinio & fama, ista duo sufficerent. Ex coniecturis autem non probaretur manifestus quis vsurarius secūdùm Bal. quod ego intelligo, nisi essent coniecturæ approbatæ a iure, vt in casu cap. ad nostram. de emptio. & vendi. & in casu c. illo vos. de pignor. vel nisi essent argumenta, quæ subtili inuestigatione duxissent animum hominis ad veram credulitatem: & istud asseuerarent duo testes, & dicerēt sic sciri a multis: vel cum hac scientia concurreret publica fama, tunc talis esset manifestus: Ita debet intelligi glos. in c. 1. de vsuris. lib. 6. in verbo manifestos. & hoc tenet Archid. dat simile de hæreticis. excommunicamus. §. 1. & in adulterijs de adulter. c. maritus. & hoc quando testes sunt vltra quàm vnus, quia vnus testis cum fama non sufficeret, quia manifestum debet approbari a pluribus de scientia tunc deponentibus & simul cum fama, tunc sit manifestus: ita intelligo glosam in c. veniens. el 1. de testi. dixi supra in q. quid fama probet. quando ergo scitur, quòd quis sit vsurarius per coniecturas ducentes animum ad credulitatem veritatis, fama concurrente, esset probātus manifestus, & ideo tunc si plures vidissent tales cō
136 tractus fieri, & hæc scirentur a multis, tunc iudicarem manifestum vsurarium per supradicta. Ex solis autem argumentis probatis alijs etiam concurrente fama non facerent quem manifestum vsurarium: vnde non sufficeret inueniri rationes vsurarij in scrinio suo, vel alterius, vt not. 33. q. 2. sane. el 2. & hoc nisi iudex ex talibus coniecturis ipsum pro manife
137 sto vsurario publicasset, vt not. in c. cum in diœcesi. de vsuris. Credo etiam, quòd probaretur manifestus vsurarius, si ꝓbaretur a pluribus, qui vidissent illum actum fœnerandi fieri, & probarent quòd hoc sciebant multi. Iste esset manifestus vsurarius, etiam si pluribus actibus non probaretur, licèt Bar. videatur sentire aliter in l. 3. ff. de furtis. Federicus ta-
130 men † consilio 17. & 62. dicit, quòd probatio famæ per quam quis publicatur a iure pro vsurario, habet effectum prohibitionis ecclesiasticæ sepulturæ, vel prohibetur a communione altaris, vel ab oblationibus, sed non vt irritetur testamētum. Sed hoc non credo verum, quia non video differentiā in vno magis quàm in alio: Et glo. videtur contra, in c. 1. de vsuris. lib. 6. & ipsemet Federicus contra in 8. consilio. Ita intelligo quæ scribunt Doct. in hac q. Credo etiam, quòd probaretur manifestius vsurarius, secundùm quòd dicit glos. in c. quamquàm. de vsuris. lib. 6. si coram sacerdote & testibus fa
tetur publice se vsurarium: & est ratio, quia sacerdos est
131 † iudex istius quo ad respicientia forum animæ, de pœni. dis. 1. c. quem pœnitet. versi. caueant. 11. q. 3. absit. secundùm Ioan. Et ego dico idem, si publice confiteatur se esse vsurarium, quia oportet quòd confiteatur publice, id est populice, & affirmetur in populo: secus ergo si clanculò & secrete coram scribente & testibus dixisset, per ea quæ supra dixi, & not. Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & Federicus in 8. consilio. & & Ange. in disputatione Astensis miles. nisi illud secrete confessum fuisset manifestatum, quia canon non requirit delinqui manifeste, sed exigit quòd vsurarius sit manifestus, dum etiam si manifestatio fiat in actu delinquēdi, sed postea istud sufficit. Et nota, quòd in hac confessione non requiritur aliqua partis præsentia, quia non tractatur de interesse alicuius, nisi ipsius confitentis, l. Nesennius. ff. de neg. gest. & ideo volunt Doc. in c. quamquàm. de vsuris. lib. 6. quòd sufficit publica confessio vsurarij sine alicuius partis præsentia: Nam tunc est opus præsentia partis, quando confessio inducitur ad aliquem specialem effectum, & respectu certæ & determinatę personæ: Nam tunc est opus illius præsentia. Si verò tractatur quo ad generalem effectum, qui censetur solum contra confitentem, & non est ibi certum adiacens, ut puta ad infamandum aliquem apud bonos & graues: & tunc non
requiritur partis præsentia, de sepul. c. parrochiano. Angel.
etiam in dicta disputatione astensis miles. tenet, quòd ex
132 † confessione facta coram iudice incompetenti non dicatur manifestus vsurarius, quia illa habet vim confessionis extra-iudicialis, vt l. ictus fustium. ff. de his qui no. infam. quod ego intelligo verum, nisi fuisset populica, quæ transuiisset in notitiam multorum, quia tunc esset manifestus per supradicta. Vnum etiam est notandum, quòd ista qualitas manifesti vsurarij oportet quòd sit tempore testamenti vel sepulturę, quia canon dicit, quòd manifesti vsurarij non possunt testari aut
133 sepeliri. Qualitas † ergo ista iniuncta verbo qualificat secundùm tempus verbi, l. in delictis. §. detracta. de noxa. vnde si ista manifestatio interueniret post conditum testamentū, non irritaret illud, nec post sepulturā deberet cadauer exhumari. ¶ Nunc est expedita materia famæ: igitur prosequor glosam ibi, circa notorium distingue. vbi glo. quærit, quid sit notorium. Et in hac parte prosequar tertiam partem glosæ, & tractabo materiam notorij. Glosa in versi. triplex est. dicit, quo-
134 tuplex sit notorium: & † respondet, quòd triplex: Est enim notorium facti, & est notorium iuris, & est notorium præsumptionis: deinde glo. ibi, notorium facti. dicit, quid est notorium facti. Et est illud quod exhibet & offert se oculis hominū, & ita habet facti euidentiam, quod non potest probabiliter negari, de coha. cleri. & mu. c. tua, & c. vestra. & in tali
135 † quis nō auditur appellans, de appel. peruenit, & statur simplici assertioni officialis, 4. q. 4. §. aliquando. nec requiritur scientia omnium, sed sufficit scientia plurium, infra e. de manifesta. & hoc dicit glo. vsque ibi, est autem. ibi glo. quærit, quotuplex factum sit notorium: & respondet quòd est triplex: primo quoddam est factum cōtinuum siue permanens: quoddam interpellatum: quoddam statim transiens: & hoc vult glo. vsque ibi, in notorio facti. ibi glosa quærit, an in no-
136 torijs requiratur ordo † iuris, præsertim probatio. Et respondet quòd in notorio facti continui nullus requiritur ordo iuris, & sic nulla probatio: in notorijs facti interpellati requiritur semiplena probatio, de vsuris. cum in diœcesi. In notorio actus momentanei illud potest probabiliter negari, de sorti. c. ex tuarum. in parte decisa. Sed hoc vult glo. vsque ibi, noto-
137 rium iuris. ibi glosa examinat, quid est † notorium iuris: & respondet quod est illud, de quo aliquis est condemnatus vel confessus: & de isto notorio requiritur qñque probatio, vt in c. sicut. de re iudi. Item dicit, quòd per confessionem non fit notorium aliquando, sed oportet quòd sit etiam conuictus, 4. q. 6. §. nullus. Et hoc dicit glo. vsque ibi, notorium pre-
138 sumptum. ibi glo. ponit quid est † notorium præsumptionis, & dicit quòd est illud, quando quis publice habitus est pro filio alicuius, & ibi non requirirur aliquis ordo iuris, vt in c. fi. de fil. presby. dicit tamen, quòd illud, quòd sit quis filius alterius non potest vere probari, vt l. Lutius. de condi. & demon. Ista sunt verba formalia totius glosæ vsque in finem. Pro cuius intelligentia octo sunt singulariter examinanda: Et primo videamus, quotuplex sit notorium: Præmittendo primū, quòd aliud est notum, & aliud est notorium, vt not. glo. in l. 1. C. qui & aduersus quos. & in l. 3. §. eiusdem. de testi. in 1. gl. in fi. Habemus. n. in ista materia positiuū, cōparatiuū & superlatiuū, in noīe est not⁹ notior notissimus. In aduerbio, notū, notius, notissimū, aliàs notissime. Sed dicamus de notorio in superlatiuo: Et dñs meus Butr. vt ostendit quomō notoriū causatur, effundit in cap. vestra. multa verba superflua. Nam vult ostendere quomodo animus iudicis deducatur ad sciētiam rei, ponens quid sit occultum vel pene occultum, seu secretum, quæ plenissime examinaui s̄. in glo. post materiam famæ super illo, quid sit manifestum. & etiam quomodo veniatur ad scientiam, dixi plene super textu cap. vestra. de coha. cle. & mu. cum dixi, quid est scire, præsertim indubitanter, vbi dixi quòd etiam aliqua possunt sciri indubitanter, quæ tamen non sunt notoria, vt quando iudex vel alter ducitur ad firmam fidem seu credulitatem, per quę credit deducta esse s. vera, & tamen ista possunt non esse notoria, quia deducta in iudicio, ita quòd contra eam nihil obijci potest, vt not. Doct. in c. cum speciali. §. porro. de appella. vnde aliqua possunt sciri a iudice, & apud eum nō sunt notoria, vt si vidit coram populo vt priuatus hominem interfici, licèt illud foret notorium, non tamen constaret iudici notorie, vt statim dicam. Et ideo ista inuestigatio domini mei qualiter per iudicem ad rerum scientiam perueniatur, non est necessaria ad discutiendum, quotuplex sit notorium, quia per ista non cōcludit nisi notorium actus iudicialis, sed eius quod est extra iudicium non complecteretur. Et quia per ista membra non habemus modum essendi & eius partes, sed solum modum probandi & in iudicio deducendi. Concludit tamen ipse, q̃
139 † notorium est duplex, quoddam facti & quoddam iuris, & illud quod est iuris, quoddam descendit ex probationibus, & quoddam ex iuris dispositione: & quoddā fictionis vel præsumptionis.

sumptionis. Ego autem credo, quòd in genere notorium sit tantum vnum, & hoc dicatur notorium iuris: Nam quòd aliquid dicatur notorium, sic nominetis, istud est demum iuris
149 dispositione, quia hoc nomen notorium est adiectiuum qualitatis, vnde rei cui adiungitur plenissimam noticiam facit: & subdit ex iuris dispositione & à communi vsu gentium, a quo nomina oriuntur, vt l. Labeo. ff. de suppel. lega. ibi enim non ex opinionibus singulorum. No. in l. si quis in fundi vocabulo. de le. 1. & istud nomen notorium a iure introductum
140 descendit ex factis, quia ex † factis ius oritur, l. si ex plagijs. §.
141 in cliuo capitolino. ff. ad l. Aquil. Sed res † debet denominari potius a causa efficienti & proxima quàm materiali & remota, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. Sed in proposito ex facto ius oritur, & ex iure nascitur nomen notorij: vnde omne notorium debet dici notorium iuris, non facti, sicut ius naturale denominatur a natura, quæ est causa efficiens, & ius diuinum a diuinis seu a Deo, & ius gentium, quia descendit a iure gentinm, vel ab vsu gentium: vel ius ciuile, quod omnis ciuitas sibi statuit, l. omnes populi. de iusti. & iure. & raro fit denominatio a materia, nisi aliquando vt de peculio & insti-
142 toria. Sed quot † sint species huius notorij iuris a facto causati, dico quòd principaliter sunt duæ, vnum quod oritur ex factis in iudicio celebratis, & istud dicitur notorium iuris iudicialis: illud autem facti extra iudicium celebrati, illud potest esse triplex, nam quoddam est ex facti continuo permanentis, vt quòd ducale palatium Venetijs sit apud ecclesiam
143 sancti Marci. ¶ Aliquando est factum, quod habet † causam interpellatam, & quòd aliquis sit fœnerator vel vsurarius notorius, quia fœneratus fuit pluries vidente maiore parte populi: & istud vocatur notorium facti interpellati, quia in re-
144 quirentibus † factum hominis actus dicuntur habere causam discontinuam, l. foramen. ff. de serui. vrb. prædio. licèt si teneret altare paratum, semper posset dici notorium facti conti-
145 nui permanentis. Tertium est notorium facti † transeuntis, & momentanei, vt Christum fuisse crucifixum, & Constantinum fuisse primum publicum Christianum Imperatorem. Ista sunt tria notoria facti extraiudicialis. Alia sunt notoria,
146 quæ fiunt in iudicio, vt † quando quis est confessus & conuictus vel condemnatus per sententiam, quæ sit appellatione suspensa, aut per testes vel instrumenta, quæ fiunt in iudicio, quando pro probatis habẽtur, aut omnia alia, ex quibus aliquid constet iudici indubitanter, & hoc vocatur notorium iuris iudiciale, quia oritur in iudicio, in cap. tua. & cap. fi. de coha. clerico. & mulie. & dicitur notorium iuris, quia ius hoc operatur, & quatenus est superatus duobus vel tribus testibus, potest dici notorium iuris naturalis, aut diuini, quo cautum est, quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum, de testa. relatũ. de iudi. nouit. & de testi. in omni negocio. vel conuictus instrumentis tunc posset dici notorium iuris dispositione, quia quod detur fides voci mortuę est de iure positiuo, nota. de fide instru. cum Ioannes. & cap. cum P. tabellio. & ista possunt vocari notoria probationis vel fidei: sed si ex improbatis in iudicio surgeret aliqua iuris dispositio, vt si probatum est, possessiones esse in parrochia sancti Martini, tunc rector illius parrochiæ fundaret intentionem suam de iure communi, & vocaretur istud notorium iuris dispositione, de restitu. spolia. cap. ad decimas. lib. 6. Et si ius disponeret
147 † præsumendo vel fingendo, tale diceretur notorium præsumptionis vel fictionis: Et ex istis concluditur, ꝙ notorium in genere sumptum sit tantum vnum, & illud vocetur notorium iuris. ¶ Secundo concluditur, quòd omne notorium ex facto oritur. ¶ Tertio concluditur, ꝙ notorium iuris, quod ex facto oritur, aliquod oritur ex facto extraiudiciali, & aliud ex facto iudiciali: Et quod oritur ex facto extraiudiciali potest habere aliquando causam continuam & permanentem, & aliquando causam interpellatam, & aliquando solum momentaneam & transitoriam. ¶ Notorium vero, quod oritur ex factis in iudicio, potest diuersimode nominari, secundum quòd prædixi. Et ex istis patet responsio ad primum quæsitũ glosæ, quotuplex sit notorium, & quot sunt eius species. Est
148 tamen † attendendum, quòd istud, quod appellatur notoriũ, appellatur in iure alijs varijs & diuersis nominibus, quoniam aliqñ dicitur manifestum, vt in isto c. & in cap. de manifesta. infra. & cap. quæ Lotharius. aliqñ dicitur apertissimum, aliquando euidens, & aliquando notum: quæ omnia & plurima alia sunt nomina generis, vt dixi supra in materia manifesti, vbi dixi de verbo indubitato, & de verbo liquido, & de verbo euidenti, & de verbo palam. ¶ Nunc restat videre, quid sit notorium, & quomodo diffiniatur. Et Ioan. Cald. & Dameus referunt multas diffinitiones antiquorum: Et primo notoriũ
149 est † probatio indubitata & finita nulla discussione egens; Sed ista diffinitio surripit nomen probationis, prout capiunt Legistæ & Canonistæ, videlicet pro probatione, quæ debeat fieri iudici, vt l. procur. ff. de eden. & l. si quando. §. sed cum oporteat. ff. de testi. & vt ista non esset bona, quia an aliquis sit concubinarius notorius, potest constare ex facti extraiudicialis euidentia, vt quia teneat concubinam publicam omnibus videntibus, adeo quòd si hoc non esset in iudicio deductum, nec in eo aliqualiter probaretur, tamen talis vt notorius fornicarius posset in diuinis cuitari, vt in cap. vestra. & cap. tua. & cap. fi. de coha. cleri. & mulie. ¶ Item quia per istam diffinitionem si loquitur de probatione iudiciali, nõ cognosceremus modum essendi notorij, sed modum probandi, vt
150 deducendi in iudicio: sed diffinitio est † oratio substantiam rei diffinitæ significans, secundum Boetium: vel secundum glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. est plurium rerum breuiter siue summatim facta traditio: vel secundum Philosophum secũdo Ethi. põt esse illa, quæ iudicat quidditatem seu substantiam rei, & quæ conuertitur cum suo diffinito, l. 1. §. dolum. ff. de dolo. ¶ Item secundum hoc nõ esset notorium, nisi postquàm foret deductum in iudicio, quod est falsum, vt probant textus in dicto cap. vestra. & cap. tua. & c. fi. Sed sumendo verbum probatio, secundum Papiam & Grãmaticos, prout probatio est demonstratio, & prout probare est monstrare, seu planum facere, seu argumentare, adhuc non videtur bona, quia per confessionem in iudicio fit explanatio rei confessatę, & tamen illa non est probatio, sed releuatio a probatione, vt no. Legistæ & canonistæ in rubrica de probat. & cum dicit, nulla discussione indigens. adhuc non videtur bona, quia saltem ista qualitas, quòd sit notorium, aliquando debet probari iudici, vt patebit ex his quæ infra dicam, & no. Legistæ in l. 1. C. qui & aduersus quos. & in l. ea quidem. de accusa. & ideo ista etiam in genere diffiniendo notorium nõ est bona, per illa quæ infra dicam contra diffinitionem, quam dat ipse D. Anto. licèt istam sequi videatur. Preterea ista non conuertitur cum suo diffinito, ergo non est bona, dicta l. 1. §. dolum. ff. de dolo. nam illud, quod quis est confessus in iudicio, vel de quo quis est conuictus per iuramentum, est notorium, & tamen istæ non sunt probationes, sed releuamen ab onere probandi, vt prædixi. Item veniendo ad diffinitionem notorij facti in specie secundum antiquos, ita diffinitur: Notorium est publica & famosa vox prouenions ex euidentia rei, quæ nulla tergiuersatione celari potest, l. si vicinus. C. de nup. & in cap. tua. & cap. quæsitum. de coha. cleri. & mulie. Ista pariter non est bona, quia istud verbum publica, exponitur id est populica, l. 3. ff. ad Macedo. & supra dixi, cum retuli, quid est publicum: vbi dixi, quòd publicum est illud, quod fit in populo, sed non in maiori parte populi, quia tunc transiret in notorium, vt probat textus in dicto cap. tua. dum dicit, si publicum, ita quòd notorium. & etiam in c. cum dilectus. de pur. cano. Item pone, quòd nihil diceret in populo, quòd palatium ducis sit apud sanctum Marcum, per hoc tamen non minus constaret esse notorium: Iura enim ad hoc, vt aliquid sit notorium facti, non requirunt vt publice dicatur, vel fama sit, sed exigunt quòd sit ita euidens, quòd negari probabiliter non potest, vt dicto cap. vestra. & cap. tua. Et quia aliud est
151 publicum, & aliud notorium, quia omne † notorium est publicum, sed non conuertitur, vt dicto cap. tua. & cap. cum dilectus. Et ideo si testis diceret aliquid esse notorium, ex eo ꝙ habet rei euidentiam seu permanentiam, quæ ab omnibus videre seu videri potest, certe iste testis probaret, etiam si nõ diceret ꝙ audiuit dici a maiori parte populi, prout est necesse quòd dicatur in probatione famæ. Alij, vt Vinc. diffiniunt, Notorium est facti, quod factum esse non dubitatur a populo, vel a maiori parte populi. Ista diffinitio videtur prima facie bona, diffiniendo factum extraiudiciale, siue sit facti permanentis, & ꝙ Palatium ducis sit apud sanctum Marcum, vel ꝙ factum sit momentaneum, & ꝙ Christus fuit crucifixus, & infinitum illud esse denotat omne tempus, vt l. 5. §. stipulatio. de verbo. obliga. & sic comprehendit factum momentaneum præteritum: & illud etiam quod habet causam permanentem. Ego tamen credo, ꝙ ista diffinitio non sit bona: Nam si factum est iudiciale in iudicio gestum, ego non credo ꝙ in illo sit opus, ꝙ sciatur a maiori parte populi, sed sufficit ꝙ sit notorium in iudicio. Idem credo in facto extraiudiciali, vt ista diffinitio non sit bona, quia non ponit genus & differentiam,

tiam. Item quia non dubitare aliquid, est illud credere, vt l. 2. §. quod obseruari. & ibi glo. in verbo, credidi. est de iuramento calumniæ, sed populus posset credere vnum falsum in casu legis Barbarius. de offi. præsi. vbi populꝰ credidit falso Barbarium illum esse liberum: sed notorium non potest esse nisi
152 de eo quod est verum, quia in hoc diffet † notorium a fama, quia fama est communis opinio, quæ plerunque a certa scientia sed sæpenumerò a suspicione sola, & plerunque etiam ab incerto auctore prouenit, vt dicit glo. hic, & in dicto cap. vestra. sed notorium procedit ex certa scientia, non dico vnius vel duorum, sed maioris partis populi: ergo semper fundatur super vero: & ita concludunt Domini de Rota sua conclusione 322. ¶ Alij, vt Collectarius, dicunt ꝙ notorium facti est illud, quod quotidie viget, & in præsenti est publicũ: Ista etiam non est bona, quia non omne publicum est notorium, vt dicit textus in d. cap. tua. dum dicit, publicum, ita ꝙ merito possit dici notorium. Item ista nõ ponit genus & differentias. Alij, vt Specu. dicunt, ꝙ notorium facti est, in quo fama præbet adminiculum, & ipsa rei euidentia protestatur, quia ita oculis omnium vel maioris partis se exhibet, ꝙ tergiuersatione celari non potest. Sed ista non est bona, per illa quæ dixi supra in reprobatione secundæ diffinitionis. Item non est vera in facto iudiciali, per ea quæ supra dixi. ¶ Item non ponit genus & differentias. Do. autem Bald. in l. ea quidem. C. de accusat. sic diffinit notorium in genere: Notoriũ est communis & indubitata certitudo rei, de qua quæritur in dubium fidem faciens. Ista etiam non est bona, quia si ipsa communis & indubitata certitudo esset inter quatuor vel quinque, ista non faceret notorium, per illa quæ dicam infra. Nec alia sua specialis diffinitio est vera, dum dicit, quòd notorium quod sic se exhibet vulgo, quod negari seu inficiari non potest. Ista non ponit genus & differentias, & est potius descriptio quàm diffinitio: & similiter aliæ diffinitiones, quas ipse ponit, non sunt veræ. Butrius dicit, ꝙ istæ diffinitiones deficiunt, quia aliquæ non ponunt genus & differentias, & aliquæ potius describunt quàm diffiniunt, & aliquæ non ponunt omnia requisita notorij, & aliquæ non diffiniunt simpliciter notoriũ facti: & quæ sunt illæ de pluribus. ¶ Butri. autem diffinit sic notorium facti dicens: Notorium facti est finita & communiter indubitata probatio non mediata natura facti vel rei continue intepellatim aut momentane è oculis omnium aut maioris partis ista se exhibens, ita ꝙ nulla tergiuersatione celari potest, aut negari, vtpote cuius vniuersus populus vel maior pars eius testis esse potest: vt sumitur hæc diffinitio secundùm eum ex textu cap. cum dilectus. de purga. cano. & in c. tua. & cap. fin. de cohab. cler. & mulie. cui concordat Archi. de appell. Romana. lib. 6. in verbo notorio. Sed ista diffinitio non est bona, primo qa obstant ipsi plura, quæ supra dixi contra primam diffinitionem, quia si capitur probatio pro illa, quæ fit iudici vel in iudicio, tunc ista non esset bona, per ea quæ dixi in reprobatione primæ diffinitionis. Sed sumendo verbum probatio, pro demõstratione siue ex probatione, adhuc non esset bona, quia secundùm dialecticos est illa, quæ fit propter quid, non propter quia sic est. Sed si capitur pro explanare, seu planum facere, adhuc non est bona, quia dicit ꝙ est probatio finita: sed si negatur notorium esse, oportet ꝙ de hoc fiat probatio iudici, vt not. in l. 1. C. qui & aduersus quos. & glo. in c. 1. de offi. deleg. lib. 6. Nec est bona responsio, ꝙ ipsum factum de se est notorium & non indiget probatione facti: & hoc modo dicitur indubitata probatio, ꝙ ius exigat probationes qualitatis facti. Sed ista non est bona solutio, quia notorium est adiectiuum qualitatis, vt dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de notorio. Vñ probare notoriũ nõ est nisi ꝓbare qualitatẽ, quia ipsum notoriũ est qualitas, & ideo dicere ꝙ notoriũ est ꝓbatio, nõ est dicere aliud nisi ꝙ est probatio qualitatis: vnde si negatur qualitas, negatur ipsa probatio notorij, & sic negatione talis probatio fit dubia, & non est probatio finita: & ideo quando est probanda ista qualitas, non est probandum aliud quàm notorium, & sic probatio non est finita.
153 Ego † autem sic diffinirem: Notorium est adiectiuum qualitatis & iuris dispositio descendens ex facto alij extraiudiciali continuo, aliquando interpellato, & quandoque momentaneo & transeunte, aut ex facto iudiciali causante aliquid manifestũ, cui adheret, qd plenissimã notitiam omnibus seu maiori parti populi faciat, ita ꝙ nulla possit tergiuersatione celari. Ideo autem dixi adiectiuum qualitatis, quia notorium per se non est substantia, sed est qualitas inhærens facto, cui adhæret, & est nomen a iuris dispositione & vsu gentium causatum, a quibus appellatiuorũ impositio nominis deriuatur vt l. Labeo, de suppel. lega. Nota. in l. si quis in fundi vocabulo. de leg. 1. Et dixi notorium adiectiuum qualitatis, vt denotem genus & differentias, quia diffinitio debet continere
154 † genus & differentias, vt not. in l. 1. ff. de testa. & in l. omnis diffinitio. de reg. iur. habemus enim in isto adiectiuo positiuum comparatiuum & superlatiuum: Nam primo in nomine dicitur notus notior & notissimus: in aduerbio vero habetur notum notius notissimum vel notissime. Medium tamen istud notius non est in vsu, vt patebit infra eo. c. notum. & debet scribi sine h. quia si scriberetur cum ista littera h. quæ esset posita inter t. & v. tunc denotaret aliquem filium illegitimũ, vt not. in c. nisi cum pridem. §. personæ. in fi. in verbo nothos. & ita no. Ioan. And. in addi. in tit. de notorio. §. iam de notorio. parum post prin. Est enim aliud notorium, & aliud notũ: & in isto adiectiuo ponitur genꝰ notitiæ manifestũ, & ponitur ipsum notorium, ꝙ est differentia & plenissima probatio in superlatiuo. Et ideo dixi in facto descendens extraiudiciali, ad differentiam notorij, quod oritur in iudicio. Et dixi cõtinuo vel interpellato aut momentaneo, vt denotem a quibus factis ortum habet, quia non solum oritur ex facto habẽte continuam euidentiam, vt ꝙ palatium Ducis sit apud sanctum Marcum, sed etiam ex facto interpellato, sicut est ꝙ cs feneretur publice coram populo pluries: siue ex facto momẽtaneo & transitorio, vt Christum fuisse crucifixum, vel aliquẽ fuisse coram populo interfectnm. Et per istam damnat D. Anton. sententiam Barto. quam ipse dicit, quòd ipse ponit in l. illicitas. §. veritas. de offic. præsid. & in l. si vero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogã. & in auth. qui semel. C. quõ & quando iudex. & in l. ciues. C. de appel.
155 dicit enim, quòd Bart. tenet, quòd † factum interpellatum & momentaneum non potest transire in notorium, sed tantum potest esse manifestum, ff. de iudi. l. ad peremptorium. Et dicit, quòd hoc etiam sensit Archi. in cap. Romana. §. vniuersitatem. de senten. excom. lib. 6. & Ioan. Mona. minor vel iunior, vt refert Ioan. And. in cap. cum C. laicus. de fo. compe. lib. 6. Sed salua reuerentia domini mei, Bart. in §. qui pro rei qualitate. refert solum Butri. qui dicebat quòd iure factum momentaneum transibat in notorium, non autem dicebat absolute, quòd non transiret in notorium, & ideo Ia. But. cuius originaliter fuit istud dictum, non dicit vt refert D. Anto. sed dicit vt refert D. Bar. in l. ciues. C. de appel. quòd illa, quæ nunquàm habuerunt actum permanentem, vt vox præconis, quæ paucis innotescit, dicta auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. talia non possunt transire in notorium, sed illa quæ habuerũt actum manentem quamuis transitorium & momentaneum, ista bene possunt transire in notorium: & istud dictum credo verũ, quando est factum non habens causam manentem, & vox præconia, quoniam illa fit coram paucis, illa non possunt transire in notorium: secus si fieret coram maiori parte populi, vt si aliquis blasfemaret Deum in præsentia populi, illud bene esset notorium, licèt nunquàm habuit actum manentem. Est ergo vera doctrina Ia. & Bar. ꝙ factum, quod nunquàm habuit causam manentem, factum coram paucis non potest transire in notorium: factum autem habens causam manentem etiam momentaneum, vt homicidium commissum in conspectu populi, & passio Christi ista est notoria toti orbi, quia eius vera scientia est certa, & est in mente homini certitudinaliter reseruata, vt dixi in summa, in quæstione qualiter conseruetur notorium. Ita intelligo istas opiniones. Concludo, quòd factum transitorium & interpellatum & momentaneum, quod habuit aliquam permanentiam, si fuit factum coram maiori parte populi transit in notorium, secus si coram paucis: dixit tamen Innoc. in c. veniens. de verbo. significa. lib. 6. ad finem, quòd notorium non est de actu præsenti, vel de eo quod est de proxime ꝑteritũ: Sed istud debet intelligi, nisi quando illa certa scientia præteriti sit in mente populi certitudinaliter reseruata, sicut est quòd Cæsar fuit, & Christi passio Et ista sunt de mente Dominorum de Rota in dicta conclusione 322. & ego dixi supra in summa, in quæstione, qualiter conseruetur notorium. Et ideo dixi in diffinitione aut iudiciali, vt comprehendat notoria, quæ surgunt in iudicio siue per confessionem, aut quia aliquis sit conuictus & condemnatus: Ideo etiam dixi, causante aliquod manifestum, quod plenissimam notitiam faciat. Nam manifestum est nomen generis, vt dixi supra in materia manifesti: Et quando facit plenissimam notitiam,

tunc

tunc transit in notorium, & sic ponitur genus manifesti, & differentia quod est notorium species manifesti. Et dum subditur, ita quòd nulla possit tergiuersatione celari, dixi ad differentiam illius notitiæ, quæ negatione potest offuscari, & fieri dubia, & adhuc indiget discussione; sed notoriũ est quod nullam habet dubitationem. Non obstat prædictis si dicitur,
156 quòd † negatione fit res dubia, l. 3. C. quibus ad liberta. proclama. non licet, & nihil videtur esse ita clarum, quod in dubium reuocari non possit, vt in Auth. de tabel. in princ. Nam, ad hoc respondent quidam, quòd notorium durat, donec negatione non reuocetur in dubium: procedit ergo notoriũ, quando pars non negat vel absens est. Sed istud dictum non est verum, & destrueret totam materiam notorij, quia esset dicere, quòd foret in potestate aduersarij semper annullare notorium, quod est contra l. 3. ff. de eo quod certo loco. vnde melius est dicere, vt dicunt Doc. in l. post rem. ff. de transac. quòd tunc negatione non fit res dubia, quando in contrarium sunt probationes manifestæ, & maxime quando est notorium: Ita dicit Bar. in dicta l. post rem. & no. in l. 1. C. de procura. vbi Doc. dicunt, quòd negatione res non fit dubia ad commodum negantis: vt no. in dicta l. 1. & l. non solum. §. qui alieno, ff. de procur. Immo plus dixit Archid. quòd quando illud, quod negatur, habet præsumptionem contra se, tunc negatio non facit rem dubiam: Ita no. Archi. infra in §. quando autem. & idem si negetur extraiudicialiter, tunc negatione non fit res dubia. No. idem Archid. 11. q. 1. quia res. Si autem negatur notorium, tunc si negatur factum & non qualitas, & tunc negatione non fit res dubia propter veritatem notorij, vt in cap. ad decimas. de resti. spolia. lib. 6. no. Innoc. in duobus locis de verb. signifi. ex parte, & de censi. cum venerabilis, & glo. in cap. 1. de offi. deleg. lib. 6. Hæc vera, nisi negatio haberet aliquam causam annexam & euidentem, vt dicto cap. ad decimas. vt puta petuntur decimæ ab eo, qui habet possessiones in parrochia: Notorium iuris dispositionis est, quòd ipse teneatur ad decimas: sed si esset aliquis, qui allegaret exemptionem a Papa, & ostenderet, offuscaret illud notorium nõ ex sola negatione, sed ostendendo signa exemptionis: sed si negatur qualitas, vt quia dicatur, quòd non est notorium iudici, tunc ex negatione reuocatur in dubium quantum ad iudicem, vt non possit procedere tamquàm super notorio, nisi iudex de ista qualitate se informet, vt not. glo. in cap. 1. de offi. deleg. lib. 6. Et cum ista sententia transeunt hic Cal. & D. meus. Sed istud non credo absolute verum: quid enim si negaret aliquis esse notorium, quòd palatium ducis sit apud ecclesiam sancti Marci, vel aliquis inquisitus de hæresi negaret Christum fuisse crucifixum, an per ista reuocaretur in dubium ista qualitas? Certe ego non credo, quia postquàm ista constant esse notoria toti populo, ergo constaret iudici vt iudici, & sic nõ fit offuscatio per negationem nec ipsum factum, nec qualitas facti, cum probationes constent in contrarium, iuxta notata in l. post rem. ff. de transac. & ita dixerunt aliqui, quòd † notorium facti continue
157 permanentis non offuscatur per negationem etiam quantum ad iudicem. Sed ego credo idem in omni notorio etiam momentaneo, vt quòd Cæsar vsurpauerit romanam libertatẽ, & Constantinus fuerit primus publicus Imperator christianus, & quòd Christus fuerit crucifixus. Sed quando factum potest in dubium reuocari, vtrum sit simpliciter publicum, an vero tale, quòd etiam transeat in notorium, nec apparent probationes in contrarium huius qualitatis, quòd sit notorium, vt saltem illa qualitas notorij probanda sit iudici, & ita procedit glo. in dicto cap. 1. de offi. deleg. lib. 6. & per prædicta dicta Doc. Item dixi in diffinitione, omnibus seu maiori parte populi. ideo dixi, vt euitarem illud, quod constaret quinque aut sex personis, & vt ostendam quòd debeat toti populo innotescere: Nam textus in cap. cum dilectus. de purg. cano. dicit, maior pars populi viciniæ. sed tex. 2. q. 1. cap. scelus. dicit penè totius orbis vndique &c. textus & glo. 2. q. 1. de manifesta. dicit, denotat plurimis. & ibi glo. argumentat, quòd non est opus quòd sit in scientia omnium, sed sufficit quòd sint decem: Et hoc tenet Cy. post glo. præ-
158 dictam in dicta l. ea quidem. C. de accusac. quia decem † faciunt turbam, l. præter. ff. vi bo. rap. & factum in turba dicitur notorium, secundum eum; quare videtur, quòd in vna vicinia vel in vna villa decem sufficerent, sed non in ciuitate Venetorum, vel in ista ciuitate. Alber. autem de Gand. dixit, ꝙ erat arbitrarium, quot homines facerent notoriũ, postquàm non erat in iure determinatum, arg. l. 1. §. 1. ff. de iure delib. Innoc. vero in cap. vestra, de coha. cleri. & mulie. dixit, quòd maior pars gentium requiritur respectu minoris, non respectu totius populi: vnde dicit, quòd habere probationes triũ testium vel tot testium, quòd fit impossibile aduersarium habere totidem contra, quod illud dicetur notorium, & istud sequitur hic Ioan. And. sed hoc non tenet hic D. Ant. de But. & bene, quia esset possibile, quòd duo vel tres essent informati, & non inuenirentur tot contrarij, & tamen istud non est notorium. Ego autem credo, quòd debeat esse notorium inter illos, qui scire debent, vt dixi supra in materia famæ, in quæstione quæ incipit, sed potest dubitari in quo loco. & ideo si quæritur notorium eius, quod fit in populo, requiritur maior pars populi, vt dicto cap. scelus. ibi, omnibus manifestum. Sed si esset factum, quod geritur in vicinia, tunc sufficit maior pars viciniæ, dicto cap. cum dilectus. de purgacano. Sed si esset eorum, quæ aguntur inter obstetrices, tunc esset notorium, qd̃ ex certa scientia sciretur inter maiorem partem obstetricum, sed quot debeant esse obstetrices, hoc est arbitrarium in arbitrio iudicis, qui forte deberet arbitrari, ꝙ ad minus sint decem homines, vt dixit glo. in dicto cap. de manifesta. & Cy. in l. ea quidem. C. de accusa. & ideo si factum respiceret prouinciam, requireretur scientia maioris partis prouinciẽ: Et similiter si factum regni, maior pars regni, vt dicto cap. scelus. ibi, totius orbis. & idem esset, si requireretur factum parrochiẽ, vt sit notoriũ quod scit maior pars parrochiæ scientis certitudinarie, quia viderit vel præsens fuerit: & in hoc differt a probatione famæ, vt appellatur tunc populus, qui habitat in parrochia vel vicinia, dicto cap. cum dilectus. Non ob. si dicitur, ergo si ista qualitas notorij est probanda, ergo notorium non facit plenissimam probationem, cum adhuc indigeat alia probatione. Quia ego dixi in diffinitione, quòd causat manifestam rem cui adhæret, quod plenissimam eius notitiam facit; dico quòd ipsius facti, cui adhæret: Nam istud, quòd probetur qualitas notorij, non facit dubium super facto, quia quod sit factum non est opus ꝙ probetur, sed debet probari solum ista qualitas, quòd factum sit notorium: ista probatio non facit minus quòd factum non sit indubitatum, ita quòd negatione vel tergiuersatione celari possit: sed bene istud est verum, quòd notoriũ non est probatio indubitata & finita, vt dicit But. quia saltem debet probari ipsa qualitas, quòd sit notorium, & sic sua diffinitio non fuit bona: Et ex his dicunt hic Doc. quòd si iudex posset procedere ad alicuius instantiam super aliquo facto tamquàm super notorio, & opponeretur ꝙ non esset notorium, si aliter nõ probaretur ista qualitas notorij, iudex absoluat reum ab instantia, quasi inepta fuerit probatio, & postea audiet partes iuris ordine obseruato, de iudi. examinata. & ista procedunt tam in ciuilibus quàm in criminalibus, quia eadem ratio est in vtraque: & ista sunt vera, quando procedit ad instantiam partis, vt non valeat processus non probato de qualitate notorij: Sed si processisset ex officio, tunc processus non esset nullus, quandocunque postea constaret de notorio: ꝙ autem sit opus, ꝙ constet esse notorium, sunt gl. in l. 1. C. qui & aduersus quos. in l. ea quidem. C. de accusa. & in cap. 1. de offi. deleg. lib. 6. Non obstat prædictis si dicatur, ꝙ videtur notorium negatione fieri dubium ex aliquibus circunstantijs: pone enim aliquem occisum in conspectu populi, forte potuit occidi, quia transfuga ciuitatis, l. 3. §. transfugas. ff. de sicca. vel fecit tamquàm lator, vel tamquàm iudex interfecit, 23. q. 5. cum homo. & c. non est crudelis. cum similibus. vel si dicat fecisse se defendendo, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iure, nam ista non efficiunt notorium, nec effectum procedendi super notorio, quia debet attendi natura facti: Si enim factum est malum, & arguit maleficium notorium, vel si factum notorium arguit bonum, tunc qualia demonstrantur, talia præsumuntur, nec ex circunstantijs allegatis offuscantur, vt l. 1. §. diuus. ff. de sicca. sed si vellet se cum talibus excusationibus tueri, admitteretur f̃m Doc. ad eas probandas interimque proceditur super notorio, de offic. deleg. c. ex parte. de accusa. qualiter & qñ. in §. debent. & de iudi. cle. pastoralis. Itẽ qñ negatur qualitas notorij, tũc iudicium habet mixtam naturã, nam respectu istius negationis exigitur ꝓbatio, sed fit sine lit. cont. vel alio ordine iudiciario: & ideo qñ opponuntur crimina notoria contra electum, proceditur ꝑdicto mõ: & idem si opponitur crimen ꝯ testẽ: allegant Doc. de ele. venerabilẽ. de accusa. super his. & de probatio. licet causam. & poterit recipi in absentia & ꝓbari, de appel. interposita. in §. fi. dixi ẽt in diffinitione, ꝙ nulla tergiuersatione celari possit, & ad alium finem quàm supra dixerim, quia oportet ꝙ factũ illud, quod transit in notorium, in loco & tempore sit ita manifestum, ꝙ testes veritatem rei bene percipiant, & falli non
161 possit: & ita oportet ꝙ fiat in loco publico, ita ꝙ factum sit publicum, & in conspectu tantorum, ꝙ meritò transeat in notorium, vt dixit tex. in c. tua. de cohab. cler. & mulier. ¶ Item ꝙ fiat publicum ex vera perceptione facti, vel rei euidentia: nã si fieret publicum ex fama, quæ plerunque non ex rei veritate, sed ex suspicione procedit, illud non posset transire in notorium: & istud probat text. in d. c. tua. in versi. si verò publicum. Et ideo ea, quæ fiunt occulte in domibus, aut in capitulis, vbi non conueniunt nisi illi de capitulo, illa non videtur posse transire in notorium, l. consensu. §. sinautem. C. de repudijs. & in c. veniens. el 2. in fi. de testi. ¶ Item attẽdi debet
162 tempus & qualitas, vt non in tempore tenebroso, aut de nocte, de pœni. dist. 5. c. 1. & de homici. sicut dignum. Est tamen in hoc consideranda facti qualitas, quia etiam de nocte aliquod factum potest transire in notorium, vt pulsatio campanæ, quòd non eatur de nocte. Item facta in domo possunt es-
163 se notoria, vt legitur de quodam Rege Franciæ, qui cũ ægrotaret, se fecit poni in quadam sala domus suæ, & ad ipsum cõfluebat totus populus. Istud erat notorium, licèt in domo ce-
164 lebratum. ¶ Ex istis liquet, ꝙ in genere sumptum nomen notorij istud est tantum vnum quod iuris notorium debet nominari, & eius species sunt duæ principaliter, vna quæ oritur ex facto extraiudiciali, alia ex factis in iudicio agitatis, & de istis satis supra diximus: & de speciebus extraiudicialibus habentibus causam continuam siue interpellatam vel momen-
159 taneam. ¶ Nunc restat videre de notorio facti, quod † oritur ex gestis in iudicio: & quid sit, & quomodo diffiniatur: & in hoc quidam dicunt, ꝙ est spontanea cõfessio, clara probatio, iusta & iure tractabilis diffinitio. Sed ista nõ est bona locutio, nam cum dicunt, ꝙ est spontanea confessio, debebant dicere, in iudicio celebrata, quia confessio spontanea extraiudicialis regulariter non induceret notorium, vt patebit ex infra dicendis. Item dum dicunt, clara probatio. non est absolute bene dictum, quia clara probatio non omnis transit in notoriũ, & similiter spontanea cõfessio facta in iudicio, nisi postquam contra eas nihil objci potest, vt not. Doct. in c. cum speciali. §. porrò. de appel. & dixi supra in glo. summæ, & infra tangã. vel dicunt, ꝙ notorium est, de quo quis est damnatus, vel in iure confessus, vt in c. tuæ. & c. fi. de cohab. cle. & mulie. Et ista etiam non est absolute bona, quia tunc ex damnatione surgit notorium, quando illa transiuit in rem iudicatam, ita ꝙ nihil contra eam objci potest, vt dixi supra de confessione & probatione. præterea istæ sunt potius descriptiones & demonstrationes, q̃ diffinitiones, & non semper conuerterentur cum suo diffinito, per illa quæ supra dixi: quare D. Anto. de But. in c. vestra. de cohab. cler. & mulie. ita diffinit, ꝙ notorium iuris est probatio finita per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter discusso, siue aliàs notorie a iure sumpta ap probata ficta vel præsumpta: postea declarat omnia verba istius diffinitionis, quæ mihi non placet: Primo dum dixit, ꝙ est probatio finita, quia ista non comprehenderet illud, quod est notorium in iudicio per confessionem vel iuramen-
160 tum, quia † confessio & iuramentum non dicuntur proprie probatio, sed releuamen cum probatione, vt dicunt Canonistæ in rubrica de probat. Sed præsupposito ꝙ bene stent, adhuc debebat dici notorium iuris iudicialis, & nõ dicere simpliciter notorium iuris, quia vt s̃. dixi in diffinitione notorij in gñe, oẽ notoriũ est notorium iuris & iuris dispositione; sed presupponam⁹ ꝙ bñ diffiniat notoriũ iuris iudicialis, dicit ipse, ꝙ iõ dixit ꝓbatio, vt ponat gen⁹: Et cùm dixit finita, ponat speciem probationis, qñ ipsa est notoria: Nam probatio pro-
165 ut est in actu fiendi, seu postquàm est facta, sed nondum est discussa & determinata, est proprie probatio: Sed qñ contra eam nihil obijcitur, tunc non est simpliciter probatio in genere, sed est probatio probata, quæ dicitur notorium: & ideo dixit finita. Item dicit dixisse, per mediũ in iure facta, ad differentiam notorij facti, quod ex se absque alio instrumento oculis hominum se exhibet: sed hoc notoriũ iudiciale se exhibet demum per medium aut confessionis aut probationis per testes vel instrumenta: Sed istud dictum non placet, quia potest etiam esse notorium iudiciale, quod exhibet se oculis iudicis sine confessione vel probatione per testes vel instru-
166 menta, vt qñ aliquis committit delictum in conspectu iudicis sedentis pro tribunali, vt qñ testis examinatus ab eo deponit falsum, quæ falsitas appareat ex dictis suis, vel qñ vacillat, & ideo debuisset dicere, ꝙ factum ipsum siue per medium in iure facta. Subdit etiam exponendo, ꝙ ideo dicit in iure facta, quia vt probatio transeat † in notorium, oportet ꝙ sit facta in iudicio. Dixit etiam ex facto iudicialiter discusso, propter notorium, quod surgit ex sententia. Dixit etiam se dixisse, siue aliàs notorio, propter notorium præsumptionis vel fictionis. Postremo dicit dixisse, sumpta approbata dicta vel præsumpta, vt concluderet quadruplicem speciem notorij iudicialis. Nam aliquando aliquid est in iure probatum, & ius assumit illud pro plena probatione, & istud dicitur notorium sumptum siue fidei, & potest poni exemplum, licèt ipse non ponat, in casu legis si quis adulterium. C. de adulterijs. Quandoque autem aliquid est probatum in iudicio vel confessatũ, ex quo ius aliquid disposuit, vt si probatũ est, ꝙ talis domus est sita in parrochia sancti Martini. Ex hoc † surgit iuris notorium disponentis, ꝙ decimæ debeantur illi parrochiæ, de resti. spolia. c. ad decimas. lib. 6. & istud vocatur notorium dispositionis. Quandoque datur notorium præsumptionis:
163 Nam † dato ꝙ quis notorie tenet fœminam suspectam in domo, in mensa & in lecto, ius præsumit ꝙ eam cognoscat carnaliter, & hoc vocatur notorium præsumptionis. Aliud est
164 notorium fictionis † secundum eum, quando notorie cõstat, ꝙ quis contraxit sponsalia de futuro cum muliere, & postea constat ꝙ cognoscit eam carnaliter; tunc dicit, ꝙ censetur cõsummatum matrimonium, & istud est notorium fictionis secundum eum, vt in c. is qui. de sponsa. Sed certe hoc dictum domini mei non est verum, quòd istud dicatur notorium fictionis, immò est notoriũ præsumprionis iuris & de iure: Et ideo est notandum, quòd præsumptio semper est super eo, quod constat esse, & est falsum, & certum est quòd nõ est verum: sed lex præsupponit esse verum, quod est certum: non est verum, vt no. glo. in l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act. potest igitur poni exemplum, quando extraneus dat dotem pro muliere, & nulli stipulatur eam reddi, tunc lex fingit mulierem stipulatam esse sibi reddi: istud est notorium fictionis, quia lex præsupponit stipulationem interuenisse, quæ non interuenit. Istis sic ruminatis apparet, quòd ista diffinitio notorij iudicialis non est bona, vnde ego sic diffinirem: Notorium est adiectiuum qualitatis, & iuris dispositio descendens ex factis in iudicio agitatis, causans aliquod, cui adhereret adeo manifestum, quod plenissimam fidem faciat toti populo, vel maiori parti, ita quòd nulla possit tergiuersatione celari, iuris approbatione, dispositione, præsumptione vel fictione introductum. Dixi quòd est adiectiuum qualitatis, quia notorium de se non est substantia, sed est qualitas eius cui adhæret: & iuris dispositio, quia quod dicatur notorium, est ex iuris dispositione: Et ideo dixi ex factis in iudicio agitatis, ad differentiam notorij descendentis ex factis extraiudicialibus. Et ideo dixi in plurali ex factis, quia aliquando descendit ex probatione, aliquando ex confessione, aliquando ex re iudicata, vel iureiurando. & ideo dixi causans manifestum: vt ponam genus, quia demum vt dixi, ita quòd plenissimam fidem faciat, denotet illam speciem manifesti, quod est notorium: & ad differentiam manifesti generaliter sumpti. Ideo dixi, quòd nulla possit tergiuersatione celari, vt ostendam, ꝙ per ista facta tunc transit in notorium, quando nil obijcitur contra, vel obijci potest. Ideo autem dixi, iuris approbatione, vt comprehendam quatuor species notorij iudicialis, ꝓbationis, approbationis, præsumptionis, vel fictionis. Et per ista non placet domino meo illa, quæ scribit Cal. qui dixit, ꝙ notorij iudicialis erat tãtum vna species notorij præsumptionis, assignans rationem, ꝙ ius in colligendo notorium ex probationibus, cõfessionibus, vel sententijs,
165 istud semper colligit ex præsumptione, quoniam ius † probatis, confessatis seu iudicatis non adhibet fidem, nisi ex eo quod ius possunt ista vera esse, quæ possunt esse falsa, l. Iulianus verum debitorem. de condi. inde. Sed ista sententia domino meo non videtur vera, quia ꝙ detur istis fidem, non est per modum præsumptionis, sed per modũ dispositionis: & aliud est præsumere, & aliud fidem adhibere: aliàs sequeretur, ꝙ inter probationem & præsumptionem non esset littera, quod est falsum, quod patet per distinctionem titulorum. Sed ego credo, ꝙ vterq; bene dicat, quia prout ius adhibet fidem probationibus, confessionibus vel sententijs, istud
166 facit, quia præsumit, ꝙ in † talibus verum dicatur, & quod quis ore dicat quod corde gerit, l. Labeo. de suppel. leg. l. quero. in fi. de edi. edic. no. in l. Fulcinius. §. ꝙ aũt. ff. qbus ex causis in possessionem eatur. & ex istis ꝑsumptionibus colligitur notorium

notorium præsumptionis.Sed quatenus probata,confessata', vel pronuntiata habentur a iure pro veritate, vt l.3.§.ciusdē. ibi, cuiusq; rei veritas.ff.de testi. & est textus in Auth.de instru.cau.& fide.coll.7.& ibi glo.in verbo, mutatio.tunc super ista veritate præsumpta l.procedit dispositiue adhibendo fidem, & ideo isto respectu potest dici notoriū dispositionis: & verum dicit D.meus,q̃ notorium præsumptionis est, quādo solum super præsumptione ius se fundat. Sed notoriū dispositionis, quando super veritate ius disponit, & aliud sit fictionis quando lex solum fingit.¶Nunc restat habere notitiā
167 de notorio † per exempla.& primo videamus de notorio facti continui:Et dicit D.meus,q̃ Doc.exemplificant, quando clericus tenetur carceratus, per tex.c.dilectus.de appel.quod putat ipse D.meus, quando carceres se exhibent oculis omnium,secus si essent carceres occulti.Sed ego miror de his dictis, quia licèt carceres forent publici, non tamen forent notorij,quia differentia est inter publicum & notorium, vt dixi supra, & de publicis carceribus habetur in toto titulo, C.de custo.reorum.& in tit.C.de priuatis carcer.habetur qui sint priuati carceres:vno plus p̃suppositoq̃ si carceres essent noti oculis omnium, non tamen sequitur,q̃ detenti in eis sint notorie captiui,nisi constet maiori parti populi,qui sunt illi: Et ideo dicti Doc.debent intelligi, quando maiori parti populi constat, q̃ presbyter est captiuatus, & hoc siue carcer sit publicus siue priuatus:Est enim carcer publicus magistratuum, priuatus vero, priuatarum personarum, & tamen detenti in altero eorum possunt esse notorie & occulte detenti: vnde non est considerāda qualitas carceris, sed forma captiuitatis, ponunt etiam exemplum de retinente mulierem in domo,vt in c.vestra.& c.tuæ.& c.fi.de coha.cleri.& mulie.& infra in c. manifesta.Sed istud procedit in notorio facti continui, tenere mulierem,sed q̃ teneat eam loco cōcubinę istud est notorium præsumptionis, quia q̃ commisceatur ei carnaliter non potest constare nisi præsumptiue,etiam si esset homo, qui nō timeret verecundiam,qui videntes populo videretur coire cū
168 muliere:nam vt dixi in c.vestra.q̃ † quis sit fornicarius notorius, non potest vere probari,quia etiam si testes dicerent, q̃ viderunt nudum cum nuda, & virum super mulierem actus venereos exercentem, non probaretur fornicatio: forte vir erat frigidus, vel mulier ita arcta,q̃ nō poterat cognosci:vel viri membrum non intrauerat clausura mulieris:immo plus,si testis dicit, q̃ vidit viri membrum intrare clausura,nō probaretur commixtio, quia forte frigidus nō poterat semen emittere,vel erat spado vtriusq; testituli:Et ideo errat D.meus in c.vestra.vbi dicit,q̃ si esset homo nō timens verecundiam, & cognosceret mulierem coram populo, q̃ pbaretur vera fornicatio:dicens q̃ hoc tenet Archi.infra e.Deus qui.& vide in Spec.in tit.de notorio.§.notorio.ver.notorium facti permanentis. Conclusio est,q̃ ipsa retentio mulieris probat esse notorium facti continui:Sed commixtio nō potest probari, nisi præsumptiue. Ponit aliud exemplum Cal.quando quis iurauit fidelitatem domino suo,& postea contra iuramentū persequitur eum, vt de elec.venerabilem. Istud exemplum probat D.meus, quia actus persecutionis non potest esse continuus,nisi aptitudine:facit, licèt ipse non alleget,l.foramen.ff. de serui.vrba.prædio.vbi est textus, q̃ in requirentibus factū hominis, factum non potest esse continuum. Sed ego saluo Cal.quia actus fidelitatis potest habere actum continuum;nā semel recessisse a fidelitate,persistentia in illa potest esse continua, & ita forte intellexit Cal.& ista sunt vtilia, quia si aliquis retinetur captiuatus per mensem, in capite mensis potest a tali grauamine appellari, quia cum hoc habeat actum continuum violentiæ in fine mensis adhuc committitur; vnde potest appellari non obstante lapsu decem dierum a captura, vt hæc no.in l.ius eius.C.de probat.probat bene textus in l.quamuis liberum.ff.de probat.faciunt etiam nota.in l.eū qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.Potest etiam poni exemplum de eo, qui habet pontem supra viam, vel lapidē appensum, vel q̃ palatium ducis est iuxta ecclesia sancti Marci: & de habente appensum habetur in dicto §.in popularibus. ¶Aliud exemplum ponit Ioan.And.de vsu.cum in diœcesi. & illud idem ponit in addi.Spec.in tit.de notorio.de eo qui tenet altare paratum,& pannum rubeum ante hostiū, & mutuat ad vsuras. Ista sunt facti continui:quod est verum de retentione altaris & panni rubei: Sed actus mutuandi,cum requirat factum hominis,non potest actu esse continuus, aptitudine fortè sic,dicta l.foramen.nisi diceretur vsurarius continuus mentaliter.Sed istud non est probabile,quia † animus
169 hominis est inuisibilis,& non probatur nisi præsumptione ex factis exterioribus: vnde non potest esse notorium nisi præ-
170 sumptiue. Modo † sunt videnda exempla notorij interpellati,& potest poni exemplum in mutuante ad vsuras,de vsuris. cap.cum tu. Et in facto momentaneo pone exemplum in eo, qui in conspectu populi delictum aliquod committit,infra e. §.quando autem: Item quando episcopus cū apparatu transit ad aliam ecclesiam, vel quando presbyter transit ad aliam curatam, vel monachus ad aliud monasterium: Quando isti transitus fiant in conspectu maioris partis populi, secus si occulte,iuxta nota.per Innoc.de tempo.ordi.ex parte.¶ Venio
171 nunc ad exempla † notorij iuris iudicialis: Et primo fit dubium de probationibus,an probationes inducant notorium? textus videtur quòd non, in c.dudum.el 1.de elec.vbi ponit notoria separata a probatis. Sed veritas est in contrarium, q̃ probata inducunt notorium, vt in cap.fi.de tempo.ordi.vbi textus dicit, probatum vel alias notorium. quod aduerbium aliàs deriuatur a pronomine alius, quod quando ponitur inter species nō oppositas non diuersas, sed paris rationis,tunc ponit & implicat, vt no.in c.sedes. de rescrip. & sic implicat ibi tex.q̃ probationes sunt notoriæ. ¶Item est tex.in c.cum olim.& c.super quibusdam.de verb.signifi.Nam licèt ista iura appellent probata manifestum, tamen apparet in eis, q̃ manifestum capitur pro notorio,dum dicit,de probatis, confessatis,vel rei euidentia patentibus,ita q̃ nulla potest tergiuersatione celari. Nec obstat textus in c.fi.de coha.cleri.& muli. vbi dicitur solum de confessione & sententia: quia per hoc non excludit notorium probationis, de quo per illa iura est dispositum: & istud tenet glo.de accusa.euidentia:& glo.27. q.1.in summa.vltra medium glosæ.& Innoc.de fil.presby.cōstitutus.& de ap.sollicitudinem.in verbo notorium.& in cap. cum speciali.in verbo vel alio modo.Idem Archi.in cap.1.de lit.contest.lib.6. & est communis sententia Doc.quando cōtra probata nihil est obiectum, vel obijci non potest, vt dixi supra,& volunt Doc.in dicto cap.cum speciali.§.porro.& hoc quando est facta sponte, secus si metu tormentorū: pro hoc facit,quia probata in iudicio,contra quæ nihil opponitur,dicuntur probationes finitæ & probatæ, quæ inducunt notorium, no.Archid.1.dist.si lapsus, quod est verum etiam ante sententiam,licèt Alanus dixit, q̃ transeunt in notorium ante sententiam: & istud est verum,etiam si per viam exceptionis factæ sint probationes. Sed istud debet intelligi, quando de exceptione fuit plenarie cognitum: Et ideo probata in iudicio summario faciunt notorium solum in illo iudicio, non in alio plenario, no. de ordi. cogni.c.1.Et quod dixi in probationibus per testes,idē dico in probationibus per instrumenta,secundum nota.in c.cum in iure,de offi.deleg.quoniā omnia iudicialiter facta vel acta, quando contra ea nihil opponi potest,notorium inducunt,Cy.in l.1.C.de erro.aduo.Hosti. de consue.cum dilectus.& Io.And.de testi.per tuas.& de sen.
172 excom.venerabilibus.§.secus.lib.6.¶ Restat modo † videre de confessione,an faciat notoriū. In quo sic concludo,q̃ confessio facta in iudicio sponte,& cōtra quam nihil opponitur, seu opponi potest, illa facit notorium, textus est in cap.fi.de coha.cler.& mulie.& de verb.signifi.c.cum olim.Et ideo dixi in iudicio,quia regulariter facta extra iudicium non facit notorium, nisi vt dicam statim de ea. Et ideo dixi in iudicio indiffinite, vt comprehendat non solum confessionem factam in iudicio ordinario, sed etiam in summario, quia illa transit in notorium, vt supra dixi, vt no.Innoc.de ordi.cogni.cum dilectus. de excep.c.1. de confessis.c.1. de accusat.qualiter & quando.in glo.magna.in ver.nō negamus.& est ratio secundum aliquos, quia ad essentiam confessionis non exigitur tela iudicij,sed melius esset dicere ordo seu forma iudicij: Et istud est verum per tex.in cap.1.& 2.de accusa.in 6.quicquid dixerit glo.c.ex parte.de verb.signifi.vt est textus in cle.constitutionem.de elec.ad finem. In istis enim iuribus probatur, q̃ confessio facta in iudicio etiā nulla forma vel ordine iudicij præcedente, illa inducit notorium, etiam ante porrectionem libelli, immo etiam si fieret in iudicio nullo,vt in c.pisanis. de resti. spoli.& hoc quando nullitas est ex defectu processus:secus si ratione incompetentiæ iudicis, quia an habeat tunc effectum confessionis extraiudicialis, no.in c.at si clerici.de iudi.& ibi dixi. Et hæc sunt vera, siue confiteatur simpliciter, siue incidenter, dummodo confessata sint connexa eius quod principaliter fuit petitum, vt no.in cap.1.de except.aliàs non, cum iudex non sederet propter hoc: & idem si confessio esset tacita inclusa in exceptione, quia ex-
cipiens

173 cipiens † non videtur fateri, iuxta no.in l.filium.de libe.cau. quod est intelligendum, quando excipit præmissa negatione,vt si dico quòd non commisi crimen,sed si commisi feci ad mei defensionem. ¶Item dixi sponte, quia si esset metu tormentorum, non induceret notorium, & hoc quando metus inficiat confessionem,aliàs non, vt not.Innoc. de offi. deleg.cap.causam matrimonij. Item dixi, contra quam nihil obijcitur.quia si quæreretur, reuocari & erronea, non induceret notorium, vt no.Doc.in cap.speciali.§.porro.de appel. Ioan.Andr.de verb.signifi. cum olim. glo.de appel.romana. §.cum autem,lib.6.Quando ergo non possit reuocari, vel nihil obiiceretur contra eam,transiret in notorium, etiam si esset infra tempora, quod contra ea nihil obijci potest, aliàs semper exigeretur, quòd ferretur sententia, quod est contra c.fi.de coha.cleri.& mulie.Confessio autem extraiudicialis, si talis est, quæ habeat vim confessionis, quia habeat requisita, de quibus in l.1.C.de confessis.& dixi supra cap.nos in quemquàm.tunc si est facta in conspectu populi, vel maioris partis, inducit notorium,iuxta notata per Innoc.in cap. 1.de offi.deleg.lib.6.aliàs autem non inducit notorium, sed posset inducere manifestum, & ideo vsurarius, qui coram notario & testibus confessus est se vsurarium, est manifestus vsurarius,vt no.de vsuris.in c.quamquàm.lib.6.& dixi supra in materia manifesti.D.autem meus in c.vestra.ponit de effectu confessionis extraiudicialis. Sed ista non est materia nostra,dixi de iudicijs. at si clerici.

REPETITIO
IN CAP. INTERROGATVM. II. QVAEST. V.

Celeberrimi I.V.C.D.Antonij Roselli Patau.

SVMMARIVM.

1 *Confessio vnius correlatiuorum non nocet alteri correlatiuo: sententia autem absolutoria bene prodesset alteri.nu.3.*
2 *Adulteri duo masculus & fœmina non possunt eodem libello accusari.*
4 *Contrariorum eadem est disciplina.*
5 *Res inter alios acta vel iudicata alijs non præiudicat.*
6 *Pœna criminalis non est iteranda denuò.*
7 *Sententia lata ratione contumaciæ non nocet nisi ei,in quem lata est.*
8 *Sententia lata pro reo contra actorem an ei prosit quò ad alios.*
Si autem sit lata contra aliquem,qui dicitur deliquisse an alteri præiudicet pro publico interesse.nu.9.& seqq.
10 *Causæ non dicuntur fiscales, licèt pœna applicetur fisco.*
11 *Sententiarum triplex species est, quædam introductoria,quædam rescissoria,& quædam declaratoria.*
12 *Sententia in indiuiduis, sit condemnatoria vel absolutoria, nocet consocio,& prodest:intellige,vt ibid.*
13 *Sententia lata contra vnum ex reis debendi non mittitur executioni contra alium, sed remanent integræ actiones contra ipsum.*
14 *Sententiam si plures obtinuerunt contra aliquem,& ille appellauit contra vnum,an sententia lata contra illum præiudicet alijs.*
15 *Sententia rescissoria quæ dicatur.*
16 *Testamenti inofficiosi ad querelam non admittitur nisi ille, ad quem spectat successio ab intestato.*
17 *Lex imitatur naturam.*
18 *Exceptio, quòd agentis non intersit, non reddit iudicium retro nullum.*
19 *Accessorium sequitur suum principale, & ab eo dependet.*
20 *Legata conseruantur, testamento rupto per querelam, necnon & fideicommissa.*
21 *Sententia declaratoria nunquid eadem sit cum rescissoria,& idem in vtrisque concurrat.*
22 *Facta pro infectis haberi non possunt.*
23 *Sententia declaratoria in quibus casibus obsit aut prosit alijs.nu.seq.*
24 *Delicta debent tenere suos auctores.*
25 *Sententia lata super iure reali semper est declaratoria.*
26 *Sententia lata contra principalem præiudicat illis, contra quos venitur in consequentiam.*
27 *Sententia quando ius facere dicatur.*
28 *Sententia condemnatoria lata contra testem de falso non præiudicat totaliter illi, qui produxit eam nec econtra.*
29 *Sententia lata contra matrem non præiudicat filio, quando agitur de partu supposito.*
30 *Instrumentum si appareat,quòd eodem tempore quis fuit liberatus a pluribus obligationibus diuersarum rerum, & in vna parte sit repertum falsum, an in totum iudicabitur falsum.nu.31.& 32.*
33 *Sententia lata contra matrimonium an obsit filijs.*
34 *Sententia an & quando præiudicet tertio.nu.seq.*
36 *Duo quando habent titulum ab eodem, potior in iure censetur ille, cui res primo tradita fuit.*
37 *Creditor si egit hypothecaria & succubuit, an obstabit sententia debitori domino rei.*
38 *Sententia lata contra creditorem quare obsit debitori.*
39 *Sententia lata contra agentes nomine alieno non habentes mandatum ita demum obest, si ratum habeant expressè, nec sola scientia sufficit.*
40 *Causam suam qui videt agi per alium nomine suo, & non contradicit, censetur confirmare, & ille creditur ex sua voluntate egisse. num.41.*
42 *Creditor agendo deducit ius debitoris in iudicio & debitor agendo, ius creditoris.*
43 *Sententia lata contra proprietarium an præiudicet fructuario scienti.*
44 *Sententia lata contra fructuarium an præiudicet domino.*
45 *Fructuarius quemadmodum potest agere nomine domini,& eius censetur procurator, an similiter possit conueniri, & tueri.*
46 *Sententia lata contra colonum an præiudicet domino proprietario.*
47 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
48 *Vir an & quando possit prohibere uxorem ne experiatur.*
Et quando emptor uenditorem.ibid.
49 *Sententia super legitimitate uel illigitimitate an præiudicet alijs.*
50 *Spurij non dicuntur habere agnationem,nec patrem nominant.*
51 *Patris interest habere legitimos successores.*
52 *Confessio habetur pro actu uoluntario etiam in iudicio contentioso.*
53 *Iudicium debet esse trium personarum.*
54 *Filius quando agere possit possessorio, ne priuetur sua possessione.*
55 *Sententia in fauorem filij contra patrem, qui negabat ipsum esse filium suum, an obsit alijs postea uolentibus uenire ad hereditatem talis patris, ut non possint excludere eum ut illegitimum.*
55 *Sententia contra sententiam non ualet.*
57 *Exceptio rei iudicatæ an & quando habeat locum.*
58 *Sententia idem operatur quod probationes.*
59 *Actiones concernentes publicum interesse dicuntur populares.*
60 *Sententia in causa monachatus an obsit uel prosit alijs.*
61 *Accusatio contra publicum usurarium an obsit uel prosit alijs similibus.*
62 *Sententia ad hoc ut ius faciat, debet esse expressum in iure.*
63 *Sententia super ætate non præiudicat nisi citatis.*
64 *Causa restitutionis in integrum an præiudicet uel prosit omnibus.*
65 *Sententia super ciuilitate alicuius an præiudicet uel prosit in alio iudicio.*
66 *Contractus facti cum habente potestatem legis condendæ habent uim legis.*
Ita & quasi contractus qui fiunt in iudicio.
67 *Sententia lata cum aliquo ciue ciuitatis an præiudicet domino, uel ciuitati.*
68 *Creditor habet hypothecam suo nomine ex contractu celebrato cum debitore.*
69 *Sententia lata contra cedentem an obstet cessionario.*
70 *Confessio ad præiudicium tertij æquiparatur donationi.*
71 *Scientia non est necessaria, ubi est titulus lucratiuus.*
72 *Sententia lata contra locatorem an præiudicet conductori.*
73 *Sententia contra matrimonium propter consanguinitatem an obsit alij similiter coniuncto.*
74 *Sententia lata contra unum connexorum, uel ratione cohærentiæ, seu connexitatis an faciat ius.*
75 *Iudicium quando quis patitur agitari cum alio, cuius defensio principaliter spectat ad ipsum scientem, sententia lata nocet scienti & patienti.*
76 *Sententia lata contra eligentes an præiudicet electo ad beneficium uel dignitatem:& an sententia contra electum præiudicet eligentibus.nu.77.*
78 *Sententia lata contra collatorem beneficij an præiudicet ei, cui Episcopus uel capitulum contulit beneficium uel prębendam.*
779 *Iudex si pro me tulit sententiam, & postea accusetur quòd male pronunciauit,& ita pronunciatur, an mihi præiudicet.*
80 *Confessio unius an alteri præiudicet.*

INterrogatum. ¶Si vnus ex adulteris confitetur,& alter negat,confitenti iniungitur pęnitentia, & neganti iniungitur purgatio. Hoc dicit.
1 ¶Nota, quòd † confessio vnius correlatiuorum non nocet alteri correlatiuo: Sententia autem absolutoria bene prodesset alteri, secundum gl.sed condemnatoria non obesset: quod non est verum, vt dicam super ea. ¶ Solum enim hic operari videbatur confessio, vt correlatiuus hic negans altero confitente teneretur subire purgationem ferri candentis,vel aquæ feruentis, quia de tali purgatione debet intelligi hoc capitulum, vt faciat ad intentionem Magistri:sed potest dici,quòd hoc non operatur hæc sola confessio correlatiui, quæ non debet præiudicare alteri, sicut nec sententia,sed operatur hæc diffamatio, & hoc operatur hic textus, qui dicit,inculpati, qui exponitur id est diffamati,

famati, secundum glo.3.diceretur tamen correlatiuo diffamato non vulgaris purgatio candentis ferri, vt hic, sed canonica purgatio sic, vt in cap.significasti.de adulterijs.& sufficit infamia habens ortum a participatione criminis, sed non sufficit eius sola confessio, vt de testi.cap.veniens.& c.quoniam. Venio ad glosas. Gl.opponit contra istum textum de l.reos.
2 C.de adulterijs.vbi duo † adulteri masculus & fęmina non possunt eodem libello accusari: & hic textus dicit de adulterio inculpati. Glo.respondet, quòd istud verbum, inculpati, non debet intelligi id est accusati, sed debet exponi, id est diffamati; vel dic hoc contrarium procedit, quando accusaretur masculus & fęmina de eodem adulterio: sed si duo accusarentur masculi de adulterijs cum eadem commissis, tunc esset dubium, an possent plures accusari, de quo dixi supra q.1.c.prohibentur. ¶ Capio secundam glo. Glo. colligit
3 hic notabile, quòd factum † vnius correlatiuorum, vt confessio non nocet alteri: Sed istud videtur contra textum in l. denunciasse.§.fi.versi.si absolutus. vbi sententia absolutoria lata pro vno prodest mulieri: ergo etiam ita deberet nocere
4 condemnatoria, vt † contrariorum eadem sit disciplina, ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. l.1.in prin.& quod notatur de regu. iur.cap. qui sentit onus.lib.6.Glo.non respondet ad hoc contrarium, sed colligit per viam notabilis, quòd victoria vnius prodest alteri, sed condemnatoria non nocet. Ista glo.non dicit in casu istius cap.verum, vt est textus in l.adulter.§,fin.ff.de adult.sed solum est speciale in vno casu, vt sententia absolutoria lata pro diffamato adultero prosit mulieri diffamatæ adulteræ, quando ipsa erat nupta iam antequàm institueretur accusatio contra adulterum: Nam si non fuisset nupta, non prodesset sibi sententia absolutoria, vt est textus in dicta l.adulter.Et ideo si mulier fuisset accusata de adulterio, & fuisset absoluta, illa sententia non prodesset adultero, vt est textus in dicta l.adulter.vnde istud notabile glosæ non est verum. Non obstat lex possumus.§.si quis ex his.& l.loci corpus.§.competit.ff.si seruitus vẽdic.sed melius allegaret in §.si fundus.ff.si serui.ven.Nam intellectus istorum iurium patebit ex his quæ statim dicam. Nam ista pertinent ad illud dubium, an sententia lata contra vnum præiudicet alteri, vel prosit: in quo consueuit dari regula, quòd
5 res † inter alios acta vel iudicata alijs non præiudicat, de fide instru.inter dilectos. in fi.& in toto tit.C.quibus res iudi. non nocet.& C.res inter alios acta. Fallit in casibus notatis in l.sæpe.ff.de re iudi.& in c.quamuis, de re iudi.in quibus iuribus ponit ista regula, & postea fallentiæ, quos casus & similes latissime examinabo. Facit tamen, licèt non præiudicet in totum, qualequale præiudicium, vt in c.cum super.de re iudi.& l.si duo patroni.ff.de iureiuran.Et istum articulũ tangit Cy.& Doc.in l.1.C.quibus res iudi.non nocet.sed minus perfecte, ideo collige supplendo multa ad eorum dicta: Nam prosequenda sunt duo, primo regula illa, quòd res iudi. & inter alios acta alijs non obsit. Secundo examinabo fallentias, & quomodo debeant intelligi. Ad primum intuẽda sunt duo membra principalia, primo quando agitur seu tractatur de iure publico, secundo quando de iure priuato. Ad primum dicit, quòd sententia lata pro actore non prodest alij priuato etiam pro publico interesse: sed istud debet intelligi, nisi circa ea, quæ veniunt ex iuris dispositione consecutiue ad ipsam sententiam, vt puta est sententia, quæ minuit statum hominis: tunc ista vbique & quo ad omnes porrigit effectum suum, vt l.ex ea.& quod ibi no.ff.de postu. no. Innoc.in c.cum super.de re iudi.circa finem. Bar.in l.1.in penult.& fi.quæstione.C.de summa Trini.vnde per sententiam effectus infamis vel excommunicatus, vel effectus seruus pęnæ ipse quo ad omnes habebitur pro tali, quia ista comitantur talem vbique sicut lepra leprosum, vt dictis iuribus, sed non quo ad istud delictum principale, vel quo ad alia: vnde sententia lata super furto, vno agente contra Seium, proderit alijs quo ad infamiam, quæ accesorie sequitur ex sententia, vt l.non potest.ff.de furtis.sed quo ad alia non proderit, sed bene alijs nocebit sententia condemnatoria quo ad hoc, quia nõ poterit amplius ab alio accusari, etiam si plus intererat ipsius nouiter volentis accusare, quia sufficit quòd semel accusat° est, vt l.sepulchri.ff.de sepul.vio.& l.licet.in fi.ff.nautæ, caupo.stabularij. Et idem statutum est Bononiæ, quòd furi eruantur duo oculi: & Mutinæ est statutum, quòd eruatur vnus. Modo si Bononiensis furatus est Mutinæ, & ibi punitur, quia extractus vnus oculus, non poterit Bononiæ accusari, vt eruatur sibi alius, etiam dato quòd de delicto alibi commisso posset delinquens puniri pœna non solum loci perpetrati delicti, sed etiam pœna legis domicilij per dictam legem sepulchri.ff.de sepul.vio.facit lex prætor.in principio,
6 de iureiuran. Nam cum pœna † criminalis, quæ inducitur, sit ad meram vindictam, non posset amplius reiterari etiam in eo quod est amplius in alia, & hoc quando esset facta executio prioris sententiæ vel fieri posset: sed si esset positus solum in banno ratione contumatiæ, puta Florentinus deliquit Bononiæ, ibi fuit inquisitus & fugitiuus, & bannitus, an poterit iterum Florentiæ accusari & puniri, non obstante dicta sententia lata Bononiæ? Dicunt Doc.quòd sic, quia tunc condemnatio prima defendit reum, quando pœna executa est, vel quando reus substinuit pœnam, dicta l.sepulchri.de sepul. vio.secus si nõ substinuit pœnam, l.cuidenter.ff.de excep.rei iudi. ¶ Non obstat, q̃ saltem pœna habet banni, & quòd ex hoc est delegatus a ciuitate Bononiæ: quia talem pœnam habet potius ratione contumatiæ, & ita tenent communiter le-
7 gistæ: Nam sententia lata † ratione contumatiæ, non nocet nisi ei in quem lata est, l.qui repudiantis.ff.de inoffi.testa.& sic nõ nocet alteri iudici, vt ff.de euic.l.si ideo. Et ex hoc sumitur regula, quòd quotienscunq; sententia lata contra vnum nocet alteri, istud sit verum nisi condemnatus sit per contumatiam absens, vt not.in l.cum filius.de verbo.oblig.hoc tamen qualiter intelligi debeat, infra dicam. ¶ Si autem esset
8 lata sententia pro reo contra actorem, & sic † absolutoria sit lata pro reo, an ei prosit quo ad alios, vt plus accusari non possit, tunc est dicendum, vt no.glo.in l.3.de præuarica.& l.si cui.§.ijsdem. de accusa. & l.3.§.si ante. de liber. homi. exhib. aut seruus veniens prosequitur suam vel suorum iniuriam, & tunc debet audiri statim, quòd probat se ignorasse de accusatione primi, etiam si non doceat de præuaricatione primi, l.si maritus.§.si ante.ff.de adulte. ¶ Si autem non prosequitur suam iniuriam vel suorum, tunc habet probare se ignorasse primam accusationem, & accusatorem præuaricatum fuisse, vt dicta l.si cui.§.ijsdem.aliàs præiudicat alijs. Et quod dicitur de iure publico, idem in iure quasi publico, per id quod habetur per glo.in c.cupientes.§.cęterum.ad fi.de elec.lib.6. & per ea quæ notant Doc.in cle.causam electionis.de elec.& quod habetur in c.de his.de accusa.& in c.cum dilecti.in glo. pen.ad fi.de elec.Si autem est lata sententia contra † aliquẽ,
9 qui dicitur deliquisse, tunc an præiudicet alteri pro publico interesse, dic quòd aut proceditur contra alium tamquàm contra pariter & principaliter delinquentem, & non prodest etiam fisco, l.denuntiasse.§.fi.ff.de adult.& est ratio, quia ta-
10 les † causæ non dicuntur fiscales, licèt pœna applicetur fisco, l.1.C.vbi causæ fisca.Sed si contra vnum processum est principaliter, & ad alium venitur in consequentiam, quia sententia lata contra primũ est præambula executionis contra alũ, & tunc ad publicam vtilitatem præiudicat alij, l.1.C.vbi causæ fiscales, vbi snia lata contra homicidas habet effectum cõfiscandorum bonorũ cũ hæredibus defuncti, q̃ neglexerant vindicare eius necem. Ita intelligit glo.in l.in cognitione.ff. ad silla.& l.quisquis.C.ad l.Iuliam maiest. vbi snia lata ꝗ patrem habet effectum inferẽdę pęnę in filium sine nouo processu: perire enim debet paterno supplitio. Item habet effectum reuocationis alienatorum bonorũ a die commissi criminis, vt ibi no.& l.fi.C.de accusa.l.ex iudiciorũ.& clarius in c.cum ꝓm leges.de hæreti.in 6.Et ideo vbi pater tenetur soluere pro maleficio filij cõdemnationem, nocebit ei sententia lata ꝗ filium, ita no.Bart.in l.cum filius.de verb.oblig.Ad priuatam aũt vtilitatẽ an obsit, dicã in snia declaratoria. ¶ Circa
11 † ꝓm principale membrum, qñ in iudicio vel snia vertitur interesse priuatũ: In hoc considerant Doc.tria principalia circa triplicẽ speciẽ snarum, quarũ quædã est introductoria, q̃dam rescissoria, & q̃dam declaratoria. ¶ Circa introductoriam dic, aut loquimur in causa principali aut appellationis. Primo casu aut venit in iudicio res indiuidua cõis pluribus, & tũc snia lata ꝓ vno cõdemnatoria cõũcti prodest alteri: loquor ẽt de snia introductoria sup actione psonali, vt qñ duo dñi eiusdẽ fundi stipulati fuerunt seruitutẽ ad cũdẽ fundũ, quo casu tenet stipulatio, l.si vnus ex socijs.ff.de ser.rusti.pdi.& snia lata, vt cõstituat seruitus promissa ꝓ vno prodest alteri, & sic ante cõstitutam seruitutẽ, licèt Bar.in l.2.in §.ex his.in fi.ff.de ver. obli. dixerit q̃ lex loci corp°. in §.si fund°. loquat seruitute cõstituenda. Sed credo q̃ nõ bene dicat, qa est tex.in l.2.ff.de
12 pto.stipu.q̃ in indiuiduis † snia lata cõdemnatoria vel absolutoria ꝓdest vel nocet cõsotio: qd tñ debet intelligi, qñ est lata sup facto, quasi nõ debitũ vel nõ ꝓmissum, vel quasi non contractum: secus si pro persona vel personaliter, seu super iure personæ, per notata in l.duobus.§.à fideiussore.ff. de iureiur.& ita potest intelligi lex si duo patroni.de iureiur. quia ibi iurauit illum non esse suum patronum, non vero iurauit se non esse libertum: & q̃ §. si fundus. loquatur in seruitute constituenda vel constituta, vult ibi 1.glo.& qñ agens, si succubuit, noceat alteri, cst tex.in l.2.de præto.stip. & ideo male dixit Bar.in d.§.ex his.in fi.q̃ sentẽtia nocet alteri in hoc casu, qd̃ est contra gl.in l.si de communi. ff.si serui.vẽdi.quę dicit, q̃ sententia prodest lata pro consocio, & lata contra nocet.& pro illa gl.est text.in d.l.2.de præto.stip.loquor etiam, si agitur actione personali pro constituenda seruitute, quia pro constituta sententia est realis, quę sui natura est declaratoria, l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si serui.ven.& l.Pomponius. §.si his.ff.de procurat.Gloss. tamen in l.2.C.quibus res iudi. non nocet.tenuit, q̃ non nocet, & ideo glo.in c.quamuis. de re iud.& Ia.But.in d.l.si de communi.si seruitus ven. Sed cõtra ista est lex 2.ff.de præto.stip.& d.l.si de communi.si seruitus ven.à sensu contrario, quia textus ibi dicit, q̃ non obest, quando socius succubuit sui culpa: ergo a contrario sensu si sine culpa succubit. & ibi hoc tenet Bart.& est text.in l.loci corpus.§.si fundus. ff.si serui. ven. vbi sententia lata pro vno dominorum, q̃ seruitus debeatur, prodest omnibus: & est ratio, quia videtur lata pro prædio, l.si qui in aliena.§.fin. ff. de neg.gest.& l.vnius.de serui.ru. prædi. & hoc inquantum sententia contineret interesse, quia illa respicit personam actoris, ideo non est communis, vt ibi, & hoc in sententia condẽnatoria conuenti. Et prædicta sunt vera, q̃ sententia lata super iure indiuiduo prodest vel nocet alijs prætendentibus idem ius, & ex diuersis iuribus & causis, vt vnus dicit ecclesiã aliquam esse subditam suo episcopatui, alius dicit esse subiectam alteri episcopatui, tunc an sententia lata pro vno prosit vel obsit alteri, hæc pendent ab illo dubio, an sententia lata contra colonũ prosit vel obsit domino, de quo dicã ꝛ. dic vt ibi. Si vero loquimur in sententia absolutoria conuenti super tali re, tunc si agens perdidit ex sui culpa, vel quia collusit cũ aduersarijs, & tunc sententia non obest alijs, vt l. si de communi. ff. si serui. vend. sed si agens perdidit sine collusione vel culpa sua, tunc sententia in tali casu nocet omnibus, vt est text. in l. 2. de præto. stip. & not.gloss.in d.l.si de communi. vbi videtur casus a contrario sensu. Non obstat lex denũtiasse. §. si absolutus. vbi sententia non obest nec prodest nisi in muliere nupta adultero accusato absoluto: quia non loquitur de iure indiuiduo, sed de iuribus connexis, de quibus dicam infra in sententia declaratoria. Aut venit in iudicio res diuidua, tunc in causa principali si non sunt duo rei credendi vel debendi, tunc sententia lata pro vno etiam si esset eadem causa defensionis non prodest alteri, l.si cum vno. secundum verum intellectum.ff.de except.rei iud. quicquid ibi dixit gl. quæ communiter reprobatur: & hoc in causa criminali, dicã infra in materia sententiæ declaratoriæ: fallit quando ille, cui quæritur præiudicari, haberetur loco condemnati, l.ex contractu.ff.de re iud.in fine.de fideiussore, qui erat obligatus iudicatum solui, vt not.in l.1. ff. iudi. sol. Et similiter sententia lata contra agentem non obest alijs. Si vero erant duo rei, tunc in duobus reis debendi certum est, q̃ sententia lata contra vnum non nocet alteri, vt l.fi.C.de fideiussor. vbi senten-
13 tia lata † contra vnum ex reis debendi non mittitur executioni contra alium, sed bene remanent integræ actiones contra ipsum. An autem sententia absolutoria lata pro vno prosit alteri correo, tunc Doct.variant in hoc puncto, & Barto. variauit: Nam in l.ex duobus.in 4.q.ff.de duobus reis.& in l. amissi.§.fi.ff.de fideiusso.dixit, quòd sententia lata super facto, vt puta quòd nulla esset obligatio, tunc sententia lata cõtra vnum prodesset alteri correo. Sed contrarium tenuit in l. duobus.§.à fideiussore.& in l.fi.ff.de iureiuran.dicens, quòd sententia non prodest correo, licet secus sit in iuramento, vt ibi: nam vult, q̃ sicut sententia lata pro fideiussore non prodest reo, nisi quando fideiussor esset procurator in rem suam, ita quod reus poterat habere regressum contra reum, per l.1. ff.rem ra.ha.ita non prodest correo. Si autem sententia lata esset pro vno ex reis credendi, tunc sententia lata pro vno prodest omnibus, siue sint socij siue non: Nam per litis contestationem sibi prœoccupauit debitum, l.fideicommissa.§. plerumq;.de leg.3.& est casus in l. duobus.de duob. reis. ꝓm vnam lect. & hoc in sententia iudicis, secus in sententia arbitri, nisi quando fuissent socij, l.fina. aliàs l. si duo ff. de arbitr. Et hæc in sententia in causa principali sui natura introductoria, vt in obligatione personali: nam si in ea feratur declaratoria, quod fieri potest, vt l.quid tamen.§. si arbiter.ff. de arbi.& l.si prætor.in prin.ff.de iudi.idem esset, quia est eadem ratio, l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte. & ex istis patet, an sentẽtia lata contra principalem executioni mittatur per iudicem, & noceat fideiussori: Nam non præiudicat fideiussori contractus, vt not.in l.fi. C. de vsuris rei iudi. & canonistæ in c.vnico, de iniurijs & damno dato. libro 6. Secus in fideiussore iudicatum solui, vt dixi. Si vero loquimur in causa appellationis, tunc est eadem causa defensionis omnium, & tunc sententia lata pro vno prodest omnibus, l. si quis separatim. §. fin. ff. de appella. etiam quando res esset diuidua: Et est ratio, quia in causa appellationis agitur de ipsa sententia, quæ est indiuidua, l.in hoc iudicio.ff.famil.hercisc. secus in causa restitutionis in integrum, l.1.C. si in vna eademque causa in inte.postu. Si vero causa defensionis esset diuersa, tunc sententia lata pro vno non prodesset alteri etiam in causa appellationis, vt dicta l.si quis separatim.vers. cęterum. de appel. Sed quando causa appellationis fuit eadem, & omnes vna sententia coudemnati sunt, vel etiam in diuersa, dummodo ex eisdem probationibus succubuerit: & hoc quando qui obtinuit solus appellauit, tunc eius victoria prodest alteri, nisi ille alter sententiã approbasset, quia tunc non prodesset sibi, l.non tantum.de appel.per locum a speciali. Et nota quod dicitur approbasse, vel quando expresse approbauit, vel tacite per lapsum decem dierum datorum ad appellandum, & hoc quando ignorauit cõsocium appellasse. Prodest ergo scientibus appellationem, qui non appellauerunt, sed si omnes appellassent, tunc sententia lata pro vno non prodesset alijs: & hæc colliguntur in dicta l.si quis separatim. §.
14 1.de appella. ¶ Quid autem si plures † obtinuerunt sententiam contra aliquem, & ille appellauit contra vnum, an sententia lata contra illum præiudicet alijs. Glos.dicit quòd sic, in l.3.§.1.ff.de appel.Sed intellige secundum ea, quæ proxime dixi.& hæc sufficiant de sententia introductoria. ¶ Nunc
15 dicamus de sententia † rescisoria, quæ est quotiens quis agit, nec petit sibi aliquid dari, sed petit a iudice rescindi aliquid, puta testamentum tanquam inofficiosum, vel sententiam tãquam in ustè latam, vel contractum vt non legitime confectum, vel aliter iniquum, tunc sententia lata pro vno contra legitimum contradictorem prodest omnibus, etiam si sit lata ad petitionem illiùs, cuius non intererat principaliter: immo etiam si fuit talis, qui potuisset exceptione repelli non fuit repulsus, sed de facto admissus: iste est textus in l. posthũ-
16 mus.§.si quis ex his.ff.de inofficio. testamen. Nam ad † querelam inofficiosi testamenti non admittitur nisi ille, ad quem spectat successio ab intestato, & pro ea parte qua succedit succedere debet, l.mater.ff.de inoffi.testamen.& not. glos.2.in l. 1.in princ.eod.titu. Si tamen alius, qui non erat successurus ab intestato, egit contra scriptos hæredes, & non fuit repulsus exceptione, licèt sibi sententia non prosit, prodest tamen illis, qui succedere debent, & quorum principaliter intererat. Et habent ista non solum locum in querela inofficiosi testamenti, sed est regula, quam supra dixi, quòd vbicunque quis agit, nec petit sibi aliquid dari, sed a iudice petit fieri vt rescindat testamentum sententiã vel contractum vel similia, tunc sententia lata pro vno prodest omnibus, dicto §.ex his. Et ita not. Innocen. de procurator. in nostra. circa finem. & de accusa.cap.super his. in prima gloss. Et sequuntur communiter doctores in dicto §. si quis ex his. & est hoc præcipuum in hac sententia; & in certis alijs casibus, in quibus sententia facit ius, vt sententia inter certas personas lata omnibus prosit & noceat, vt est gl. notabilis in l.Pampinianus.§. fi.de inofficio.testamen.Et est ratio prædictorum secundum Iac.Butr.quia ista remedia rescisoria inducunt quendã effectum facti verum, videlicet quia priuant & tollunt: sed hoc esse non potest, quòd id quod vere sublatum est amplius sit, l.qui res.§.aream.ff.de solu.Igitur potest quilibet hoc allegare tamquam quoddam quod vere sic est, quod nõ est in alijs sententijs, quæ non inducunt veram rei essentiam, sed faciũt vt demonstrant sic esse, qui effectus potest esse singularis inter quosdam, quia sic videmus in naturalibus, quia aliquid apparet vni quod non alteri: Et potest assignari ratio natura-
17 lis, quia lex † imitatur naturam, l. adoptio. ff. de adoptio. sed natura dictat, quòd ammoto obstaculo libere transeunt oẽs ꝑ viã, licèt vnus solus ammouerit impedimẽtũ: sic eẽ, si vnus parat impedimẽtũ, obstat oĩbus, ff.qd̃ vi aut clã.l.phibe
18 re.& ff.de vsur.l.phibere.§.mora.nec exceptio, q̃ † agẽtis nõ

intererat,reddit iudicium retro nullum, vt not.Innoc.de accusa.c.super his.quia licet agens non habeat ius agẽdi, sentẽtia tamen tenet,l.cum putarem.famil.hercis.& si dicitur,quare non sic,quando fertur sententia contra agentem rescisoria,quia lata ad petitionem legatarij,nõ obest illi, cuius prin-
19 cipaliter intererat: Dic, quia † accessorium dependet a principali,& sic legatarij ab hærede, non ecõtra, & ad illud trahitur,l.nam si sub conditione.§.rumpendi.ff.de iniuſ.testa.non ecõtra,l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupil. Item dixi, ꝙ vt habeat hunc effectum, vt prosit omnibus, debet esse lata cum legitimo contradictore,l.si cum non iusto.ff.de collu.detegẽ. & est legitimus contradictor ille, qui principaliter scriptus est in testamento,& si plures essent æqualiter scripti, tũc sententia lata contra vnum nõ obesset alteri,qui erat æque principaliter scriptus,& contradictor legitimus,l.circa.ff.de inof. testa.& l.cum duobus.C.eod.tit.Et ideo isto casu ex diuersitate conditionis hæredum possunt sententię contrarię rationabiliter reportari,d.l.circa.& l.mater.de inoff.testa. oportet ergo vt sententia faciat ius, vt sit lata cum legitimo contradictore:Et ideo in casu d.§.ex his.si sententia fuisset lata contra agentem,quia agens ibi non erat legitimus contradictor, quia nõ pertinebat in totũ principaliter successio ab intestato:Et ideo talis sententia non obfuisset venientibus ab intestato,vt non possent agere querela inofficiosi testamenti, licèt sententia fuisset lata pro testamento,d.l.si cum non iusto. de collu.detegen. faciunt nota. in l.1.ff.de excep.rei.iudi. Et si essent plures æque principaliter cõtradictores, cum omnibus deberet esse lata sententia,vt l.cum duobus.C.de inoffic. testa.Et hæc procedunt etiam in legatis & fideicommis.rescisso testamento per querelam, vt non deberentur legata & fideicõmissa,l.Papinianus.§.si ex causa.ff. de inoffi.test.Hoc tũ
20 hodie † solum immutatum est vt rupto testamento per querelam conseruentur legata & fideicom. vt est textus in auth. ex causa.C.de liber.præter. & ita not.gloss.in d.§.si ex causa. quam hodie communiter sequuntur doc.licèt de hoc fuerũt olim variæ sententiæ,vt not.in d.authẽ. ex causa. Et hæc sufficiant de sententijs rescisorijs. ¶ Nunc dicamus circa tertiã de sententia declaratoria. Et primo videamus si est idem in ea,quod in rescisoria. Secundò præsupposito ꝙ sit idem, erit videndum in quibus casibus talis sentẽtia obsit alijs. Ad pri-
21 mum † glosæ videtur fuisse variæ: glo.in l.fi.C.de peti.hære. in verbo,euanescat.tenuit quòd non sit idẽ in sentẽtia declaratoria quod est in sentẽtia rescisoria, per l.1.ff. de except.rei iud.& l.2.C.de fide instru. ꝙ sententia declaratoria nõ faciat ius contra legatarios, licèt sit lata contra hæredem. quod secus erat in rescisoria:& idem nota. in l.1.de excep. rei iudi.Et istam opinionẽ tenuit Iac.Bu.in d.l.fi.C.de peti. hæredi. & in l.si superatus.ff.de pigno.Et est ratio differentiæ, quia sentẽtia rescisoria habet quendam effectum facti, qui non potest
22 esse,quin non sit generalis & necessarius,quia † facta nõ possunt esse quin non sint facta,l.in bello.§.factæ.de cap.Et ideo si est rescisum testamẽtũ quo ad vnũ, remanet rescisum quo ad oẽs,quod non est sic in sententia declaratoria,per illa quæ supra dixi,quia per sentẽtiã declaratoriã testamenti de facto non annullatur sed nullũ esse pronũciatur, l. si quis testamẽtũ.& l.si quis libertatẽ.ff.de peti.hęredi.Sed cõiter doct. moderni,ꝙ idẽ est in sententia rescisoria, vt præiudicet oĩbus, si fertur cum eo cuius principaliter interest.Et pro ista opinione vr̃ tex.in l.si superatus,ff.de pig.& hoc tenet glo.in l. si seruus plurium.§.1.in vlt. glo.de leg.1. Et istam opinionẽ credo veriorem,per d.l.si superatus. de pign.Non obstat lex prima, ff.de exce.rei iudi. quia ibi non fuit lata cũ legitimo ꝯdictore, quia fuit lata cũ legatarijs, non cum hæredibus. Non obstat lex 2.C.de fide instru.quia non nocet ibi ꝯ pariter principalẽ non citatum,sicut nec sententia rescisoria, vt supra dixi per l. circa.ff.de inoffi.testa. Videamus igitur,in quibus casibus est, quòd nocet vel prodest alijs. Et primo dicã in genere, 2.descendam ad particulares quæstiones, & ponam casus exce-
23 ptos. ¶ Et primo Cyn. & † alij scribentes in l.1. C. quibus res iudi.non nocet.dicunt,quòd primo est intuẽdum, si sententia est declaratoria facti,vt aliquod maleficium commisisse.Aut iuris,vt est causa status, vel declarationis iuris realis, vel dominij. Primo casu aut est declaratoria facti, vt aliquod maleficium commisisse,vel delicti alicuius singularis hominis modo communis vel connexi, aut facti communis vel connexi: primo casu quando condemnatur, puta Titius, quòd homicidium commiserit, & tunc sententia lata contra vnum vel pro vno non prodest vel obest alteri, vt per totum titulum C.quibus res iudi. non nocet & C.res inter alios acta.
24 quia delicta † debent tenere proprios auctores. Si vero esset declaratoria facti connexi vel communis plurium,vt Titium commisisse adulterium cum Berta,tunc dicunt, quòd sentẽtia condemnatoria lata contra vnum non nocet alteri, absolutoria vero prodest,per l.denũciasse, §.si absolutus. de adulter.vbi est textus,quòd sententia lata contra adulterum non obest adulteræ, nec econtra lata contra adulteram obest adultero: sed absolutoria lata pro adultero prodest adulterę,vt ibi. ¶ Secundo casu principali,quando est declaratoria iuris vt in causa status, vel forte in causa reali, quia vt supra
25 dixi, sententia lata † super iure reali semper est declaratoria, vt l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si serui.ven.& l.Pomponius.§.si his.ff.de procur.tunc si iura realia sunt omnino separata,tunc sententia lata in vno facit præiuditium in alio, vt sententia lata super proprietate nõ nocet vel obest in vsufructu,l.si insto. §.nõ mutat.ff. de vsucap. Aut fertur super iure connexo, vel in causa status, & tunc aut fertur decedente legitimo cõtradictore,& sic illo,cuius principaliter interest, vt in causa filiationis decedente patre, vel in causa status decedente vero domino vel patrono:& tunc sententia facit ius, & præiudicat & obest omnibus, l.ingenuum. ff.de statu hominum. & l.1.in fi.ff.de libe.agno.aut decedente alio vt fratre in causa filiationis,vel nõ vero domino in causa status, & tunc sententia non facit ius,l.cum non iusto.ff.de collu.deteg.Sed ista distinctio est in plurimis defectiua vel falsa: Et primo cum dicunt, quòd est declaratoria facti vnius singularis, illa non obest alteri:hoc videtur contra l.quis quis,C.ad l.iuliam maiesta. vbi sententia lata contra patrem in crimine læsæ maiestatis obest filijs. Item si accusantur homicidę & condemnantur,ista sententia obest hęredibus occisi, quia non vindicauerunt necem defuncti,vt not.glo.& doc. in l. in conuentione.ff.ad Silla. ¶ Item talis sententia habet effectum reuocandorum bonorum tamquam alienatorum in fraudem à die commissi criminis,vt l.ex iudiciorum. & quod ibi not.ff. de accusa. & plenius in c.cum secundum leges.de hæret.in 6.
26 ¶ Item sententia † lata contra principalem præiudicat illis, contra quos venitur in consequentiam,vt l.1.C.vbi causæ fiscales.Item dum dicunt,in criminibus connexis sententia absolutoria lata pro vno prodest alteri.Istud est falsum, per illa quæ dixi supra in principio glosæ, quæ videtur istud collige re pro notabili: Et ideo sententia lata absolutoria pro asserto delinquente non prodest illi, qui dicitur tale delictum demandasse fieri, vt notant Doct. & ibi Barto. in l. adulter. in fi. ff. de adulter. Et quia est speciale in mulere nupta tempore institutæ accusationis contra adulterum,vt sententia absolutoria lata pro adultero prosit adulteræ, vt dixi nuptæ,quæ non prodesset si non esset nupta, vt dicta l.denũtiasse.§.fi.& l.adulter.in fi.ff.de adul.Si ergo est speciale, ergo in contrarium est ius commune. Item dum isti dicunt, quòd sententia declaratoria iuris in causa status prodest vel obest alijs,non est absolute verum,quia si est lata verbis negatiuis, vt conuentum non esse seruum, vel libertum agentis, tunc non facit ius,vt prosit, vel obsit alijs in totum, sed bene facit qualequale præiudiciũ,l.si duo patroni.ff. de iureiur. in prin. Et ideo vt procedat dictum istorum requiruntur plura, de quibus infra dicã, cùm quæram,quando est, ꝙ sentẽtia faciat ius.Item quod dicunt de sententia lata super proprietate, an nocet in vsufructu, patebit ex his quæ dicam infra in fallentijs.Præterea si est idem in sententia declaratoria,quod est in sententia rescisoria, vt supra dixi, quod communiter tenent doc.Ergo cum sententia rescisoria lata contra hæredem scriptum præiudicet omnibus,qui veniunt in consequentiam,vt leg.posthumus. §. si quis ex his. de inofficio. testament. ergo idem in sententia declaratoria, iuxta notata in l. prima, de exceptio. rei iudica. & concludit Barto. in l. si vteris. C. de fide instrumen.licèt aliter sentiat in l.cum filij.de verbo. obli. sed non bene,vt patebit ex his quę infra dicam. ¶ Vnde ego in ista materia sic concluderem: Nam quandoque sententia declaratoria fertur super aliqua accusatione criminali, & tunc qualiter præiudicet alteri respectu iuris publici, vel ne alius possit amplius accusare,vel de ipso crimine discuti, tunc de eis dic,vt dixi supra, quando sententia est introductoria: & idem quando sententia est declaratoria in actione personali, vel quando agitur de iure indiuiduo. Omnia hæc dixi in sententia introductoria. ¶ Quandoque agitur actione populari, tunc sententia lata prodest & obest alijs, l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiurando. quando collusio non iuteruenit.Quandoque iudicium agitatur in his, in quibus sententia facit ius,vt in causa ingenuitatis,vel filiationis, & tunc sententia lata prodest & obest omnibus, vt in l.ingenuum.ff.de statu hominum.& l.1.in fin.ff.de libe.agnos.Siue pronuncietur quis ingenuus,qui contendebatur esse seruus, siue quia contendebatur esse libertus, & fuit pronunciatus ingenuus, licèt Innoc.in d.ca.causam.dicat ꝙ lex ingenuum. loquitur quando pronunciatur ingenuus, qui dicebatur seruus, non in eo qui libertus dicebatur.Sed ista sententia Inn. quæ fundatur per l.1.& legem patronum.ff. si inge. esse dicatur.cõiter non tenetur per legistas, & videtur contra textum in d.l.ingenuum. quæ loquitur de liberto pronunciato ingenuo.Et sententia Innoc. fuit quorundam glosatorum, vt refert glo.2.ff.si inge.esse dicatur.l.1.in 1.solu.per illum tex.sed communiter legistæ tenent vltimam solutionem, quòd ibi non fuit lata sententia cum legitimo contradictore, quia fuit lata cum vno,qui dixit se patronum, vnde non debet præiudicare vero patrono,vel prætendenti se habere par ius, quia sententia vt dixi non obest prætendenti cũ illo qui litigauit, qui non censetur fuisse legitimus contradictor, vt præiudicet par ius habenti: Et ideo si vnus petiuisset aliquẽ in libertum,& reus fuisset pronunciatus ingenuus,talis sententia nõ obesset alteri, quia absolutum vel ingenuum pronunciatum diceret libertum suum, facit ergo ius cõtra illos quorum non ita pariter interest.Et not.quia dico,vbi sententia facit ius, ꝙ non omnis sententia, quæ potest obesse alicui alteri, sicut est sententia declaratoria,semper dicitur ius facere,sed bene haberetur pro veritate quo ad illos, & in istis æst differentia,
27 vt not.glo.in l.res iudicata. ff. de re.iuris. Nam tunc † dicitur facere sententia ius, quando illum effectum inducit vere qd̃ continetur in sententia:sed illud,super quo sententia fertur, & quod in ea continetur,non inducitur vere, sed solum probatur,quòd ita sit,& tunc sententia non facit ius, sed haberetur pro veritate,vt not.in d.l. res iudi. de regul.iuris. & not. Bar.in l.Iul.verum debitorem.ff.de cõdi. indebi. Et ideo tex. in l.ingenuum.dum dicit,quia res iudicata pro veritate accipitur, debet suppleri vere. Et istud est speciale in certis casibus, & in iure reperitur expressum, vt not.in d.l. ingenuum. & not.Inno.in c.causam.el.2.qui filij sint legit. Et vt sentẽtia faciat ius & in iure sit expressum,quòd ius faciat,requiruntur quatuor,vnum in principio litis, quòd sit lata cum legitimo contradictore: Et est legitimus contradictor ille cuius principaliter interest,vt patet in causa filiationis, l.cum nõ iusto, ff.de collusi.detegen.secus ergo si cum fratre,vt l.1.& l. si patronum.ff. si inge.esse dicatur. Secundò in media causa,ꝙ cã defendatur.l.qui repudiantis.ff.de inoffi.test. Tertiò ꝙ in ipsa sententia,quòd contineat verba dispositiua vel affirmatiua nõ negatiua, vt l.diui fratres.de liber.causa.Quarto & vltimo,quòd non sit per collusionem lata,l.3. de præuarica.Et de his infra dicã in quęstionibus.Aut non sumus in causa,vbi sentẽtia faciat ius,& tunc si loquimur in maleficijs, tunc si ex vno maleficio proceditur contra vnum, cum posset procedi contra plures tamquam pariter principales,& tunc sententia lata contra vnum non præiudicat vel prodest alteri, etiam si crimina forent connexa,l.denuntiasse.§.fi.de adulte. fallit in muliere nupta tempore accusationis interpositæ contra adulterum, quia tunc absolutoria pro adultero lata prodest ipsi mulieri, textus est in d.l.denũciasse.§.absolutus. de adul-
28 terijs.Et ista faciunt,quòd sententia condẽnatoria † lata contra testem de falso non præiudicat totaliter illi, qui produxit eum,nec econtra:Si vero quando contra vnum procedit, ad alios venitur in consequentiam, tunc si respectu iuris publici sententia illis præiudicet,tunc dixi supra in materia sententiæ introductoriæ:sed quantum ad interesse priuatũ tunc Bar.in l.cum filius.de ver.obli.dixit,ꝙ quando ad vnum peruenitur principaliter, & ad alium per consequentiam, quia ꝯdemnatio vnius est preambulum condemnationis alterius, tunc dixit ꝙ si hoc concernit priuatam vtilitatem, alijs non
29 præiudicat,vt l.1.C.de fal.Et ideo † sententia lata contra matrem non præiudicat filio, quãdo agitur de partu supposito, l.3.§.si mater.& l.Titia. de carb.edicto. &l.miles.§.defuncto. ff.de adulterijs.Sed istud non videtur verum, quia si pronũciatur testamentum irritum,ruptum, vel nõ iustum cum hærede scripto, cuius principaliter interest, præiudicat legatarijs & alijs scriptis in testamento, qui non veniunt in consequentiã,quia sic est in sententia rescisoria,l.Papinianus.§.fin. de inoffi.testa.ergo idem debet esse in hac sententia declaratoria, iuxta no.in l.1.ff.de excep.rei iud. vbi dixi, ꝙ lata cum legitimo contradictore sentẽtia declaratoria obest legatarijs & alijs venientibus in consequentiam, secus in venientibus ęquè principaliter: & ideo pronuntiato testamento falso cũ hærede scripto obesset talis sententia legatarijs,sed non alteri cohæredi scripto, vel principaliter venienti: & ideo talis sententia ipsi hęredi,qui succubuit,obesset quo ad omnes secũ de hoc agentes,vt l. posthumus. §. si quis ex his. de inoffi. testa.Et ideo melius est dicere, ꝙ quãdo aliqua veniũt in cõsequentiam pronunciati, quia vnum non potest esse sine altero, etiam qñ agitur de commodo pecuniario priuato, tunc sententia lata contra principalem contradictorem obest alijs venientibus in consequentiam, per d.l. posthumus. §. si quis ex his.de inoffi.test.iunctis illis,quæ notantur in l.1. de exce. rei iudi.Non autem preiudicat alijs, qui venirent ęque principaliter:ita debet intelligi lex 1.C.de fal.&l.2. C.de fide instru.Et illud quod dicitur de parte supposito, ꝙ filius venit ęque principaliter: & ideo qñ agiẽ contra vnũ,ꝙ testũ vel instrumentũ sit nullũ,vel falsum, licèt sentẽtia præiudicaret legatarijs vel alijs in consequentiã veniẽtibus, nõ tñ cohæredi pariter scripto vel pariter cõuenientibus: secus si aliqui venirẽt in cõsequẽtiã, sententia tñ talis obest etiã succũbẽti cõtra quoscunq;,per l.posthumus.§.si quis ex his.de inoffi.testa. & supra dixi per l.1.ff.de excep.rei iudi. tenendo ꝙ dixi s̃. per l. 1.ff.de excep.rei iudica. ꝙ idem sit in sententia declaratoria, quod in rescissoria.Ista etiam faciunt ad aliam quæstionẽ,ap-
30 paret instrumẽtũ,ꝙ † eodẽ tempore quis fuit liberatus à pluribus obligationibus diuersarum rerũ,& fortè diuersarũ personarũ,quod esse potest iux.not.in l.eo ꝙ C.si cer.pe.ꝙ si fuit petitio super vna illarũ,& fuit pronũciatũ falsum, an poterit factum tueri ab alijs.Vr̃.ꝙ non, per ea quæ s̃.dixi, & quæ not. Inno.de procura.in nostra. Quidã dicũt,ꝙ nõ debent præiudicare,quia agiẽ.ad aliũ finem seu rem diuersam,l.cũ queritur ff.de excep.rei iudi.Tu dicas,ꝙ si pronunciatur instrumẽtum
31 falsum defectu † tabellionis,qui in aliquo fecit falsum, & tũc vitiatur in totũ: & idem si fuisset defectus circa substantiam instrumenti, quia tunc in totum vitiatur, iuxta not.de hæreticis.fraternitatis. & legistę in l. si ex falsis. C. de transac. Nec obstat ꝙ agiẽ ad diuersa, quia etiã qñ agitur ad diuersum, qd̃ tñ non potest stare sine eo, qd̃ est decisum in primo iudicio, tunc obstat exceptio rei iudi. & in hoc secundo,l.si quis cum totum.§.si ancillã.& l.egi.ff.de except. rei iudi. Et sic quando est iudicatũ super causa agendi,obstat exceptio, etiã si agatur ad aliud,l.si ancillã.& l.si ante. de excep.rei iudi. Sed si fuisset
32 † pronunciatũ falsum,quia rasum in aliquo capitulo,tunc faceret præiudiciũ in illo,& à connexis,non impenitus separatis,vt no.in d.l.si ex falsis.C.de transac.& ita etiã intellige qd̃ supra dixi,ꝙ pronũciato instrumẽto falso ꝯ aliquẽ, obest sibi contra quoscunque. quod illud sit verum in eod.c. vel in cõnexis,nõ impenitus separatis, qñ redargueretur in illo capitulo falsum propter rasuram,secus si propter defectũ notarij, quia tunc præiudicaret in omnibus:vnde cõcluditur ꝙ etiam ad priuatũ cõmodũ sententia declaratoria lata cũ principali ꝯdictore obest venientibus in cõsequentiã,sed nõ æque principaliter:Fallit in casibus exceptuatis,in quibus sententia obest æque principaliter venientibus, l.sæpe. ff.de re iudic.& in c.quamuis.de re iu.Et ista sunt vera, quicquid dixerit Iac.de Arena,qui voluit, quòd sententia lata contra auctorem sceleris præiudicaret illis, ad quos ex scelere emolumentum peruenit per l.1.C. de aduoca.diuerso.iudi.& l.iudicati. C.si ex falsis instrum. Sed ista sunt falsa per ea quæ dixi supra de partu supposito, vt notat gloss. in l.1. de carbo. edict.vbi scelus matris non obest filio. Non obstant iura allegata per Iac.quia in illis alijs non obest, nisi petita restitutione: ita intelligunt Doc.illa iura. Non obstat lex si ventris. ff.de vent. in possess.mit.quia ibi factum matris non seruantis illa, quæ dicit illud edictum, nocet filio, non autem sententiã vel iudicatum, vt l.miles.§.defuncto.de adulte.& supra dixi. Non obest l.prima, in fi.de carbon.edict.quia ibi etiam fuerat lata sententia contra filium: Ita notatur in dicto §. defuncto. facit tamen qualequale præiudicium, & ideo denegatur filio petitio hæreditatis, donec probauerit se filium, vt l. cum mulier.ff.de carbo. edic. Et ista faciunt ad quæstionem,
33 Sententia † fuit lata quod legitimum non fuit matrimonium inter parentes filiorum, an talis sententia obest filijs. Quidam moderni canonistę dubitant, dicentes, doce me legista:quia videtur quòd præiudicet,cum pater & filius censeantur eadem persona, quia sentẽtia lata de seruitute ancillę obest partui, de except. rei iudi.ff.l. si quis cum totum.§.si

ancillam,& l.fi.C.de libe.causa.Sed ego miror de istis doctoribus sic dicentibus,quia tex.est in l.fi.C. de libera. causa.qui dicit, quòd non præiudicat filijs ante natis, sed postquam matrimonium est annullatum ab ecclesia, quis debet dubitare quòd filij, qui nascerentur, essent spurij? filius autem ante natus non præiudicat, vt sententia lata in partu supposito. Nunc veniamus ad casus exceptos,& 2.examinabimus multas quæstiones,quæ ex prædictis determinari possent.Et pro intelligentia dicendorum est præmittendum,quòd iura,quę loquuntur, quòd res iudicatæ inter alios non præiudicant, nisi in certis casibus, loquuntur quando iudicium agitatur simpliciter, in quo tractatur de iure tertij, quia tunc dubita-
34 tur,an obsit illi tertio non citato scienti tamen: vnde † secus foret si tertius fuisset citatus:Nam hæc est regula, quòd vbicunque cum aliquo iudicium agitur, alias agitatur, tertio cũ ipso similiter assumente vel liti assistente,vel ipso tertio legitime citato,semper obest sentẽtia.Hoc de citato voluit Bart. in l.filiusfa.§.diui.ibi, expeditis.de lega.1.in 1.q.& de hoc ẽt glo.in c.dilectus.de symo. & voluit Archi. 81.dist.tantis Daniel.& Cy.in l.1.de aduoca.diuer.iudi. & Innoc. & in c. cum super. de re iudi. Et est verum hoc, siue citatio sit iuris, siue hominis,vt not.Io.An.post Io.Mo.& Archi.in c.fi.vt lite pẽdente,lib.6.in verbo,admittendos.Imo plus dixit Innoc.in c. in nostra.de procu.quòd sufficit citatio generalis,vt comprẽhendat illos, quorum notitia potuit pertransire. Procedunt ergo iura, quæ dicunt, sententiã tertio non nocere, in tertio sciente & tacente, dummodo non citato: Fallit hæc regula in debitore agente vel conuento de dominio pignoris creditore sciente iudicium,vt est text.in l.sæpe. ff. de re iudi.in versi.veluti si creditor.secundum litteram pisanam, licèt cõmunis littera dicat,licèt debitor.sed de vtroque dicemus,Di-
35 camus primo,si agente † debitore obest creditori. Textus videtur quòd sic,in l.præses.C. de pigno. præterquã in duobus casibus ibi positis,quando creditor fuit ignorãs, vel fuit collusum,vel lata contra debitorem contumacem:& idem text. secundum litteram pisanam in d.l.sæpe.In contrarium tamẽ facit lex si superatus.ff.de pigno.Igitur sic cõclude, quòd aut debitor fuit superatus ante constitutionem pignoris, & tunc indistincte nocet creditori,l.si mater.§.fi.de re indi. & l. iudicatæ.§.fi.de excep.rei iudi.& d.l.si superatus.de pigno. Si autem debitor fuit superatus post constitutionem pignoris, & obligationem,tunc est fienda differentia inter istum debitorem agentem vel conuentum,primo casu quando est superatus agens,tunc si succubuit in actione reali, quia non probauit de dominio,vel quasi, tunc non obest talis sententia creditori:ita potest intelligi dicta l.si superatus.& est ratio, quia tunc ius dicti agentis non transit in vincentem, vt l.except. de excep.rei iudi.& ibi not.ad fi.titu. sed solum constituitur
36 vincenti titulus.Sed hæc est regula, quòd quando duo † habent titulum ab eodem,tunc est potior in iure ille, cui res primo tradita fuit, l.si autem. §.si duobus.de publiciana.cũ l. sequẽti.vnde erit potior prior creditor,cui fuit prius hipotheca constituta, eo enim modo tuetur prætor agentem hypothecaria, quo tuetur in publiciana, l. si ab eo.ff.de pigno.sed si solum fuisset constituta hypotheca,sed non fuisset res tradita,& conuentus rei vendi.possideret & obtineret, tunc videretur potior causa obtinentis,quàm ipsius creditoris,cùm ipsi vincenti prius videretur.Ego tamen hoc casu dico,quòd est potior causa ipsius creditoris,quia ad causandam hipothecariam sufficit rem fuisse in bonis illo tempore absque eo, quòd creditor nanciscatur possessionem rei hypothecatę: quod secus est in publiciana,in qua non sufficit solus titulus, si non est habita aliquando possessio:sufficit ergo in hipothecaria,quòd prius fuerat obligatio creditoris, & quòd tũc res foret in bonis, vt sententia in casu prædicto non obsit creditori:& hoc ponderabat textus in d.l.si superatus.Et ideo credo,quòd hoc casu potior sit causa creditoris,& non obsit exceptio rei iudicatæ, cum dominium modo deducatur per aliam personam,& ad alium finem,vt infra dicã. Si vero succubuit debitor etiam agens, quia conuentus probauerit se dominum vel quasi,assumendo in se onus probandi: nã cum ius victi tunc transeat in vincentem, vt not.in d.l.exceptio. videtur quòd tunc præiudicet creditori scienti, vt d.l. sæpe. & ideo in alio casu quando debitor superatur, conuentus ex eo quod agens probat se dominum,vel quasi,vnde obstat talis sententia creditori.Contra istam tamen doctrinã videtur facere illud,quod scribit Bar.in l.fundi.& l.fundum.ff. de excep.vbi vult, ꝙ qã deducta in vno iudicio & obtenta contra excipientẽ pro agente,si postea proponuntur ad alium tamẽ & diuersum effectum,quòd tunc pronunciata in vno iudicio non obsunt in alio,& ita etiam not.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de ver.obli.vnde si reus conuentus excepit contra agẽtem non dñm,& succubuit,nõ videtur obesse creditori agẽti hipothecaria,& sic ad diuersum finẽ:sed potest dici,ꝙ hoc de pignore est depẽdens & connexum à primo, quia si debitor non erat dñs, non poterat rem pignorare, ideo obest in alio iudicio,vt d.§. duo fratres.Quod autem dixi, ꝙ sententia lata in absentem non obest,intellige qñ in absentia est facta iuris aduersarij liquidatio, secus si eo præsente fuerũt factæ probationes & allegationes,quia licet tempore sententiæ sit absens, sententia oberit, quia eius præsentia non erat necessaria,ff.de euic.l.& ideo.in princip.& l.quamuis. C. de adulter. quia quibus obest sententia,& probationes,vt no. Inn.de testi.cũ causam.& 74.dist.consulit.& tenet Bar.in d.l. si superatus.& in tantum præiudicat,vt possit fieri executio ℣ talem,
37 vt not.Innoc.de cõcess.præben. proposuit. Quid † autem de creditore,qui egit hipothecaria,& succubuit, an sentẽtia obsit debitori domino rei? Text.videtur,ꝙ sic in d.l. sæpe. secũdum litteram communem: & hoc Bar.conclusit, ꝙ si agente creditore absolutus sit possessor,quia obligatio nõ valuit,vel causa,quæ non respiciat dominium, & tunc non præiudicat debitori: idem si succubuit, quia ipse creditor non probauit de dominio venditoris: Nam venditor poterit postea agere rei vendicatione: cùm enim ad alium finẽ fuerit quęsitum in primo iudicio,q̃ in isto, nõ obstat exceptio rei iudicatæ,l.vẽdicantem.cũ l.sequenti,ff.de euic. facit qd̃ notatur de condi. indebi.in l.Iulianus.in gl.magna.Si vero ideo succubuit,quia reus in se assumpsit onus probandi, & probauit se dominũ,& tũc præiudicat debitori sciẽti,per dict.l.sæpe. quæ dicit de proprietate pignoris: & hoc qñ de dñio fuit plene cognitum,aliàs secus,lege a diuo Pio.§.ꝙ si sup rebus. & ibi notat, & l.2.C.de ordi.cogni. Hoc tamen casu non sufficeret debitorem scire creditorem agere litem super hipothecaria, sed debuit scire,quòd aduersarius suscipiebat in se onus probandi de dominio,in creditore vero cõuento prodest plane sententia. ¶Nam eo ipso,ꝙ debitor sibi constituit hipothecam, & tradidit rem pignori, videtur sibi permisisse rei defensionem, l.1.in fin. cum l. seqen. ff. vsufructuarius quamadmodum cau. sed hic est aduertendum, quòd dum Barto. concludit,ꝙ quando creditor egit hipothecaria,& succubuit, ꝙ non probauit de dominio debitoris, quòd non obest postea sententia ipsi debitori agenti rei vendica.cum agat ad alium finem: quia istud videtur contra nota.per eum in l.fundum. de excep.vbi vult, quòd quando sententia est lata cõtra agẽtem pro excipiente,quòd tunc decisa in illo iudicio censeantur decisa & in alio etiã quòd proponeretur ad diuersum finem,per notata in dicto §.duo fratres. & ibi dixi. ¶Vnum autem facit me multũ dubitare, quia lex sæpe.dicit indistincte,quòd sententia lata contra creditorem obest debitori: & intellige quòd hoc tantum sit verum, quando aduersarius assumpsit in se onus probandi se dominum:est nimis restringere dictam legem sæpe.¶Vnde ego aliter intelligo illam legẽ,quòd creditor censetur constitutus procurator ipsius debitoris, & ideo potest etiam agẽdo dominium debitoris deducere in iudicio, vt dicam statim latius, cum dicam de vsufructuario. Cùm ergo egit creditor rei vendicatione nomine debitoris ipso sciente, quòd tunc talis sententia obest indistincte debitori,per textum in dicta l.sæpe, cùm dicit de proprietate pignoris: & per textum ibi in versic.ijs vero.ibi, quia ex volũtate eius &c.Et istud forsan est verius, licèt doc. communiter sequãtur præcedentem sententiam Bar.sed quę
38 sit † ratio,quòd sententia lata contra creditorem obest debitori. glos. & docto. videntur dicere,quòd ratio textus, quæ dicit,quòd poterat agentem prohibere,nõ sit vera, quia debitor non potest impedire creditorem agentem hypothecaria, & verum dicunt, quòd non potest eum prohibere, ꝙ non habet hipothecariam, nisi dicas quòd poterat prohibere ne experiretur solus,quia potest ei assistere inuito,l.si ũ specto.de inoffi. testam.quod si non fecit, sibi imputet. Sed intelligendo textum prout ego intellexi, quando creditor ageret de dominio nomine debitoris, tunc bene est vera ratio textus, quia poterat debitor prohibere, ne causam suæ proprietatis ageret. vnum etiam est notandum, quia dum supra dixi, quòd sententia obest etiam absenti, quando fuit præsens, intellige in datione causæ: & ita tenet Bartol. in dicta lege si superatus. Sed contrarium tenet in l.qui repudiantis.ff.de inofficio.testamen.in fin. quia melius est dicere, quòd obsint acta & non sententia, ex quibus poterit condemnari: & ita intellige quæ dixi in fine præcedentis quæstionis. Item vbi dixi,quòd sententia obest,intellige nisi sit lata per iniuriam condemnati,in l.si per imprudentiã, ff.de euic.& ita not.Ioan.And.in c.pen.de re iudic. Vidimus cum agitur & experitur creditor aut debitor,nũc videamus, cùm experitur vxor vel socrus de re in dotem data, an præiudicet emptori.glo.in l.sæpe.de re iudi. intelligit illum text. quando isti experiuntur defendendo non agendo:& pro ista opinione facit textus,qui dicit, aut possessor venditorem. & licet glo.exponat possessor, id est emptor, debet intelligi de emptore possidente, & sic non vt̃ ipse posse agere rei vendicatione,cum rẽ possideat, & sic loquitur de emptore reo cõuento: idem in vers.nam & si libertus.vbi textus dicit,seruus aut libertus alterius iudicetur. & sic potest intelligi qñ conuentus libertus pronunciatur aliquo petente eum pro seruo vel liberto,& sic patronus erat ibi defensor,Idem probat tex. in vers.ijs vero.cum dicit,ijs vero qui priorem dominum defendere causam patiãtur. & sic loquitur de defendente. Additur ratio, quia si venditor, socrus, vel vxor succumberent agentes,illud est ideo,quia non probant se dominos: sed talis sentẽtia non deberet præiudicare emptori vel marito per l.si inter me.ff.de exce.rei iud.quia ista stant simul,quòd emptor,socrus,vel vxor agẽs non sint domini; quia isto casu ipsi non veniunt contra sententiam,immo approbant ꝙ res petita non erat alicuius ipsorum agentium tempore,quo agebãt, & in rei vẽdicatione formatur libellus de dominio, quod est tempore quo agitur,& sic de præsenti, vt ff.de rei vendi.l.in rem.& l.certum.§.sed si fundum.ff.de confes.vnde si maritus vel emptor dicunt se fuisse dominos tempore quo illi gerunt & hodie esse, approbant illorum sententias, quia negãt illos tunc fuisse dominos, sed dominium fuisse & esse apud eos nunc agentes. Sed his non obstantibus Inno.tenet,quòd habeat locum in agente socero,vxore,vel venditore:& pro ista opinione facit textus illius legis sæpe. cum dicit, de ea re cuius actio vel defensio. & postea ponit exemplum de debitore & creditore, & postea idem exemplificat de socru, vxore, & venditore: Item probat textus in versic.ijs verò. quia postquam ipse dixit de defensore, dicit demum de iure esse iudicatum,quod ex persona agentis habuit,quia emptor habuit ius a venditore agente. Non obstant rationes, quas tenentes oppositum adducunt, & primum cum dicunt ꝙ quãdo agunt & succumbunt,quia non probant rem suam esse,& ita de necessitate concludunt, quòd non noceant emptori vel marito, per illa quæ supra dixi: quia istæ obiectiones obstarent, quando illi egissent nomine proprio, & fuisset pronunciatum ipsos non fuisse dominos. Sed si socer, vel vxor egissent viri nomine, vel venditor nomine emptoris,& pronunciatum fuisset virum vel emptorem non esse dominos, vel rem ad eos non spectare, talis sentẽtia deberet obesse eis per textum in dicta l.sæpe.& quia succedunt rationes ibi positæ, quia maritus vel emptor potuissent eos agentes prohibere,ne suo nomine agerent,quod si non fecerunt,nocet eis, quia ex voluntate eorum de iure,quod ex persona agentium habuerunt,iudicatum sit,vt dicta l.sæpe.§.ijs vero. Non obstant iura,quę allegantur in contrarium,l.1.C.quibus res iudic.non nocet. & l.sed & hæ. & quod ibi not.in princip.ff.de
39 procura. vbi sententia lata † contra agentes nomine alieno non habentes mandatum ita demum obest,si ratum habeant expresse,nec videtur sufficere sola scientia, quia tunc ipsi videntur contradicere,ex quo inutiliter gerunt & agunt,& regulariter dicuntur inutiliter egisse, ex quo succubuerunt,per legem iam tamen.§.in hac.ff.iud.fol.& per notata in l.ex parte.in princi.ff.famil.herciscun.quia illa iura loquuntur,quando agens simpliciter agit de iure tertij sine mandato, vt tertio non obsit sententia etiam sciẽti, quia videtur prohibuisse,eo quòd inutiliter egit. Sed textus in l.sæpe.loquitur quãdo aliquis agit pro illa tertia persona, quæ habuit causam in illo iure ab ipso agente, vt tunc sententia noceat ipsi tertio simpliciter scienti: & quòd hoc sit verum,patet dicta l.sæpe, in socru, vxore, vel venditore defendentibus sine mandato, quia sententia lata contra eos quamuis defendentes sine mãdato obest marito vel emptori habentibus causam ab eis, aliàs si rationes Barto.& aliorum dicentium, quòd sententia non obesset prædictis,quia agentes non habebant mandatũ, & ex eo quòd succubuerunt, non videantur habuisse ratum vir & emptor: Istæ rationes viderentur habere locum pari-
ter in defendentibus sine mandato, quæ lex nõ magis loquitur in defendente nomine proprio,quàm in defendente nomine alieno, & sic nunquam haberet locum dispositio dictæ l.sæpe. Et ideo melius est dicere, quòd isto casu quando defendens est ille,a quo defensus habuit causam,quòd tunc sola scientia habeatur pro ratihabitione, l. quo enim. §.1.& ibi glo.ff.rem ratam haberi.quæ potest esse vera in istò casu. Potest etiam verificari illud,quod notat Innocen.in cap.ex parte decani. de rescript. vbi vult Innocen. quòd vbi quis videt
40 † causam suam agi per alium nomine suo, & non contradicit, quòd fiat sibi præiudicium, & creditur ex sua voluntate egisse: & allegat dictam l.sæpe.de re iudic.Et mandatur talis sententia executioni contra virum vel emptorem, vt l.3.& l. Paulus.de re iudic. Et idem tenuit de offic.delega.cum in iure.& de procura.in nostra.& idem Archid. de procur. qui ad agendum.lib.6.Et hæc videntur tenere Domini de Rota sua
41 conclusione 486.& 47.in nouis. Concludo † ergo,quod dicta lex sæpe. loquatur tam in agente, quàm in defendente, quicquid scribant alij, & hoc quãdo actum fuit nomine emptoris, vel nomine mariti: nam si socer,vel vxor egisset nomine proprio, vel emptor nomine suo, adhuc posset procedere dicta l.vt si socer succubuisset, quia constituisset rem illam ante constitutam dotem, vel socerũ ante rem traditam non fuisse talis rei dominum, forte quia aduersarius probasset se esse dominum assumendo in se onus probandi,tunc talis sententia obesset viro & emptori: & idem si probatum fuisset auctores ipsorum agentium non fuisse dominos tempore traditæ eis dictæ rei: ita intelligo hanc quæstionem. Non obstat, quod quidam dicunt, quòd dicta lex sæpe. loquatur, quando quis deducit in iudicio tanquam ius suum, quod pertinet ad alium, & sic non videtur posse loqui in socru, & vxore deducentibus rem dotalem nomine mariti,vel in venditore deducente venditam rem nomine emptoris: quia isti non deducerent ius suum, sed alienum: quia istud non est verum, quia ille textus l.sæpe.loquitur in defendente vel agẽte de iure,quod alteri dedit,nec declarat tex. quod plus hoc faceret nomine suo quàm alieno.Item quòd loquatur in agente alieno nomine probatur, quia ratio, quare hæres non præiudicat cohæredi, est, quia non potest prohibere cohæredem quin vtatur iure suo, quod non est in venditore & vxore, quia isti possunt prohiberi, quia vtuntur iure alieno emptoris aut viri: vnde patet, ꝙ loquitur in istis agentibus de iure alieno & nõ suo,quamuis ab ipsis agentibus.Pro-
42 fectò patet † etiam ex his, quæ dixi de debitore & creditore agentibus, quia creditor agendo deducit ius debitoris in iudicio,& debitor agendo ius creditoris: vnde non est verum, quod illi dicunt,ꝙ lex sæpe. loquatur solum,quãdo quis deducit in iudicio illud tanquam ius suum, quod ad alium spectabat, licet ab ipso agente vel defendente profectum: quo casu scientia habetur pro ratihabitione vel mandato,vt dicit Innoc.in dicto c.ex parte decani.de rescript. & iuribus supra allegatis.licet secus sit in alio agente de iure alieno sine mandato, vel dependente, quando ille non habuisset causam ab agente, quia tunc scientia vel patientia non haberetur pro consensu, l.iam tamen. §. in hac. rem rat.habe.& l.sed &. C. de procur.& l.1. quibus res iudi.non no. Et ista est vera concordia istorum iurium, omissis alijs concordijs, quas aliqui faciunt, quæ in eo iudicio nihil valent. Adde dictis Docto-
43 rum in quæstione, an sententia lata † contra proprietarium præiudicet fructuario scienti? nam Barto. vult hic quòd sic, quòd quemadmodum lata cõtra debitorem præiudicat creditori,vt hic & in l.sæpè.secundũ vnam lecturam,ita lata cõtra proprietarium præiudicat fructuario: & hoc voluit etiã Innocen.in dicto c.quamuis. de re iud.licet referat quosdam contradicere: & iste est Cyn. qui tenet oppositum in l. 2. C. vbi in rem ac.& pro opinione Cyn.facit quod dicit hic Bart. qui vult, quòd sententia lata contra tantum naturaliter possidentem vt fructuarium, non præiudicet domino ciuiliter tantum possidenti,per gl.notabilem in l.Pomponius. §.si ijs. supra de acquiren. posses. Ea ergo ratione si esset lata contra proprietarium conuentum,qui tamen possidet ciuiliter,non deberet obesse fructuario naturaliter tantum possidenti. do. autem Anto.de But.in d.c.quãuis. dicit, ꝙ si sentẽtia est lata contra proprietarium super nuda proprietate, ex quo nõ tãgitur nihil quicquã de iure vsusfructus, ꝙ talis sniia non præiudicat fructuario, nisi quia vincẽtẽ recognoscet improprie, qd̃ not.gl.de ele.querelã.Si verò fuit lata super plena proprietate,tunc dicit ꝙ si fuit lata, quia agens non probauit de suo

dominio,tunc non obest fructuario, quia vincens habet tantum titulum ex sententia. Et ideo non vincit habentem similiter titulum anteriorem,sicut est fructuarius, argu.not.in l.siue autem.§.si duobus.de publiciana. secus si esset lata contra proprietarium,probato ꝙ aduersarius foret dominus: nã talis sententia præiudicaret fructuario. Ego dicerem,vt dixi supra de debitore agente, an præiudicet creditori: Nam aut proprietarius fuit separatus à proprietate ante constitutum vsufructuarium,& tunc sententia nocebit indistinctè vsufructuario,cùm post sententiã constitutus est vsufructuarius,l.si mater.§.fi.& l.iudicatæ.in fi.ff.de excep.rei iud.& l.si superatus.§.fi.de pign.Aut fuit superatus cõstituto iam vsufructuario,& tũc distingue,aut superat proprietarius agens,aut conuentus.Si agens,tunc si superatur ideo,quia non probauit de proprietate, tunc nõ præiudicat fructuario primo, quia hoc casu ius istius ꝓprietarij victi non transit in vincentẽ, l.exceptio.ff.de exce.rei iud. Et quia licet hic vincens hẽat titulũ & sniam super proprietate, fructuarius habet prius titulũ super primo constitutũ,arg.d.l.siue aũt.§.si duobus.Et dico,ꝙ modo non præiudicat,vt teneatur recognoscere etiam ipsum in proprietarium,quia per hanc sententiam vincens non habet aliquod ius in proprietate,nisi titulum sententię: & hoc qñ proprietarius egit de nuda proprietate. Obstat, ꝙ si ageret de vsufructu, dẽt obstare exceptio rei iudicatæ per notata in l.qui Romę.§.duo fratres.de ver.obli.quia illud forte procedit,qñ vsufructuarius prętenderet ius vsusfructus ab illo,qui succubuit, quia tunc si constitueret iudicium pro vsufructu constituto sibi à victo,non obstaret exceptio rei iud.cũ vsusfructus veniat in consequentiam necessariam a dominio vel quasi: hoc tñ est verum,quando succubuisset agens in re vẽdita & in publiciana,secus in rei vendicatione tantũ,quia habens ius publicianæ potest constituere vsumfruc.sed si agens proprietarius instituit iudicium de pleno dominio dicens se plene dominum, quamuis alteri constitueret vsumfructum, tunc si succubuit,quia non probauit,vult Anto.de Butr.in d. c.quamuis.ꝙ sententia non præiudicet vsufructuario,per rationes quas supra dixi.Mihi videtur, ꝙ præiudicet per istum textũ,& tex.c.quamuis.quia deducendo plenum dominium, & proprietatem deduxit ius vsufructuarij in iudicio, & tunc succedit ratio illius legis, & illius c. ꝙ quando aliquis est passus illum,a quo habet causam,experiri,ꝙ tunc præiudicat sibi vt hic.Et cessant contraria de l.siue autem. §. si duobus, quia illud loquitur,nisi qui habet titulum priorem præiudicet sibi ex iudicio agitato cum illo,a quo habet causam,& qui deducit ius eius in iudicio eo sciente per istum text.Non obstat id quod dixi supra de debitore, ꝙ non præiudicat hoc casu creditori: quia ibi non deducebat ius debitoris in iudicio. Item hoc casu fructuarius poterat eum prohibere, ne agere de iure sui vsusfructus, vt hic,faciũt ea quæ dixi in proximo præcedenti membro.Si verò succubuit,ꝙ assumpsit onus probãdi in se conuentus,& probauit se dominum, tunc si iudicium fuit de nuda proprietate,videtur velle Ant.But. ꝙ non obsit vsufructuario, nisi vt recognoscat vincẽtem in proprietariũ. Mihi videtur, ꝙ si fructuarius vellet agere de iure sui vsusfructus contra illum,qui obtinuit & probauit se dominum,asserendo habere ius ab illo condemnato, ꝙ tũc obstabit sibi exceptio rei iudi. Nam si fuit iudicatum de iure dominij in alio iudicio, a quo de necessitate ex quadam consequentia pẽdet vsusfruc. ꝙ tunc in isto iudicio obstabit exceptio rei iud.etiã, quicquid agatur ad diuersum,cum hoc diuersum,quod intẽtatur,modo veniat ex necessaria consequentia ex pręcedenti,vt est casus in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.oblig.secus si dicat simpliciter habere ius vsusfruc.sed non ab alio, ꝙ succubuit,quia tunc sententia non obest in vsufructu. Si verò fuit de plena proprietate actum, tunc nocet sententia per istum textum,si vincens probauit se dominum. Secundo casu quando proprietarius est conuentus,& tunc si est conuentus actione reali respectu suæ ciuilis possessionis tantum, qa agens dicebat se solum dominum, & ciuiliter tantum possidentem non dominum, tunc si agens obtinuit tanquam dñs in nuda proprietate,credo ꝙ sit idẽ quod dixi in agente proprietario,qui succubuit,qñ aduersarius probauit dominiũ,& multo magis si fuit conuentus de plena proprietate: faciunt ea quæ dicam proxima quæstione. & hæc similia sunt de emphyteota, feudatario & similibus,quamuis Bart.hic æquiparat fructuarijs: sed gl.in d.c.quamuis. & Inno.æquiparat eos venditori & emptori: sed similitudo Bar.videt mihi verior,
44 ideo adde † ad id, quod dicitur de sententia lata contra fructuarium, an præiudicet domino: nam Bart.hic dicit in fructuario agente quod est idem quod de creditore. Si vero loqueris in fructuario conuento, tunc vult ꝙ nõ obsit proprietario, quia conuenitur tãtum ratione suę naturalis possessionis,vnde non præiudicat proprietario, ꝙ conueniatur ratione suæ ciuilis possessionis, quia nunc agitur ad diuersum per dictam glo.sui,in l.Pomponius.§.si ijs.de acqui.posses.Tu verò dicas.Primo de fructuario agente, quia si succubuit agens de iure sui vsusfruc. ex eo quia non probauit de iure eius cõstitutionis, vel ex alia causa, quæ non respicit dominium,& tunc clarum ꝙ non præiudicat proprietario,ratio,quia iudicium secundum intentatur ad alium finem: & idem si succubuit,quia non probauit constitutionẽ dominij, quia tũc poterat a proprietario res vindicari, per notata in d.§.duo fratres. Sed si conuentus probasset se dñm, tunc talis sententia obesset proprietario:& hoc videtur hic sensisse etiam Angelus,qui dicit, ꝙ si aliquis egit contra fructuarium negatoria, dicens eidem vsumfruc.non competere,quia constituens nõ fuit dominus,sed solum ipse agens,hoc probato ꝙ ipse agens sit dominus, oberit hæc sententia proprietario: & hoc videt de mente Barto.hic,& sic militat l.vendicantem. de euic.& l. sed si ante. de except. nam quando secundum iudiciũ proponitur ad diuersum finem,obest exceptio rei iudi. in isto secido quãdo qui obtinuit in primo probauit illud ius ad se expectare,pro quo conuenitur modo in secundo:hoc tamẽ videtur contra notata per Inno. in cap.cum ecclesia sutrina.de causa pos.& proprie.Item intellige prædicta, quãdo vsusfructuarius instituit iudicium principaliter de vsufructu: sed vbi egisset principaliter de proprietate,quod potest occasione sui vsusfructus,quia ipse est procurator proprietarij, tunc indistinctè,sicut dixi in creditore, sententia lata contra hunc fructuarium oberit proprietario per istum textum, coniũcta l.1.in fin.de ope.no.nunc.& l.1.in fin.vsufruc. quemadmodũ caueatur. In casu autem,quo dixi, quòd si succubuit vsufructuarius, non obest proprietario, an saltem obsit,vt debeat pati vincentem loco fructuarij: dic vt dicam statim in ipso vsufructuario conuento, quia si agebat de nudo suo vsufructu, & non probauit constitutionem, & propter hoc succubuit,tunc nullum fiet præiudicium proprietario etiam in eo, quo tenebatur recognoscere vincentem fructuarium: ratio, quia ius agendi fructuarij victi non transiuit modo in vincẽtem,vt not.in dicta l.exceptio. Nec ipse per hanc sententiam docetur habere aliquos vsusfructus: secus si ideo obtinuisset reus, quia probasset ius dicti vsufructuarij ad se spectare, quia saltem præiudicaret proprietario, a quo victus habuit causam, vt teneretur eum recognoscere fructuarium, quia tunc ius victi transiuit in vincentem, vt dicta l.exceptio. Ita deberent intelligi quę notat Inno.& post eum Anto.de But. in dicto cap.quamuis. licet ibi indistincte dicant, quòd proprietarius debeat recognoscere vsufructuarium vincentem. Si verò loquimur in fructuario conuento, tunc si conuenitur tantum de iure vsusfruct.& succubuit,quia agens probauit se habere ius vsusfruc.formalis insolidum, tunc præiudicat proprietario, quia debet eum pati in fructuarium. Sic etiam potest intelligi quod dicit Innoc. Si vero obtinet,quia probat se dominum agens, tunc si de hac probatione à domino quamuis incidenter deducto fuit plenarie cognitum, & petitur pronunciari incidenter super eo, & probationes plenariè receptæ, quia sit lis contestata, & sic de similibus, tunc obest in alio iudicio. Iste est casus in cap. cum ecclesia sutrina.de causa posses.& proprie. sic debet intelligi quod dicit hic Barto. de conuento, qui assumit in se onus probandi de dominio, quod obsit in alio iudicio, vt hoc sit verum, quando fit plenaria discussio,vt not. Innocen.in cap.cum dilectus.in penult. conclusione. Barto. in l.Iulianus verum debitorem,secundum vnam lecturam. ff.de condi.indeb.ita intellige quę hic dixi, & ego post eum in l.fundi. & l.fundum. de exceptio. Sed si fuisset summarie cognitum de dominio, & summariè de eo probatum, non obest in alio iudicio, l.a diuo Pio. §. super rebus. ff. eod. l. si quis a liberis. §. hac siue parens, de liber.agnosc.not.Bart. in d.§.duo fratres. Et idem si plenarie fuisset discussum, & probatum & pronunciatum, quamuis non petitum, per l. duobus. de except. rei iudica. & l. quod in diem. de compensa. etiam si modo agitur ad alium finem. Nec obstat quod dicitur,quòd si agitur ad alium finem, non obstat exceptio: quia istud videtur intelligi, nisi qui modo conueniatur excepisset in alio iudicio, & plenariè probasset in eodem iure; ita videtur hic dicere Bart.de creditore.Sed huic dicto obstat dictum Innocen. in dicto cap. cum ecclesia sutrina. Si verò fuit cõuentus fructuarius ratione proprietatis, quia fuit principaliter deductum ius dominij in iudicio,tunc dixit Bart.quòd non obest, vt dixi. Tu dicas plenius, quòd si agens solum egit,vt aduocaret tantum naturalem possessionẽ à fructuario: Nam narrauit se dominum, & istum tanquam fructuarium & tãquam naturaliter possidentem,& conclusit eum damnandũ ad possessionem,quam habet reddendam: tunc videtur posse procedere dictum Barto.& Anto.de Butr.quòd cum agitur postea ad diuersum contra proprietarium, idest ad obtinẽdum tantum ciuiliter,tunc non obsit in alio iudicio,per hoc quod not.in l.1. C.vti possidetis.de eo qui ingreditur possessionẽ, vt tantum habeat naturalem. Saluãt aliqui Moderni hic Bar.
45 Mihi videtur,quòd ista quæstio pendet ab illa,an † quemadmodum fructuarius potest agere nomine domini & eius cẽsetur procurator, l. 1.in fin.de oper.nou.nuncia.an similiter possit conueniri, & tueri: quod Bart. dimisit indiscussum in dicto §.fin.timore.l.fin.de serui.sed demum in l.apud Trebatium.in fin.de aqua plu. arcen.tenuit, quòd per viam reconuentionis posset conueniri. Angelus verò dixit, quòd non erat procurator, quãdo iudicium agebatur de nuda proprietate, ita quòd non tangetur quicquam de iure vsusfruct.Sed credo quòd non bene dixerit,per l.1.in fin.vsufruc.quemadmodum caue.vbi imputatur fructuario, si vsucapitur sola ꝓprietas,sic cum euincitur: vnde ego dixi,quòd etiam per viã conuentionis fructuarius est procurator, per dicta iura, nisi agatur accusatione reali ꝓ aliqua seruitute,qua obtenta nullum fiat præiudicium vsufructui, quia tunc non est procurator:ita loquitur dicta lex similis,in fi.Sed hoc non est,si euincitur proprietas,quia sententia lata super proprietate præiudicaret in vsufructu; & ideo ego dicebam, quòd si fructuarius decertauit illum,à quo habuit causam,fuisse dominum, ꝙ tunc fieret præiudicium ipsi etiam, quamquam ille egisset etiam pro obtinenda sua sola naturali, quia procurator potest præiudicare domino,sed si nil deduxisset de dominio domini,ita quòd non videtur tanquam procurator, quanquam de iure dominium assumpsisset, tunc potest procedere dictũ Barto.& demum non obstat exceptio, si instituitur iudicium contra dominum pro sua ciuili. Nec obstat illud quod dixi, ꝙ si conuentus de vsufructu assumit in se onus probandi de proprietate,quod præiudicat domino, vt deberet esse in ꝓposito discussor plenariè,& de proprietate cõuento fructuario, quia in casu prædicto fructuarius deduxit ius domini in iudicio,& sic præiudicat domino: secus in proposito,quamuis fuerit passus aduersariũ probari de dominio suo,sed simpliciter agens proposuisset de suo dominio, & petijsset simpliciter rem sibi reddi: quia videtur ius suum deducere etiã in iudicio, tunc præiudicabunt etiam domino nõ solum naturalis possessio fructuarij, sed etiam ciuilis competens proprietario,vt not.glo.sing.& ibi Doct.C.vbi in rem actio. vnde concludo, quòd si fructuarius conuentus deduxit ius domini sui in iudicio, ꝙ indistincte sententia lata cõtra eum indictinctè præiudicet proprietario: secus si nullum ius domini in iudicio deduxit, si passus est tantum se in iudicio cõueniri occasione solæ suæ naturalis, licet secus foret si simpliciter fuisset cõuentus. Nec obstat,ꝙ si fructuarius vel creditor censentur procuratores, ergo indistincte sentẽtia debet præiudicare domino non solum scienti,sed etiam ignorãti: quia textus ille loquitur in casibus, quando fructuarius vel creditor agunt vel defendunt non tanquam procuratores: sed nõ tollit, quin etiam vt procuratores possint: & tunc obest dominis indistincte. vel dic,ꝙ quamuis isti censeantur procuratores, non tamen obest sententia, nisi vt hic dicit sententia, aliàs textus.Item adde ad illam quæstionem, an sententia la-
46 ta † contra colonum vel detinentẽ præiudicet domino proprietario. Nam Bar.se hic remittit ad not.in l.peregrè.§.quibus.de acq.pos.sed ibi hoc relinquit sub dubio.In l.verò officium.de rei vendi.& l.2. C.vbi in rem actio.expresse tex.decidit,ꝙ non prejudicet nec quo ad proprietatem,nec quo ad possessionem, nisi fuisset processum secundum casum l.2. C. vbi in rem.vt quia colonus nominasset dominum in iudicio: aliter ergo non præiudicat: alleg.hoc tenere Innoc.in c.quoniam frequenter.§.ꝙ si super.vt lit.non contest.in verbo,nominare.ratio, quia non est de mente pronunciantis præiudicare nisi detentori,& hoc tenet etiam Ioan. And.ibi per c.super eo. de offi.dele. Item quia colonus videtur habere facultatem defendendi ius dñi in iudicio agendo siue defendẽdo, per l.1.C.si per vim vel alio modo.pro hoc tex. in d.l.2.vbi in rem ac. C.vbi demum fit domino prejudicium in possessione quando est nominatus in iudicio, & non comparuit citatus, pro hoc videtur casus in l.fi. C. si per vim vel alio modo. vbi patet, ꝙ nec principis rescripto, nec etiam iudicis sententia potest priuari non litigãs sua possessione: hoc videtur tenere Cyn. in l.pecuniam. C.de neg.gest. Sed contra istud dictũ & hanc decisionem, s. ꝙ fiat prejudicium in posses.proprietario saltem scienti,videtur facere lex qui patitur.ff.man. qa proprietarius patiens & sciens vñ mandare, ꝙ ipsi scienti fiat præiudicium,tenet Inno.in c.cum super.de reg.iur.in gl.magna.in ver.quod incipit,per istam decretalem autẽ. vbi vult, ꝙ opponens se executioni sententiæ, quo minus ipsa nõ mãdetur executioni,non auditur, licet se possidere dicit,tamen retinet ius saluum in proprietate, sed non in possessione, quam admittit,text.est in d.c.cum super. secundum eum. Ex eo enim ꝙ iura permittunt cõtra nudum detentatorẽ actionem realem, cõgruum est ꝙ fiat executio respectu possessionis, ne talis permissio videatur elusoria contra legem si ꝓtor. de iudi. Et si dicitur,debet sufficere executio in detẽtatione. Respondetur,ꝙ illa admissa admittitur possessio, per l.peregre.§.quibus.de acqui.pos. alleg. etiam l. Celsus. §. Iulianus. ad exhiben.& l.qui vniuersas.§.item cum prætor,de acq.pos. per quæ iura Bart.hoc dimisit indiscussum in d.§.quibus.Pro
47 ista sententia facit, quia factum † iudicis reputatur factũ partis,l.si ob causam.de euic.cum ibi notatis.& l.2. C. si in causa iudicati. Sicut ergo cùm colonus meus alteri tradit detentationem, ego dominus etiam ignorans,perdo possessionẽ, vt d.§.quibus. Pro ista sententia facit, quia factum iudicis, &c. vt not.in l.fi. C.de acquir.poss. ergo eodem modo qñ iudicis mandato fit executio sententiæ contra colonum: quinimo amplius vñ dicendum,ꝙ fuit prejudicium, nedum super possessione scienti,sed etiam super proprietate,per tex.istius legis,qui vult,ꝙ qñ quis patitur aliam causam agere,cum tamẽ spectat ad se principaliter actio,ꝙ tunc talis faciat sibi præiudicium:ad idem tex.in c.pen.extra eod. sed actio & defensio spectant ad proprietarium non ad colonum, ergo patiendo sibi præiudicat: & hoc vñ de mente Inno.in d.c.penul.in glo. magis.in vers.potest etiam dici.& in ver.detentato.& in magna glo.in c.intra quatuor.de maio.& obe. & ꝙ fiat præiudicium etiam in proprietate,tenent hic aliqui Moderni, & rñdent ad c.cum super.quod videtur probare,vt tãtum in posses.fiat præiudicium,non in proprietate,vt ille tex. intelligat quando dominus sciuit tantum post latam sententiam, quo casu solum improprie in possessione fit præiudicium, si non appellat. Et hoc videtur voluisse Inno.in ver.alioquin.Mihi videtur dicendum, an proprietario scienti fiat præiudicium de proprietate: & dico ꝙ non, quia ius rei in causa proprietatis,ex eo ꝙ aliquis sit colonus, non videtur sibi de mãdato, text.in d.l.1. C.si per vim.quod videtur verum, etiam si nomine proprietarij agat vel defendat,quamuis Inno.hoc casu senserit contrarium in c.ex parte decani.de rescrip. & de fide instrumen.c.vt dilectus. Sed hoc tenet Anto.de But.in dicto cap. super. vnde colonus non habet facultatem mouendi vel excipiendi actiones de proprietate, & quemadmodum coniuncta persona vel quiuis alius non habens mandatum agendi eo nomine etiam me sciente non præiudicat mihi, si non habeo ratum,vt l.sed &.C.de procura.& l.1.C.quib.res iudi. non nocet. & vult Bart.hic de debitore agente, ita est in colono. Non obstat lex qui patitur.man.quia loquitur,quando id quod geritur est certum geri ad vtilitatem patientis, secus si est dubium,vt in causa iudiciali: imo ex quo succubuit, videtur patiens prohiberi,vt l.1.& quod ibi not. C.man.& hic per Barto.in dicta quæstione, quando venditor vel mulier: Non obstat ista lex,quia vero.ꝙ tex.dicit, quòd tunc patiens facit sibi præiudicium, quando patitur causam experiri per aliũ,cuius ad ipsum principaliter spectat defensio, quasi velit ꝙ si patitur per aliam causam agi,qui põt actionem secũdario mouere,vel pati,vt sunt illi, quibus est commissa rei custodia cum aliquo iure rei, vt tunc ex iudicio cum istis actitato fiat præiudicium dño: & ratio,quia isti sunt procuratorum loco, vt not.in l.1.in fi.C.de nou.ope.nuncia.& sunt creditor,vsufructuarius,& similes: secus si non habent hanc actionem secundario,vt sunt coloni,commodatarij,& similes, quibus & si sit eis custodia rei commissa, tamen non habẽt aliquod ius in re,ita quòd censentur tacitè constituti procuratores,vt latius dixi in dicta l.1.in fin.de oper.nou.nunci.per tales igitur non fit præiudicium proprietario etiam scienti, sicut nec per

quemlibet alium agentem vel defendẽtem ſuo nomine ſiue mandato,l.2.in fin.C. vbi in rem actio.Ita ego intelligo illam lec. nec amplius iſto modo intellexi, pro quo eſt caſus in dicta l. 2. C. vbi in rem actio. vbi facta citatione per colonum non procedit amplius in iudicio contra ipſum : Sed proprie tali non comparente ad ſuſceptionem iudicij tantum fit ſibi præiudicium in poſſeſſione. Secundo eſt videndũ,an fiat ſaltem prejudiciũ in poſſeſſione ? & adhuc dico, quòd domino vel proprietario ignoranti, nota. per textum in dicta l.2.vbi in rem ac. per l.fin. C.ſi per vim vel alio modo . Non obſtat lex vniuerſas. de acquir. poſ.§.item cum prætor. quia loquitur contra eum reſpectu cuius fit miſſio, ſic & l. Celſus. §. Iulianus.quia dicitur ibi,quòd contra detentatores vel naturaliter poſſidentes datur actio realis:ſed ꝙ ex hoc fiat præiudicium tertio, non dicit illa lex.non obſtat §.quibus.per quẽ textum vult Innoc.quòd fiat præiudicium in poſſeſ.quia ille loquitur in eijciente colonum, cuius eſt intẽtionis velle eum priuare tota re eiecta,ſed etiam alium: ſed iudicis non eſt intentio priuare tertium ignorantem ſua poſſeſſione propter hoc quòd colonus ſit conuẽtus, per l.ſi.C. ſi per vim vel alio modo. Nec obeſt id quod dicitur,quòd factum iudicis partis cenſetur : Idem quia factum iudicis cẽſetur limitatum vt tertio ignoranti non faciat præiudiciũ : & idem eſſet in parte, ſi hoc ageret,& quod dixit de domino ignorante, idem credo & de ſciente, qui non fuit negligens, quia non eſt quod ſibi imputetur:Et iſtud teneas, quicquid dicant aliqui moderni, quod tenet Anto.de But.in d.c.cum ſuper. & domini de Rota ſua conclusione 193.vbi dicunt, quòd ſententia lata contra vaſallum,vel inter vaſallos,non nocet dominis ignorantibus,cum illi non habent ius deducendi rem in iudicio. Sed hoc exemplum non videtur mihi bonum, quamuis dictum procedat in colono, quia immo habẽt ſicut creditor,fructuarius, emphiteuta, & ſimiles, per l.3.ff.de nou.oper.nunc ſed quando proprietarius fuit ſciens vel negligens , tunc vult Anto. de Butr. quòd fiat præiudicium in poſſeſſione per l. ſi de eo.§.1. de ac. poſſ. allegant not.in l.à diuo Pio.per Barto. ff.eo.in princ.ſed nihil facit. ſed aduerte, quod præiudicium non fit modo ex ſententia, ſed quia ſi per naturalem, quam habeo per colonum,& ego ſcio,ſi non procedo de mea ciuili,videor ſuſpicare me poſſe repelli:Ita intellige dictam l.ſi de eo,§.1.& ibi dicam. Ita intellige quæ dixi ſ.de ſententia lata ꝯ fructuarium, vt non præiudicet niſi à ciuili proprietario, & illud ſit verum, niſi pro ſua ciuili proprietariũ ſit negligẽs poſt executionem.vbicunque autem dixi ſententiam præiudicare alteri, iſtud eſt verum,niſi ille, cui poſſet ſic fieri præiudicium,veniet in iudicio & proteſtetur,quòd ſibi non prejudicet, per l. ſi pariter. ff. de libe.cau.& l.ſi debitor. §. 1. ff.
48 quib.mo.pig.vel hypo.ſol. Vlterius † dictũ eſt, quòd vir poteſt prohibere vxorem vel ſocerum, vel emptor vẽditorem, ne experiantur,quando debet fieri iſta prohibitio? doc.quòd ante lit.conteſt.non poteſt prohibere, quia iam ſcit, argu.ff. de procura. l.pluribus. & l.ſi pluribus. ſed poſt lit. conteſt.nõ poteſt prohibere, quia iam deliberatus eſt quaſi contractus, ex quo quis obligatur inſtãtiæ:ſed ſi ſciuerit poſt lit. conteſt. poteſt prohibere etiam quantum ad hoc ne ſuo iuri prejudicetur, l. ſi pariter. ff. de libera.cau.2. reſponſo. In eo autem caſu,quo non poteſt prohibere,poteſt tamen aſſiſtere ne cõcludatur.C.de litigio.auct.nunc ſi hæres.& ff. de inoffi. teſta. l.ſi ſuſcepta. Nunc reuertamur ad regulas ſupra dictas, quæ
49 faciunt ad infinitas quæſtiones, & primo aliquis eſt † pronunciatus filius legitimus vel illegitimus, ante iſta ſententia præiudicet alijs,vel contra alios. Quidam dicunt, quòd hæc ſententia facit ius quo ad omnes,vt in c.peruenit.& in c.per tuas. qui filij ſint le. & l.1.in fi.ff.de libe.agno. Alij dicunt, ꝙ quo ad alios non præiudicat,& hoc ſequitur Inno.& Hoſt.in cap.cauſam quæ.el.2.qui fi.ſint le. per regulam res inter alios acta. &c. Et quia dato,quòd ſententia lata pro filiatione faciat ius,vt l.1.in fi.de libe.agno.hoc de legitimitate ſecũdum aliquos non reperitur iure cautum, & ſecundum Innoc.non facit ius. Mihi videtur,quòd ſcribentes non attingant deciſionem iſtius dubij, & ideo mihi videtur reuertendum ad ea quę dixi ſupra quando ſententia declaratoria obſit : nam vt ibi dixi, oportet ꝙ ſit lata cum legitimo contradictore; diſcurramus ergo per ſingulos caſus. Eſt igitur primum ſciendum vel intuendum,quando cauſa filiationis & legitimitatis eſt agitata, & tunc ſunt tria intuenda, primum an ſit agitata principaliter,an incidenter,p.p aliud.Secundo cum quo ꝯdictore. & tertio ad quem finẽ eſt iudicium agitatum,& primũ videamus,quando eſt agitata principaliter, vt quando pater dicat filium tãquam legitimum adiecta cauſa de iure Quiritũ, l.1.§.per hãc.ff.de rei ven.loquor de filijs legitimis, quia ſpu-
50 rij non hbeant † agnationem nec patrem nominant, vt in l. ſpurios.ff.vnde cogn.nec nominandi ſunt filij, in Auth. qui. mo.na.effi.ſui.in §.fi.& l.1. de natu.libe. & idem in naturalibus filijs, quia non habent iura agnationis, nec habent iura conſanguinitatis,cũ attinentibus patris,& ideo non ſuccedit fratri legitime ex alia matre,vt in §.filius.in Aut.qui.mo. na. effic.ſui.vel econuerſo,quando filius inſtituit iudicium contra patrem, videlicet cum aliquis dicit ſe filium, & intentat actionẽ præiudicialem in rem, vt pronuncietur filius legitimus & in poteſtate alicuius,quem dicit patrem ſuum, vt Inſtitu.de actio.§.præiudiciales. nota.in l.2.in fi.& l.3.§.1.de libe.agno.& iſtis caſibus indubitanter quando de filiatione & legitimitate eſt plene cognitum,& interuenientibus illis,quę dixi ſupra debere interuenire, vt ſententia ius facit, iſta talis ſententia lata cum plena cauſæ cognitione facit ius de filiatione & legitimitate: hinc eſt, quod conſanguineus & frater efficitur,l.1.in fi.& l.2.& 3.in prin.ff.de libe.ag. loquor quod facit ius non ſolum de filiatione, ſed de legitimitate : Hinc eſt quod conſanguineus & frater efficitur alijs fratribus & agnaſcitur alijs cõſanguineis,vt dictis iuribus, quę iura agnationis non cõpetunt niſi legitimis,vt in Auc.qui.mo.na. effici.ſui §.filius.quia naturales non ſunt etiam in poteſtate parentum,nec iura agnationis habẽt.& iſta ſententia prodeſt & obeſt omnibus:& iſta ſententia eſt veriſſima, quicquid dicat Innoc. & canoniſtæ in dicto capitulo cauſam quę. qui fil. ſint le.& ideo nugæ ſunt rariones differentiæ,quas ponit do.Anton.de Butr. in dicto capitulo cauſam quæ. quod quæſtio ingenuitatis non eſt reſtringibilis ad perſonam, ſicut cauſa legitimitatis: nam ſi aliquis dicit ſeruum ſuum illum, qui dicit ingenuum: Iſta quæſtio reſtringitur ad iſtas perſonas, ſicut cauſa legitimitatis.Item dum dicit, quòd ſentẽtia ſuper legitimitate feratur non omnino integris probationibus, igitur non obeſt volentibus probare contrarium : ſed iſta ratio eſt falſa,quia ita probatur legitimatio ſicut filiatio,& tamen ſententia lata ſuper filiatione facit ius, & ideo tene firmiter,ꝙ ſentenaia lata ſuper filiatione & ſuper legitimitate facit ius, aliter non efficeret frater & conſanguineus prout fit,l.2.ff.de lib.agno. Eſt enim pater legitimus contradictor, & ſic cũ interueniãt omnia, ex quibus dixi quod ſententia ius facit,&
51 primo † quia lata cum patre, qui eſt legitimus contradictor, quia intereſt ſua habere legitimos ſucceſſores, & cum plena cauſæ cognitione inter præſentes & ſine colluſione, l.qui interrogatur.& l.ſeruus.de inter.act. faciet ius quo ad omnes, dico quando legitimis probationibus hæc liquidata ſunt : nõ crederem ergo iſtis caſibus ſufficere patris confeſſionem, quia timendum eſſet de colluſione ad præiudicum aliorum:
52 & confeſſio habetur † pro actu voluntario etiam in contentioſo iudicio,ſicut compromiſſum, vt in ca.cum cauſam.de appel.dicam ꝯ.in fi.huius commẽti: ideo crederem iſtum admitti ad dignitates & honores vt legitimum,iuxta notata de elec.innotuit.& per Io.An.in ca.per venerabilem. qui fil.ſint le. & nota, quia etiam quo ad intereſſe iuris publici pater vt vnus de populo potuit eſſe legitimus contradictor, & hoc quando iudicium eſt factum cum patre, quia quod fieri poſſet principaliter cum alio non inuenio : Ideo nõ crederem ꝙ admitteretur petitio, qua quis peteret pronunciari ſe fuiſſe vel eſſe filiũ legitimũ Sempronij, vt citatis omnibus quorum intereſſet pronunciaretur talis non inſtituto iudicio cum Sempronio contradictore, non crederem talem petitionem admitti debere,licèt aliàs admittatur, quando in integrum reſtitutio poſtulatur, vt abſtineat ab hæreditate, vt in auc.ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſt. & hoc eſt de mente Inno. in dicto capitulo cauſam. el 2. qui fi. ſint leg. Non obſtat ſi filius ſic agens diceret ſe diffamari, & non eſſet legitimus,& ſic vellet practicare l.diffamari,C.de ingenu.ma. quia illa procedit ad imponendum ſilentium diffamati, ſed non quod cognoſcatur de cauſa ſtatus, & legitimus vel filius pronuncietur. Non obſtat capit. accedens, de purga. cano. qui text. videtur probare, quod diffamato de illegitimitate indicitur purgatio ; per quem tex. voluit Hoſtien. quod admittatur petitio petentis ſe declarari legitimum : quia Inno. loquitur quando quis peteret ſolum ſe declarari legitimum,
53 quia † non poteſt,quia iudicium debet eſſe trium perſonarũ, de verb.ſign.c.forus. ſed in hoc non eſſet reus : ſed ſi hæc petitio fit,quia petantur bona,dignitates,vel ordines, tunc admitteretur talis petitio,vt qui fil.ſint leg.c.latores.& c.1.& 2. eod.tit.& de ord.cognitionem.& de filijs presbyterorum. c.1. & c.fi. tunc ratione incidentiæ admittitur talis petitio, & ita erat in c.accedens. quia patebat ſe ordinari presbyterum, & infamia ꝙ eſſet illegitimus impediebat eum, igitur admittitur ibi talis petitio, quæ aliàs non admitteretur ſine cõtradictore, vel cauſa alia non requirente hanc petitionẽ ſubſiſtente de preſenti,nec ſufficeret etiam agitatum iudicium cũ matre,quia ſententia tunc non præiudicat quo ad alios,licet alij vt Pe.tenuerint contrariũ,ſed glo.tenet hoc quod dixi in l.1. in fin.de carbo.edic.vbi tamen videtur eſſe tex.in contrariũ : ſed ibi Doct.intelligunt,ꝙ ſententia fuiſſet etiam lata contra filium,& contra matrem,not.in l.miles.§.volenti,ff.de adult. vel poteſt intelligi ꝙ ſententia lata contra matrem præiudicet filio quantum ad hoc ſolum, vt teneatur probare ſe filiũ, ſed non in alio,& ita not.glo.in l.1. §.ſi cui ventrem, & ibi in glo.verſ.non dabo.& l.2.de ven.inſpi. Ideo credo,quando filius egiſſet poſſeſſorio, vt ſi quando filius erat in quaſi poſ-
54 ſeſſione filiationis,quia tunc poteſt filius † agere poſſeſſorio, vt non priuetur ſua poſſeſſione, l.3. §. hoc dictum. ff.de libe. exhiben.& §. hoc autem interdictum, & hoc quando plena-
55 riè fuiſſet cognitum,vt dixi : ſi autem cauſa filiationis † & legitimitatis non eſt agitata principaliter,ſed incidenter, vt in hoc exemplo, moritur filius vnus in poteſtate ſine filijs, cui vtriq; ſuccedit pater:ſi venit alter, & dicat ſe fratrem defuncti vtriq; coniunctim,& velit ſuccedere vnà cũ parente dicti defuncti.vt in auth.defuncto.C.ad Tertul.ſi pater neget eſſe filium ſuũ,& ſic ſit qõ de filiatione incidenter:vel dicit eum illegitimũ, quia t.pe.quo ꝛcepit eũ ex illa,quę fuit poſtea vxor eius,& mater defuncti,ipſe parens cum alia erat coniugatus, & ſic non potuit ſubſequentia matrimonij legitimari, vt in c.tanta. qui fil. ſint leg. nec poteſt ſecum ſuccedere in hæreditate fratris defuncti : an ſi pronuncietur filius legitimus,an talis ſententia faciat ius & præiudicet alijs poſtea volentibus venire ad hæreditatem talis patris, & excludere eum vt illegitimum,vel non filium.In hoc ſic dicerem, ꝙ aut de iſto incidenti filiationis & legitimitatis non fuit plenè cognitum,& tunc tacita pronunciatio, quæ reſultat ex eo, quod pronunciatur, eſt ſuper principali, non præiudicat, ſi poſtea de his agatur per viam agendi, vt l.penult. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.ſi quis à liberis.§.meminiſſe.ff.de libe.ag.Aut fuit de hoc incidenti plenè cognitum, & tunc aut ſententia lata ſuper principali trahit neceſſariam conſequentiam ad deciſionem incidentis,quia illud, quod pronũciatur a principali, non poteſt eſſe verum, niſi intelligatur pronunciatum ſuper incidenti,& tunc videtur ſuper iplis pronunciatum,l.2.C.de ordi.cogn.& tunc talis ſententia obeſt omnibus lata cum patre : & idem ſi iſta incidentia fuerunt propoſita per viam exceptionis,vt not.in l.Neſennius.in fin.de re iudi. nam ſi proponitur poſtea per modum agendi, & tendit ad eundem finem,& idem,vt l.duobus.de except.rei iudic.Si verò ſententia lata ſuper principali non trahit neceſſariam conſequentiã ad deciſionem iſtius incidentis,quia poſſunt ſimul ſtare, tũc ſi fuit de exceptione iſta & incidenti plene cognitum, & expreſſe pronunciatum, & tunc facit ius quo ad omnes, l. ſi in diem.§.ſi rationem.ff.de compenſ.vbi probatur, quòd obſtat exceptio rei iud.ſi autem non fuit plenè cognitum, vel ſi fuit cognitum plenè de iſto incidenti filiationis legitimationis non fuit expreſſe pronunciatum, tunc cùm non obſtat exceptio rei iudicatæ ſuper incidenti, vt probatur in dicto §.ſi rationem.in tex.& glo.ideo tunc non faceret ius,quia non obſtaret exceptio rei iudicatæ in alio iudicio, & hoc in iudicio agitato cum patre : ſecus ſi cum matre,vt dixi, & minus ſi cũ fratre,quia tunc non eſſet lata cum legitimo omnino contradictore, vt l.1.& l.patronum.ff.ſi ingenu.eſſe dica.facit l.1. & quod ibi not.de excep.rei iudica. & ideo ſi alius ſimilem cauſam ageret, poſſet ferri ſententia contraria primę vt ſi fuiſſet lata ſententia quo ad fratrem ꝙ fuiſſet legitimus, quo ad alium valeret ſententia ꝙ eſſet illegitimus. nec obſtat, quòd
56 † ſententia contra ſententiam non valeat,l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſ.quia illud eſt verum, quando eſt lata cum eadem perſona,ſecus ſi cum diuerſis,ad quos non extendunt ſe vires ſententiæ : nam ſi eſſent eędem perſonæ, quæ reputantur pro eiſdem perſonis, tunc ſententia contra ſententiam non valet, vt dicit l. 1. An autem iſta ſententia obſit in alio iudicio,quod agitaretur inter ipſos,qui prius litigaſſent, vt puta egit frater contra fratrem pro hæreditate patris, & fuit ſuper filiatione & illegitimitate pronunciatum, poſtea inter eos vertitur quæſtio de hæreditate communis fratris, an ſententia primo lata proſit vel obſit. In hoc eſt dicendum
57 ꝙ exceptio † rei iudicatæ habet locum, quotiẽs eadem quæſtio vertirur in ſecunda deciſione, quæ fuit deciſa in primo iudicio, & hoc ſiue agatur ad idem licet per aliam actionem, vt l.ſi quis cum totum.& l.cum quæritur.& l. cum de hoc.de excep.rei iudi.& idem quãdo agitur eadem actione ad aliud, quod ſine primo ſtare non poteſt: & ſic ſupponit id quod eſt actum in prin.iudicij, vt d.l.ſi quis cum totum . & l.egi. ff.de excep.rei iudic.puta quia petitur acceſſorium primi, & idem ſi petatur aliud principale, cùm fuit iudicatum ſuper cauſa agendi, & non agitur ſecundum iudicium niſi ſuper eadem cauſa, vt in iſto caſu cã filiationis & legitimitatis, tunc obeſt exceptio rei iudicatæ,vt d.l.ſi quis cum totum. §.ſi ancilla. & & l.ſi a te.de except.rei iudic. & hoc quando fuit lata ſententia ſuper ipſa cauſa, ſecus ſi ſimpliciter fuiſſet abſolutus conuentus, non adiecta cauſa, quia tunc non obſtaret exceptio rei iudicatæ,cùm aliud petitur,l.cùm queritur.& l.cũ de hoc. & hoc voluit dicere gl.in §.ſi ancillam.ſuper ver.petat.de except.rei iudica.& eſt ratio, quia ipſa ſententia abſolutoria lata ſimpliciter non adiecta cauſa, illa videtur lata ſolum, quia non probatum ſuper iure agendi principaliter intentato: ſed ſi lata fuit ſententia propter exceptiones obiectas, tunc obſtaret exceptio,ſi cauſa vnde oritur exceptio eſt talis,quæ nõ innitatur ſolo occurſu temporis, vt l.ſi ſpadonem.§.qui abſo
58 lutus.& ibi per Dy.de excuſ.tut.l.1.§.1.de vaca.mu. qa iſtud, quod operarentur † probationes, operatur ſententia, iuxta notata in l.Iul.verum debitorẽ.de condi.indeb.& iſta faciunt ad quæſtionem,in qua tangetur,ad quem finem eſt iudicium agitatum, Lex eſt Venetijs, quod nullus obtineat officia publica,vel ſit de conſilio niſi nobilis : & Florentiæ eſt ſtatutũ, quod Gebellini non poſſunt habere officia publica : accuſatur aliquis Venetijs,ꝙ popularis & non nobilis vult obtinere officia publica : vel Florẽtiæ quod Gebellinus vult acceptare officia publica : fertur ſententia abſolutoria vel condemnatoria,an proderit vel oberit contra omnes. Dico iſto caſu
59 ꝙ ſic in huiuſmodi actionibus, quia iſtæ ſunt actiones † populares, quia concernunt principaliter publicum intereſſe, ſecũdum illa quæ dixi ſupra per l. cum qui. §.in popularibus. de iureiuran.quia in iſtis quilibet eſt legitimus contradictor: ſimiliter accuſatur quis, ꝙ infamis vult admitti ad dignitates, vel ſpurius qui eſt infamis, vt not. Azo in ſumma de infam.vel aliquis,qui dicitur ſeruus,quærit admitti ad dignitates,pronunciatur quod eſt filius legitimus vel ingenuus, vel ꝙ eſt bonæ famæ, in iſtis abſolutionibus ſententia abſolutoria vel condemnatoria obeſt in iſtis ſimilibus iuribus, quia in his quilibet eſt legitimus contradictor : ſed non credo quòd obſit,vbi agitur de priuato intereſſe, quia tunc habẽt potius locum illa quæ ſupra dixi.¶ Item iſta faciunt ad quæſtionem,
60 in cauſa † monachatus pronũciatur aliquis monachus,an talis ſententia obſit vel proſit alijs ? Dico, ꝙ ſi eſt lata ab abbate exiſtente contradictore,credo ꝙ obſit & proſit, ſecundum ꝙ ſupra dixi in cauſa filiationis,quia Abbas vel quatenus reputatur monachus filius, idem eſt in hac filiatione ciuili ꝙ in naturali,vel quatenus reputatur ſeruus, idem eſt ꝙ in ſententia cauſa ſtatus cum abbate: ſed ſi eſſet lata cum alio vel contra alium, non prodeſſet nec obeſſet cum alio pariter veniẽte: & idem in cauſa prælaturę,pronunciatus eſt aliquis prælatus alicuius eccleſiæ, tunc ſi eſſet agitata cauſa cum patre epiſcopo ſpirituali, ſecus ſi cum alio pariter veniente. Quid
61 autem ſi agatur † contra aliquẽ, ꝙ ſit publicus vſurarius, tũc iſta eſt ſicut accuſatio popularis,ita ꝙ proſit & obſit omnibus in ſimilibus : quid autem in ſnia lata ſuper diſpenſatione illegitimitatis, vtrum lata contra vnum vel pro vno præiudicet,alijs proſit.Credo quòd nõ,quia licet faciat eum admitti vt legitimum, tamen iſte non mutat ſtatum, vnde non facit
62 ius,quia vt dixi,ad hoc † vt ſentẽtia ius faciat, eſt opus quod hoc ſit expreſſum in iure,vt not. Inn.in d.c.cauſam quę.el 2. qui fil. ſint legit. Secundò dixi, ꝙ tunc facit ius, quando illud,de quo in iure diſponitur,patet verum eſſe,vt not.in d.l. ingenuum.de ſtat.hom.ſed diſpenſatio non mutat ſtatum,& ideo non obeſt contra alium pariter venientem : & idem dico,quando pronunciatur aliquis clericus, vt non obſit alteri pariter venienti,maximè quia ſententia non poteſt introducere clericatũ,qui vt imprimatur, opus eſt ꝙ interueniat ordinatio, per quã fiat caracteris impreſſio : vnde non põt fieri ex ſola ſententia,licet Mar.Sy. in dicta l.ingenuum.dixerit ꝙ facit ius ſicut lata ſuper ętate, l.de ætate ff.de mino. ſed verior

63 rior eſt ſententia præcedens,quia† ſententia ſuper ætate non
præiudicat niſi citetur ,l.de ætate. & ibi glo,ſi.ff.de mino.&
ita tenent communiter doct. & idem dico in cauſa paternitatis, vt in illa non præiudicet ſententia, niſi interuenientibus in conſequentiam,& quando eſt lata cum legitimo con-
64 tradictorie, vt ſ̃.dixi. Quid autem † in cauſa reſtitutionis in
integrum,an præiudicet vel proſit omnibus. Videtur quòd
ſic,nam cum reſtitutio petatur generaliter, & non cõtra certam perſonam,& generaliter cõcedatur,vt in auth.ſi omnes.
C.ſi ſe ab hęre. abſtincat. & facta reſtitutione cõtra aditionẽ
hæreditatis aperiatur via ſubſtituto vel conuicto, aut ſequẽti in gradu,qui nunquam fuerunt in iudicio, l.ex contractu.
ff.de re iudic.vt̃ quòd quo ad omnes faciat ius, & hoc dicunt
quidam verum propter generalem modum agendi, nõ propter naturam ipſius reſtitutionis : ſed iſtud eſt falſum ſecundum Doct.quia talis reſtitutio non obeſt abſentibus,quando
non fuerunt citati, vel forte minus legitime citati ;quia iſtis
non præiudicat : ſolum ergo contra præſentes vel legitime
citatos,l.etiam.§.ſi.ff.de mino.& ideo ſi fuiſſet petita reſtitutio ſpecialiter contra vnum, & petens ſuccubuiſſet, non obeſſet talis ſententia petenti reſtitutionem contra alium, quia
petitio non nocet niſi præſentibus vel citatis legitime,ita cõcludũt oẽs Doct.in dicta auth.ſi omnes, C.ſi ſe ab hęre.abſti.
65 Sed pone,quòd aliquis † agitauit iudicium , & petijt ſe pro-
nunciari ciuem alicuius ciuitatis , vel egit de ciuilitate incidenter,quia petebat aliquod ius,vel ab eo petebatur: In quo
eſſet opus diſcutere , an erat ciues , vtrum ſententia lata ſuper hoc præiudicet vel proſit in alio iudicio. In iſta quæſtione ego ita dicerem:ſi fuit cum comite,domino , vel ciuitate,
qui habebant poteſtatem legis condendæ , & cauſa fuit legitime defenſa per ſindicum ciuitatis vel procuratorẽ domini , tunc iſta ſententia illam vim habebit primum quam habent aliæ ſententiæ latæ in cauſa populari, per illa quæ ſupra
dixi in ſimilibus ſententijs : ſed in iſta plus dico , quod ſicut
66 contractus, qui † fiunt cum habente poteſtatem condendæ
legis habent vim legis, vt not.in l.Cęſar.ff.de publi. & l.pen.
C. de donat. inter vir. & vxor. Ita & quaſi contractus, qui
fiunt in iudicio,l.3.§.idem ſcribit.ff.de peculio. quia eſt eadẽ
ratio in quaſi contractibus ſicut in contractibus , ergo idem
ius , l.1.§.hoc interdictum , de fonte. vnde ſententia lata pro
eo iſto caſu proderit ſibi non ſolum in omnibus cauſis popularibus , ſed etiam proderit ſibi in omnibus priuatis cauſis ,
quia habet vim legis,& ſimilis ſententia lata contra eum oberit ſibi contra omnes,quando fuit lata cum tali legitimo defenſore:ſecus ſi fuiſſet lata cum alio particulari , non obeſſet
cum alio pariter veniente , vel proderet , per illa quæ ſupra
dicta ſunt:intellige tamẽ ſanè,quod obeſt omnibus talis ſententia,qui tali lege ligari poſſunt , facit c.cum olim : & quod
ibi not. de reſtitut. ſpol. Sed hic occurrit dubium , an ſi iſta
67 † ſententia fuiſſet lata cum aliquo ciue ciuitatis , an præiudi-
caret domino vel ciuitati? Videtur ꝙ ſic,per l.ſępe.verſi. nam
& ſi libertus.de ſent.& re iudi. vbi ſententia lata contra libertum præiudicat patrono.Sed cõtrarium eſt verum, quia propter id quod quis ſit ſubditus vel ciuis, talis nõ habet ius deducendi in iudicio aliquod ius domini, quod ſecus eſt in liberto, ſecundum ſententiam Iohannis , quæ eſt vera per illa
68 quæ dicuntur de creditore , nam † creditor habet hypothe-
cam ſuo nomine ex contractu celebrato cum debitore, & ſic
iſtud ius,quod habet creditor,cauſatur à iure debitoris, quia
ſi debitor non fuiſſet dominus,non potuiſſet obligare, & cõcedere,vt de proprietate litiget:& ita eſt in liberto,quia dando dominus ſibi libertatem, videtur ſibi concedere, vt de iure ipſius domini litiget , & ſe in ſua libertate tueatur , quod
non eſt ſic in ciue, quia habet ciuilitatem origine & à lege &
iure,non a domino:vnde litigando non præiudicat domino:
ſed ſi aliquis diceretur ſe exemptum Papæ priuilegio, & litigaret de priuilegio Papæ ipſo ſciente, talis ſententia præiudicaret Papæ:Ita debent intelligi quæ not.Inno.in c.cum ſu-
69 per.de re iudica. Reſtat † videre , an ſententia lata contra ce-
dentem obſtet ceſſionario , vel tranſactio vel confeſſio. hæc
quæ dico de cedente & ceſſionario , dico de hærede & fideicommiſſario,quando reſtitutio hæreditatis ipſi facta eſt,vtrũ
ſententia lata contra hæredem præiudicet fideicommiſſario.
Dicamus primo de ſententia & tranſactione : & certe ſi ille ,
cum quo eſt agitatum iudicium, ſciuit reſtitutionem iam factam eſſe,& tunc ſententia & tranſactio non præiudicat, l.facta.§.ſi hæres. ff.ad trebel. Aut ille , cum quo fuit factum iudicium vel tranſactio,ignorauit ceſſionem vel reſtitutionem
factam eſſe,& tunc tranſactio obeſt & ſententia,l.ſi.ff.de trãſact. & hæc quando agitata in iudicio & in ſententia vel trãſactione pertinebant ſolum ad commodum vel incommodũ
ceſſionarij , tunc ſola ſcientia litigantium amborum facit ,ꝙ
ſententia vel tranſactio non nocet , d.§. ſi hæres. & l. 1. circa
princ.in ver.placet.ad Trebel. ſi autem quæ veniebant in iudicio ſententia vel tranſactione concernebant ſolum commodum vel incommodum credentis,vt in hoc exemplo, dedit credens nomen ſui debitoris in ſolutũ ſuo creditori , poſtea facta iam ceſſione iſtius debitoris ipſe cedens vult agere
contra eum,vel tranſigere,an poſſit,ita quod præiudicet ceſſionario:iſto caſu commodum & incommodum pertinet ad
cedentem,quia ſi ceſſionarius idem exigeret , cederet ad cõmodum cedentis,qui liberaretur: & iſto caſu tunc ſola ſcientia eius,cum quo agitatur iudicium,non ſufficit,vt non præiudicet ceſſionario, niſi interuenerit alterum de tribus , quæ
habentur in l.3.C.de noua.quia cedens etiam ceſſionem facta
põt exigere,niſi interueniat alterũ de tribus , de quibus
in d.l.3.de noua.quia cedens etiam a ſciente ceſſionẽ põt exigere,qñ alterum de tribus non interuenit , & hæc in ſententia & tranſactione: & ita debent intelligi not.in d.§.ſi hæres.
& l.1.ad trebel.& l.ſi cum emptore.ff.de pac.in d.l.ſi.de tranſac.& ex iſtis deciditur,an ille,qui conuenitur a cedente,poſſet repellere agentem exeptione , non potes me conuenire,
quia alijs ceſſiſti : nam potes ſecundum diſtinctionem ſupra
dictam, quando eſt commodum & incommodum ceſſionarij , ſecus ſi commodum vel incommodum reſpicit cedentẽ,
ita intellige l.in cauſam.in fi. & l. procurator in rem ſuã. ff.de
procur.Quid autem in confeſſione,vel liberatione gratuita.
Iaco.de Are.vt refert Cy.in l.ſi. de procur. facit ſimilem diſtinctionem,& ita ſequuntur multi,& Bar. Ego autem dico,
70 quod confeſſio † ad preiudicium tertij æquiparatur donatio-
ni,l.1.§.ſi mutuam.ff.ſi quid in fraudem patroni. ſed donatio
& liberatio gratuita videtur fieri in fraudem, vt l.qui autem.
§.ſimili modo.ff.quæ in fraudem credito. & hac ratione credo,ꝙ nec pactum gratuitum nec confeſſio preiudicat ceſſionario,& ita tenuit Ia.de Ra.& Mar.ſili.in d.l.ſi cum emptore.
ff.de pac.vbi glo.finaliter vult,quòd requiratur ſaltem ſcientia debitoris, vt tollatur effectus gratuiti pacti : ſed iſtud fal-
71 ſum eſt, quia vbi eſt † titulus lucratiuus , non eſt neceſſaria
ſcientia,vt d.§.ſimili modo.& l.2.§.ſi pecuniam,de dona.maxime cùm hoc caſu fraudari dicatur ceſſionarius: & iſta ſunt
vera,qñ cedens non remaneret ſoluendo , tunc credo ꝙ procederet diſtinctio Bart.& doc.& Iaco.de Are. Item prædicta
procedunt , quando penes cedentem remanent actiones directæ,ſed ſi cedens habuiſſet tãtum vtiles actiones , ita quod
cedendo nihil apud eum remanſerit,an ſententia lata contra
eum præiudicauerit ceſſionario,dicas ꝙ præiudicat ceſſionario,ſicut factũ procuratoris reuocati,vt l.ſi procur.ff. de procur.& l.vl.C.de ratiſd.prædicta ſunt vera præter quam in illis
tribus caſibus,in quibus dixi,quòd ſimplex ſcientia non ſufficiebat,ſed requirebatur alterum , de quibus in l.3.de noua.
quia quicquid faciebat ibi dominus,faciebat virtute actionũ
directarum,quæ erant apud eum: ſed nullas haberet illo caſu
actiones directas ille,qui ſoluit illi,qui nullum ius habet : ergo ſufficit ſcientia litigantis , vt non præiudicet ceſſiona-
72 rio.Iſta etiam † faciunt ad quæſtionem , an ſententia lata cõ-
tra locatorem præiudicet conductori.In illa quæſtione dicerem primum id quod dixi de debitore,an ſententia lata contra eum præiudicet creditori:nam aut locator fuit victus,antequam rem locaſſet,& tunc indiſtincte ſententia præiudicat
conductori ſcienti,l.ſi mater.§.ſi.ff.de except.rei iudi. Si autẽ
locator fuit ſeparatus,quia agens non probauit ſe dominum
vel quaſi,tunc ſi talis eſt cõductor , quòd ſucceſſor ſingularis
teneatur ſtare ipſi colono, quod quando ſit , no.in l.ſi filio.§.
ſi.ff.ſol.ma.& in l.emptorem.C.locati.tunc cùm talis ſententia non præbeat ius victi in vincentem , vt dixi in dicta quæſtione de debitore agente,ſed tantum præſtet titulum,& tũc
ſententia non nocet conductori, vt poſſit eum expellere, ſed
tantum tenetur eum recognoſcere: ſi autem ſuccubuit , quia
probatum fuit de dominio aduerſarij in dicta re , & tunc nõ
73 non tenet locatio. Item iſta faciunt ad aliam † quęſtionem,
duo erant fratres ex eiſdem parentibus procreati , ceperunt
duas ſorores in vxores ex eiſdem parentibus procreatas:cõtra vnum mota eſt quæſtio,ꝙ inter ipſum & vxorem non eſt
matrimonium,ſubſiſtente inter eos impedimento cõſanguinitatis, & pronunciatum fuit non eſſe inter eos matrimonii
propter conſanguinitatem,an illa ſententia preiudicet alteri
fratri

fratri & vxori, qui non fuerunt in lite. Glo.in cap.dilecto.de
præben.tenet ꝙ non præiudicat per illam decret. idem Guil.
in Spe.de ſen.prola.§.nunc de effectu.verſic.ſed pone. & hãc
ſententiam ſequuntur doc.quia alter frater potuit obtinuiſſe diſpenſationem: Item quia frater poterat reprobare illas
probationes : & quia iſta ſententia declaratoria lata contra
vnum non obeſt alteri pariter venienti: & iſtud credo verum
ſecundum doc.in d.c.dilecto.in fi.vbi errat do.Anto.de But.
dicens, quod in maleficijs ſententia condemnatoria non obeſt , ſed ſententia abſolutoria prodeſt , & ſic ſequitur notabili glo.hic , ꝙ reprobaui , vt dixi ſ̃. ſuper glo.quæ fuit etiam
ſententia Cy.& Ray.quia eſt contra tex.in l.denunciaſſe.§.ſi.
74 de adulte.vbi ponuntur prædictæ rationes.Reſtat† videre,an
ſententia lata contra vnum connexorum vel ratione cohærentiæ ſeu connexitatis faciat ius. Glo. videtur dicere ꝙ ſic,
81.di.tantis Daniel.& glo.in c.pe. de re iudi.ꝙ ratione cõnexionis lata contra vnum præiudicat alteri : ſed iſtud videtur
contra tex.in l.denũciaſſe.§.ſi.in l.adulter. §.ſi.ff.de adulte.&
illa quæ ſ̃.dixi, ꝙ ſententia lata contra adulterũ non preiudicat adulterę:Vnde ego ita dicerem,quandoque datur connexitas in perſonis,quia eſt connexitas iuris in perſona ad perſonam,& quandoque eſt connexitas iure translata ad rem à
perſona in perſonam,aut in ordinante,& in ordinato, in quo
do.Anto.de But.dicit,quod ſi pronunciatur contra ordinatorem ſiue ordinantem , ex eo quia non habuit poteſtatem
ordinandi,vt quia declaratur ſymoniacus,hæreticis,vel ſchiſmaticus,vel non epiſcopus, vel habitus pro nõ Epiſcopo, &
tunc dicit ꝙ talis ſententia obeſt ordinato , per tex.l.ſępe. de
re iudi. credo ꝙ velit allegare de venditore , qui ſi probatur
non fuiſſe dominum,'& alium fuiſſe dominum , tunc præiudicat emptori:ſed iſta lex & c.penult.de re iudi. nihil faciuut
ad propoſitum,quia iſta iura loquuntur in iure translato ad
rem vel in re,non de iure connexo de perſona in perſonam ,
quia in iſto caſu ſententia lata contra perſonam non obeſt
alteri,l.denunciaſſe.§. fi. cum legibus ſe.ff.de adul. & ideo ſi
pronunciatum fuiſſet Martinum fuiſſe virum Bertę , per hoc
non præiudicabitur Petro prætendenti ipſam vxorem ſuam
eſſe,licèt glo.argumentando ſenſerit contrarium,3.q.6.in ca.
hęc quippe.& alle.c.ex parte,de ſpon.ſed ille tex.debet intelligi cognito de iure ſuperinductæ.Præterea do.Ant.de Butr.
videtur dicere contra ſententiam Inno.quam ipſe proſequitur,quod contra ordinatorem non poteſt agi ad finem nullitatis ſuæ promotionis,ſed tantum ad finem vt pœna irrogetur,quia hęreticus,vel ſchiſmaticus ordinauerint : Vnde ego
ita dicerem,ꝙ ſi agitur contra ordinantem non ſolum vt ſubijciatur pęnæ,quia hæreticus vel ſchiſmaticus ordinauerit,
vel quia ordinauerit criminoſum, vel inhabilem,vel quia ordinauit extra quatuor tempora,& agitur contra eum non ſolum ad finẽ vt pęnæ ſubijciatur, ſed etiam agitur ad finem vt
executio ordinis impediat in ordinatione , & ordinatus ſcit
& patitur tale iudicium agitari: & tunc talis ſententia etiam
præiudicabit ordinato ſcienti & patienti : quia quando quis
75 patitur iudicium agitari cum alio,cuius defenſio ſpectat prin
cipaliter ad ipſum ſcientem,tunc ſententia lata nocet ſcienti
& patienti,dicta l.ſæpe.de re iudi.& d.c.quamuis. & ibi gloſſ.
Nec obſtat,quòd contra ordinantem non poſſit agi, vt caſſetur effectus ſuæ ordinationis : quia ſi agitur & non repellitur
exceptione,procedit iudicium , & obeſt ordinato ſcienti.&
patienti : patet in marito patiente experire vxorem vel ſocrum de dominio rei dotalis, quia tunc fit præiudicium ipſi
marito , & tamen non poteſt vxor vel ſocer agere pro re dotali,l.doce.C.de rei ven. Quare concludo,ꝙ ſentẽtia lata cõtra ordinatorem in nullo caſu niſi in caſu prædicto obeſt ordinato,nec operatur in propoſito connexitas,quàm illa quæ
eſt inter virum & vxorem in actu adulterij,& tamen ſententia lata contra vnum non nocet alteri,d.l.denunciaſſe. §.ſi. &
idem econuerſo,quando agitur contra ordinatum,quòd fuit
ab hæretico ordinatus,quando ageretur contra ipſum ſolum
ad pœnam vel ad impedimentum executionis ordinis : licèt
ſi ageretur etiam ad finem,vt pronuncietur ordinantem hæreticum fuiſſe & ordinaſſe, quia tunc ſententia præiudicaret
ipſi ordinatori ſcienti & patienti. Non obſtãt notata 81.diſt.
cautis Daniel.& 3.q.6.hæc quippe.& de ſymo.dilectis.qa dicit Anto.quòd loquuntur,quando crimina erant notoria,ita
quòd alia accuſatione vel iuris ordine opus nõ erat : ſed hoc
non tenent communiter canoniſtę in d.c.quamuis.niſi ſuperior ex officio & ex huberatione propter notorietatem facti & ſcandalum aliud ſeruare noluerit, ſic poteſt intelligi dictum c.tantis Daniel. & iura prædicta: ſed melius eſt dicere,
qd̃ cõnexo præiudicat quo ad qualequale preiudiciũ,ſed nõ
in totum,& hoc concludit glo.66.di.ca. ordinatos. & de iſtis
dicam ſtatim plenius in proxima queſtione.Nunc proſequamur,quando eſt connexitas in re a perſona,trãslato iure perſonæ ad rẽ , vt in eligentibus & electis, in præſentãte & præſentato,in confirmante & confirmato,& in iſto paſſu ſentẽ-
76 tiæ ſunt diuerſæ , an † ſententia lata contra eligentes præ-
iudicet electo ad beneficium vel dignitatem.Inn. in glo. magna,in c.penul.de re iudic.in ver.non negamus. videtur ſentire quod præiudicet,vnde ſi electores petierunt electionem
confirmari,quam petitionem poſſunt facere,vt c.dudum, el.
2.de elect,quòd ſi ſciente & patiente electo agitetur cauſa,&
contingat electionem caſſari vel infirmari,quòd tunc præiudicet electo,cum habeat cauſam ab eis,ar.l.ſæpę.de re iudi. &
c.q̃uis.e.ti.& hoc tenuit etiam glo.in c.cupientes.§.cęterum.
in gloſ.fin.de elect.lib.6.Sed contrarium tenuit Inno. in cap.
dudum.el 2.in ver.partibus.de elect. ¶ Ego autem pro concordia dico,ꝙ in iſtis iudicijs eſt conſiderandum, quid deducitur in petitione actoris , & in proceſſu iudicij , & in ſnia :
pone enim,quod agitur contra eligentes negatoria, quod in
tali dignitate vel prebẽda , ad quem Sempronium elegerũt,
non competit,vel competijt olim ius eligendi ipſis , & tunc
ſi eſt lata ſententia,ꝙ ad eos,qui elegerunt , nõ partinuit nec
pertinet ius eligendi , tunc talis ſententia non obeſt electo,
quia etiam ſi eligentes non habuiſſent ius eligendi,ſi ipſi erãt
in bona fide,& ĩ quaſi poſſeſſione iuris eligẽdi, tenet electio,
vt not.in cap.cõſultationibus , de iure patro.ſed eſt dubium,
quid ſi petitio concluderet defectum iuris eligendi ratione
quaſi poſſeſſionis , quia petitio diceret , ꝙ non erant in quaſi
poſſeſſione iuris eligendi, nec ius ipſum habebant , tunc eſt
magis dubium an ſententia præiudicaret electo ? Videtur ꝙ
ſic,per l.ſæpe.ff.de re iudi.vbi ſi aliquis egit contra venditorem dicendo , ꝙ res vendita ſpectabat ad eum iure dominij
vel quaſi,& iudicium fuit agitatum ſciente emptore, ſententia præiudicat ipſi emptori,ſi agens probauit ſe eſſe dominũ:
ergo idem videtur in caſu iſto: ſed contrarium credo , quando petitio in dicto caſu ſolum concluſiſſet adiudicari ſibi in
quaſi poſſeſsione eius,quia per hoc non concluditur vel irritatur electio iam facta, & ideo ratione cõnexitatis ſolum nõ
credo.ꝙ ſententia præiudicet electo, ſicut nec ſententia contra adulterum non præiudicat adulteræ. Non obſt.l.ſæpe.&
quod dicitur de iudicio facto cum venditore , quia ibi agens
concludebat etiam ad præiudicium emptoris, petens rem tã
quàm ſuam ſibi tradi & aſsignari,& ideo præiudicat emptori,qui dicebat in dicta re tueri ius ſuum : ſed nõ eſt ſic in cauſa eligentium & electi , quia non petebat agens reſcindi electionem factam,ſed ſi petiſſet electionem reſcindi, quia ipſe
vellet eligere,tunc fateor ꝙ ſententia preiudicaſſet ſic lata,
vt in cap.ad petitionem. de accu. Sic concordo Inno.ꝙ ſententia contra eligentes non præiudicet electo , etiamſi pronunciatum fuiſſet ius eligendi & quaſi poſſeſsionẽ eius , ſpectaſſe & pertinuiſſe ad agentem,& voluit Inno. & Compoſ.
in dicto cap.dudum. el 2.de elec.quod ſi ſciente & patiente
electo agitetur cauſa,& contingat electionem caſſari, vel infirmari,quod tunc præiudicet electo, cùm habeat cauſam ab
eis,ar.l.ſæpe.de re iudica.& c. quamuis.eo.ti.& hoc tenuit ẽt
glo.in c.cupientes.§.cæterum.in glo.fi.de elec.lib.6.Sed contrarium tenuit Inno.in c.dudum.el 2.in verbo , partibus. de
elec.Ego autem pro concordia dico,quòd in iſtis iudicijs eſt
conſiderandum,quid deducit̃ in petitione actoris , & in proceſſu iudicij , & in ſententia : pone enim quòd agitur contra
eligentes negatoria , quòd in tali dignitate vel prebenda ,
ad quam Sempronium eligerunt , non competit vel cõpetijt
olim ius eligendi ipſis,& tunc ſi eſt lata ſententia ſolùm quoad eos,qui elegerunt,non competit ius eligendi. d.c. dudum.
el 2.de elec. ſed ſi cum iſtis fuiſſet facta partitio ꝓ prædicta
reſcindi debere electionem iam factam,& ſic fuiſſet lata ſententia electo ſciente,tunc ſentẽtia ei præiudicaret: ſic intelligo quæ not.Inno.in d.c.penult.de re iudica.in glo.magna, in
verſi.non negamus. vbi ipſe dicit, quòd ſi agitur interdicto ,
quòd ſpoliaſſet agentem iure inſtituendi vel eligendi,vel cõferendi,& peteret ſe reſtitui , & peteret caſſari quicquid eſſet
factum,vel de electo,vel de illo,cui eſt facta collatio vel preſentatio val inſtitutio,tunc lata ſententia contra tales auctores preiudicaret electis preſentatis vel inſtitutis : ita debet
intelligi 3.q.6.hæc quippe.& 7.q.1.preſentiũ. & de filijs preſby.veniens.& de vi, & vi arma.l.1.§.ſi fundus. Secus ſi tantum

tum egisset de proprietate negatoria, dicendo ꝙ conuentus non habuit ius eligendi, instituendi vel præsentãdi, nec quasi possessionem, si non conclusit ad restitutionem electionis & institutionis vel præsentationis: sic intelligo ista iura. Si verò contra eligentes fuisset lata sententia propter defectum formæ electionis, institutionis vel præsentationis, petẽdo ipsam annullare ex defectu formę, tunc talis sententia preiudicaret electo præsentato vel instituto, per tex. in l. sępe. de re iudi. vbi est tex. quòd si habens ius, patitur quòd ille, qui tale ius concessit, de dicto iure litiget, tunc sententia lata præiudicat ipsi ius habenti: Idem credas, si electores petierunt electionẽ confirmari, vel præsentantes, ꝙ possunt petere, vt in c. dudũ. de elec. tunc sententia præiudicaret electis vel præsentantis: sed dubium est de collatione, quia conferens non videtur posse agere de iure suæ collationis, vt no. Inn. in c. dilecto. el 2. de præben. In hoc dicit dominus meus in d. c. quamuis. ꝙ fortè in conferente non est idem quod est supra dictum de eligente: Sed ego credo, ꝙ si egit de collatione sua, & non fuit repulsus, & fuisset pronunciatum collationem non valere, tunc talis sententia præiudicaret, per illa quæ dixi supra de ordinante & ordinato: & vbicunque dixi ꝙ sententia præiudicat electis, institutis vel præsentatis, intelligo quando sciuerunt talem causam suam agi, secus si ignorassent, quia non præiudicat in tõtum, sed facit qualequale præiudicium, licèt Inno. in d. c. dudum. de elec. dixerit, quòd præiudicat sibi sententia, siue sciuerit electus siue non, sed non est verum per prædicta. per ista etiã dico, quòd si cassatur electio de aliquo tanquam de indigno, per hoc non efficitur, si cassatur electio, electus ineligibilis ex medio sententiæ immediatè, nisi ex illo capite, qa in nullo eligendi opinio debet vacillare: & ista sunt vera, si eligentes litigauerunt de iure eligendi, & de electione: secus forte si egerunt de iure confirmationes, quia cũ ab electoribus non haberẽt ius confirmationis, sentẽtia non præiudicaret per prædictam l. sępe. & ista eadem procedunt in præsentante & præsentato, licèt glo. in d. c. hoc quippe. 3. q. 6. tenuerit indistincte quod sententia contra præsentãtem non præiudicet præsentato: & istud videtur verius domino meo, quasi non possit præsentatus hoc ius in iudicio deducere: sed ego credo quòd præiudicet, si deduxit & non fuit ex-
77 ceptione repulsus. Quid aũt e contra, an sententia lata † contra electum præiudicet eligentibus. In hoc dicerem, ꝙ si fuit actum contra electum, & petita cassari electio sua, quia eligẽtes non habebant ius eligendi, nec erant in quasi possessione bona fide, ꝙ si est lata sententia, præiudicat eligentibus, qui sciuerunt tale iudicium agitari, per tex. in d. l. sępe. vers. nam & si libertus. nam cùm in iure, quod habet electus, ipse habet causam ab eligentibus, apud quos remanserit ipsum ius eligendi, ex quo de ipso iure passi sunt litigare, sententia nocebit eis, per illa quæ dicuntur in d. l. sępe. de creditore & debitore agentibus, vel de venditore, socero, vel vxore, & libero: Sed si non pronunciaretur electum non habere iustam causam, tunc non prædicaret eligentibus. ista etiã faciũt ad quæstionem, quam Inno. tangit in c. penul. ad fi. de re iud.
78 episcopus vel capitulum † contulit Titio beneficium vel prębendam, alius petit à collatore, ꝙ debeat sibi ipsum conferri tanquam vacans: collator dicit, ꝙ non vacat, quia contulit ipsum Titio: fertur sententia contra collatorem, ꝙ vacat, an præiudicet Titio. Inno. tangit in d. c. pe. & malis tamen rationibus, quòd non præiudicet, quia si Titius possidebat, collator non habebat potestatem defendendi, quia pertinebat ad Titium possessorem defensio, vt in c. 1. de alie. iudi. mutã. ca. fac. Sed ista ratio non est bona per tex. in l. sępe. de re iud. nam defensio rei emptæ principaliter pertinet ad emptorem possidentem, & tamen si patitur venditorem experiri, qui non possidet, & deducit ius emptoris in iudicio, ipsi emptori præiudicat: idem in vno, qui permittit vxorem vel socrum experiri de re dotali, d. l. sępe. sic in proposito si ille, cui facta est collatio, patitur collatorem experiri, debet sibi preiudicare: dicit etiam Inno. ꝙ si prouisus non possidebat, tunc etiam sibi non debet præiudicare sententia, quia non potuit prohibere agentem ab agendo. sed ista ratio etiam non est bona, quia poterat Titius assumere iudicium, & opponere de iure suo, & non pati collatorem experiri de ipso, d. l. sępe. contrarium tamen determinat ipse Inno. ꝙ sententia præiudicat, quando ambo prætendebant ius ex electione vel prouisione eiusdẽ capituli vel episcopi prouidentis vel eligentis, secus si prætendissent iura prædicta à diuersis. Ego vero dico, quòd etiam si ille, qui petebat, prætendebat ius à diuerso, sed Titius prouisus ab episcopo vel capitulo ius prętendebat, vt in hoc exemplo, episcopus vel capitulum cõtulit Titio beneficium, expectatiuus aut cõparet & dicit, quod collatio episcopi vel capituli non tenuit in præiudicium sui propter decretũ Papæ oppositum in suis litteris expectatiuus, quod ligauit manus ipsorum ordinariorũ, si in hac quęstione sentẽtia fuit lata contra episcopum vel capitulum de iure ipsius Titij, quòd non valuerit collatio, sua sententia nocebit Titio, licèt agens habuerit ius a diuerso, vt d. l. sępe. quia Titius habuit a capitulo vel episcopo, qui iura sua deduxit in iudicio, vnde sibi præiudicat sententia: sed si Titius habuisset collationẽ a Papa, & expectatiuus petijsset ab episcopo vel capitulo sibi beneficium dari tamquam vacans, & episcopus vel capitulum conuentum dixissent beneficium vel præbendam non vacare, quia Titius habebat collationem a Papa: tunc sententia lata contra episcopum vel capitulum nõ præiudicasset Titio, quia lex sępe. loquitur quãdo ille, qui experitur de iure tertij, vt Titij, est ille, a quo Titius cãm habuit: sed hoc casu Titius non habebat causam ab eis, ergo sibi non pręiudicat sententia, etiam si agens prętendisset habere causam ab episcopo vel capitulo, & Titius a Papa: & ita determinant Docto. Io. an. & Compost. in c, mandatum. de rescript. Aliud etiam dubium tangit Inn. in d. c. pen. in verbo, a quo. & est tale: Iu-
79 dex tulit † pro me sententiam, postea accusatur ꝙ male pronunciauit, & ita pronunciatur & condemnatur, an talis sententia mihi præiudicet. In quo dicit, ꝙ si iudex processit ex officio, quando sic pronunciauit, tunc cum ad ipsum spectet principaliter defendere processum suum & sententiã, vt not. de app. cum speciali. & est casus de sent. exco. in c. venerabilibus. ꝙ tunc sententia lata contra iudicem præiudicet mihi, & ille qui prætendit ius ex tali sententia iudicis, vt in c. ad petitionem, & ibi casus. de accu. vbi est casus, quòd quando iudex priuauit aliquẽ beneficio, & alteri cõtulit, ꝙ cassato eius processu fit præiudicium prouiso seu intruso: secus quando non processisset ex officio, sed forte ad alterius instantiam, tunc cùm non pertinebat defensio ad ipsum iudicem sui processus, vt not. de transla. de cætero. & de procura. in nostra quòd tunc non præiudicaret sententia. Ego vero dico, quòd ista quæstio debet decidi secundum illa, quæ dixi supra de eligẽtibus & electo, quia debet inspici forma petitionis processus, & sentẽtia, & si fuit petitum iudicem puniri, quia male iudicauit, & etiam sententia rescinderetur, & tunc sententia præiudicaret: sed si solummodo fuit actum a pœna, quia male iudicauit, sententia non obesset, etiam si fuisset pronũciatum male iudicasse, quando non fuit actum ad finem, vt sententia rescinderetur. Vltimo vt expediatur glo. istius capituli in versi. Item argumentum. & reliqua quæ spectant ad
80 materiam eius, est videndum † de confessione vnius, an noceat alteri. Et concludit glo. ꝙ non quo ad totale pręiudicũ, 15. q. 3. nemini. sed quo ad præsumptionem sic, 59. di. ordinatos. 81. di. tantis Daniel. Tu dicas de alijs actibus, vt de trãsactionibus, pactis, & iuramentis, quòd non obstant, vt not. de resti. spo. olim, & de præscript. auditis. sed an præiudicet in causis exceptis dicam statim. Dicit Inno. ꝙ non, licèt sententia præiudicet, hoc ponit in c. auditis. de præscript. ad hoc l. sicuti. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hipo. solua. Idem Pau. in cle. 1. de rescrip. hoc verum, quando ius est translatum ex toto, nam confessio vel pactum non præiudicat auctori successori, facit tamen confessio qualequale præiudicium, vt not. glo. 59. dist. ordinatos. & glo. hic, 2. q. 5. interrogatum. & 81. dist. tantis. per quæ dicit Inno. in compromisso, quòd cõpromissum auctoris non nocet successori etiam scienti, etiam in casibus vbi præiudicaret sententia, vt ipse no. in c. dudum. de ele. in verbo, partibus. ad hoc. l. si dictum. §. si compromisso. de euic. ad hoc de inoffi. tes. si suspecta. Io. An. in addi. Spe. in tit. de confess. §. nunc videndum. versic. quid si confiteor, iuxta finem. §. recitat idẽ tenuisse Vber. super. l. siue ff. de interrog. actio. per l. fi. & l. filius. eo. tit. hoc tene, licèt Cy. faciat differentiam inter voluntariam & contentiosam confessionem, sicut dicimus in procur. in l. certũ. §. sed an ipsos. de confess. tene principium, quia contumatia non nocet, C. de pigno. l. preses. ita tales actus voluntarij non pręiudicant, nam ẽt confessio in contentioso iudicio videtur actus volũtarius, sicut & compromissum, maxime si reuocat confessionem statim cum fit, vt in c. cum causam. de app. ex quo ergo aliter nõ assistit, licèt sciat, non debet confessio pręiudicare: vbi autem ius est translatum vtiliter in alium, an tunc confessio auctoris noceat successori, dic vt supra dixi de cedẽte & cessionario:

rio: & in ista decretali sic prolixe scripsi, quia materia est fortis & alta, & nullibi inuenies ita declaratam, & est quotidiana. Dominus Anto. de Rosel.

REPETITIO
IN CAP. SI AVTEM.
II. QVAEST. VI.

Celeberrimi I. V. C. D. Antonij Rosselli Pat.

SVMMARIVM.

1 *Appellari nunquam potest ab arbitris.*
2 *Dictio, vt, quando ponitur consecutiuè, quomodo intelligatur.*
3 *Pacto fieri potest, vt à sententia iudicum non appelletur.*
4 *Dictio, deinceps, exponitur pro denuò, idest alia vice.*
5 *A sententia secunda quando appellatur, iudex ad quem est interposita appellatio, de voluntate partium potest delegare causam iudicibus, à quibus postea non appellatur.*
6 *Iuri de futuro renunciari non potest.*
7 *Pactum nititur consensu plurium.*
8 *Præsenti potest quæri per iudicem.*
9 *Renunciatio facta in iudicio valet: & an idem operetur quod pactum. numero 10.*
11 *Quæri non potest alteri per alterum.*

1 Si autem. Istud cap. secundum glo. hic loquitur in arbitris. ¶ Sed ista lect. non cõuenit huic c. propter tex. qui dicit, deinceps. quod exponitur, i. alia vice. Sed ab arbitris † nunquam appellatur, nisi secundum quod dixi in c. à iudicibus. ¶ Item non intellexit ita Gratianus, dum summat istud c. ꝙ non liceat appellari ab eis, ad quos prouocatum fuerit: & sic præsupponit, ꝙ iam semel fuerat prouocatum, & sic erant iudices appellationis, & non arbitri. Alij intelligunt quod loquitur de iudicibus tertiò datis in causa appellationis super ij sdẽ articulis, ꝙ nõ licet appellare. Iterũ
2 in 2. gl. istud c. potest intelligi duobus modis, vno, ꝙ † dictio, vt, ponatur hic consecutiuè, & tunc intelligatur ꝙ non licet appellare ad iudicem, quem quis elegit: quod intellige vt dixi in dicto c. a iudicibus. Alio modo legitur ꝙ dictio, vt, ponatur modaliter, & secundum hoc, hoc dicit. A iudicibus electis cum pacto, vt ab eorum sententijs nõ liceat appellari, nõ licebit appellare. h. d. Concor. l. fin. in §. fi. C. de tempo. appel.
3 Nota, ꝙ † per pactum potest induci, vt à sententia iudicum nõ appelletur, de quo statim dicam. Nota, ꝙ dictio, deinceps,
4 † exponitur pro denuo, idest alia vice: & sic non potest iste tex. loqui in arbitris, vt dixi, quia ab eis nec primo, nec secũdo licet appellare: & ideo melius intelligitur iste text. vt intelligatur, quando erat prouocatum bis, vt si postea dentur tertio iudices, ab istis non appelletur, vt infra ead. c. si quis in quacunque. & ibi glo. 1. quæ incipit, ergo. Vnde est idem de iure canonico quod de iure ciuili, vt dicit ibi gl. & ibi dicam. Item nota, ꝙ quando a secunda sententia prouocatur, iudex,
5 ad quem est interposita † appellatio, de voluntate partiũ delegat causam aliquibus iudicibus, a quibus postea non appellatur: & intellige tex. eligat, scilicet iudex cum eo, qui prouocauerit, & cum illo contra quem prouocauerit. Hugut. tũ intelligit istum text. quod loquatur, cum appellator renũciat appellationi factæ ante sentẽtiam cum hoc, vt ipse & aduersarius eligant arbitros, a quibus appellare non possunt, cùm ab ipsis iam fuerit appellatum. Venio ad glo. Glo. 1. est expedita in notabilibus, quæ dicit ꝙ intelligit iste text. in arbitris. Glo. 2. similiter est expedita, quæ dicit, ꝙ dictio, vt, potest poni consecutiuè & modaliter, & secundum ꝙ ponitur modaliter est casus quod iuri appellãdi de futuro potest renunciari:
6 & ideo videtur, ꝙ † iuri de futuro renunciari potest. Et idem in simili secundum Archid. hic sentit Innoc. in c. in notuit. de arbitris. vbi sentit, ꝙ iuri excipiendi possit renunciari, vt sic possum renunciare exceptionem, vt non euitem executionem: quod intelligit hic Archid. verum, si fiat per pactum, secus si per simplicem renunciationẽ: allegat de deci. ex mul-
7 tiplici. Et assignat rationem diuersitatis, quia † pactũ nititur consensu plurium, vt l. 1. primo responso, ff. de pact. Sed renunciatio innititur ex volũtate vnius: nam firmius est, quod à pluribus expeditur, 20. dist. c. de quibus. & de offic. leg. prudentiam. & istam rationem assignauit gl. in l. 1. C. de pact. Tu dicas, ꝙ idem est in simplici renunciatione, quando est facta
8 in iudicio, vel facta absenti, quia præsenti † potest quæri per iudicem, l. 2. de cura. bo. dan. l. tale pactum. in prin. de pact. Iaco. de But. aliam assignat rationem, ꝙ in pacto reperitur verbum præsens & futurum, vt promitto non petere: sed in renunciatione non reperiuntur nisi verba præsentis temporis, vt renuncio: & ideo non trahit ad se futurum, argum. l. si ita scripsisset. de leg. 2. & l. cũ stipulamur. & l. si a colono. de ver. oblig. sed ista ratio mihi non placet. Quid enim si diceretur, renuncio non appellare in futurum: & ideo dicas vt dixi, ꝙ
9 † si renunciatio fiat in iudicio, valet, vt d. l. fi. in fi. C. de tempo. appel. not. in l. ne in arbit. C. de arbitr. probat l. postquam
10 litis. C. de arbi. Vt tamen tibi † liqueat ista materia, vtrũ operetur renũciatio idem ꝙ pactum, si quęritur, in quibus comparentur pactum & renunciatio: Dic, ꝙ quædam sunt iura, quæ competunt nobis re & spe, & in his aut acquiruntur nobis sine facto nostro, vt legatum, vt ius adeundi, & ista tolluntur sola renunciatione, C. de repud. hære. per totum. Aut sunt quæsita nobis facto nostro, & tunc aut sunt iura personalia, & tunc non tolluntur sola renũciatione facta inter ab-
11 sentes, quia † alteri per alterum quęri non potest, l. fideiussores. & quod ibi not. ff. de pact. Aut est ius reale, tunc si est domini, tunc non tollitur nuda renunciatione. Si esset sola possessio, sic, l. si quis vi. §. differentia. de acquir. poss. Quædã sunt iura, quæ competunt nobis spe non re, & ista nõ possunt tolli nisi pacto, non renunciatione, l. 1. cum sua glo. C. de pactis. fallit, nisi talis renunciatio fiat præsenti, vt l. tale pactum, ff. pact. in prin. & idem si fiat in princ. iudice recipiente pro absente. Quædam sunt iura, quæ non competunt nobis re nec spe: Et in his dic, ꝙ aut verba renunciationis vel pacti incidunt in idem, & tunc dic ꝙ non possunt tolli renunciatione vel pacto, l. nec nos. C. de capti. Si autem verba pacti vel renunciationis concernunt ius futurum vel de futuro querendum, vt si dico, si tale ius nunquam mihi competit, facio tibi pactum de non petendo, tunc valet, argum. l. si rem meam, de verb. obligatio. Anto. de Rosel.

Sequitur §. Post secundam.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, si promisit pro certo pretio patrocinium in causa, an teneatur etiam illud præstare in causa appellationis.*
2 *Iuramentum calumniæ licet fuerit præstitum in causa principali, videtur etiam iterum præstandum in causa appellationis.*
3 *Appellari non potest à sententia post binam appellationem, contra eum, qui in his succubuit. num. 4.*
5 *Appellari non potest à sententijs præfecti prætorio, nec retractantur talium sententiæ: intellige, vt ibidem.*
6 *Iudex delegatus potest iudicari suspectus.*
7 *Appellare quare non possit post tertiam sententiam qui bis succubuit.*
8 *Appellari non potest regulariter de iure ciuili nisi à diffinitiuis. Appellatio vbi est inhibita, censetur etiam inhibita recusatio. ibid.*
9 *Exceptio iudicis suspecti est dilatoria, ideo debet opponi ante lit. contest.*
10 *Lis debet contestari in causa appellationis.*

§. Post secundam. Iste §. est positus, vt declaret mentem præcedentis capituli: Nam prout ibi dicitur, vt ab ipsis iudicibus deinceps illi liceat prouocare, vt intelligatur, quòd postquã bis est iudicatum, post secundam appellationem nõ liceat tertio prouocare. Et not. quia tex. dicit, in vna eademq; causa: nam est argumentum contra aduocatos, qui dicũt diuersam esse cau-
1 sam appellationis a causa prima: & ideo aduocatus, q † promisit pro certo pretio præstare patrocinium in causa, teneatur illud etiam præstare in causa appellationis, de quo 6. q. 4. Osius. Et ideo glo. concludit, ꝙ est vna eademque causa principalis & appellationis, supra eo. si episcopus. & 16. distin. habes. Et pro hoc facit, quia in causa appellationis nõ mutatur res nec persona, nec causa agendi. Et pro hoc videtur text. in c. 1. ne liceat vna eademque causa tertio prouocare. vt hic: & ideo glo. cõcludit, quod sit eadem causa, sed iudicium diuersum, 6. q. 4. Osius. Sed quod sit alia, videtur probari in c. 2. de
2 iur. calum. lib. 6. vbi est tex. ꝙ licet † iuramẽtum calumniæ vel veritatis fuerit præstitum in causa principali, tamen videtur iterum præstãdum in causa appellationis. Et videtur esse ratio, quia quasi alia sit causa appellationis, alia principalis, patet, quia in causa appellationis lis contestatur iterum, & quia in causa appellationis fiunt nouæ probationes. C. de appel. l. eos. & l. per hanc. de temp. appel. & de testi. c. fraternitatis. & istud tenebat Goff. Sed credo ꝙ sit verum dictum glos. hic,

quia

quia nõ iuratur in cauſa appellationis, eo quòd fuit alia cauſa:nam non iuratur iterum in cauſa appellationis, quia ex ſententia ex proceſſu cauſæ principalis poteſt pars habere nouam inſtructionem,vnde reiteratur iuramentum: & iuſta ſunt,in quibus hominis credulitas immutatur,l.de tutela.C. de reſtitu.in integ.Vnde licet reiteretur iuramẽtum, per hoc non arguitur, quòd cauſa ſit diuerſa, nec ex eo quòd poſſint fieri nouæ probationes: eſt ergo iudicium & inſtantia diuerſa, ſed non cauſa. Et hoc dicit iſte.§.a ſententia lata
3 † poſt binam appellationem non appellatur, & contra eum, qui in his tribus ſuccubuit,nec ſupplicatur,ſiue a præfecto ſiue ab alio ſit prouocatũ. hoc dicit. Vel ſic, qui in duabus appellationibus ſuccubuit,non poteſt tertio prouocare, poteſt tamen ſuſpectus iudex recuſari, & recuſatio iudicis in numero appellationis non reputatur. hoc dicit. ¶ Not. quòd
4 qui ſuccubuit † in duabus appellationibus, à tertia non poteſt prouocare, & hoc ſiue ſuccubuit ſimul ſucceſſiue, ſiue interpellatim: & ideo poteſt eſſe,quòd quater appellatur in vna cauſa, videlicet a qualibet parte bis,vt quãdo in vna appellatione ſuccumbebat vnus, & in alia alius, quia iſta litera
5 denegat ne idem ter appellet.Not.quòd † a ſententijs præfectorum prætorum non appellatur, nec retractantur eorum ſententiæ:quod intellige,quando bis erat iam iudicatum, & tertio cognouit præfectus, tunc non auditur etiam ſupplicãdo vel appellando,ſi autem prefectus infirmaſſet primas,vel cognouiſſet ſolũ de prima appellatione, tunc poſſet ab eius ſententia ſupplicari, ſubaudi ſemel tantùm, C.de preci.impera.offeren.l.ſi quis aduerſus. ¶Nota,quòd iudex delega-
6 tus † poteſt iudicari ſuſpectus:& not.quòd iſta recuſatio debet fieri ante litem conteſtatam,dixi ſupra in §.biduum.verſicu.illuc.vbi dixi, quando iſta exceptio ſit præponenda. Et not.ꝙ iſta recuſatio non computatur in numero appellatio-
7 num. ¶Capio gloſ.dicunt gloſ. † quare ille, qui bis ſuccubuit,poſt tertiam ſententiam non poteſt appellare. Reſpondet glo. quia præſumitur, quòd totiens condemnatus non præſumitur grauatus, & iſtud habet locum etiam ſecundum canones,quaſi dicat quod idem eſt in ſententijs interlocutorijs, quia de iure ciuili regulariter non appellatur niſi a diffi-
8 nitiuis. ſed hęc ratio † eſt eadem in interlocutorijs, a quibus de iure canonico appellatur. ¶ Deinde glo. in verbo, ſed qualiter,opponit, hic dicitur in text.ꝙ poteſt iudex recuſatus reuocari datus in tertia cauſa, ſed non appellari, cum a iudice ſuſpecto appellari poteſt, vt lite non conteſta. accedens. Item contra hoc facit cap.ſuper eo. de appella.el 2.vbi dicitur, ꝙ eo caſu, quo eſt inhibita appellatio, & recuſatio. gloſ. reſpondet, ꝙ vaga & ſimplex recuſatio eſt prohibita, vbi eſt etiam prohibita appellatio. Sed vbi ſubeſt cauſa, non inhibetur recuſatio, C. de ſenten. & interlocu. omnium iudicum.l.finali.& ideo poteſt dici, ꝙ appellatur tertiò non a ſententia, ſed a iudicio ſuſpecto iudicis. ¶ Deinde gloſ. in ver.ſed qualiter. oppo.quòd iſta litera non poſſit ſtare,quòd iudex poſſit recuſari ſuſpectus: nam aut dices,quòd ille, qui appellauit,impetrauit talem iudicem, & tunc poſtquàm cõſenſit in eum, non poteſt recuſari, ſupra eod. à iudicibus. ¶Aut aduerſarius impetrauit,qui vicit eum,tunc ſi ante terminum appellationis, non valet impetratio, vt de appellat. oblatæ. ¶Et ſi poſt terminum impetraſſet, tunc ſtultus eſſet ſi poſt confirmatam ſententiam velit cauſam agitari. ¶Gloſ.ſolu.quòd loquitur, quando aduerſarius impetrauit literas ante terminum iuris, non ante terminum datum ab homine,quod poteſt fieri,vt ĩ.eo.appellatore. vel põt intelligi, quando ille,qui impetrauit iudicem,vult eũ recuſare ex noua cauſa ſuperueniente,de offi.dele.inſinuante.Gl.in verbo,arbitrio.oppo.ꝙ a ſententia arbitri non appellatur, vt ſupra,§.ꝙ de arbitris.Glo.ſoluit, ꝙ hic dicitur arbitro,i.iudice delegato. vel loquitur de arbitro aſſumpto in cauſa ſuſpitionis.Gl.in verbo,dederat.Glo.colligit ar.ꝙ ſtatim ꝙ iudex recuſatus eſt, & probata recuſatio, euaneſcunt literæ impetrationis eius,& remittitur cauſa ad primum delegantẽ. Sed ſi eſſet ordinarius recuſatus,habent locum c.cùm ſpeciali. de
9 appel.& c.ad hæc. Gloſ.in verbo, † conteſtationem. colligit, ꝙ exceptio ſuſpecti iudicis eſt dilatoria, & ideo debet opponi ante litem conteſtatam: gloſ.remittit ad ea quæ dicit 3.
10 quæſtione 3.cap. offeratur. Et ex hoc colligit † gloſ. ꝙ in in cauſa appellationis lis eſt conteſtanda,& libellus dandus: quod intellige de lit.conteſtatione, quando pars aduerſa eſt præſens, ſecus ſi contumax, vt l. fin. §. illud. C. de temp. appellat.

Sequitur §. Cum autem.

SVMMARIVM.

1. *Cauſæ ſtatus, vel capitales per procuratores non exercentur etiam in cauſa appellationis.*
2. *Conſtitutus in quaſi poſſeſſione libertatis non conſtituit aſſertorem: & datur intellectus l.1.de aſſertio.tollen.*
3. *Seruus poteſt procuratorem conſtituere ad negotia peculiaria: & ad ea, ad quæ ipſe ſit habilis.num.9.*
4. *Litigans de cauſa ſtatus poteſt eſſe procurator, & poteſt dare procuratorium non ſolum ad negotia, ſed etiam in actionibus quæ mouentur contra eum, vel ipſe alteri mouet.*
5. *Eccleſiæ ſtatus an dicatur eſſe cauſa ſtatus liberalis,ita quòd non admittatur procurator.*
6. *Illuſtres in crimine iniuriarum agendo & defendendo conſtituunt procuratorem: & eſt ſpeciale in eis. nu.24.*
7. *Procurator conſtitui poteſt in cauſa mixta,ſecus in pura criminali.*
8. *Procurator quare non admittitur in cauſa ſtatus, & in cauſis capitalibus.*
10. *Iudicia non debent eſſe eluſoria.*
11. *Maleficia non debent remanere impunita.*
12. *Reus diligentius defendit cauſam ſuam quàm procurator.*
13. *Accuſator quibus caſibus debeat detineri in carceribus ſicut accuſatus.*
14. *Accuſator ſi repertus fuerit per iudicem in calumnia vel præuaricatione, vel tergiuerſatione,qualiter puniri debeat.*
15. *Procurator tenetur cauere de iudicato ſoluendo.*
16. *Pœnæ debent tenere ſuos auctores.*
17. *Delictum fruſtra excuſatur,de quo non cognoſcitur.*
18. *Crimen ſuſpecti tutoris an ſit publicum.num.19.*
20. *Publicum capitur ſtricte,large,& largiſſimè,& quomodo.*
21. *Intellectus l.ſed & hę.§.1.ff.de procur.*
22. *Reipublicæ intereſt à quibuſcunque defendi etiam per procuratorem.*
23. *Santentia in abſentem in cauſa appellationis poteſt ferri etiam lite non conteſtata.*
25. *Abſenti contumaci annotantur bona, & ideo non admititur procurator ad eum defendendrm.*
26. *Vniuerſitas in delictis defendit ſe per procuratorem.*
27. *Statutum contra ius commune non debet extendi ex identitate rationis.*
28. *Lex quando aufert rationem alterius legis,an cenſeatur correcta.*
29. *Procurator nunquid poſſit interuenire pro reo detento in vinculis, & in carcere.*
30. *Abſens an & quando de iure ciuili vel canonico damnari poſſit. num.31.*
32. *Abſens an poſſit damnari, vbi imponitur pœna relegationis: & an admittatur in ipſo procurator.*
33. *Cauſa capitalis dicitur, quæ adimit vitam, libertatem, vel ciuitatem.numero 34.*
35. *Pœna relegationis duplex eſt.*
36. *Bona non debent annotari ei, qui relegatur.*
37. *Procurator nunquid admittatur,vbi non imponitur pœna relegationis.*
38. *Iudex tenetur quærere defenſiones rei.*
39. *Illuſtri non imponitur pœna fuſtigationis.*
40. *Procurator in cauſa capitali an poſſit conſtitui ad vnum articulum tantum.*
41. *Excuſatoris officium volentis excuſare condemnandum quodnam ſit. Et quas exceptiones proponere habeat.nu.42.& ſeq.*
44. *Intellectus c.veniens.de accuſat.*
45. *Procurator vbi non debet admitti ex parte accuſatoris vel rei,an ſi fuerit admiſſus teneat proceſſus.*
46. *Acta facta cum falſo procuratore tenent, ſi demum per dominum fiant rata.*
47. *Exceptio ineptitudinis libelli poteſt opponi etiam poſt ſententiam.*
48. *Iudicium eſt nullum, quod factum eſt contra legem & contra eius diſpoſitionem.*
49. *Procurator an poſſit interuenire, quando exceptio venit examinanda ſeparatim à crimine ſeu coram diuerſo iudice à iudice maleficiorum.*
50. *Procurator nunquid admittatur ſaltem de iure canonico, quando proceditur per viam inquiſitionis.*
51. *Abſens in cauſis criminalibus à relegatione ſupra non poteſt damnari etiã poſt litem conteſtatam & ſi liqueat de cauſa.* *Sententia contra præſentem non fertur abſente accuſatore.fallit,vt ibid.*
52. *Procurator nunquid admittatur, quando proceditur per denunciationem euangelicam ſuper crimine.*

1 **§.Cum autem.** Cauſæ ſtatus, vel † capitales per procuratores non exercentur, etiam in cauſa appellationis.hoc dicit cum c.ſeq. Nota,quod dicitur in ſummario, ꝙ cauſa ſtatus non admittitur procurator:quod eſt verum, niſi ille,qui conſtituit procuratorem,ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, 54.diſt. frequens.& c.præſenti.& eſt tex.in l.1.C.de aſſertio.tollen.ibi,ſi ex poſſeſſione libertatis.vbi probatur,ꝙ exiſtens in quaſi poſſeſſione libertatis etiam cauſa ſtatus conſtituit talis procuratorem nõ aſſer-
2 torem, quia † etiam conſtitutus in quaſi poſſeſſione libertatis non conſtituit aſſertorem, & ita intelligitur dicta l.1.de aſſertio.

aſſertio. tollen. quæ loquuntur in conſtituto in quaſi poſſeſſione libertatis, vt non conſtituat aſſertorem, ſed procuratorem: ſic licet aſſertor & procurator idem ſint ſeu eſſe videãtur, & ideo quando libertus reuocatur a domino in ſeruitutem ciuiliter agendo ſibi conuentus & agens etiam in cã ſtatus conſtituit procuratorem, l.ſed & hæ.§.1.de procur.ꝗa libertus eſt in poſſeſſione libertatis: ſed ſi ageretur criminaliter, an admitteretur procurator dicam infra in cauſis capitalibus, & quod ibi ageretur ciuiliter,quãuis ad reuocationẽ in ſeruitutem,patet,quia ad cõmodum ſolum agentis agebatur,nec erat pœna aliqua applicanda fiſco, iuxta not.in l.3.ff. de ſepul. vio. Item prædicta ſunt vera, quòd in cauſa ſtatus non admittitur procurator ex parte illius, qui ſeruus eſſe dicitur,ſecus ex parte dicentis ſe dñm,quia conſtituit procuratorem,l.non ſolum.§.ſi ſtatus. ff.de procurat. Sed qui dicitur ſeruus,non conſtituit procuratorẽ in tali cauſa ſtatus, vt hic, & dicta l.1.de aſſer.tollen.niſi eſſet in quaſi poſſeſſione liber-
3 tatis, vt dixi: ad † negotia peculiaria vero poteſt ſeruus habere procuratorem,l.ſeruum quoque.in princ.ff.de procura. ad agendum autem non,vt l.ab hoſtibus. in princ.ex qui.cau.ma.& dicta l.ſeruum quoque.in prin.& hoc, ſi agat ſeruus ſiue defendat poteſt habere procuratorem, vt dicta l. ſeruum
4 quoque.& vide 54.diſtin.frequens.poteſt etiam litigans † de cauſa ſtatus eſſe procurator. Item poteſt dare procuratorem nõ ſolum ad negotia, ſed etiam in iudicio in actionibus quæ mouentur contra eum, vel ipſe alteri mouet, vt d.l.ſeruum. §.1.& hoc præterquàm in cauſa ſtatus,vt dixi,& ita vult glo.
5 in dicta l.ſeruum.An autem ſtatus† eccleſiæ dicatur eſſe cauſa ſtatus liberalis,ita ꝙ non admittatur procurator? dic quòd illa non eſt proprie cauſa ſtatus,vt not.de arbi.c.cum in tempore.de maio.& obedien.humilis.& in c.cum venerabilis.de do.& contuma.vbi eſt text.quòd in cauſa primatiæ admittatur procurator. Glo.in verbo,nec per exploratores. exponit procuratores. Quærit, vtrum in his caſibus admittatur procurator, videlicet in cauſa ſtatus,& in cauſa criminali. & videtur dicere ꝙ non admittatur,per l.non tantum.ff.de appel. Sed ille tex.probat contrarium, dum dicit,non tantum ſi ille mandauit,verum quiſquis alius prouocare noluerit.& ſic videtur probare,quòd admittatur procurator: ſed loquitur in cauſa criminali ad vnum vel aliquos articulos,vt puta ad appellandum, vel ad allegandum cauſas innocentiæ, vt dicam ſtatim in ſequenti gloſ. ſuper intellectu l. ſeruum quoque. §. publice.ff.de procura.Sed in cauſa ſtatus quomodo admittatur procurator,ego ſupra dixi.Sed dicta l.1.cum l.ſeq.de libe. cau. ſunt notabiles in hoc, quia ad appellandum & defendendum admittũtur & alij etiam,velit nolit ille, cuius cauſa agitur, & ſic patet quòd ẽt in cauſa populari.& ſic eſt expeditus tex.in cauſa ſtatus, & glo.1.hic. Glo.in verbo exploratores. exponit, ideſt procuratores. Deinde oppo.3.quæſtio.9. in §.niſi. vbi eſt canonizatus tex.ſcilicet l.fin.C.de iniur.vbi eſt
6 expreſſum, quòd illuſtres † in crimine iniuriarum agendo & defendendo conſtituunt procuratores. glo. ponit regulam, quòd regulariter in criminibus non agitur per procuratorem: fallit in crimine iniuriarum quo ad illuſtres perſonas. Item dicit, quòd admittuntur excuſatores, qui cauſas abſentiæ poſſunt excuſare, etiam ſi ſint procuratores,l.reos.C. de appella.canonizata.5.quæſt.3.reos.Et eſt notandum,quia dicit & intelligit dictam l. reos.quando erant conſtituti procuratores ad allegandum cauſas abſentiæ. Sed ego intelligo etiam ad cauſas innocentiæ, vt dicam ſtatim in intellectu.l.ſeruum quoque.§.publicè.Item dicit,quòd poteſt conſtitui ad excipiendum,vt in cap.veniens.§.illis.de accuſa.& c. ſuper his. Sed iſtud cap.in fine loquitur,quando de criminibus agitur ciuiliter. ¶Item dicit,quòd in leuibus criminibus admittitur procurator, allegat l.leuia.ff.de accuſ. Item ſi crimen non excedit pœnam relegationis, l.1.ff.an per aliũ cauſæ appella. Item dicit, quòd conſtituitur procurator vbi agitur cauſa criminalis ad pœnam pecuniariam, etiam ſi conuentus reus in eadem infametur, vt d.l.1.an per alium cauſæ appella.in ver.plane.Item excipit in crimine ſuſpecti tutoris, vt in eo interueniat procurator.l.non ſolum.§.1.ff.de procu. quod eſt verum indubitanter,quando agitur ciuiliter, vt remoueatur a tutela. Sed an admittatur, quando agitur criminaliter, vt etiam puniatur, dicam ſtatim in proſecutione materiæ. ¶ Item excipit, quando quis vult accuſare aliquem de ingratitudine, puta quando dominus vult reuocare libertum tanquam ingratum in ſeruitutem, de quo per l. ſed & hæ. §. primo. ff. de procurat. ¶ Deinde dicit in actione populari, quia interuenit in ea procurator ad defendendum, ſed non ad agendum, vt ff. de popu.actio.l. qui in populari. Sed hoc debet intelligi, niſi ille agat, cuius principaliter intereſt, l. licet. ff. de procurat. vel poteſt dici, ꝙ ratione publici commodi non datur procurator in actione populari, ſed ratione priuati intereſſe, ſic vt dicta l.licet.
7 ¶Item excipit,quando cauſa eſt mixta, vt † quia non eſt pura criminalis, nam ibi admittitur procurator, vt in cap.tuæ. de procurat. eſt enim potius cauſa ciuilis quàm criminalis. Item dicit, quòd cauſa criminalis agitur per ſocium eiuſdem litis,4.quæſtio.6.hoc quippe. de do.& contuma.cùm dilecti. & 2.quæſt.5.cap.ſtatuit ſancta ſynodus. Iſta ſunt omnia formalia verba glo. Sed iſtud vltimum verbum loquitur in cauſa purgationis, vt dixi in dicto capit. ſtatuit ſancta ſynodus. vbi examinaui, an purgatio poſſit fieri per procuratorem: ſed qualiter intelligantur iſta iura, patebit per ea quæ infra dicam examinando regulas,quas infra ponam, quia iſta materia eſt multum profunda, & habet multas & varias opiniones. ¶Sed iſta gloſ. poteſt reduci ad tres caſus: Primo quando procurator venit ad excuſationes abſentiæ allegandas, & ſic ad excuſandum contumaciam, & de iſtis dicam circa finem. Secundus caſus, quando conſtituitur in criminali ad excipiendum,& de his etiam infra dicã. Tertio quando venit ad defenſionem totalem delicti, & hic glo.per modum regulæ dicit quòd procurator non admittitur. Pimo
8 † eſt videndum,quare in cauſis capitalibus, & in cauſa ſtatus non admittitur procurator. Et in cauſa ſtatus illa eſt ratio,
9 quia ſerui ſolum † poſſunt facere procuratorẽ in his, ad quæ ipſi ſunt habiles facere per ſe ipſos: ſed exiſtens in quaſi poſſeſſione ſeruitutis non eſt habilis ad litigandum in iudicio, ideo in cauſa ſtatus agit ſolum per ſeipſum,vt hic,& l.1.C.de aſſert.tollen. ¶ In cauſis vero capitalibus glo. aſſignat rationem in reo alibi, quia procurator debet damnari, vt not. in l.1.C.de ſenten. Et ideo ſi veniret pęna imponenda ad mortem, non eſſet congruum, quod procurator damnaretur. ¶Iſta ratio ſecundum Docto. non eſt bona, nam illud quod dicitur, quòd ſententia eſt in procuratorem concipienda,eſt verum, quando in procuratorem poteſt cadere ſententia, aliàs damnatur dominus, l.fin.C.de iniur.not.Docto.in l.inuitus. C. de procurat. ¶Quare Bar.aſſignat aliam rationem,
10 quia † iudicia non debent eſſe eluſoria,l.ſi prætor in princip. ff. de iudi. ¶Sed ſi interueniret procurator ex parte rei, iam ſequeretur iudicium eluſorium, quia ſi videret reus ſe poſſe damnari, nunquam compareret,ſed abſens non poteſt damnari, vt l. abſentem. de pœnis. Sed iſta ratio apud me non eſt uera, quia iſto caſu ſententia proferretur in abſentem etiam ſi non adeſſet iudicio, ſi interueniſſet pro ipſo procurator, vt eſt text. in d. l. fin. in fin. C. de iniur. Sed ego cre-
11 do quòd alia ſit ratio, quia maleficia † non debent remanere impunita, l.ita vulneratus. ad l.Aquil. Sed ſi abſens per procuratorem defenſus damnaretur, non poſſet propter abſentiam fieri executio, ergo iudicium eſſet eluſorium. ¶Item abſens de crimine damnari non poteſt, ergo ſuperuacuò admitteretur procurator ad diſcutiendum de eo, de quo ſententia ferri non poteſt, & hoc vult text.in §. ad crimen. fruſtra interuenit procurator. ¶Barto.autem addit aliam ratio-
12 nem, quòd reus † diligentius defendet cauſam ſuam quàm procurator, l.1. in fin. ff.ad carbo. ergo non admittitur procurator. Sed iſta ratio non eſt vniuerſalis, nec mihi placet, quia poſſet eſſe procurator; qui ſciret melius & diligentius defendere cauſam, quàm vnus ruſticus & vna mulier,& maxime ſi procurator eſſet parens, vel conſanguineus accuſati, prudens, & accuſatus iuuenis vel mulier,l.1.in fin.ad carbo. loquitur quando illi,cui debebat fieri præiudicium,non erat habilis ad conſtituendum procuratorẽ: Et iſta eſt ratio,quare ibi differtur in tempus pubertatis. Item iſta ratio non habet locum, quando abſens poteſt damnari, quia melius eſt ꝙ per aliquem defendatur, quàm ſi nullo modo defendatur. Ex parte autem accuſatoris eſt ratio ſecundum Iac. But.quia quando crimen eſt publicum, & ſic accuſatio competit cuilibet de populo, tunc iſtud ius accuſandi ita competeret accuſatori, ſicut ipſi conſtituenti, l.licet, & quod ẽt ibi not.ff.de procur.Sed certe iſta ratio nõ eſt vniuerſalis,quia ſi accuſans in tali crimine proſequeretur propriam iniuriã vel propriũ intereſſe, ipſe poſſet tunc cõſtituere procuratorem, vt d.l.licet. ff.de procur. Vnde alij Doct.dicunt,quia ſi accuſator reperiretur in calumnia, cõdemnaret ſimilitudine ſupplicij. Et ideo ſi eſſet abſens, & accuſaret per procuratorem, nõ poſſet

fieri

13 fieri executio: & quia † accusator his casibus debet detineri in carceribus sicut accusatus, l.1.§.1.ff.ad Turpil.& C.de accus.l.fin.Vnde eædem sunt rationes in accusatore,quæ in accusato,& hoc de iure communi. Sed quia ex forma statutorũ accusator se non inscribit,nec detinetur in carceribus,istæ rationes videntur cessare,vnde Bart. assignat aliam rationem, quia est verisimile,q̃ diligentius aget causam suam,& prosequetur,quàm alienam, quia ad accusandum mouetur in isto dolore,l.2.in fi.ff.de adulte.Sed ista ratio non est vniuersalis, vt s̃.dixi,& quia concludit tantum,qñ accusatio capitalis vel publici iudicij proponeretur ratione proprij interesse vel ꝓprie in iure. Sed quãdo ageret vt quilibet prosequeretur publicum interesse,istud nõ procederet, imo esset quid sibi imputaretur,cur diligentem non adhibuit procuratorem: vnde ego credo,quòd etiam quando accusator se nõ inscribit, nec retinetur in carceribus ex forma statuti, q̃ adhuc ꝓcedat regula istius cap.& l.pen.§.ad crimẽ.de publi.iudi.quia si iudex
14 reperiret istum accusantem in † calumnia vel preuaricatione vel tergiuersatione, iudex deberet talem accusatorem punire,& si non pœna talionis,saltem deberet aliam pœnã imponere,l.1.§.1.& 2.ff.ad Turpil.& est pœna calumniẽ in his criminibus similitudo supplicij,in his criminibus,quę hñt a iure pœnam ordinatam,vt not.gl.& Doct.in l.1.ad Turp.Ex quo infero istam conclusionem, q̃ etiam qñ ex forma statuti accusator non tenetur se inscribere ad pœnam talionis, nec detinetur in carceribus,q̃ in criminibus capitalib.seu publici iudicij ex parte accusatoris non admittitur procurator,quia licet se non inscribat,si iudex reperit ipsum calumniantem,potest ipsum punire similitudine supplicij,vt prædixi,& ista est melior ratio quàm illa Bart.q̃ diligentius aget causam suam,per illa quę s̃.retuli,Spec.verò assignat in tit.de accus.§.sequitur. verbo porro.si sit contumax: aliam rõnem,nam dicit,q̃ pro-
15 curator non potest legitimare † personam suã,quia debet cauere de iudicato soluendo,Insti.de satisda.§.si verò aliquis.& l.1.C.de satisdan.sed istam cautionẽ non posset prestare procurator in criminalibus, quando veniret imponẽda pena af-
16 flictiua personę,q̃a pœna † debet tenere suos auctores,l.sanximus C.de pœnis. Sed licet Bar.videatur istam sequi in extrauaganti ad reprimendam,in gl.vel legitime.tamen ista ratio est valde debilis, quia si dominus releuaret ipsum in procuratorio fideiubens pro ipso procuratore,tunc non tenetur satisdare procurator de iudicato soluendo, vt no.C.de satisdando.l.1. Item est contra tex.c.tuæ.de procura.vbi in causa adulterij,qñ agitur ad separationem thori,admittitur procurator, & tñ ibi non potest caueri de iudicato soluendo. Item
17 †quia excusator nõ admittitur ad causas innocentię allegandas,quando absens damnari non põt, quia iudex non potest cognoscere de delicto,& sic frustra excusatur delictũ, de quo non cognoscitur: idem dicit §.ad crimen.Sed quãdo cognosci potest vel de excusationibus,de quibus cognosci põt, ipse non tenetur cauere, vt no.in l.in eo quod.§.1.ff.de reg.iur.& Inno.in c.veniens.de accus.Quare pono secundam cõclusionem, q̃ non est efficax ratio Spec. q̃ ideo in criminalibus capitalibus non admittatur procurator, quia ipse teneretur cauere de iudicato soluẽdo.Sit ergo illa ratio,quam dixi,ne iudicia sint elusoria,quia si admitteretur procurator, nõ posset in reum condemnatum vel accusatorem fieri executio. Ponamus ergo pro examinatione istius glo. & materiæ aliquas regulas:& prima sit illa istius tex.coniuncta l.pen.§.ad crimẽ. ff.de publ. iudi. q̃ in criminalibus capitalibus & publici iudicij ex parte actoris vel rei non interueniat procurator nisi ad excusandum causas absentię.Ista regula probatur in isto cap. & in dicto §.ad crimen,& sentit hic glo.dum dicit,de excusatoribus. Et est ratio istius regulæ, cùm absens damnari non possit,& si de crimine nõ possit cognoscere iudex, frustra interueniret procurator ad disputandum de crimine, de quo iudex nõ cognoscit nec potest cognoscere. Contra istam regulam obstat l.non solum. §.fi.de procur.quam glo.hic ponit pro fallentia,dum dicit,Item in crimen suspecti tutoris: nam
18 istud crimen † videtur esse publicũ,vt probatur in l.1.§.quotiẽs.de suspec.tut.& melius in l.3.quæ incipit, tutor. in quarto responso.eod.titu.ibi, cum hoc omnibus patet. vt text.in §.consequens. qui dicit,quasi publicũ: illud quasi est expressiuum veritatis, secundum glo. Institu.de suspect. tuto. in §. consequens. Et quod sit publicum, not.glos.in l.decreto.de suspect.tuto.Timore istius contrarij Bart.in §. ad crimen.dicit, quòd quando tutor accusatur de suspecto solum ad finẽ vt remoueatur à tutela, tunc ista causa est ciuilis & non criminalis,quia hoc casu nulla pœna applicatur fisco, sed solùm remotio cedit ad vtilitatem pupilli, iuxta not. per glo. in l.3. de sepul. viol. & ideo in ista ciuili admittitur procurator, vt dicta l.non solum. §. procurator.& quòd ista causa sit ciuilis, dicit ipse, canonistæ habent multos text.in cap.tuæ. de procurat. not.glos.in cap. ex parte Adæ. de testi. Sed ego allego meliores text.in cap.per tuas.in fine. de symo. el primo. & in cap. super his.de accusat. in fine. Sed si accusaretur tutor vt suspectus, vt puniretur,tunc causa esset criminalis,quia aageretur ad vindictam publicam,l.1.de suspect.tuto.& l.sequen. & l.1.§.solent.ff.de offic.præfect.vigi. & C. de admini.tutor. l.nisi. & l.si liberti. & tunc isto casu non admitteretur secundum eum procurator, sicut nec in actione iniuriarum. Sentire ergo videtur Bartol. in ista solutione quam ponit in dicto §.ad crimen.quòd istud sit publicum,de quo loquitur dic-
19 tus §.ad crimen. Sed in l.1.ff.de public.iudic. † ipse tenet, q̃ accusatio suspecti tutoris non sit publica, quia non numeratur inter publica iudicia, allegat text. in l. 1. §. suspecti. ff.ad Turpil.& ibi glo.in verbo, tenetur,& quia non sequitur,quilibet potest accusare, ergo crimen est publicum, vt dicta l.1. §. consequens.& dicta l. tutor. quarto responso, de suspect.
20 tuto.quia publicum † capitur stricte,large,& largissime: stricto modo sunt crimina publicorum iudiciorum, de quibus in l.1.& in l.penult.§.ad crimen. de public. iudic. & sunt illa, in quibus damnatus statim efficitur infamis ex edicto prætoris, l.1.ff.de ijs qui not.infam.& cum istis delictis non est crimen suspecti tutoris. Alio modo dicitur large publicum, quando quilibet de populo potest accusare, & tale est crimẽ suspecti tutoris. Tertio modo capitur largissime, vt omne iudicium, quod fit ad vindictam, seu vtilitatem publicam, & isto modo capitur in l. interdum. & l. quod senatus. ff.de iniur. & licet damnatus pro suspecto quandoq; efficiatur infamis,l.3.in fin. de suspect.tuto.non tamen est crimen suspecti tutoris publici, quia fit infamis per sententiam & non per edictum prætoris: & ista posset esse vna solutio ad §.ad crimen.quod loquatur in crimine publici iudicij,inter quæ non est crimen suspecti tutoris, vt dixi. Ista tamen solutio non est tuta, quia etiam in priuatis criminibus, in quibus potest imponi pœna a relegatione supra non admittitur procurator, l.fin. C. de iniur.& l.1.an per alium causæ appellationis. Quare Barto. ponit aliam solutionem, quod in dicta l. non solum. §.fin.de procurat.agebatur de crimine ciuiliter, sed si fuisset actũ criminaliter ibi non fuisset admissus procurator. Sed istud dictum Barto.non est absolute verum, quia in criminibus,in quibus absens damnari posset,ibi interuenit procurator saltem in aliquibus, l. seruum quoque. §. publice. de procura.& quia quando pœna est priuatiua, quæ potest imponi contra absentem, videtur posse interuenire procurator saltem in aliquibus: & intelligo quando est pœna priuatiua, & exequibilis in absentem, l. sed & hæ. §. primo. de de procura.tunc videtur posse intercedere procurator, dicta l.non solum.§.fin.de procurat. & l.exigendi. C. de procurat. licet secus foret,si non esset exequibilis in absentem: & ideo si esset relegatio ad certum locum, quod ibi & non alibi deberet commorari, quia ista non esset exequibilis in absentem, non admitteretur procurator: secus si esset pœna relegationis a loco, vt non possit in tali loco habitare: ista est in absentem exequibilis, admitteretur procurator, secus si esset relegationis ad certum locum, vt dixi. Non obstat l.fin. C.de iniur.quia ibi poterat imponi pœna relegationis ad locum, vel etiam maior a relegatione: & istam opinio. tenuit Guil.de Cun. & Iacob.Butri. Quidam tamen damnant eam per cap.veniens.de accusat. Sed huic cap. posset responderi, quòd ibi potuisset poni maior pœna quàm priuationis,quia potuisset poni in ergastulo, ita quòd non erat sola pœna remotionis a beneficio & ab ordine. Et ex istis pono istam cõclusionem, quod quando intentatur crimen criminaliter, & venit imponenda pœna priuatiua, potest imponi & est exequibilis in absentem, ibi admittatur procurator saltem ad allegandas causas innocentiæ, vt statim dicam. Possent etiam istæ opiniones concordari, quòd absolute ad totam causam nõ admittatur procurator, vbi absens damnari potest & priuari, sed ad allegandum causas innocentiæ admittatur procurator, vt l.seruum quoque. §.publice.de procura.coniuncta l.reos. C. de accusat. dicam statim in intellectu §.publice. Item dictum Bar.absolute non est verum, quòd quando agitur ciuiliter,admittatur procurator: nam ex parte actoris nõ admittitur procurator etiam cùm ciuiliter ageretur, nisi

ageret

ageret ille, cuius interest principaliter & pro proprio interesse, vt l.licet.ff.de procurator.sed bene interueniet procurator ex parte rei, vt dicta l.non solum.§.fi.& hoc dicit glo.in c. veniens.de accusa.¶ Et ex hoc infero aliam conclusionem, q̃ quotiens de crimine publico agitur etiam ciuiliter ex parte actoris,non interuenit procurator, nisi in casu,cùm agit ille, cuius principaliter interest,contra Bar.in §.ad crimen,qui loquitur indistincte. Adhuc contra istam regulam ob.l.sed & & hæ.§.1.ff.de procurator. quia si libertus accusatur vt ingratus,vt reuocetur in seruitutem, ibi admittitur procurator, vt supra d.xi in causa status.gl.iuris ciuilis dicit, quod ibi est pęna infra relegationem, in §.publice. Sed ista solutio non est tuta, quia ista est pœna seruitutis, quæ est mors,l.2.ff.de publi.iudic.& l.seruitutem.& l.quod attinet.ff.de regu.iur. Et potest dici causa capitalis, cùm in seruitutem reuocetur, vt
21 Insti.de capi.dimi.§.1. Vnde Bar.soluit, quòd † in d.l.sed & hæ.§.1.erant causæ ciuiles, sed non criminales, quia pœna applicabatur patrono.sed certe ille text.in l.sed & hæ.§.1.potest loqui etiam, quando criminaliter ageretur propter verbum accusare, positum ibi in text.quod intelligitur criminaliter in dubio, iuxta not.in l.agraria.ff.de termi.mo.¶ Vnde potest aliter responderi, quòd in pœnis priuatiuis, in quibus potest ferri sententia in absentem, quæ trahat secum executionem, ibi interuenit procurator; & ista est vera solutio secundum Butr. ¶ Ex quo infero aliam conclusionem, quòd quando libertus accusatur criminaliter vt ingratus, ibi ex parte actoris & rei admittitur procurator.¶ Item infero aliam conclusionem ex prædictis, quòd criminalis accusatio suspecti tutoris non est publici iudicij stricte sumpti. ¶ Sed adhuc contra istam regulam opponitur, nam nonnulla sunt crimina etiam capitalia, in quibus absens damnari potest etiam ad mortem, vt l.lege Cornelia. vers. & hoc crimen. ff.ad l.Cornel.de sicca.& in l.ne diu.C.de pœ. & in extrauaganti ad reprimendam.vbi.in crimine læsæ maiestatis absens damnari potest. Sed in criminibus, in quibus absens potest damnari, videtur posse interuenire procurator, per tex. in l.seruum quoque.§.publice.ff.de procurator.vbi text.di-
22 cit, † reipublicæ inter est, a quibuscunque defendi, & debet intelligi etiam per procuratorem, cùm illa lex sit posita in tit. de procurator.maxime cùm dicat, per quemuis: quasi dicat non solum per procuratorem, sed etiam per alios: ad idem l.reos.C.de accusatio.dum dicit, reos capitalium criminum etiam per procuratores defendi posse, vt l.absens reus.ff.de procurator.¶ Et est ratio, quia vbi sententia potest ferri in absentem, iudex ibi potest supplere de facto, & quærere innocentiam absentis, vt in auth.qui semel.& quod ibi not.C. quomodo & quando iudex, & l.ampliorem.C.de accusatio. & licèt glo.dicat ibi, quòd est speciale in causa appellationis, non est verum, vt not.Innoc.in cap.veniens, de accusatio. notant Docto.in cap.bonæ.de postulat.prælat.not.Bart.in l. 4.§.hoc autem iudicium. ff.de damno infec. & pro hac sententia videtur text.in l.non tantum.ff.de appel.vbi est text. quòd etiam procurator, & quilibet alius potest appellare, pro eo quod dicitur, ad supplicium. ¶In contrarium tamen
23 videtur text.in l.1.ff.an per alium causæ appel.nam † in causa appellationis etiam lite non contestata potest ferri sententia in absentem,l.fi.§.illud.C.de temp.appel.& tamen in causa appellationis in crimine capitali non admittitur procurator, vt dicta l.1.Item text.in §.ad crimen.indefinite dicit, ad crimen publici iudicij frustra interuenit procurator, & videtur loqui ille tex.etiam in causis, in quibus sententia potest ferri in absentem vel præsentem: nam dicit, quòd si proponitur iusta causa absentiæ, differtur diffinitiua sententia: ergo loquitur indistincte, siue præsens siue absens accusatus damnari poterat:& text.istius cap.loquitur indistinctè,quòd in causis capitalibus nõ admittitur procurator:& pro hoc videtur esse casus in cap.veniens.de accus. vbi text.dicit, quòd non admittitur procurator in causa criminali, & tamẽ ibi loquitur de criminibus, in quibus absens damnari poterat.& pro ista sententia facit, quia in istis criminibus nõ debet admitti procurator, qui faceret actum, per quem præiudicaretur absenti: & quia tex.in l.2.C.de ꝓcurator.videtur admittere procuratorem in criminibus, in quibus sola pecuniaria pœna venit imponẽda:& idem tex.in l.1.ff.an per alium cau-
24 se appellat. Et quia est † speciale in illustribus vt in causa iniuriarum,vbi absens potest damnari, ibi admittitur procurator. Et per aliquas ex istis rationibus tenet Bart.in dicto §.ad crimen.ibi, sed primo quæro. sed etiam vbi absens damnari potest,ibi non admittatur procurator, qui possit domino obesse & prodesse: idẽ tenet in extrauaganti ad reprimendam. in glo.in verbo,vel legitime. Nõ obstat §.publice.quia loquitur generaliter,& de quolibet,vt sine mandato possit allegare causas innocẽtię, sed nõ vt procurator ita q̃ possit obesse domino. Et hoc etiam videtur tenere D.Anto.de But.in dicto c.veniens. Ego autem teneo, q̃ etiam procurator possit admitti pro absente ad allegandum causas innocentiæ, text.est in l.reos,quæ est l.3.C.de accus.dum dicit, reos etiam per ꝓcuratores in causis capitalibus defendi posse.& etiam tex.in §.publice.dum dicit,per quemuis, vt supra dixi,& in l.absens reus.ff.de procur.& ita consuluit Dy.q̃ si statuto cauetur, q̃ absens damnari possit ad mortem, ibi admittatur ꝓcurator. Nõ obstant rationes contrariæ, & primo l.1. ff. an per alium causæ appell.quia in causa criminali, si interponitur appellatio in causa capitali, ambo accusator & reus debent teneri in vinculis, vt not.in l.1.ff.de custo.reo.& l.1.§.1.ad Turpill. & supra dixi:vnde illa lex 1.nõ potest intelligi per absentem: & q̃ debeat admitti procurator, probatur,quia ꝓ absente in his in quibus damnari potest, ibi admittitur procurator, sed nõ ad excusandum illa,in quibus damnari nõ potest: vnde si aliquis est absens in crimine publici iudicij & capitali,ibi nõ admittitur procurator,nisi ad defendendum absentem in his,in
25 quibus damnari potest:quia tũc regulariter absens † nõ damnatur de crimen, sed solum annotantur bona propter cõtumaciam, vt l.1.C.de requi.reis.ideo nõ admittitur procurator ad defendẽdum causam criminis,quia de illo damnari nõ potest,l absentem.ff.de pœnis.sed bene admittitur ad allegãdum causas absentiæ, ne propter cõtumaciam bona annotẽtur:& hoc dicit §.ad crimẽ.dum dicit, sententia differtur, scilicet annotationis bonorum, quia sentẽtia criminis loqui nõ potest, quia absens nõ damnatur, l.absentem.ff.de pœnis.& ideo male argumẽtatur D.Ant.de Butr. q̃ casu §. ad crimen, quia nõ loquitur q̃ differatur sententia criminis,sed loquitur q̃ differatur sententia annotationis bonorum.¶Item fallit in casu l.tam collatoris.C.de re mili.lib.12.vbi est casus, q̃ vni-
26 uersitas † se defendit in delictis per procuratorem: & est tex. in d.l.reos.de accus.& l.absens reus.ff.de procurator.Et ideo quãdo absens posset damnari de crimine,credo q̃ admitteretur procurator,vt d.l.reos.de accu.Et ex hoc infero cõclusionem,q̃ l.reos.C.de accu.potest loqui in ꝓcuratore etiam excusante crimẽ,& nõ in excusante solum causas absentię cõtra Bart.¶Ex quo infero talem cõclusionem, q̃ vbi absens damnari potest in his,in quibus accusator potest damnari, ibi admittatur procurator:& sic potest dãnari de crimine etiam ad allegandum causas Innocentiæ criminis,cõtra Cy.& Bart.Et hæc sunt vera,siue sit crimẽ publici iudicij, siue capitale mortis,siue priuatum.Nec obstat prædictis c.veniens.de accu.vbi est tex.q̃ in criminibus nõ admittatur procurator, & tñ loquitur in criminibus,in quibus absens damnari poterat: quia ego dico,q̃ in causa criminali, vbi absens damnari potest, ibi procurator admittitur ad allegandum causas innocentiæ,sed non admittitur generaliter ad totam causam, in qua posset prodesse & obesse domino: Et ita loquitur. c.veniens. Sed in sola excusatione innocentiæ criminis vel excusationis absentiæ nõ potest obesse domino,sed solum procurator generaliter in causa criminali nõ admittitur etiam pro absente suscipiendo in se totam causam iudicij: & isto modo potest intelligi l.1.an per alium causę appel.sed bene admittitur ad allegandas causas innocentiæ:& ita potest respõderi ad l.2. C. de procur.licèt & aliter responderi potest, q̃ ibi non debet sumi argumentum a cõtrario sensu:Et ideo faciũt ad quæstionem, Si absens ex forma statuti põt capitaliter damnari :& ibi ad defensam & ad allegãdũ causas innocẽtiæ admittat ꝓcur.Et istud,vt dixi,cõsuluit Dy.& bene, licèt aliqui dixerũt
27 cõtrariũ dicẽtes,q̃ cùm istud statutũ esset † cõtra ius cõe, nõ debet extendi ex idẽtitate rationis, iuxta not.in authẽ.quas actiones.C.de sacrosanct.eccle.¶Sed isti sic dicentes non bene dicunt, quia istud non est contra ius commune, quando absens damnari potest, ut supra dixi. Item quia ratio, quare non admittitur procurator de iure communi ad allegandum causas innocentiæ criminis, est quia absens de crimine damnari non potest, vnde frustra admitteretur procurator ad defendendum crimen, ex quo absens damnari non potest: sed cùm per statutum admittatur absentem damnari de crimine, tollitur ratio legis, quæ non permittebat procuratorem admitti: sublata ergo illa ratione,admitti põt, & de hoc est glo.in l.qui se patris. C.vnde liberi. & glo.fin.in cap.statu-

tum.de elect.lib.6.dixi plenè in l.si verò.§.de viro. fol.mat. in
28 illa fallentia, in qua dixi, quòd quando lex † aufert rationem alterius l.quòd talis lex censeatur esse correcta, & hoc tenent domini de Rota sua conclusione 196. & clarius tenet in conclusione 244. Item ista faciunt ad aliam quæstionem, quam determinant dicti domini in dicta conclusione, An si
29 reus † est detentus in vinculis & carcere pro ipso possit interuenire procurator. Barto.in dicto §.ad crimen.in fi.illius oppositionis, quæ incipit, Item oppono de l.Lucius.videtur tenere, quòd pro existente in vinculis admittatur procurator ad allegandum casuas causæ etiam in crimine capitali, per l.seruus.& l.sciendum.ff.de public. iudic. quia serui accusati ponuntur in viculis, & in vinculis causam agunt, l. 2. de custo.reo. ¶Item quia omnes rationes, per quas in capitalibus causis non admittitur procurator, cessant in existente in vinculis: primò, quia iudicium non erit elusorium. Item quia per aliũ & per se maturius defendet causam suam, ideo admittitur procurator. & ita seruat consuetudo. ¶ Contrarium tamen tenuit Odoffr. Sed pro sententia Barto.videtur text.in l.non tantum.ff.de appel.vbi in tex.dicitur, quòd pro eo qui ducitur ad supplicium,& sic est in vinculis,prouocare potest quilibet,& non tantum si ille mandauerit, verum quilibet alius, qui prouocare voluerit: & ideo videtur quòd ad appellandum admittatur procurator:& pro hac sententia videtur text.in l.eos.§.super his.C.de appell. & eadem ratione sicut potest appellari, ita possunt aliæ causæ innocentiæ allegari, quia si possum pro absentibus, ergo & pro præsentibus.¶Sed contra sententiam Barto.videtur text.in l.1 .ff.an per alium causæ appell.nam ille text.non potest intelligi, nisi in existente in vinculis, qui appellat, & tamen causa appellationis non potest per procuratorem agitari, quando causa est capitalis & supra relegationem: Ego autem credo, quòd istæ opiniones possunt concordari, & dico, quòd ad allegãdum causas innocentiæ vel interponendam appellationem pro existẽte in vinculis potest interuenire procurator etiam in causa capitali mortis, quo casu non esset dimittendus fideiussoribus, sed debet detineri in carceribus & vinculis,iuxta nõ.in l.1.ff.de custo.reo.& si quilibet admittitur ad allegãdum causas innocentiæ, ergo fortius procurator, vt dicta l. non tantum.de appell. ¶Sed ad prosequendam totam causam vel appellationem generaliter non admittitur procurator etiam pro existente in vinculis, l. 1. an per alium causæ appel.Sed ad allegandum causas innocentiæ & ad appellandum sic, & est ratio, quia iudex ex officio debet requirere innocentiam inuinculati, & quilibet etiam eo inuito posset ostendere eius innocentiam, dicta l.non tantum. de appella. vnde omnia, quæ dixi supra de absente, quando potest damnari de crimine, quòd admittatur procurator, idem sit de existente in vinculis.Non obst.l.seruus.& l.sciendum. de public.iudic. quia in iuribus admittitur dominus per procuratorem pro interesse suo, vt infra dicam. Item non obstat l. eos.§.super his.C.de appell.quia ibi loquitur in causa non capitali, quod probat tex.dum dixit,ne inopia fideiussoris:vel si loqueretur de causa capitali, debet intelligi in qua veniat imponenda pœna non corporalis, quia tunc non dimitteretur fideiussoribus, vt dixi. & ita sentit Cyn.in dicta l.eos. §. super his. Ex quibus concludo, quòd in causa capitali etiam pro reo existente in vinculis non admittitur procurator generaliter ad totam causam, sed ad allegandum causas innocentiæ, vel appellandum sic, contra Barto. qui loquitur indistinctè. Et prædicta procedunt, siue lis sit contestata, siue non, reiecta opin.Martini, qui dixit, quòd post litem contestatam admittebatur procurator. Sed dictum suum communiter reprobatur ab omnibus.¶Sed nunc insurgit dubiũ, quæ est ratio, quòd non admittitur procurator ad totam causam, cùm quando est in vinculis vel absens damnari potest,& sentẽtia non possit esse elusoria, necesse est ꝙ dicamus ꝙ natura procuratoris vniuersalis est,quòd eius confessio vel omissio, vel factum præiudicet domino: & ideo lex volens hoc euitare in causa tanti præiudicij statuit, vt non interueniret procurator: quæ ratio non habet locum in simpliciter constituto ad causas innocentiæ allegandas, quia iudex ex officio posset inquirere illas, si non allegarentur, & quilibet etiam alius vt defensor.¶Adhuc autem diximus, ꝙ pro absente condemnando admittitur procurator saltem ad allegandum causas innocentiæ, quando absens de crimine damnari pót.¶Superest vt videamus, quando absens de iure ciui-
30 li † vel canonico damnari possit. ¶ Quod dubium tangunt glo. & Docto.in c.veritatis.de dolo & contum.vbi glo.dicit, ꝙ de iure ciuili si lis non est contestata, nunquam proceditur contra absentem ad diffinitiuam sententiam, nisi contra apparitorem scilicet in casu l.ne diu.C.de pœnis.sed contra cõtumacem annotantur bona, & expectatur per annum, infra quem si venit, recuperat bona, & super crimine auditur: si non venit infra annum, bona applicantur fisco, nec super eis postea auditur, sed super solo crimine, l.2. C.de requir. reis. ¶Si autem lis est contestata, & liquet de causa, tunc in criminibus capitalibus & maioribus nunquam proceditur ad sententiam,licèt audiatur quicunque veniens,ff.de requiren. reis.l.annus.sed in minoribus a pœna relegationis etiam si dãnum æstimationis, id est infamiæ contineatur,semper proceditur contra absentem,l.absentem.ff.de pœnis. & hoc in reo absente.¶Sed accusator semper debet esse præsens, fallit in casu l.quamuis.C.de adulter.vbi proceditur cõtra reum, absente accusatore.¶Ista glo.est defectiua † in primo membro,
31 dum dicit, quòd si lis non est contestata, nũquàm venitur ad diffinitiuam sententiam: nam istud de iure ciuili procedit in criminibus a relegatione infra de iure ciuili, & in foro ciuili venitur ad sententiam etiam lite non contestata, vt dicam statim, quicquid dicant alij Canonistæ in dicto cap. veritatis. Tu vero sic concludas, quòd contra absentem in criminibus a relegatione supra in foro seculari & de iure ciuili numquam venitur ad diffinitiuam sententiam super crimine, siue lis sit contestata siue non, sed habet locum annotatio bonorum, vt dictum est, l.absentem.C.de accusat. & l. absentem.ff.de pœn. ¶In criminibus vero a relegatione infra non proceditur contra absentem ad diffinitiuam sententiam, siue lis fuerit contestata siue non: & ita concludit glo.in l.absentem.ff.de pœnis. licet glos.in l.quotiens.C.de digni.lib.12.dixerit quòd demum post litem contestatam potest damnari: & hanc tenet Iaco.de Are.per text.in l.absentem.ff.de pœnis.qui dicit more priuatorum iudiciorum hoc est ciuilium iudiciorũ. ¶ Sed in ciuilibus licet non procedatur ad sententiam regulariter lite non contestata, lite vero contestata sic, cum liquet de causa, vt l.properandum.§.& si quidem.& §.sin autem reus.C.de iudic.Et pro ista sententia facit l.adulteram.C.de adulte.l.quamuis indubitati.eod.titu. ¶Sed communiter omnes Doct. alij tenetn, quòd etiam lite contestata ad diffinitiuam sententiam in criminibus a relegatione supra non procedatur: Et ita tenet Azo, & Hugo. pro vera sententia legistarum, quòd vbi non est consultum per missionem in possessionem possit peruenirì ad diffinitiuam sententiam lite non contestata. glo.videtur tenere ꝙ non perueniatur ad diffinitiuam, vt l.3.C. finium regund.& illam sequitur Bald.ibi. Et pro hac sententia videtur text.in l.diui fratres.ff.de liber.cau.vbi si agitur causa liberalis,in qua non possit esse consultum per primum decretum, ibi tamen non venitur ad diffinitiuam lite non contestata.ad idem l. cum vero.§.subuentum. de fideicommissa. libert. ¶ Sed ista non obstant, quia loquitur in libertate relicta in testamento, quæ propter contumaciam debetur ex senatusconsulto:Ego vero concordo opiniones, & dico ꝙ in foro seculari & foro ciuili est vera sententia legistarum, pro qua est text.in l.diui fratres.ff.de libe.cau. si gl.non destrueret illum tex. dicendo, ꝙ ibi lis est contestata,quod est diuinare,& similiter est tex.in dicta l.3.C.finium regund.& diuinare est, ꝙ ibi esset lis contestata.Item est text.in d.l.cum vero.§.subuentum.ff.de fideicommissa.libert.cui non datur bona responsio, ꝙ ibi senatus debet libertatem, quia senatus non dat sententiam, sed iudex non obstante absentia. Non ob.text.in c.tuæ.vt lite non contestata.quia ille procedit in foro canonico,vbi potest aduersus absentem agi, & consultũ est per viam excommunicationis,quæ habet vim cuiusdam annotationis bonorum,quia si perseueret in excommunicatione per annum, priuatur beneficio, nec auditur post annum super eo, licèt quo ad alios effectus post annum audiatur: & est verissimum istud, præsertim quando accusatur de crimine hæresis, quia si steterit tanto tempore in excommunicatione præsumptiue conuincitur de hæresi, de penis.c.grauamen.& de hæretic.c.excommunicamus.§.1.& de hæretic.c,contumacia.lib.6.dixi plene in c.1.de iudic.super fi.glo.& in fi.in foro vero ciuili & de iure ciuili,secundum quod non potest esse consultum per viam excommunicationis, quia secularis iudex nõ habet istam facultatẽ excommunicandi, ꝓceditur ad diffinitiuam, vt dixi: ex quibus infero istas conclusiones, ꝙ in causis ciuilibus & in foro seculari, quando contra contumacem non potest esse

esse prouisum per missionem in possessionem, vel in delictis per annotationem bonorum, tunc in foro seculari & de iure ciuili venitur ad diffinitiuam sententiam etiam lite non contestata, contra D.Anto.de Butri.¶ Alia conclusio est, in foro ecclesiastico & de iure canonico non venitur ad diffinitiuam sententiam incontinenti, cùm possit prouideri per sententiam excommunicationis, & ita possunt concordari legistæ cum canonistis. Item alia conclusio, In criminibus a relegatione infra, vbi non est locus annotationi bonorum, contra contumacem venitur ad diffinitiuam sententiam etiam lite non contestata in foro seculari contra Anto.de Butri.Et hæc procedunt de iure ciuili, de iure aũt canonico qualiter contra absentem procedatur ad sententiam in criminalibus: Dic quòd si agitur per viam inquisitionis vel denunciationis ad sententiam procedatur lite non contestata, vt in capit.quoniam.§.sunt & alij, extra vt lite non contesta. ¶ Si vero agitur per viam accusationis, tunc regulariter distinguitur, an lis sit contestata, & liquet de causa, & tunc regulariter proceditur ad diffinitiuam sententiam. ¶ Si vero non liquet de causa, tunc procedatur secundum formam cap.rursus. & cap.quicunque.11.quæst.3. vbi excommunicatur, & si perseuerat in excommunicatione, habent locum ea quæ supra dixi, & quæ notaui in dicto cap.1.in fi.de iudic.¶ Si vero lis non est contestata, non proceditur ad diffinitiuam, quod secus est de iure ciuili, vt dixi. Et ex istis inferuntur istæ conclusiones, quòd de iure canonico post litem contestatam in omni crimine etiam capitali, quando liquet de causa, venitur ad diffinitiuam sententiam, sed non in foro seculari & de iure ciuili. In quantum aũt dixi de iure canonico, regula sit quòd lite non contestata non procedatur ad diffinitiuam contra absentem: fallit hoc secundum aliquos canonistas, quando agitur de destitutione prælati ex crimine non residentiæ, iuxta not.de cleri.non residen.ex tuæ. fallit etiam in crimine dilapidationis, 3. quæst.2. quia ea.fallit & quando crimini annectitur irregularitas ex delicto, de quo de iureiuran.capit.fi.lib.6. Item fallit, si Papa sciens litem non contestatam mandat ad diffinitiuam procedi: Ita potest intelligi cap.veritatis.de dolo, & contuma.fallit etiam, quando agitur ad finem depositionis solum & destitutionis prælati, vt lite non contest. capit.quoniam.§.si vero. Et hoc secundum quosdam, quia mora est periculosa: sed ego dico, ꝙ isto casu ista causa est ciuilis, nisi ageretur de destitutione ab ordine, de simo.capit. per tuas.el 1.Et ita debet intelligi ibi quod dixi, quando agitur contra prælatum de dilapidatione, vel quando agitur contra eum ad priuationem beneficij propter non residentiam. Fallit etiam, quando ex dispositione iuris communis vel municipalis quis habetur pro confesso, quia tunc sicut in vera confessione proceditur lite non contestata, de elect. capit.dudum.2.fallit in casu cap.decernimus. 3.q.9.¶Vnum est notandum, quòd si in foro canonico ageretur ad finem condemnationis ad panem & aquam, quia tunc agitur de pœna corporali,quæ non potest ferri in absentem,quòd hoc casu etiam de iure canonico ista pœna in absentem imponi non poterit, quia non inuenitur, quòd in hoc ius ciuile sit correctum per canones, & illa quæ supra dixi de iute canonico procedere, loquuntur quando agitur de alia pœna quàm corporali: Ita intelligo istam materiam, de qua tangitur 3.q.7.in summa, vbi vide. ¶ Restat modo videre illud
32 † dubium, An vbi imponitur pœna relegationis, ibi absens damnari possit, & an admittatur in ipso procur.Glo.vbique tenent, quòd vbi imponitur pœna relegationis, ibi absens damnari possit, & interueniat procurator, & hoc dicit in §. ad crimen.& clarius in §.publice, & in dicta l.1. an per alium causæ appell.& in l.absentem.de pœnis, vbi videtur casus: & istam opinionem sequuntur ferè omnes citramontani: sed contrarium tenent fere omnes vltramontani, Petr.Iaco.de Rauen.dicentes, quòd solum in criminibus, vbi imponitur pœna pecuniaria, potest de iure ciuili interuenire procur. ¶Sed vbi imponitur pœna relegationis, videlicet ibi absens damnari possit etiam secundum eos, tamen non admittatur procurator nisi solum quando pœna est pecuniaria: & ideo in l.1.an per alium causæ appell.vbi tex.dicit, vsque ad relegationem, vbi causa non agitur per alium, ibi dictio vsque, stet inclusiue, & hoc probat ille text.dum dicit, quòd si causa est capitalis, ibi non admittitur procurator, & idem si causa sit talis, quòd vsque ad relegationem pœna impona-
33 tur:nam † capitalis causa est, quæ adimit vitam, libertatem, vel ciuitatem, l.capitalium.in principio, ff.de pœnis.& l.1.ff. de requi.reis.vnde si dictio vsque, poneretur ibi in versi.sed si ea, exclusiue, vel nihil ibi importaret, quoniam cum dixerit, capitalis causa, omnia comprehendit, & ille tex.in dicta l.1.ff.an per alium.videtur concludere, quòd solum vbi imponitur pœna pecuniaria pro crimine,ibi absens damnari possit, & admittatur procurator, alias non admittatur procurator: & hoc probat tex.in l.2.C.de procura.Item probant per l.fi.C.de iniur.vbi est speciale in illustribus, quòd in causis iniuriarum interueniat procurator,& absens damnari potest, sed in crimine iniuriarum potest imponi pœna relegationis, vt dicta l.fi.ff.de iniur.l.qui iniuriarum.ff.de iniur.ergo si est speciale in illustribus, ergo in contrariũ est ius commune, quòd non possit damnari absens, vel procurator interuenire. ¶Respondent ipsi ad §.publice, quòd totus ille §. loquitur de allegantibus causas absentiæ: sed in hoc ipsi non dicunt verum, quia text.dicit ibi innocentiam excusantem opi.glo.quòd ad pœnam relegationis possit absens damnari, & interueniat in illa procurator, est approbata de consuetudine.¶Sed Bar.videtur concludere, quòd opin.vltramontanorum sit verior de iure, quòd non admittatur procurator: Et idem D.Ant.de Butr.dicens quòd pro opin. vltramontanorum videtur tex.in §.ad crimen.vbi dicitur, quòd non admittitur procurator sed bene admittitur excusator ad allegandum causas absentiæ, quæ si sunt legitimæ differtur sententia: ergo ille tex.loquitur quando ad diffinitiuam poterat procedi contra absentem: ad idem l.intra accusatorem.ff. de accusa.Sed certe D.meus vehementer errat, quia text.vt dixi supra ante nouam conclusionem in §.ad crimen, dum dicit,quòd differtur sententia,non loquitur de sententia diffinitiua super crimine, quæ non fertur in absentem in criminibus capitalibus, vt l.absentem.ff.de pœnis.& l.1.ff.de requi. reis Sed loquitur de sententia annotationis bonorum, quæ fit contra absentem ratione contumaciæ, l.1.de requir.reis. allegat etiam text.in cap.veniens.& cap.super his.de accusa. vbi non admittitur procurator etiam vbi absens damnari possit. Sed ad ista iura potest responderi, quòd non admittitur ad totam causam, sed ad allegandum causas innocentiæ; sicut supra dixi. Sed §.ad crimen, inducitur aliter per vltramontanos, quia ille tex.loquitur indistinctè, quòd in criminibus publici iudicij non interueniat procurator, nec distinguit quæ pœna imponatur, præsertim quia text.in §.ad crimen.coniuncto tex.nostri cap.dicunt, ꝙ in criminibus publici iudicij,& capitalib. non admittitur procurator, sed in publicis iudicijs est reperire quædam crimina capitalia & quæ-
34 dam non capitalia. ¶ Capitalia † sunt, quando amittitur vita, libertas, vel ciuitas, l.2.ff.de publi.iudic. Non capitalia sunt, sed sunt tamen publicorum iudiciorum, relegatio, pœna pecuniaria, & in corpus aliqua coherctio, l.2.ff.de public.iudic.Cùm igitur text.§.ad crimen.loquatur indistinctè & generaliter dicatur quòd in crimine publici iudicij non admittitur procurator: ergo in tali genere remouetur omnis eius species, l.si chorus.de lega.3.Sed ista argumentatio apud me non stringit, quia in pœna pecuniaria, quæ potest esse publici iudicij vt dixi, ex hoc non interueniret procurator, quod tamen est contra text. in dicta l. 1 .an per alium causæ appell.& l.2.C.de procurator & licèt loquatur generaliter §.ad crimen, declaratur per alias leges, quæ dicunt, quòd in pecuniarijs causis admittitur procurator:vnde ista quæstio stat solum in dubio, an in l.1.an per alium causæ appell. dictio vsque, stet inclusiue, vel exclusiue, & idem in l.absentem.ff.de pœnis.in secundo responso. ¶ Sed
35 pro opinione vltramontanorum facit, quia pœna † relegationis est duplex, vna, per quam quis ponitur in certo loco, vnde non recedat, sed ibi moretur: alia, ne ad certum locum accedat, l.relegatorum.in prin.ff.de interdic.& relegat.¶Sed quatenus esset relegatio ad locum, vt ibi staret, ista non possent infingi in absentem, quia non comparet, vt in loco circunscribatur, & sic habet locum ratio, quòd hic absens non damnetur,vel procurator intercedat,quia pœna esset elusoria contra l.si prætor.ff.de iudic.¶ Sed pro opi.glos. multum facit l.absentem.ff.de pœnis.vbi tex.dicit, ꝙ absentes non damnantur nisi in pœnis, si vsque ad relegationem proceditur, & quòd dictio vsque, stet inclusiue, ibi probatur, quia quando absens damnari non potest, annotari debent bona,l.1.ff.de requi.reis.¶ Sed annotatio bonorũ ꝑ illũ tex.non videtur fieri,nisi quando non est irroganda pœna in absentẽ,ita dicit tex.in d.l.1.de requi.reis. & dicit, ꝙ illa sunt

crimina capitalia, sed relegatio non est crimen capitale, nec pro tali pœna in absentem annotantur bona, ergo absens damnari potest, quia vt dixi supra, quando in criminibus non inuenitur annotatio bonorum, ibi absens damnari potest, per illa quæ supra dixi. ¶Quid dicendum. Ego dico, quòd omnes isti Docto. & glos. dicunt verum intelligendo iura, & distinguendo casus, prout distingui debent: Et ideo isti casus sunt distinguendi primo ubi ponitur pœna relegationis inclusiue, vbi absens damnari possit. Secundo erit videndum, dato quòd possit damnari an admittatur procurator, vel in quibus criminibus admittatur procurator. ¶Ad primum ego supra conclusi secundum Barto. & omnes legistas, quòd etiam vbi imponitur pœna relegationis morandi in certo loco, vel standi extra locum, quòd ibi absens damnari possit, quia cùm non sit prouisum in his criminibus per annotationem bonorum, ad ista crimina potest venire damnatio in absentem etiam lite non contestata, & de hoc sit text. in d.l. absentem. ff. de pœnis. vbi dictio vsque, stat in-
36 clusiue, & quod non † annotentur bona, vbi quis debet relegari, probat text. in l. 1. de requiren. reis. vbi solùm in criminibus annotantur bona, sed pœna relegationis non est capitalis, vt est text. in l. 2. de public. iudic. ¶Stat ergo conclusio, quòd etiam vbi ponitur pœna relegationis, ibi ab-
37 sens damnari possit. ¶Modo restat † videre, si admittitur procurator. glo. in §. publice. vt dixi, tenet quòd sic dicens quòd ex quo absens damnari potest, ergo admittitur procurator, vt in §. publice. ¶Vltramontani & Barto. contra: sed istæ opin. concordantur, quòd aut quæritur, vtrum procurator ad allegandum solum causas innocentiæ admittatur; & dico quòd sic, vbicunque absens damnari potest, text. est vt dixi in §. publice. ibi, per quem ius. & in l. non tantum. de appellat. vbi text. dicit, non tantum si ille mandauerit, verum quisquis alius, & est text. in extrauaganti ad reprimendã, super verbo, personaliter, vel legitimè: vt intelligatur legitime per procuratorem vel alium allegantem solum causas innocentiæ, sed non ad totam causam, vt statim dicam: & ita potest procedere quod ibi scribit Barto. Non obstat ratio dicentium, quòd non debet admitti vt procurator, ne possit obesse vel prodesse domino: quia in appellando solum vel allegando causas innocentiæ non potest domino obesse, quia etiam si procurator, qui proponeret illas, non probaret, vel etiam si haberentur pro confessatis, ista non obessent ipsi, quin iudex ex officio suo & quilibet alius non possit supplere, & secundùm veritatem innocentiæ ipsum absentem absoluere, vt l. inde Neratius. in fi. ad leg. Aquil. & not. Bart. in l. absentem. ff. de pœnis. ibi, quarto circa hoc
38 quæro. Et iudex † debet quærere defensiones ipsius rei, l. 1. in fi. ff. de quęstio. & in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi, perquisita veritate. ¶Ex quibus ego teneo, quòd etiam procurator & procuratorio nomine, vbi absens damnari potest, in quocumque crimine vbi admittatur procurator ad allegandum causas innocentiæ, vel ad appellandum, & ita procedit regula glos. in §. publice. quòd vbi absens damnari potest, ibi interueniat procurator. ¶Si vero quæritur an procurator admittatur ad totam causam, ita quòd potest abesse vel prodesse domino, tunc si venit imponenda pœna solum pecuniaria, ibi admittatur talis procurator, dicta l. 1. ff. an per alium causæ appel. vbi dictio vsque, stat inclusiue, & l. 2. C. de procurat. ¶Sed si imponeretur alia pœna quam pecuniaria, vel imponi possit, tunc non interuenit procuratio, & ita loquitur dicta l. 1. an per alium causæ appel. vbi dictio vsque, stat inclusiue. & de hoc est tex. in cap. veniens. de accusatio. quia ibi pro illis criminibus poterat damnari absens pœna remotionis ab ordine, & tamen non admittitur procurator, quod est intelligendum ad totam causam: & hoc etiam probat text. in dicta l. fin. C. de iniur. & Bart. tenet hoc per illum text. §. ad crimen. in quæstione quæ incipit, Quæro dicitur hic publici iudicij. Nam speciale est in illustribus, vt in causa iniuriarum, in qua potest imponi pœna relegationis, l. qui iniuriarum. ff. de iniur. quòd interueniat procurator. ergo in contrarium in alijs est ius cõmune. Non obst. igitur illa l. fin. de iniur. Sed Guill. de Cun. non probat hoc, quia licèt possit imponi pœna relegationis pro iniurijs, potest etiam imponi alia pœna corporalis, forte ictus fustium, l. fin. ff. de iniur. Et hæc est maior relegatione, & quando est possibile quòd imponatur pœna corporalis, non admittitur procurator. & istam sententiam sequitur Bal. in l. fina. C. de iniur. quòd vbi potest imponi pęna afflictiua corporis, non admittatur procurator, & sic sequitur sententiam Guil. & sic l. fina. C. de iniur. non probat contra glos. quòd quando imponitur pœna relegationis, non admittatur procurator: quia ibi in dicta l. fina. non erat propter pœnam relegationis, sed quia poterat imponi pœna corporis afflictiua. Barto. autem in §. ad crimen. dicit quòd illa lex fin. probat, quòd in relegatione non interueniat, nam quando pœna imponitur delato arbitrio iudicis, illa pęna imponi debet quæ pro tali delicto consueuit imponi, l. quid ergo. §. pœna grauior. & quod ibi not. ff. de ijs qui notantur infam. vnde posset esse talis, quòd poterat relegari. &
39 tamen ibi non admitteretur procur. Item pœna † fustigationis non imponitur illustribus, l. moris. §. istæ feræ. ff. de pœnis, & sic non poterit ei imponi pœna corporalis afflictiua, licèt relegationis sic: ergo si est speciale in illustribus, quibus potest sola pœna relegationis imponi, ergo in alijs incontrarium est ius commune, quòd in pœna relegationis non admittatur procur. sed aliqui moderni reprehendunt istas responsiones Bar. sed quicquid sit de intellectu l. fin. C. de iniur. tamen ego sto in illa conclusione vltramontanorum, quòd quando imponitur pęna relegationis, ibi nõ admittatur procurator, sed solum admittatur, quando pœna venit imponenda pecuniaria, & hoc probat c. veniens. de accusa. & miror, quòd legistæ non allegant. Concludo ergo, quòd licèt in causa relegationis absens damnari possit, vel vbi imponitur alia pęna quam pecuniaria, ibi non admittatur procur. ad totam causam, sed bene admittitur ad allegandum causas innocentiæ, vel ad ap-
40 pellandum. ¶Et ex istis infertur ad illud † dubium, An ad vnum articulum tantum possit constitui procurator in causa capitali. Dy. videtur tenere, quòd procurator possit constitui ad omnem articulum præter quàm ad sententiam, & Speculator in titu. de procur. §. 1. ver. sed nunquid. Bar. autem in §. ad crimen. tenet, quòd pro inuinculato & existente in carceribus admittatur procurator ad omnem articulum præter quàm ad sententiam. ¶Sed ego, vt supra dixi, non facio differentiam inter inuinculatum & absentem, sed teneo, quòd in omni sigulari articulo concernente innocentiam meram ibi admittatur procurator, & ad omnem articulum, per quem aliter innocentia doceri non potest, vt est text. in l. non tantum. ff. de appellat. vbi est tex. quòd admittatur ad appellandum: & idem in omni articulo concernente innocentiam criminis, & hoc vbi absens vel in vinculis existens damnari potest. ¶Sed si absens damnari non posset de crimine, tunc frustra interueniret procurator etiam ad allegandas innocẽtias, cùm de ista pronunciari non potest, nec de crimine cognosci, igitur frustra tunc admittitur procurator, & ita vult tex. in l. penul. §. ad crimen. de public. iudic. dum dicit, frustra. ¶Sed si posset damnari de crimine, tunc a quolibet articulo innocẽtiam excusante admitteretur procurator, vt l. seruum quoque. §. publice. de procur. An autem admittatur ad allegandum causas innocentię, dic vt statim de excusatore, quod sit eius officium: ad articulum autem sententiæ non cõstitueretur procurator, etiam vbi absens damnari potest. ¶Nunc
41 videamus, quod sit officium † excusatoris volentis excusare condemnandum. Et primo sciendum est, quòd in tali excusatore non habente mandatum non curatur, si sit mulier vel minor, vt d. l. seruum quoq;. §. publice. ibi, per quem ius. de procurator. nec iste tenetur cauere de rato, l. in eo quod. la 2. §. 1. de reg. iur. & Innoc. no. in c. veniens. de accus. quas autem excusationes possit proponere, dicit Bar. in §. ad crimen. in secũda parte, ibi, quæro & intro materiam, quòd quædam sunt excusationes necessariæ, quæ impediunt reum venire, velit nolit, vt puta est infirmus, est incarceratus ab alio, vel non potest transire per iter: & illæ causæ possunt allegari per quẽlibet, nec requiritur quòd caueatur de rato, quia per tales velit nolit absens purgatur. quædam sunt excusationes probabiles, quæ eum excusant non veniendo, possit tamen venire si vult, puta quia in illo loco habet inimicitias, ex quibus excusatur a veniendo, l. de ætate, ad Trebell. vel est ibi pestis, supra vt lite non contesta. accedens. & l. sed & sciendum. ff. ad Trebell. & in cap. ad supplicationem. de renunc. tunc talis simplex excusator non admitteretur ad istas proponendas sine mandato, quia nescitur quid velit facere ille absens. ¶Quædam sunt excusationes mere voluntariæ, puta quòd iudex non est iudex competens, tunc quia reus potest prorogare iurisdictionem, tunc istas non potest proponere sine mãdato, cùm hæc consistant in voluntate ipsius rei absentis. ¶Sed hic occurrit dubiũ, talis excusator, qui habet mandatum,
42 mandatum, quas † ex istis exceptionibus poterit proponere in crimine publici iudicij? Dicit Bart. quòd quædam sunt exceptiones dilatoriæ, quæ nullo modo crimen tangũt, vt puta dicit, quòd libellus non procedit, vel quòd iudex non est iudex competens, vel non potest accusare: & ista secundum eum possunt proponi per procuratorem, arg. l. 1. §. vsus. de procur. Non obstat §. ad crimen, quia loquitur secundum eum in his exceptionibus, per quas crimen examinatur. ¶Quædam vero sunt exceptiones, quæ licèt proponantur ad processum, tamen tangunt crimen, vt si opponitur exceptio rei iudicatæ, quòd non possit procedi, quia de isto crimine fuit absolutus, vel aliàs condemnatus, vel non potest accusare, quia interfectus poterat occidi ex forma iuris vel statutorum: & tunc dicit disputasse hanc quæstionem, quòd aut est notorium illam exceptionem esse veram, & procurator admittitur, arg. l. Fulcinius. §. si quis actione, quibus ex causis in possess. eatur. coniuncta l. eo tempore. de pecu. & arg. l. qui cum maior. §. si libertus. de oper. libert. & hoc dicit tenere Cyn. in l. reos. C. de appellat. & Iacob. de Bel. in quadam quæstione, quam disputauit, & ita dicit se consuluisse cum Francisco Tigruini, quòd si est notoria, possit opponi, alias non: si vero esset exceptio peremptoria, tunc sine dubio procurator non potest interuenire, quia discutitur crimen, quia debet pronunciari super crimine, non super ea, l. 1. de ordi. cogni. Mihi videtur, quòd ista distinctio in pluribus sit falsa: Et primo dum dicit, quòd quando est exceptio dilatoria, quæ nullo modo tangit crimen, quòd ista possit opponi, vt, libellus non est rite formatus. vel, iudex non est iudex competens. vel, accusator non potest accusare. & ista possunt opponi, nam istud videtur contra §. ad crimen, quia text. non loquitur de exceptionibus simpliciter tangentibus crimen, quòd illæ non possint opponi, sed dicit de except. quæ tangunt criminis processum ad agendum vel defendendum, exceptiones non admittantur, & est ratio, quia cùm iudex contra absentem non posset procedere, nec de crimine cognoscere, aut iudicare, frustra istæ exceptiones dilatoriæ, quæ opponuntur ad processum, opponuntur, quia si iudex non potest cognoscere, ad quid est opus opponere istas exceptiones, cùm iudex non possit cognoscere: & ideo esset animaduertenda forma exceptionis, quomodo opponatur: Si enim proponitur exceptio, quòd non possit procedere super crimine, quia non est iudex competens, vel quia accusator non potest accusare, vel libellus est ineptus, tunc istæ exceptiones non possunt opponi per dictum §. ad crimen, quando absens condemnari non possit. Sed si proponerentur tales exceptiones, vt non annotarentur bona propter contumaciam, tunc fortè istæ exceptiones admitterentur, & idem si in tali crimine absens posset damnari. Secundo dum dicit, quòd quando proponuntur exceptiones ad processum, quæ tangunt crimen, verbi gratia exceptio rei iudicatæ, quia de hoc est damnatus, vel absolutus, vel non poterat accusare, quia interfectus poterat occidi ex forma statuti: tunc cùm dicit, quòd poterat opponi, non dicit verum si opponeretur ad processum, quando de crimine publici iudicij absens damnari non posset, & si iudex non possit super crimine procedere, tunc frustra ad processum opponeretur talis exceptio, vt dicto §. ad crimen. & quamuis exceptio sit notoria, non est necesse quòd opponatur, quia iudex non potest procedere, & minus potest opponi quando exceptio esset dubia. Sed si forte ex forma statuti absens damnari posset, tunc possent procedere dicta doctorum, quòd quando ista exceptio esset notoria, ita posset impedire processum, quia iudex ex officio etiam nemine petente possit reum absoluere, vt dicta l. qui cum maior. §. si libertus. de bon. libert. & glo. in l. vbi pactum. C. de transf. ¶Sed quando exceptio esset dubia, dum ipse dicit, quòd procur. non admitteretur, ne factum procuratoris noceat domino, non est verum istud, quando absens posset damnari. ¶Si vero esset exceptio peremptoria, tunc licèt Bart. dicat, quòd non interueniret procurator, quia discutitur crimen, non est verum quando absens damnari possit: vnde ex dictis omnium colligendo hanc materiam sic dico: Interdum quis venit ad defendendum reum a contumacia, ne annotentur bona: Interdum ad defensionem causæ & criminis. Primo casu aut venit ad excusandum reum a necessitate veniendi, & hoc potest tripliciter
43 contingere: vno modo allegando † excusationes iuris, proponendo dilatorias, seu declinatorias, & istæ vocantur excusationes iuris, & has potest quis proponere pro absente ad excusandum absentiam. Sed demum cum mandato, & non sine, & hoc vult Innocen. in dicto cap. veniens. de accusatio. de dolo & contumacia. cum dilecti. & probatur in l. reos. C. de accusatio. & l. seruum quoque. §. publice, de procur. & l. absens reus. Et hoc quod dico de mandato, est intelligendum quando defensionem consensus rei possit excludere, quia debemus esse certi vt proponantur de domini voluntate, vt in exemplo de eo, qui proponit declinatoriam iudicij. ¶Alio modo posset venire excusator allegando excusationes facti, id est, quando per exceptiones allegatur impedimentum, propter quod reus venire non potest: Et isto casu dicas, Aut allegatur impedimentum necessarium, puta infirmitatis, vel quia tenetur ab alio carceratus, & tunc ista potest proponere quilibet etiam sine mandato, dicto §. ad crimen. nec curatur excusatoris conditio, ætas, vel sexus, & non requiritur mandatum, vel satisdatio, quia non pendet a voluntate
44 accusati: ita intelligo † cap. veniens. de accusatio. & quæ dicuntur in §. ad crimen. Aut allegatur & rumpit impedimentum, quo impeditus potest opponere si vult, vt quia in loco habet inimicitiam, & sic a veniendo excusatur, l. de ætate. ff. ad trebell. vel est in loco pestis, vt in cap. accedens, vt lite non contesta. Et in istis admittitur, sed non sine mandato, quia nescitur an absens velit has exceptiones proponere, & intelligo quòd hoc casu mandatum sit speciale, alias non constaret de voluntate. Secundo casu principali quando quis venit ad accusationem vel defensionem criminis vel causæ principalis, & tunc aut sunt crimina publici iudicij, vel etiam priuata, in quibus imponitur pœna capitalis, vel a relegatione supra, tunc si non potest absens damnari, nec de tali crimine potest cognosci, & tunc in istis non admittitur procur. ex parte accusatoris, vel accusator ex parte rei, etiam ad opponendum exceptiones dilatorias, etiam talia crimina non tangentes, quicquid dicant Doct. vt est text. in l. penul. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Et est ratio, quia cùm iudex non possit in istis criminibus procedere, vel de ipsis iudicare, frustra interuenit procur. ad accusandum vel defendendum, vt dicto §. ad crimen. & idem si esset exceptio peremptoria etiam notoria, vt non possit opponi per excusatorem vel per procuratorem, per istam rationem, quia si iudex non possit de crimine iudicare, frustra talis exceptio interponitur, quicquid dicant Doc. ¶Si verò de tali crimine absens damnari possit, tunc si quæritur, an procur. admittatur ad totam causam, vel an admittatur ad allegandum causas innocentiæ, vel ad proponendum exceptiones dilatorias ad processum: primo casu non admittitur ad totam causam, sed ad allegandum causas innocentiæ solum, vel ad proponendum dilatorias, & in istis vltimis potest interuenire procurator: iste est text. in capit. veniens. de accusatio. qui text. approbat, quòd non admittatur ad totam causam, sed bene admittitur ad proponendas exceptiones dilatorias, quia Papa in dicto cap. veniens. admisit procuratores ad proponendum, quòd accusans erat excommunicatus, vel quòd renunciauerat vel iurauerat non accusare, vel quòd erat bannitus, & quòd poterat impune offendi, & hoc cum speciali mandato, & secundum ea quæ dixi supra qualiter excusator admittatur ad proponendas causas absentiæ, & ad proponendum solum causas innocentiæ admittitur, quilibet etiam procurator per l. reos. C. de accusatio. coniuncta l. seruum quoque. §. publice. & l. absens reus. ff. de procura. & ideo posset proponi exceptio peremptoria maxime notoria, secundum quod supra retuli Doct. dicere. ¶Si vero talis exceptio esset non notoria, tunc si concerneret solum innocentiam, tunc credo quòd possit per quemlibet proponi & probari, quia si iudex ex officio hoc debet facere, multo magis quemlibet proponentem audire debet etiam procuratorem, quicquid dixerit Bar. ¶Si vero sunt crimina, in quibus imponitur pœna pecuniaria, vel vsque ad relegationem inclusiue, tunc est differentia inter glos. & vltramontaneos, nam glo. voluit, quòd etiam si imponitur pœna relegationis inclusiue, admitteretur procurator. Et istam opinionem tenent communiter citramontani, & ita obseruatur in practica: sed Vltramontani voluerunt, quòd non admittitur procurator, nisi quando pęna est pecuniaria: & ista opinio est verior in iure f̃m illa q̃ plenè supra scripsi: &

prædicta sunt vera ex parte rei, & si esset in vinculis, secundum ea quæ dixi supra in ista quæstione de existente in vinculis. ex parte autem accusatoris, vbi imponitur solum pœna pecuniaria, non interuenit procurator, sed si esset causa, in qua imponeretur alia pœna quàm pecuniaria, & tunc non admitteretur procurator ex parte actoris, etiam si non teneretur ad pœnam talionis, vel esset in vinculis, per ea quæ supra dixi in similibus quæstionibus, quicquid dicat Bart.
45 ¶Modo est videndum, si vbi procurator † admitti non debuit ex parte accusatoris vel rei, an si fuerit admissus, teneat processus. In hac quæstione variæ sunt Doctorum sententiæ, quas format glo.in l.quamuis.C.de adulter. & glo.in c. 1.de iudic.lib.6. ¶Arguam ad partes. Videtur, quòd processus teneat, quia ista exceptio, tu non potes esse procurator: videtur esse dilatoria, l.ita demum.C.de procurat.ergo debet opponi ante litem contestatam, alias processus tenet, l.filiusfamilias. §.veterani. ff.de procur. Secundo probatur,
46 quia † acta facta cum falso procuratore tenent, si demum per dominum fiant rata, l.licet.ff.de iudic. & l.3. §.falsus. ff. rem rat.habe. Tertio, quòd valet processus ex parte procuratoris accusatoris, probatur, nam iudex & pars possunt remittere accusatori pœnam calumniæ, sed solum propter pœnam calumniæ est, quòd debeat admitti principalis & non procurator, quia aliàs iudicium esset elusorium, l.si prætor. ff.de iudic. sed non est iudicium elusorium, postquàm iudex & pars remittunt pœnam, quàm deberet sustinere, si calumniatur. Quarto quòd accusatore absente possit interuenire procurator, videtur text. in l.quamuis indubitati. C.de adulter. Ad idem in cap.1.de iudic.lib.6.vbi loquitur in causa criminali, & loquitur etiam, & ita tenet Hostien. per illum text. & ita tenent communiter Canonistæ, ꝙ processus teneat, & Bald.in l.ita demum.C.de procura. in contrarium facit, quòd natura causæ capitalis resistit huic procuratori sine vlio obiectu exceptionis procuratoriæ, ut in §.ad crimen. & hoc tenet Iaco.de Butr.in l.licet.C.de procurat. ¶Si enim est causa capitalis, in qua imponitur pœna a relegatione supra, quia iudex non potest de tali delicto cognoscere, nec pronunciare seu iudicare contra absentem, igitur si proceditur, processus & sententia erit nulla, quia continet manifestum iuris errorem, l.2.C.quando prouoc. non est necess.Et hoc est quod voluit dicere text.in dicto §. ad crimen.dum dicit, frustra interuenit procur.& hæc procedunt ex parte accusatoris vel rei, facit l. quotiens. ff.si quis cautio.& melius.l.cum non iusto.ff.de collu.detegẽ.facit l.fi.C.de edic.diui Adri.toll. & cap.cum dilecti.de empt.
47 & venditio. vbi colligitur, quòd † exceptio ineptitudinis libelli potest opponi etiam post sententiam. ¶Si vero erat causa, in qua iudex poterat cognoscere & iudicare, sed non debuit admitti procur.vt in casu.cap.veniens.de accu.vel in casu legis ne diu.C.de penis.& in l.lege Cornelia.ver.& quid de hoc crimine, ff.ad l.Corneliam de sicca.& tunc si iudex admisit procuratorem, si non debuit, tunc si hoc patet ex actis ex processu, tunc sententia & processus erit nullus tamquàm habens expressum errorem, dicta l.2.C.quando prouocare non est necess.& ita disputando determinauit in simili Iaco.de Are.vt refert Ioan.Andr.in addit. Spec.in titu. d senten.§.iuxta. versic. item est nulla ratione litigatorum. Vbi si sententia fertur pro illo, qui non debet audiri, ibi illa sententia est nulla, & hoc si expressit iudex, quòd erat bannitus vel talis, quòd non debebat audiri: & hoc quando error non fuit expressus in sententia, sed si non fuit expressus error, tunc si non fuit exceptum, quòd non debe-
48 bat admitti, tunc etiam iudicium erit nullum, quia † factum contra legem & dispositionem eius, C.de legi. l. non dubium. & l.iubemus.§. non sane. de sacrosanct.eccles.& dicta l.cum non iusto.de collu.detegen. Item quia in omni iudicio requiruntur tres personæ, iudex, actor & reus: & ideo si interuenit vt accusator, vel reus procurator, qui non poterat interuenire, non valet iudicium, vt in cap.forus. versi. in omni. de verborum significa.& l.v.in princip.de iuramen. calum. & l.vna. de lit. contesta. Sed pro quocunque deficit procurator, ibi persona deficit, quia non interest personam non interuenire, vel interuenire inhabilem, ff.quòd cuiusque vniuer. nomi. l.1. §.fina. & l.quamuis. §.si tamen venerit. ff.ad Vellei. Et cùm non habeat talis procurator executionem officij actoris, vel rei, si quid facit uiribus caret, l. qui furt.&c. ff.de statu homi.coniuncta l.nec mandante. §.1. ff.de tuto. & cura. da. ab his. Et pro hoc videtur text.in cap. veniens.de accusat.vbi Papa admisit procuratores, & tamen acta facta in fauorem domini non valebant, nisi quatenus Papa ibi voluit valere, & ex uberanti potestate, secundùm Ioan.Andr.& Docto.ibi, vt dixi supra: & istud videtur verum, non attenta ratione Barto.quòd dominus diligentius ageret causam suam, vt ipse dixit in §. ad crimen. in vltima quæstione, quia ista ratio non est vniuersalis, vt supra dixi: fallit hoc in casu l. quamuis indubitati. C.de adulter. quando erat in causa conclusum, & reus damnandus erat præsens, & procurator accusatoris interueniebat pro ipso absente causa reipublicæ. ¶Et ex istis concludi videtur, quòd acta & sententia non valent, etiam si non sit opposita exceptio, quòd non poterat interuenire. Præterea quia cum isto procuratore non potest accusatio vel iudicium substantificari, ergo iudicium non valet, l.quicunque. ff.de acti. & obli. ¶Et cùm ista sit exceptio, quę reddit iudicium retro nullum, ergo potest quandocunque opponi: & istud videtur verum, quicquid dicant Canonistæ & Moderni in dicto cap.1.de iudic.lib.6.& domini de Rota in nouis, sua conclusione 146. & Oldra.in consilio 129. Esset enim detrimentum reipublicæ, si propter factum eius, qui non potest esse procurator, reus a crimine absolueretur. Et ista videntur vera, etiam si delictum esset liquidatum, quia vt dixi supra ẽt post conclusionem in causa non potest reus absens in causa capitali damnari, licèt contrarium dixerit Iacob. de Are. vt supra dixi. fallit solum, quando est conclusum in causa, & crimen liquidatum, & accusator sit absens ex causa reipublicæ, & reus præsens, tunc speciale est, vt possit procurator interuenire, dicta l.quamuis indubitati. C.de adulter. quia ratio, quare non interuenit procurator, est, quia iudex contra absentem actores vel reum non potest iudicare vel procedere, & vbi potest, sed procurator non debet admitti secundum casum cap.veniens. de accusat.tunc processus & sententia continent expressum iuris errorem, & per consequens sunt nulla. Non obstat cap.quia frustra, de vsur.vbi qui frustra impetrauit & non est audiendus, si auditur ibi tenet processus: ad idem in clemen.constitutionem, de electio.vbi non specificans crimina contra electum, licèt debeat repelli, si non est repulsus, tenet iudicium: quia quæ dicta sunt, quòd cui denegatur audientia non teneat processus agitatus cum eo, iura sic loquuntur de eo, cui absolute audientia denegatur, secus si denegatur sibi audientia demum aliquo casu, vt si non satisfecerit de vsuris receptis, non audiatur, vt in dicto cap.quia frustra. & in dicta clemen.constitutionem. vt non audiatur, quia non specificat crimina, quia istis casibus repellitur demum exceptionis ope, quia exceptione non opposita tenet processus, probatur in l.1. ff.ad Macedo. & l.3. ff.ad Velleia. & l.1.in princip. & §.1.ff.ad Trebellia. ¶Sed quando absolute denegatur audientia, tunc excluditur ipso iure, nec est opus exceptione, & processus non tenet, ut dicto §.ad crimen.vt supra dixi. & hoc in criminalibus, l.item apud Labeonem. §.quòd ait.ff.de iniur.dixi plene in repetitione cap.cum contingat, de iureiuran. post 13. conclusionem, vbi latissime posui, an quando lex denegat audientiam, teneat processus & sententia cum eo admisso, & non repulso, & not. Barto.in l.1.§.1.ff.ad Trebell.& in cap.quia frustra. & in clemen.constitutionem. denegabatur ibi audientia in ciuilibus quia quòd electus remoueatur ab obtinendo beneficio per exceptionem criminum, causa est ciuilis non criminalis, vt in cap.per tuas.el 1.de symo.& in casu §.ad crimen. causa est criminalis, vt cap.super his, de accusatio. ¶Quæro vlterius,
49 quoniam dixi, quòd † exceptio dubia criminis non potest examinari cum procuratore, dubium emergit, an ista exceptio si venit examinanda separatim a crimine seu coram diuerso iudice a iudice maleficiorum, an in ista interueniat procurator. ¶Ista est quæstio, in qua disputando fuerunt contrarij Iacob. Butr. & Iacob. de Belui. Iacob. enim Butri.dicebat & determinabat, quòd posset interuenire procurator, quia quandocunque exceptio etiam quæ tangit crimen, venit separatim examinanda a crimine, ibi interuenit procur.l.1.& l.præses.coniũcta l.2.C.ad l.Flauiam de pla. Sed ista exceptio venit examinãda separatim a crimine, vt in hoc exẽplo, statuto cauet, quòd causæ bãnitorum debeãt examinari & cognosci solum per capitaneũ, ét si coram alio iudice emergãt vel incidãt. Mõ q̃dam erãt accusati corã ptãte, ꝙ interfecisset quẽdã Rauagẽsem: occisores excipiebãt, ꝙ potuit ipune occidi, q̃a bãnit⁹. Replicabat accusator, ꝙ bãnũ erat cassum: dubitabant accusati, ꝙ cassatio fuerit legitime facta. Ista quæstio an esset bannitus legitime, veniebat separatim a crimine cognoscenda per capitaneum, & dubitabatur an in ea posset interuenire procurator. Butri. dicebat quòd sic per prædicta. Sed Iacob. de Belu. disputabat contrarium, & ratio sua erat, quoniam illud, quod dicitur, quòd quando exceptio, quæ tangit crimen, venit separatim examinanda a crimine, quòd in illa interuenit procurator, hoc est verum quando examinatur ad alium finem quàm puniendi crimen, puta si causa plagij erat ciuiliter intentata, secus si ad finem criminis puniendi, quia tunc licèt cognoscatur ab alio iudice, tamen censetur idem iudicium, l. ab arbitro. & l.si ab arbitro.ff.qui satisdare cogantur.& l.fina.ff. a quibus appella.non licet.& istud tenet Bart.& multi sic consuluerunt. ¶Ego credo, quòd istæ opiniones possunt concordari, quòd si procurator vult in se assumere omnem ordinem iudicij causæ, & omnem defensionem rei, vel omnem intentionem actoris, & tunc non admittatur per §. ad crimen, & cap. veniens. de accusat. Sed si vult venire ad proponendum solum articulum innocentiæ, & tunc admittatur, quia si iudex debet supplere locum absentis, & eius innocentiam assumere, quantomagis debet admittere iuuantem & declarantem innocentiam, & hoc est de mente Innocen.in cap.veniens. de accusat. ¶Si enim quilibet admittitur etiam sine mandato, vt dicta l.non tantum.ff.de applat.& hoc casu credo, quod admittatur etiam ad producendos testes, & ad docendum innocentiam, quia cùm iudex debeat hoc facere ex suo officio, vt dixi, fortius debet admittere volentem docere de innocentia & iustitia accusati: nam sicut aliquando admittitur instigans & iuuãs iudicium, non tamen assumendo in se iudicium, vt patet in promotore inquisitionis propositæ per iudicem, vt de accusatio. cum olim. & in assistente iudicio, ne colludatur, vt de re iudicata, cap.cum insuper.& quod ibi nota.& not.de testi.veniens. not.in l.si suspecta, ff. de offic. tuto. Sic est dicendum in isto innocentiam allegante, l. non tantum. ff. de appellat. & hoc tenent domini de Rota, vt dixi supra sua con-
50 clusione 196. clarius in alia 243. ¶Vltimo † restat videre, an admittatur procurator de iure canonico saltem quando proceditur per viam inquisitionis. Quo casu legistæ non admittunt procuratorem, quia ex modo procedendi de iure ciuili non alteratur pœna, iuxta notata in l.si cui.§.1. de accusat.De iure autem canonico an admittatar procurator in processu inquisitionis: dic, quòd si pœna venit imponenda eadem, quæ imponeretur si esset accusatio, vt in criminibus exceptis, de quibus in cap.inquisitionis.de accus. & Ioan.And.in cap.qualiter & quando. el 2. in.§.debet.super ver.illi idem. & tunc non interuenit procurator, vt no.glo. in dicto cap.inquisitionis.& sentiunt domini de Rota in nouis, sua conclusione 414. & aliqui habent 12.& est glo.in cap. veritatis. in glo.penult.de do.& contu.in alijs vero criminibus non exceptis, de quibus in dicto cap.inquisitionis. tunc Canonistæ tenent procuratorem interuenire, vt not.in dicto cap.inquisitionis.& in dicto cap.qualiter & quando. el 2. & sic debet intelligi illa glo.penult. in dicto cap.veritatis. de dolo & contum. Sic sunt intelligenda dicta dominorum de Rota in prædicta conclusione, & quod not. Inno.in.cap.causam. qui fi.sint legiti.& Specu.in titu.de pœn.§.1. in fi. Et est ratio, quia ista inquisitio vocatur causa ciuilis, cùm solum intentatur, ne criminosus male teneat ecclesiam, non autem ad vindictam delicti vel interesse publicum. Et idem dicunt in defensore comparente vt coniuncta persona: quid autem si delictum opponitur per viam exceptionis? tunc si exceptio proponitur solum ad finem repellendi, admittatur procurator, quia causa est ciuilis, vt in cap. super his. de accusatio. etiam si ex tali delicto infametur, requiritur tamen isto casu speciale mandatum, vt not. in dicto cap. super his. & in Clemen.non potest. de appellat. ¶Et hæc sunt vera, siue opponatur ad finem deijciendi ab obtinendo beneficio, siue ab obtento, quia illa est causa ciuilis, vt in cap.per tuas, el primo, in fi. de symo. quia non est pœna delicti, sed potius inhabilitatis personæ, & tunc satisdat secundùm formam cap.coram. de offic.deleg. in prima glos. sed hic opponeretur exceptio non solum ad finem deijciendi, sed etiam puniendi, dicta l. absentem. ff.de pœn.quæ loquitur indistincte, & l.1. de requiren. reis. & hoc tenet glos. in dicto cap.veritatis. dum dicit, in maioribus criminibus numquam proceditur. Non obstat l. adulteram, quia ibi non dicitur, quòd damnetur, sed quòd inter reos recipitur. Nec obstat l.quamuis iundubitati. C. de adulter. quia ibi reus condemnandus erat præsens, licèt actor foret absens. Non obstat textus in dicta l. absentem. dum dicit, secundum morem priuatorum iudiciorum: quia verum est in criminibus a relegatione infra. Vnde concludo, quòd in criminibus a relegatione supra, vbi etiam lite contestata in foro seculari, & de iure ciuili, etiam si liqueat de crimine, non venitur ad diffinitiuam sententiam, fallit secundum quosdam, ut Iacob. de Are. quando foret absens post conclusionem in causa, tunc voluit Iacob. quòd posset damnari quia tunc non est indefensus: sed Cyn.tenuit, quòd etiam in criminibus a relegatione supra post conclusionem absens non damnetur, quia inanis foret executio. Non obstat dicta l.quamuis indubitati. C. de adulter. quia ibi ferebatur sententia contra præsentem, & non contra absentem, licèt ferretur pro accusatore absente, sed tunc obstat quia quando aliquis est absens actor uel accusator non per contumaciam, tunc non valet sententia lata pro eo, vt l.certum.§.si quis absente. de confess. & not. in l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex, & ideo dicendum est, quòd ibi est speciale in dicta l.quamuis. de adulter. propter duo, quia accusator fuit præsens toto tempore cognitionis vsque ad conclusionem in causa inclusiue, sed tempore sententiæ erat absens causa reipublicæ: & hoc sentit glos.in dicta l. quamuis. secundùm vnam solutionem. & secundum hoc non est vera sententia dicentium, quòd reo absente &c. sed si absens esset accusator, tunc si sententia veniret promulganda contra reum præsentem, tunc absente accusatore post conclusionem in causa proferretur sententia contra reum per l. quamuis. C. de adulter. sed non contra accusatorem absentem ad pœnam talionis per not. in dicta l. quamuis. C.de adulter. quia ibi est speciale, vt dixi, quando accusator fuit præsens vsque ad conclusionem in causa inclusiue, & erat absens causa reipublicæ, reus non erat præsens. ¶Alij dicunt, vt Iacob. Butri. in l.properandum. §. finanutem reus. de iudic. quod in l. quamuis. actor ibi fuerat citatus, sed est diuinare ad illum textum, teneo ergo, quod dixi. ¶Ex quo infero conclusionem, quòd etiam post conclusionem in causa, quando est accusator absens ex alia causa quàm reipublicæ, quòd ibi fertur sententia contra reum præsentem pro accusatore absente contra dominum Anto.de Butri. & sequaces. ¶Non obstat prædictis cap. veniens.de accusat.vbi Papa imposuit silentium accusatori præsenti pro accusato, quamuis contumaciter absente, imponendo ibi silentium accusatori, reo accusato existente contumace: quia iste text. facit pro supradictis, quia ibi Papa fecit ex vberanti officio suo, licèt dominus Anto.de Butri.dicat, quòd Papa ibi iuste fecit, quia aliquo existente contumace Papa illius loco supplet: vnde proponerentur ibi exceptiones ad excusandum absentiã, quòd si præsens fuisset reus non tenebatur respondere, quòd tunc iudex potuit & debuit declarare eum non tenere respondere, allegat l.properandum.§.finautem reus. de iudic. ¶Sed certe ille text nihil facit, quia loquitur ibi, qñ erat reus absens lite contestata, q̃a si est absens añ litẽ ꝛtestatã in causa, nihil fit, sed in cã ciuili fit solũ missio in possessionem, & in criminali annotatio bonorum, præsertim de iure canonico, vbi ante litem contestatam non venitur ad diffinitiuam, vt supra dixi, & not.de dolo & contum. veritatis. ¶Item quia si in dicto cap.Papa admisisset procuratores Episcopi, vt excusarent contumaciam Episcopi, Papa non pronunciasset super illis exceptionibus in forma peremptoriarum, videlicet accusatorem non esse audiendum de cętero, sed solum ipsum repulissent tamquam inhabilem. Item non declarasset ibi Episcopum contumacem, cùm ex temporis exceptionibus denotaretur ipsum non fuisse contumacem. ¶Et ideo concludo, quòd in casu cap.veniens. de accusat. quatenus ibi Papa repulit accusatorem absente accusato contumaciter, ibi Papa fecit de plenitudine potestatis, & suo officio exuberanti, & non de iure, contra D. Ant.de Butr. ¶Vel potest intelligi secũdo d.l.quamuis. quãdo accusator, qui erat absens, post conclusionem in tã constituerit procuratorem, quòd tunc non dicatur esse absens, & admittatur talis procurator etiam in causa capitali. Non obstat §. ad crimen. quia hoc casu admittitur procurator, quia non admittitur ad disputandum de cri-

mine,cùm negocium erat iam plene discussum, & quia venit ad vnum articulum non ad totam causam, & hoc tenet Iaco. de Butr.& glo.in dicta l.quamuis indubitati.C.de adulter. secundum vnam lect.& quia constabat, quòd ibi de calumnia accusatoris non erat quærendum,& sic non dubitabitur, quòd sententia non deberet esse elusoria, quæ est vna ex rationibus, qua procurator non admittitur. ¶Ex quibus concludo, quòd post conclusionem in causa in absente ex causa reipublicæ in causa capitali admittitur procur. constitutus solum per absentiam,& post conclusionem in causa, quando de calumnia accusatoris non est discutiendum. ¶Et ex istis
51 poni potest regula,quòd † in causis criminalibus a relegatione supra ibi absens damnari non potest etiam post litē contest.& si liqueat de causa : similiter & absente accusatore non fertur sententia contra præsentem : fallit quando accusator. esset absens & reus præsens causa reipub.& esset conclusum in causa;& cùm de calumnia accusatoris non esset exquirendum, aliàs aūt non venitur ad diffinitiuam contra reum absentem, vel etiam contra ipsum reum præsentem accusatore absente nisi esset causa reipublicę, vel si per conclusionem in causa dimisisset procuratorem. Item fallit in casu l.ne diu.C. de pœnis.& in casu l.lege Cornelia.ver.& qui hoc crimine tenentur.ff.ad legem Cornel.de sicar.& hodie in crimine lęsę maiestatis, per extrauagantem ad reprimen.vt in extrauag.ad reprimen.In criminib.autem a relegatione supra, siue sit lis contestata, siue non, potest veniri ad diffinitiuam contra absentem, vt dicit glo.in d.l.absentem.licèt glo.in l.quotiens.C.de dignit.lib.12.dixerit contrarium, quam sequitur Iaco.de Aren. vt supra dixi. Sed Bart.tenet d.glo.in l.absentem.quia in criminalibus supra relegationem sunt prædicta remedia annotationis bonorum, sicut in ciuilib.causis remedium primi & secundi decreti : In criminib. vero a relegatione infra & non grauibus, ista remedia non sunt prodita annotationis bonorum, vt l.1.ff.de requi.reis.meritò peruenitur ad sententiam diffinitiuam etiam lite non contest.per not.in auct.qui semel.C.quomodo & quando iudex.& per not.per legistas in auct.si omnes.C.si vt se ab heredi.abstin. vbi est conclusio legistarum, quòd quando aduersus absentem non potest esse prouisum remedium missionis in possessionem, tunc veniatur ad diffinitiuam sententiam etiam lite non contest.Sed D.Ant.de Butr.dicit quod ista doctrina est contra tex.in c.tuæ.vt lite non contest.Ego autem concordo istas opiniones,primò præmittens,an verum sit quod aliquādo permittitur secundum not.in c.2.de ordi.cogni.tunc est idem per omnia quod dictum est supra de accusatione. Quid
52 autem si proceditur † denunciatione Euangelica super crimine, an admittatur procurator?Dic, quòd non ex parte accusatoris, vel ex parte denunciatoris, vt in actione populari, & sic non interuenit procurator nisi secundùm distinctionem l.licet.ff.de procurat. Ex parte verò denunciati potest procurator intercedere, quia finis pœnitentialis non est finis pœnæ temporalis. Quid autem in denunciatione canonica, an interueniat procurator? tu dic per omnia, vt dixi de inquisitione, de accusat.licet. Spec.in tit.de nunc.§.1.alleg. de præsumpt.cum in iuuentute.& de testib.ex parte Adæ. Nunc est expedita materia solennis istius c. Laus Deo. Ant.Rosel.

REPETITIO
IN CAP. IDEO. EL I.
II. QVAEST. VI.

Celeberrimi I.V.C.D. AZonis a Ramenghis.

SVMMARIVM.

1 *Sedi Apostolicæ quæ sint reseruata.nu.6.& 7.& per totum.*
2 *Dictiones,ideo,& vt,quando illatiue,& quando causatiue ponantur.*
3 *Sedes apostolica dicitur sancta & quare.*
4 *Petrus & Paulus apostoli sancti vno eodemq; die sub Nerone Cæsare passi sunt.*
5 *Priuilegia, quasi priuata legia, eo quòd priuatam legem constituunt.*
6 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
8 *Oppressi omnes & iniuste damnati an omissis medijs ad sedem apost.debeāt appellare.*
9 *Sedis apost.priuilegia temerariè attentantes, sine vltione & damnatione non transeunt.*
10 *Legatus an possit facere generale concilium.*
Et quid de Metropolitano, an propria auctoritate possit congregare sui suffraganeos
11 *Legatus de latere præter Papam maius imperium habere dicitur.*
12 *Episcoporum iudicia an sint specialiter sedi apostolicæ concessa.*
13 *Metropolitanus quo casu possit suspendere & excommunicare suffraganeos suos, & pro quibus excessib.*
14 *Primates prouinciæ, vel concilium Episcoporum an possint episcopos deponere.*
15 *Episcoporum restitutiones ex priuilegio speciali sunt apost. sedi reseruatæ.*
16 *Episcopus depositus & degradatus quomodo restituatur.*
17 *Legatus de latere negocia prouinciæ & per querelam, & per appellationem omisso medio an possit audire.*
18 *Clericum depositum an alius quàm Papa possit restituere.*
19 *Ordinarius in quibus casibus possit emendare suam sententiam nullam.*
20 *Legatus de latere an possit determinare iudicia episcoporum.*
21 *Negotia ecclesiarum summa apostolicæ sedi reseruata, quæ sint.*
22 *Petro apostolo vt æternæ vitæ claugero quare Dominus cęlestis simul & terreni imperij iura commiserit.*
23 *Episcopus an clericum infamem restituere possit.*
Et ignominia an sit idem quod infamia.
24 *Ecclesia æquiparatur senatui.*
25 *Papa solus sicut & Princeps solus potest in integ.rest.honori, famæ, & cęteris omnibus.*
26 *Filium esse sacerdotis, non est filij delictum, sed patris, est tamen notabilis defectus.*
27 *Cardinalium collegium senatoriam potestatem habet.*
28 *Pęnitentia an sit modus tollendi infamiam, & quomodo in totum vel latur.*
29 *Papa an possit laicum non subditum suæ iurisdictioni famæ restituere.*
30 *Legatus de latere an dispensare possit cum interdictis vel excommunicatis, qui celebrando incurrerunt irregularitatem.*
31 *Crimina, quæ depositionem inducunt, quænam sint.*

1 Deo huic. Casus.† Vniuersalis concilij congregatio,episcoporum iudicia criminalia,quo ad finem ipsorum restitutio, necnon ecclesiarum summa negocia, ex priuilegio speciali sanctæ sedi apostolicæ sunt concessa.Et quærenti respon
dens ad hoc duas rationes euidentes adducit ibi, vt abea.
2 Ideo licet hæc † dictio aliàs illatiuè ponatur, tamen hic ponitur causatiue, quia satis denotat dictio, vt,quæ statim sequitur.Concor.supra 37.dist.ideo.25.q.1.ideo.quòd autem dictio vt, interdum causatiue ponatur, vt hic, patet de app. vt debitus in princ.vbi concor.de hoc.p.d.m. & de cōdi.app. numerum.in fi.2.gl.& super ea.† Sanctę sedi] recte dicit san-
3 cta:nam quamuis vniuersæ catholicæ ecclesiæ per orbem vndique constitutæ vnus thalamus Christi censeantur & sint: tamen sancta Romana ecclesia catholica nullis synodicis institutis cęteris est prælata,sed voce euangelica domini & Saluatoris nostri primatum obtinuit, cum dixit Mathæi,16.Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: vt sic æterni templi structura a Deo ædificante constructa mirabili vnione gratiæ Dei in Petri consisteret firmitate. Illam etiam sic sua firmitate corroborans, vt nec vlla humana fragilitas ipsam possit appetere,nec portæ inferi contra illam ét
4 præualere.† Cui Petro data est societas beatissimi Pauli vasis electionis,qui non diuerso sicut hæretici garriunt, sed vno tempore vno eodemque die gloriosa morte cum ipso Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est: & supradictam pariter ecclesiam Christo domino consecrarunt, eamque omnibus vrbibus vniuerso,scilicet mundo sua præsentia atque venerando triumpho mirifice prætulerunt, vt hæc transl.leguntur 19.dist.ita dominus 21.dist.in nouo, & c.quamuis.12.dist.c.1.& 2.& de elec.fundamenta,post princ. lib.6. Eadem sine ea,vt refert Ambrosius,nō putamus esse factum,quòd vna die in vno loco,sub vno persecutore sint passi.Vna die, vt ad Christum pariter peruenirent.Vno in loco, ne alterius Roma deesset.Sub vno persecutore,vt crudelitas æqualis vtrunque constringeret.Dies ergo pro merito:locus pro gloria:persecutor est pro virtute decretus. Et in quo loco ijdem tandem martyrium pertulerunt in vrbe Roma, qui principium tantum & caput obtinet nationum,vt vbi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis:& vbi gētilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur,vt hęc transl.post eum leguntur 2.q.7.beati.latius de elec.fundamenta.§.1.lib.6.Hanc etiam sanctitatem huius sedis notanter designat Spiritus sanctus ex persona Domini Canticæ 6.c.dicens, Vna est columba mea perfecta mea;& vna est matris electa genitricis. quæ verba post Cyprianum habentur in Can.30.q.1.loquitur:vbi dicitur: Hæc est virgo regis filia,virgo tenella,mater fecūda,rosa ppetua, amplexibus digna,nobilitate fulgida,honestate præclara, verbo matura,grauis castitate,insignis habitu, prædicabilis in incessu, virgo sine iniquitatis macula,sine simulationis ruga. quibus verbis conuenit præalleg.Can.21.dist.quamuis: in fin. Dicitur etiam sancta,quia perennis est meritorum dote cum hæreditatem innocentiæ per ipsam beatus Petrus transmisit ad posteros:propter quod dubitandum non est, illud veraciter sanctum esse,ꝙ apex tantæ dignitatis attolit. In quo & si desinit bona acquisita per meritū,sufficinnt ea, quæ a loci prædecessore testātur:aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eliguntur illustrat,vt dicit Can.40.dist.non vos.Præfata priuilegia, de quib⁹ supra 12.dist.præceptis.17.di.c.1.2.3.&
5 quasi per totum. de offic.leg.ꝙ translationem. Et † dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eo ꝙ priuatam legem generēt, 25.q.1.§.vlt.vltra medium.& de his plene leg.& no.supra.3. dist.priuilegia. Specialiter sunt concessa ab apostolis & eorū successoribus multorum consensu episcoporum, infra 3.q.6. quamuis.& c.dudum. & ab ipsis etiam canonibus & decretis antiquis, 9.q.3.ipsi sunt. Nulli ergo licet illa vsucapere sine eius speciali sententia & auctoritate,supra.17.di.huic sedi.& in præalleg.decre.ꝙ transl.cum concor.Aggregandæ concilijs vniuersalibus.] s.vt patet supra.3.di.§.porrò.& 17.di.per totū.Iudicijs criminalib.] supple, & quæ depositionem inducant,vt infra dicetur.Restitutionibus episcoporum] supple, idem & cum agitur de eorum mutatione, vt dist.3.denique. de transl.cap.1.vel de ipsorum exemptione, 6.q.1.frater.vel eorum inuicem mutatione,e.q.& temporis qualitate. & cap. seq.Summis ecclesiarum negocijs] alibi maioribus & difficilioribus quæstionibus,17.dist.multis.in fin.Alibi cuncta maiorum causarum negocia.infra e.q.qui se scit. Alibi omnes maiores ecclesiæ causæ.3.q.7.dudum.de transl.c.1.& de ap-
6 pel.vt debitus.in fin.Omnes oppressi] cum omnes † dicit,nullum excipit,19.di.si Romanorum.vbi de hoc,de pœn.dist.1. nemo potest nisi.& distin.2.si enim inquit verum.& dist.3. adhuc instant.de ma.& obe.solitæ.ver.nos autem.ff.de offic. præsi.l.3.& C.mand.l.a procuratore.cum concor.Et proprie intelligitur oppressio ante sententiam vt infra.§.proxi.cum ergo.& infra eod.titu.§.oppressi.alle. Archi.hic, l.illicitas. in prin.ff.de offi.præsi.& l.1.ff.de mino.Damnati per sentētiā.] s.vt patet ex §.proxi.alle.& supra ea.causa.q.1.cap.sicut. & c. primates.& c.seq.cum alijs concor.Restitutionem sumant,] vt ab omnium matre,supra e.omnes.& c.ad ratiocinia.1.& 2.& in præ.c.præceptis.12.distin.4.q.6.dudum : post princ. Ab impijs non præsumantur absque vltione] nec immerito, quia idem sunt leges,vt earum metu,&c.4.distin.factæ sunt. Neque exerceant absque damnatione] iuxta illud Aesopi, Discat in auctorem pœna redire suum. Qui versus vlt.transl. no.de pœn.di.1.hic autem verba.in 1.glo. Cui bene conuenit illud Cassiodori,4.vera.10.c.Legum reperta est reuerentia sacra,vt nihil vanum nihilq; proprio ageretur impulsu.Et secundo.14.cap.melius semper legum pondere presta tundatur audacia, & dum metus talibus imponitur peccandi licentia non præbetur.quia leges potissime vt bonis aperiunt, ita & claudunt malis morib. actionē, vt ipse dicit 9.vera.15.
7 cap.¶ † Ex canone nostro primo notare possum, quod hæc quatuor hic expressa ex speciali priuilegio sanctæ sedi apostolicæ sunt concessa. Et merito, vt sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata domino instituente, prima sit & caput etiam cæterarum,vt patet in præ.c.dudum.in 3.q.6.& in
8 prę.Can.præceptis.12.di.¶ † Secundo,ꝙ omnes oppressi, & iniuste damnati licite omissis medijs ad apostolicam sedem appellant,concor.supra e.q.quisquis : cum cap.seq.vsque ad c.nostram.j.e.q.quotiens.& §.nisi : & cap.seq.& de appel.di-
9 lectus. cum concor. ¶ Tertio, † quòd præsumentes impie & temerarie priuilegia sanctæ sedis apostolice attentare, sine vltione & damnatione non transeunt. Concor.supra.4. di.§.vlti. præ. cano.12.di.præceptis : in fin.19.di.nulli.fa.44. di.quoniam.25.q.1.hac consona.& q.2.si ecclesię : cum concor.Prima glo.ar.ex tex.& ad duos Can.remittit. Secundo arguit alleg.infra can.1.2 .leges pro.In contrar.2.& soluit. ¶In 2.glo.ibi,ex propria præses prouincię illum,quem damnat,restituere non potest, nec pecuniariam sententiam reuocare. quid igitur principi cum rescribere oportet. & ibi, & l.diuus:communiter sic habetur.Sed domini,hæc lex non facit in aliqua sui parte ad propositum,quia loquitur, quando quæstio de seruis non debet aduersus dominos, nec ex his etiam interrogari,& ꝙ deportatus in insulam,nec de statu libero in pecuniarijs causis quæstio est habenda. Existimo igitur, quòd voluit allegare eodem tit.& se.tit.l.diui.in prin. quæ bene facit ad propositum: quia sic iacet ibi tex.diui fratres rescripserunt suam mutare sententiam neminem posse id,quod insolitus esset fieri:si tamen de se quis mentitus fuerit,vel cum non habeat probationum instrumenta, quæ postea reperta pœna afflictus sit,nonnulla principalia rescripta extant, quibus vel pœna eorum imminuta est, vel in integrū restitutio cōcessa:sed id dumtaxat a principibus fieri potest.
10 Prima glo.ar.ex cap.nostro, † quòd legatus non potest facere generale concilium,remittens ad notata 3.di.§.porro.17. di.regula. Domini, ista duo iura videntur innuere expresè contrarium:quia in §.porro:dicitur præsente,videlicet legato Romanæ ecclesiæ:& tertio cap.regulę dicitur,nec Romanæ ecclesiæ legatus interfuit. Sed circa hoc est dicendum, ꝙ ecclesiæ Romanæ legatus virtute legationis non potest facere generale concilium : & ita intelligitur dictum glos. Nam hoc ex speciali priuilegio spectat ad solum Papam,vt hic patet,& s.1.q.7.conuenientib.& iō in generali legatione non venit,s.17.di.huic sedi.& in præ.decr.ꝙ translationē:de offi. leg.& patet ff.de offic.eius cui man.est iurisd.l.l.2.vbi dr, ꝙ mādata iurisdictione a præside,cōciliū nō pōt exercere is cui mandatur. Sed si a sede apostolica ad hoc specialiter destinetur, vel ad hoc habeat speciale mandatum, bene potest tunc: & sic intelliguntur præalleg.iura, vt est not.in eis ibi, ad quem bene facit l.illud.§.1.ff.de mino. vbi generalis procurator restitutionem non postulat, sed solum is, cui idipsum nominatim mandatum sit. Immo plus innuit glos. in præalleg.§.porro:quòd legatus Romanę ecclesiæ etiam prouinciale concilium facere non possit sine speciali mandato apostolicæ sedis. Sed domini dictum glos.sic simpliciter nō est verum, quia congregare prouinciale concilium non competit apostolicę sedi ex speciali priuilegio. Immo quilibet metropolitanus propria auctoritate cum suis suffraganeis etiam irrequisito suo primate illud facere potest, vt patet 18.distin.de concilijs.13.di.cap.pe.9.quæst.2.cap.pen.de accu.sicut. Sed suffraganei prouinciæ irrequisito metropolitano, & absque eius auctoritate illud facere nequeunt, 96. di.bene quidem.ad fin. Licèt sua episcopalia & sinodalia ꝓpria facere auctoritate valeant, vt legitur & notatur 18.dist. propter.38.dist.quando.12.quæst.2.placuit.18.quæst.2.abbates. Si ergo metropolitanus quilibet propria auctoritate illud potest facere, lōge fortius potest hic legatus apostolicæ sedis, & maximè de latere, vt sic non videatur inferior illo quantum ad prouinciam sibi decretam,cum in ea sit ordina-
11 rius, vt patet de offi.leg.cap.2.lib.6. Immo † ibidem præter Papam maius omnibus imperium habere dignoscitur,vt patet de ele.si abbatem.§.1.libro 6. Sed dictum glos. debet intelligi, quòd legatus apostolicæ sedis non potest facere etiā prouinciale concilium sine speciali mandato dictæ sedis, scilicet ad aliquid generaliter statuendum: vel quod ad Papam solum pertineat: vel ad reuocandum, quod aliàs in generalibus concilijs est statutum, vt legitur & notatur 17.di.nec licuit : & de hoc etiam not.Guil.in Specu.titu.2.§.super.circa
12 3.col.vers.sed nunquid legatus.¶ † Secundo ad id quod dicitur hic,q uòd iudicia episcoporum sunt specialiter apostolicę sedi concessa. opponitur de canone, 12.di.de his.18.dist. placuit:& c.si episcopus metropolitanus : & c.propter.10.q. 3.quia cognouimus 11.q.3.si quis episcopus,cum concor.In
13 † quibus dicitur,ꝙ metropolitanus cum suis suffraganeis iudicat:Sol.dicendum est,quòd propter inobedientiam & excessus suorum suffraganeorum metropolitanus bene potest illos suspendere & excommunicare, vt patet iuribus in contrarium allegatis.Sed si sint crimina vel excessus, quæ depositionem inducant,illos diffinitiue iudicare non valet.Immo talia iudicia sedi apostolicæ specialiter reseruantur.Et sicloquitur noster Canon. † Tertio circa idem opponitur, & vi-
14 detur,ꝙ primates prouinciæ seu concilium episcoporum,vel 12.episcopi prouinciæ iudicare & deponere possunt episcopos. Vnde videtur obst.supra.2.quæstione prima.primates: & quæst.4.nulla:& infra eo.cap.& q.si epifcopus accusatus. 2.q.7.lator.5.q.2.si primates.6.q.3.denique.21.q.5. si quis a proprio.cum concor.multis. So.dicendum est,quòd omnia contraria, & quæcunque alia similia intelliguntur & loquūtur, cum ipsi primates concilium prouinciale episcoporum,

vel

vel illi 12.episcopi super hoc habent specialem commissionem Papæ; vt notatur in eis expresse, legitur & notatur.5.q.4.c.1. Aliàs præter specialem Papæ commissionem, licet huiusmodi criminales accusationes discutere examinare & ventilare valeant, non tamen diffinire, vt patet 3.q.6.accusatus: cum duobus c.seq.& 5.q.4.c.2. Simile quod de præside prouinciæ quo ad deportandos in insulam legitur & notatur in-
15 fra eo.biduum.§.si quidem in insulam.¶ †Quarto ad id quod dicitur, quòd restitutiones episcoporum ex speciali priuilegio sunt apostolicæ sedi concessæ, opponitur de canone,
16 11.q.3.episcopus probatur:vbi expresse innuitur,ꝙ † episcopus depositus & degradatus non potest esse quod fuerat,nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. So.dicunt quidam, vt Mel.ꝙ illud loquitur secundum ea tẽpora, quando crebrescentibus persecutionibus paganorum difficultas causarum huiusmodi episcoporum ad apostolicã sedem deferri nullatenus permittebat,vt dicit canon,19.dist. si romanorum.in fine. Sed olim nec tempore apostolorum, nec hodie etiã istud licet. Hug.dicit, ꝙ nusquàm aliquo tempore licuit restitutiones episcoporum fieri per alios q̃ per sedem apostolicam:quod dicit patere ex canone præal.3.q.6. quamuis.ibi cum dicitur, sicut ab apostolicis eorumq; successorum multorum consensu episcoporum hoc diffinitum est: & si alicubi aliter reperitur fore, concessum fuit hoc de speciali licentia apostolicæ sedis;vt dictum est ꝓxime.Aliam solutionem circa hoc statim dicam in vlt.contrario. ¶ Quinto ad id quod hic dicitur, summa ecclesiarum negocia huic sedi specialiter fore concessa: Opponitur de canone,71.dist.nullus.vbi dicitur, ꝙ beatus Petrus primates & Patriarchas poni præcepit, qui reliquorum episcoporum causas & maiora negocia in fide agitarent:So.dicendũ est,ꝙ primates & Patriarchæ episcoporum causas & maiora negocia possunt in fide agitare,i.fideliter discutere & examinare; sed diffinitiuã habent sedi apostolicæ reseruare,vt dictum est supra:vel si dicamus, & maiora negocia in fide,i.qõnes ipsas fidei.Dico,ꝙ ẽt illas possunt agitare,examinare & discutere,sed diffinitio & finalis determinatio illorum,maxime si sint ardua,sunt ad sedem apostolicam,ad quam duntaxat hoc declarare pertinet, deferenda,vt ibi no.& 16.quæstio.1.frater noster.& hodie in clemen.de sum.Trini.& fid.cath.c.vno.§.nos igitur.¶Sexto opponitur ad id,quod hic innuitur,quòd omnes oppressi, & iniuste damnati omissis medijs, hanc sanctam apostolicam sedem appellent,de canone, supra ea.q.si quis putauerit: vbi dicitur, apud Patriarcham aut penes apostolicam vniuersalis ecclesiæ sedem: & infra eadem q.de cętero.ibi,post aditionem primatus dięcesos:& infra ea.q.7.Metropolitanum: vbi dicitur, Metropolitanum nostrum in aliquo postponere non præsumat. Ad idem ff.de appel.Imperatores: vbi dicitur,appellationes,quæ retro ad principem,factæ sunt omissis his,ad quos debuerunt fieri,ordine legitimo ad præsides remitti.ex quibus satis concludi videtur, quòd ad hanc sedem & debitis medijs omissis appellari non possit. So.incipientes a lege dicimus quòd illud non obtinet in foro eccle.vt dicit glo.2. in fi.infra eo.de cętero. Ad canonem patet responsio, quòd licet in eodem gradu aliàs modus appellationis interponendæ demonstratur, priuilegium tamen huius sanctæ sedis non tollitur,quin ad ipsam omnibus omissis medijs appellari possit,vt præmissum est supra:vel ordo huiusmodi appellationis interponendæ gradatim procedat in inferioribus omnibus ab hac sede, vt in contrarijs. Sed in ipsa secus, vt no.supra e.
17 quisquis.nec mirum, cum † dicamus, quòd legatus de latere negocia prouinciæ & per querelam & etiam per appellationem omisso medio possit audire, vt ibi legitur & not.& 25. q.2.in galiarum.in 2.glo.de offi.deleg.c.1.& ibi plene de hoc ibi, & super.2.glo.Ad cap.Metropo.potest etiam responderi,quòd non obstat,quia ibi dicitur,postponatis, quod intelligitur totaliter contemnendo, & eidem in aliquo ex proterua contumacia non parendo,vt ibi no.& infra ea.q.quisquis. 2.sed non ad sedem apostolicam iuste querelando, vel etiam appellando, vt intelligimus hic. Circa quod vide quod no. d.m.de appel.dilecti.super verbo, prædictam causam. post
18 Host.¶Vltimo glo.2.hic arguit ex canone nostro, † ꝙ solus Papa clericum depositum potest restituere, all.de pœniten. dist.6.cap.1.in fi.ff.de quæstionibus.l.1.in fi.& tit.sequen.l. domini fratres.in prin.& ꝙ dicunt istæ leges,dixi s̃.in suffragio. Ad quod etiam facit 6.q.1.si quis presbyter.¶ In contrarium, ꝙ etiam episcopus clericum depositum restituere possit, all.supra 47.distin.clericus maledictus.11.q.3.episcopus. Ad quod etiã fa.50.di.contumaces.& c.sequen.& c.domino sanc. vbi de hoc. Solu. ꝙ solemniter depositum & degradatum solus Papa restituit: Et sic intelligantur prima iura: Sed simpliciter suspensum vel verbaliter tantum depositum etiã ep̃us restituat. Et sic intelligantur secũda iura.Concor.quod in simili no.in prædicto c.contumaces.ad finẽ vlt.glo.50.dist. & quod no.Ber.de cleri.excom.mi.clerici.ad finem 2.glo.Sed in prædicto §.si quis presbyter.ipse Io.distinguit inter depositum pro crimine, vt tunc solus Papa restituat, vt in primis, & pro contumacia, vt tunc etiam episcopus restituere possit, vt in secundis.Et de hoc etiam satis in Spe.in tit.2.§.nunc ostendendum.ver.nono. Sed vtriq; solutioni expresse contradicit prædi.c.episcopus presbyter.11.q.3.quia ibi dicitur, ꝙ si in 2.synodo innocens inueniatur, non potest esse quod fuerat,nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Sed, vt no.Ioan.& Ber.in præd.decre.clerici.illud potest intelligi, cum episcopus presbyter vel diaconus iniuste est depositus, & dicit depositionem nullam, quia per falsas allegationes vel falsos testes de crimine est conuictus, vel quando contra depositionem contra se absentem latam petit se restituti propter iustam absentiam & iustũ impedimentum, iuxta ea quæ leguntur & notantur de re iud.cum Bertoldus. Vel dic, vt dicit Hosti.cùm dicit sententiam nullam, quia in ea non interuenit debitus numerus episcoporum, de quo 15.q.7. felix. Nam his casibus poterit eum suus ep̃us restituere etiam non adiuncto sibi episcoporum numero, secũdum Guil.qui hoc no.in Spec.tit.de accusat.§.2.ver.sed nun-
19 quid.potest enim his casibus † episcopus vt ordinarius emẽdare suam sententiam,quæ nulla est, vt dicit ipse Host.de accusa.qualiter & quando.super.1.gl.arg.ff.de mino.in cause.§. nunc videndum. Vnde Pe.& Abb.in decre.at si clerici, dicebant, ꝙ sic, vt in c.episcopus.& in decre.clerici.episcopum restituere non posse depositum,nec cum eo dispensare, procederet,quãdo ex suo iure petitur,vel ex misericordia. Aliàs quando ex nullitate sententiæ vel iniustitiæ, secus. ¶ Circa materiam huius canonis expeditis contrarijs. Primo quero, nunquid littera, quæ dicit episcoporum iudicia huic sanctæ sedi fore concessa,sic indistincte sit vera? Et glo.in prædicto c.præceptis.videtur velle ꝙ non,sed intelligatur hoc quo ad cõdemnationem tantum, & idem allegãdo in iure in prædi.c.accusatus.& c.1.5.q.4.vt sic etiam ab illo in huiusmodi possit absolui.Inducit ad hoc l.quotiens.circa medium.C.vbi sena.vel cla.ibi, cum dicitur reo, valet protinus absoluendo. sed vt in prędal.locis no.Io.hoc non est verũ, quia determinatio seu ius iudiciorum apostolorum semper sedi apostolicæ specialiter reseruatur,vt patet ex prę. c.dudum. vbi dicit tex. & iuxta eius sententiã terminũ sumant,cui concor.ea.q.quãuis.& 5.q.4.duodecim.vbi dicit, Finis vero causæ ad sedem apostolicã deferatur,vt ibidem terminetur. Sed clare liquet, ꝙ huiusmodi episcoporum iudicia talem terminum & finem recipiunt in absolutione innocentium, sicut in cõdemnatione delinquentium, vt patet supra 22.dist.post principium.6. q.4.c.1.& 2.ff.de re iudica.l.1.C.de sen.& interlo.preses.can. infra ea.q.§.diffinitiua. ergo restat, ꝙ absolutio sicut & condemnatio huic sedis apostolicæ domino est concessa, vt littera innuit. Non obstat, ꝙ dicitur in præ.l.quotiens.quia intelligit relatione super hoc principi primo facta, & eius responsione cum cõmissione secuta, vt ibi patet. Facit qd̃ in fi.no.i.
20 ea.q.biduum.§.si quidem insulam.¶ Secundo † quæro, an legatus de latere hæc iudicia episcoporũ, de quibus hic loquimur,audire & determinare possit? Et videtur ꝙ sic,ꝑ id quod legitur & notatur infra ea.q.de cętero.15.q.1.frater noster.in glo.pen.& ff.de offi.proconsul.l.1.¶ In contrarium facit hæc litera, & de transl.c.1.& præ.decre.ꝙ translationẽ.de offi.leg. ff.de offi.proconsul.l.solet.& l.si quid.& de offi.eius cui man. est iurisd.l.1.in prin.& in fi.& hoc ꝯriũ est verũ ſm Io.ꝙ hoc no.in præ.c.decreto.in 3.gl.& Ber.& Inn.& Hosti.ꝙ hoc no. in præd.c.exue.& Arch.ꝙ hoc no.s̃.ea.q.1.primates.Nec obstant in ꝯriũ allegata, qa in eis fuerat specialis cõmissio Papæ super hoc, & ideo illud poterat: aliàs nõ: vel aliter posset rẽ-
21 deri,vt no.in præ.c.frater noster,in glo.pen.¶ †Tertio q̃ro,q̃ sit ista summa ecclesiarũ negocia, de qbus post iudicia & restitutiones episcoporũ,hęc dr̃ huic sedi forte ꝯcessa? & indubitanter dici possunt qõnes & dubia fidei, vt aperte colligit ex præ.c.p̃ceptis.12.dist.ibi, & oĩs scientiæ religionis relatio ad sedẽ apostolicã,quasi ad caput ecclesiarũ, debet referri, & inde normã sumere, vnde sumpsit exordiũ, ne caput institutionis videat̃ omitti,cujus auctoritate sanctionẽ oẽs teneant sacer-

sacerdotes,qui volunt apostolicæ Petrę, super qua Christus hanc fundauit ecclesiam,solidit̃ arte diuelli. Ad idẽ facit 24. q.1.quotiens:& præ.clemen.de sum.trini.cap.vno.§.nos igitur. Nec immerito huiusmodi quæstiones & dubia fidei sic
22 sedi Apostolicæ specialiter conceduntur,cum dominus †noster super soliditatem fidei Petri mox nascentis ipsam fundauit,& erexit, & eidẽ vt æternæ vitæ clauigero cœlestis simul & terreni imperij iura commiserit, vt patet 22.dist.cap. 1.& 2.Ex suæ enim soliditate fidei & firma cõstantia, ex qua a domino denominatus est Petrus,Mathæi,16.primus in nationibus ipsius fidei posuit fundamenta, & tanquam saxum immobile totius Christianitatis molem continet atq; cõpagem,vt refert Ambrosius in Homel.& post eum transl.legitur 50.dist.fidelior.Possunt etiã dici hæc summa ecclesiarum negocia, quæ aliàs nequeunt in prouincialibus concilijs per metropolitanos etiam consultis super his suis primatib.propter eorum dubia expediri,17.distin.concilia.18.dist.de cõcilijs.Item causæ electionum episcopalium, & superiorũ super causis ipsorum exortis,quę hodie in causis maiorib.enumerantur, & per quaslibet appellationes deuoluũtur ad huius sedis examen, vt patet de ele.quamuis.libro 6. Ad quod etiam facit.e.titu.quamquàm.e. lib. Item & dationes coadiutorum ipsorum episcoporum & superiorum,quæ similiter etiam intelliguntur de maioribus causis, & idcirco ad huiusmodi sedem non obstante consuetudine contraria referenda sunt, vt patet de cleri.ex.cap.vno.libro 6. Possunt etiam dici summa ecclesiæ negocia omnia, quæ præter proxime p̃missa & in textu declarata,& quæ not.12.distin.pręceptis.de offi.leg.quod translationem. & de transla.cap.1.& de excess. præla.sicut fere,& vtrobiq; vers.de hoc sedes huiusmodi sibi specialiter reseruauit. Quorum 89.not.Guiliel.in Specu.tit. de deleg.§.nunc ostendendum.& Hosti.in summa huius tit.
23 §.ꝙ pertinet.ver.illud si quidem.¶ Quarto † quæritur, nunquid episcopus clericum infamen restituere possit? Et videtur ꝙ sic,quia ignominia idẽ est qd̃ infamia,vt patet in l.2. §.ignominiæ.ff. de his qui notantur infamia. Sed clericum suum ignominia post pœnitẽtiam restituit episcopus, vt patet ex his quæ leguntur & notantur.50.dist. domino sancto. Ergo videtur, ꝙ infamen possit restituere. Præterea senatus tollit infamiam,vt patet in l.1.§.de qua autem re.ff.de postu.
24 ecclesia † autem æquiparatur senatui,16.quæst.1.ecclesia.& episcopus est in ecclesia, & ecclesia in episcopo,7.q.1.scire debes: ergo arguendo a debita partium connumeratione, iuxta ea quæ leg.& not.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sunt sui vel alie.iu.videtur concludendum,ꝙ episcopus infamem restituere possit.Io.glosator noster in præ.cap.domino sancto,in glos.ex hoc verbo. & supra ea.d.3.§.hinc notandũ. in 1.glos.dicit, cõcedo,ꝙ episcopus infamiam tollere potest in omni crimine,in quo potest dispensare,ex quo Papa dat ei potestatem dispensandi, & per consequens restituendæ famæ,vt ipse no.15.q.8.his qui.in pe.glos.ad fin. Sed Inno.domini tenet contrarium in decre.cum te.de sent.& re iudi. di-
25 cens,ꝙ † solus Papa sicut & princeps solus potest in inte.restitu.honori,famæ, & cæteris omnibus, vt patet.C.de sen. pas.& re.l.1.& in can. supra e.q.3.§.vlti. quia & secundum ius ciuile etiam solus princeps & senatus talem restitutionẽ tribuet,vt in eisdem iuribus patet, & in præ.§.de qua.vnde licet magistratus maiores & minores de iurisdictione sua possunt restituere quantum ad iurisdictionem suam, non tãquam ad famam,vt in hoc eo.§.dicitur, vt patet ff.de furtis. non potest.Sic ergo & episcopi etiam licèt maiores & minores restituere possint & in multis cũ eis dispensare: patet de temp.or.dilectus.& absoluere a iuramentis, votis, & fidelitatibus,de iureiur.cum quædam, de voto.cap.1.15.quæst.6. authoritate. nihilominus restituere non possunt quãtum ad honores & similia,nec infamiam remittere, cùm hoc nullo iure caueatur,immo potius habetur contrarium, secundum
26 Hosti.quia † esse filium sacerdotis non est filij delictum, sed patris,56.dist.nasci.est tamen not.defectus.de pur.can.accedens. & ideo videntur bene sentire hi,qui dicunt, quòd episcopi, qui nec infamiam remittere possunt, per consequens nec possint cum talibus dispensare, secundum eum: de quo puncto satis habetur hodie de fil.presby.cap.1.lib.6.Verum-
27 tamen secundum Innoc.collegium † dominorum Cardinalium hanc restitutionem facere potest, quia proprie senatoriam potestatem habent,95.dist. Constantinus habet. Et sic potest & debet intelligi quod dicitur in præ.cap.ecclesia. ꝙ ecclesia habet senatum:quod etiam dicitur, ꝙ episcopus est in ecclesia & ecclesia ĩ episcopo, de Romana ecclesia & eius episcopo loquitur,vt ibi patet.Episcopus ergo non põt hoc, vt prædictum est supra.Et idcirco licèt infames ipso iure vel per sententiam condemnatos de crimine tolleret, vel etiam cum eis dispenset, & hoc sibi non liceat, nihilominus ab accusatione, & testimonio repelluntur, cum sint infames, 2. q.1.prohibentur.de testi.testimonium, secundum eum. & etiam ab ordinibus,secundum Host.quia fama promouendi ad illos in nullo debet vacillare, 33.dist.laici.de accu.omnipotens.Nec ob.præmissa decre.quantũ.de tem.or.& de clericis coniu.sane.2. quia non loquuntur de condemnatis, & de iure infamibus, sed de occultis peccatoribus vel infamibus de facto tantum, sed non condemnatis,cum quibus episcopi post pœnitentiam vel partem ipsius peractam dispensare possunt,vt ibi dicetur,& patet in eo quod legitur & not. de bigamis. quia circa, secundum eum.& sic etiam intelli-
28 gitur præd.c.hi qui.15.q.8.vt patet ex ibi notatis. † Tollitur autem talis infamia per Papam per resti.in integ.non autem per pœnitentiam etiam ab ipso impositam, quia nõ est modus tollendi infamiã, vt patet in præ.§.hinc colligitur.vers. contra illud. nec etiam per pœnæ remissionem ab ipso vel a principe factam,vt C.de generali aboli.l.indulgentiam,can.
29 supra e.q.3.ad fin. Non † potest etiam Papa laycum nõ subditum suæ iurisdictioni restituere, vt patet ex supra alleg.§. hinc colligitur. nisi forte esset ei necessarius in clericatu, vel in his q̃ ad suum forum pertinent. Sed illos, qui sunt de suo patrimonio,& alios, qui aliorum iurisdictioni non subsunt, & omnes clericos bene restituit in integrum, extra qui fi.sint legi.per venerabilem:vers.rationibus:de secundis nup.c.pe. & vlti.Facit etiam quod not.de hære.si aduersus.in vlt.glos. & quod not.supra ea.q.3.§.vlt.secundum Innoc.qui de hoc plene no.post Ber.de re iudi.cum te.super vlti.glo.in magna sua glo.vbi etiam tractat,an reges sic possint in inte.restituere:& finaliter determinat, ꝙ non,cùm iura præallegata dicãt solum de principe, qui vnus est solus inter clericos, & vnus solus inter laycos & præest omnibus, infra e.causa & q.7.§. eccc.& §.item cum Dauid.& 7.q.1.in apibus.ff.ad l.Rod.de iac.de præcario.facit can.27.distin.duo.12.q.1.futuram: de ele.fundamenta.§.ne autem.lib.6.Et licèt sedes apostolica & princeps sic in integrum restituendo famæ restituant honori & ordini suo & casibus certis: intelligendum est tamen sine iuris præiudicio alieni,nisi aliud exprimatur,de rescrip.quãuis.lib.6. Sed tamen ꝙ infamationem facti ex hoc in plebe exortam tollat per restitutionem huiusmodi graue videtur, cùm dicat Cassiodo.7.vera.c.2. Nulla potestas est, quæ suæ famæ qualitatem de ore hominum possit auferre. Sunt etiã multi casus,in quib.Papa etiã dispensare non p̃ot,quos enumerando prosequitur Spe.tit.2.§.nunc breuiter dicendum.
22 l.quod ab initio,cum sim.Sed † cum contrariorum eadem sit disciplina,vt 32.dist.hospitiolum. quod potest ratihabitione confirmari,non est ipso iure nullum: probatur hoc etiam de elect.c.quòd sicut. & cap.bonæ.2.cum concord. Minor probatur per c.3.de his q̃ fiunt a præla.sine con.cap. Host.stabat contrario,& refert Ioan.And.in c.1.dicens non esse omnino nullam, ex quo stabat in optione ecclesiæ, an vellet contractum talem valere,prout dicebat ibi Innocen.qui affirmabat contractum claudicare. Hoc idem videtur ipse Hostien.sentire in d.cap.3.qui ibi dicebat,nedum in paruis, sed etiam in magnis locum habere illam decre. quando per ipsam ratihabitionem vtilitas ecclesię procuratur.Et hoc verum,si ita intelligamus verba ipsius Hostien.prout intelligebat Laurẽ.de Peru.vt video in reportatis sub eo. Sed intelligendo, ꝙ ipse voluerit dicere, ꝙ tunc habeat locum ista decre. quando vtilitas ecclesiæ in modicis procuratur, non autem quando in magnis, prout in recitatione suorum verborum videtur sensisse Ioan.And.tunc secus est dicendum & bene: & tunc habemus dicere, quòd si alienatio fiat forma nõ seruata in modicis,prout intellexerunt Innocẽ.Pet.& Abb. illam decretalem 3. & vtilitas ecclesiæ procuratur in ipsa ratihabitione in ipsis modicis, vt intellexit Hostien. vel cum cõcessio non est perpetua sed temporalis, vt intellexit Ioan. Calde.vt ibi ponit,& in c.si quis presbyterorum. & Ioan.And.& Ioã.de Lig. in d.c.si quis:vbi dixit in perpetua consensum debere in ipsis legi cõtractus interuenire, in temporali autem potest sequi, vt infra latius dicam: & tunc habemus fateri contrarium. Si autem alienatio siue concessio versetur in magnis, vel si in paruis ibi non versatur vtilitas ecclesię in ipsa ratihabitione: vel siue in magnis siue in paruis versetur, alienatio est perpetua & non temporalis: & tunc habemus negare minorem,ad probationem cuius responde per iam dicta: non enim tunc habet locum dictum c.3.quod habet locum secundum Inno. Pet.& Abb.solum in modicis, & vbi ecclesiæ vtilitas cõpro-
23 batur,secundum Hostien.† Vel solum in temporali collatione,vt in c.2.eod.titu.non autem in perpetua,quæ proprie dicitur alienatio & non temporalis, secundum Ioan.Andr.qui dicit hanc esse veram lecturam illius c. quod dicit satis proba re verbum illud,concessionem,in tex.positum: quod non sine ministerio posuit: & non verbum, alienationem: quod
24 est proprie perpetuorum, & perpetuis † concessionibus siue alienationibus congruit, quæ non ratificantur per sequẽtem ratihabitionem,quia non valent nisi tractatus præcedant, vt in cap.tua.eod.titu.cap.1.in 6.& in hoc cap.sine exceptione. Fatetur tamen, quòd si esset euidens vtilitas ecclesiæ procurata per sequentem consensum, tunc iudex superior posset abstinere a rescindendo contractum, etiam si eum posset rescindere: hoc casu sit locus opinioni Innocen.positæ in dicto cap.1.Ex quo colligitur,quòd quantum est ad ipsum cum ecclesia contrahentem,semper contractus erit validus, siue forma fuerit seruata, siue non: sed non quantum ad ecclesiam, nisi in modicis & vtilibus, vel in magnis etiam sed non alienationibus,sed concessionibus, idest temporalibus collationibus: Quod dictum in ecclesiarum fauorem & in contrahẽtium cum ecclesijs odium, summam æquitatem habet,& mihi valde placeret,si posset de iure sustineri. Sed vide qd̃ not. Ioan.Calde. in cap.si quis presbyterorum. in 5.oppo.in ver. prædictum non placet. vbi aliter dicere videtur. Et circa id quod dixi de magnis concessionibus, vide quod dicam infra in 3.quæstione post Ioan.Andr.Stat ergo vis huius notabilis solum in intellectu illius cap.3. cui dabat Lauren. de Pi. vt in reportatis sub eo vidi aliam lecturam: scilicet quòd in rei veritate prima concessio fuit nulla, nec illa per sequentem ratihabitionem conualidatur, sed bene per ratihabitionem effectualem, idest per consensum, qui præstabitur præmissis debitis tractatibus, & alijs necessarijs solemnitatibus obseruatis, quæ eo quia non fuerunt seruatæ a principio, ideo talis alienatio non valuit: vt sic iste sit nouus contractus, non autem antiquus inualidus resarcitus.Pro hac lectura facit qd̃ scripsi post Innocen.& Hostien. & Ioan.And.de emp.& ven.
25 cap.cum dilectus: vbi dixerunt, quòd sicut † non valet contractus sine solemnitate, sic nec potest ratus haberi sine solemnitate. Quando legebam illam decis.solebam dicere aliã lecturam: quam hic breuitatis gratia non repeto. Et vide quod scripsit Ioan.And.in cap.1.de rebus eccle.non alienan. in 6.super glo.secundum quod.vers.simul iunctam.& in cap. cum consuetudinis,de consuetu.in no.& quæ infra dicam in 18.quæst.super quibus,& his quæ not. Ioan.de Lign.de elec. cap.nosti.& in cap.præterea.de appel.& Bar.in l.Iulianus,super glo. magna. ff. qui satisda.cog. & dominus Franciscus de Albergo.ibidem, & quod scripsit Ioan.And.in Spec.de loca. §.sequitur,in addi.Ad idem vide quod not.Archid.ea.quęst.
26 c.si qua super.ver.in iudicio. † Opp.secundo ad idem de cap. si qua de re.cum ibi not.in glo.in fin.vbi apparet contractum initum per capitulum sine prælato, & sic forma non seruata, non esse nullum ipso iure. Solu.dic,quòd illa glo.non tenet, nec habet obstare cap. quia intelligitur contractum illum rescindi de facto,sicut de facto processit, ita tenet ibi Laud. & ponit Archidia.in primo not.& idem Ioan.de Deo: & ponit Archi.ibidem super dicta glo.super ver.resciso. & idem Tan. & Goffre.in cap.1.ne sed.vacan.& idem ibidem Ber.& ponit etiam Archid.super eadem glo.in fin.Et vide quod no.Ioan. And.post Hostien. & alios in dicto cap.1.super glo. vacante. & quod scripsit Ioan.Calde.in c.si quis presbyterorum.in 5.
27 opp.Oppo.ad 10. † no.quod dixi,quòd episcopus non debet vti rebus ecclesiæ suæ tanquam proprijs, sed tanquam commendatis. Rei suæ quilibet est moderator & arbiter: sed beneficium prælato concessum dicitur esse suum, igitur &c. Maior est nota.Minor probatur per c.si tibi absenti, de præbend.in sexto.ibi,Vt tuum dici valeat &c. & per ibi nota.per Ioan.Calder. Solu.dic, quòd largo modo dicitur esse suum, non autem stricto modo, quo casu intelligitur ipsa maior, quod dic vt habes & not. de dona.cap.2. & supra ea. ca.q.1. cap.fi.& c.episcopus. Secundo oppo.ad idem de cap.2. de fideius. vbi patet, quod de redditibus ecclesiæ debitũ prælati, nec non damnum,ad quod tenetur prælatus ipse,satisfit.Sol. dic vt ibi not.per glo. & Docto.maximè per Hosti.Ioan.An.
28 & Ioan.de Lig.post eum. † Tertiò oppo.Canonicus disponit de fructibus beneficij sui pro libito volũtatis tã in vita,quàm in morte: igitur &c.Antecedens probatur per not.per Host. de peculio cle.c.si quis,per Car.de rebus eccle.non alien.c.2. in sexto. Consequentia not. Solu.dic,vt ibi not.& in glo.per œconomum,in cap.præsenti.de offi.ordi.in sexto.& super ea per Ioan.Andr.& per Archid.de rescript.c.statutum. §.assessorem.cod.lib.& prout not.in cap.duo sunt, in glos. & super ea.supra ea. ca. q. 1. & vide quod infra dicam in q. 19. & 65. Quarto opp.ad idem de c.ad hoc.& de c.relatum.2. de testa. Solu.dic vt ibi,nec circa istud vltimum not. intendo vlterius insistere, ne materiam principalem istius c. quam hic plene tractare intẽdo,alijs obfuscarem.Venio igitur modo ad quęstiones.Et primo † quæro,bene video,quòd vt meliora prospiciat,idest vtilitatis causa,prout exponit hic Archid.debet prælatus contractus alienationis inire. Pone, ꝙ agit contractum,ex quo ecclesia nec locupletatur,nec damnificatur.Solu. fm glo. tenebit contractus: satis est enim, ꝙ nihil actum est in læsionem ipsius ecclesiæ, 10.qõ.2.hoc ius. Item coipso

quod non est pauperior facta, intelligitur locupletior, ff.de
30 solu.l.in pupillo.secundum glo.Secundo quæro.† Pone,ꝙ fit
alienatio per prælatum in casu nõ concesso, sed forma hic &
alibi tradita seruatur. Glo. hic tenet alienationem valere,fa-
tetur tamen,ꝙ si se læsam probet,restituetur: & idem dixit s̃.
ead.causa & q.in glo.summæ in fi.alle. hæc ad primum de his
quæ fi.a præla.c.cum vos.de empt.& vend.c.cum dilecti.& c.
cum causa.fm ea quæ j̃. scripsi in q. 46. Idem firmauit Host.
in sum.de reb.eccle.non alien.§.3.ad fi.videtur tamen tenere
contrarium in sum.de resti.in integ.§.in quibus. vers.in con-
tractibus.Prædictam op.glo.nostræ tenuit expresse Dama.in
q.2.de his quæ fi.a præla. fi.con.ca.adducit c.cum vos.eo.tit.
& c.dilec.de dona.& assignat ad hoc potissime istam rationẽ,
31 quia aliàs non † esset dare quod ecclesia læsa restitueretur, ꝗ
c.1.de restit.in integ.nam si forma non seruatur, contractus
est nullus,& sic cessat restitutio,ff.de mino.l.in causæ. vbi aũt
forma seruatur,sed casus non est licitus, procedit restitutio:
ergo contractus tenuit secundum eum. Idem tenet Innoc.in
c.1.de deposito.in prin.& in c.fi.ne præla.vi.su.Idem videtur
tenere Goffr.in c.2.de dona.prout refert Archid.in glo.sum.
in fi.s̃.eod.qui dicit, quòd vbi Episcopus fecit graues dona-
tiones,vel alios contractus inconsultis canonicis,tunc cõtra-
ctus non tenet ipso iure,10.q.2.§.qui verò.& de dona.cap.2.
vnde quod ibi in d.c.2.de donatio.dicitur, inconsultis cano-
nicis dicitur,Goffr.supplet maxime, quia si consultis fecerit,
tenet contractus,sed rescindetur per in integ.restitutionem,
de restit.in integ. c.1. Sed ipse Goff.contrarium tenet in c.ad
nostram.de reb.eccle.non alien.& in summa, eo.tit.§.aliena-
tio: cum quo concordat glo.pen.in c.1.præalleg. de restit.in
integ.& sentit in c.2.de dona.in glo.pen.Hanc insuper firma-
uit Ioan.And.in d.c.1.& c.2.de rebus eccle.non alien.in 6.&
Archi.ibidem alleg.c.quæ in ecclesiarum. de consti. & c.1.de
reb.eccle.non alienan.ibi, sine legitimo ecclesiasticarum per-
32 sonarum assensu &c. Non enim est legitimus † assensus, vbi
causa iusta non subest. Ad rationem Damasij respondet Ioã.
And.ꝙ parum vrget, quoniam posset occurrere casus licitus
& debita forma seruari, & tamen ex illo contractu posset ec-
clesia multum lædi,& sic esset locus restitutioni,cum quo cõ-
cordat Ioan. Calder.in d.c.si quis. in dicta 5.opp.qui dicebat
de hoc vltimo dicto esse casum secundum vnam lecturam in
c.pen.de reb.eccles.non alie. scilicet in illo c.ad nostram,alle.
33 ipse Ioan.Calde.pro opin.iam dicta, ꝙ non solum † defectus
formæ, sed etiam defectus materiæ inhabilis reddit nullũ qd̃
agitur, vt in c.cum in cunctis.de elect.1.q.1.detrahe.de bap.
non vt apponeres. Sed sic est in casu nr̃o, vt in isto c.sine ex-
ceptione.igitur. Allegabat insuper cle.monasteriorũ.eo.titu.
Hoc idem,s.quod glo.Ber.& sequacium firmauit in commẽ-
to illius c.1.Lapus de Cas.hoc idem tenuit Ioan.de Regio,vt
patet ex recitatis per Fed.in opere suo cõs.137. Ioan.de Lig.
firmauit gl.nostri c. in d.c.si quis presbyterorũ. & respondet
ad rationem Io. Cald. quemadmodum ẽt ipse ibidem facit:
quod bene est verum, ꝙ vbi materia siue materiale principiũ
deficit,totum est nullum,si est male principium,ex quo qua-
le est ꝙ sensus: sed secus si deficit materia siue materiale prin-
cipium,circa quam quale est in proposito permisso casus alie
34 nationis: non enim est materia,ex qua,sed circa quam.† For-
ma autem est formalitas introducta a lege. Quid dicemus in
rei veritate? clem.monasteriorum.multum facit contra glo.
nostram,coniuncto ver.nisi necessitas. cum ver.siquis autem
contra hoc fecerit. immo videtur ibi formaliter esse casus:
prohibet enim ille tex.alienationem seu concessionem fieri,
nisi vtilitas vel necessitas & assensus prælati vel cõuentus in-
teruenianT. Et subdit,ꝙ si secus fiat,vltra pœnam,de qua ibi,
nullum ius ex ipsa concessione tribuatur seu acquiratur acci-
pienti.Si sic,ergo nullus contractus fuit. Ad idem optime di-
ctum c.2.eo.tit.in 6.ibi, seu aliàs alienando in forma & casi-
bus a iure permissis. Præterea regula stat negatiue, scilicet ꝙ
non possint alienari res ecclesiæ, vt patet in isto c.& alijs,po-
nitur exceptio a regula,scilicet qñ certa forma obseruatur,&
vtilitas ecclesiæ procuratur: sed si alterum deficit, exceptio-
ni non videtur esse locus: ergo stabit regula, & ista est ratio
multum efficax. Qui volunt tenere glo.nostram & sequaciũ,
possunt respondere, ꝙ quotiescunq; episcopus & capitulum
habito tractatu & deliberatione secuta, & sic forma debita
obseruata,alienant, præsumitur ꝙ casus subsit licitus, s.vtili-
tas,vel necessitas: vnde quantum ad opin.cõtractus talis de-
bet dici validus, ac si velim dicere, ꝙ ab ipso initio præsumi
debet vtilitatem vel necessitatem fuisse. Vnde si alius sequat̃
effectus,non imputetur: ad hoc quod not. Ber. in d. cap. ad
nostram.in glo.2.ibi,& credebant vtiliter contrahere.& in c.
apostolica.in glo.quantum ad opin.& eo.tit.c.tua, in gl.pro-
babili iudicio.& Innoc.ibidem. Bene facit ad prædicta,quod
scripsit Feder.in opere suo consil.138.parum post princi.vbi
35 dixit,ꝙ licet constet,ꝙ † causa alleg.in contractu alienationis
sit iusta in iure, nihilominus nisi constet, ꝙ sit vera in facto,
contractus ad successorem nõ transibit, nisi interuenisset au-
ctoritas vel decretũ superioris: nam tunc præsumentur om-
nia legitime facta,& transibit concessio ad successorem; alle.
ad primum,quod not.in Specul.de empt.& vend. §.nunc di-
cendum restat.ver.& breuiter: ad secundum de transac.c.de
cætero.& c.veniens. & not.de deci.c.ex multiplici. Nec obs-
tat,si velles dicere in casu nostro,scilicet cum alienat episco-
pus, hoc nõ interuenit, quia ibi erat necesse auctoritas supe-
rioris,quia facta ab abbate & conuentu,s̃.eod.abbatibus.17,
36 q.4.in venditionibus.paria † enim sunt,interuenisse consen-
sum episcopi & sui capituli in alienatione rei episcopalis,&
interuenisse consensum abbatis & consensum sui superioris
in alienatione rei abbatialis quantum ad validandum cõtra-
ctum ex parte formæ: sed non sic sit,cum in secundo casu su-
perioris deficeret consensus, quoniam tunc non esset cõtra-
ctus validus, vt in iuribus præallegatis. Præterea saltem vbi
habet interuenite superioris auctoritas,prædicta procedunt,
& sic sit vltra rationem Ioan.de Lig. responsum ad rationem
Ioan.Cald.& ad iura & rationes præalle. Et aduertendum,ꝙ
si velles dicere,ꝙ pro opin.gl.nostræ esset casus in c.1.de rest.
in integ.prout vñr ẽt sentire gl.nostræ,l.ista & glo.summæ &
sequaces, vt puta quia siue loqui velis illam decre.in contra-
ctu venditionis,siue locationis, neutro casu potest dicere in-
stam causam subsiuisse: seu non in casu concesso,patet in pri-
mo, quia si vendidisti rem pro minori quantitate quàm va-
leret,non vtile,sed damnosum fuit ecclesiæ: & similiter silo-
casti, & subsit locus rationis Damas.s̃.recitatæ. Posset etiam
dici,quòd illa clemẽ.loquitur solum in religiosis, vt patet in
sua glo.4.cum qua concordant omnes ibi scribentes. Immo
punctaliter, & sic sub dubio forte in casu quæstionis nostræ
d.c.si quis: dicit Ioan.de Lig.eam loqui in regularibus: sicut
enim in talibus cum alienant temporaliter saluo,quam quã-
do ad modicum tempus,requiritur expressus consensus,nec
sufficit tacitus, qui tamen sufficit in singularibus, vt in cap.2.
de his quæ fiunt a præla.& 16.quæst.1.possessiones. vt etiam
ibi not.in d.glo.4.clemen. & plenius per Ioan.de Lign.super
d.vers. ad vitam. & infra tangam: sic etiam in hoc sit specia-
litas in eis & diuersitas inter eos & seculares. Ad cap.secun-
dum,posset etiam responderi,quòd licet exprimat casum,in
quo alienatio tenet,scilicet quando in forma in casu permis-
so fit alienatio,non tamen tollit, quinetiam alienatio teneat
in alio casu,scilicet quando in forma sed non in casu cõcesso.
Respondetur,quòd sic simpliciter intelligendo illam decisio.
verum diceres, sed potest res pro minori quantitate vendi
37 quàm valeat, & tantum vtile est ecclesiæ.† Pone,quòd ec-
clesia habeat pecuniam ad vsuram,quæ eius interiora consu-
met, intantum quòd vtilius sit ecclesiæ rem valentem mille
vendere pro septingentis, quàm stare sub vsuris? vel habet
præ omnibus prædium pro septingẽtis, quod valet mille du-
centos: indubitanter vtile est ecclesiæ sic vendere: & tamen
quia est damnificata in trecentis in venditione sua, intenta-
bit remedium restitutionis in integrum.Similiter in locatio-
ne, pone quod ecclesia egens locauit recepta in præsenti pe-
cunia seu affictu plurium annorum futurorum: & cum de-
berentur centum,locauit pro sexaginta: vel pone, non ege-
bat, & in veritate deberentur centum, sed locauit pro sexa-
ginta recipiendo vel non recipiendo ad præsens affictum:
vterque contractus fuit vtilis. De primo patet & probatur
secundum vnam lecturam in c.ad nostram, supra allega. De
secundo insuper, quoniam vtilius est aliquem fructum ha-
bere, quàm nullum: nihilominus quia læditur, vt poterit
hoc beneficio restitutionis, vbi in contractu alienationis ap-
pareret expressa inutilitas, vel in necessarijs, vt quia expri-
meretur in contractu, quòd non obstante quòd res plus va-
leret,nihilominus in complacentiam talis emptoris vel con-
ductoris &c. Vel tacita, vt quia manifestum foret rem alie-
natam fore maioris valoris, & consanguineo vel affini præ-
lati fuisset facta, vel alia similis, vel alia fraudulenter falsa
persuasisset episcopus suo capitulo, quod non constaret,seu
probaretur per indicia,de renunc. cap.2.in sexto.& bene fa-
cit quod not.Innocen.de re iudica.cap.cum Bertoldus.super
ver.

ver.concessimus:tunc indubitanter starem opinioni contra-
riæ.scilicet.Ber.Gof.Ioan.And.& sequacium: quia tunc non
posset presumi pro eis,scilicet ꝙ vtiliter cederẽt,& quod vti-
liter facta foret alienatio: non in primo casu,ratione expres-
sionis vel probationis,& fraudulentæ demonstrationis: non
in secundo ratione contrariæ præsumptionis validioris. Sed
vbi prædicta cessarent, tunc secus.& ad hoc facit de excep.c.
cum inter R.ad fi.cum ibi not. ad idem de probat.c.quoniam
contra falsam.vbi præsumitur pro rectitudine sententiæ:& si
non pro rectitudine, sed si esset expressus error in sententia,
tunc secus, vt in prima concord. & vide quod not.in Specu.
de empt.& vendi.§.nunc dicendum. vers.& breuiter. de hoc
etiam videtur esse casus in d.cap.1.iuxta supradicta in ver. &
aduertendum. Nisi tu velles illud intelligere limitatum,vt s̃.
dixi, ita quòd in alio casu non procedat. ad idem l.si quem.
C.de prædi.mino. quem etiam allegauit Innoc. in dicto c. 1.
38 de deposito. † Si enim curator vendit prædiũ minoris pre-
tio viliori, credens illud nihilominus tantum valere & non
plus, si superioris decretum interuenit, datur restitutio: sic
in proposito.Et si diceres, hoc est damnosum ecclesiæ, cùm
pro illa plus faciat contractum ipso iure rescindi, quàm ope
restitutionis. Potest responderi,quòd etiam pro ea faceret,
quando & forma seruata est, & causa subest si læditur, & ta-
men iura hoc non patiuntur: imputet ergo sibi ecclesia, quã
prælatus & capitulum repræsentant, de testam.c.relatum.2.
Sed contra id quod supra dictum est de minore, facit l. & si
præses. C.eodem tit.& quod not. Innocen.in cap.1.de rebus
39 eccles.non alienan.in 6.vbi dicit, quòd non † valet alienatio,
nec trãsfertur dominium rei minoris ex tali alienatione, nisi
in veritate subsit iusta causa alienationis, ita quòd ea nõ ob-
stante datur minori rei vendicatio contra possidentẽ,& per-
sonalis actio, & negotiorum gestorum cõtra tutorem vel cu-
ratorem.allegat ff.de rebus eorum. l.magis. §.sic. & l.sequen.
l. quamuis. & dictam l. & si præses. Sed si iusta causa aliena-
tionis subsit, licet aliàs in pretio, vel alijs minor læderetur,
tunc non subuenitur ei, nisi per beneficium restitutionis in
integrum.allegat d.l.siquidem.Et sic videtur Innoc.dictam l.
intelligere,quando iusta causa subfuit,& sic in casu concesso:
& sic non facit ad id,quod allegabatur: quæ verba ponit etiã
ibidem Ioan.Andr.dicit tamen ibidem Innoc.quòd licet ali-
qui dicant idem etiam in alienatione rei ecclesiæ: tamen alij
& melius dicunt contra, quia nõ requiritur in eis decretum:
& idem ibi Ioan.And.Posset tamen dici,quòd l.ista,& si pre-
ses.loquitur vt ibi patet,quando falsis allegationibus fuit de-
ceptus præses à petente decretum interponi: quod patet,
quia, vt ibi dicit glo. tale decretum fuit nullum: sed secus si
talis falsitas non interuenisset,vt in casu nostro: ad quod be-
nefacit quod not.in Spec.loco supra allegato.Nec habet ob-
stare,quòd vt dicebat ibi Ioan.And. redcũdo rationi Dama-
sij, quòd est dare casum, quo alienatio est facta forma serua-
ta, & casu concesso, nihilominus datur restitutio: quia & si
sic fit,tñ ẽt & in casu nõ cõcesso,sed forma seruata,vt ibi:alias
de necessitate oporteret sic limitare illud c.videre meo:& ita
videtur ibi sentire Goff.qui ibi dicit,quòd contractus tenuit,
vtpote in casu concesso, & secundum formam iuris celebra-
tus. & idem in dicto c.ad nostram.& faciunt supra no.& idẽ
videtur sentire Ber.in dicto c.cum Apostolica. & c.tua,in gl.
supra allega.vbi glosat hoc cap.nostrum. Si enim tunc satisfit
huic nostro c.quod ponit necessaria ad valitudinem contra-
ctus alienationis,quando celebrat̃, quod non sit dubium ec-
clesiæ profuturum, scilicet, quantum ad oppositionem ipso-
rum alienantium, prout intelligunt dictæ glo. & hoc præsu-
matur, ex quo necessaria ad formam interueniunt, vt supra
probaui: restat per consequens alio nõ dato vel probato,per
quod de contraria possit opinione constare, talem contractũ
esse validum:& ita dicerẽ in scolis, & si attenta tantorũ con-
trarietate Doctorum quid in iudicijs dicerem, vellem lõgius
40 meditari. † Quæro 3.Requiritur canonicorum cõsensus, sed
nunquid sufficit eorum taciturnitas? Glo.nostra fin.hic dicit
quod sic,per c.continebatur.de his quæ fiũt à prela.sine con-
sen.cap. Sed dicit hic Arch.ꝙ hoc est verum in temporali,nõ
autem in perpetua alienatione,& sic loquitur c.cõtinebatur.
In perpetua namq; requiritur expressus consensus, vt hic,&
subscriptio,s.nominatim facta, ad hoc c.quãto.e.ti.vbi patet,
ꝙ in talibus non sufficit quod dicatur, totum capitulum cõ-
sensit:immo necessarium est omnia nomina canonicorũ ex-
primi in huiusmodi consensu, vt ibi sumitur à contrario sen-
su: ad idẽ quod legitur & no.de procura. c.si.quod dic,vt ibi
plene disputauit Bar.Brixiensis in sua quæstione dominicali,
quæ incipit, Episcopus quinam fecit &c.vbi soluit,ꝙ perpe-
tua alienatio a prælato facta capitulo præsente & tacẽte,pót
reuocari,eo quòd nulla est ipso iure,vt hic, & puniendi sunt
canonici, qui non contradixerunt,2.q.7.quapropter.Et ad-
de,quod not.& dicam infra 16.q.3.si sacerdotes,in glo.1.Ar-
chi.ibi dicit, ꝙ alienatio facta per prælatum præsente capitu-
lo & tacente,nulla est ipso iure: alleg. hoc c.sine exceptione.
vbi dicit de hoc dixisse:& subdit,ꝙ istud capitulum,contine-
batur.quod videtur contradicere,debet intelligi, quãdo cõ-
cessio facta est causa pietatis,vel de re minima, vel ad certum
tempus,secundum Bar. Brixiensem remittentem finaliter ad
dictam suam quæstionem dominicalem. Quod in temporali
alienatione loquatur illa decisio,& ꝙ in tali non requiratur
solemnitas c.nostri, voluit Innocen.qui dicit in c.vno,in fin.
vt eccle.benefi.si.dimi.confe.quòd in talibus non requiratur
tractatus solemnis & diligens, sed sufficit præsentia cum ta-
citurnitate.Idem glo.in cap.1. de rebus eccles.in sexto. super
vers.perpetuis.Idem ibi Ber.& Ioan.Andr.Idem ibi Archid.
& in cap.possessiones.16.quæst.1.& ibi vide glo. & super ea:
est verum tamen,quòd in cap.illo, continebatur.dicebat In-
nocen.& etiam Hostien. & glo. quòd debet intelligi quãdo
fuit facta cõcessio in beneficium, vel loquitur de modica de-
cima.Ioan.Mona.& Hostien.vt refert etiam Ioan.And. in d.
cap.1.de rebus eccles.in sexto.super dicta glo.dicebant,quòd
si pietatis causa aliqua possessio ecclesiæ concedatur alicui
ad vitam, vel ad alium certum tempus,nõ requiritur ista so-
lemnitas, alleg.dictum cap.possessiones, & ea.ca.& quæst.6.
illud, de vsur.cap.1.& vide quod scripsit Archid.post Hosti.
& Hug.in dicto cap.illud.super glo.& Ioã.And.in 3.quæstio.
posita super regula, is qui tacet, in sexto. vide insuper quod
ipse idem not.in Specul.eod.titu. super rubrica, in addit.vbi
dicit, quòd quibusdam videtur,& est æquum,quòd licet do-
natio sit temporalis,tamen de re magna necessaria sit solem-
nitas & auctoritas superioris: sed ibi vide. Et bene facit di-
ctum Innocen.in dicto c.continebatur. ad idem 12.quæst.1.
episcopus.& quod infra dicetur. Concluditur igitur ex præ-
dictis,quòd vbi concessio est temporalis, sufficiet tacitus ca-
nonicorum consensus. Sed contra de no.in dicto cap.posses-
siones, in glo.fin.vbi videtur, quòd etiam hoc possit sine ali-
quo canonicorum consensu tacito vel expresso, quod etiam
ponebat in dicto cap.1.in 6. Archidia. & referebat ibi etiam
Ioan.And.super dicta glo. & videtur etiam ipse Archid. sen-
tire id super d.gl.cap.possessiones. Consueui dicere in dicto
cap.possessiones.cum legebam illam glo. quòd intelligo eam
in eo quod dixit,quòd sine canonicis potest facere tempora-
lem donationem episcopus, idest sine eorum consensu ex-
presso, quia tacitus sufficit: aliàs autem contrariaretur il-
lud cap.continebatur: & ita etiam videtur sentire glos. dicti
cap.1.eod.titu.in sexto. & Ioan.de Fantu.in dicta clem. mo-
nasteriorum: qui opponendo ad illum tex.de dicto cap.pos-
sessiones.& cap.continebatur. respondebat distinguendum:
aut alienatio rerum ecclesiarum fit perpetuo,aut ad tempus.
Primo casu siue fiat a seculari, siue a regulari, seruari debet
forma cap.sine exceptione.aliàs non valet quod fit, vt ibi,&
in dicto cap.1.Secundo casu quando ad tempus: & tunc pre-
latus secularis concedere potest sine cõsensu capituli expres-
so maxime,vbi non multum læderetur ecclesia, vt dicto cap.
possessiones.& cap. continebatur: sed regulares non,nisi se-
cundum formam d.clemẽ. Et sic vides, quòd sentit ꝙ tacitus
requiratur, & sic debet intelligi d.c.possessiones.quod alleg.
simul cum cap.continebatur. nisi vellemus dicere,vt videtur
velle Goffr.in d.cap.possessiones.& ponit etiam Archidia.&
ita videtur etiam sentire in dicto capit.1.in 6.vbi vide Ioan.
And.etiam super dicta glo.& solebam ibi dicere,quòd quan-
do pietatis intuitu & ad tempus,habet locum illa glo.1.quòd
sic intelligatur, ꝙ episcopus hoc possit sine tacito: secus au-
tem quando non pietatis intuitu, quia tũc requiritur saltem
tacitus: vide omnino quod sentit gl.& Hug.& ponit ibi Ar-
chid.in d.c.possessiones,in glo.fi.in prin. & quod not.& legit̃
ea.ca.q.6.in c.illud.& maxime super glo.fin.& quod habes in
§.illud.16.q.1.per Archid. post ipsum Hug. Sed oppo.ad su-
pradicta de cap.episcopus.12.quæst.1. Solu.secundum Ioan.
in dicto cap.1.& Archidia.ibi,& in dicto cap.possessiones. lo-
quitur, quando lædebat vel fraudabat ecclesiam: & idem
Mathæ.in dicta clemen.vel secundum Zen.ibi loquitur in ca-
su c. possessiones. de reb.ecc. non alie.vel quod saltem inter-
uenire debeat tacitus,in dicto cap.continebatur.sed oppone

iteratò ad prædictam clemẽ.c.ea noſcitur, de his quæ fiunt a
præla.glo.in d.c.poſſeſſiones.16.q.1. dicit ſecus eſſe in eccle-
ſiarum conceſſionibus, quo caſu loquitur illa cle.nõ aſſignat
tamen rationem diuerſitatis.ſed Archi.poſt Goff.ibi, & Ioã.
And.poſt eum in d.c.1.& Ioan.de Lign. poſt Math.& Zen.in
clem.vel ſecundum Zen. ibidem loquitur in caſu c.poſſeſſio-
nes,reſpondit,ꝙ ibi loquitur in conceſſione ſpiritualium, vbi
debet eſſe magna examinatio.12.diſt.quieſcamus.quia de tã-
ta re non eſt ſegnius agendum,7.q.2.c.vlt.ſed c.poſſeſſiones.
loquitur de temporali conceſſione facta cauſa pietatis, quod
licet,vt ibi,ꝙ ſm Matth.& Zen.intellige, ꝙ licet regularibus,
niſi vt dicitur in d.clemẽ.& ſentit etiam ibi Pau. Sed oppone
41 ſucceſſiue,† conceſſio beneficij temporalis eſt.ſ.ad vitã:Item
eſt neceſſaria,quia prælatus ſibi beneficia retinere nõ poteſt,
de inſti.c.fi. Item fit cauſa pietatis,de reſcri.c.poſtulaſti.ſi hãc
ergo facere non poteſt,ergo nec primam. Non ſoluunt neq;
Archi.neq; Zen.neque Ioan.And.qui ibi hoc formabant:ſed
dicas, licet conceſſio beneficij ſit temporalis,non tamẽ de re
temporali,ſed ſpirituali.vel dic,ꝙ conceſſio ad vitam dicitur
eſſe perpetua,vt not.10.q.2.perpetua.& glo.ordi.ſ̃.ver.eius.
42 in d.clem.& Pau.& ibidem tangam,ĩ.q.25.& ſim. † Sed opp.
vlterius in d.clemen.monaſteriorum.vbi etiam in conceſſio-
ne temporalium temporali requiritur conſenſus conuentus
expreſſus,vel ſi conuentum non habet,ſuperioris.Sol.loqui-
tur in religioſis,vt ſ̃.dictũ eſt,& ibi patet,in regularibus enim
non eſt locus.d.c.poſſeſſiones. de quo vide in d.clemẽ.1. per
Pau.Mathe.& Ioan.de Lign.qui etiam de hoc dixit in c.ſi qs
presbyterorum.de re.eccle.non alie. Et hoc videtur etiã ſen-
tire glo.4.illius cle.ſecus in ſecularibus, vt ſ̃.patuit, & not.in
d.clem. in glo.4. & idem tñ in regularibus prælatis eccleſiarũ
43 ſecularium,quia † tales habentur pro ſecularibus, vt ibi not.
in glo.5. Cui concordat Pau. & faciunt not.16.q.1.in glo.ſu.
& ſuper ea,& quod not.de iurepat.c.vno, in 6.de præbend.c.
dilectus filius.G.Nolo omittere,quod Ioan.de Ligna.in d.c.
ea noſcitur,dicebat, ꝙ ſi fiat præſente & contradicente capit.
quod tunc eſt nulla,alleg.eo.titu.c.2.ſed ſi ſciente & tacente,
tunc non eſt nulla nec annullanda: ſi vero cap. ignorante,
tunc non erit nulla: ſed ſi capitulum aget,annullabitur: aſſi-
gnat pro rõne diuerſitatis, quia in primo caſu deficit in ſub-
ſtantia,10.q.2.hoc ius.12.q.2.ſine exceptione. In 2.caſu nõ,
quia in conceſſionibus temporalibus habetur taciturnitas ꝓ
conſenſu, ſed in 3. fuit pendens præſentatio ex conſenſu ca-
pituli,quia capitulum potuit tacitè vel expreſſe ratificare.Et
ſic vides,quod ſentit Ioan.de Lig. ꝙ ſufficiat præſentia & ta-
citurnitas capituli,ſicut in alienatione temporali: ſed iſta ra-
tio concluderet idem fore in elec.quæ etiam tribuit ſimiliter
ius temporale in beneficio. Vnde an ſint vera dicta ſua præ-
dicta, multum me facit dubitare quod legitur & notatur de
electio.c.quod ſicut.& c.auditis.per quæ & ſ̃.not.ſi ſic dicere
licet,non placent: quantum tamen ad præſentationem eſſet
videndum,quod not.de iurepatro.c.3.& Archid.31.diſt.Ni-
44 cęna. & Federic.in conſ.142. † Sed oppo. modo ad id, quod
ſupradictum eſt in principio quæſtionis, quòd in perpetua
alienatione requiratur conſenſus capituli, maior eſt aliena-
tio perſonæ quàm rei: ſed in alienatione perſonæ illi non re-
quiruntur,vt in cap.ſi religioſus.in 2.reſponſo, de elect.in 6.
igitur nec in alienatione rei, argumẽ.eorum quæ not.de ele-
ctio.cap.cum in cunctis.Solu.dic vt in dicto cap.ſi religioſus.
45 not.glo.quòd enim. † Quæro 4. quis debeat eſſe tractatus in
alienatione rei eccleſiaſticæ perpetuæ? Reſponde,omnis qui
habetur 10. quæſt.2. c. hoc ius porrectum: ita dicit hic gloſ.
noſtra,quam dimiſi, vt circa hoc poſſim inſiſtere. Super qua
dicebat Archid.addendum & de his quæ fiunt a præla. c.tua.
& de rebus eccleſ.non alienan.cap. dudum. in 6. C. de vend.
re.ci.l.fin.lib.11. Et ſic vult glo. quòd ſolemnitas cap.hoc ius
porrectum.debeat interuenire in tali contractu. Idem dicit
Hoſtien.& idem Goffre.in cap.cum apoſtolica.de his quæ fi.
a præl.quia ibi dixit in tali alienatione rei eccleſiaſticæ requi-
ri tractatum, qualis requiritur in alienatione rei ciuitatis, vt
C.de ven.re. ciui.l. fin. lib.11. Et ſicut igitur iurant ibi maio-
res ciuitatis,ſic in alienatione,10.quęſt.2.hoc ius.Idem Ioan.
Mona.in dicto cap.1.de reb.eccleſ.non alienan. in ſexto. Sed
glo.in 17.quæſt.4.nullus.2.in glo.iſtud. & ſupra 10. quæſt.2.
cap.1.verſ.quòd ſi.in glo. hodie ſufficit. & ſupra 12.quæſt.1.
in cap.videntes.in glo.1.in fi.& ſupra ea.cauſa & quæſt. in gl.
ſuæ ſummæ, dicit contra, & quòd ſufficit in alienatione rei
epiſcopi,quòd epiſcopus cum ſuis canonicis alienet.Idẽ Ber.
in cap.1.de rebus eccleſ.ſupra allega. & idem ibi glo.& Inno,
& Archid. qui etiam ibi dicit huius opinionis fuiſſe in dicto
cap.nullus. Hug.& Lauren. in cap.nulli. de rebus eccleſ. non
alienan.Ala.& Vincen.& Hoſtien.in ſumma, eod.tit.§.3.ver.
res autem. Et videtur pro ea ſecundum eum expreſſum 12.
quæſt.2.placuit. Et idem Goff.in ſumma, eod.titu.§.in mo-
naſterijs.ver.& nota quòd ſolemnitas.ibi dicit, quòd ſolem-
nitas,quæ ſtatuitur in dicto cap.hoc ius.hodie non ſeruatur.
& idem Fran.qui dixit Ioan. And.poſt eum in dicto cap.1.in
6.ꝙ hodie de facto non ſeruatur. Ioan.de Lign.in cap.ſi quis
presbyterorum.dicit,quòd non ſeruatur tota,ſed pars bene,
ſcilicet quòd interueniat conſenſus, & fiat tractatus: & for-
mam huius tractatus poſuit Guil.in Spec.de loca.§.ſequitur.
ver.& ſcias. Nolo omittere, quòd vt refert etiam Archid.in
c.2.de reb.eccleſ.non alienan.in 6. Goffre.ſcripſit, quòd ſuf-
ficit ſeruare ſolemnitates ſecundum locorum conſuetudines
approbatas: & hoc in ſumma, eodem titu.§.in rebus. & cap.
nulli, eodem tit.vbi etiam ſecundum eum videtur hanc ſen-
tentiam approbare Innocen. in caſu, quo non ſit conſuetu-
do eccleſiæ grauis, vt ſic tollatur contrarium.de capitu.cum
cauſam,de re iudi. Sed dicit ibi Archidia. quòd iſtorum ſen-
tentia reprobatur eodem titu.c.1.in 6.verſ. quia. & idem di-
cit Hoſt.in d.cap.nulli.vbi hoc firmat Ioan.And. per dictũ c.
& per d.cap.cum cauſam.& per c.1. de conſuetu. dicens non
credere ſolemnitatem c.ſine exceptione.poſſe tolli, licet be-
ne ſolemnitas authen.hoc ius porrectum. de qua dicit poſſe
intelligi opin.prædictorum, vt etiam ipſe not.in d. cap.1.de
rebus eccleſ.non alienan.in 6. Fatetur tamen in dicto c.nulli.
quòd conſuetudo poſſet addere ad ſolemnitatem nõ per ſe:
vide de conſan.& affi.c.quòd ſuper his.& de cleri.coniuga.c.
Ioannes.in 3.quæſt. Opinionem tamen Goffr. tenuit ibidem
Ala.qui alleg.c.epiſcopi.eod.titu.indeciſa in fin. & C.quæ ſit
long.conſuetu.ſuper Rubrica. & ff.de leg.diuturna. Sed pro
opinio. Archid.& Ioan.And.& Hoſtien.atque ſequacium fa-
cit quod ipſemet Archidia.not.12.quæſt.2.abbatibus. & 17.
quæſt.4.in venditionibus. & infra tangam in 16. quæſt.ad fi.
46 Et hanc tene. Sed 5.quæro,† nunquid ſufficiat hunc tractatũ
tantum ſemel fieri? dicit Guil.in Specul.vbi ſupra,quòd qui-
dam dicunt,quòd pluries fieri debet,& ſaltem ter,& de qua-
libet vice debet fieri publicum inſtrumentum. quod ſibi du-
rum videtur,gloſſ.ſuper verbo,tractatus,in d.c.1.de re.eccle.
in ſexto,in princip.dicit hoc vtile fore,& ſuper ea dicit Ioan.
And. non tamen neceſſarium, quod dicit ibi patere per ſin-
gulare tractatus ſolennis & diligens &c. cui dicit eſſe ſimile,
quod no.in clemen.cauſam.§.verum.de elect.in gloſſ.licèt,&
idem dicit in cap.tua.de his quæ fiunt a prælato. & in Specu.
47 de loca.§.ſequen.in addit.ibi tamen in fine † dicit, quòd mo-
naci nigri ſeruare debent conſtitutiones Benedicti, quæ vo-
lunt tractatum duorum dierum interpellatorum,& certo ca-
48 ſu Papæ licentiam. ¶ † Quæro 6.nunquid ad hunc tractatum
alienationis debeant vocari abſentes? & ſi ſic,nunquid ſuffi-
ciat maiorem partem eſſe præſentem,vel requirãtur omnes,
vel ſaltem duæ partes? Innocen.dixit, quòd ſolum reſiden-
tes ſunt vocandi, per cap.hoc ius porrectum. ſupra allega.vt
refert glo.ſuper verſi.ipſorum, de teſtam.cap.præſentium,in
6.ſed Hoſtien.dicit contra,ſed gloſſ.approbat ibi opin.Inno.
dicens ſpeciale eſſe in electione & receptione, & in caſu cap.
quamuis, de offic.ordin.eodem libro, quòd abſentes debent
vocari. Et idem dicit in d.cap. quamuis. in glo. ſ. de prouin-
cit.& idem eo.lib.in c.in eccleſijs,de præbend.in 6.in gloſſ.3.
Ad idem quod ipſe Ioan. And. notat de his quæ fiũt à maio.
parte cap.c.1.& quod not.Federi.de Sen.in opere ſuo conſi-
liorum,143.& conſilio 278.in verſ.poſt iſta. & glo. in c.fi. de
maio.& obedien.in gloſſ.3.in princ.& de elect.cap.cum inter
vniuerſas, in glo.4.in fin.& quod not. Archidia.in dicto cap.
hoc ius porrectum. ſuper verſ.ibidem ſeruientium. & per Io.
Andr.de conſtitu.cap.cum omnes.ſuper glo.1. & de no.ope.
nuncia.c.1. & ſic ſuperfluum relinqui videtur aliud quæſitũ.
Sed non eſt ſuperfluum ad præſentes: quid enim ſi & cano-
nici ſunt pręſentes, nunquid ſufficiet ad hunc tractactum in-
tereſſe 4. qui ſunt maior pars, vel requiretur intereſſentia ſ.
qui ſunt duę: videtur ꝙ ſit neceſſaria intereſſentia duarũ par-
tium ſaltem,vt l.plane.& l.nulli. ff. quod cuiuſ. vniuer. nom.
& l.3.ff.de decre.ab ordi.facien.cum ſim. In contrarium facit
quod not.de elect.c.cum nobis olim.vbi ſufficit intereſſeutia
maioris partis, dũmodo vocandi fuerint vocati. Ita no.in gl.
3.ad fi.eo.tit.c.quia propter.De hac materia glo.& Doct.va-
rie ſcripſerunt. Veritas eſt iſta, ꝙ regulariter ſaltem duarum
partium intereſſentia requiritur, vt probatur in iuribus pro
prima
prima parte alleg.& habetur etiam in glo.ſ̃.alle.in c.1.de his
quæ fiũt a ma.par.cap.cũ ibi no.per Io.An.& Fed.vbi.ſ̃.& de
elect.c.licet,in glo.pen.vbi vide,& eod.tit.c.eccleſia.Fallit in
elec.vbi ſufficit maioris partis pręſentiam propter moram in
talibus periculoſam,vt dicit glo. in d.c.cum nobis.& in c.bo-
ne.in glo.5. Quod in d.c.cum nobis.videtur placere Io.And.
vbi vide.Iſtam concluſionem firmauit expreſſe Fede.in ope-
re ſuo cõſ.63.in c.ad id quod. ver.nec eſt neceſſe. Sed gl.in c.
quanto. ſupra,63.diſt.vltra medium tenet etiam in elec.req-
ri præſentiam duarum partium.ſed Archid.ibi tenet contra-
rium,qui recitatis opin. Inno. & Compoſ.poſitis in d.c.cum
nobis, & c. eccleſia. vbi videntur tenere cum illa glo.c.quan-
to.licet non ſimpliciter,ſed in caſu, quo non eſſet lapſus ter-
minus iuris,ſed ſolum terminus præfixus à vocantibus:& fa-
tentur,ꝙ ſi lapſus eſſet terminus a iure præfixus,tũc vnus ſo-
lus poſſet eligere,nedum maior pars,de poſtul.præla.c.gratũ.
in glo.& in clem.hi qui.de æta.& qualit.in glo.ſuper ver.con-
ſtitutus. Finaliter approbat opi.ipſius Compoſt.dicentis ſibi
non placere,quod ſupra dixerat de duabus partibus.Et hanc
opin.poſuit Compoſt.eo.tit.c.quia propter. Et vide ẽt quod
not.de reſcr.c.duobus. in 6.& Ioan.And.poſt eum ſuper ver.
maior. vbi dicit Archid.ꝙ non requiritur intereſſentia duarũ
partium,quia ſemper ſecũdum canones valet quod facit ma-
ior pars,alleg.hic,c.ius porrectum.in fin. & de re iudic.c.cum
olim, in fin.& quod legitur & no.de maio.& obed.c.humilis.
in glo.arg.ꝙ. dicens huius ſententiæ fore Ber.Compo.in d.c.
quia propter.in ver.maior. ſic dicit ſe intelligere illam literã,
& ſic vides, ꝙ Archi. intelligit in omni caſu ſecundum cano-
nes habere locum, ꝙ ſufficiet præſentia maioris partis.Ioan.
Andr.ibi remittebat ad not. per ſe ſuper dicta glo.pen.c.1.de
his quæ fi.a maio.par.cap.Et addit Lap.Abb.ꝙ Ioan.And.te-
net,ꝙ duæ partes vocandorum debent eſſe præſentes: quod
intelligo præterquam in electionis tractatu,vt pręd ixi.Et vi-
de quod ibi not.vbi etiam ponitur opin.Ala.Guil.Na.& Ioã.
de Deo,qui ſenſerũt indiſtincte ſufficere maioris partis præ-
ſentiam. Et vide quod not.in Spec.de ſindi.in princ. Paul.de
Eleaza.in commento d.c.quia propter. in 4.q.ſuper ver.præ-
ſentibus. examinat iſtũ paſſum in materia electionis, vbi oĩ-
no vide & ſatis prolixè & exquiſitè. Redeũdo igitur ad pro-
poſitum noſtrum habemus dicere, ꝙ duarum partiũ intereſ-
ſentia eſt neceſſaria in tractatu alienationis. Sufficit tñ,quod
deliberabit maior pars, de his quæ fiunt a maio. par.cap.c.1.
cum ibi not.per Ioan.And.& Fede.poſt eum,vbi ſ̃.conſ.177.
& de his quæ fiunt a præla. c. 3. in glo.1. & ſupra,10.q.2.hoc
ius.& intelligitur duas partes præſentium & vocandorum,vt
ſ̃.dixi,& not.Ioan.And.in d.c.1.ſupradicta glo.etiam in con-
tractu noſtro,ſcilicet alienationis, & in ſupradicto c.cũ in cũ-
ctis.& in d.glo.3.in fi.& Innocen.vbi ſupra,& iſta eſt veritas,
49 quicquid ſit de elect.dicendum. ¶ † Inſuper quæro 7.an vo-
cãdi ſunt præſentes in tractatu alienationis:pone,aliqui ſunt
canonici in ciuitate, ſed non inſeruiunt in eccleſia cathedra-
li,vt quia tenẽt beneficium in ipſa ciuitate: pone exemplum
in priore ſancti Petri Scheradij,erunt ne tales vocandi? Fed.
de Sen.in dicto ſuo opere conſ.143. in ver.ſed credo,dicit ꝙ
non,per illum.§.hoc ius porrectum.& hoc per ver.illud, ibi-
dem ſeruientium.quod dicit multum ponderandum, & ſub-
dit quod ſic credit ſenſiſſe Ber. in d.c.cum inter vniuerſas. &
Ioan.And.in ſupra alleg.c.quamuis.de offi.ordi.c.præſentiũ.
de teſti.& c.cũ in eccleſijs.in 6.in glo.ſupradic.In quibus om-
nibus dicitur,ꝙ non vocantur abſentes. No.dicit ipſe,ꝙ non
dixerunt beneficiati: quaſi velit,quòd illi præſentes non vo-
centur ad talia: & ſubdit, quòd ita ſeruamus de conſuetudi-
ne: & credo,ꝙ alij ſeruent.Fede.dicit, Aduerte,illa non fue-
runt verba Feder. immo cuiuſdam ſcholaris intelligentis ſibi
ſic interrogantis & reſpõdentis: ſed ex quo in opere ſuo po-
50 nit,videtur illa approbare,licet† ſola poſitio non inducat ap-
probationem iuxta not.per Ioan.Andr.de opere Gratiani in
51 c.2.de reſcri. ¶ † Quæro 8.nunquid conſenſus canonicorum
ſingulariter habiti ſufficiant. Laur.dicit ꝙ non,immo neceſſe
eſt ꝙ habeatur in communi,nec habet obſtare l.per fundum.
ff.de ſer.vrb.prædi. quia loquitur in re cõi pluribus tanquam
ſingularibus,quæ res cõis & cuiuslibet eſſe intelligitur,ff.pro
52 ſocio.l.merito.ff.de ritu nupt.l.illud.ſed ſecus in † re vniuer-
ſitatis,quæ nullius eſt,ff.qđ cuiuſq; vniuer.l.ſicut.Sed Goffr.
non admittit hoc dictum, dicens ꝙ & ſi in electione hoc ex-
53 preſſum inueniat,non tñ in alienatione,quoniam† alienatio,
quæ de iure non valet, per ſequentẽ conſenſum conualeſcit,
vt ſ̃.eo.ſi qua de rebus: & arg.de his quæ fi.a præla.c.cũ vos:
& c.cum apoſtolica: vbi ipſi Lau.& Göffr.ita not.ſed ſecus in
electione, de elect.c.auditis.ſecundum Goffr.& ponebat hic
Archi.qui ſubdebat,ꝙ ex hoc dicebat ſententiam Lau. tenẽ-
dam.Nam in electione inuenit,ꝙ ſimul veniunt, de probat.c.
tertio loco: & ad hoc facit quod communiter not.de conſti.
c.cum omnes:ita not.Hoſtien.de his quæ fiunt a præla.c.tua.
Et ſubdit, ꝙ Vincen.dixit in c.in Geneſi. de electio.nihil ali-
ter agi. Sed ſi omnes conſentiant, & mandant alienari,tene-
bit alienatio,vt d.c.hoc.Et idem firmauerunt Inno.& Com-
poſt.de conſuetu. c.cum conſuetudinis: illud remittebat hic
Areti.Iſtum paſſum tangebat etiam glo.in d.c.dudum.de re-
bus eccleſ.non alienan.in ſexto.vbi etiam iſtas opiniones re-
fert: & concludit finaliter diſtingui poſſe ſic: aut nullus pre-
ceſſit tractatus: & tunc ſit vera opinio Lauren.& ſequacium.
Aut præceſſit,& deliberauerũt alienare, licet ſingulariter cõ-
ſentient,nihilominus valebit cõſenſus, & locum habeat opi-
nio contraria: ſubdit tamen ſuper dicta glo.Ioan.And.in nõ.
ꝙ intelligit nihilominus, ꝙ hoc ſecundo caſu prælatus cum
aliquibus nomine capituli faciet contractum,quẽ poſtea ſin-
guli ratificabunt remittentes finaliter ad nota.de poſtu.præ-
lat.c.bonæ.ſuper glo.ideo dicit.& vide de elec.c.ſicut, in fiñ.
2.glo.& ſuper ea,& quod not.ipſe Ioan.Andr. de conſtitu.ẽ.
cum omnes, ſuper glo.1.in ſuppletione forte. & quod ibi di-
cit Ioan.Calde.in additione ſua, & quod addit Lapp.Abb.in
d.c.1.de rebus eccle.in ſexto, ad nouellam ſuper dicto præli-
bato. Ioan.de Lign.in c.ſi quis presbyterorum.impugnat di-
54 ſtinctionem Ioan.Andr.ea ratione, quia † tractatus commu-
nis habet præcedere alienationem.alleg.hoc c.ſine exceptio-
ne.ex hoc infertur,quòd ſi non præcedebat, per conſequens
non valeat contractus. Niſi tu velles dicere, ꝙ ſimul conſen-
tiendo implicetur tractatus.¶ Cautum tamẽ dicit ipſe,quòd
præcedat ſaltem vnus tractatus,qui ſufficit,& de eo conficia-
tur inſtrumentum. Et ſubdit,quòd poſſet dici,ꝙ ſufficit con-
ſenſus ſingulorum vt ſingulorũ,quia cuiuslibet intereſt: nec
55 obſtat, quòd in electione requiritur communis: quia † ele-
ctio competit corpori, de elect.cap.in Geneſi.licet actus ſint
ſuppoſitorum,vt ibi Ioan.de Lign. Pro iſto dicto facit,quod
nota.in cap.nouit. & in cap.cum apoſtolica. de his quæ fiunt
56 a maiori parte capituli.ſcilicet quod ideo † in alienatioue re-
quiritur conſenſus clericorum,quia habent de re alienata vi-
uere: ſed in contrarium facit,quia ſimul communicando ap-
57 parebit, an ſit vtile vendere vel non. ¶ Quæro 9. † nunquid
vltra tractatũ ſit neceſſaria cauſæ cognitio in alienatione rei
eccleſiaſticæ? Reſpondeo, dicit hic Archi. ꝙ ſic,in perpetua,
ſed ad tempus poſſet fieri ſine huiuſmodi ſolemnitate, vt ec-
cleſ.benefi.c.vt noſtrum.in fi.vbi ita not. Innoc.& hoc etiam
patet de re.eccle.non alien.dudum, in 6.ſecũdum Archi.hic:
& in c.dudum, ſępius alleg. Sed in contrarium videtur face-
re,quod not.Inno.in c.dudum,præalle.& Ioan.And. poſt eũ
ſuper fin.glo.ſecundum ꝙ ibi dixerunt in alienatione rei pu-
pillaris requiri cauſæ cognitionem & decretum. Quod qui-
buſdam dicunt ſimiliter videri in alienatione rei eccleſiaſti-
cæ,cum eccleſia comparetur pupillo, ff. ex quibus cau. ma.l.
pupilli: quod dictũ non placuit ipſi Inno.Immo ſibi placuit,
quod dicit finis illius glo.& ſimiliter Hoſtien.vt ibi refert Io.
Andr.Sed ſolutio eſt in promptu, & patet de ſe, ſi inſpician-
tur verba Innocentij: quia immo faciunt pro ſupradictis: ſo-
lum enim in eo quod dicit de decreto, dicit Innocẽ.& Hoſt.
& ſic intellexit Ioan.And.non bene dicere,qui dixerunt hoc
habere locum in alienatione rei eccleſiaſticæ:Nam in illis di-
cit ipſe non eſt decretum neceſſarium,ſed ſufficit ſola cogni-
tio cauſarum alienationis cum expreſſo cõſenſu. Ad hoc al-
legãt 10.q.2.caſellas.& c.hoc ius: & 12.q.2.ſine exceptione.
quod eſt c.noſtrum,& hoc indubitatum.Hoc enim eſt,quare
ſit tractatus,& quod tractari debet, ſcilicet an ſit cauſa vtilis
vel neceſſaria. Debent enim conuenire, & vnuſquiſque di-
cat,quod ſibi videtur, &c. vt notatur in ſæpius allegato cap.
tua. in gloſ. ſed qualiter. quod etiam firmauit Federicus in
58 ſuo conſilio 137. ¶ † Sed quæro 10. qualis debet eſſe hu-
iuſmodi cauſæ cognitio, quæ habet in hoc tractatu inter-
uenire, ſufficit ne cognoſcere & tractare, an ſubſit neceſſi-
tas, vel vtilitas alienandi? Reſpondeo, dixit Feder. in dicto
conſilio 137. quod non, immo non ſolum, an cauſa ſubſit,
ſed an propter illã cauſam potius expediat alienari hoc præ-
dium,quia illud diſcuti debet: poſſibile enim eſt,ꝙ ſubeſt iu-
ſta cauſa alienandi,& tñ non expediat quodlibet prędiũ alie-
nari: dẽt ergo diſcuti,qđ magis expediat alienari,vt l.magis.
ff.de reb.eorum. ¶ Eſt ergo neceſſe non ſolum circa cauſam

 aliena-

alienationis, sed circa rem alienandam tractari & cognosci secundum Federicum in dicto consilio, vbi ponit etiam opinionem Ioannis de Regio, qui dicit ibidem discuti debere de quantitate venditionis, vel alienationis, & rerum alienandarum, quod ad tractatum non est secundum eum dubium
59 pertinere. † Hoc idem expressè sentit Federicus in dicto suo opere consilio 262. vbi concludit non valere venditionem factam de re parochialis ecclesiæ, in qua episcopi auctoritas siue consensus interuenit, ex eo ꝙ examinationem siue causæ cognitionem præmiserit ipse episcopus circa causam alienationis, ex quo non constat, ꝙ circa rem alienandã præmiserat: & de hoc dicit etiam cõsuluisse quendam vtriusq; iuris doctorem, & idem sibi respondisse, & format ibi qõnem in presbytero parochialis ecclesiæ destructæ, qui petitionẽ exhibet episcopo, vt possit aliquod prædium alienare pro repa
ratione dictæ ecclesiæ, nullo prædio specificato: episcopus cõmittit vni presbytero, vt accedat personaliter ad ecclesiã, & inquirat, si ecclesia indiget reparatione, & de possessionib. ecclesiæ minus vtilibus ad retinendũ & plus vtilibus ad vendendum: iste rediens retulit episcopo ecclesiã indigere reparatione, & ꝙ expensæ possent ascendere ad summam ducentarum librarum: sed de possessionibus nihil retulit: eps demũ dedit licentiam presbytero vendẽdi certũ prædium, nec apparet, quod aliqua examinatio sit adhibita circa rem alienãdam. Et istud dubium vnà cum suo cõsilio misit cuidam alteri doctori Florẽtino prout ipse ibidem refert, qui sibi dixit totum contrarium, & ibi ponit rationem suam. Mouetur ille doctor, quia dixit sibi non inuenire, quod ista tanta solemnitas & exquisita causæ cognitio sit de substantia alienationis, & ad glo. Inno. in c. vt nostrum. vt ecclesia. benefi. respondit, ꝙ non loquitur de tali solẽnitate & causæ cognitione, sed de causæ cognitione, quæ interuenit in tractatu alienationis: allegat ad hoc nota. per Ioan. And. in d. c. 1. in 6. in glo. secundũ quod. in fi. vbi dicit, quod necessaria sunt causę cognitio, auctoritas episcopi, & consensus episcopi, aliàs capituli. Et subdit, ꝙ planum est, ꝙ de tractatu alienationis loquitur, dũ dr̃, causæ cognitio. quia de illo loquitur illa decre. & ll. quę videtur velle aliud, loquuntur vbi requiritur decretum, quod nõ euenit in alienatione rei ecclesiæ & alienatione rei minoris, vbi maiores requiruntur solẽnitates, & quæ in multis distant ab alienatione rei ecclesiæ, vt in l. magis. sæpius alle. & probat̃ ex no. per Inno. in d. c. 1. in 6. in glo. 12. q. 2. post princ. Probat hoc aliter, nam dicit ipse, solemnitas c. hoc ius porrectum. qd̃ primò minus vtile, &c. hodie non seruatur, vt not. Moderni in d. c. dudum. Immo dicit plus, ꝙ si constaret episcopo istud prædium magis vtile, nihilominus posset auctoritatem siue cõsensum præstare, vt alienatio teneret: & sic restitutioni locus esset, si læderetur. ¶ Item dicit ipse, & si episcopus habeat de hoc inquirere, tamen licet inquisitio non præcesserit, licẽtia tenebit, & alienatio valebit, argu. l. si pupillorũ. §. si prętor. ver. quod ergo. ff. de rebus eorum. vbi dicitur, ꝙ licet prætor male faciat concedendo tutori vendere vel obligare, tamen in arbitrio erit tutoris. Sic ad propositum, & si episcopus debuerit inquirere, quod prędium magis expediat alienare, tñ si non fecit, sed dedit licentiam nedum in specie, sed etiam in genere alienãdi vsq; ad talem summam, esset in arbitrio alienantis, & teneret alienatio: & sic vbi ecclesia lędi cõtingat, sit locus in integrum restitutioni. ¶ Item secundum eum forte posset dici, ꝙ hæc solemnitas pręsumatur, si alienatio fuit necessaria, prout videtur notare Guil. in Specu. de empt. & vẽditio. §. nunc dicẽdum restat. ver. & breuiter. ¶ Sed huic multum repugnat quod de solemnitate intrinseca & extrinseca not. per glo. & Dy. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & not. etiã Accur. Insti. de fideiu. in fi. Quid tandem dicemus. Pro dicto domini Feder. multum facit tex. in d. c. dudum. de reb. eccles. non alienã. in 6. ibi, & quia tractatus solemnis & diligens &c. pondero siquidem multum, quod non solum dicit tractatus solemnis, sed addidit, & diligens: modo non potest esse diligẽs tractatus, nisi de his omnibus habitus sit tractatus, seu cognitum & deliberatũ, per quæ ipsius ecclesiæ vtilitas procuretur quo ad omnia & singula possibilia. Modo tunc sic: dicet̃ esse cognitum, quando fuerit discussum, nõ solum an sit vtile vendere, sed an sit vtile vendere magis hoc quàm illud, cum si sit vtile vendere, non tamen forte est vtile vendere istud, sed bene illud, ideo dixi quo ad omnia, quia quoad quædam non posset præuideri. ¶ Pone, vtile est ecclesiæ vendere aliquid de suo, vt releuet pignus ad vsuram positam: discussum est hoc, & etiam an sit vtile magis A. quàm B. prædium ven-
dere: & finaliter deliberatum vtile esse vendere A. potius
60 quàm B. prædiũ: certe si † eo minus habeatur quàm valeat, quia forte vt prouerbialiter & vulgariter dicitur, se così sta alcanto. Quia hoc præuideri non potest, vtilitate, immo verius necessitate cogente, nihilominus valebit deliberatio sic sumpta & electa post causę cognitionem, & contractus exinde secutus: sed erit locus restitutioni, si læsio probetur, vt supra dictum fuit in alia quæstione. Etiam bene faciũt ad prædicta, quę ibidem not. glo. super ver. defensore. Ad idem tex. not. Institu. de his quæ fiunt a prælato. cap. cum apostolica. & cap. tua. ibi, Nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora pro-
61 spiciat: quod doctores exponunt, idest vtilia. † Ex quo nota, quòd tunc vtilia, quando meliorã: sed non possunt esse meliora, nisi vbi minus vtile vendat. Et licet solemnitas cap. hoc ius porrectum: non fuerit per ecclesiam acceptata, non tamen quo ad omnia refutata, quia non ad hoc, scilicet quo ad causæ cognitionem solemnem & diligentẽ, & si bene quo ad decretum substitutionem & similia. ¶ Ad idem quod not. Guiliel. in Specu. de emptione & venditione. §. nunc dicen-
62 dum. ver. cæterum in forma. † Ante factum consilium est talem præmitti causæ cognitionem, post factum dico, quòd talia possunt interuenisse, ex quibus præsumerem huiusmodi cognitionẽ interuenisse: pone, dicitur in instrumento, quòd coadunati capitulariter episcopus & capitulum, vel abbas & monaci, die tali & præsentibus talibus testibus, & in præsentia mei notarij & testium suprascriptorum &c. & facta proposita per ipsum Episcopum vel abbatem, super ea adinuicẽ tractauerunt, & demum deliberauerunt post moram & longam discussionem & tractatum adinuicem habitũ vtile fore ecclesiæ tale prædium alienare pro satisfaciendo tali debitori, vel pro emẽdo tale prædium magis est vtile ecclesiæ: certe alio non dato præsumam talem tractatum siue cognitionem fuisse solemnem & diligentem circa omnia etiam ad validitatem talis contractus, multo fortius si dixisset in instrumento, quod fuisset habitus solemniter & diligeuter. Ad hoc secundum lecturam glosæ & Hostien. & sequacium, cap. ea noscitur: sæpius alleg. & maximè si superioris habuit cõsensus interuenire, qui illud habuerit examinare, iuxta nota. in cap. fina. de electio. in sexto. & per Laurentium de Peru. in dicto cap. ea noscitur. vbi dixit, quòd non est verum, quod præsumatur capituli consensus interuenisse in actu gestio prælatum, in quo ipsius consensus requiritur. Nec dicit ipse hoc probat illa decretalis: nam verbum intelligi debet, ibi positum, respicit ius non factum, idest quia sic debet de iure fieri. ¶ Fatetur tamen illud esse in casu, in quo superioris habet auctoritas interuenire, quia cum habuerit examinare negotium, si tunc auctoritatem præstiterit, præsumitur iustus actus ille sic confirmatus seu auctorizatus per ipsum superiorem. ¶ Ad quod etiam bene facit quod dicitur de electo confirmato, cuius electio non tenuit: not. post Archidiaconum, per Ioan. Andr. etiam recitantem verba Innocentij & Compost. posita in cap. quod sicut. de electione. & per Hostien. in cap. fin. de accusatio. in cap. si cui. de electio. in 6. in notabi. ¶ Dicebat enim ipse Laurentius, quòd ille tex. etiã posset procedere in abbate, qui quotidie est cum suis monachis: sed non sic in alijs prælatis, prout est Episcopus, vel Plebanus, qui aliquando stant per mensem, quòd nullum ex canonicis vident: & hoc vltimum etiam facit pro his, quæ supra dixi de præsumptio. in casu nostro. Et de hoc vide Innocentium in cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap. Refert tamen ibidem, quod semel consultus noluit consulere Papiæ prædicta, & si per dictam decretalem fuerint sibi portata consilia de Papia id simpliciter concludentia. ¶ Faciunt insuper ad supradicta circa quæstionem nostram, quæ not. Specul. in loco præallegato & §. breuiter scias. & Federicus in opere suo consilio 143. & 278. & glo. in c. volumus. 16. q. 4. cum similibus. Et multo fortius id dicerem in facto antiquo ad hæc quæ post Hostien. not. Ioã. Calder. in cap. quoniam contra falsam. de probationibus, in distinctionibus suis. & quod notat Federi. in dicto cons. 143. Et in rei veritate nunquam de hoc vidi opponi, quotiens-cunque fuerit de huiusmodi contractibus in iudicijs agitatum. & hæc æqua est opinio, nec habet his, quæ supra dixi, obstare quod not. per Innocentium, & Ioannem Andre. post istum & alios de officio delegati, cap. cum in iure. & de probatio. quoniam contra falsam. & per dictum Feder. in dicto cons. 143. in fin. vt clarè constare potest intelligenti. casus enim est satis diuersus, cũ notarius attestatur hoc tractatũ in
sui

sui præsentia factum eodem die, loco, &c. Sed si simpliciter diceretur in instrumento, qualiter habito inter canonicos & prælatum tractatu & deliberatione facta de vendendo, &c. vendiderunt Titio talem domũ, possent procedere prædicta, quia hic solum attestatur notarius de venditione. ¶ Si tñ eadem die factus esset tractatus & eodem loco & in præsentia eiusdem notarij & testium, & incontinenti facta esset venditio, & de vtroq; simul vnum rogitum, forte nõ ẽt esset absurdum dicere tractatum per ea verba probari: Ad hoc d. cap. ea
63 noscitur. † Nec habet obst. quod dixit Innocen. & alij vbi supra: quia illud habet locũ in iudicijs, vbi omnia non possunt præparatoria ad sententiam simul fieri, immo in diuersis diebus. præterea forte si appareret instrumentum, in quo contineretur, qualiter iudex recipit die tali talẽ libellum. Itẽ qualiter cõmisit citationes. Item qualiter tales actor & reus fuerunt die tali adinuicem lit. contest. & de his omnibus apparet successiue per diuersa instrumenta, sicut in diuersis dieb. acta sunt, esto ꝙ aliàs de forma citationis vel litis contestatione non appareat, certè videtur dicendũ, ꝙ debeamus præsumere, ꝙ iuste acta sint, & iuste processerint: sic ergo & in casu nostro, & sic non habeant obstare prædicta. cogita. ¶ Item 11.
64 quæro, † an scriptura sit de substantia cõtractus alienationis. Innocen. in c. 1. de rebus eccles. non alien. in sexto. & Io. And. post eum dicũt, quosdam legistas tenere quòd sic, sed Canonistæ hoc negant, & dicũt, quòd licet in scriptis redigi debeat & subscribi, recipit nihilominus substantiam à consensu contrahentium, non à scriptura: vnde per consensum prælati & clericorum debet & tenet contractus ante descriptionem & subscriptionem, & quãdocunq; fuerit scriptus & subscriptus, valebit talis contractus, & agetur ex illo: immo dicunt etiam aliquos dicere sine scriptura & subscriptione valere contractum alienationis rerum ecclesiasti. & bene facit quæ scripsit Ioan. Andr. in q. s̃. de subscriptione, satis supra dixi, & vide in argumento quod not. in 2. qõ. posita super data 6. lib. in mer-
65 curia. ¶ Sed quæro 12. † quid si episcopus non habet canonicos, nec propriam cathedrã, sicut esse dicitur in ecclesia Rusculan. secundum Innocen. vocabit idoneiores de alio clero,
12. q. 2. placuit. ita not. de his quæ fiunt a maio. parte capitu-
66 li. c. 1. Item quæro 13. † an in alienationibus rei ecclesiæ subiectis episcopo habeat Episcopus requirere consensum canonicorum ecclesiæ cathedralis? Innocẽ. in d. c. 1. dixit consilium maioris ecclesiæ requirendum, & etiam consensum, & illum sufficere sine subscriptione, eod. tit. c. pastoralis. & argu. c. nouit. ¶ Subscriptio tamen clericorũ ecclesię bonorũ, quorum fit alienatio, bene est necessaria, de qua quidem subscriptione satis supra dictum fuit. ¶ Sed ipse idem eo. tit. nouit: tenet ꝙ non requiritur consensus canonicorum cathedralis ecclesiæ, sed sufficit consilium. Sed in cap. cum apostolica. in vers. in feudum: in fin. eod. titu. videtur velle, ꝙ vterque consensus requiratur: & idem in c. pastoralis. eo. titu. in fin. Glo. tamen dicti c. super. ver. cleri. dicit, quòd tu habes exponere cleri, i. capituli sui: quia bona aliarum ecclesiarum vendere non debet, sed venditioni auctoritatem præstare, 12. q. 2. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. quasi dicat, quòd illa auctoritas Leonis, quæ est c. nostrum, debet intelligi, quando Episcopus alienat rem suam, non autem alterius ecclesiæ: quod vltimum etiam expresse sentit ibidem Abbas, qui exponit, cleri. i. capituli sui ecclesiæ, ad quẽ spectat, scilicet parrochialis. ¶ Recitat tamen, ꝙ Innocentius sentit tam de cõsensu capituli episcopalis, quàm illius ecclesiæ, cuius erat illa decima, tex. etiam in cap. 1. de rebus eccle. non alienan. in sexto. ibi, de consensu capituli sui. videtur requirere in tali alienatione nõ solum consilium, sed consensum capituli cathedralis. Ioan. de Ligna. in c. 1. de rebus eccl. non alienan. formabat istam quæstionem, & recitat opinio. Inno. in d. cap. 1. de his quæ fiunt à præla. ¶ Pro qua bene facit secundum eum, eod. tit. c. pastoralis: vbi videtur probare. Sed in contrarium ipse allegat c. hoc ius porrectum Papæ: quod dicit esse tenendum, non esse necessario requirendum consensum, consilium autem sic, quia nihil sine consilio, de his quæ fi. a præla. c. nouit. & c. quanto. ¶ Pro hac opinione bene facit, quod ipse idem scripsit post Innocen. in dicto c. nouit. & plenius eod. tit. ea noscitur. circa finem. vbi assignat rationem, quare in alienationibus requiritur cõsensus illorum, quorum res alienatur, dixit hoc ideo esse, quia habent illi de rebus seu fructibus sui beneficij viuere: sed non sic in collationibus beneficiorum: & ideo sufficit consilium: sed modo ad propositum, cum non habeãt canonici cathedralis ecclesiæ viuere de fructibus beneficiorũ inferiorum, cessabit in eis ratio illa: sufficit ergo solum consilium: & ita seruatur. ¶ Imo, quod plus est, de facto seruatur, quòd nec etiam consilium nedũ consensus requiritur: & optime pro ista obseruantia cap. placuit. supra eadem ca. & q. & quod scripsit Goffre. in sum. eod. titu. §. in rebus. vers. in venditionibus verò. ¶ Vnum nolo omittere, quia s̃. dixit, ꝙ episcopus non potest secundum glo. positam in d. c. cum apostolica. vendere bona ecclesiæ sibi subiectæ, sed solum auctoritatem impartiri habet. Videamus, an istud sit simpliciter verum? Innocen. in c. 1. de rebus eccle. non alienan. in sexto. dicit ꝙ non, quia immo ex causa hoc poterit: & idem ibi videt̃ sentire Ioan. Andr. & Hostien. eius verba referendo super gl. si igitur. Et hoc loquendo de rebus eccles. non vacantibus: & idem sentit ipse Innoc. in cap. vno: super verbo, consistat. vt eccles. benefi. sine dimi. con. Immo ibi sentit de rebus vacã. ex iusta causa. idem sensit Hug. vt refert gl. in c. si quis episcopus. 10. q. 2. vbi hoc probari videtur: & ibi etiam sensit Laur. vt refert Archid. volunt enim isti, quòd subsistente necessitate vel vtilitate licite facere possit hoc episcopus. ¶ Idem dixit gl. in c. si qua de rebus. s̃. eadem cau. & q. sed solum in cau-
67 sa necessitatis. † Glo. in c. 1. ne sed. vac. primo dicit in principio, ꝙ episcopus non poterat alienare bona ecclesiæ vacãtis, licet Hug. dixerit contrarium in casu necessitatis. Secundo in ver. item in minoribus. dixit, ꝙ ex dicta causa per d. c. si quis episcopus. quod immo potest. ¶ Sed veritas est quantum est de vacante, quod non potest, nisi dato legitimo defensore, ꝙ c. 1. de reb. eccle. nõ alie. in 6. & ita not. Inn. ibi in d. c. vno: vt ecclesia benefi. si. dimi. confe. in glo. fi. & Archidia. in d. c. 1. & d. c. si quis episcopus. & ita communiter not. in dicto c. 1. ne sed. vacan. & in d. c. vno, vbi plene per Ioan. de Ligna. ¶ Ad idem glo. super ver. defensore. in clemen. si vna. de rebus ecc. non alienan. & quod ibi not. per Ioan. de Lign. ¶ Videtur tamen Archi. in d. c. si qua de rebus. sentire, ꝙ immo in casu necessitatis hoc possit fieri: sed puto, ꝙ illud dixerit recitatiue: quod patet per nota. ibi, vbi remittit ad capitulum precarias. & per not. in d. c. 1. in sexto. vbi præcise se firmat. ¶ Sed restat videre, quãdo non vacat? & tunc dico, quòd potest ipse episcopus: habent tamen consentire clerici illius ecclesiæ: ad hoc sup. not. ad quod habes in dicto cap. si quis episcopus. in glo. 1. in fin. in dicto cap. placuit. cum sua glo. pen. & ibi no. & quod not. glo. in sum. eod. tit. §. in rebus. vers. in venditionib. ¶ Et hoc vltimum intelligo, nisi alienatio vel trãsactio fieret ex iusta causa in alium locum ecclesiasticum: & hoc per not. infra 16. q. 1. ecclesiæ. per Archidiaconũ super ea. & de reli. domi. c. constitutus. in glo. hoc videtur. & super ea ibi vide, & etiam saluo, quando in casu cap. si episcopus. & c. bonæ. & se. infra ea. ca. & q. vbi etiam nedum illorum, nec canonicorum cathedralis ecclesiæ requirendus est consensus, secũdum veritatem: & si fuerunt opin. variæ, vt ibi not. & in c. pastoralis. supra alleg. in glo. & super ea, & ibi per Doct. ¶ Et ex supradictis potest satis clare intelligi, ꝙ in alienatione, quã facit prælatus de rebus ecclesiæ sue, debet interuenire consensus, non autem sufficeret consiliũ, quod est verissimum, vt patet clare hinc inde discurrendo: & vide Ioan. de Ligna. vbi supra in d. c. ea noscitur. & dicit Io. And. de ele. c. si religiosus. super ver. consilio. in 6. & vide glo. in cle. si vna, de reb. eccle. super ver. consentiẽte. ¶ Quæro 14. nunquid hoc nostrum c. habeat locum in ecclesijs inferioribus cathedralibus. Respon. Doct. in d. c. tua. de his quę fi. à præla. & tenent ꝙ sic, ita videtur ẽt clare probari per tex. c. 1. de rebus eccl. in 6. coniuncta glo. super ver. perpetuis. & ibi sentit etiam Archid. & Feder. in sæpius
68 allega. consi. 137. & seq. in fin. † Sed hæc erit differentia inter alienationem rei episcopalis, & alterius inferioris, quia in illius alienatione non erit necessaria superioris auctoritas: qd̃ dic, vt supra dixi in 12. opp. ad 5. notabile. sed sic in alienatione istius, vt s̃. eo. abbatibus. & c. placuit. & infra, 17. q. 4. in vẽditione, quod dic, vt ibi, & de transac. c. statuimus. in gl. fi. per Innoc. & idem in religiosis, seruata tamen forma cle. 1. eo. tit.
69 si vis pœnam illius cõstitut. euitare. † Circa quod vide, quod ibi not. in glo. innuit. & super ea: quæ autem sit pœna alienationis rei ecclesiasticæ in casu non concesso, & sine solemnitate, vide in c. si quis presbyterorum. de rebus eccles. nõ alie. in gl. super ver. pœnam. An aũt restituendo rem alienatã euitet pœnam depositionis ibi vide in glo. & in c. ꝙ sicut, de elec. in glo. fin. & super c. 1. per Ioan. And. & per Ioan. Cald. in d. c.
70 si quis. ¶ Sed modo quæro 15. † Quid de terrulis, possunt ne inferiores episcopo sine consensu ipsius superioris alienare? vt̃ ꝙ sic, per c. terrulas. j̃. eo. & ita sentit gl. in c. abbatib. s̃. eod.

¶In contrarium facit tex.in d.cap.abbatibus.ibi, nihil liceat. per quem tex.dixit ibi Hug. ꝙ hoc est speciale priuilegiũ episcopi, ꝙ possint alienare terrulas sine fratrum consensu: tamẽ ꝙ tanta potest esse necessitas, ꝙ in his casibus alij prælati iuste alienarent sine consensu episcopi: idem videtur probari in d.c.in venditione.quicquid &c.secũdum Archi. qui sequitur Hug.Non obstat quod Io.de Fantu.sequitur glo.cum Archi. & Hug.tenet etiam Ioan.And.siue Guido in q.posita sup regula,qui tacet.§.in contrarium. de reg. iur.in 6. Sed aduertẽdum, ꝙ glosator noster non dicit simpliciter, ꝙ terrulas siue modicum posset abbas alienare: sed dixit,vt hoc habeat cõsuetudo: ad quod alleg.c.2.& 3. de dona. in quo videtur expresse casus: sed non loquitur secundum aliquos in immobilibus,vt infra dicetur. Et secundum primam lecturam glo. 2. illius cap.non haberet obstare,quia illud cap.loquitur,quando aliquid datur pauperibus amore Dei:sed secundum secũdam lecturam haberet bene obstare, si generaliter iutelligeretur.Sed Ioan.de Lig.videbatur ibi sequi primam lecturam, quam etiam sequitur Host.vbi vide super d.glo.Præterea Io. And.ibi dicebat super ver.quantitas.supple & qualitas: quia non potest dare rem immobilium ẽt minimam, de rebus ecc. non alien. cap.1. & c.nulli. Et sic videntur ambo confirmare dictam lecturam Hug.& Archi. Innoc.tamen videtur sentire in cap.2.de his quæ fi.a præla. ꝙ etiam inferiores possint: ibi enim loquitur tex.de abbatissa: & idem Goffr.in sum.de his
71 quæ fi.a præla.§.in summa. ¶† Sed quæro 16. quid in prælatis regularibus, tenentur ne habere superioris consensum in alienationibus? & intelligo non solum terrularum,sed etiam aliarum rerum. ¶Respõdeo indubitatum esse ꝙ sic,in d.c.abbatibus. & in venditionibus, nec habet obsta.c.1.eod.titu.in clem.vt clarè colligitur ex nota.ibidem in gl.innuit.vbi vide. Sed contrarium facit cap.nullam.18.q.2.per quod capi.videtur,ꝙ hodie sit dictum c.abrogatum: ibi enim dicitur, quòd
72 † tota dispositio monasterij ad abbatem pertinet: & refert glo.primam in sui prin.in d.cap.in venditione. & ita tenet ẽt vt ibi refert Archid. & Hug. ita videntur etiam sentire Vincen.& Tan.in cap.ad nostram.de rebus eccle.non alie.qui dixerunt,ꝙ ideo tenuit ibi ille contractus, quia legitimus consensus illorum interuenerat,qui in talibus requiritur, scilicet abbatis & conuentus: sed ideo fuit monasterio restitutum, quia fuit læsum: & hunc intellectum videtur sonare litera illius tex. Hunc intellectum sapit etiam ibi glo. & Ioã.And.in casu summario: hoc etiam videtur ibi sentire Innocen.in sua glo.2. Sed in contrarium stat veritas,nec habet obstare dictũ cap.nullam.nec ita debet intelligi, ꝙ illorum iurium sit correctiuum, de eleč.cap.ecclesia.secundo, eo.tit.cum expediat.in 6.vt enim ibi dicitur in gl.fi.super ver.tota. illud quod ibi dicitur,ꝙ tota potestas monasterij pertinet ad abbatem, est intelligendũ quantum ad monachorum exclusionem superioris,hoc est,ꝙ ita pertinet ad abbatẽ quod non ad monachos, secundum glo. vel dicere potes secundum ꝙ ibi dicebat Archid.referens verba Host.posita in c.1.de reb.eccle.non alie. §.ꝙ illud cap.debet intelligi quo ad regulam & pertinentia ad illam,sed non quo ad alienationem, quasi velit ille text.ꝙ ita pertineat integra potestas monasterij quo ad prædicta ad abbatem,quod non ad monachos.i.ita pertinet ad abbatem super monachos,ꝙ non habeant aliquam potestatem monachi super abbatem,esto ꝙ bene sub abbate. Vel expone tota potestas,idest prælatio: non enim alius est ibi prælatus, secũdũ Hug.Vnde dic tota,s.quæ consistit in prælatum s̃m Laur.qui etiam idem sentit,vt ibi refert Archid. Ad d.c.ad nostram.s̃. alleg. Dic secundum Inno. & Goff.ꝙ ibi contractus tenebat, quia omnes solemnitates debitæ fuerant obseruatę,& sic debemus intelligere, quod superioris auctoritas interuenerat, quæ est de illis,vt in dictis iuribus. Vel s̃m Host. cuius verba post prædicta refert etiam Archi.in d.c.abbatibus. dic, ꝙ fuit ibi feudum alienatũ reuocatũ de facto, sicut de facto processerat, quia ꝯctus ipso iure fuit nullus, cùm non interuenerit cõsensus ep̃i,qui est ibi necessarius,ibi vide. Concludit ergo nõ esse abrogatũ d. c.abbatib. In venditione nulla gl. in sum. 12.q.2.in ver.& olim.& idem Io.And.in d.cle.1.in sua glo.s̃. alle.Et de religiosis habes dicere in oĩb. prout legitur & not. in d.cle.& nunquid hẽat locum in religioso,qui præest ecclesiæ seculari,ibi vide in gl.5.& super ea.Sed quid si cõsuetudo habeat se in oppositũ? Dixerunt Gof.Ala.& Inno.ꝙ cũ vbiq; hoc de facto non seruetur,stabimus consuetudini.ita not.ipse Gof.in summa,de reb.eccle.non alie.§.in rebus, & eodem titu.cap.nulli,& ibi etiam Ala.& Innocen.sed Hostien.ibi, & in summa,eod.tit.§.3.vers.in rebus.contradicens, quod clare probatur per c.1. de consue.& per c.1.de rebus eccle.nõ alie. in 6.dicit enim huiusmodi consuetudines posse esse ecclesijs onerosas.Idem Archidia.in d.cap.abbatibus, & cap.in venditione.Ioan. And.dicebat in d.cap.nulli.dictum Hostiensis verum esse in solemnitate capituli nostri, sine exceptione, dictum aliorum in solemnitate legali,scilicet auctent.hoc ius
73 porrectum. † fatetur ibi tamen, quòd consuetudo posset aggrauare formam alienationis, secundum ea quæ ibi scripsit, de consanguinitate & affinitate.cap.quod super, & de clerico coniugato: cap.Ioan.in 3.quæst.Ioan.de Lignano ibi idẽ tenebat punctaliter. ¶Nec dicit ipse,Innocẽtius tenet aliud, cum dixerit consuetudinem sufficere, dummodo aliàs non sit grauis ecclesiæ:sed hæc foret grauis,igitur & ista tenenda.
74 ¶Quero 17. † an vbi superioris ministerium exposcitur, requiratur auctoritas,an consensus siue collaudatio, an licentia vel decretum.De decreto indubitatum est, quod in alienatione ecclesiæ non requiritur, vt supra per Innocentium & alios ibi dixi.Sed de alijs videamus: quod quidẽ scire vtile est propter ea,quæ infra tangentur in quæst.seq. Et vt melius hoc videre possimus,videamus quid sit auctoritas,& qd consensus,& quid licentia.Glo.in dicto cap.1.de rebus eccle.
75 non alienan.in 6.dicit, quòd auctoritas † est auctorizabilis consensus, qui competit sibi ex publico officio vel legitima administratione,sicut est videre in tutoribus & curatoribus: addit ibi in not.Ioan.And.post Innocentium, & sicut est videre in prælatis & rectoribus vniuersitatum, qui etiam auctorizant, quando cõuentus vel vniuersitas habet agere vel se obligare,ff.de auctori.præstan.l.clarum.ff.de confess.certum.§.in pupillo.& de procura.cap.1.& vlti.& de iudi.causam.Innocentius verò dicit, quòd auctoritatem præstare in tutoribus vel curatoribus est auctoritatem facere in his,in quibus auctoritatem præstat: Capitur tamẽ secundum eundem Ioan. Andr. post Innocentium auctoritas quandoque pro decreto,vel econtra,vt l.1.C.de prædi.mino.& quando
76 decre.opus non est.l.1. † Consensus autem siue collaudatio secundum dictam glos.est voluntas multorum, ad quos res pertinet,simul iuncta: & vt dicit Innoc.& Io.And.post eum in d.c.1.in sexto.Inter consensum & auctoritatem est differẽtia,quia † consensus est etiam minorum,auctoritas vero maiorum tantum erit. In eo autem concordant, quia tam ille q̃ illa sine scriptis prestatur,nisi contrariũ reperitur expressum.
78 Item plus † est auctoritas,quàm consensus. Hinc est, ꝙ episcopi consensus in alienationibus & contractibus obligationis,in quibus dicuntur Episcopi auctoritatem præstare,idest cõsensum,est necessarius,sed aliorum canonicorum nõ, licet necessarium sit requiri secundum Innoc.vbi supra.Quod in-
79 tellige de præsentibus, iuxta supra not. in 6.q. Licentia † est permissio actus aliàs illiciti,siue cum est licitum facere, quod alias erat illicitum: probatur hæc descriptio 19.q.3. mandamus.cum §.& c.seq.de regula.licet.de elect.si religiosus,in 6, & eodem libro,de excess.præla.c.vno.& de testa.c.religiosus. & eod.titu.clemen.1.& de priuileg.c.1. & in clem. quamuis. §.volumus.de foro competen.cum similibus. Et vide quod habes in dicto cap.cum singula.in glo.vt si transeat. in sexto. De hac tamen nihil hic dicunt Doct.tamen per ea quæ infra dicam post Archidiaconum, videtur in proposito nostro licentia idem esse, quod auctoritas vel consensus superioris. Ad quod bene facit text. in dicto cap. cum singula. & melius ad propositum,de his quæ fiũt à prælato. cap.pastoralis.in fi. & de fideiu.s.c.ꝙ quibusdam. & de rebus eccle.non alienan.c. hoc consultissimo.in prin.in 6.& in cap.si qua de rebus. infra 12.quæst.2.ibi, absq; permissu &c.& infra 17.q.4.in vẽditio. ibi,vt quicquid sine licentia &c.Sepe enim textus permissiones,siue concessiones, siue dispensationes, siue relaxationes prohibitorum vocãt licentiam,aliqñ auctoritatem: de primo patet in iuribus s̃.alleg.& de renunc.in c.post translationem. & c.quidam.de tempo.ord.c.quod translationem. de regu.c. non est.de relig.dom. c.vno.§.confirmationes. in 6.& eo.lib. ne cleri.vel mona.c.vt periculosa.cum similibus. De secundo patet in c.ex tua.de fil.presby.& in d.cap.cum singula.in primo respon.& in clemen.1.in primo respon. de reg. cum sim. ¶Modo his sic præmissis, veniens ad quæsitum dico, ꝙ per glos.super ver.tractatus.de qua supra facta est mentio in d.c. 1.in sexto.in sui fine videtur expresse velle,quòd requiratur auctoritas, & idem glo.si igitur. eiusdem cap. per quæ patet idem sentire Host.& idem ibi Ioã. And. in not.super ver.capituli siti,posito in d.glo.idem ibi Inno.cuius verba ponit Io.

Andr.

Andr. super dicta glo. & vide etiã quod not. glo. super verbo,mensæ,& super ver.capitu.in clementi.si vna. eod.tit. Idẽ Fede.de Senis in opere suo in consilio 138.in principio, & in ver.sed si interuenisset.& in vers. Item cõcessio.& in capitulo præcedenti.Ad idem textus in dicto capitulo, hoc consultis-
80 simo.§. ex contractibus. ibi, Huius † consensu & licentia interuenientibus: per quæ patet diuersificari licentiam à consensu:& sic cum s̃.dixerim licentiam idem esse ꝙ auctoritatẽ vel consensum superioris, si non est consensus, vt patet per prædicta,erit auctoritas.Ad idem de transa.cap.de cętero. & c.veniens:sed tex.in aucten. hoc ius porrectum. sentit de cõsensu ibi,& accedente consensu ordinationis &c. ¶ Ad idem tex.c.cum Apostolica. supra allega.& de transac.c.statuimus. & 17.q.4.§.etiam.& de rebus eccle.nõ alienan.c.1.in cle. ibi, prælati proprij assensu:& quod ibi legitur in gl.innuit. ¶Pro & contra tamen facit ibi glo.seq.similiter etiam glo. 1. in d.§. etiam. Ioan.And.in cap.1.de rebus eccle. in 6. super dicta gl. secundum ꝙ.ad fi.in ver.plus placet.Dixit plus placere Inno. & Hostien.quod dixit finis illius gl.scilicet, quòd non sit necessarium decretum,sed causę cognitio,auctoritas episcopalis,& consensus cleri.Et subdit,licet enim legis decreta interpretari & interponi præcipiant in rebus minorum, de rebus ecclesiarum id non dicunt, sed volunt interuenire cõsensum ordinariorum,10.q.2.hoc ius porrectum.Archidia. ꝙ hic dicit de licentia in d.c.abbatibus:videtur post Lau. idem sentire super gloss.1.& plus, quia videtur non facere differentiam in hoc inter auctoritatem & consensum vel licentiã:vbi enim dixit glos. ꝙ inconsulto episcopo &c. addit Archidia. exponendo,idest de licentia & auctoritate illius episcopi, &c.in c. placuit. supra eodem.& in c.nostro, referens aliorum verba: aliquando dixit de auctoritate, aliquando de consensu. Pau. in c.1.eod.tit.in cle.sentit de consensu. Idem Innocen. vbi s̃. & in c.1.de his quæ fiunt a prela.in fi.sed eod.tit.c.cum Apostolica.super ver.ecclesiæ,tenet de auctoritate:& allegat c. cũ in venditione:& sic patet,ꝙ ipse exponit verbum,licentia ibi positum,idest auctoritate,quod facit ad supradicta: sed in ca. 2.de transact.videtur sentire in princip.ꝙ requiratur consensus, sed in fi. quod auctoritas. ¶ Ioan. And.in q.posita super regula, qui tacet.de reg.iur.in 6.modo dicit de licentia, modo de auctoritate,modo de cõsensu simpliciter,modo de cõsensu auctorizabili. ¶Quid stamus in verbis? tu vides,ꝙ tex. & doc.modo vocant illud ministeriũ & cõsensum, modo auctoritatẽ,modo licentiam, & permissiuè capiũt vnum pro altero.Et ideo dicit Inno. in d.c.1.in 6.ꝙ episcopi dicũtur prestare auctoritatem alienationibus, subdit incontinenti, idest consensum.Ex quibus verbis cum alijs,quæ postea subdit, & his quæ ponit ibi,finis dictę glo.ordinariæ,& alijs, quæ supra dixi post Inno.& Host.& Ioan.And. concludendo, & quæ in fi.3.q.super regula,qui tacet.& in secundo ar.ad contrarinm, dico ꝙ requiritur de iure auctoritas,idest consensus auctorizabilis.Vbicunque igitur tex.dicunt de consensu,intelligo ad differentiam clericorum ecclesiæ, qui etiam habet interuenire,scilicet auctorizabili, qui aliquando vocatur auctoritas, aliquando licentia, aliquando consensus, vt s̃.patuit ex iam dictis:& bene facit quod dixit glo.super ver.ꝙ si,in dict.cle.si vna.vbi dixit reprobari per illum tex.quod not. Inno. in c.vt nostrum.vt ecclesia.bene.si.dimi. vbi tenebat, quòd auctoritate capituli sui episcopus poterat ecclesiam in suos vsus cõuertere: & sic vides,qd̃ consensum capituli vocat auctoritatem:ideo Guil.in Spe.loco infrascripto dicebat in forma sic: Idcirco licentia & auctoritate obtẽta à venerabili patre episcopo tali de infrascripta alienatione & venditione facienda pro emptore &c.Consuetudo est etiam,quòd interueniat ex interuallo talis auctoritas, & communiter consueuit præcedere,& sic approbauit,ꝙ nõ sit proprie auctoritas sed improprie,quia si proprie, deberet interuenire in ipso actu, vt ex j̃. dicendis apparebit: Et sic sonat etiam opinio Hostien.j̃.posita, & sic potius dicenda est licentia, vt dicebat Archi.quæ semper habet præcedere, vt etiam clare probatur in clemen. vna,in §.volumus.& quod ibi not.Pau.super ver.ante oĩa,de foro competenti.Sed ideo vocatur auctoritas,quia est licẽtia siue consensus superioris ad differentiam consensus clericorum,& bene faciunt tex.quos alleg. ipse Archidia.s.c. abbatibus,c.placuit.s̃.ead.q.& j̃.17.q.3.in venditione.sed glo.super ver.ecclesiam,in cle.si vna, eo.tit.in sui fi. videtur pur sentire de vera auctoritate, & hoc per §.quem allegat,sed ibi & alibi aliter sentit, & quicquid sit, consuetudo habet vt prædixi vt plurimum: & sic quandoque aliud obseruetur: vide quod j̃.
81 tangã in fin.seq.immediate quæstionis.¶Quæro 18.† quãdo debet interuenire talis auctoritas,siue licentia,siua cõsensus? & Io.And.post eum in d.c.1.in 6. dicebant, quòd auctoritas habet interponi in ipso negocio,vel statim post: sed consensus ante contractum, & post quantum ad hoc vt postea non possit contradicere, sed non quantum ad hoc quòd factum, quod non valet à principio,conualescere possit,de elec.c.auditis.& c.quod sicut.& c.ecclesia vestra.quod procedit in cõtractibus, vbi certa forma requiritur, sicut est in electionibus,de quibus iam dictum est,& in sententijs: sed in alijs cõtractibus,qui pendent ex solo consensu, videtur quòd etiam, si ab initio non teneant,etiam ex postfacto per subsequentes consensus confirmentur,ff.de ser.ru. prædi.l. per fundum. & no.s̃.de offi.deleg.c.prudentiam.per Innoc.& Ioan.And. qui remittebat ad ea quæ no.in c.non firmatur.de regul.iur. in 6. & de consue.c.cum consuetudinis.in glo.dicit Inno. ad quod etiam quod legitur & no.in c.suggestum, de iurepa. & quod no.Io.And.eo.tit.& c.cura. De decreto autem dixerunt,esto ꝙ nihil ad propositum, quod habet interuenire ante alienationem.¶Hostien.dicit, quod auctoritas episcopi & consensus canonicorum potest præcedere contractum alienationis, & etiam sequi, licet secus in auctoritate tutorum, secundum Lapum Abb.in d.c.1.de rebus eccl.non ali.in 6. Sed Arch.ibi dixit,vt etiam refert dictus Lapus,ꝙ credit, ꝙ vbi inferior ab episcopo vult alienare, prius debet licentia episcopi interuenire,all.12.q.2.c.abbatibus.& ca.placuit. & d.c. in vẽditionibus.in prin.aliter potest alienatio facta per episcopum reuocari,vt ibi secundum eundem Lapum, qui dicit se consuluisse vnà cum alijs,per hic not.per Innocen.& Hostien. ꝙ vbi in aliquo contractu requiritur auctoritas superioris, ꝙ sufficit eam interuenire est postfacto. Guil.in Spec.tit.de emp. & vẽ. §.nunc dicendum. ver. cæterum si res in forma: videtur velle,quòd ante debeat interuenire: cuius verba supra posui in fi.præce.q.Bar.in l.si autem.ff. de aqua plu. arcen. dicebat, ꝙ quandoque in actu gerendo requiritur iussus, & tunc debet præcedere, ff.de acquir. hæred.l.si quis mihi bona.§.iussum. & idem de mandato, vt l.si vero non remunerandi. §. si post traditam.ff.man. Quandoque requiritur auctoritas, & illa debet adhiberi in ipso actu incontinenti ante vel post, vt Instit.de auc.tut.§.tutor,cum simili. ¶ Quandoque requiritur consensus siue voluntas: & tunc potest præcedere vel sequi, vt d.l.sed si autem.& C.ad mace.l.fi.& ff.de so.l.ratum.Quãdoque requiritur licentia: & tunc debet præcedere,vt de reg. c.licet.C.de sac.san.eccle.l.prima.de epis.& cleri.aucten.legitima. quandoque requiritur consilium, & debet præcedere, vt ff.de admi.tuto.l. Titium & Meuium.in princ. & quod ibi dixit,& facit quod no.de rebus eccle. non alie.ca.1.in 6.¶ In proposito nostro vtile est consilium ante effectum,idest ante contractum alienationis sine interuallo licentiam siue cõsensum præstari,cùm per hoc auctoritas secundum supra not. & licentia siue consensus debito tempore interuenerit: & siue licentia siue consensus siue auctoritas requiratur,interuenisse dicetur:& omni verbo,scilicet licentiæ,auctoritatis, & cõsensus vtatur in instrumento tabellio,vt fecit saltem de duobus Specul.in forma,vbi supra.post factum tamen staret opinioni quæ habet sufficere consensum siue auctoritatem post ꝯctum interuenire. ¶Ego cõsueui facere porrigi petitionẽ domino Episcopo, & narrari necessitatem &c. & concludi, & inter alia peti in conclusione, vt pronunciet omnia & singula in petitione contenta vera fuisse & esse,& deinde licentiam,consensum,& auctoritatem suam &c.quod quidẽ cautũ est: & si de iure non sit illa pronunciatio necessaria, cùm sit decretum,ꝙ non quæritur,vt supradictum est, sed abundans
82 cautela non nocet, C.de testam.l. testamentum. † Sed quid dicemus? Quæro 19.de licẽtia,quam iam vidi dari in genere per episcopum,vt possit rector siue prelatus alienare hinc ad tres vel quatuor annos, quotiescũque casus occurrerit vtilitatis vel necessitatis bona suæ ecclesiæ? ¶Respondeo, puto indubitanter illam non valere, etiam si aliud habeat consuetudo, cùm sit ecclesijs onerosa: ad hæc supra not.post Host. Archid.Io.And.& Ioa.de ligna.in 26.q.& no.in c. si quis presbyterorum.Lapus de Castellio.in commento c.de xenodochijs.de reli.domi. q. 52.formabat quæstionem, nunquid in
83 alienatione bonorum † immobilium hospitalis requiratur solemnitas iuris, quæ requiritur in alienatione rerum ecclesiarum: & soluit ꝙ Petr.de bellaper.vt refert Paul.in clemen. quia contingit.de reli.domi.dixit, quòd decretum est necessarium in mobilibus,sed non in his quæ seruãdo seruari non

possunt,

possunt,vt in c.grauis,de restitu.spo.alleg.C.de admi. tuto.l. lex quæ tutores.& subdit ipse Lapus modo ad propositum,ꝙ
87 ista faciunt ad id,quod seruat hospitalis sanctæ Mariæ nouæ de Florentia, cuius rector consueuit de triennio in trienniũ impetrare licentiam ab Episcopo Florentino vẽdẽdi & alienandi bona immobilia,quæ obuenire contingerit ipso hospitali,& vigore ipsius licentiæ plurima vendit, quæritur, nunquid fieri possit de iure? ¶Respondit, ꝙ non est dubium, ꝙ dicta licentia non sufficeret in bonis ecclesiarum, vbi requiritur materia,scilicet causa iusta,& forma tractatus inferiorũ, & auctoritas superiorum.Sed talis licentia diffusa vaga & incerta non potest prædicta includere. Sed in hospitalibus putat idem,si loqueremur de dote primeua,quę constituta fuit, & sine qua episcopus pati non debet hospitale de nouo erigere,vt alibi supra dictum est. Sed de bonis obueniẽtibus ex relictis vel oblationibus fidelium secus: ista enim facilius vẽdi possunt,quia causa semper est vniuersalis, perpetua & iusta, scilicet vt distribuantur in vsus pauperum: & ideo dicta licentia generalis potest se legitime ad causam perpetuã referre,& si valet in hoc consuetudo per se,vt supra dictum est, fortius consuetudo cum licentia episcopi, & sic obseruantia dicti hospitalis sanctæ Mariæ nouæ videtur de iure posse sustineri.h.d. ille. Sed videamus an bene? & videtur cum pace sua primò quòd non: nam & si in vsus pauperum habeãt talia bona relicta vel oblata conuerti, tamẽ vtilius videtur esse pro pauperibus habere prędia,& alias res immobiles,ex quibus fructus habeant, quàm illos alienare, & pecuniam habere, quam breuis hora consumit. ad hæc d.cle.quia contingit. in §.vt autem. ibi, Sed eorum gubernatio viris prouidis &c. committatur,qui sciant, velint, & valeant loca ipsa bona eorum, ac iura vtiliter regere, & eorum prouentus & redditus in personarum vsum miserabilium fideliter dispensare, & quos in vsus alios bona prædicta conuertere presumptio verisimilis existat.Ad idem quod dixit ibi in text.in ver. nos in curia,ante dictum §.ibi, Et alienata indebite. coniuncta glo.
84 ibi posita.& quod habes supra ea.ca.2. q. 1. videntes. † Præterea tot sunt pauperes recipiendi, quot ex facultatibus hospitalis regi possunt,vt sic in anno sterili pauciores, in abundanti plures, ita not. Pau.in dicta cle.& dictus Lapus vbi s̃.in
85 q.76.† Et qui dicantur prouentus,vide per Inno. & Io.And. & Ioan.de Ligna.in c.pastoralis, de dona. ¶Ad hoc, sicut tu dicis,quòd bona dotalia hospitalis ideo nõ possunt alienari, quia de illis habent hospitalarius & alij ministri pauperibus seruientes alia mutari,alia autem in vsus pauperum erogari, sic in alijs ecclesijs, cùm tãtum sufficientiam ad vitam prelati & ministrorum ecclesiæ sibi retinere debeant, alia autem in vsus pauperũ erogare, vt 10.q.2.casellas. & 12.q.2. Apostolicos & c.aurum.16.q.1.quoniã quicquid 12.q.1.episcopi de rebus.cum si.& no.Inno.de ca.poss.& pro.c.cum super. & Archidia.in c.statutum,de rescrip.in 6.& post eum Ioã. And. in c.præsenti.de offi.ordi.super glo. per iconomum. vbi vide cum suis remissionibus,& etiam vide in regula, nemo potest. de reg.iur.in 6.in mercurialibus.& in c.pastoralis. de his quæ fiunt a præla.super ver.stipendia ministrorum, per Inn.& ar. 12.q.2.alienatione, super glo.fi.& Ioan.And. in c.2.eo.tit.in 6.super gloss.solet. immo vt ibi non solum habent gubernationem, sed sunt pauperũ Iesu Christi omnia ecclesijs oblata quo ad proprietatem & vsum vltra illis necessaria, & dispositionem, concluditur idem debere dici in hospitalibus, quod in ecclesijs. ¶ Facit ad primũ dictum quod dixit Hosti. & referebat Ioan. de Lign.in c.ea noscitur, de his quæ fiunt a præla. ꝙ ideo requiritur consensus clericorum ecclesiæ in alienatione,quia maius est periculum in perpetua alienatione,vt pauperibus alimenta non desint diminuta,C.de sacrosan.eccle.l.generali.& l.iubemus. & ideo disposuit lex tãtam solemnitatem: & ita not.in c.nouit.de his quæ fiunt à præla. sine consen.ca.Fateor tamen, quòd posset esse tanta necessitas vel vtilitas pauperum in alienando,quod vtilius esset eis alienare quàm fructus expectare, sicut etiam conceditur in bonis ecclesiæ, vt in c.hoc ius porrectum. & d.c.Apostolicos. & c.aurum. cum simi. Sed hanc vtilitatem habet considerare superior,qua cognita,licentiam dabit:& hanc puto tutiorem
86 partem.† Nec habet obstare consuetudo, vt supra dixi, cum possit esse ecclesijs onerosa.¶Possent tamen prædicta procedere in hospitali, quòd ex statuto siue pacto in fundatione appposito vel ordinatione Apostolica nil posset proprij possidere,sed haberet omnia venũdare, sicut esse dicitur de dicto hospitali sanctæ Mariæ nouæ,quod quidem statutum vel pactũ de iure interuenire vtiq; potest, vt ipse Lapus not.in d.c.
87 de Xenodochijs. q.63. sicut † dicimus de mendicãtibus, qui bona immobilia capere possunt,vt vendant, & de illis viuãt, iuxta no. de ꝓba.c.i pitia.& de relig.domi. c.1.in gl. veterẽ. & super ea in 6. Sed his vr ẽt obstare,qa & si alienandi subsit hoc casu necessitas,& sic sit semper dare cãm alienationis, tñ
88 non subest † causa alienandi ꝙ decẽ,si valet duodecim,& tãtũdẽ posset ab alio haberi. Pone, res valet 12. & tm̃ haberet, sed habeo amicum vel consanguineum, qui nõ vult dare nisi decem: ego hospitalarius dabo amico potius pro decẽ quã alteri pro duodecim, & sic in damnum diuinę domus, quod non eueniet,si episcopalis licentia interueniat figulariter discussione hac facta: ad hoc quod s̃. scripsi post Fed. & alios in 10.q. Nisi velles dicere, quòd de vtilitatis vel necessitatis subsistentia rei alienandæ de iure sit cognoscendum: & an magis talis res quàm talis sit alienanda, non tamen an magis Titio quàm Sempronio: & an magis pro decem quàm pro 12.cum sit præsumendum, quòd non velit res illas iactare, de præsump.c. quia verisimile. de renun.c. super hoc.cũ simi. Nec insuper sit præsumendum,episcopum talem licentiã cõcessisse,nisi de ipsius persona confidere præsumatur. ergo in tantum in aduersarium transferatur onus probandi contrarium, ff.de rebus eorum.l.1. in fi.primi respon.& l. magis. §. maneat.& quod no.Spe.in s̃.all.ver.& breuiter scias. ¶ Posset forte etiam dici, quòd non solum vbi ex statuto vel pacto in fundatione appposito essent distrahenda bona hospitalis & pauperibus eroganda,prædicta generalis licentia sufficeret propter subsistentiam perpetuam causæ alienationis, sed etiam vbicunque euidenter & notorie constaret vtilius fore vendere bona oblata seu relicta,& exinde eleemosinã & sustentationem pauperum euidenter fieri, sicut potest contingere,& ab experto videmus in dicto hospitali sanctæ Marię nouæ. Constat siquidem ex infirmorum multitudine tam marium q̃ fœminarũ innumerabili,quæ ibidem sustentantur in omnibus in tãtum fidelium deuotionem hactenus excrescere, quòd exinde omnes ibi eleemosinã vt plurimum tam in vita quàm in mortis articulo faciunt, quæ quidem ex fructibus relictorum in tãta multitudine nequaquam fieri possint,quinimo nec ex centum partibus vna: & tamen ex ipsis relictis vel oblatis hucusque semper fieri Deo volente à longis retro temporibus visum est:& sic potest etiam consuetudo diutius obseruata in dicto hospitali aliter defensari. Sed quia supra dixi,quòd decretum requiritur in alienatione bonorum hospitalis,videamus, an ante.Io. de Lign. in c.si quis presbyterorum.dicit Paulũ in d.cle. dixisse quod sic. Et subdit, quòd si tu ponderas verba illius cle. illa bona sortiuntur naturam bonorum ecclesiarum: decretum tamen interuenit, quia etiam æquiparantur bonis pupillaribus: habẽt enim facere inuẽtariũ: & ideo concludit ꝙ interuenire debet decretum: & dicit ibi plus, quòd non sufficit interuenire post cõtractum,immo est necesse, vt ante vel in liminibus cõtractus
89 interueniat, si volumus contractum esse validum. ¶ † Sed quæro XX. debet ne in vendendis rebus legatis ad erogandum pauperibus vel pijs vsibus, seruari forma nostri canonis. ¶So. secundum eundem ibi dicentem ꝙ non, quia non sunt bona ecclesiastica, C.de episco.& cleri.l.si quis ad declinãdam.quamuis sint subiecta oneribus, sicut dicimus de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum quis promouetur,
90 de preben.c.tuis.Item quæro XXI. † quid si capitulũ alienat auctoritate episcopi?Dic quod non valet, de quo satis in c.si qua. supra eo.& ibi vide Federi. in consilio 275. Quid autem sede vacante?vide in d.c.si qua.& in c.1.ne se.va. & per Ioan.
91 And.ibi in additionibus Spe.eo.ti.¶Modo † quæro 22.quid si res venalis est in diœcesi alterius episcopi,q̃s tunc interponet auctoritatem,seu dabit licẽtiam? Glo.10.q.2.c.1.§.qd̃ si. tenet,ꝙ episcopus loci, vbi sita est res: allegat de foro compet.c.sane.& l.si prædium.C.de prædi.mino. Idem tenet glo. 1.in c. in venditionibus. 17.q.4. & idem Lau.& Ioan.de Fan. secundum Archi.vtrobique. ¶ Dicit tamen in d.c.in venditionibus,super d.gl.ꝙ videtur, ꝙ sufficiat solus cõsensus episcopi,in cuius diœcesi sita est ecclesia, cuius res est alienãda, ar.ff.de rebus eorum.l. magis.§.illud.& ita not.Inno.& Host. de priuil.c.pastoralis.Subdit,ꝙ alij dicunt vtriusque episcopi licentiam esse necessariam,all.in ar.ff.de excu.tuto.l.iurisperitos.§. cum oriundos. ¶ Paul.in cle.1.eo.titu. examinat istũ passum,& tenet idem ꝙ Inno. & esto qd̃ tutius sit vtranq; interuenire, non autem video, dicit ipse, quid interfit prælati rei, cùm non requiratur cõsensus respectu rei & eius intuitu, sed ecclesiæ,cuius status pertinet ad curam episcopi, in cuius diœcesi est sita,10.q.1.c.regenda. cum dote sua & rebus suis, ea.q.decretum.cum similibus.& ibi respondit ad l. si prædiũ. ibi vide, & quod ibi not.Cy.in d.l.Iacob.de Are. dicit, quòd vnusquisque poterit auctorizare.Ioã.And.in c. pastoralis.refert verba prædictorum, sed nil eligit. Ioan.de Ligna.firmat opinionem Inn.qui hoc prolixè & peroptimè prosequitur in d.c.pastoralis. & vide omnino quod ibi, & etiam quod post
92 Paulum scripsit in dicta clement. ¶ † Quæro 23.requiritur consensus siue auctoritas superioris,vt in dicto capitu.abbatibus. & c.placuit. & in cap.venditio. cum simili. Sed quis hoc casu dicetur superior.¶ Istum passum examinat Inno. de trãsac.c.2.Archidia.supra c.proximo.Ioan.And. in sua glo.ordi. super ver. proprij.in clemen. 1.eod.titu.& in effectu tenet in non exemptis debere intelligi de episcopo,in exemptis autẽ de Papa. ¶ Possunt etiam intelligi abbates habentes ecclesias sibi pleno iure subditas.Pau.in d.clemen.intellexit de prælato immediato,etiã si non sit diœcesanus. Sed Guil.& Zen.ibi sequuntur glo.¶ Dicebat ibi Ioan.de Fan. quòd quantum ad euadendam pęnam illius cle. forte Pau. bene dixit: Ioan. de Lign.in d.c.presbyterorum. recitat dictam opinionem Inno. quam sequitur Hostien.in d.c.2.& illam firmat,licẽt fateatur alios dixisse contrarium: & vide quod not.Ioan.Andr.in c. quorundam. de elec. in 6.super ver.generalium.& Inno. eo. li.& tit.ca.si religiosius.super ver.valeat.& Lapus Abb. idem
93 ibi tenet,& Pau.in clemen.vl.eod.tit. ¶ † Sed quæro 24. pone, opponitur, quòd non fuit præsens maior pars seu duæ partes canonicorum,quis probabit? Guil.in Spe.de sindico, ver.sed si ante litem.firmabat quæstionem in instrumẽto sindicatus,contra quod opponitur,quòd non fuerunt duę partes vel maior pars,& aduersarius, scilicet producens dicit, ꝙ non fuerunt plures in vniuersitate. ¶Et primo arguit, ꝙ excipiens, tum quia omnia præsumuntur solemniter acta, tum qa in sua negatione est implicatio affirmatiua, ff.de ver. sign. l.sciendum. de renun.c. super hoc.ff.de proba.l. in excussione.& eodem ti.c.tertio loco.& de præsum.c.illud. Et hoc nisi sit præsumptio contra constituentes,quia consueuerunt esse plures,ar.de sindi.c.vno.Refert,ꝙ alij cõtra,& quod qui ostẽdit sindicatum, debet probare solemnitatem affuisse, ff. de publi.l.quæcunque.in fin. Nec obstat, quod alter excipit negando,C.de non nu.pecu.l.sed si excussione.¶ Concludit finaliter, ꝙ iudex bene faciet, si vtrunque ad probandum admittat,& ex officio veritatem inquirat, 30.q.vlti. indicante, de offic.delega.c.super quæstionum. §. intentionis.ut pareat
94 laboribus partium & expensis. † Fede.de Se.in opere suo cõsilo.143.ponit dicta cuiusdam scholaris sibi respondentis expresse tenentis, quòd opponenti incumbit onus probandi. Sed ipse idem Fede. formabat istam quæstionem in opere suo cons.278.& non videtur clarificare,nisi quòd bene dicit,
dici tꝑalis,eò quia præfixum habet tempus,licet incertum,&
per respectum ad primum modum,quo capitur perpetuum,
dicitur tꝑalis,quia vnum est sine temporis prẽfinitione inceri-
ta, aliud cum illa temporis præfinitione: & secundum hunc
respectum glo.dicti c.possessiones.& similes vocant conces-
sionem ad vitam temporalem. sed licet quo ad dictum re-
spectum seu quo ad differentiam perpetui ſm primum mo-
dum concesio ad vitam sit, & dicatur temporalis, tñ quo ad
solemnia iuris, vt dixit Io.de Ligna.in d.c.si quis presbytero-
rum.censenda est perpetua, & perpetua est. Ad hoc d.glo.in
§.perpetua.Et cũ subdit deinde glo.quærendo, nunquid epi-
scopus sine canonicis posit temporalem donationẽ facere :
clare demõstrat,q̃ illud,qd dixit supra de perpetua,intellexit
qm̃ cum canonicis illud faciebat,vel in casu illo speciali : aliàs
fatuus fuisset glosator modo formare istam qõnem, quia si in
ꝑpetua determinasset q̃ sic,q̃s dubitasset in tꝑali ? certe nul-
lus.Intelligo tñ gl.in hoc ver.sanè,vt s̃.dixi,cũ dixi sine cano-
nicis,hoc est sine expresso cõsensu canonicorũ, & sine tracta-
tu,vt in simili intellexit gl.super ver.ꝑpetuis.in c.1.de reb.ec-
cle.in vi.& Io.And.in no.in prin.licet Archidiaconus aliter
intellexerit,vt scripsit ibidem,& supra dixi.Sed etiam intelli-
gendo vt ipse vult,non obstant no.vt supra scripsi:& per hoc
sit etiam responsum ad quartũ, septimum & octauum argu-
mentũ,& si.c.illud.16.q.6.intelligeretur,vt ibi dicebant Hug.
& Io.Fan.tunc clarum : & facit ad supradicta, quod vide per
Archidiac.ibi super glo.penulti.¶ Ad illud autem, quod di-
citur per not.in cap.quamuis.de deci.responsum sit per su-
pradicta : nam licet non posit sine solennitate fieri conces-
sio seu locatio decimarum perpetuò, sed bene ad vitam, ta-
men non sequitur, ergo alienatio ad vitam non est perpe-
tua : quia fateor, quòd non est perpetua secundum illum
modum, quo capitur perpetuum,cum dicitur quòd non po-
test perpetuo locari,vt in dicta glo.& cap.vestra.de loca.in fi.
coniuncta sua glo.hoc est sine temporis præfinitione : sufficit
enim mihi quòd sit perpetua,sed secundum modum vt supra
dixi : & sic intelligatur ẽt quod dixit glo.in cap.ex multiplici,
& alijs supra alle.Et cùm subdit vlterius, q̃ non est perpetuũ
simpliciter &c.fateor,sed satis est,qd sit quo ad solẽnia regu-
lariter perpetuũ.Et cũ subditur,q̃ ſm hoc non erit differen-
tia inter concessionẽ, quæ fit ecclesiæ, & illam quæ fit perso-
næ,negatur,vt patet ꝑ supradicta. ¶ Ad illud vero cũ dicit,
q̃ concessio ad vitam potest fieri sine solemnitate: responde

per ea q̃ dicta ſunt in quinto argumento pro iſta parte negatiua:eſt enim dare caſus,in quibus conceſſio ad vitam poteſt fieri ſine ſolemnitate, ex eo ꝙ fit perpetua : ſimiliter eſt dare caſus,in quibus non,de quibus eſt noſter,vt de ſe patet,& videri poteſt in dictis poſt Paul.in dicto quinto argumento , & in no.in gl.dicti cap.quamuis.& cap.veſtra , de loca.& in d.c. fin.16.quæſt.1.coniunctis ibi glo.3.& 4.ſupra alleg.& glo.1. dicti cap.1.ea.cauſa & quæſt.7.cum ſimilibus. ¶ Ad illud autem quod vlterius allegabatur notaſſe Archidia.ſatis per ſupradicta reſponſum eſt , & ſimiliter ad illud quod not.Ioan. And.ſuper ver.promiſiſſet, in c.veniens.infra de teſti. Quod autem dixit Hoſtien.in ſumma, de his quæ fiunt a præla.§.fi. ſimiliter eſt dicendum, quòd debet intelligi ſecundùm dicta poſt Paul.in dicto quinto arg.aliàs autem non poſſet de iure ſubſiſtere: nec cap.tua , quod alleg. a contrario ſenſu probaret ſuam intentionem.¶Ad aliud,quod dicitur,ꝙ cauſa eſt legitima:fateor,& cum dicitur ꝙ obligat ſucceſſorem, maximè ſi eſt facta promiſſio:fateor , ſed ad aliter remunerãdum, quàm per viam alienationis in proprietatem vel vſumfructum:non enim ita de facili ad hoc deueniendum eſt , 10.q. 2.hoc ius porrectum.& in d.c.ſine exceptione, vel ſi ad alie-
21 nandum obligatur,non tamen ſine ſolemnitate. † Conſtat.n, ꝙ ſi mutuaui eccleſiæ mille, quæ conſtat verſa in vtilitatẽ eccleſiæ,tam mutuo accipiens,quàm ſucceſſor mihi eſt obligatus,& tamen non poteſt mihi prædicta dare in recompenſationem,vel alteri vendere,vt mihi ſatisfiat de meis mille ſine ſolemnitate.Item quid pluraʒ etiam præſuppoſito ꝙ ſit temporalis,nil ad rumbum in alienatione rei monaſterij facta ad vitam,vel aliud certum tempus non modicũ per religioſum, vt eſt caſus expreſſus d.clemen.1.& fin.igitur forte prædicta procedant in alienatione rei eccleſiæ ſecularis,non tamen in alienatione rei eccleſiæ regularis , vt expreſsè no. Paul. & Mathe.& Io.de Lignano in d.clemen.& dixi ſupra in 5.& 6. arg.partis negatiuæ, & ſupra in repetitione d.c.in 4.q.in medio & in fi.necnon etiã & in q.18.& per ꝑdicta ſublata ſunt 4.& 6.8.9. & decimum argm : licet ẽt poſſint forte aliter tolli,vt ſtatim collationis cã per ordinẽ demõſtrabo. ¶Sed tollamus primo ſ'm : & licet fatear maiorem , tñ dico minorem non fore indiſtincte verã , immo dico,ꝙ licet ſit vera in eꝑo, qui hẽt epiſcopalem iuriſdictionem,non tñ in alio ꝑlato , ſicut eſt noſter,q̃ habet iuriſdictionem eꝑalem vel quaſi : non
22 † enim valet iſta conſequentia , hic prior habet iuriſdictionẽ epiſcopalẽ vel quaſi,ergo omnia poteſt quæ poteſt eꝑs:aliàs ſequeretur,ꝙ poſſet etiã q̃ ſunt conſecrationis: qd̃ tamen eſt falſum. & ſi diceres,fateor ꝙ hæc non põt,quia horum.ſ.quę ſunt conſecrationis non eſt capax , & ideo non veniunt ſub generalibus verbis : ſed noſter caſus non eſt de talibus , qm̃ alienationis q̃libet eſt capax. Rñdeo, ꝙ omnia, quorũ capax eſt, veniunt ſub talib.verbis generalib. in priuilegio inſertis, per q̃ iuriſdictio eꝑalis ſiue quaſi ſibi attribuitur: nã non illa, q̃ veriſimiliter non fuiſſet in ſpecie cõceſſurus,de offi.iu.c.cũ in gñali,in 6.cum ſi.ſed hoc eſt huiuſmodi,qd̃ patet,qm̃ conſiderato ꝙ poſſet eſſe oneroſa monaſterio ſuo ipſa cõceſſio', non eſt præſumendũ ꝙ ꝯcederet,vel ꝙ talis fuerit eius inten-
23 tio. † Itẽ ex mandato gñali non intelligitur ꝯceſſa alienandi poteſtas,immo ſpãle requirit.¶Itẽ video , ꝙ licet ſint ſubditi ſibi ꝑut ſubiecti & exempti,tñ non põt venire,& in hoc non cenſetur hr̃e iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalẽ,vt no.in gl.ſuper verſi.eꝑm,in clem.ſi vna, de rebus eccleſ.non alienan.& de ſta.mona.clemen.ne in agro, in §.ad hæc , in ver.ordinarios.
24 † Præterea eꝑos poſſe alienare ſine ſuperioris conſenſu , eſt ſpeciale priuilegium eꝑorũ in corpore iuris clauſum : ad hoc d.c.ſine exceptione, & qd̃ no.10.q.2.in d.ver.qd̃ ſi.& ibi per Arch.& ſupra dixi in ſecunda opp.ad 5.no.in d.repetitione c.ſine excep.non ergo eorum perſonas egrediantur, niſi vbi aliud apparet fuiſſe de mente priuilegiantis , qd̃ nedum appareat,ſed immo tñ oppoſitum, vt diſcurrendo exceptionũ priuilegia huiuſmodi talibus per ſedẽ apoſtolicã impartita , per q̃ de talium iuriſdictione apparet euidẽter,& aperte colligi põt:non.n.quo ad alienationẽ de rebus ꝑpriæ menſę per tales ꝑlatos priores vel abbates fiendã, vel alia quæuis ꝑ eos exercẽda in facto ꝑprio immediato hoc eſſe ſuæ principalis eccleſiæ huiuſmodi priui.de ſtilo curiæ impartiri conſueuerunt,nec aliqua in talib.eis iuriſdictio impartitur,ſed ad ea & in his ſolum , q̃ ipſorum ſubiectos & ſubiectorum res inſpiciunt & cõcernunt. In his.n.eis ꝯſtat quaſi eꝑalem attributã iuriſdictionẽ , nec aliud ſenſit Inn.& ſequaces in loco allegato ꝑ dictã gl.nec tñ in omnib.etiam vt ſ.dixi.Fateor bñ , ꝙ ſi ex priuilegio aliquo appareret eos hoc poſſe, ſcien.foret.17, di.in memoriã. & bene faciunt ad prædicta verba & mens c, abbates,de pri.in 6.Præterea qd ſtamus in verbis ſtiã aliud nõ præſupponit in themate noſtro , immo ibi expreſsè dr̃,ꝙ habeat iuriſdictionẽ in mẽbris ſibi ſuppoſitis , de alijs non dicit quicq̃: nõ ergo extendamus alas huius iuriſdictionis vltra q̃ patiant̃ verba thematis.¶De tertio nil dico, q̃a veniet expli candũ in ſecũdo paſſu principali. ¶Ad quintũ rñdetur , ꝙ licet noĩe diœceſis cõprẽhendat̃ hic noſter prior quo ad iuriſdictionalia exercenda in ſibi ſuppoſitos, & in mẽbris & locis ſuis,nõ tñ ad id,de quo q̃rimus , iuxta ſupradicta in rñſione, ad ſ'm eſt ſic etiam neganda minor. Non habet obſtare ad id de quo dicebatur in 6.arg.qm̃ illud c.qcunque ſuffragio:non tangit cauſam nr̃um,& per ſupradicta patet ad illud rñſio clara. ¶Ad alia ſatis ſupra reſpõſum eſt. Poſſet tñ , qui vellet ad nonum etiã forte colorate rñdere , ꝙ aliud eſt in contractu alienationis vel locationis,q̃ in ꝛ̃ctu nr̃o , q̃ quidẽ ꝛ̃ctus noſter eſt gratuitus:ſed qd̃ ſupra dixi eſt melius,& vide qd̃ ſcripſi ſ̃.poſt Paulum in d.c.ſine exceptione.28.q.2.& ſ̃.in 5.argum.partis negatiuę.¶Scripſi multũ,putans ſcribere parum, vt me & alios declararẽ,& maximè vt videat̃,an ſint vera ſcripta per dn̄m Federicũ conſi.219.ſed reſtaurabo in ſeq.in q̃bus nõ ſic habenas laxabo. ¶ Circa ſ'm igit̃ paſſum arguens primo ad affirmatiũ adduco primo ꝑ hac parte qd̃ ſcripſerunt Inn.& Gof.in c.nulli, de reb.eccl.non alie. & ipſe idem Gof.in ſum.eo.tit.§.in reb.¶Secundo adduco glo.q̃ hoc expreſsè dicit,& hęc eſt gl.poſita ſuper Rub. C.q̃ ſit longa con-
25 ſuetudo. † Tertio de cõſuetudine põt induci ꝑſcriptio, ꝙ inferiores epiſcopis in vnionib.eccleſiarũ , & ſic in donatione, q̃ eſt alienationis ſpecies,vt d.c.nulli,poſſint auctoritatẽ preſtare:ergo,vt in ꝓpoſito, idẽ poterit introduci. Antecedens cũ gl.ordinaria ĩ cle.ne in agro.§.ad hoc, ſuꝑ ver.ordinarios,
26 de ſta.monacho. Cõſequentia no.argumento † ſumpto a ſimili vel maiori,quorũ vtrũq; validiſſimũ,de ꝯſti.c.transiturus, de elec.c.cũ ĩ cũctis. In ꝛ̃riũ adduco,primò.c.cũ cãm.de ſen. & re iu.vbi vr̃ eſſe caſus.¶Itẽ 2.no.per Hoſt.in d.c.nulli:& in
• ſum.eo.ti.§.3.ver.in reb.& per Arch.in c.abbatib.& in c.vẽditionib.ſ̃.alle.& in c.2.de reb.eccl.in 6.& per Io.An.& Ioã.
27 de Lig.in d.c.nulli.& in d.c.1.in 6.† Tertio in alienatione rei immobilis quantũcunq; modicę ſeruanda eſt ſolẽnitas c.ſine exceptione:cùm alienat inferior ab eꝑo, nec valet ꝯſuetudo ꝛ̃ria:ſed ĩ caſu nr̃o eſt alienatio rei immobilis , ergo &c.Maior ꝑbatur ꝑ no.in c.ceterum.de don.ꝑ Io.An.& Io.de Lig. Minor autẽ ꝑ ea q̃ not.tibi,ſ̃.in repetione c.ſine exceptione, in q.26.vbi de hoc plene ſcripſi, canoniſtarũ & legiſtarũ ver-
28 ba referẽdo. † Quarto nullo tꝑis ſpacio põt introduci ꝑſcriptio,qd̃ ꝑlat⁹ ſine ſui capituli ꝯſenſu poſſit alienare:ergo nec ꝙ ſine ſuperioris auctoritate. Antecedẽs eſt Io. An.in c.paſt. de don.& ipſius,& Pau.ĩ cle.ſi vna.ꝑal.ſu.ꝑ ver.ꝯſentiente.& ſcripſi ſ̃.in 53.q.† Cõſequẽtia no. q̃a nõ minoris efficacię eſt ſu ꝑioris ꝯſẽſus,q̃ capt̃i,immo lõge maioris, qm̃ vt inq̃t Fed. in o.ꝑe ſuo ꝯſ.138.tũc oĩa ꝑſumunt̃ facta legitĩe, cũ ipſa ſuperioris auctoritas ĩteruenit:& ad idẽ qd̃ no.de re.ꝑm.c.q̃ſitũ. & e.ti.c.vno.in 6.ĩ no.ad fi.& qd̃ ſcripſit Cõpo.de reſc.c.caꝑm.ĩ 7.col.& Arch.de of.or.c.ordinariũ,ĩ 6.& Io.An.ibidẽ,
30 & in rñ'a,vbi ẽt ꝑ Arch.cũ ſi.ĩfinitis. † Circa hũc paſsũ cõis ĩt opi.ꝙ ꝯſuetudo nõ poſſit ĩ talib.o ꝑari ea rõne,q̃a poſſet eſſe eccleſijs oneroſa,qd̃ ĩtelligit Io. An.verũ , inquantũ ad ſolẽnitatem c.ſine excep.c.abbatib.c.placuit.& c.in venditionib. ſed non quãtum ad ſolennitatem legalem , & quam requirebat decretum,10.q.2.hoc ius:cũ ſi. quo caſu poſſent procedere opiniones ꝛ̃rię.Si hãc ĩ caſu nr̃o tenere volumus , ꝑt ad ꝛ̃ria rñderi ꝑ iã dictã, per q̃ tollit̃ qd̃ dr̃ in primo & ſecundo argumento gl.nãq; ſuꝑ d.rub.loquit̃ de ſolẽnitate legali, immo dico ꝙ Inn.nõ voluit,Alanus & Gof.immo ꝛ̃riũ , vt etiã dicebat Io.de Lig.in c.nulli. q̃a nõ ſimꝑr dixit conſuetudini eſſe ſtãdum,ſed ſubdit dummõ nõ ſit grauis eccleſiæ:ſi eſt ergo grauis, illã ſtare non voluit:& hoc ideo noluerunt Hoſti. & ſequaces. ¶Et ꝑ prædicta etiã ſit rñſum ad tertiũ argumẽtum factum ꝑ parte affirmatiua in primo caſu,vt.n.clare patet,Fede. ſi nixus eſt cõſuetudini, ſecutus eſt opi. reprobatã. ¶ Ad 3.rñdere potes per no.in cle.ſi vna.de re.eccl.non alie. in gl.ſuper ver.defenſor.& ꝑ doc.ſuper ea:maius.n.eſt quem poſſe alienare ſine ſolemnitate & maius damno ſum eccleſię, q̃ poſſe alienare cũ ſolẽnitate,q̃ etiã cum illa nõ poterat,iuxta ibidẽ no.cũ remiſſionib.ſuis. ¶ Sit ergo vera opinio Hoſt. & ſequacium,& illam volo tenere,ſi non eſt tamen contraria ei quod intendo tenere , vt ſtatim in infra dicendis videbis, ad quæ

ad quæ deſcendo.¶Propoſui pro poſſe adhęrere Federico,& ideo cogitaui,an in hoc noſtro caſu modica res & non in ꝑprietatem,ſed vſumfructum , & non in perpetuum ſine temporis præfinitione,ſed ad vitam,& ſic cum temporis præfinitione poſſet ſuſtineri,ꝙ ſi de iure ſcripto nõ valeret talis alienatio,ſaltem valeat de iure conſuetudinario.Et equidem videre meo eſt æquum dicere ꝙ ſic. ¶ Item videamus , quæ eſt cauſa,quare conſenſus vel ſolennitas talis,vt dicunt prędicti, præſcribi non poteſt,vtique quia oneroſa & grauis poſſet talis conſuetudo fore eccleſiæ. Ego iſtud idem volo tenere,ſed
31 dico,ꝙ non de quolibet minimo onere intelligo.† Non enim de modico curandum eſt,de poſtu.præla.c.bonæ.2. & gloſ.in proœmio Decret.Item ꝑꝑ modicum non dr̃ quis læſus,& iõ non datur reſtõ,de reb.eccl.non alie.c.1.in 6.& eo.tit.c.ad noſtram.de in integ.reſt.c.1.& ff.eod.tit.l.ſcio.& ff. loca. ſi merces.§.vis maior.l.abominationes , eo.tit. & quod no.glo.2.in c.ꝑꝑ.de locato.Sed cum in caſu nr̃o hoc non ſit graue nimis vel oneroſum eccleſiæ , vt etiam in themate præſupponitur , certè non video,qua humanitate poſſit negare ſtandum fore conſuetudini præſcriptę : ſubeſt rõ , ceſſat grauitas oneroſa quã cõſideraui Hoſt.& ſequaces, quare igitur nõ poterit introduci,quippe non video ? Quinimmo iſta fuit intẽtio Inn. cum dixit illam valere,ſi non eſt grauis. Si enim ſola grauedo eſt cauſa , prout eſt,quare vt dixi illa ſublata hoc lata fronte non aſſeram. Et c.ceterum.de dona.indubitanter hoc ẽt ꝑba re vr̃:non.n.illic plus de re mobili,ſi recte attẽdatur,licet aliter,vt prædixi,plurimi aſſerant , q̃ immobili cantat text.ſed
32 gñaliter diſponit,ꝙ ſtemus † circa rem modicam cõſuetudini , quod ẽt vr̃ ſentire glo.in c.abbatibus.12.q.2.dummodo non obuiet ſacris canonibus.ſed vt prædixi hęc talis eſt , igitur ꝑ ut gñaliter loquitur taliter intelligat̃. Præterea Io.An.in ſummando illud c.ſimiliter gñaliter loquitur , dicens ꝙ prælatus rem modicam alienare põt vbi hoc habeat conſuetudo. & licet ibi dicatur de quantitate attendenda,quæ ꝑprie conſiſtit in re mobili,tñ dico ꝙ ẽt de terris põt dici,quantum maxime
33 ſ'm cõem † vſum loquendi, qui præ omnibus debet attendi . Item hoc vr̃ ibi ſentire finis gl.ſecundæ,quinimmo & tex.cõiuncta ſua 4.gl.ẽt c.2.eo.ti.& ſic nõ diſcrepabo ab eo,qd̃ ſcripſit conſulendo Feder.ſi ſolum ſe ad conſuetudinem retulit , quod forte fuit de mente ſua,licet non bene cõcipiam.¶Nec habent obſtare ꝛ̃ria , quia loquuntur in graui & oneroſa , vt videtis : & vere æquum eſt ſic tenere, maxime poſt factum : ſed ante factum tutius eſt contrarium ſeruare , iuxta no.in ſimili per Ioan.And.in c.ſtatutum,de præben.in 6.ſuper glo.fi.
34 † Sed hodie de his incaſſum diſputamus , quoniam & Epiſcopi & abbates quantumcunque exempti de ſtilo curiæ ſemper iurant non alienare Romano Pontifice inconſulto . ¶Ex quo infertur,ꝙ etiam vbi aliàs id de iure ſcripto vel conſuetudinario facere poſſent,tunc nequaquam poterũt , iuxta ea quæ ſcripſit Io.And.& Ioan.de Ligna.in c.vt ſuper,de reb. eccleſ.non alie.& dixi in repetitione dicti c.ſine excep. in ſecunda op.ad 5.not.& in q.48. nec quod de conſanguinitate dicitur curandum eſt,vt bene idem dixit Fed.& ego poſui in
35 d.repet. † Niſi tu velles dicere, ꝙ iuramentum non operetur
36 plus q̃ ſtatutum : & ſicut † ſtatutum non tolleret ſpecialem conſuetudinem , iuxta no.in c.1.de conſtitu.in 6.ſic nec iuramentum : pro quo facit,quia ſicut Papa non videtur de conſuetudine cogitaſſe , cum ſtatutum facit illi contrarians : ſic nec videtur cogitaſſe de conſuetudine , cùm iſti defert iuramentum,maxime cùm iuramenta propter animarum pericula ſint ſtricti iuris , vt veniant reſtringenda,vt colligitur de iureiuran.c.penult.& de verb.ſigni.c.cum clericis.& bene facit, quod ſcripſi in d.repetitione c.ſine exceptione . in 45. qõne . ¶Sed in contrarium facit , quia ex quo virtus talis iuramenti eſt,ꝙ non poſſit alienare etiam in caſibus , in quibus aliàs poterat,vt dixi : per conſequens videtur Papæ intentio fuiſſe , quòd nullatenus ex quouis capite poſſet,aliàs modo poſ-
37 ſit. † Sed iſta ratio forte non multum vrget : nam tu poſſes idem dicere in lege ſiue ſtatuto,cuius virtus eſt modo nõ poſſe id quod primo poterat ante reuocationem.Vnde poſſet eẽ pro hac parte alia ratio,ſ.quia iur̃m eſt maioris efficaciæ q̃ ſtatutum.¶Præterea ex quo de iure ſcripto non poterat ſine Papæ licentia,ſed de iure conſuetudinario ſic,vt dictum eſt ſ̃.ad quod vt aliquid operetur iur̃m,dicamus ꝙ iſtum caſum includat.¶Poſſent tñ ꝛ̃ria procedere in abbatibus,vel alijs religioſis prælatis,vel ẽt ſecularibus, qui de iure ſcripto & ſi nõ poſſent alienare ſine licentia ſuperioris,tamen non egerent licẽtia Papæ : ſed Epiſcopi vel alterius habentis iuriſdictionem Epiſcopalem vel quaſi,iuxta no.in d.clemen.in gl.& qui alias de conſuetudine poſſent alienare : nam ſi tales iurarent , vt quotidie facere videmus Romano Pontifice incõſulto , tunc forte conſuetudo non includeretur ſub tali iuramento, iuxta prædicta. Tunc enim aliquid operabitur iuramentum circa ius ſcriptum , quia modo non poterit alienare cum licentia Epiſcopi vel alterius ſuperioris habentis iuriſdictionem Epiſcopalem , ſi prius de iure debuiſſet ante iuramentum . Qui vellet poſſet tamen in primo caſu dicere,ꝙ bene operatur ibi iuramentum aliquid : quia magis timebit prælatus violare ſtatutum,& etiam iuramentum,quod ſtatutum non tantum vallatum iuramento iam ex hoc duplicem pęnam pateretur :
38 nam † & pœnam alienantis,& pœnam deierantis, quæ nõ eſt minima,& maxime quo ad famam & priuationem beneficij , vt in c.teſtimonium.de teſti.7.q.1.quàm periculoſum. de reſcrip.c.ex parte.1. & ibi cõcor.in gl.ſicut diceremus , ſi ſtatutũ ſiue lex prohiberet vnum quid fieri ſub pęna decẽ ſolidorum,& deinde fieret alia lex idem continens,ſed maiorem pęnam infligens:talis lex aliquid operaretur,nec tamen tolleret conſuetudinem particularem in contrarium ſe habentem, vt probari videtur ex d.c.1.de conſtit.in 6. ¶ Iſte paſſus pulcher eſt,& requirit diſputationem ex ſe , ideo pro nunc nolo decidere,ſed cogitabis : aliàs tangam decidendo , quia pro certo intentando hanc quotidianam alienationum materiam , & quarum caſus varij die quolibet occurrũt in practica ad ſummum videre & reuidere.¶Nunc ſupereſt , vt de tertio paſſu aliquid videamus , quem aliàs habui in practica, & quibuſdã aduocatis tunc ſatis dubius viſus eſt : ſed quod conſului , determinatum eſt,& id ſimiliter mihi nunc vr̃ iuri fore cõſonũ , & qm̃ ipſius ꝯſilij tenor ĩ meo volumine ponit̃,calamo parcã.

REPETITIO
IN C. NVLLVS MORTVVS.
XIII. QVAEST. II.

Præclariſſimi I.V.C.D.Laurentij Beli.

SVMMARIVM.

1 *Miraculum in vrbe Genuenſi de quodam ſepulto in Eccleſia , cuius corpus vbi poſitum fuerat,poſtridiè inuentum non eſt.*
2 *Sacerdotes multi in nomine ſunt , & pauci in opere .*
4 *Exceptio debet eſſe eiuſdem generis , cuius eſt regula.*
5 *Laici qui cenſeantur ex ſententia Hoſtienſis .*
6 *Alternatiua ponitur inter æqualia vel parum diſtantia.*
7 *Abbates vel Epiſcopi creduntur integerrimi .*
8 *Fideles qui dicantur .*
9 *Fides vera quæ .*
10 *Sepulchra Epiſcoporum quare conſtruantur in templis.*
11 *Sepulchri locus ſacer.*
12 *Sepulchra in vrbe antiquitus vetita fuere,& quare.*
13 *Epiſcopi dicuntur oculi Dei,& eos plus alijs honorari decet .*
14 *Presbyteri peccata populi comedunt,dum ſuis precibus ea delent .*
15 *Regem ſine ſacerdotio imperare non licet .*
16 *Ambroſius ſanctus tranſtulit corpora Sãctorũ Geruaſij & Prothaſij.*
17 *Sanctimonia efficit,vt ab vniuerſali lege ſæpiſſimè recedamus.*
18 *Legibus humanis non ſubijcitur is ex ſententia Archadij Imp. qui quò ad vixit , ſupra leges humanas vixit.*
19 *Aegyptiorum mos in humandis corporibus .*
20 *Martyrum quorũdã corpora canibus expoſita fuiſſe cur Deus permiſerit.*
21 *Funeris curatio , ſepulturæ conditio,& pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatia,quàm ſubſidia mortuorum .*
22 *Priuilegia ita ſunt interpretanda,vt in alterius iniuriam non redundent.*
23 *Cyrus cùm moreretur,iuſſit corpus ſuum humi tradi.*
24 *Paulus ſamoſatenus Antiochiæ Põtifex ſacerdotio priuatus ob hoc ipſum, quòd in ſublimioribus templi partibus collocari tribunal iuſſerit .*
25 *Qualitas,quæ adducitur , eſt probanda .*
26 *Coniectura cedit veritati .*
27 *Prælati delinquentes crudelius quàm cęteri puniuntur.*
28 *Exceptio trahitur ad caſum ſimilem .*
29 *Iudici ſpectat iudicare , quid ſimile ſit rei,de qua agitur .*

BEne eſt,priuſquã ad huius decreti interpretationẽ pueniã, vt decimaſeptima referat̃ ſanctio Triburiẽſis Cõcilij celebrati Imperatore Arnolfo,Salutis anno 95.ſupra octingẽteſimũ:etem̃ in quibuſdã excipiẽdis Maguntiacę cõſtitutioni conſonare vr̃:Secundũ ſtatuta Sãctorũ Patrũ, & experimenta miraculorum prohibemus , & præcipimus , vt deinceps nullus laicus in eccleſia ſepeliatur:quidam mira-

bilis doctor nostræ diffinitioni consentiens inquit, Nemo enim in Ecclesia sepeliatur, Nisi Forte Talis Sit Persona Sacerdotis Aut Cuiuslibet Iusti Hominis, Quae Per Vitae Meritum Talem Viuendo Suo Corpori Defuncto Locum Acquisiuerit. Corpora antiquitus in ecclesia sepulta nequaquam proijciãtur, sed pauimento desuper facto nullo tumulorum vestigio apparente. Ecclesiæ reuerentia conseruetur: vbi verò hoc præ multitudine cadauerum difficile sit facere, locus cœmeterium & polyandriũ habeatur: ablato inde Altari, & constituto vbi religiosè sacrificium Deo valeat offerri: Beatus
1 Gregorius † in miraculis Patrũ memoria dignum & huic rei congruum refert miraculum in Genuensi vrbe contigisse: ibi namque quidam Valentius nomine Mediolanensis Ecclesiæ defensor defunctus est: cuius corpus in ecclesia beati Martyris Syri sepultum est: nocte autem media in eadem Ecclesia factæ sunt voces, ac si quis violenter ex ea repelleretur, atq; traheretur foras: ad quas nimirum voces cucurrere custodes, & videre duos quosdam teterrimos spiritus, qui ciusdẽ Valentij pedes cum ligatura constrinxerant, & eam ab Ecclesia clamantem animam foras trahebant; qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt: mane autem facto aperientes sepulchrum, vbi idem Valentius positus fuerat, eius corpus non inuenerunt; cùmque extra Ecclesiam quæreretur vbi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum ligatis adhuc pedibus, sicut de Ecclesia fuerat abiectum: Ex qua re colligendum est, quia hi, quos peccata grauia deprimunt, si in loco sacro sepeliri se faciunt, restat vt etiam de sua præsumptione iudicentur; quatenus eos loca sacra non liberant, sed etiam culpa temeritatis accusent: Quid igitur sacra loca sepultis prosunt, quando hi, qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis diuinitus proijciuntur? Sancta Synodus dixit, mira rés, & a multis expauescenda: ideoque per futura temporum curricula ab omnibus obseruanda. Interpretaturus itaque Maguntiacum decretum, decreui primum exponere verba illa, digni presbyteri, & quæ sequuntur, ac fideles laici. Deinde perscrutari quid fuit causæ, vt cum his, & Abbatibus, Episcopisq; benigniùs ageretur, eaq; mox infirmare, quæ videntur eiusmodi priuilegiarijs obstare. Postremo nonnullis traditis, quæ animaduertere debemus in eisdem humandis, explicabo quàm paucis, nunquid etiam hoc priuilegium ij mereantur, qui cum Abbatibus comparãtur, vel saltem ij, qui ad altiorem dignitatis gradum sunt prouecti. Certè quo ad presbyteros attinet, omnia hic difficultatis essent plena, & propemodum inexplicabilia, nisi Archidiaconus vno aut altero verbo subuenisset: erat enim dubitandum, an dictio, digni, fuisset adiecta presbyteris ornatus tantùm causa, adeò quòd omnes hoc priuilegio gauderent, an verò discretionis, ita vt hìc eos duntaxat Sacerdotes accipiendos esse significetur, qui se probos integrosque seruassent: Archidiaconus hoc vltimũ recipit, mirifica me hercle interpretatio; is enim, qui bene sederit super cathedram, honorẽ accipit cathedræ: qui malè sederit, iniuriã facit cathe-
2 dræ: ideoque † malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. [cap.multi.40.dist.] collata improbis dignitas, inquit Boerius, non modò non efficit dignos, sed prodit potius, & ostentat indignos: Et hic intellectus ea quoque de causa mihi potissimum arridet, quia modice videtur lædere generalem regulam, vt nullus mortuus in Ecc-
3 lesia sepeliatur: nam † vt scribit Ioannes Chrysostomus, multi sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi in nomine, & pauci in nomine: [ad cap.multi.] Nunc ad fideles laicos me conferam: hìc equidem luctabor primùm cũ magis aliquorũ interpretum: dein aperiam quid veri sit: Glossulator igitur post varias expositiones eam postremò probare videtur, quæ fauet consuetudini: At ego præfatus honorem tanti viri, quæ hoc loco scribit falsa prorsus arbitror: nam si Canonis extrema verba significarent omnes ferme laicos: inanis foret hic contextus: Nullus mortuus infra Ecclesiam sepeliatur: Nec adduci possum, vt credam, quòd hæc verba spectent ad eos, quos infideles appellant: non enim postmodũ
4 exciperentur rectè vel Episcopi, vel alij ex Catholicis, † cùm eius generis exceptio esse debeat, cuius est regula: [l.nam quod liquide.§.fin.ff.de leg.] Neque puto referenda esse ad eos quos grauium delictorum non pœnituit in ipso mortis articulo, certosque alios improbos homines: nam sequeretur Episcopos, Abbates, ac Presbyteros, qui excipiuntur, esto quod ciusmodi fuissent, in templo condi posse: quo nil absurdius: Rursum eadem verba, Nullus mortuus, cum sint vniuersalia coarctanda non sunt, ac ita in angustum adducẽda, vt solum comprehendant improbum quoddam Catholicorum genus: Qui loquitur de vniuersis (inquit Cicero, 4. Acad.) nihil excipit, quid enim esse potest extra vniuersa? id, quod etiam plerisque legibus testatum est. [l.1.§.cum vrbem.ff.de offic. præfec. Vrb. l.1.§. generaliter.cum sim.ff.de leg.præst.] Præterea vitiosa esset regula: Nullus mortuus, & reliqua: si cunctos Christianos non includeret: illam etenim oportet esse generalem. [l.1.ff.de regu.iur.] Intelligi ergo necesse est initium decreti, vt ad quemlibet catholicum referatur: Quæ cum ita sint, perspicuum est, quàm errauerit hic interpres, qui cùm dicat omnes ferme Christi cultores in delubra inferri posse, sentire videt q̃ illa verba, fideles laici, sumantur pro cunctis propemodum laicis: Quòd si hæc non sufficiunt ad abolendas ineptias istius interpretationis, addo quemadmodum hoc decretum non excipit omnes clericos, sed tantùm loquitur de Episcopis, Abbatibus, & dignis Presbyteris, ita verisimile est, vt per laicos fideles, non omnes laicos excipiat: alioquin plus esset indultum quàm clericis: quod iuri, ac æquitati repugnaret. Sed pergam alios recensere: Hostiensis vir alioqui eruditissimus ita est obrutus insultissimis nenijs, vt ne speciem quidem sui retineat: is
5 enim per † laicos fideles eos intelligit, qui ditione potiuntur: vt est Comes, Rex, ac Imperator. [Host.in sum.§.1.] assentitur quoque huic Ioannes Bacconus: at obsecro quis vsque adeo linceus est, vt Comites, Reges, ac Imperatores in hoc Canone videat? profectò in eos dici potest illud Hemistichij: Dant sine mente sonum: Arbitror æquè falsum esse illorum intellectum, qui dixerunt hìc excipi eos tantùm laicos, per quos Deus miracula facit, vt post alios quosdam antiquos opinatur Ioannes a Turre Cremata. [Turr.crem. cap.præcipiendum.13.quæst.2.] in hoc enim decreto nullum verbum habetur de miraculis: Ego illorum sententiam & laudo vehementer, & probo, qui autumant verba, de quibus ambigitur, poni tantùm pro laicis summæ sanctitatis: quemadmodum dixere Guilielmus Durandi. in volumine, quod inscribitur rationale diuinorum offic.libro 1. Rub.de cœmeterio.] Ioannes Lupus. de libro eccl.par. secunda. quæstio.15.] & Ioannes Selua. [de benef. par.1.q.5.] Iurisconsulti nequaquàm contemnendi: Pro qua interpre-
6 tatione animaduerto, † q̃ alternatiua ponitur inter æqualia, vel parũ distantia. [l.1.ff.de reb.dub.] qua de re dum Canon dicit, aut fideles laici, censendum est eos excepisse, qui se ita probè gesserint, ita sanctè vixerint, vt comparandi sint
7 Episcopis, vel abbatibus, † qui sanè creduntur integerrimi, cum tales eligendi sunt. [1.q.1.cap. hi quoscunque.] comprobat pariter hanc lectionem Triburiense decretum in eo locò, vbi legitur, nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, quæ per vitæ meritum talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisiuerit: Quamobrem licet
8 alibi † mille in locis per fideles, intelligantur omnes qui sacro baptismate abluti sunt, hìc tamen res postulat, vt significentur solùm qui fidem, cuius nomen gesserunt, maximè cõseruarunt. [Syl.Pri.in opere, quod inscribitur summa Syluestrina. ver.immunitas.el 1.vers.3.quia in Ecclesia.] idest qui mali dæmonis lenocinia, cunctaq; hęc terrestria, & caduca bona, quibus lingua renuntiauerant, postmodum quoad vixerint, re vera despexerint præcipue. Quin hos re ipsa fideles fuisse Gregorius testatur homilia nona supra vigesimam: Fortasse, inquit, vnusquisque apud semetipsum dicet, Ego iam credidi, saluus ero: verum dicit, si fidem operibus
9 tenet: vera † etenim fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit moribus non contradicit: hinc est.n.q̃ de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit, Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant: hinc Ioannes ait, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: quod cùm ita sit, fidei nostræ veritatem in vitæ nostræ cõsideratione debemus agnoscere: tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus: in die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus pũpis abrenuntiare promisimus, itaq; vnusquisq; vestrũ ad cõfiderationem suã mentis oculos seducat: & si seruat post baptismum, quod ante baptismum spopondit, certus iam quia fidelis est, gaudeat: hæc ille: quæ qui maximè præstiterit, erit profectò qualis à Canone, quẽ interpretor, excipitur: quanq; rara auis in terris, nigroq; simillima Cygno, Quoniam nunc explicata sunt, quæ ad verborum expositionem attinẽt, pergam ad ea, quæ restant: Quemadmodum igitur Deus, vt dignis digna rependat, illis maiora persoluit præmia, quos maior commendat beneficiorum cumulus, sic & Ecclesia eius sacra vestigia prosequens hoc ipso ducitur exẽplo: [c.vnico de
10 Reliq.& ven.Sãc.in vi.] Quamobrẽ cùm Episcopi, † Abbates, ac digni presbyteri, laiciq; re vera fideles cæteris antecellant meritis, meritò fuit institutum, q̃ eorum sepulchra construãtur in templis, quæ sunt cœmeterijs insigniora: vt hoc scilicet honoris genere præclarius quiescant: ibiq; sint tanquam sacræ quædam faces ad imitationem illorum nostros animos incendentes: Ac vt post vitæ laudabiliter actę cursus, laboresque superatos Imperatoribus mausolea extruebãtur, vel pyramides, vel columnæ erigebantur, quæ ibi conditos supra mortales euectos gloria commonstrarent, ita eiusmodi viris, quorum diuina prope conditio sceptris anteponẽda est, post illustrem vitæ cursum summis in laboribus confectum, quos vt obirent singularis eorum in Deum pietas fecit, mausolei loco locus in templo conceditur eorundem sanctitatis gloriã æternæ tradens memoriæ. Hæc adiuuat id, quod ita Gratianus refert: cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis, celsioris loci præmium debetur: [c.miramur.61.dist.] Eòdem pertinent illa Iustinianæ sanctionis verba: Et semper prouidemus vnumquemque secundum labores suos ad meliores gradus perducere: [l.in nomine domini.§.quoniam.C.de off.præf.pret.] Ac vt longius in his euager, obseruatum est eo præclarius esse monumentum (taceãt qui putant facilem iacturam sepulchri) quo sibi vendicat insigniorem situm: & illos, qui de republica benemeriti fuerint, quique nemini virtute cesserint, ibi minime fuisse conditos, vbi qui è multis erant, humabantur, sed ad selecta quædam loca, & penitus seclusa a vulgaribus tumulis, & ea quidem celebriora illatos esse: Equidem memoria teneo legisse apud Tullium secundo de legibus tributum fuisse virtutis causa Publicolæ, & Tuberto, vt in ciuitate sepelirentur: quod & Fabritijs, Valerijsq; concessum testatur Plutarchus: ac vt ijdem in foro conderentur, idem autor prodidit. Alijq; Historici meminerunt Titi Annij Tribuni scelerum: cuius monuměti hæc inscriptio inscriptionisque declaratio traditur.

Titus Annius Tribunus Scelerum Sacro Suo Sepulchro Pecuniam
.T. .A. .T. .S. .S. .S. .S. .P.
condidit non longe Pedes decem hoc monumentum hæres non sequitur
.C. .N. .L. .P. .D. .H. .M. .H. .N. .S.
iure senatus Cornelia dulcissima eius coniux posuit.
.I. .S. .C. .D. .E. .C. .P.

11 Nam etsi sepulchra † velut templa quædam esse Deorum Manium existimarentur, iubereteq; lex: vbi corpus demortui condas sacer esto, ex quo Plinius: [lib.12. nat. hist.] Terra nos a reliqua natura abdicatos tum maximè vt mater operit nullo magis sacramento, quàm quo nos sacros facit. ac illa Iuliani Imperatoris verba [l.pergit. C.de sepul.vio.] Pergit audacia ad busta defunctorum & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euellere proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerunt.
12 tamen in Vrbe † sepelire vetitum erat ea, 12.tab.lege in Vrbe ne sepelito neve vrito: quod & senatusconsulto Duillo consule approbatum fuit: Obseruatur & apud Vlpianum. [l.3.§. D.Adrianus.ff.de sepul.vio.] D. Andrianum pœnam quinquaginta aureorum statuisse in eos, qui in ciuitate sepulchrũ fecissent: quos Fisco inferri voluit: Eandem quoque pœnam in magistratus statuit, qui id passi forent: quin locum publica ri mandauit, indeque cadauer transferri: quod his præsertim de causis sancitum comperio, ne cœlum illud vrbanum, vnde proximè spiritus duceretur, tetro putrescentium corporum odore corruptum pestem aliquam importaret, [glos. extrauag.detestandæ, in ver.extenterant de sepul.& nouissime tradit Paulus Man.lib.11.de leg.] ac ne sanctum municipiorum ius vrbisque Genius polluereturr. [l.mortuorum. C. de Relig.Alc.l.pupillos.§.vrbis.ff.de verb. signifi.] Cæterum quis neget Episcopos, qui superatis insidiosissimi hostis insidijs, eiusque conatibus aduersus commissum gregem euersis, mortalium animas opere simul, ac verbo ad æthereum illud, cœlesteque regnum peremni æuo permansuras prouehunt, de Republica Christiana benemereri? Adde † quòd
13 Episcopi Dei dicuntur oculi: [c.oues.6.q.1.] Adde etiã hæc, quæ leguntur in tractatu de officio delegati, libro sexto: pontificali dignitate præditis ob reuerentiam sacri officij, quod exercent, plurimum deferri conuenit, & eos plus alijs honorari decet: [c.2.de off.de leg.in vi. Et vt prosequar, nõne Abbates etiam, qui fide recti, vita casti, gubernatione digni, quique monachorum optimi eligũtur, §.iubemus. Auth.de sanctis.Epis.& §.ordinatione.de Mon.] de vniuersis benemerẽtur, dum eos bene regũt, quorum preces vniuersos adiuuant? In eadem quoque causa sine controuersia sunt digni Presby-
14 teri: ipsi namque pro salute † populi sacra faciunt, eiusq; peccata comedere dicuntur, dum suis precibus ea delent, atq; consumunt: [c.Sacerdotes.1.q.1.] His pariter (inquit Isiodorus) sicut & Episcopis dispensatio mysteriorum Dei commissa est: præsunt enim Ecclesiæ Christi, & in consecratione diuini corporis, & sanguinis consortes sunt Episcopis; & in doctrina populorum, & in officio prædicandi: Mitro q̃ omnium patres, & magistri [c.quis dubitat. 96. dist.] quòd mundi lumina, [c.Sacerdotes.93.dist.] quòd Angeli, quòd Dij nuncupantur: [c.Sacerdotibus.11.q.1.] Neque dissimulandum est Platonem quoque iussisse, vt honorificè sacerdotes humentur: quos nescio an maiori laudum præconio efferre quiuerit, cùm dixit in libro, qui ciuilis, vel de regno inscribitur, hæc ipsa, quæ mox sequentur verba: quæ retulisse volui, præsertim quòd eorum aliqua possunt pro veris sacerdotibus vsurpari. Sacerdotum genus intelligentia, & claritate abundat propter eorum quæ aggrediuntur, tractãtque magnificentiam: quapropter apud Aegyptios, Non li-
15 cet † Regem absque sacerdotio imperare: quinimmo si ex alio genere quispiam Regnum vsurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari, vt Rex deniq; sit, & sacerdos: Quòd si Gentiles eorum sacerdotes, qui dijs ligneis, & lapideis seruiebant, plurimum fecisse intelligimus, adeo vt illis defunctis maiores honores habuerint, quid mirabimur si catholici Maguntiaci Antistites vsque adeò veri Dei sacerdotes magnifecerint, vt mortuis ampliores honores æquè decreuerint, iubentes in præstantissimum locum, vt potè templum eos inferri? [Arg.d.cap.Sacerdotibus.§.ante eum. vers.quid ergo mirum si christianus.] Meminisse hìc oportet Reges tantùm, & sacerdotes sortitos fuisse sepulturam in ædibus Apostolorum constructis iussu Imp. Iustiniani, vt Euagrius lib.4. Historiarum refert. capitu.31. Veterisque legis Sacerdotes in singulari loco fuisse conditos, vt ex Epiphanio constat, qui Prophetas Achiam, Aggeum, atque Symeonem, qui & sacerdos fuit, honorificè sepultos indicare volens, ait eos iuxta sacerdotes humatos: [Epiph. libro de Prophetarum vita & interitu.] Qui autor & Zachariam tum Prophetam, tum sacerdotem, eundemque Ioannis Baptistæ parentem in templo conditum inquit, eamque ob rem animaduersa fuisse ibi miracula, visaque diuinitus
16 data. Libet mihi pro his etiam citare † diuum Ambrosium, qui dum transferret corpora Geruasij, Protasijq;, ita (vt cõperio) locutus est: Succedant victimæ triumfales in locum, vbi Christus hostia est, sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius sunt redempti passione: hìc ego locum prædestinaueram mihi: dignum est enim, vt ibi requiescat sacerdos, vbi offerre consueuit: hucvsque Ambrosius. Porò laici quoque, qui ita se gesserint, vt in summa omnium probitatis opinione vixerint, eodem sepulchro iure sunt honestandi: is enim honos, qui virtutis est præmium, eorum pijs operibus debetur: Atque vt hic etiam ali quid loci Platoni detur, is in Minoe de legibus ait: Dei verò similis est vir bonus: immo sacratissimus omnium est: & in libro de Republica, vel de iusto præcepit, cuius virtus omnibus numeris perfecta semper emicuit, ei oportere tum viuo, tum mortuo summos honores haberi: verba ipsa recitabimus, ne nobis (quod aiunt) sine pignore credatur: Is, qui singulis ætatibus semper pueritia, adolescentia, natura, ætate probatus est, & immaculatus extitit, custos, & princeps ciuitatis est constituendus: honores huic tribuendi & viuenti, & mortuo, sepulchrorum, & aliorum monimentorum maxima munera fortienti: Rursum neminem latet
17 † sanctimoniam efficere, vt ab vniuersali lege sæpissimè recedamus: [c.1.dist.57.§.his omnibus.61.dist.] Quod q̃ verũ sit, & q̃ valeat ad humandos in templis hos, de quibus loquor, Archadius Imperator docuit, cùm populo per literas conquerenti quòd Clerici tumulassent in ecclesia D. Epiphanium Episcopum Cypri, respondit non † subijci legibus
18 humanis eum, qui quo ad vixit, supra leges humanas vixit: ac ob id æquum esse, vt sineret eum Virum in Ecclesia requiescere: qua ratione Clericos tutatus est Imperator, eadem defendi posse hunc Canonem, cùm summæ probitatis homines

homines excipit,non dubito:Locus hic poscit, vt ea diluam, quæ his priuilegiarijs opponi posse videtur: qua de re si quis obijciat, quæ diuus Antonius, qui Abbas fuit, paulò antequàm vitam cum morte commutaret,in hunc modum dixit: Nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore seruetur,ne vituperati ritus a me,vt nostis,etiam circa me seruentur obsequia: huius enim rei gratia maximè huc sum regressus:vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum: & illud quoque senis vestri custodite mandatum,vt nemo præter vestram dilectionem locum tumuli mei nouerit,huiç ego respondeo: neque tùm inualuisse piam cõsuetudinem funerandi tales Viros in templo, neque si increbuisset, inferri necessàriò ex supremis verbis mãdasse D.Antonium ne sepeliretur in Ecclesia: nam licèt in loco cæteris haud noto sepeliri voluerit,eius tamen voluntati fatisfactum foret, si conditus fuisset in aliqua templi parte reliquis incognita. Item nec vrgent illa, Ne vano corpus honore seruetur: cùm ea tantùm de causa prolata sint, ne ritus Aegyptiorum (quod ex præcedentibus verbis, ac insequentibus elicitur) in eius † funere seruaretur: fuit moris Aegyptijs nobilium corpora linteis obuoluta ac altè posita domi seruare condiebant, & mortuum plurimis odoribus, eumque conuiuis demonstrabant singulis ita dicentes, Bibe & oblectare talis post mortem futurus. Vnde Syluius

Aegyptia tellus.
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & a mensis exanguem haud separat vmbram.

Neq; etiam refragatur D.Monica sic effata: Ponite hoc corpus vbicunque, nihil vos eius cura conturbet: tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei vbi fueritis: his enim significasse duntaxat voluit,vt in quocunque loco, idest ciuitate vel oppido decederet,ibi sepulturæ traderetur: quanquàm non apud Virum suum, quemadmodum Loysius lippomanus in suis scholijs testatum reliquit: sed fingamus ab aliquot singularissimæ probitatis mandatum ne in templo eorum reliquiæ conderentur: non tamen est, cur ij vitio dandi sint, quos in Ecclesia sepeliri Canon iste permittit,si funerari se mandent in ea:nam licèt aliquis honorem sibi debitum humilitatis causa negligat, improbandi tamen non sunt, quibus idem debetur,si secus faciant: [arg.l.Gracchus.C.de adul.] Neque est nouum,vt duo quanquàm sibi inuicem aduersantia laudari pariter possint[22.q.2.c.beatus.8. q.1.c.in scripturis.28.q.1.c.sic enim.] Plura mihi subeunt, quibus quod iam dixi,perspicacius facerem: verùm ne in ipsam, quam vito, loquacitatem incidam, vnum solummodò subnectam exemplum proximè dicta manifestissimè comprobaturum:Quamuis ergo diuus Ephræm Diaconus Edissenus ita disposuerit: siquis cœreum mihi in exitu accenderit, ipse consumatur æterno igne. optima tamen adest ratio, qua cæteri laudari possunt, qui funus facibus illustrandum curant:[Tur.crem.c.cũ grauia versi.tertia conclusio.13.q.2.]

20 Neque opponantur quædam Martyrum † corpora canibus exposita: id enim diuinitus permissum fuisse traditur, ne quis catholicus tanti sepulchum faciat, vt ipsius iacturam formidans ab orthodoxa Religione deficiat:[Tur.crem.d.c. cum grauia.sequens Aug.lib.de cura pro mortuis.] Delirabit profectò qui existimabit ea, quæ nunc defendo, his auctori-

21 tatibus infirmari: Curatio † funeris (ait Gregorius) conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorũ: [Greg.relatus in c.animæ.13.q.2.] Corpori humano (dicit Augustinus) quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium: [Aug. relatus in c.non æstimemus ea.q.] Nam & alij honores, qui lege, vel more maioribus debentur, nequaquàm negantur ea de causa, quòd eorum animas non adiuuant. Quamobrem licet locus in templo proficere nil possit Episcopis, Abbatibus, dignis Presbyteris, optimisque laicis, nemo tamen nisi excors hinc asseret eum concedi non oportere ijs, quibus eundem summa cum ratione concessum fuisse ostendi: Quoniam dictum est, nil prodesse, quicquid impenditur humano corpori; obiter moneo, vt id verum esse teneamus per se, non autem ex accidenti: quemadmodum Ioannes a Turre Cremata nouissimè docet: [dicto capitu. cum grauia.] Sed quod hactenus de his priuilegiarijs explicaui, ita fore intelligendum existimo, ac (vt aiunt) quasi grano salis condiendum, vt non ideo permissum sit horum sepulchra propè Aras diuorum fieri, ac eis altiora tolli: quandoqui-

22 dem ita † interpretandum est priuilegium, vt in alterius iniuriam non redundet: [cap.cum dicat. de Eccle.ædif.] Terræ cadauerisque diuiduum contubernium esse non debet: naturæ namque consentaneum est, vt simillima coniungantur: vtque id asciscat quisque, quod est sibi propinquitate coniunctum: quapropter reddenda est (quod & Euripides dixit) terra terræ: Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, [Eccles.3.] At qui corpus in sublimi condunt, non humare sed suspendere, atque aeri potius quàm humo reddere mihi videntur: Operępretium est hic memorare, quid

23 Cyrus moriens † apud Xenophontem loquatur. Meum corpus pueri cùm decessero, nolite neque in auro, neque in argento, neque in alio aliquo lapide collocare, sed terræ statim reddite. Quid enim beatius quàm terræ commisceri, quæ tot pulchra nutrit, ac parturit. Ego autem cùm cæteris viribus homo sim libenter, nunc quoque mihi videor cum ea communicare, quæ bene merita sit. hæc ille: Ac vt eundem locum diutius vrgeam, consimile fastus & arrogantiæ genus patres illi pubescentis Ecclesiæ quantopere detesti-

24 rentur, suspicari hinc possumus, quòd Paulum † Samosatenum Antiochenum Pontificem sacerdotio priuarint vel ob hoc ipsum, quòd in sublimioribus templi partibus collocari tribunal iusserit: peruersum est, & incongruens, vt cùm diui maiora præstiterint, altiores fani loculos aliorum quoque reliquijs concedamus: sic enim eundem honorem, quo diuos prosequimur, cæteris impartimus: qua æqualitate nihil esse potest inæqualius: ratio, lex, consuetudo dictat, iubet, confirmat eorum priuilegia paria esse nunquam debere, quorum merita sunt imparia: Proinde funebrem hanc eminentiam illi habeant soli, quos genua submittentes colimus: qui verò inter diuos relati solemniter non sunt, humillimè funerentur: præsertim quòd nihil interest mortuo humi ne,an sublimè putrescat,id quod Cyrænens Theodorus Lysimacho Regi crucem minitanti respondit: Illud quoque obseruare oportet, ne si fortè quisquam laicus curiculum vitæ religiosissimè confecisse dicatur, in Ecclesia funeretur, nisi vel sanctitatis fama publicè in omnes irrepserit, vel alijs legitimis documentis fuerit perspicua: qualitas

25 † enim quæ adducitur, probanda est: [l.non ignorat.C.qui accu.non pos.] hoc autem de Episcopis Abbatibusque dici non debet: etenim cum ex eorum dignitate summa integritas conijciatur, [c.absit.11.q.3.] huiusce probationis onere iure leuantur: [l.dum de indebito.ff.de prob.] hinc est quòd hoc Canone simpliciter excipiuntur, videlicet vt ofiẽdatur optimos censeri, ex quo sunt ea dignitate præditi, ac proinde dignos Ecclesijs, esto quòd eorum probitas liquido non constet: E contra cùm Presbyteri simpliciter expressi non fuerint, non omnes tale sepulchum promerentur, sed solùm qui digni, idest boni fuisse probantur: Autores igitur huius decreti nõ tantum bonitatis ex horum caractere coniecerunt, vt in dubio iudicarint eos tali honore dignos: vel quia eo tempore quàmplures initiabantur temerè, quod & hodie præsertim apud exteras gentes fabricari videmus, vel quoniam tanta probitas in eis non requiritur, quanta in Episcopis & Abbatibus: qui cùm ad præclarius regimen vocentur, cæteris longè præstantiores eligun-

26 tur: Verùm quia † coniectura veritati cedit, [cap.veritati.8. distin.] si lucidè constabit Episcopum quempiam vel Abbatem in humauæ huius vitæ illecebris, quæ nos circæi poculi instar in feras, bestiasque conuertunt, continuò versatum fuisse, puto quòd in sacris ædibus eorum reliquiæ condi non debeant: nam si Deus offenditur, quando corpus Erebo destinatum in illis tumulatur, perridiculum est asserere dignitatem huiusmodi tanti esse, vt Deus non ægrè ferat aliquem flagitiosissimum, cui fuisset ea collata, in templo sepeliri: siquidem superno numini magis is abominabilis est: cùm scribat Gregorius: Nemo amplius in Ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens nomen, vel ordinem sanctitatis habet: hinc

27 alibi dicitur: deterius † quippè in populis Prælati delinquit, ac per hoc ipsi crudelius quàm cæteri puniuntur: [c.præcipuè.11.q.3.] quandoquidem qui præsunt alijs non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea in plurimos infundunt: neque solum obsunt, quòd corrumpuntur, sed quòd corrumpunt, plusque exemplo quàm peccato nocent: quamobrem rectissimè dixit Cœcilius, vt in corporibus, sic in imperio grauissimum esse morbum,qui a capite diffunditur. Extremum illud est, vt explicem, nùm quod hic tribuitur Episcopis &

28 Abbatibus ad quenquàm alium producatur: Iuris est † notissimi ad casum similem exceptionem trahi:[c.cum dilecta. de

de confir.vtil.vel inutil.] quare (ni mea me fallit opinio) credo pares Viros, ac multo etiam magis maiores ab hoc beneficio non excludi: Qui sint maiores, ita est notum, vt demonstratione non egeat: qui verò pares dicantur, ego in exactissimum tuum iudicium confero, vel eius Vicarij, a Baldo[cap.cum speciali.colum.2.ver.quæro vna cum Ber.de

29 app.] sumens exemplum, qui dixit, quòd † ad iudicem iudicare pertinet, quid simile sit rei, de qua agitur: Sed hæc dixerim ex sententia Canonis, cuius tot exceptiones nunc ipse non reciperem, vtpotè quæ ianuam patefecerint prauo ritui tumultuandi cunctos fere catholicos in Ecclesia: quod altius paulò repetam in fine propemodum insequentis opusculi, quamquàm non ignarus opinionis Antonij Gueuaræ Modogneti Episcopi, qui putat in quadam epistola consuetudini, qua vtimur, causam præstitisse deuotionẽ (vt aiunt) fidelium. Quamquam B.P.ad id, quod te velle senseram cumulatè satisfactum esse debet voluntati meæ; faciam tamen quod sæpè liberales venditores solent (vt Ciceronis te verbis alloquar, quibus ille Trebatium est affatus) vt cum ædes fundumve vendiderint rutis cœsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa aptè & loco positum esse videatur: sic ego tibi ad id, quod quasi mancipi dare debui, ornamenta quædam volo non debita accedere, scilicet opusculum de mortuis cœmeterio restituẽdis, quodque nunc polliceor, exequar circunscripta legis atque Canonis dudum interpretati authoritate, Concilijs insuper iam relatis illos a templis arcentibus: Qua ex re omnes (vt spero) intelligent vter optimus sit ritus, an priscus, quo extra templa tumulabatur, an verò contrarius: Neque vereor quin veritate cognita pręclarè illi 12.tab. legi obtemperaturi simus, quæ sic iubebat: E patrijs ritibus optima colunto, quod & Apollo præcepit Pythius, hunc enim cùm consulerent Athenienses quas potissimùm religiones tenerent, oraculum editum est, eas, quæ essent in more maiorum, quò cùm iterum venissent, maiorumque morem dixissent sæpè esse mutatum, quæsiuissentque quem potissimùm sequerentur, è varijs, respondit, optimum: Puderet hæc referre, nisi consona esse scirem diuinis præceptis: nam & eiusdem sententiæ illa sunt: omnia probate, quod bonum est, tenete: Si qui erunt ergo, qui meum hunc laborem parum probabunt, q̃ morem, quem omnes ferè catholici nunc retinent, quem quoque longo tempore secuti sunt, in medium vocare auserint, iusta reprehensione non carebunt: Nam si certum est alium hanc, alium illas orthodoxas ætates humandi ritum recepisse, cur non licuisse opinantur optimum indagare, cui prorsus adhæremus, præsertim extantibus adhuc aliquot nationibus sinceri dogmatis, quæ nefas putantes inferre mortuos in templa, cœmeterijs vtuntur? quo loco Tertulliani verba recitanda sunt ita dicentis in opponẽtem corruptam consuetudinem non velandarum Virginum. Cæterum diuidis corpus tam hic sicut in omnibus variè institutis, & dubijs & incertis fieri solet,adhibenda fuit examinatio, quæ nam magis ex duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinæ Dei conueniret. Sed finge sic insistant: Necessum est ijs acquiescere, quæ tandem laudat Ecclesia, quæ tacitè confirmare videtur hunc morem, quo sepulchra in templo fiunt: cùm Romæ seruetur is, ea non reluctante, ac penè omnibus in alijs (vt dixi) catholicorum regionibus: Verùm (vt opinor) id falsò suspicabuntur: nam non omnia quamuis vbique gentium fiant, ipsa tacitè comprobat: etenim si qua sunt, quæ legi, quæ rationi repugnent, numquàm laudat, sed ob aliquas difficultates tolerat potius illis occursura cùm hæ cessarint. Hos ego sermunculos pluribus frangerem, ni opus ita carpentes, te simul, a quo illud pendet, atque alium Paulum recentiorem Pontificem coarguerent: quandoquidem hic etiam (vt audio) si diutius vixisset, ea ipsa, quæ tu de ritu sepeliendi quæris, quæque ego discutere statui, examinasset aliquando. Sed priusquàm aggrediar quod proposui, præfati quoque liceat me quicquid vbique dixero, ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ (pro qua mori volo) iudicium deferre; moxque si temerè quicquam scripsero, facilè & libenter refelli paratum esse: Nec parum cognosse, sed in parum cognito monitum perseuerare turpe est: propterea q̃ alterum communi hominum infirmitati (vt Cornificius ait) alterum singulari vniuscuiusque vitio attributum est.

SEQVITVR DE MORTVIS cœmeterio restituendis eiusdem Laurentij Beli I.C.Rom.

SVMMARIVM.

1 *Cadauera cur in templis humentur.nu.seq.*
2 *Hominis dignitas præstantissima.*
3 *Homines,qui naturæ concesserint,haud vocari mortuos,sed dormientes.*
4 *Sacerdotes cur hymnos proferant, dum funus effertur.*
5 *Monumenta admonent nos esse mortales.*
6 *Mortis recordatio quantum salubritatis afferat.num.seq.*
7 *Imperator quamprimùm olim electus erat, ad eum deferebantur quàm plures marmorei lapides, vt eligeret, ex quo sepulchrum sibi fieri vellet, & quare.*
8 *Res humanæ prorsus sunt contemnendæ.*
9 *Mors quasi Tantalo saxum semper imminet,& ideò semper est timenda.*
10 *Dæmones quandoque in cadauera feuissæ fertur.*
11 *Cadauera cur sepeliri debeant.*
12 *Ecclesia est locus viuentium & non morientium.*
13 *Mortui aspectus in ecclesia illati plurimos abstrahit a diuinis precibus,nihil enim horribilius homine mortuo.*
14 *Laici Eucharistiam sumpturi cur prohibeantur vini specie vti.*
15 *Strepitus in ædibus diuinis fieri non debet.*
16 *Locus secretus & quietus plurimum confert ad orationis puritatem atque feruorem.*
17 *Ecclesia dicitur sancta, & mundiciæ plena esse debet.*
18 *Cadauerum humatio sordida.*
19 *Vermes non solùm ex cadauere gigni,sed etiam serpentes.*
20 *Cadauerum multitudo tetrum odorem inspirat.*
21 *Odor malus est de prosternentibus naturam.*
22 *Templa ad quid instituta.*
23 *Sapulchrum,nihil aliud est, quàm defuncti domus.*
24 *Cadauera cur in templis non sint humanda, sed in cœmeterijs.*
25 *Damnati cadauer si in delubris tumuletur, summa iniuria diuinum Numen afficitur: & refertur miraculum cuiusdam Antonini, qui prauè vixerat, cuius cadauer per fenestram templi fuit proiectum.*
26 *Reum absoluere satius est, quàm innocentem condemnare.*
27 *Periculum maius vbi est, ibi cautius est agendum.*
28 *Hospes turpius eijcitur quàm non admittitur.*
29 *Sepultura speciosa sicut non prodest improbis, ita probis nulla vel vilis non obest.*
30 *Mortuos humare officium est pium.*
31 *Benefacta male locata, malefacta arbitrabatur Ennius.*
32 *Sepulchra speciosa in templis ornamento quidem sunt, sed hoc est genus ostentationis admodùm detestandæ, atque iudicium falsam gloriam concupiscentis animi.*
33 *Templa per se sunt religiosissima & sacra.*
34 *Homo tenetur se humilem erga suum auctorem præbendo summè illum venerari, exemplo Dauidis, qui eo vilior in Dei conspectum venit, quo se ab eo maioribus beneficijs cumulatum cognouit.*
35 *Deus hominem ad imaginem suam fecit non in corpore, sed in anima.*
36 *Cœmeteria religiosa dicuntur, & lato sumpto vocabulo sacra dici queunt, cùm eis benedicatur tantum.*
37 *Sacramentorum reliquiæ an insint corporibus defunctis, præsertim tempore, quo sepeliuntur.*
38 *Appetitum boni moderari debet ratio, cuius regulam si quis transiliat,erit vitiosus.*
39 *Argumentum de tempore ad locum non rectè sumitur.*
40 *Martyrum corpora in Gallia canibus exposita.*
41 *Mortuorum spiritus in somnis apparere, somnium esse.num.47.*
42 *Mortuos humantes cur piè agere dicantur.*
43 *Sepultura cur placeat Deo: & cur inter pietatis opera sit relata.*
44 *Diogenis Cynici dictum interrogati vbi vellet humari.*
45 *Parthenope cur cauerit in loco humari,cui nomen dedit.*
46 *Mores similes fiunt assidua conuersatione.*
47 *Monumentum quare quisquam sibi fieri exoptet.*
Et vnde nomen sumpserit.nu.48.
49 *Cœmeterium vnde dictum.*
50 *Consuetudo est optima legum interpres*
51 *Vsus malus nullo vnquam tempore confirmatur.*
52 *Consuetudo quælibet quamtumuis vetusta & vulgata veritati omninò est postponenda.*
53 *Totum cui tribuitur, & singulæ totius partes conceduntur.*
54 *Genus quandoque pro specie ponitur apud Iurisconsultos.*
55 *Verba exponi debent secundam subiectam materiam.*
56 *In, præpositio ponitur aliquando, vt proximitatem importet.*
57 *Abraham cur sepulchrum in spelunca fecerit.*
58 *Facta multa tenent, quæ facienda impediuntur.*
59 *Exempla omnia mala ex bonis initijs oriri præclarè ait Cæsar apud Salustium.*
60 *Sapere & veritatem quærere omnibus est innatum.*

61 Cardi-

61 *Cardinalis Cãtet. in tumulo epitaphium:*
62 *Tyberius Imp. cur profusas Romanorum cupidines grauissimè ferret.*
63 *Pipinus Rex petiit in templo D. Zenonis Veronæ sepulturam sibi fieri, & Episcopus id ei negauit: vnde ipse Rex elegit loculum in cœmeterio proximo.*

EQuidem cùm complector animo, multas reperio causas cur cadauera videantur in templis humanda: Vnam, quòd † cùm pium sit humare mortuos, atque plurimę res piæ geri possint in Ecclesijs, [Doct. l. 2. C. de sacrosanct. eccle.] fas videtur & hoc pietatis opus, de quo loquor ibidem exercere. Sanè maximum videbitur piaculum, si quodcunque pium est, ibi confici prohibeatur, vbi fons vberrimus pietatis scatet, idest pijssimus Deus est, cuius habitaculum censetur templum. [c. decet. de imm. Ecc. in 6.]

Alteram excogito causam, q̃ ornamento fanis existimari possunt esse nunc sepulcrha, cùm æditissima surgant varijs imaginibus illustrata, pleraq; etiam ex pario marmore niteãt: ac eo deniq; increbuerit eorum magnificentia, vt illa Platonis lege opus fore nõ nemo dicat, quæ vetat nec è lapide extari plus nec imponi, q̃ quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus: aut altera, qua maiores nostri aliquando sunt vsi: quàm quod decem homines effecerint triduò: neque id opere tectorio exornaret. Igitur quis negabit Ecclesias, quæ per se pulchræ sunt, si eiusmodi sepulchris adornentur, fieri pulchriores?

Tertiam, q̃ religiosiora fieri templa cadaueribus videntur, hęc enim si locum ex puro religiosum faciunt, [l. 2. ff. de relig.] consentaneum est vt religiosum locum, cuiusmodi templum est, religiosiorem reddant.

2 Quartã, q̃ hominis † dignitas cùm præstantissima sit, [glo. l. iustissime. verb. dignitatem. ff. de ędilit. edic.] præstantissimo pariter loco, vtpote fano, vbi sepulchrum faciat, videri potest non indignus: Namque non nisi summa illius est dignitas, cuius in gratiam astrorum fulgore plus illustratur, alternis vicibus immutantur tempora, frondescunt siluæ, florent prata, scatent fontes, amnes fluunt, institutis terminis maria coercentur: Adde tot animantiã eiusdem gratia procreata, hæc in sicco, solidoque, illa in humido, alia per sublime demissa, ita vt omnis rerum naturæ pars tributum aliquod homini conferat: Quæ Propheta [Psal. 8.] considerans in admirationẽ illam prorupit. Quid est homo q̃ memor est eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarũ: omnia subiecisti sub pedibus eius, & oues & boues vniuersas insup & pecora cãpi, volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Atque cùm cætera omnia ferreis vinculis contineat Deus, hominem vnum aureolis habenis regendum sibi instituit, vt suasione quidem apud eum vtatur, vim autem nullã, nec asperum, nec vehemens imperium adhibeat, Sapientia suæ cognitioni, tot tantique stellarum orbes ac globi, tanta vniuersi moles, tanta rerum infinitas subijcitur, ob quam & ipsum fœlicissimum fieri, Deoque cognatissimum, & amicissimum scribit Aristoteles, [10. Ethi. c. 10.] Non silendum illud Hermetis in libro de voluntate Dei: Magnum, inquit, miraculum est homo, animal adorandum & venerandum. Quam sententiam Plato in primo de legibus ita confirmat: Sic autem de his cogitemus, vt miraculum quoddam diuinũ in animantium genere vnumquemque nostrum existimemus. Ac ne longior sim in hominum dignitate probanda, quid præstantius quàm Dei esse imaginem, ac eius quasi vicarium appellari? [c. hæc imago. 32. q. 5.] Rursus Christi mẽbra dici (orthodoxos intelligo) & Spiritus sancti templa? [1. Cor. 6.] Quę nec diluentur si tantum ad viuos pertinere quis contendat, disputarique modò dicat de mortuo collocando, qui verè homo non est, [c. in quadam. de celebr. mis.] nam & ad mortuum honor porrigitur, [l. apud. §. nihil. ff. de doli except.] aitque pontificius glossularius, eum saltim retinere figuram, & reliquias humanæ naturæ, atque ideo corpus humanum æstimationem non recipere post mortem. [glo. Extrauagan. detestandę. §. fina. ver. ipso facto. de sepult.]

Quintam, sint mortui per se delubris indigni non ne quo sacramentorum reuerentiæ, quorum retinent reliquias, inseruiamus (quotus enim quisque est, qui paucis antequàm obeat horis diuinam non suscipiat Eucharistiam) sacratis in ædibus collocandi sunt? Quibus confert illud vulgatum, permitti propter adiunctum, quod aliàs negatur. [ff. de lib. leg. l. qui duos, & quemad. ser. amitt. l. si communem.]

Sextam, † qui naturæ concesserint haud vocantur mortui, sed dormientes. Paulus, [1. Thess. 4.] Nolumus ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent: Igitur illis patere debent Ecclesiæ, ne si excludantur, id fieri videatur, propterea quòd mortui putentur, ac non dormientes, quod Apostoli repugnaret sententiæ.

Septimam, quòd summa æquitas, qua impellimur ad nimium indulgendum iam iam ab humanis discessuris, plurima, quæ mandant, ne irrita sint, suadet: quo, gratæ huius libertatis solatio inuisæ mortis dolor mitigetur, minus enim tristes ex hac vita migramus, cum scimus rata fore quæ postremò iubemus, [Turre crem. c. vltima voluntas. 13. q. 2.] Scriptum hinc arbitror, nihil est, quod magis hominibus debeatur quàm, vt supremæ voluntatis, postquàm iam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. [l. 1. C. de sacrosanct. eccles.] His itaque videtur, vt quemadmodum in multis, ita quoque in hoc gratificari morientibus debeamus, vt eis liberum sit iubere suas reliquias in delubris condi: cùm præsertim eiusmodi mandatum diuinam quandam eorum erga templa obseruantiam, quam deuotionem appellant, quæ augenda est, [Extrauag. vnigenitus. §. nos autem. de pœn. & remis.] testari videatur.

Octauam, quòd ita diuino cultui, qui dilatãdus est, latius consuli videtur: monumenta enim occasionem sæpissimè præbere videmus iis, ad quos ea pertinent templa, in quibus constructa sunt, instaurandi nouas illic aras, nouas facella erigendi, erectaque sua dote locupletandi, locupletatisque sacerdotes destinandi sacra facturos ibidem, ac Deũ pro ijs ipsis potissimùm precaturos, a quibus hæc beneficia profecta fuerunt. [Pro his videtur facere. c. bonæ rei. 12. q. 2. ibi, vel Ecclesiam, quam pro suis magnificare voluerit sepulturis.]

Nonam, quòd quemadmodum Deo dicatis diebus, cuiusmodi magna pars festorum est, mortuos humare licet, sic & in Deo dicatis locis, qualia sunt delubra, hoc idem agere esse debet, nam de tempore ad locum rectè sumitur argumentum. [l. vinum. vbi Bar. & alij. ff. si cer. pet.]

Decimam, q̃ cum omnium prope Christi cultorum animæ ad supernum æternumque templum, sacramentis maximè, quibus in mortis articulo refici solent, proficisci credantur, in hoc certè, quod cernitur cum typum gerat illius, inferre, conuenit eorum corpora eòdem itura, decet enim externa internis esse consentanea, quapropter loca etiam, in quibus humantur tam piæ credulitati consonent quemadmodum & alia: Nam prælucentia quadrant funalia, q̃ earum migrationem ex his tenebris in æternum lucem significent. Congruit æquè cantus, nam † quadam vocis modulatione sacerdotes hymnos proferunt dum funus effertur, vt canere videantur, cur id fiat ne dum est, quod resurrecturæ speramus corpora, quemadmodum Toletana Synodus ait, [13. q. 2. c. qui diuina.] sed & alia reddi potest causa, quia christianorum animæ è corpore excedentes eò migrare ducantur, vbi purissimi beatorum chori Omnipotentis laudes canunt sempiternas: Hic obiter dixerim plerasque quoque gentes, nec vnius sectæ cantu prosequi consueuisse defunctos (autore Macrobio) q̃ eorum spiritus (quamquàm aliter sentire videtur Aphrodiseus, cùm innuit tibia, ac tympana in funeribus adhibita, quo his animus distractus minus a mœrore detineretur) ad originem dulcedinis musicæ idest cœlum reuerti putarentur, nam qui Theologi apud Ethnicos nominabantur, cœlum canere non dubitarunt: hinc & sonos musicos (vt idem scribit Macrobius) sacrificijs addiderunt, qui apud quosdam lyra, & cithara, apud alios tibijs alijsve musicis instrumentis fieri solebant, ac etiam in Deorum hymnis per stropham, & antistropham metra canoris versibus adhibuere, vt per stropham rectus orbis stellisferi motus, per antistropham diuersus vagarum regressus prędicaretur. Igitur (vt ad me redeam) quemadmodum alia, sic quoque loca ipsa, in quibus mortui funerantur, consona debent esse tam piæ credulitati: Quoniam asserui templum, quod patet sempiterni simulacrum esse, citare Pium [lib. 6.] libet id probantem, ac etiam paulò latius ob hæresim multo acrius nunc sæuientem aduersus ornatum sanctissimarum Aedium. Inquit Apostolus hæc sensibilia simulacra esse verorum, & inuisibilia Dei per hæc, quæ facta sunt intellecta conspici:

conspici: quamobrem & Moysi fœderis tabernaculum constituturo dicitur: Facias omnia secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: Ezechieli quoque Prophetæ tam diligenter ostensum fuit excellentissimi illius templi extruendi simulachrum, vt nihil præteritum sit, quod ad eius intelligentiã facere posset. Et paulò post: Cuius templi effigies filio tonitrui in Pathmon relegato ostensa, & preciosissimis rebus fuit expressa: nec enim sublimia illa, nobilissima inquam, & pulcherrima sensum omnem, & humanum captum transcendentia rebus abiectis, & humilibus indecorisve vllo pacto repræsentari possent: oportet enim signans aliquid cum signato cognationem quandam vel similitudinem habere: Ioannes visum describens ita ait, Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cœlo a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo, & audiui vocem de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & cætera. Animaduertisti verba a Deo, paratam ornatam sicut sponsam viro suo? sed animaduertas & hęc, quæ sequuntur, illius enim pulchritudinem, & excellentiam adhuc magis exprimere volens inquit: Sustulit me in spiritu, & ostendit mihi ciuitatem Dei, & huius lumen simile lapidi precioso, tamquàm lapis Iaspidis, sicut cristallum, & erat structura muri eius ex lapide Iaspide, & fundamenta muri omni lapide precioso ornata zaphiro, smaragdo, iacinto, & cæteris, & portæ ex margaritis, & platea aurum mundum simile vitro: intellexti? non audis ad æternum templum signandum nihil adhiberi, nisi aurum mundum, gemmas, margaritas, & preciosissima quæque? cùm igitur templa nostra illud idem referre habeant, sanè oportere dignoscitur decora esse, & ornatissima: hucusque Pius.

5 Vndecimam, quòd monumenta † nos admonent mortales esse, quod re satis probatur, & Varro libro primo de lingua latina sic testatur: Monere ab eadem (memoriam intelligit) quòd is, qui monet, perinde sit ac memoria: sic monimenta, quæ in sepulchris: & ideo secundum viam, quò prætereuntes admoneant & se fuisse & illos esse mortales: hæc Varro. Monumenta ergo, quia mortis nos admonent, æquum videtur vt in delubris quoque fiant: Quis enim est ex veræ pietatis cultoribus, qui censeat tam præclaram, tam salutiferam admonitionem de templis deijciendam? ac non existimet oportere vbique locorum eam patere? Quin & ipsi Ethnici eam templo dignam iudicasse mihi videntur: Plutarchus enim in Problematibus rationem reddit, quare Romani ea, quæ ad pompam funebrem spectant, in Veneris templo voluerint asseruari, vt scilicet eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitum ab ortu non procul abesse, cum eadem Dea morientibus præsit, & vitam ingre-
6 dientibus. Mortis † quidem recordatio quantum salubritatis afferat, nemo est, qui nesciat, ea est potissima, cuius ope aduersum prauas cogitationes quasi Vulcanijs armis muniti sumus atque armati: Qui considerat (inquit Gregorius) qualis erat in morte, semper patiidus erit in operatione, atque inde in oculis sui conditoris viuit: nil quod transeat, appetit, cunctis vitæ præsentis desiderijs contradicit. Salomon: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis: Seneca: Nil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis ęui, & huius incerti: quicquid facies, respice ad mortem. Hinc receptum aliquando fuit (si verum est quod in historijs proditum scribit Albericus) [l. quidam in suo. ff. de condi. institu.] vt Im-
7 perator † cùm primum electus esset, ad eum deferrentur plures marmorei lapides, quo eligeret ex quo sibi sepulchrum fieri vellet: videlicet vt deinde illud inspiciens nouissimum diem repręsentaret, ac ita cupiditates compesceret. Huc & institutum Thebanorum pertinet, quo nemini licebat domum struere, nisi prius conditorio sibi parato. Sed quid in his laboro? cur non ipsa Ioannis Chrisostomi, & Augustini verba subtexam? dilucidiùs enim hanc assertionem comprobant, inquit ille: [Ioan. Chrys. lib. 1. de fi. ac leg. natu. ac Spir. sanct.] Ita sanè & circa sepulchra philosophamur videntes ossa nuda, & humanam naturam corrosam, & dissolutam, cogitamus statim, & inter nos disputamus dicentes, Ecce quid tandem ex nobis fit: en quò abimus, confabulamur, egredimur de sepulchris, & humilitatis nostræ obliuiscimur: ad sepulchra ita vnusquisque proximo loquitur, ò miseram, ò miseram nostram vitam, quid tandem ex nobis fit? quamuis autem sic loquamur, rapimur tamen ipsi, & licet sic clamemus, iniuriam tamen nostram vlciscimur: omnes enim ita philosophamur quasi malitiæ renunciaturi: & intus quidem tam pios sermones tractamus, & propterea Deus vbique sepulchra fieri voluit, vt illis nostræ infirmitatis memores fieremus: ideo omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet, & paulò infra, Vbicunque ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quo desinamus tandem, & videmus qualia futura sint Phantasmata. Recitetur nunc Augustinus [in communibus sermonibus Ser. 7.] Aspice ergo ò homo sepulchra mortuorum, & dic tu ipse tibi, Vè mihi peccatori, & isti aliquando pro cupiditate currebant, & dum viuebant seculo, libidini seruiebant, & ecce nihil ex eis miseris, nisi puluis, & ossa supersunt. O homo si velis audire, & ipsa ossa arida te poterunt prædicare: Clamat ad te puluis de sepulchro: ò miser vt quid tantum pro seculi cupiditatib. discurris? aut quid superbiæ & luxuriæ infœlicia solatia admittis? vt quid te ad seruiendum crudelissimis dominis, idest vitijs & criminibus tradis? Attende me, & cognosce te: Considera mea, vt vel sic tibi horreat vel luxuria, vel auaritia tua. Quod tu es, ego fui: quod ego sum, tu eris. Si in me permansit vanitas, te non consumat iniquitas: Si me luxuria corrupit, te castitas exornet: Vide puluerem meum: & relinque, & relinque desiderium tuum malum: & sic clamat mortuus omni viuenti: hæc ille. Adde multa monumentis inscribi, quæ pariter conferunt ad animarum salutem: etenim quid his excogitari potest diuinius, quæ in sepulchro Cardinalis Papiensis inscripta sunt? [Romæ in Aede D. August.]

Viuite qui legitis, cœlestia quærite, nostra hæc
In cineres tandem gloria tota redit

Potis est hoc præceptum illorum animis mederi, qui misera ambitione torquentur, quique honores ita exoptant, vt eorum desiderio tabescant: Sed audiant idem quæ alibi sic leguntur. [In templo, quod Mineruam appellant.]

Quid iuuat hic mundus, quid gloria, quidve triumphus
8 Post miserum † funus, puluis, & vmbra sumus.

Significauit hoc idem Sardanapali statua, quæ in eius sepulchro imposita (teste Atheneo libro duodecimo) digitis concrepabat: vt indicaret hoc gestu res humanas omnes prorsus esse contemnendas, & ne digituli quidem crepitu dignas. postquam Sardanapali sepulchri mentionem feci, subnectere constitui eiusdem epitaphium, atque de hoc iudicium Theodoriti Cyrensis Episcopi. [de vita actiua lib. 12. in fi.]

Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido
Hausit, multa quidem, & fœlicia cuncta reliqui:
Nam cinis ecce ego sum, magna qui celsa tenebam.
Regna Nini:

Sed enim (Theodoritus ait) egregiè mentiti sunt, qui sic inscripserunt: neque enim qui vita defunctus est, habet amlius quę comedit olim, ac bibit, sed ea omnia in putrem corruptionem abierunt, habet autem solùm iniquitatis suæ fetorem, qui animam scelerum sibi consciam, eaque in memoriæ sinu perpetuo retinentem continuo dolore discruciat: Vtinam hæc penitus insideant eorum animis, quorum Deus venter est: Ac vt prosequar quid hoc præcepto salubrius? [Romæ in templo quod Mineruam appellari dixi.]

Viuite mortales: curæ quot viuitis annis
Non sit: sed vobis quàm bene vita fluat.

Docemur alibi (quamquàm hoc notissimum) non opes, non generis claritatem, non reliqua bona prodesse, quo minus Iæthi via calcanda sit: vnde qui illis affluunt, tacitè commonefiunt, vt fœlicitatem suam neque superbè, neque insolenter ferant: Refert Decius [auth. cassa & irrita. C. de sacrosanc. Eccle.] hos versus aureis literis apparere in monumento Federici secundi

Si probitas, census, virtutum gloria, sensus
Nobilitas orti possent obsistere morti,
Non foret extinctus Federicus, qui iacet intus.

Atqui superborum fastum & arrogantiam speciatim retundentia sunt, cuiusmodi hæc [Neap. in Aede (vt accepi) D. Petri Martyris.

Cùm fex, & limus, cum res vilissima simus,
Vnde superbimus, si ad terram terra redimus:
Cùm speculum cernis, cur non mortalia temnis?

Talinanque domo clauditur omnis homo:
Quædam & in eos extant, qui optima corporis cõstitutione confisi,

confisi Tartesiorum Regis annos se victuros omnino tenent: quamobrem mortis immemores, atque ob id ferme semper etiam Dei genio liberius indulgent: animaduertent profectò eorum corpus quamuis firmissimũ, triduanæ tamen febris igniculo facilè dissolui posse, si eorundem oculis eiusmodi carmina[Romæ in tẽplo quod Minerua dr.]occurrent.

I, nunc,& valido fide hospes robore,quando
Tam citò febricula Scipio pressus obit

9 Tacitè commonemur † alicubi mortem quasi Tantalo saxum semper imminere, cùm præsertim nouos, ac inopinatos casus intelligimus: etenim si videmus illam inter leuissimos lusus irrepsisse (vt sequentia significant) atque alicui nil tale cogitanti manus iniecisse, non ne colligimus ex hoc omnibus horis mortem esse timendam? quam certè qui sic timet, is magnum sibi præsidium ad beatam vitam comparat.

Hospes disce nouum mortis genus? improba feles
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo: [Romæ in tẽplo portæ Flaminiæ contiguo.]

Quid habent humanæ res certi? quid non potius illusionis, & fallaciæ? Rectè Tullius exclamat

O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur, & corruunt, & ante in ipso portu obruuntur, quàm portum conspicere potuerint:Hanc ipsam sententiam(quam qui considerat, spem in diuinis vti firmissimis rebus, collocandam intelligit) & in sepulchris contineri scio: nam quid aliud sibi volunt illa? [Ro.in Aede.D.Onofrij.]

Inueni portum, spes, & fortuna valete,
Nil mihi vobiscum, ludite nunc alios.

Ad animi bona expetenda commoueri tùm solemus maximè, cùm meminimus non esse fluxa, non caduca,sed potius comitari etiam defunctum hominem

Fides,probitas,pudor his cineribus perpetuò comites
Communem hiç æternitatem expectant.[Neap.in Aede.D. Aug.

Sed hæc exempli causa retulisse sufficiet, cuncta etenim piè inscripta persequi nec possum, nec debeo: Quapropter ijs inscriptionibus, ex quibus non mediocris vtilitas percipitur, cùm insignita sint vbique gentium sepulchra, his veluti quibusdam diuinarum rerum monitoribus haud obstruendus videtur aditus ad templa: quorum ianuæ diuina edocere ibi volentibus patere solent, & debent.

10 Duodecimam, quòd Ecclesia † quemadmodum patrocinium viuentium suscipit, nam ad eam confugientes veluti asylum nacti, inde extrahi nequeunt, [l.2.& fi.C.his qui ad Ecc.confug.] ita æquum videtur vt & mortuos protegat, qui si condantur in ea, quæ sacratior est, tutiores erunt a malorum Dæmonum iniurijs, quos constat interdum in cadauera sæuisse.

11 Tertiamdecimam, quòd † etiam ad spirituum defunctorum placidiorem requiem sanctus Ecclesiæ locus, vbi corpora, è quibus excesserunt, humantur, pertinere videtur: Sunt enim id suspicantes ex eo, quòd in somnis admoniti plerique fuerint a mortuis, vt eorum inhumata cadauera sepelirent: Etenim talem curam non nisi vt eorundem status quietior foret, suscepisse arbitrantur, id cùm existiment, illud etiam opinantur, quòd interfit plurimum spiritibus quo in loco corpora, quæ reliquerunt, funerentur: quibus enim sepultura prodest, ijs locum (in hoc enim sepulturæ cardo vertitur) vbi sepeliantur, eo magis proficere, quo sanctior fuerit, haud ambigunt, quoniam re comprobatum sit, plus adiumenti semper afferre quæ plus habent sanctitatis, vbi ad illorum vsum piè confugitur: Verùm somniantibus apparuisse mortuorum imagines, quod dixi, significantes, asserit Augustinus [lib.de cura pro mor.geren.] libet mihi hoc in loco ex Ethnicorum quoque libris palam facere vigilantibus etiam præsto fuisse interdum defuncti imaginem, corpusque, quod humari volebat, indicasse, quare partem Cœcilij epistolæ ad Publium Suram recitabo. Erat Athænis spaciosa, & capax domus, sed infamis & pestilens, per silentium noctis sonus ferri, & si attenderes acriùs strepitus vinculorum longiùs primo, deinde proximo reddebatur, mox apparebat idolum; senex macie, & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebatque, inde inhabitantibus tristes diræque noctes vigilabantur, vigiliam morbus, & crescente formidine mors sequebatur, nam interdiu quoque quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat: deserta inde & damnata solitudine domus, totaque illi monstro relicta,proscribebatur tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali vellet. Venit Athænas Philosophus Athenodorus, legit titulum, auditoque precio, quia suspecta vtilitas, percunctatus omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis conducit:vbi cœpit aduesperascere,iubet sterni sibi in prima domus parte, poscit pugillares, stylum, lumen, suos omnes in interiora dimittit, ne vacua mens audita simulachra, & inanes sibi metus fingeret: initioque quale vbique silentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed affirmare animum auribusque manum prætendere: tùm crebrescere fragor, aduentare etiam in limine iam & intra limen audiri respicit: videt, agnoscitque narratam sibi effigiem: stabat, innuebatque digito similis vocanti: Hic contra vt paulùm expectaret, manu significat, rursusque cœris & stylo incumbit: illa scribentis capiti catenis insonabat: respicit rùrsus idem, quod prius innuentem: nec moratus tollit lumen & sequitur: ibat illa lento gradu quasi grauis vinculis, postquàm deflexit in aream domus repente delapsa deserit comitem: desertus herbas & folia concerpta signum loco ponit. Postero die adit magistratus, monet vt illum locum effodi iubeant, inueniunt ossa inserta catenis & implicita, quæ corpus æuo terraque putrefactum nuda & exesa relinquerat vinculis, collecta publicè sepeliuntur,domus postea ritè conditis manibus caruit. Dixi hactenus quicquid pro ea opinione, quod probabile videretur, excogitare potui, sed quoniam id omne nihil habet firmitatis contrariam ego sententiam sequor lubenter, pro qua non imbecilles (vt opinor) rationes afferam.

Principe igitur loco (iuris pontificij glossulario teste)[gl. c.præcipiendum.§.prohibendum.13.q.2.] templum est locus Christo dedicatus, qui resurgens ex mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: [Rom.6.] & ad huius rei repræsentationem in eo mortui condi non debent.

12 Secundo, ecclesia locus † est viuentium, & non morientium (verba sunt Ioannis a Turre cremata) [Tur.crem.d.§. prohibendum.] in quo mortui peccatis per sacramenta reuiuiscunt, & a morte culpæ resurgunt in vitam gratiæ, & ad hoc significandum sepeliri non oportet illic defunctorum corpora: Quæ ratio probabilior erit (meo quidem iudicio) si addatur sempiternam, & beatissimam optimorum vitam ibidem prædicari, tunc enim eius, quod probo, eadem quoque videri posset ratio, quæ & illius præcepti Saluatoris est, quo Apostoli ne calceamenta pedibus inducerent, fuerunt admoniti: [Matt.10.] quod interpretatur Adamantius, vt ipsorum pedes, qui ad annunciandam fœlicissimæ vitæ perpetuitatem properabant, omni carerent mortalitatis indicio: nam & Moyses cum exiret è terra Agypto calceamenta ex mortuis pellibus induxerat, quibus veluti mortalitate quadam constrictus erat: cùm verò cœpit per virtutem proficere, & ad montem Dei conscendere, tunc ei præcipitur vt lora calceamentis soluat, quia locus, in quo consisteret, sanctus esset: [Exo.3.Act.6.] hoc est vt indicia mortalitatis, quæ in pelliceis calceis designantur, abijceret.

Tertio, viua Christi templa, quæ sumus nos, cùm æmula quodammodo lapideorum esse debeant, vt colligo ex Nicolao Lyra [lib.2.Mach.vers.Nos Iudei.] receptissimo interprete, in eis animaduertere debent plurima,quę imitari sanctè possint, inquit enim is autor: Sicut ea circumeuntur ab Episcopo cùm dedicantur,ita mentis nostræ recessus obeundi sunt a nobis ipsis, ne vllum sit delictum, quod in memoriam non redeat: Ac eadem sicut aqua sacra conspergunturità ipsi lachrimis proprijs conspergendi sumus ceratorum pœnitentes: Insuper pauimento græce inscribuntur literæ, quo res hæc admoneat illud Salomonis de diuinis mandatis: Scribe ea in tabulis cordis tui: [Prouer.7.] Crux in pariete pingitur, quæ carnis (vt loquitur) mortificationem significet. Penès hanc faces accenduntur, vt quicquid recti facturi sumus, id pro Dei honore, animarumque salute agendum esse intelligamus. Quamobrem a cadaueribus vacua debent extare lapidea, vt imitari quodammodo id habeant viua sordium animi vacuatione, his enim inquinatus animus cadauer appellatur. [Chrisost. Hom.74.tom.3.secundum antiq.imp.]

Quarto,

13 Quarto, non dubito † quin mortui aspectus in ecclesiam illati plurimos abstrahat a diuinis precibus: permulti sunt, qui si fuerint eò ingressi, vbi offendant illum, expauescant subitò ac totis contremiscant artubus, celeriusque pedem referant, quàm qui terrificum anguem imprudenter presserint. Hinc August.Quid horribilius homine mortuo? cuius gratissimus erat complexus in vita,molestus etiam erit aspectus eius in morte: [Aug.libro meditationum.cap.30.]Verentur alij ne labem contrahant,Alexandro Aphrodiseo teste locupletissimo,[libro.11.Proble.l.] cuius hæc sunt verba in eo problemate, Cur pueri fascinari possint: Quàm verò aditus per oculos pateat contagioni constat etiam ex ijs, qui mortua hominum corpora contueri recusant, ne radij sui conspectus aliquam sibi luerit, pestemque referant. Quidam improuisum mortuum veluti dirum omen (quod non nihil superstitionis habet) refugiunt. Quidam, quibus ipsa, vt ita dicam, lætitia naturaliter insita videtur, dum festiuissima semper appetunt a tristissimis, in quæ inciderint, se confestim subtrahunt: Ni propemodum cogeret me res, reliquas huius horroris causas haud redderem, prorsus enim ridiculam relatu materiam præbere videntur: sunt aliqui tam pusillanimi, tam enerues, ac tam effœminati, vt mortem sic reformident, vt & ipsam obeundæ mortis recordationem pati nequeant: nimirum si mortuos quoque, quibus ad illam excitamur vsque quaque abhorreant: Quid ignauius, quàm paulisper eius memoriam non sustinere, quod nullo modo vitare possumus? Quidam verò, & hi præsertim pueri refugiunt locum, vbi mortuos cernant, quoniam opinantur insit eis interdum nescio quid incorporeum, quod pallori, pauorique maximè circunstantibus esse possit: quales hos in bello futuros putemus (loquor de natu grandioribus) quos in pace non vmbræ, sed vmbrarum suscipio non dico viuentium, sed mortuorum perterrent? Cæterum horrori, & fugæ, de qua loquor, nil magis causam præstat, quàm ipsius cadaueris deformitas, quam certè summam esse inde liquet etiam, quòd inter plerasque sepulturæ causas, & hæc redditur, ne superstitum oculi deformitate cadauerum offendantur: [Aug.lib.de cur.pro mor.Io. Viguerius. cap.16. §.4.versi.33.& habetur in addi. tertia par. sum. D. Thom.q. 71.art.11.] Chrysostomus: [in c.11.Geneseos Homilia 13.] Cogita quomodo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuaue, & iniucundum apparet, & quid dico insuaue & iniucundum; quomodo fœtore impletum, & deformitate horrendnm fugitur? Ex quo minus improbandus videtur Terẽtianus interpres [Pet.Mars.in Hecyra Actu.11.Scen.4.] asserens cadauerosam faciem pro monstruosa capi, minusq; reprehendendus autumans sepulchrum dici, vel quia seorsum a pulchro sit (vt Seruio placet) vel quia sine re pulchra, vt Donato: Ne quis putet Areopagitam [de Eccles. Hierar. cap.7.par.3.] his repugnare, cùm scribit mortuum esse iucundum omnibus in hæc verba: Ea peracta Pontifex & ipse salutat defunctum, & deinceps qui astant omnes: est enim iucundus,atqui honorabilis omnibus diuinæ imaginis æmulis is, qui in sancta consummatus est vita: Nam patet eum loqui de christianis eius temporis, qui omnem ætatem in diuinis rebus consumarunt, atque sic in eas incubuerunt, vt hæsitarint aliquando posteri, nùm omnes Therapeutæ, idest monachi fuerint: [Iacobus Faber in scolijs ad Epist.o.1.Diony.Areop.] Quæ verò pro hac ratione adduxi, ad insequentium ætatum homines attinent, qui vt tempore ita sanctitate longè inferiores apparent. Igitur cùm non pauci sint, qui cadaueris aspectu contrahant, & demittant animum, toto corpore perhorrescant, contremiscant, impallescant, ac statim auersi aliò se conferant, par est, vt id has in Aedes non inferatur, vbi non informia, non horrida, quæ vertant in fugam quempiam, extare debent, sed pulchra, & amœna, quæ cùm omnes excitent ad iucundissimam diuinæ hilaritatis memoriam, tùm parum religiosos ad easdem frequentandas alliciant: quam & ob rem cantus, & sonos ibidem adhiberi neminem latet: quamque ob causam existimandus est Hieronymus [in Episto.ad Heliodorum.] laudasse Nepotianum, quòd is Ecclesiam diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrasset, vt quicquid placebat in ea tam dispositione, quàm visu Presbyteri laborem & studium
14 testaretur. Quemadmodum institutum ne laici † Christum sumpturi vtantur vini specie, commendatur ob id quoque, quia prohibet quod nausare potest aliquem (Etenim nonnulli sunt, qui vino stomacantur) cur lex,quam suadeo, laudari non debet ob hoc etiam, quoniam poni vetet in ecclesia id, cuius conspectum plerique fugiunt? Par, atque vna ratio est gustus & visus, vt & reliquorum sensuum. Ac eiusdem generis est (quamquam alterum altero salubrius) Christum sumere ipsumque precari: nam qui alterutrum agit, rem diuinam agit. Ergo rectè defenditur alterius exemplo, quod in alterius gratiam faciundum puto.

15 Quinto, in diuinis ædibus † obstrepi non debet: in his enim (vt Martiani Imperatoris vtar verbis) [l.denunciamus.C.de his qui ad eccles.confug.]cum pace & quiete vota competit celebrari: Sed omnia persrepunt dum grauibus rastris humus effoditur, ac effossa egeritur, cæteraque peraguntur, quæ ad monumentorum structuras mortuosque sepeliendos attinent. Reticere Carthusianum nequeo scribentẽ: [in illis verbis, Ora patrem tuum in abscondito.
16 Matth.6.] locus † verò secretus & quietus plurimum confert ad orationis puritatem atque feruorem: quia tunc homo securior est, nec a sensibilibus totiens inquietatur:vnde imaginatio eius quietior est, & intellectus stabilior: voluntas quoque tanto ardentiùs fertur in Deum, stabiliusque in eo permanet fixa, quanto ampliùs a multis abstrahitur. Si ex causis, quæ redduntur, cur Annæ supplicantis labia moueri cernebantur nullo prorsus sono ædito, [1.Reg.1.] illa verior fuerit, quia sic reliquos orantes non impediret, incredibile certè silentium exigunt fana.

17 Sexto, cùm Ecclesia † dicatur sancta, [§.si quis autem clericus. Authen.de sanctis. Episc.] congruum est (vt cum Iuuenale loquar) vt sanctam filius omni aspiciat sine labe domum vitioque carentem: porrò sanctum importat munditiam: quo circa omnia munda mundis: [Tho.secunda secundę, q.81.art.vltimo.c.proposuisti.82.distin.] Oportere sic esse quæ Deo dicantur, percipi quoque potest ex diuina tàm sæpè repetita mundissimi auri voce, dixit enim Deus [Exo.25.] Moysi: Arcam de lignis setim confingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter, ac semissem, & deaurabis eam auro mundissimo. Facies & propitiatorium de auro mundissimo. Facies & mensam de lignis setim habentem duos cubitos longitudinis & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem, & inaurabis eam auro purissimo. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia: vniuersa ductilia de auro purissimo: Emunctoria quoque & vbi quæ emuncta sunt, extinguantur, fiant auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi: Eodem illud Moysis: [Leuit.10.] Pectusculum quoque, quod oblatum est, & armum, qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu & filij eius: rursus: [Leuit.14.] præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini. Quare Hieronymus [in Epistola ad Heliodorum.] optimo iure commendat Nepotianum mundiciæ templi studiosissimum:inquit enim:Erat sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa, si vela semper in ostijs, creberque ianitor in porta, si sacrarium mundum, si vasa luculenta. Constat quondam ad Ianitorem templi pertinuisse nè quicquam immundum illuc admitteretur. Et vt ostendam gentes quoque nobiscum in hac puritate sentire, Plutarchus libro de Iside, & Osiride cur eorum sacerdotes linteis vestibus vterentur (quod & nostra pietas instituit) vnicam esse causam existimat: quia immortalibus Dijs omnia pura mundaque conueniant: non enim esse fas (Platone teste) pura Deorum numina impuris & contaminatis rebus coli: Constituturus templum Virgilius [lib.3. Georg.] ait

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas,
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam: tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius: & tenera prætexit arundine ripas.

Hac etiam de causa pollicetur Maro locum iuxta aquam, quòd mundior foret, ac purgatior, vt inquit interpres. Quamobrem si cadauer humetur in delubris, paulò post

futurum

futurum est vt putrescat, vermiumq; ex eo gignatur agmen: indeque locus, qui alioqui nitidus & syncerus esse debet, coinquinetur. Adiuuat hanc rationem ea imperatoria constitutio, [l.placet.C.de sac.sanct.eccl.] vbi legit: Prima quippè illius vsurpationis contumelia depellenda est, nè prædia vsibus cœlestium secretorum dedicata sordidorum mune-
18 rum fece vexentur. Humationem † quidem sordidam esse quanquam piam, vel hinc percipitur, quòd patres tertiæ Synodi Carthaginensis ideò statuisse comperio, vt pœnitentes diebus ieiunij mortuos sepeliant, quoniam id numeratur in vilioribus officijs, quæ præstare debent illi, [glo.cap.pœnitentibus.versi.sepeliunt.26.q.7.] Si dantur laudi qui Christi defuncto corpori domum quæsiuerint (domus enim appellatur etiam sepulchrum) [l.4.in princ.C.de sep.viol.& Psal. 48.ibi, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.] vbi nullus antea tumulatus fuerat, [Matt.27.mar.16.Luc.23.Io. 19.] quantum a laude distant implentes mortui ædem illam, quam viuus in eucharistia contentus habitat? Si triduano habitaculo talis nitor quæsitus apparet, cur diutissimo negatur? [Simili argumento vtitur. Io.Viguerius, dum ornatum templorum comprobat tit.de templorum constructione & ornatu.] nam in templo vsque ad consumationem sæ-
19 culi extabit tàm diuinum sacramentum. Non † omittendum reor ne dum vermes ex cadauere gigni, sed etiam serpentes: Scribit Plutarchus a sapientibus traditum, sicut ex bobus apes, ex equis fuci, & asinis cabrones generantur, ità humana corpora, præsertimque medullam humoremque ex eis profluentem serpentes producere: ac ob id ciues Alexandrinos falsò credidisse Cleomenem Deorũ filium Heroemque fuisse ob Draconem eius Reliquijs implexum. Ad hæc Ouidius. [lib.15.]

Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro
Mutari credant humanas angue medullas.

I, nunc tu, & mortuos tàm bella animantia producentes in ecclesijs collocandos esse contende. Verùm si fortè Vigilantius aliquis eiusmodi rationes torqueri posse autumet in Diuorum reliquias, is in memoriam reuocet, quæ diuus Hieronymus (vt alios taceam) id in hominum genus emisit. Si corpora sacra Dei domos pollluerent, nùm ipse tot inde fluere miracula sineret? Vt hæc mundissima dicamus, cogit in primis summa spirituum quorum fuerunt, mundicies & sanctitas: Omitto plurima integra atque incorrupta permanere: taceo multa suauissimum insuper odorem spirare: Quas & ob res neque mirum si eorundem aspectum expauescat nemo, quin intueri atque osculari cupiant omnes: id quod in plerisque (vt dixi) in vulgarium funera incidentibus cernere non est: Gentes etiam, quibus nedum in templo, sed in quauis alia ciuitatis parte nefas erat humare nonnullos exceperunt: In quo probando, ne longior sim, paucas adducam: Antiochus (vt refert Theodoritus) [Cyrensis Episcopus lib.8.de Marty.] in nono historiæ suo libro testatur sepulchrum Cecropis in ipsa arce positum iuxta Mineruam ciuitatis custodem. Idem Theodoritus ait in larissa Thessaliæ vrbe eiusdemque Mineruæ templo Acrisium collocatum, æquè scribere Leandrum in Didymo sacro Milesiæ vrbis loco Cleomachum situm: & Zenonem in Dianæ Magnesiæ templo Iycophronem conditum, nec deesse, qui Apollinis aram, quæ in Telmesso monumentum dixerint cuiusdam vatis. Deniq; Romanos aris & templis honestasse complurium corpora ignorat nemo. Sed hæc pro infirmioribus dixerim Chrysostomi [in oratione secunda aduersus Iudęos.] ductus exemplo, testantis, Ethnicos alicubi adduxisse, vt ad infirmiorum animos se demitteret. Iam verò nemo sit tam auersus a vero, tam præceps, tàm mente captus, qui contendat, quæ scripsi de cadauerum immunditia non aliena videri a Samaritanis & Iudęis immundos appellantibus mortuos, polluereque hos ratis: Etenim satis constat me aliter immunditiam sumere: cùm eam sentiam, quam putredo, ac vermes afferunt: quam & Augustinus [lib. medita. nono, cap. 30.] intellexit vbi ait, Quid ergò prosunt diuitiæ? quid epulæ? quid deliciæ? Non liberabunt a morte, non defendent, non eripient a fœtore: Qui quondam sedebat in throno curiosus, modò latet despectus post mortem in tumulo: qui stabat ornatus in aula, modò sedet immundus in tumba.

20 Septimo, in hanc † sententiam impellit me tetrus odor, quem solet inspirare multitudo cadauerum: nam quæcunque diuinum officium perturbare queunt, a fano prorsus ar-
21 cenda sunt: [cap.decet.de imm.Eccle.lib.6.] sed malus † odor (quod est frequenter in ore medicorum) est de prosternentibus naturam: proindè verendum est ne retrahat orantes a supplicatione diuina, atque eos præsertim, qui exotica olentes vnguenta delicatioris sunt, aut potius infirmioris animi, [arg.eius quod inquit glo.l.fi.in princ.C.de stu.lib.vrb.Ro.& Constan.lib.11.] Si prophanis in domibus Architecti auertunt ab oculis & naribus dominorum ea, quæ necessariò tetri essent aliquid habitura, quod & naturam facere scribit Cicero (similes enim res procul a sensibus amandauit) multo magis danda est opera vt in sacratissimis ædibus id fiatin supplicantium gratiam. [Pro hoc facit cap.fi.de cust.euch. ibi, Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ deducerent etiam in profanis.] Cum præsertim in illis Eucharistia permaneat, in qua cum viuum Redemptoris corpus esse affirmemus, debemus quod ità credimus testari, omnem Christo in ea contento præstantes reuerentiam, quam præstare deceret, si nobiscum versaretur, cernique posset oculis. Post illa: [Ioan.11.] Domine iam fœtet, quatriduanus enim est: hæc ponit Carthusianus: idest quatuor dies habet in monumento vel morte: Sicque cadauer ex resolutione, exhalatione, & putrefactione malum fundit odorem, quem non decet sentiri a te Magistro ac Domino meo. Quippè dum alios tumulandi causa fit vt patent sepulchra, quemadmodùm in horas fieri conspicimus, odor sentitur teterrimus, funebribus arculis etiam pice linitis vetustate intus fatiscentibus. Quin in sepulchris aliquot semper extant spiracula, vnde is emittitur continuò: At esto hæc nunquàm appareant, facora & aditus funebrium cellarum, quæ quoque sint profundæ diligenter, obstruantur, adhuc fœtor non cessabit penitùs: constat pauimenta quantumuis solida, quantumuis a cadaueribus distantia, contrahere progressu temporis tenuiores partes immensæ putredinis ex innumeris defunctorum corporibus exortæ. Argutulus aliquis dicet, his thure occurri, quod in templis obiici quoque adoleatur, vt odor fugetur malus: [Tho.q.83.art. 5.] suadebit ac reliquos odores adhibendos: Grauis foret seruitus, si totis horis oporteret his vti, qui nec sine maximo sumptu comparantur: Cumque cadauerum fœtor autissimus sit, equidem nescio an posset ea re omni ex parte superari: legisse quoque memini satius esse aliquid illæsum seruare, quàm post inflictum vulnus afferre remedium. [Ub. C.in quib.cau.resti.in int.non est necessa.] Si qua excogitari posset diligentia, qua domus, vbi mortui conduntur, nil fœteret prorsus, eam Galli vt doctrina sic ingenio clarissimi excogitassent, ac non decreuissent, vt cœmeteria, quæ contigua templis esse consueuere, procul ab his omnibus omnino euitandi fœtoris causa constituerentur: [Doc.in cap. abolendæ.in fi. de sepul.] Igitur, nec picatas arculas, nec altissimas caueas, nec ora diligenter applicata, nec rimas expletas vndiquè, nec ipsos odores explicatæ iam rationi quis obijciat.

Octauo, vt de personis ad loca sumatur argumentũ, [Abb. c.cũ Ecclesia. de immu.Eccle.] sicut ad dignitatẽ & pulchritudinẽ Ecclesiæ spectat psonarũ distinctio diuersa obeuntũ munera, [Tho.secũda secundæ.q.81.ar.vltimo.] ita & locorũ ad varia paratorũ: Itaq; cœmeterij, sacrarij sacerdotũ habitaculi templiq; diuisio dignitatẽ afferre valet & pulchritudinẽ: Ac perinde vt pueri & mulieres varietate distinctis opificijs & spectaculis delectantur, sic multi ob eã discretionẽ arbitraturi sunt speciosiorẽ Religionis statũ. Crediderim ego Hierosolymarũ templo nõ tam decori fuisse aureas laminas, lapides preciosos, atq; ligna ex cedro, & setim, q̃ varietatẽ locorũ atq; diuisionẽ: Erat quidẽ hic Proselytis designatus, Iudęis ille, qui ab initio, sacerdotibus alius, alius itidẽ Pontifici: Rursus hic erant aromatũ cellaria, illic custodũ cubilia, hexedræ alibi in thesauros domus domini: [5.Reg.6.2.Par.3.] Quæ cum ita sint, si modò corpora funerentur in templis, dicetur vbi cœmeterium? iuxta illud Apostoli: Si totum corpus oculus, vbi auditus? [1.Cor.12.]

22 Nono: Ecclesia fuit instituta, vel † vt imbuamur in ea salutiferis Christi p̃ceptis: ob hęc Lucæ, Et erat quotidiè docens in tẽplo: [Luc.19.] vel vt benedicam⁹ Deo, eiusq; auxiliũ implorem⁹: hinc [Iudith.6.] Cõuocatus oĩs populus p̃ totã nocte intra Ecclesiã orauerũt petentes auxiliũ a Deo: quo fit vt domus orationis dicat sæpissimè: [Luc.19.Esa.56.] vel tandẽ vt p̃gamus eò ad offerendũ Deo, & ad suscipienda sacramenta diuina: vnde in Deuteronomio: [c.12.] Ad locum, quem

elegerit

elegerit dominus Deus noster de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria. Quamobrẽ concedenda templa non sunt, vt sepulchra in eis fiant: quoniam ob certum vsum parata in alium conuerti non debent: [l.1.ff.de admin.re.ad ciuit.pert.] Et quemadmodum si quis re sibi commodata vtatur aliter atque accepit, furtum committit, [§.furtum autem sit Institu.de oblig.quæ ex delic.na. c.in oratorium 43. distin.] ita nos abutendo sic Ecclesijs ad eas tantum res vt institutis ità concessis, alicuius delicti nomen non effugimus. Quæ iam disserui, iuuant hi duo Canones.

¶Oratorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quicquam aliud quæratur vel condatur, quàm quod diuinis mysterijs conueniat. [c.in oratorio.ea.dist] In oratorio præter orandi & psallendi cultũ penitus nihil agatur: vt nomen huic, & opera iugiter impensa cõcordent: [c.fi.de eccle.ædifi.& tradit Syluester Prie.in sua summa ī ver.ecclesia.§.2.in prin.] capitur aũt vtrobiq; oratoriũ pro ecclesia, prout ex interpretibus inspici potest: nempè certo certius est, & in eam significationẽ oratorium sumi. [Ecclesia.c.2.in princ.] Vsque adeò verum est agendum in tẽplo nil esse præter quod dixi, vt molestè Deus tulerit transferri vas per illud: [cap.fin.de cust.euch.] Vnde conijce quàm displiceat ei quòd vermium & putredinis spurcissima vasa, seu sepulchra & cadauera sunt, ponantur ibi mãsura perpetuò. Sed antequam reliquas rationes explicẽ, subnectendum iudico quod sic habetur in Apocalypsi: 21. Et datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi, Surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo, Atriũ autem, quod est foris templum, eijce foras: & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. Nam & ob id etiam opinor datum esse gentibus atrium, vt ibi non autem in templo sepulchra faciant, prout sacer Vasensis conuentus expressè constituit. [d.c.præcipiendum.§.prohibendum.13.quęst.2.]

23 ¶Decimo, puto inter alias † quoq; causas huius sententiæ religionem ipsam, siue (quod aiunt) latriam non in postremis locum sibi vendicare: nanq; cum nostrorum corpora in cœmeterio sepelimus à templo diuertentes, nos ipsos indignos esse taciti fatemur eæ domo, vbi Deus habitare cẽsetur: quod quidem reuerentiæ plenum ac subiectionis est indicium: sicut de Centurione proditum est, qui cum dixisset, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, [Matt.8.] honorificus ita in Christum fuisse traditur. Si nil aliud est sepulchrum quàm defuncti domus, [d.l.4. C.de sepul. viol.] vtique defunctus habitare videtur ædem, in qua sepulchrum habet: Agè quid importet, quas Deus habitare fertur, Aedes incolere perspicuum facit D.Haymo: [Luc.2.] qui dum hæc pertractat. Quid est, quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? sic inquit. Patris illius erant templum, Prophetæ, diuinæ scripturæ, frequens meditatio: & post pauca. Vnde Dominus Iesus Christus ideo in templo residebat & habitabat, vt ostẽderet non minorem patre se esse. Deniq; confirmat hanc rationem inscriptio [in sepulchro Hieronymi Quirini, quod est in Atrio ecclesiæ D.Dominici Venet.] Patriarchæ Venetiarum religiosissimi, ostendens noluisse hunc sepulchrum in templo, ne serui corpus poneretur, vbi domini corpus conficitur.

24 ¶Vndecimo, ad honorẽ † itidem diuorum spectat, quòd in ecclesia (quo in loco eorum corpora sepeliuntur) nullus penè alius tumuletur: ipsa etenim à multitudine disiunctio atque migratio nobiliores in ædes dignitati afferunt incrementum: quare Paulus [Hebr.9.] cum veteris Pontificis excellentiam ostendere vellet, inquit præclariorem partem tabernaculi Moysi, quæ sancta sanctorum appellabatur, [Exodi 26.] nemini præter Pontificem ingredi licuisse: Quin loci nobilitate circunscripta solam à turba separationem plus nescio quo pacto venerationis consequitur: quamobrem Carthaginensis Senatus separato à plebe balneo lauabatur: Campanus diuerso foro vtebatur: Astipulatur his D. Thomas [prima secundæ. quæst. 102. art. 4.] ita propemodum scribens: Quæ communia sunt & non distincta ab alijs, minus reuerentur homines: quæ verò excellentem aliquam discretionem habent, magis admirantur & colunt. Dixerit quispiam, Sacella Diuis, reliquis autem reliquæ templi partes destinentur: Vereor ne ex tam minimo interuallo minimus ijs habeatur honos, quibus maximus debetur: vtque maximus tribuatur, omnis cura, meditatio diligentia adhibenda est: Ergo si diuisio ipsa venerationem affert, eo maior exhibita censebitur Diuis reuerentia, quo separatius collocati spectabuntur: id autem continget, si nostra corpora in cœmeterijs requiescant, illorum verò in Ecclesijs: Certè quod spatium interiectum inter diuorum atque reliquorum corpora longius esse oporteat, & hinc intelligi datur, quòd ab Arca fœderis abesse populum reuerentiæ causa duo cubitorum millia Deus præceperit. [Nec dicatur hanc rationem eo quoq; tendere, vt & viui excludantur: est enim alia horum alia defunctorum ratio: mortuis interdicitur Eucharistia velum & osculum, vt in concilio Antisiodorensi cap. 12. Viuis autem nequaquam. Nec obijciatur Sozomenus qui libro 9.cap.2. non reprehendit Eusebiam, quæ in loculo reliquiarum quadraginta militum se condi curauerat: Etenim ad Historicum non pertinet vt semper suam interponat sententiam: munus eius est præcipuum gesta tantũ referre.] Sacratissima templa sacratissimis reliquijs, cœmeteria verò non adeo sacra cæteris inferioris ordinis obtinentibus; ordine quæcunq; constabunt: cuius habẽda semper est ratio, lege iubente ac natura dictante: quæ stare ordine fertur, [Iosue 3. & ibi Nicolaus Lyra.§.fin.aut de cons.ibi vt nihil immensum nec inordinatum sit.] atque adeo vt eo confuso peritura sint omnia. [Arist.8.Phi.8.Quint.in procemio lib.septimo.] Ad hæc Areopagita, qui humandum esse defunctum cum alijs eiusdem ordinis corporibus, inquit: [Dionys.Areopag.de Eccle. hierar. par.3. cap. 7.] Porrò cum nostri eadem in æde nunc humentur, in qua diui requiescunt, non videntur cum alijs eiusdem ordinis funerari. Si paululum digrediar de cursu ferendus sum, quoniam nec ab ordine, nec à templis, de quibus loquor, alienum quicquam afferam: quanquam vereor ne non verum nunc dixerim: quando ab his aliena est admodum orantium confusio: quam subijciam vtinam a Fabro, [Ioan. Faber in scholijs ad primam Epistolam Areopa. ad Caium cultorem.] quem adduco, contundendam. Videtur, inquit igitur, hic ordo in primitiuis Ecclesijs fuisse: Solus Pontifex in secretiorem aditum sanctaque sanctorum intrabat: Sacerdotes & sacrorum ministri intra aditorum septa continebantur: Cultores, qui & monachi ad aditorum valuas proximè astabant. Hos sequebatur plebs sancta virorum nudato vertice orans: Viros sanctæ velatæ sequebantur mulieres: inter quas si cultrices & famulæ erant, frontem in ordine sanctarum mulierum à viris separato tenebãt: & liberi, qui tantuli essent masculi ad patres, femellæ ad matres accedebant; Qui verò nondum regenerati essent apostatæ immundi, & pœnitentes extra sacra delubra extorres arcebantur: Neque quicquam immundum finebatur locum sacrum introire, orationibus thymiamatum odoribus & sacramentorum participationibus ordinatum. Constitues, inquit, terminos populo per circuitum: & dices ad eos, cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet: Et paulò post Pontifex venerandum conficiebat sacramentum (id autem erat omnino singulis diebus dominicis) sanctissima signa in prospectum faciens, primus sacrorum effectus particeps, mox sacerdotibus proximè angustissimorum sacrorum communionem faciebat: susceptis autem sacris perfecti sacerdotes sanctam communionem ministris diuidebant: & post ministrorum perfectionem ijdem sacerdotes supersubstantialem panem, & superbenedictum calicem suo ordine Therapeutis & plebi sanctæ à supremis ad nouissima procedentes, distribuebant: Nulla tunc illis inerat confusio: omnia tunc ad diuinorum imitationem & ornatum efficiebant. Ad quod instituendum & diuino afflatu iuuabantur: rursus & ex veteribus legis ceremonijs iuuabantur ex vmbra lucem, & ex vestigio veritatem perucstigantes sapienter: quam Philo Iudæus allegoricam figuralem appellat intelligentiam: Nunc verò nobis inconsolabiliter & gemendum & plorandum est: iactamus enim nos esse Christianos: & si sumus, videamus nè non veri simus, & ne Christus princeps Regum omnium & dominus dominantium nos tanquam falsa & adulterata numisinata repudiet: Sacramenta sine honore iacent non intellecta, non venerata; altaria calcantur: rustici nunc super illa (si quando indigni loca sancta adeunt) innixi vtroque cubito & mento stertunt: & suas crapulas eructant: & non licebat in vmbra veri altaris montem sine morte neque homini, neque pecori attingere: omnibus sancta sanctorum pa-

tent: confusa sunt summa imis, ima summis Idiotæ & desertors Pontifici, dum sacra peraguntur, propius astant: nullus minister pro foribus vigilat: omnia immunda admittuntur: pœnitentiæ cessant: apostatæ & profani à sanctis nõ discernuntur: qui se Therapeutas dicunt, vitas diuisibiles maximè amant: omnes sua ignorant officia.

25 ¶Postremò (quanquam hæc ratio † paruulos non attinget) cùm damnati cadauer in delubris tumulatur, summa iniuria diuinum numen afficitur: idque inde suspicari licet, quod ipse Deus plerunq; vindex extitit, si quando tale corpus in templo fuisset humatum: vt liquet ex miro admodum exemplo à Concilio Triburiensi relato in ea sanctione a me alicubi recitata: [In interpretatione capitu. nullus mortuus. 13. quæst. 2.] quod hausit ex libro quarto dialogorum Gregorij plerq; alia illiusmodi recensentis. Sed aliud æquè mirandũ proferre constitui: D. Gregorius Turonorum Pontifex clarissimus hæc tradit in historijs de cadauere cuiusdam Antonini, qui prauè vixerat. Factum est vt is in basilica sancti Vincentij sepeliretur, in qua ipse sibi viuens vas deposuerat: Verum vbi cunctos sub altæ noctis silentio sopor arripuit, & omnes blandiente somno dedissent membra quieti, sarcophagus à sancta basilica per fenestram proijcitur, & in medio deponitur atrio: mane autem repertus est ibi effractũ super se opertorium habens: denique propinqui illius non intelligentes virtutem Dei, neque sentientes iniuriam sancti, in cuius templo indignè temereque sepelierant, eodem quo prius, loco terra altius effossa collocarunt eundem: sed altera illucescente die inuenerunt foras eiectum. Quamobrem cum inter catholicos aliqui sint, qui sacramentorum, quæ poscunt in mortis articulo, salubrem vim & effectum non assequuntur ob vitam prauè actam (quanquam de singulis ad ea confugientibus paulò ante obitum benè sperare oportet) nec hi qui sint, certo sciamus, satius autumo generaliter edicere vt nemo ferè tumuletur in templo. Planè cum in ambiguo versamur, omniq; studio cauere volumus ne diuina maiestas offendatur, eligere illud conuenit, quo res in tuto collocatur, licet alioqui duriusculum: [Glo. cap. aliter, versic. contubernia in princip. 30. quęst. 3. & arg. eorum quæ tradit Abb. cap. ad audientiam. de hom.] Quamuis ergo edictum tale non nemini videri possit inhumanum paululũ, cum pariter probos & improbos aptum sit excludere, nihilominus quia tutius, optimè defendi potest: Ac si quam habet rigiditatem tutameuto quod affert aduersus id, quo Deus prouocari potest, repensemus: sic & duritia legis pro Repuglica lata, publica ipsa vtilitate compensatur: Hinc Caius Cassius in ea oratione, qua (vt scribit Tacitus) quadringentos seruos Pediani Præfecti Vrbis ab vno ex eis occisi, supplicio affici obtinuit, habet inquit, aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos vtilitate publica rependitur: Quanquam hoc edictum nil duri habere insinuabo hanc eandem rationem defendendo, quam sic oppugnet aliquis: Omnes penè catholici funerari queunt in cœmeterio: quod cum sacrum dicatur grauiter quoque Deum ferre credibile est, si corpus improbi, quod infernæ manent sedes in eo tumuletur: quapropter si postrema ratio vera esset, quod de templo asseritur, id etiam de cœmeterio statui oporteret. [l. adigere. ff. de iurepatro.] Præterea decretum opponatur, quo cauetur ne qua ossa de cœmeterio deijciantur, si discerni nequeant quibus Christianorum consortio fuerat interdictum, ne simul bonorum reliquiæ

26 dissipentur: [cap. sacris. de sep.] Addat quis † vulgatissimam Vlpiani sententiam, sanctius esse reum absoluere quàm innocentem condemnare. Rursus illa Augustini, [l. absentem. ff. de pœn.] Neque propter paleam relinquimus aream domini, neque propter hædos in fine segregandos deserimus gregem domini: ac alia eiusdem: [Prælat. cap. quicunque. 23. quæstio. 7. relat. cap. non æstimemus. 13. quæstio. 2.] Quamuis enim non pro quibus fiunt, omnibus prosint, sed his tantùm, pro quibus, dum viuunt, cooperantur vt prosint: sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Tandem opponat Hieronymum [relat. cap. nolite. 11. quæstio. 2.] ita scribentem, Vbi peccatum manifestum non est, eijcere de Ecclesia neminem possumus, ne fortè eradicantes zizania, eradicetis cum illis & triticum: Ego verò hæc omnia ita diluam, cœmeterij ac templi non est par ratio: hoc enim cum dignius sit, [cap. 1. de consecra. Eccle.] multo grauius Deum ferre credibile est, si corpus æternas daturum pœnas in eo funeretur, quàm si tumuletur in cęmeterio: quoniam

27 igitur, † vbi maius est periculum, cautius est agendum, [cap. vbi periculum. de elect. in 6.] nimirum si subtiliori quadam indagine atque exactiori diligentia, cùm de corporibus in templum inferendis tractatur, vtitur Canon [dicto cap. nullus.] admittendo tantum summæ sanctitatis laicos diuosque presbyteros, nec non Episcopos, & Abbates, quos sobriè, iustè, pieque vixisse facilius credendum est, [cap. absit. 9. quæstio. 10.] cùm non nisi optimi viri prouehi soleant, vel debeant in huiusmodi dignitatum gradus. Ea verò constitutio, ne qua ossa deijciantur, cùm bonorum reliquiæ sunt eorum reliquijs mixtæ, qui fuerant Anathematis nota sugillati, [cap. sacris. de sepul.] negotium non facessit: Primum quòd statutum illud fuit, quia bonorum ossa dissipari poterant: Sed ista ratio cessat in hac re: licet enim eiusmodi virorum ossa sint a sacris ædibus exclusa, non tamen distrahuntur ob cœmeteria, in quibus conseruantur: Deinde ibi disseritur de ossibus iam conditis: quæ sic permixta si priusquam conderentur, quæreretur an in cœmeterium inferri liceret, aliud fortè responderet Pontifex: nam † tur-

28 pius eijcitur quàm non admittitur hospes: [cap. quemadmodum. de iureiuran.] Nihil autem ad rem pertinet Vlpiani sententia tum demum adducenda, cum detrimentum aliquod animaduertitur, quo boni queant affici: verum id in proposita quæstione non apparet: etenim si ad animorum fœlicitatem spectes, hæc minimè impeditur, si templis extrudantur boni: sicut etenim † speciosa sepultura non prodest improbis, ita probis nulla vel vilis non obest: [dicto c.

29 sacris.] quanquam cœmeterium vile non est, cum religiosum atque sacrum dicatur: [glo. & But. dicto cap. abolendæ. de sepul.] Neque propter paleam [dicto cap. quicunque. 23. quæst. 7.] idest orco destinatos, derelinquimus reliquos, nam sepelientur in cœmeterio pro cunctis prope catholicis instituto: tunc profecto desererentur, si & id negaretur. Itaque licet sacratior ædes bonis non concedatur ob aliquos malos, qui possunt inscitia simul recipi, nemo tamen arbitrabitur eos derelictos, postquam alibi religiosè funerantur. At ita quidem alias etiam obiectiones ex eodem Augustino [dicto cap. non æstimemus. 13. quæst. 2.] & Hieronymo [dicto cap. nolite. 11. quæst. 2.] cessare autumo: nullus enim prætermittitur bonus, nec triticum euellitur, idest boni deijciuntur, vbi sepulturæ traduntur in loco, quem religiosum esse cunctisque penè Catholicis patere constat. Denique silentio non inuoluam Triburiense Concilium postquàm decreuit neminem penè in delubris humari, subdidisse miraculum à Gregorio (vt dixi) memoratum: ac alteri simile prolato paulò supra: vnde tota postrema ratio dependet. I, nunc tu, & eam tot præstantissimorum Antistitum iudicio suffultam infringere conare. Si pro eo, quod probo excogitata quempiam forte singula non mouent, vniuuersa certè tamen inter se coniuncta atque connexa mouere debebunt. Quoniam verò vnumquodque eorum quæ pro contraria opinione exaraui nil habere firmitatis dixi, verum id esse nunc ostendere libet.

30 ¶Humare † mortuos pium est officium, non inficior: at non sequitur vt in templis exequi liceat: nam quid magis ad pietatem pertinet quàm pauperes alere? nec tamen hi queunt in sacris ædibus ali Laodicensis [c. non oportet. iuncto cap. si quis despicit. 48. distinctio.] ac Constantinopolitani Concilij decreto: Neque ideo de pietate quicquam detrahitur: nam separatim constitutus est, qui cuiquam pio muneri locus esse debeat: Ac vt Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontocomia, Brephotrophia instituta comperimus, vt ipsa non aũt templa parata sint ad inopes, pupillos, senes & infantes recipiendos, [cap. in qualibet. cum glo. ver. Xenones. 23. q. 5.] ita & cœmeterio constitutum est, quo in his non autem Ecclesijs officium de quo dissero quamuis

31 pijssimum, exequamur. Sicut Ennius benefacta † male locata, malefacta arbitrabatur, sic ego bonum alibi peractum quàm ratio permittit, malum existimo quo ad ipsos tamen attinet authores. Sacris ædibus ornamento sepulchra sunt, solent enim sumptuosè construi. Sed hoc perpetuum non est: plura quidem humilia fiunt, quin quæ magnifica ducuntur, templorum decori potius obsunt. [Thom. in quarto distin. 45. quæst. 2. ad tertium, quanquam aliter sentire videtur, tamen non repugnat vt ostendam infra cum dicam eũ late sumere Ecclesiam: nam sic eam sumendo intellexit sepulchra

pulchra quæ fiunt in cœmeterio: quæ si pulchra fiant Ecclesiam late sumptam illustrare dicantur.] Etenim multa sunt, quorum splendorem obscures & non illustres, cùm quid etiam alioqui pulchrum adiunxeris: adeò scilicet sunt in sua materia optimo statu, vt demutari ab illo, nisi in peius non possint: marmorea domus picturam non recipit: Si opus albarium superinduxeris, demas de dignitate, de pulchritudine: quin & nunc vulgo, & apud veteres in prouerbium

32 cessit, bonas formas cerussa deformari: Reuerẽdum † quoddam atque diuinum per se est templum, illisque ornamentis est contentum, quæ Diuorũ tantùm gratia comparata sunt, [Pro quo facit cap. pulchra. 86. distinct. ibi, ornare Dei templum honore congruo.] quibus decoratum, sincerum, & impermixtum se haberi vult: itaque quicquid interposueris de his monumentis, quæ non in Diuorum, sed peccantium nomen eriguntur, coarctaueris, infeceris, & adulteraueris: genus est hoc ostentationis admodum detestandę: atque indicium falsam gloriam concupiscentis animi: quod & sæpe clarius indicant suspensa secus arma, inscriptique tituli grauis arrogantiæ pleni. Reticere autem nequeo fore aliquando, quòd qui enixè ac attentè supplicandi gratia sacras ędes ingredi statuissent, dum hæc luculenta sepulchra inspicient, vt vanis oblectamentis animo alienati, vel instituti prorsus immemores ad alia se conferant negotia, vel saltem, vt plerunque, non ea qua proposuerant animi attentione precentur: hinc olim secundum Eucherium, mel in sacrificijs offerri prohibebatur, quia resoluti blandimentis delitiarum non possunt mysteriorum Dei esse participes: Illa ipsa, quæ delectant (vt ait Quintilianus in decimo) necesse est auocent ab intentione operis destinati: neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: & quodcunque respexit, desinit intueri quod propositum fuerat. Cœlestibus verò sepulchra extructa quamuia egregia, non id efficiunt, [Idem intellige de reliquis ornamentis Diuorum gratia cõparatis.] quia dum hæc miramur operis magnificentiam ad eorum spirituum magnanimitatem in Dei causa dum in humanis agebant, exploratam referimus, fidem, integritatem, ac parsimoniam, qua excelluerunt memoria repetendo: Ex quo cum facilè eueniat, vt ad eorundem imitationem incitemur, fit vt diuina potius tali obtutu incumbamus quàm secus.

33 ¶Religiosiores Ecclesię † fiunt humatione? quid? nonne templa per se religiosissima, sacraque sunt? Præterea nonne palàm est ius Pontificium, quod in hisce quæstionibus sequi oportet, [glo. cap. 2. de regu. iur. in 6.] non admittitur, vt ex ipsis tantùm cadaueribus locus religiosus fiat, sed Antistitis auctoritatem ad hoc desiderare [glo. cap. in Ecclesiastico. versic. si terram. & ibi Doct. 13. quæst. 2. Innocen. & alij dicto cap. abolendæ. de sepult.] quamuis aliter alio iure sit cautum?

34 ¶Summa est hominis † dignitas? immò debet iccircò se humilem erga suum authorem præbendo summè illum venerari: Proponendus est Dauid, qui eo vilior in Dei conspectum venit, quo se ab eo maioribus beneficijs cumulatum cognouit: Nam ob id, quòd cœlesti munere leonum ora fregerat, quòd Vrsorum brachia dissiparat, quòd despectis prioribus fratribus electus, quòd vno lapide Goliam strauerat, cunctumque tandem Israeliticum populum sine vlla contradictione possederat, admixtus populo vulgi more ante aram saltauit: quamuis Michol ex tumore regij generis eum scurram appellaret. [2. Reg. 6.] Chrysostomus [de incomprehensibili Dei natura. hom. 2.] Audi quid ille beatus Patriarcha [Genes. 18.] de se referat: Ego sum pulvis, & cinis: Deum alloqui meruit: & tamen nihil propterea effertur, quinimo eapropter moderatiorem se exhibere oportere censebat & humiliorem. Ergo tantum abest vt homo propter eius excellentiam fanum quærat, vbi sepulchrũ faciat, vt eam ob rem iacere procul debeat humilitatis causa, qua nil Deo gratius. Quis tam sui oblitus hominis dignitatem vsque adeò extollet, vt diuinæ maiestati, quam lædi probatum est, vbi corpora humana indiscriminatim, vt fit, in fano sepeliuntur, præponendam existimet? Non ne arescit tota si ad Deum spectes, quem in templis adesse diuina sacramentorum vi sacrosancta firmat fides? id quod euenire Marco Antonio Cæsaris præsentia Magus quidam his verbis dicebat: Fortuna tua ò Antoni ipsa per se splendidissima est, & amplissima, verum cum Cæsari adhæret, continuò obscuratur & decidit. Præterea quamuis dictum sciam & ad mortuum honorem porrigi, [l. apud. §. nihil. ff. de dol. except. glo. in extrauagan. detestandæ. §. fina. vers. ipso facto. de sepul.] eumque figuras & reliquias humanæ naturæ retinere, [Chrysost. in cap. 11.] multisque argumentis despiciendum non esse, iamiam demonstrabo: Non ne de cadauere disseritur? quod quale sit, etsi per se pateat, supra tamen ostendi latissimè: quod in tantum honorem hominem prouehit (inquit Chrysostomus) [Genescos hom. 13.] Nõ est nisi spiraculum illud à Deo inspiratum: Et Augustinus

35 [de essentia diuinit.] Ad imaginem † quippe suam Deus hominem fecit non in corpore, sed in anima, non in corpore, sed in sensu; non in exteriore homine, sed in ratione. Animaque ideò ad imaginem Dei facta perhibetur, quia spiritalis est creatura, inuisibilis, incorporea, atque immortalis: Et paulò post: In his omnibus anima hominis ad imaginem Dei facta narratur: quæ omnia communia habet cum Angelis, corpus verò cum animalibus brutis, quæ intellectu carent. Falsò existimabit quispiam repugnare iam dictis clarissimum interpretem sanctorum voluminum hæc tradentem post illa Tobiæ 4. Corpus meum sepeli: Sepeliẽdo corpora quasi sacrosanctum depositum terræ commendamus, quæ reddenda, glorificanda in resurrectione credimus. Appellauit enim defunctum quasi sacrosanctum depositum, nõ quia cadauer ita sit, sed quoniam sicut quod ita est omnino restituitur ab eo, apud quem deponitur, sic corpus reddet prorsus terra, ei quasi commendatum humatione. Atqui cùm præsertim eam ob rem sit ipsius habenda ratio, quòd humanæ naturæ carnem Deus creauit, assumpsit Christus, per quem & ea meruit in sanctæ Trinitatis substantiam atq; consortium ingredi, [Qua ratione scribit Ambrosius in libro, qui acephalus est, de fide resurrectionis, despiciendam non esse carnis humanæ naturam.] quòd & corpus in re bene gerenda contra Satanam comes [Dionys. Areopa. de Eccles. hierar. c. 8. par. 3.] animi fuit ac receptaculum (vas enim vbi pretiosissimum aliquod seruatum est, haberi conuenit charum propter eius, quod seruauit, memoriam) ac propterea quòd idem resurrecturum [August. lib. de cura. pro mor. ger.] credimus, satis ei consultum cœmeterijs puto,

36 quæ religiosa esse † nemo dubitat: quin etiam sacra dici pro comperto est, lata tamen significatione sumpta, [Abb. dicto cap. abolendæ. Dec. cap. quanto. colum. pen. de iud.] cum eis benedicatur tantum: nam templa propriè sacra ob hoc aiunt, quòd vnguntur oleo sacrato.

37 ¶Neque sacramẽtorum reliquias † inesse defunctis eo præsertim tempore, quo sepeliuntur, autumo: Sumpta enim Eucharistia, credibile est id, quo conficitur, in aliud abire non multò post: Itaque nihil superesse potest quare sint in Ecclesia retinendi. Qui ab humanis decesserunt dormientes appellantur: ad ideo excludendi sunt à templo, cum eò cubitum ire non liceat: audi Laodicense Concilium. [dicto cap. non oportet. 43. distinct.] Non oportet in Basilicis seu in ecclesijs agapem facere: & intus manducare, vel accubitus sternere. Sed extra locum: Ab hac luce subtracti dormire perhibentur, quoniam Christo iubente faciliter, & integrè quasi de somno reducentur ad vitam: [Dionys. Cartha. 2. Corinth. 15.] at re vera mortui sunt donec resurgant: Nec video quominus dormire dici queant, si collocentur in cœmeterio, ideò sic vocato, quoniam in ipso conditi dormire censeantur. [Pater ergo id ex interpretatione nominis cui deseruire debemus, glo. l. 1. §. quibus autẽ. in ver. Syndicum. ff. q̃ cuiusque vniuer. no.]

¶Hanc morientibus afferre debemus consolationem, vt siue in templo, siue alibi sua corpora funerari iusserint, rata esse debeat eorum voluntas. Porrò si hoc statuamus improbè fecerimus: quid enim esset aliud, quàm illis errantibus viam non monstrare? quod Athenis publicis execrationibus sancitum erat. Ergo pati non debemus morientes ruere, ac templorum reuerentiæ per errorem non inseruiendo in læsæ religionis crimen incurrere: Haud negauerim indulgendum esse non parum eisdem, at non adeò vt rationi cõtraria concedamus: postremas enim voluntates rationis gyro restringi oportere cautum scio: [l. si quis inquilinos. in fi. ff. de legat. 1. glo. cap. vltima voluntas. 13. quæstio. 2.] Neque clypeo cuiusdam optimæ propensionis ad templa, quæ vulgo deuotio dicitur, defendi possunt: nam & qui crucem in marmore sculpit, non ideo minus reprehendẽdus est, quòd honestis nominibus idest fauore animæ id fecerit. [Docto. l. vnica. C. nemini licere fig. Sal.] Sexcentis alijs optimis legi-

bus derogaretur, si qui aduersus eas irent, ac tam boni nominis patrocinio se defenderent, coargui minimè possent: Quàm salubre illud [1. Ioan.4.] Non omni spiritui credendum: Sed explica obsecro, atq; excute intelligentiam tuam, vt videas, quæ sit in ea re deuotionis (vt aiunt) species: cadit ergo in eam mentem, quam deuotam appellant, diuorum reliquijs honorem habitum suis impartire? sacratissimas ædes putrida cadaueris fæce polluere? quod gratia diuini cultus est institutum, id in alios vsus transferre? Quid est, quod afferre tantum isthæc morientium deuotio, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si hoc eodem modo templorum maiestatem reuerentiamque pariter detraxerint? Cernenda sunt diligenter, ne ea nos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari: ac vt prudentiam malitia, fortitudinem audacia, liberalitatem effusio imitatur, [Tale aliquid habetur in cap. sæpe se ingerunt vitia 41. distinct.] sic eiusmodi voluntatis causa, quam improbo, se (vt loquuntur) deuotionem esse videri vult, sed abest ab ea distatque plurimum. Appetitum † boni (Thoma teste) [secunda secundæ quæstio.131.artic.1.] moderari debet ratio: cuius regulam si transiliat, erit vitiosus: quod & Cicero sensit, cum hæc ipsa protulit in P. Clodium: Aspicite aspicite ò iudices hominem religiosum, & si vobis videtur (quod est bonorum Pontificum) monete eum modum quendam esse religionis. Adiecerim pium animi motum erga sacras ædes preferre, desiderantem quoque proximas illis partes, vt cœmeteria sunt: [cap. fraternitatem. ibi, vnde ipsorum deuotioni &c. de sepul.] Qui Constantinopoli rerum potiebantur in singularis beneficij, gratiæque loco reposuerunt (authore Chrysostomo) [in demonstratione aduersus gentes quod Christus sit tom.5.] φ sua corpora non in Apostolorũ ædibus, sed extra ipsa vestibula sepelirentur: quem locum, vt expeterent, efficere nil magis potuit quàm ingens in eos amor, & deuotio; præferre hanc ergo morientes valét sepulchro propè templum optato.

¶ Sepulchrorum occasione, quæ in delubris fiunt diuinus augetur cultus? Quis aliter euenturum existimabit, si ea in cœmeterio fiant? [facit dictum c.præcipiendum.13.quæst.2.ibi, nisi forte qui sepelitur viuens iusserit Ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur aliquid de rebus suis tribuere.] hoc enim cum pars Ecclesiæ sit, [Rot.decis.297.de concess.preben.in no.] vbi veteri Pontificum instituto preces pro his fundãtur, qui sunt in cœmeterio sepulti, [dicto cap. fraternitatem. de sepul.] cur non eadem ratione attrahemur, & alliciemur ad nouas aras, nouaque sacella in Ecclesia contigua construenda? Vt Deo dicatis diebus, ita & in Deo dicatis locis humare mortuos libere debet? Sed hoc vel refellere dedignatur sermo sobrius, quòd sic absurdum est, vt sine argumentationis patrocinio subruatur: Quis † est tam hebes, tam rudis, qui non perspiciat argumentum de tempore ad locum non rectè sumi, quando diuersa est inter vtrunque ratio, [Bald.l.vnica. C.vbi de poss.] atque diuersissimam esse quãtum ad rem pertinet rationem? Templum quod terimus, cum simulachrum sempiterni sit, ad quod migrare credimur eo inferri mortui debemus, vt sepulturæ quoque locus huic congruat credulitati? Cur quæso cœmeterium non congruit, in quo duntaxat hos humandos constat, quos ex hoc hospitio in æternam fœlicemque domum profecturos speramus? est enim quid religiosum, quin & sacrum appellatum: quod verò est eiusmodi his ipsis tantum viris conceditur: hinc reliqui cum profanas in partes inferantur, eorum sepulturam caninam vocari scribit Aretinus: [l. 2. C.de sacrosanct.eccle.] Non est, cur pluribus argumentum confutem, quando pro me quoque militat: quia quod est putridum haud quaquam congruit id referenti, quod corrumpi non potest: hoc enim assequi debet imago, vt ab archetypo abhorreat minimum. [Tho.prima par.summæ.q.183.]

¶ Monumenta sacris ædibus digna censentur, quia mortis nos admonent? optimasque sæpius habent inscriptiones? Quid? male igitur agendum est vt ex bono malum consequamur? absit, refragatur enim omnis theologorum schola: [cap.sic non sunt.32.quæstio.4. cap. forte. cum glos.14. quæst.5.cap.nosse.30.quæstio.1.] Proinde cum abundè constet, malè agere, sepulchra facientes in templo, tanti non sunt eorum admonitiones, piaque inscripta documenta, vt hanc ob rem in delubris extrui debeant: præsertim quòd ibi non desunt viuæ voces, quæ nos earundem rerum efficacius admoneant: Nec me mouent illa Ioan. Chrysostomi: [lib.de fid.ac leg. nat. & spir. sanct.] Deus vbique sepulchra fieri voluit: satis enim erunt vbique, si vbique fiant cœmeteria: idest ad limina templorum propè omnium: pauca enim sunt, quæ iure funerandi vacant: idque verum apparet maximè ex his eiusdem insequentibus. Ideo omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet: Ex tali quidem illatione satisfieri videmus illis: Deus vbique sepulchra fieri voluit, si ante ipsa loca monumẽta construãtur, quamuis penetralia sepulchris careant. Corpora sepeliri debent in ecclesijs, quòd in eis, quæ sacratiores sunt, requiescent tutius? at etiam cœmeteria tutissima sunt aqua præsertim sacra, qua primùm ab Antistite respergũtur: [cap.nemo.in fin.de consecratio.distinctio.1.iuncta glo.cap. nulla.12.quæst.1. facit cap.nimis. §.volunt. ibi, vel cœmeterium benedictum.de excess.prælat.] etenim ea fit potissimũ, vt ibi conditi vexari nequeant à malo Dæmone: atque hinc esse aiunt quòd cœmeterium defunctorum requies appellatur. [glo.cap.cum grauia.13.quæst.2.Bar.in tract. de diff.inter ius can.& ciu.in fin.

¶ Ad placidiorem spirituum requiem cùm funus pertineat, locus in primis, qui pars eius est potissima, si sanctus fuerit, vt est templum, expediet magis? Falsa hæc: satis docet Augustinus, si corpora sepulta non fuerint, nullam inferri spiritibus calamitatem: [August. lib. de cura pro mor. ger.] Stultè alioqui secissent sanctissimi Viri, qui vt optatissimam quietem animabus compararent, pro christiana fide mortem oppetere non dubitarunt, vbi & in Martyrum cineres efferas insultare prospexerant Gentes: Narrat Eusebius Martyrum † corpora in Gallia canibus exposita, canumque reliquias, atque ossa mortuorum vsque ad extremam consumptionem ignibus concremata: eosdemque cineres Rhodano inspersos, ne quid ad memoriam qualemcunque relinqueretur. Ac minus verum foret illud euangelicæ Veritatis. [Luc.12.Sapien.3.] his, qui corpus occiderint, nil superesse, in quod sæuire valeant: homicida enim si subinde perficiat, ne cadauer tumuletur, secretum insuper spiritum torquere diceretur: Certum est cum horribilis vox emitteretur cęlitus: Surgite mortui, venite ad iudicium: quòd suum cuique corpus reddetur quamuis inhumatum prius, ac in quæuis frustula secatum: Cur ergo, dicet aliquis, inter pietatis officia, sepultura refertur? [Tob.2.& 12.] cur tam multos dum in humanis agerent de suis ossibus post interitum conseruandis sollicitos fuisse legimus? cur & † mortuorum (vt vulgo creditur) spiritus viuos in somnis monuerunt, vt è quibus emigrarunt corpora sepelirent? [August. libr.de cura pro mor.geren.] Ad hæc, vt respondeam, scitum est eos † qui mortuos humant, pie quidem agere, non ob id, quod in hos beneficium conferant, nam sensu carent, quæque hic fiunt rarò, ac non nisi aliquibus de causis, volente Deo, compertum est, eorundem spiritus intellexisse, quibus neque (vt dictum) opitulantur sepulchra, sed quoniam contristantur homines [vide glos.hoc fere sentientem in extrauagan. detestandæ versic.abhorrendam. de sepul.] (ex Aurelij loquor sententia) cum alienis corporibus ea decesse animaduertunt, quæ illo affectu, quo nemo vnquam carnem suam odio habet, [Ephe.5.] volunt fieri post mortem corporibus suis: & quod sibi exhiberi volunt quando sensuri non sunt, alijs non sentientibus optant exhiberi, dum ipsi sentiunt: Igitur cum funere fiat, ne sit eiusmodi tristitiæ locus, qui perficit ne cadauer inhumatum iaceat, is piè facere creditur: nanque non minus pium est præsentem aliquem ab hominum animis mœrorem eijcere, quàm ne accedat prospicere: Verùm hæc in vniuersum, nam si tantùm ad amicos & propinquos spectas, præsentem horum lenire dolorem suorum cadauera sepulturę tradentes inficiari non possumus: ac testatur Augustinus, [dicto lib.de cur.pro mor.] vbi ait inhumata corpora fuisse in somnis indicata non nullis, Angelorum opera, Deo permittente, vel iubente, quo sepelirentur vel in coniunctorum solamẽ, vel in sepulturæ humanitatis commendationem, His quidem solatio est tum exequiarum pompa, quę genus est honoris, tum ipsa tumulatio, quæ & honos est, quavè hi proteguntur, quod adamarunt, fitque vt defunctorum memoria, quam sepulchra vt plurimum tuentur, quæque gratissima superstitibus est propinquis, qui vt posteris ea prodatur cauere solent, vigere plus existimetur: quanquam cenotaphia supersunt, quibus adiuuari quoque potest: Comprobant itidem quæ iam dixi hæc Gregorij, Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum: [cap.animæ 13.q.2.] & illud Virgilij.

¶ Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humandi est largior.

¶ Veruntamen eo loco solamen & ad vltima quædam obsequia reuocari potest, quæ cum ipsimet sui exanimis præbent: plus nescio quomodo leuantur, qua de re miseranda magis videri potuit Euryali matris oratio.

Nec te tua funera mater
Produxi: pressiuè oculos, aut vulnera laui
Veste tegens: tibi quam, noctes festina diesque
Vrgebam: & tela curas solabat aniles

¶ Atquè referri potest ad complexum, quo defunctum propinquum retinere superstes assolet osculans lachrimansque, nec non ad oculorum in eo cernendo satietatem. Vnde taciti querimonia in Agricola: Auget mœstitiam quòd assidere valetudini, fouere deficientem, satiari vultu, complexu non contigit:

Et Canace apud Ouidium.

Nate parum fausti mirabile pignus amoris
Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit:
Non mihi te licuit lachrimis perfundere iustis
In tua non tonsas ferre sepulchra comas:
Non super incubui, non oscula frigida carpsi.

¶ Iam vt ad explicandam sepulturæ pietatem redeam, haud nego aliter declaratam videri ex mente itidem Augustini ab eo, qui quæstiones diui Thomę suppleuit: [In add. D.Tho.q.71.ar.11.] ait enim quòd cùm impulsu affectus iam expressi desideret quisquam, vt post obitum corpus humetur suum, qui hoc facit, eleemosynam dat mortuo, quia præstat ei quod exoptarat, quodque præstare sibimet nequit,
43 Non silendum ob † id etiam placere sepulturam Deo, quoniam non parum attinet ad resurrectionis fidem astruendam, indeque docemur quanta futura sit ab eodem remuneratio pro his, quæ sentientibus benignè damus, quando nec apud eum perit, quod non sentientibus officio, diligentiaque persoluitur. Nedum iam liquet cur sepultura inter pietatis opera sit relata, sed & patet cur ea cura solicitauerit viuentes: Etenim vt iterum dicam, vsque adeò suam quisque carnem naturaliter diligit, vt velit eo quoque tempore, quo sensu carituros est, eius rationem superstites habeant, scilicet tantum dando solennitatis exanimis membris, quantum consuetudo poscit, vtq; præsertim ossa diutissimè conseruentur efficiendo: quamobrem Pseudopropheta Virum Dei, quem deceperat, in monumento proprio sepeliuit: seque iuxta sepeliendum curauit, [3.Reg.13.] sic sperans parci ossibus suis, cùm venerit hora, qua secundum illius Viri oraculum Iosias Rex erutis ibi multorum cadaueribus, sacrilegas aras funestabit: res ex voto successit: cæteris enim monumentis disiectis nemo sepulchrum violauit, vbi erant Viri Dei reliquiæ: penes quas Pseudopropheta tumulatus fuerat: [4.Reg.23.]

Eundem affectum sic expressit Maro in Mezentio.

Vnum hoc per (si qua est victis venia hostibus) oro
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circunstare odia: hunc oro defende furorem:
Ni potius ad vetustatis ambages referendus sit, cui sepultura
erat in optatis, maximè quòd (vt idem ait
Nec ripas datur horrendes, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt:
Atque inde cupiditas iacendi post funus, vbi coniunctiores
requiescunt: [quam sensit Iustinianus in Authen. de quæst. §.fina. ibi, vt ne suas prouincias deferentes hic atterantur & moriantur forsan proprijs priuati, & neque paternis fruentes sepulturis.] id quod & Mezentius ita deprecatur
Et me consortem nati concede sepulchro
Rursus Canace
Tu tantum ò frustra miseræ speratæ sorori
Sparsa precor nati collige membra tui
Et refer ad matrem, socioq; impone sepulchro
Vrnaq; nos habeat quælibet arcta duos
Quo & illa Aeneæ pietas
Teq; parentum
Manibus & cineri (si qua est ea cura) remitto

Atqui talis affectus detinere magis potuit olim gentes, vt Manes, quos aiebant, vnà essent: Et vt pergam, ac recentiora afferam, inde huius eulogij [Romæ in æde Apostolorum.] postrema

Lucius hac Laurens tegitur Mancinus in vrna,
Clarus Eques, claro sanguine, Marte potens:
Qui Venetum ducens Romano pectore turmas
Retulit hæc dextra parta trophæa Ioui:
Consilio, virtute, manu, si vita fuisset,
Odrusij poterat vincere facta Dei:
Proh dolor, infelix posuit Felicita coniunx
Mancina hæc claro mæsta sepulchra Viro:
Quin etiam vt ducem viua est complexa maritum,
Constituit moriens ossibus ossa sequi.

Sunt eiusdem generis quæ Tridenti leguntur [in Ecclesia Catholica.

Communis domus in vita, commune sepulchrum
Post mortem ambobus fecit vt esset amor.

¶ Quamobrem cum fit vt seorsum à suis recumbat aliquis, pœna quadam infligi videtur: quemadmodum ex his apparet: [3.Reg.13.] quoniam inobediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatũ, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferretur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Si humanum erga suam carnem consideremus affectum, vt cum Augustino loquar, Prophetæ dolebat animus id de suo corpore futurum, quamuis cùm fieret, non doleret. Quomodo & angor Tarquiti auctus esset si valuisset audire.

Isthic nunc metuende iace, non te optima mater
Condet humi, patriouè onerabit membra sepulchro.
Cuius dolori incrementum quoque adiecissent in eundem
subinde dicta.
Alitibus liquere feris, aut gurgite mersum.
Vnda feret: pisces q; impasti vulnera lambent:

44 ¶ Quæ timentes lepidè illusit † Diogenes Cynicus: interrogatus enim vbi vellet inhumari, proijcite, inquit, me inhumatum: tum amici, Volucribus nè & feris? minimè, inquit, sed bacillum propè me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? illi: non enim senties: Qui igitur mihi ferarum laniatus oberit nil sentienti? Et vt eò se referat sermo, vnde digressus iamiam est: ea quoque de re concussa magis esset Oratia, si præter necem à fratre illatam, quòd suam exprobaret victoriam, neque publica lætaretur fœlicitate, magis quàm Porci consobrini, cuius erat vxor, quàm fratrum lugeret mortem, patrem intellexisser decernentem nè paternis in monumentis poneretur. Eiusmodi verò loca expetenda interdum fuerunt non tam amore, quo suos quisque prosequitur, quàm quòd ignominiosum putatum scio illis interdici. Sed neque præterierim affectu, de quo locutus sum, eum quoque sepulturæ locum aliquando eligi, qui gratior fuerit: quod ne careat exemplo, vnam de Sirenis citabo: nam Parthenope in loco, † cui nomen dedit, humari secauit, ne dum quòd per id temporis celeber erat, sed quòd
45 & ei viuenti gratus admodum, atque in delitijs habitus. Ab his, quæ paulò supra dicta sunt, haud alienum arbitror alias proferre causas, quibus aliquando iustiùs defendi potest idẽ coniunctissimorum sepulchrum: His etenim viro præsertim & vxori, nato, ac parenti, cùm idem animus soleat esse viuentibus, constat enim similes † mores assidua fieri conuersatione, [cap.1.28.quæstio.1. glo.cap.si quis cum militibus. ver. metuuntur.6.quæst.1.] idem defunctis conuenit loculus, vt sic quibus eadem fuit mens, hos easdem manere sedes post interitum significetur: accedit quòd sumptionibus parcunt, nouum sibi non parantes conditorium, sed in veteri suorum se condi statuentes: ac ita tueri decet commune sepulchrum Tobiæ & vxoris, Abraam & Saræ: Isaac & Rabecchæ, Iacobi & Liæ, Philippi & natorum, beati Seueri Rauennæ antistitis, vxoris, ac filiæ, [cap.vnaquæque, 13.quæst.2.] & huiusmodi: Quo ad coniuges adiecerim viuentium, quos Deus coniunxit, separationem constat esse prorsus execrabilem, cùm neque mortuorum probatur diuisio. Cur autem exoptet † quisquam sibi monumentum
47 fieri, ea quoque ratio reddi potest, quam Antonius Zimara [problem.6.] de simulacris, pyramidibus, & huiusmodi primo tradit: Etenim cùm omnia perpetuum, atque diuinum esse (libet vti Philosophi verbis) participare vt possunt, concupiscant, euenit, vt cum in esse naturæ permanere diutius nequeant, in esse saltem rationis permanere nitantur. Cæterum haud quaquam verum est animas defunctorum somnian-

ſomniantibus apparuiſſe, ac eos admonuiſſe, vt quæ reliquerunt corpora ſepelirent: nam illorum potius fuerunt imagines, ac vt ſæpiſſimè viuentes amici affari nos videntur in ſomnis, ipſis tamen amicis inſcijs, ſic & mortuorum ſimilitudines eorum ſpiritibus neſcijs occurrunt quandoque viuentibus: quod, vt dixi, Angelorum opera permittente, vel iubente Deo fieri receptum eſt, ſiue ad viuorum qualecunque ſolatium, ad quos attinent mortui, quorum imagines apparent, ſiue vt his admonitionibus humano generi ſepulturæ commendetur humanitas. Quoniam aſſerui ſupra nil opitulari ſepulturam defunctis, ſciendum eſt hoc à me ideo dictum, vt ſolum ipſum tumulandi actum, ſolaque ipſa ſepulchra vbiuis conſtructa, nullo eſſe præſidio ſignificarem: nam haud nego pia ſepelientium mente, atque lapidum ad templa extantium occaſione illorum, quos tegunt, animas adiuuari poſſe: prout ſentiunt Auguſtinus, [libro de cura pro mor. geren.] Gregorius, [relatus in dicto cap. cum grauia. 13. quæſt. 2.] ac Thomas, [4. ſenten. diſtinct. 45. quæſt. 2. ad tertium.] qui vt primò referatur ſic inquit ad literam: Sed quod vlterius ſepultura in loco ſacrato mortuo prodeſt, non quidem eſt ex ipſo opere operato, ſed magis ex opere operante: dum ſcilicet vel ipſe defunctus, vel alius corpus tumulari in loco ſacro diſponens patrocinio alicuius ſancti eum committit: cuius precibus per hoc credendus eſt adiuuari: & etiam patrocinio eorum qui loco ſancto deſeruiunt: qui pro tumulatis apud ſe frequentius & ſpecialius orant: Sat erit ſi & Auguſtinum recitauerim. Cum ergo fidelis mater, fidelis filij defuncti corpus deſiderauit in Baſilica Martyris poni, ſi quidem credidit eius animam meritis Martyris adiuuari, hoc, quòd ita credidit, ſupplicatio quædam fuit, & profuit ſi quid profuit: Et quod ad idem ſepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis magisque commendat, adiuuat defuncti ſpiritum, non mortui corporis locus, ſed ex loci memoria viuus matris affectus: ſimul enim & quis, & cui commendandus ſit, non vtique infructuosè religioſam mentem precantis attingit: Et idē: Quod ſi verum eſt, profectò etiam prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam ſanctorum locus bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniam ſi nonnulla religio eſt vt ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando vbi ſepeliantur, attenditur: Sed cum talia viuorum ſolatia requirũtur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non video quæ ſunt adiumenta mortuorum, niſi ad hoc, vt dum recolunt vbi ſint poſita eorum, quos diligunt, corpora eiſdem ſanctis illos tanquam patronis ſuſceptis apud dominum adiuuando, orando commendent, quod quidem facere poſſent, etiam ſi talibus locis eos humare non poſſent: Sed nõ ob aliud, vel memoriæ, vel monumenta dicuntur ea, quæ inſignita fiunt ſepulchra mortuorum, niſi quia eos, qui viuentium oculis morte ſubtracti ſunt, ne obliuione etiã cordibus ſubtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitare: & memoriæ nomen id apertiſſimè oſtẽdit, & monumentum † ex eo quòd moneat mentem, ideſt admoneat, nuncupatum: propter quod & Græci μνήμων vocant, quod nos memoriam, ſeu monumentum appellamus: quoniam lingua eorum memoria ipſa, qua meminimus μνήμη dicitur: Cum itaque recolit animus, vbi ſepultum ſit cariſſimi corpus, & occurrat locus nomine Martyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus: Rurſus: Ita etiam cùm plurimũ interſit vbi ponat corpus mortui, qui pro ſpiritu eius Deo ſupplicat, quia & præcedens affectus locum elegit ſanctum, & illic corpore poſito recordatus locus ſanctus eũ, qui præceſſerat, renouat, & auget affectum. Idem tandem Auguſtinus: Quod verò quis apud memorias Martyrum ſepeliatur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto vt commẽdans eum etiam Martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur. Quamobrem cum ipſa pietas poſtulet, vt nunquam omittatur quòd ſpiritibus defunctorum quoquo modo conferre valeat: quin omnis (vt aiunt) mouendus eſt lapis in quouis eis præſidio comparando. Equidem vt mortuos in Eccleſia nunquam, ſic extra collocandos ante fores dixerim: quod & Canone, [dicto §. prohibendum. 1. quæſt. 2.] tantummodo in porticu, vel in atrio ſepulturam permittente videri poteſt cautum: Ac ita factitatum fuiſſe vel inde percipitur, quod putatum eſt [Syl. Pri. in opere, quod inſcribitur ſumma Sylueſtrina in ver. cœmeteriũ.]

49 † cœmeterium à cis dictum, quoniam in more poſitum inſtitutoque maiorum fuerit, vt ante templum fieret: tameſi hoc verum eſt, tamen eius vocis ethymologiam qui hanc exiſtimant, exhibilandi ſunt, & explodendi. Planè ſi per veterem nos mortem reuocauerimus, omnis omnino, quam diximus, vtilitas capietur: etenim eo loci tumulatus ſacerdotum precibus, atque etiam ipſis Diuis intelligitur commendatus, [glo. dicto cap. cum grauia.] ad quos cœmeterium pertinere ex hoc abunde liquet, quod templi pars eſſe traditur: [Rot. d. deciſ. 157. de conceſſ. præbend. in no.] Jamque templum petenti amici tumulus occurret, vnde monitus Deum precari poterit pro eodem cùm introiuerit: Addo quòd & ibidem ſepultum animaduertẽs affectum iridem reminiſcetur ac rurſum quodãmodo induet, quo debuit humari, videlicet q; ita humandi animæ merita Diuorum ſuffragari crederentur: itaque precibus, quas Eccleſiam ſubiit de ingreſſus effundet, adijcietur tacitus hic & pius affectus: qui (vt dictum) & ſupplicatio quædam eſt, atque ſemper fermè retexetur: nam poſtquã pro mortuo per ſeipſum implorauerit auxilium Dei, Martyres inſuper obſecrabit, vt eorum quoque interceſſione ſubleuetur is qui ex tempore, quo in eorum cœmeterium eſt illatus, eiſdem commendatus præcipuè cenſetur. Aliud eſſe ſubſidium replicabitur, quo conditus extra fanum cariturus eſt: quoniam ſi monumenta dum oramus, aſpicimus, maiori nos animi ardore precamur: nanque illorum imagines, quos lapidibus claudi reminiſcimur, tum ante oculos verſari videntur: vnde fit, vt incitatius commoti magis ac magis ex animo rogemus: ex quo viuum matris affectum, affectumque ſupplicationis auctum Auguſtinum [de cura pro mor.] ſcripſiſſe videri poteſt: quo enim rogamus ardentius, eo maiorem ſupplicationis affectũ, atq; ob id etiam viuum dici conuenit: quanquam iſta & ad interceſſionem Diuorum referenda ſunt; & ad illum animi motum, quo credimus iuxta ea loca ſepultos cęleſtium, quorum ſunt, meritis adiuuari. Obiecta vt confutem nego minus ardenter pro mortuis precari homines cùm ſuorũ monumenta vbi rogant, non inſpiciunt: vix enim futurũ arbitror quin illa viſuri ſint introeuntes, ſi ad limina (vt decet) Eccleſiæ fuerint: quamobrem vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remorum, ita hac in re monumentorum proſpectus ante templa extantium eò ingreſſis eripitur interuallo, par tamen motus ad ſupplicandum remanet animis ſemel illorum concitatis aſpectu: Præterea q augendus is affectus non ſit, vbi diuino numini honor non habetur, ex eo manifeſtiſſimè datur intelligi, quòd alioqui Euchariſtiæ ſanctiſſimæ medijs Aris, quoniam has crebrius intuemur orantes, collocari mortuos oporteret: quare medium quoddam tenendum eſt, quo ſic animabus conſulatur, vt & ſacrorum habeatur ratio: eiuſmodi autem cœmeterium eſſe quis non videt? Verum quemadmodum rationes illæ non obſunt ſententiæ, quam probo, ſic neque auctorum verba, ſi ſola expendantur, nam ſepultus in cœmeterio, ſepultus eſt in baſilica vel eccleſia: quando latè capitur, ac illud appellatur ſaltem impropriè ſacrum & ſanctum. [Abb. cap. abolendæ. de ſepul. Dec. cap. quanto, colum. penultima. de iudic.] Dixerit quis cùm loquatur Auguſtinus de ſepulchro apud memoriã Martyris, eſt aliquid plus apud eum, quod non videtur omnino explanatum: quapropter vt id prorſus planum faciam, ſcire oportet Eccleſias vocari memorias eorum, in quorum nomen ædificatæ ſunt: vt paſſim videre eſt apud eundem Auguſtinum, atque etiam Sozomenum cum Martyrij, Marcianique meminit. Præterea concedamus memoriam poni pro conditorio, tamen inuſitata non eſt locutio vt eſſe dicatur apud ſepulchrũ, qui manet in vicinis & finitimis ædibus tẽplo, vbi ſepulchrũ extat: nam ſcribit Gregorius [relat. in c. quia ſanctitas tua diſt. 50.] ad ſecũdum: Quid enim grauius eſt, aut carnale delictum committere, ſi ne quo pauci inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? in quo verbo hunc ipſum beatum Petrum Apoſtolorum Principem (ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus) lapſum eſſe cognouimus, ſed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt: eaque verba referenda nõ eſſe ad Templum Gratianus innuit: nam priuſquàm ea recitet inquit, Quid verò mortuis proſit iuxta eccleſiã ſepeliri, quidvè ad eos perueniat Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, oſtendit. Et cum Gratiano conueniunt Doctores, ipſeque in primis Gloſſularius [glo. dicto cap. animæ. cum inquit quòd in quarta parte illius cap.

quæ

quæ eſt: Quod vero quis apud memoriam Martyris ſepeliatur &cæt. dicitur ſi defunctus ſepeliatur apud Eccleſias Martyrum prodeſt ei, quia patrocinio Martyris commen-
50 datur.] quod ſi obijciatur interpretatio † conſuetudinis, quæ optima fertur interpres, [l. ſi de interpretatione. ff. de leg.] addam tum præferendas eſſe huius interpretationes, cùm vitioſa nõ eſt: tunc enim corruptela potius appellari debet: inſtitutum autem in delubris humandi prauitatis (ni fallor) conuincitur ex multis iam deductis argumentis? Quod nec
51 adiuuat vetuſtas: ait enim † Iuſtinianus [Auth. vt nulli iud. §. 1.] malum vſum nullo vnquam tempore confirmari: monetque Cyprianus, [relat. in cap. ſi conſuetudinem. 8. diſtin.]
52 vt quælibet conſuetudo † quantumuis vetuſta, quantumuis vulgata veritati omnino poſtponatur: Quo manifeſtum eſt non de omni more Auguſtinum loqui, cum dixit: [relat. c. in his rebus. diſtinct. 11.] In his rebus, de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt: præſertim quòd idem inquit: [relat. cap. veritate. 8. diſtinct.] Nemo conſuetudinem rationi & veritati proponat, quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit: liquet inſuper nõ obſtare Canonem, vnde colligitur conſuetudinem eſſe ſpectandam quamuis legi cõtrariam, cùm de mortuis tumulandis quæritur: [cap. licet. de ſepult. lib. 6.] intelligendus eſt enim vt id ſentiat de conſuetudine, quam ratio introduxit, ſicut illa, de qua ibi: Siquidem cenſetur æquiſſimum, vt inanes vitentur ſumptus, preſertim in paruulis, ne infans omnino inferatur eò, vbi ſui maiores requieſcunt: quem in locum non niſi ſolenni funere ſolet inferri. [gloſ. fin. dicto cap. licet.] Quam interpretationem poſtulant & alij Canones, qui ritus patrios ſeruandos admonent, quòd vnaquæque prouincia, Hieronymo teſte, ſuo ſenſu abundet. [cap. vt in am. diſtin. 76.] Video hic velut obiter profligatum recepti moris robur ipſa in primis vetuſtate penſitatum. Sed ex omnibus, quæ in hunc ipſum in toto opere dixi perſpicuum & illud eſt Chriſti ſponſam, quæ corpus eſt veritatis, quæ ſine ruga eſt vel falſitatis, vel erroris, eum potius toleraſſe quàm probaſſe: Nec ad aliter opinandum cogimur Pontificis conſtitutionibus tam ſæpe mentionem Eccleſiæ facientibus in ſepulturæ quæſtionibus dirimendis: [c. certificari. de ſepul.] nam in cœmeterio conditi, ſunt in eccleſia conditi, latè ſumpta: hæc enim cùm ita ſumitur, continet ædem, vbi ſacra fiunt, cœnobium, cœmeterium & quoduis aliud extãs in atrio: [cap. vt priuilegia. circa med. de priuileg. cap. nimis. de exceſſ. prælat. cap. cum liberum ſit. cap. ex parte. de ſepul. cap. cum quis. cap. is qui. eod. titu. lib. 6. cum ſimilibus.] Neque replicet quis tam lata ſignificatione ſepulturam concedi, & vbi ſacra fiunt, quia cui to-
53 tum † tribuitur, ei ſingulæ totius partes conceduntur: [cap. de viro. ibi, vno anno extra Eccleſiam Dei. iũcta gl. ver. ante fores. 12. quæſt. 2. glo. cap. per exemptionem. ver. ipſa Eccleſia de priuileg. lib. 6.] is enim ſcire debet generalem orationem de locis habitam ſic eſſe intelligẽdam, vt idonea ſolum importet, [Et ſpeciatim de cœmeterio tradit Rot. deciſ. 197. inquiens quòd beneficium in cœmeterio vacans in Eccleſia vacare dicatur: quia cœmeterium eſt pars Eccleſiæ.] hæ verò ad humandum idoneæ ſunt partes, quæ ſunt in cœmeterio, quod occupare debet aut exedras aut porticum, aut atrium. [l. in toto. ff. de reg. iur. l. ſi quis cum totum. de excep. rei iudic.] Præcipitur iudici vt intra Vrbem ius dicat, non ideo quaſque vrbis partes ius dicenti ſibi permiſſas exiſtimabit, ſed vbi ſalua maieſtate imperij & ſaluo maiorum inſtituto ius dicere poterit. Ac vt aptius forſan exemplum afferam eandem vocem latè capit Vrbanus ſcribens in eccleſijs habitare monachos, [glo. l. eum qui. ff. de iudi. & in l. 1. ff. de eo quod cer. lo.] at non ideo quaslibet partes intellexit, ſed tantum ad habitationem, de qua loquitur accommodatas, vtpotè cœnobium. Igitur & illi Canones hanc ipſam vocem ita ſumentes, non omnem eccleſiæ locum ſenſerint, ſed duntaxat aptum ad humationem, de qua tractant, ideſt cœmeterium: vſi ea figura, qua totum pro parte ponitur, vt è contra pars interdum pro toto: Et apud iuriſconſultos ob-
54 ſeruatur genus † vſurpari pro ſpecie. Scribit enim Scæuola: [dicto §. prohibendum. l. penul. §. fin. ff. de iuſt. & iur.] Quod vulgò dicitur filioſam. credi non licere, non ad verba, ſed ad numerationem referendum eſt: ſubditque Accurſius, reſtringitur ergo appellatio generis circa ſpeciem. Nec quiſquam dixerit: Cum quid plura ſignificat, eſt referendum ad id, qd potius eſt, [cap. 1. de capel. mo. cap. pęnale. in fi. 14. quæſt. 5. cap. quod ſi pœnitentiam. in fin. 27. quæſt. 1. & cap. monacho. ea. quæſt.] Aedes autem ſacratior iudicatur potior: [l. quia quod vulgo. ff. ad Senatuſconſul. Maced.] Nam confutantur hæc à iamiam prolatis: vtque clarius diluãtur, potius exiſtimatur quod rei gerendæ aptius eſt: [argumen.
55 l. quæritur. ff. de ſta. ho.] nec ignoratur † exponi verba oportere ſecundum ſubiectam materiam. Ad excipiendum verò mortuos nil extat aptius locis iam expreſſis, nilque congruentius ſermoni habito de ipſis collocandis: Præterea fac eaſdem conſtitutiones eam vocem ponere pro ſacratiori do-
56 mo, ſciendum eſt tamen † præpoſitionem, in, poni aliquãdo vt proximitatem importet: quod in primis confirmatur his perappoſitis Innocentij verbis: [cap. 1. de conſecra. Eccl. lib. 6. Bart. l. ſi vno. ff. loc.] Qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium vel aliorum nõ interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturas: Cùm poſt illa vt humentur apud non interdictas eccleſias, ſubdiderit: in quibus elegerint ſepulturas: probat quod aio: cuius rei & argumento eſt alia conſtitutio: [dicto capitu. vt priuilegia. circa med. de priuileg. & clem. cauſam. §. quod ſi forſan iuncta gloſ. in ver. domo, de appellatio.] vbi exponitur in domo, ideſt ante domum. Eodem pertinet Angelomi [lib. 4. Reg.] & Bedæ [in opuſculo quæſtionum triginta in libro 5. Regum.] explicatio, cum aiunt, excelſa quæ Salomon ædificauerat Aſtaroth Idolo Sidoniorum & Chamos offenſioni Moab & Melchon abominationi filiorum Ammon, quamuis extarent extra Hieroſolymam, tamen quia erant admodum vicina vrbi, legi alibi Hieroſolymis fuiſſe. Alterutram interpretationum, quas feci, comprobat Ambroſius [lib. 1. de Abraam. cap. 9.]
57 vbi loquitur de Abraam, qui † ſepulchrum in ſpelunca parauerat: Hoc autem, inquit, Abraam fecit, quia nondum erant huiuſmodi Dei templa, in quibus fidelium in Domino reliquiæ conderentur: Quippe cum defuncti tunc temporis humarẽtur in cœmeterijs, [vt præſertim liquet ex ipſomet Ambroſ. relato in cap. aurum. 12. quæſt. 2. ibi, Nemo poteſt indignari, quia numandis fidelium reliquijs ſpatia laxata ſunt. Hæc. n. ſpatia interpretantur cœmeteria.] hæc ipſa intelligens vel accepit eccleſiam latius, aut ſi preſſius in, poſuit, vt propinquitatem indicaret. Conſtitutiones verò [cap. 1. de ſepul. lib. 6. cum ſimilibus.] Eccleſiam vel cœmeterium repetentes, ex quibus argumentum pro ritu deduci poſſe innuunt Archidiaconus, Geminianus, & Francus, [dicto cap. 1. de ſepul. lib. 6.] hanc habere poſſunt & debent explanationem, vt ita dixerint, quo vtrique hominum generi ſatisfacerent: Sunt enim quibus ſepulturam in templis tributam putem à Pontificibus, quibus Canon [cap. nullus mortuus. 13. quæſtio. 2.] arriſerit interpretatus à me: quod conijcio non tam quòd is legitur in decretorum volumine, quàm quòd ſummam habet rationem, quemadmodum abundè demonſtraui: quapropter ob hos expreſſerint Eccleſiam ſumptam preſſius ob ſequens cœmeterium. Et huic oppoſitioni fauere conſtat Archidiaconum: [cap. is cui. de ſenten. excom. in 6.] Ac vt omnis tollatur ſcrupus, quòd ita decreuit Clemens. [§. huiuſmodi quoque ſtatuto. de ſepul.] Huiuſmodi quoque ſtatuto & ordinationibus noſtris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſijs vel locis ſuis vbilibet conſtitutis liberam habeant ſepulturam, ſic intelligẽ, vt reuocanda libertas ſit ad ius funerandi, quo prius eorum ordinum religioſi carebant. Indulſit ergo Pontifex, vt liberè poſſint humare vel in eccleſijs, ſupple hos, qui digni ſunt, vt ibi condantur, vel in alijs locis, vtpotè illos, quibus tributa nõ eſt ſepultura in templis. Ex quo nullam ſummorum Pontificum conſtitutionem vidiſſe fateor, quę conſuetudinem, quam reprehendo, confirmet. Sed ab re non eſt videre num ſaltem probetur his Dionyſij Areopagitæ verbis: [Dionyſ. de eccleſ. hierar. cap. 7. par. 3.] Peractis his Pontifex condit in domo honorata corpus, & reliqua: Num & quarundam Synodum ſanctionibus, [cap. Eccleſiam, cum ſequen. de conſecra. diſtinctio. 1.] vnde colligitur conſecrationi non officere catholici corpus in Eccleſia tumulatum priuſquàm conſecraretur, ibiq; ſacra facere ſacerdotes poſſe, illudque de templo deijciendum non eſſe. Quæ vt primò diſcutiam haud aſſerendum eſt proin, vt omne fermè cada-
58 uer in templum inferri liceat; quia † multa tolerantur facta, quæ ſi faciunda eſſent, impedirentur: [l. patre furioſo. ff. de inoffic. teſtamen.] idem corpus quia tumulatum ante dedi-

cationem apparuit, perferunt Canones, vt ibidem post dedicationem permaneat: quòd si consecrata iam Ecclesia cadauer inferre quis in eam voluisset, renuissent profecto: quamobrem nimirum si sacerdotes valent sacra facere, vbi tale corpus est humatum: Sed cur id inspicimus cum & alia negotia, quæ prohibentur eo loco conici, tamen si expediantur, adhuc agi res diuina potest? Siquidem non sequitur, quod in æde sacra fit, si rei diuinæ impedimento non est, vt efficere queat quominus ibi sacra fiant, efficere tamen potest vt eius ædis maiestas minuatur. Quo verò ad Dionysium, is domum honoratam non intellexit Ecclesiam: cũ hãc suis nominibus appellarint veteres, ac eo tempore mortuos extra templa sepelire consueuerint. Sensit ergo cœmeterium, quod esse honoratam domum fateri necesse habent omnes, qui tum ceremonias perspexerint, quibus constituitur, tum priuilegia, quibus honestatur, quæ penè tot sunt, quot sunt in ipsas ecclesias irrogata. [glo.cap.consuluisti.in ver,cœmeteria.de consecra.eccles.vel Alta.& summistæ omnes in ver.immunitas.] Quæret quispiam, quid ergo longæ consuetudini causam præstitit? num Cretensium imprecatio in nos fortè ipsis exosos effusa pariter ac exaudiat? Solent Cretenses, cum acerbissima execratione aduersus eos, quos vehementer oderunt, vti volunt, vt mala consuetudine delectentur, optare, modestoque voti genere, vt Valerius inquit, efficacissimum vltionis euentum reperiunt. Postquàm longo consuetudinis cursui sua causa reddenda est, conuenit eius ortum in primis pandere: nam non ego his accedo, qui morum mutationem necessitati ascribunt rati cũctis rebus quendam velut orbem inesse, vt quemadmodum temporum vides, ita morum verti oporteat: nulla nos aliò detrudere solet vis, nisi virtutem aut vitium necessitatem appellaris, ac liberum agens (vt Philosophi loquuntur) hominem esse negaueris. [cap.nullus mortuus.13.quæstio.2.] Ergo quemadmodum non iniuria permissum dixerim, vt in templo nonnulli sepelirentur (hos intelligo, quos interpretatus Canon excipit, quem Summis Põtificibus arrisisse suspicari me dixi) ita non negauerim hanc indulgentiam prauo ritui ianuam patefecisse: præclarè Cæsar apud Salustium
59 † disserit omnia mala exempla ex bonis initijs oriri: Nam vt quisque amicum, aut coniunctum in templo sepelire concipuerat, dabat operam, vt is optimus esse diceretur. Ita paulatim eo creuit licentia, vt passim digni & indigni, idest optimi, & non optimi eò loci conderentur: sic in morem transijt, quem alijs alia veluti per manus tradiderunt tempora magis exemplo quàm ratione mota: constatque hodie vetustate auctis viribus magis magisque seruari. Quàm fallax hominum iudicium: semper propemodum mores vsu penduntur, vt quo vetustiores, eo meliores credantur: Querebatur Scipio quòd homines in capris, & ouibus parandis vt & in reliquis rebus adhiberent curam, in amicis eligendis negligentes essent, vt potè qui non haberent quasi signa quædam & notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent: Mea non dissimilis est querela: minus enim diligentes sumus in moribus recipiendis, quàm in nummis, cæterisque rebus: Illos etenim ob hoc solùm, quòd à superioribus hominibus publicè diuque receptos intelligimus, apprehendimus, haud quaquam indicij trutina prius expensos; hos autem & si publica forma commendet, & ab innumeris alijs olim exactos constet, nos tamen non nisi præpõderatos sumimus, ac plerumque non nisi probitatis experi-
60 mento indice sumpto. Mehercle cùm † sapere, idest veritatem querere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine vllo iudicio inuenta maiorum (quæ confirmat Ecclesia semper excipio, nunquàm enim ratione carent) confestim probant, & ab alijs pecudum more ducuntur: Est autem, (inquit, Theodoritus) [de curatione Græcarum affectionum sermone primo.] prudentium Virorum, ne rebus primò semel acceptis seruiliter inhærescant, nevè patrijs moribus illigentur, sed vt ipsam veritatem perquirant, optimamque frugem sibi vndecunque concilient: non ne talia Critoni Socrates dictitabat? Ego autem non modò nunc, sed semper talis esse percupio, qui nulli quidem meorum magis parendum esse quàm rationi existimem, quæ consultanti mihi optima videatur. Insuper fac ratione post habita solum id rectum credatur, quod moribus diu receptum est, idque ratum habendum sit, quod multorum fit exemplo, cur longæuam illorum consuetudinem nobis non proponimus, quos in ipso (vt ita dicam) Religionis flore cœmeterijs vsos alicubi demonstraui, atque ijs meliores, qui temerario conatu sepulchra in templis fieri mandare cœperunt? quique inchoatam a se impudentiam posteris relinquere, quàm a maioribus receptam verecundiam retinere maluerunt? Quod cò firmiore animo facere debemus, quoniam illorum vestigijs adhuc inhærere percipimus populos Christiani nominis admodum multos: Romæque patres amplissimi ordinis hac propemodum ætate conditi sunt ex eorum mandato ad templi ianuas: quanquam intus humari ceu priuilegiarij non immeritò potuissent. Extat inter
61 horum cadauera † Cardinalis Gaiet. Viri vndequaque doctissimi corpus, cuius in tumulo hæc postremo leguntur. ALIORVM INANES VITANS FASTVS HOC IN LOCO CONDI MANDAVIT: Ipsæ medius fidius literæ, seculi nostri obstupescere videntur, cum ad tantam humilitatem referendam ministerium accommodare coguntur, ac veteri ne non eiusdem Religionis cultorum acta commemotare existimentur: vix enim credibile est ex his eadem fermè ætate quosdam ad Ecclesiæ limina tumulari se mandasse, quosdam verò alios non hæc modò contempsisse, sed & multas intimas templi partes: nam postquam in ipsis Diuorum (proh dolor) sacratissimis aris monumenta construi curarunt, reliqua templi loca despexisse creduntur: Quæ reliqui cultus spes manet, si arrogantibus quod libet licet: & quod licet possunt: & quod possunt audent: & quod audent faciunt? Dedimus profecto grande patientiæ documentum ferendo tam diu, quod est quasi extremum in eiusmodi temeritatis genere: nam quid superest, nisi vt ipsis Diuorum conditorijs reseratis ijsdem in loculis sacra pariter & profana corpora collocentur? Verum vt illi salubri humilitatis aura prouecti in eximio laudum portu conquiescunt, sic & ij noxijs habenis effusis impudentiæ, in turpissima posteritatis conuitia ruerunt. Redeo ad vniuersos, de quibus ego questus iam sum, quòd ritum, de quo totus est sermo, nullo examine receperint: Nùm ideo, scisciitabitur aliquis, pœna dignos existimas? Absit: Etenim ijs, qui seruant mores in quos incidunt quosque probos opinantur dubio procul ignosci conuenit: [cap.consuetudo.8. distin. iuxta illud Apostoli, Misericordiam merui quia ignoranter feci. [1.Timo.1.] Illos tantum pœna pœna moneat, quorum exemplis consuetudo emersit, qui omnium primi ambitiosè fecerunt, vt sui non optimi sepelirentur in templis: Instabit itidem, Num Pontifices, quos potissimum talium cura tangere debuit, quosque ferunt omnia iura in scrinio pectoris habere, [capitu. 1. de Rescript. in sexto.] non malam vti reliqui crediderunt consuetudinem? Minime: Cur ergo surgenti non obuiarunt? cur auctam aliquando non sustulerunt? an ipsis imprudentibus increbuit passim & inualuit? Et quidem reor in maximis eorum occupationibus emanasse, vel in aliqua Patrum longissima dissensione in Pontifice creando: quo tempore tàm facile in Ecclesiam irrepunt vitia, quàm in ouile lupi pastore absente. Quod verò introductam hactenus non suppresserint, non admodum miror: verisimilimum nanque mihi videtur eorundem aliquos edicta proposuisse, quæ morem tollerent, culpa verò temporum nequaquam assecutos esse quod volebant: forte inciderant in maxima toto orbe conflata bella: inter quæ silent leges, ac cò vitia progrediuntur vt à rectore quanquam optimo reprimi nequeant: [Hinc Ioan.22. in extrauagan. Quia cunctos.de offic. cust. inquit, Sine pace non bene colitur pacis author,] quo illa Virgilij vel translatio, vel comparatio pertinet.

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Quibus quoque temporibus oriri facilè consuetudo potuit.

Quosdam & si pacata essent omnia, timuisse tamẽ, ne mutatione ritus offendiculum parerent: [praua enim resecanda non sunt nisi cum sine scandalo resecari possunt, capitu. omnia. iuncta glos. in versic. Facultas 12. dist.] ac ideò in populis eum retinentibus conniuisse: verebantur fortasse ne plurimi ob id præsertim abnuerent quòd seorsum à coniunctissimorum reliquijs in Ecclesia positis essent humandi: eo enim affectu, quo nemo carnem suam odio habet, optant admodum multi, vt mortui iuxta suos humentur. Alios autem

tem grauioribus Ecclesiæ malis sanandis intentos, [grauiora enim primo conficienda sunt, glo. Clemen.dudum, in versicu. instantius de sepultu. argu. capitu. absit. 9. distin.] constituisse corruptelam hanc postremò deprimere, sed nequiuisse mortis intercessione: Alios denique ritum, quem vniuersi penè retinent, non nisi vniuersorum Antistitum Concilio radicitus extrahi, commodè posse ratos, ad illud, quod ipsis viuentibus indictum iri sperabant, integrum id negocium distulisse. Non ergo summis Pontificibus voluntas defuit in hoc ritu tollendo: [refertur in capit. vbicunque. 13. quæstione secunda.] Sed his per se correcturis vel tranquillioris temporis occasio, vel consensurorum hominum fiducia, vel tandem longius vitæ tempus. Illis per alios, Concilium frustra expectatum: Quo fit vt nimis verè Tacitus dixerit tardiora esse remedia, quàm mala, & vt corpora lentè augescunt, citò extinguuntur, sic boni mores facilius quàm reuocaueris. Quòd si Pontifex Maxime sententiam probabis meam (meam autem? immò legis Synodum prisci pariter, ac aurei seculi) nec non popularem aliquam dissentionem suspicaberis, tuum est intelligere vtcunque aut vbicunque opus sit obsequi. Non ignoras quàm sæpè honestas etiam rerum causas, ni iudicium adhibeatur, perniciosi exi-
62 tus consequantur: Et si Tyberius † Imperator profusas Romanorum cupidines grauissimè ferret, ad eas tũ cohibendas aggredi non est ausus: vel quòd timeret ne populus ciuitatẽ verti clamitaret, vel quòd ambigeret nùm coerceri possent, indecorum ducens adtrectare quod non obtineretur: Quãquam crediderim ego nullum populum veræ Religionis cultorem reclamaturum: quando intelligeret ritu, à quo desciuimus, templorum ampliari maiestatem, totque alijs, quas adduxi, rationibus longè meliorem videri: quid enim ea voce turpius emitti potest? Video meliora proboque, deteriora sequor: An quo modo inuentus est, qui scripserit Mollius ossa cubant manibus tumulata suorum, sic erunt, qui hoc idem contingere putent si inter suos? Vana hæc: mortuis enim (vt credo testatum) nullus inest sensus: Et Chrysostomo authore, Vbicunque sepeliamur, terra est Domini & plenitudo eius: Nonne humanus omnis debellandus est affectus, vt sacris reuerentia præstetur? atque non ne præceptum scimus, vt parentes ob Deum deseramus? [Matth. 19.Luc.14.] cui si viuentes obtemperare debemus, an mortui repugnabimus? Si quid vnquam cautum fuit de communi coniugum sepultura, natorum pariter, ac parentum intelligatur, oportet, vt apud eos viros ac parentes iacere debeant vxores & filij, quos constat conditos vbi iure funerari poterant: ne secus dicendo, ius, quod fertur, vt iniuria propulsetur iniuriæ causam præstare feratur: Non omitto quòd & cum suis in templo sepultis, dici sepultus quodammodo poterit, qui sepelietur in cœmeterio, quod erit eiusdem templi: Nam licet Azarias in sepulchro Regum positus non fuerit, eius tamen ita fit mentio in diuinis libris: Et dormiuit Azarias cum patribus suis: sepelieruntque eum in ciuitate Dauid. [4.Reg.15.] Et id propterea quòd in agro, vbi sepulchrum erat regium, collocatus esset, quamuis (vt dixi) non in eo sepulchro: [Nicol. Lyra. 4. Reg.15.] Ita & si maiorum in monumentis intra Ecclesiam positis minimè funeretur aliquis, idem tamen dici poterit cum illis humatus, si contiguum in cœmeterium illatus fuerit: Quippè hoc & Ecclesia vnum est ædificium, quemadmodum vnus erat ager sepulturæ regiæ: in quo conditus vnà cum ijs traditur humatus, qui erant in regio monumento. At si adeò quispiam eo affectu detinebitur, vt neque in acquiescere velit, in illud cœmeterium ossa transferat suorum [arg. extrauag. de testandæ. §. sed vt defunctorum. de sepul.] (id enim facilè impetrabit) quò se post mortem inferri statuet. Verùm enimuerò neque cœmeteriorum, neque sepulchrorum nouorum vel cura, vel impensa remorari nos debet: Nam si patres nostri pestilenti sub cœlo domos extruxissent, nosque vitium aeris docerent physici, non ne aliò migraremus? atque nouarum ædium ædificandarum curam lubentissimè susciperemus? Cur hac in re tale aliquid facere cessabimus, in qua de salute agitur animæ multo præstantioris corpore? [cap.cum infirmitas de pœniten. & remissio.] præsertim quòd longe minori sumptu mortuo sedes quàm viuo paratur? Quid miserius (Hieronymo teste) quàm propter
63 nummum Deum contemnere? Pipinus Caroli Magni † pater absoluto D.Zenonis templo, quod est Veronæ, duo ceu præmia non desiderauit solùm, sed poposcit & flagitauit ab Episcopo: primùm vt sibi tribueret non nullas Zenonis reliquias, alterum vt in eius æde sepulchum concederet: Racherius (id enim erat nomen Episcopo) negauit postremum velut indignum templo. Non repugnauit potentissimus & clarissimus Rex, quanquam minus iniqua petere videri potuisset, præsertim propter ædem suis ædificatam sumptibus. Igitur elegit loculum in proximo cœmeterio: quem hodiè (sicut aspicio) fanum petentes indicant. [audio testari hoc totum vetustissima litterarũ monumenta quæ adhuc extant quanquam non integra in zœnobis diui Zenonis & accepisse à maioribus eius loci religiosis.] Quorsum hęc? vt & amplissimæ dignitatis Viri, qui sepulturam in Ecclesia cupient, ducti Pipini exemplo summo potius sacerdoti pareant, si fortè suadebit aliud, quàm in hoc laborent, vt in ea sepelirentur: Quoniam innuisse videor eruendas non esse defunctorum reliquias in templis extantes (porrò lex haud porrigi solet ad præterita) [Extrauag. detestandæ. iuncta gl. ver. extendantur. de sepul. vbi probatur speciatim id esse seruandum in quæstionibus de cadauere.] id nunc liquidò affirmans hac Traiani epistola ad Plinium exarata comprobare statui. Meritò hæsisti fecunde Charissime, quid à te rescribi oporteret consulentibus an legerent in senatum aliarum ciuitatum, eiusdem tamen prouinciæ ciues: nam & legis auctoritas, & longa consuetudo vsurpata contra legem in diuersum monere te potuit: Mihi hoc temperamentum eius placuit, vt ex præterito nihil nouaremus: sed manerent, quamuis contra legem adsciti quarumcunque ciuitatum ciues: in futurum autem lex Pompeia obseruaretur, cuius vim si retro quoque velimus custodire, multa necesse est perturbari: [Hæc ipsa sententia habetur in cap. aliquantos. 51. dist. ibi, quæ si singula discutienda mandaremus non modicos motus aut scãdala Hispaniẽsibus prouincijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis induceremus. Idcirco remittenda hæc putamus: Sed ne deinceps committantur, & reliqua.] Tandem dilutis his, quæ vrgere visa sunt, quàm sequor, sententia veritatis (ni fallor) circunfusa radijs dilucidius iam fulgere mihi videtur: quasi quibusdam discussis nubibus, quæ illius candorem offuscarent paululum: Nec dubito iam constare me non eo vitio, quod senibus præcipuè Flaccus ascribit, quo prisca in laude recentiora in fastidio sunt, vel eo ambitionis, aut insolentiæ genere, quo plerique abrogata, & abolita retinere consueuerunt, ac vi disputationis per veterem extra templa sepeliendi ritum comprobasse: Verùm Beatissime Pater Deum Opt. Max. obtestor, vt quodcunque decernes, quod ad sententiam, vel aliam pertineat, id Reipublicæ Christianæ bonum, faustum, fœlix, fortunatumque sit.

REPETITIO
IN CAP. MONACHI.
XVI. QVÆST. I.

Celeberrimi I.C.D. Laurentij de Rodulphis.

SVMMARIVM.

1 *Monachi sancti Benedicti dicuntur prima species religiosorum: secunda species eorundem, qui ad illam transiuerunt de ordine mendicantium. tertia mendicantium.*
2 *Monachus an possit præfici ecclesię seculari.*
3 *Monachi sunt vitę magis probatę quàm clerici seculares.*
4 *Monachi antiquis temporibus plures erant quàm clerici.*
5 *Monachus claustrum requirit.*
6 *Monachus an possit obtinere prepositurام, vel decanatum Ecclesię secularis absque dispensatione.*
7 *Clerici seculares non habent habitum certum iure communi limitatum, cui dissonanter repugnare possit regularis.*
8 *Instructus in arctiori regula, facile instruitur in largiori.*
9 *Monachus sicut præficitur episcopatui, an sic & alijs dignitatibus.*
10 *Monachus an possit prefici in ecclesia collegiata.*
11 *Episcopus an possit dispensare cum monacho prælato ecclesiæ parrochialis, vt cum illa possit beneficium simplex obtinere.*
12 *Monachi, qui hactenus extiterunt mendicantes, an possint prefici alicui ecclesię seculari.*

13 *Dictio*

13 *Dictio,quoque,est continuatiua.*
14 *Monachi non debent claustrum exire, nec animarum curam gerere, sed semper psalmis,orationibus & manualib.operib.insistere.*
15 *Monachus hactenus de ordine mendicantium an possit an doctoratus officium admitti. Et an possit esse vicarius episcopi.*
16 *In correctorijs restringere non autem laxare debemus habenas.*
17 *Tu pius eijcitur quàm non admittitur hospes.*
18 *Mendicantes non possunt præfici alicui ecclesię seculari. & an eligi possint.*

FELINVS SANDÆVS
Ad cap. Monachi. 16. quæst. 1.

¶ Compendiosa repetitio domini Laurentij de Rodulfis super ca.Monachi.16.quæst.1.Tractatus an & quando & qui religiosi possint promoueri : ad plenum intellectum.c.quod Dei.de stat.mona.De qua materia late per oēs ibi. Latissime etiam per Dominicum in cap.2.58.distinctio. Per Fed.consi. 129.Casus talis est, testator.3.q. & consil.29. Casus talis est, quidam abbas. & consi.126. Factum tale est, quædam ecclesia parrochialis.Per Car.in cle.1.27.q. de elec. Per Abbatem in c.possessiones,ad fi.de rebus eccle. non alie. Per Rotam de offi.ord.decis.3.in antiquis.& de regula deci.2.in eisdē. & de præben.27.Item quod collatio facta in nouis.& de iure pa.5. item in religioso. in eisdē.Et de offic.ord.4.in antiquioribus. Per Imo.in c.fi.1. col. de cleri.ægro. Per Dominicum in c.cū singula.1.col.de prēben.in 6. Per Butrium in c.nō est. de voto.Per Aretinum consi.7.Per Archidiaconū in c.hoc nequaquam.7.q.1.Per Abbatem in cle.1.ad fi.de sup.ne.præla. Per Thomam fastoli dubio Rotæ 65. & dubio vlt. per Hostiēsem de sta.regula.§.vtrum populū.Per Federicū consil.161. Quidā religiosus. Per Cardinalem in clem.vt professores.ver.ad prioratus.2.q.de regula.Per Mathesilanum notabili 85.Not. mendicantes.Per Ioan.de Lign.in c. 2.in fi.de eccle.ēdifi.Per Aegidium bell.decis.76.Non expresse.Per Spec.de leg.§.nūc de episcoporum.ver.15. Per glo.16.q.1.in summa. Per Cardinalem in cle.fin.2.q.de elect.Per Dominicum in cap.si religiosus,ad finem princ.de elec. in 6.Per glos. Archidiaconū & Dominicum in cap.cum pastoris.7.q.1.Per Augustinum de Ancona de potestate ecclesiastica, q. 70 .artic.4. Per Dominicum in c.cum de beneficio.6.col.de præbend.in 6.Per glo. c.per tuas,in verbo,eligendum.de voto.& glo.3.in c. nullius. de elec.in 6.Per Car.cons.38.in fi. Per Aegidium bell. decisi. 751.Patronus. Per Ioan.Cal.in regula, quæ à iure libr.6.Per Baldū in l.orphanotrophos.C.de episc.& cleri.;Per glo.in cle. quia contingit,in verbo,secularibus. de reli. do. Per Lapū in tractatu de xenodochijs.q.3.Per Pet. de Perusio in trac.quar tę epi.c.4.23. col.ver.sed quæritur,si sit aliquod hospitale.

1 Monachi vagantes. Aliis omissis venio ad gl.secundam, ibi, Ex dispēsatione. Quia passus iste quotidianus est, discutiamus eum luculentissime, & ad plenum de omni religiosorum specie. † Et pro euidentia præmitto, ꝙ est dare primam speciem religiosorum, quæ est monachorum sancti Benedicti. ¶ Est dare secundam eorundem, scilicet qui ad illam transiuerunt de ordine mendicantium. ¶ Est & dare tertiam scilicet mendicantium. De vnaquaque singulariter videamus,& primo de prima scilicet
2 monachorum ab ipso exordio.† Quæramus igitur, nunquid monachus possit præfici ecclesiæ seculari.Glo.s̄.ea.q. in sum. dixit,quòd olim non possent,nisi ex dispensatione,seu nisi ex necessitate præfici parrochialibus ecclesijs : tamen hodie se-
3 cus,quia † possent ex vtilitate, cùm sint vitę magis probatæ quàm sint clerici seculares,all.infra eod.ca.cum pro vtilitate. & 47.dist. quantumlibet. concludens finaliter, quòd de iure cōmuni hodie potest monachus ecclesiæ parrochiali, scilicet potest secum habere socium sui ordinis. Hoc idē tenuitin casibus suis Bar.Brix. vt scripsit Archi. super d.gl. sum.Hoc idē expresse videtur sentire gl.in c.in parrochia.s̄.eo.& text.etiā ibi,& in c.1.se.hoc videtur aperte probare : & s̄.eo.c.doctos. hoc idem voluit Hug.in d.c.in parrochia:& j̄.eod, ne pro cuiuslibet.Glo.nostra in hoc c.vt tu vides, sentit, ꝙ ex dispensatione tantum.Archi. refert hic, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ aut ecclesiæ sunt pauperes : & tunc solum ex dispensatione episcopi & licentia abbatis possunt monachi præfici : Aut sunt tales, quæ plures possunt habere : & tunc de iure communi possunt præfici:& his assentiunt Tancre.& Goff.Vincen. autem in c.2.de sta.mo. & refert Archi.s̄.eo.c.in parrochia, tenuit,ꝙ solùm ex dispensatione, scilicet in causa necessitatis, dicens ꝙ in locum necessitatis nunquam ponet causam vtilitatis,licet aliter dixerit Hug.pro quo bene facit cap.cum pro
4 vtilitate.j̄.eo.reddit ipse Vin.rationem,nam † dicit ipse, hodie multi sunt clerici,qui eligi possunt: quod non sic erat antiquis temporibus: immo plures erant monachi quàm cleri-
5 ci.¶ †Item naturaliter monachus claustrum requirit,s̄.eod.c. placuit.Ber.in c.2. de sta. mon. distinxit inter ecclesias parochiales & non collegiatas,& inter collegiatas, dicens primis præfici posse ex dispensatione : secundis autem de iure communi,in ca.quod Dei.eod.titul.simpliciter dixit idem quod infra eod.scilicet in glo.sum.huius quæst.Ioan. And.in cap.1. de elec.in glo.pen.pro indubitato posuit,quòd de iure communi parrochiali non collegiatæ monachus præfici potest, sed in collegiatis secundum eum est magnum dubium. Et ad affirmatiuam facit quod not.Bert.in dicto loco, & Ioan.18. distinctio.cap.2.& 16.quæst.7.in noua.& 73. distin. quorun-
6 dam. ¶ † In contrarium facit,quod not.Hostien.in præalleg. cap.quod Dei:vbi dixit,monachum non posse obtinere prepositurام, vel decanatum ecclesiæ secularis, nisi ex dispensatione, & causa necessitatis curæ animarum, ad idem ratio tex.illius clementi. & prædictum ca.in noua. Concludit tandem ibidem Ioan.Andr. hoc egere declaratione. Ioan.Cald. in dicto cap quod Dei, tenet, quòd in curata con collegiata potest præfici de iure communi, in collegiata autem ex dispensatione tantum : fatetur tamen, quòd ex dispensatione solius episcopi,nec erit necessaria dispensatio Papæ. Matthe. in dicta clemen. 1. tenet in collegiatis monachum eligi non posse vel præfici.Bertran.autem, vt ibi refert Ioan. de Lign. tenet totum oppositum, respondēs ad illam clemen.quod
7 † clerici seculares non habent certum habitum iure communi limitatum,cui dissonanter repugnare possit regularis:ad quod bene facit quod scripsit glo. & Pau.Innoc.in c.2.de sta. monach. sentit in curata non collegiata requiri dispensationem:& idem de collegiata in ca.quod Dei. ¶ Quid tandem concludemus ? Dico,quòd & parrochiali curatæ non collegiatæ, & etiam collegiatæ præfici poterit monachus de iure communi : ad hoc iura supra allegata : ad idem quod habes expresè de elec.capi.officij.in glo. magna. ibi, Sed bene eliguntur monachi ad prælationes seculares propter officium prædicandi. quam ibi videtur Hostien. coadiuuare & firma-
8 re : qui dicit,quòd ideo procedit dictum illius glo. eo † quia instructus in arctiori facile instruitur in laxiori. Quod insuper firmatur post Hugol.& Lau.per Archidiaco.in ca. ne pro cuiuslibet.infra eod.& s̄.ca.proxi.vbi aperte hoc probat etiā tex.ibi,eligi poterit & ordinari. Ad idem quod not. scripsit Fede.in opere suo consilio 131.dicens ibidem hoc idem sensisse Ioan.Andr.& Paul.licēt non clarè in dicta clement. Ad idem infra eod.cap.presbyteros.in glo.magna. Hoc insuper expresse firmauit Hostien.in summ.de sta. mon. versi.vtrum pupillus.& recitat Ioan.Andr.in dicto capit.quod Dei.super gloss.magna.ad idem quod expresse scripsit Hostien.in d. ca. quod Dei,super ver.in presbyteros ordinari.in versi. intelligas etiam,ibi, Quamuis enim illa iura, &c.vbi dicit,† quod
9 sicut monachus potest præfici episcopatui, & sic alijs dignitatibus. ¶ Ad not.in dicto cap.quod Dei.per Hostiē.de quibus facit mentionem glo.in dicta clemen.1. de elect. respondebat ibi Pau.dicens,quòd Host. non intellexit de principali prælatura ecclesiæ collegiatę, quę semper est curata respectu collegij,& sic semper subest dispensationis causa : sed intelligit de dignitate vel personatu in ipsa ecclesia, seu de inferiori ipsa principali, in qua potest cessare ipsa ratio curę:& vere sic intellexit : aliàs esset sibimet contrarius : nec in hoc facio differentiam inter monachos & canonicos regulares: nec insuper,vt dixi super summa huius quæstionis, est opus quòd secum habeat socium sui ordinis, quicquid dixerit ibi gloss.& in dicto capitu.quod Dei.vt refert Ioan. Andre.post Hostien.in dicto cap.quod Dei.& in sua gloss.ordin. quæ incipit,Sæpius.in clem.ne in agro.de sta.mon. Audio tamen,ꝙ Romana curia seruat contrarium,& ita est verum. ¶ Sed videamus, quid de episcopatu, potest ne ad Episcopatum promoueri monachus, vel canonicus regularis ? ¶ Respon-
1 deo,hoc indubitatum est,quia casus est,18.quæst.1.c.vno.de voto.

voto.& per tuas.de renun.c.nisi.ver. nec putes, de elec.c.nullus,in 6.& eod.tit.cle.1. Sed quid de alijs simplicibus beneficijs secularibus,idest non curatis.Ad quod respondeo, quòd talibus Monaci præfici nō possunt.ad hęc no.in dicto c.quod Dei. per Ioan.Andr.post alios, & per Cald. ibidem in distinctione sua, dicentē ꝙ sic debent intelligi c.si cupis. & c.1.& c. alia.& c.interdicimus.& duo cap.seq.16.q.1.& c.super eo. de regula.Ad idem quod scripsit Ioan.And.de elect. c.si religiosus,in 6.super verbo, ad prælationem aliquam. Sed quid di-
10 ces, † poterit ne canonice præfici in ecclesia collegiata. Respondeo:Ioan.Cald.in dicta sua distinctione expresse terminauit, quòd non, & bene, quia deficit ratio, quare permissum est regularibus secularibus ecclesijs præfici. Item est casus in d.c.super eo:nec habet obstare 65. distin. quorundam. quia in ecclesia syracusana, ad quam transiuerat ille monachus Sanctæ Luciæ,erat etiam monachorum,prout ibi no.& intelligit ipse Ioan.Cald.hoc in tantum verum, quòd etiam ex dispēsationibus episcopi hoc sibi non liceret:immo Apostolici licentia erit hoc casu necessaria.glo. tamen in c. secūdo 58.dist.cum c.primo,in noua.infra eadem causa & quæst. 7.tenet quòd immo possit præfici canoniæ.Idem tenuit Huguc.& Lauren.vt refert Archidia.in d.c. in noua. & gl.in d.c. quorundam.& in c.Deus.de vita & honesta.cleri. Idē tenuerunt etiam Bertran.& Vber.vt dixit Archidia.in d.cap.2.58. dist.Sed glo.in d.c.quorundam,firmat contrarium, & bene, & idem Host.in c.super eo.præalle.vbi dicit esse casum : & in c.Deus.& in capi.quod Dei.& idem Archidi.in d.c.2.& in c. in noua.vbi dicit de hoc esse casum,de regula.c.sicut.in parte
11 decisa seu in antiqua:& hoc tene. Sed quæro successiue, † an episcopus possit dispensare cum monacho prælato ecclesiæ parrochiali, & cum illa possit simul beneficium simplex obtinere.Istam quæstionem vide disputatam in regula,quæ à iure.de regu.iur.in 6.& fit de ea mentio in d.c.religiosus. & te-
12 netur ꝙ non.† Veniamus modo ad secundam speciem, scilicet monachorum, qui hactenus extiterunt mendicantes : & vī primo,quòd tales non possint præfici alicui ecclesiæ seculari, vt in c.1.de regu.in cle. Modò hic aduertendum per illā de.insurgit dubium huius passus. Vnde sciendum, quòd Feder.in opere suo consil.156.punctaliter formauit istam quæstionem de monacho olim mendicante, qui assumptus est per episcopum ad regimen parrochialis ecclesiæ : & tandem determinauit,quòd de iure talis licite potest assumi ad regimen talis parrochialis ecclesiæ : & ad text.illius clemen.respondit,ꝙ loquitur de administrationibus proprij ordinis, quod patet secundum eum ex pluribus.Primo, ꝙ cessat causa finalis constitutionis illius: nam ibi in principio sunt duæ causæ,vna impulsiua,scilicet vt religiosi remaneant libentius in ordine suo: alia finalis,scilicet ꝙ in ordinibus,ad quos trāseunt,quietius studeant permanere.Modo ista cessante, quæ cessat indubitāter, ex quo ordinem exit,in quo viuet etiam quiete,cum ibi non erit,cessat etiam constitutio.Facit ad no. in c.post translationem.de renun.cum sua materia.Præterea secundum eundem facit verbum, in ibi. ibi positum : quia si non ibi,alibi secus.Et facit ad hæc prima punctatio glos.quæ secundum eum super ipso verbo placere videtur domino Ioan.And.& facit ad hæc optime constitutio domini Benedicti 12.de monachis,in 135.Vnde attendendum secundum eum,quod tota illa decre.1.loquitur vniformiter, vt pars se-
13 cunda continuetur primæ : quod designat † dictio, quoque. quæ continuatiua est,vt dicunt Ioan.Mo.& Archidia.de ele. c.quorundam.ad finem in 6.& sic totum c. principium & finis intelligitur de prioratibus,& administrationibus, & cura animarum in eorum ordine:& sic totum c.sit vniforme. facit de baptis.c.maiores.§.cæterum. Sed op.ad prædictam determinationem:si in suo monasterio nō possunt, in quo stando
14 debent esse fauorabiliores:ergo nec alibi:† nam monaci non debent claustrum exire,nec animarum curam gerere,sed sem per psalmis, orationibus, & manualibus operibus insistere, 16.q.1.monachi.& c.si cupis.& c.alia& c.p.lacuit. Respōdet ibi Fede.ꝙ illis c.derogatur per c.doctos.& ibi no.s̄.ea. causa & q.Præterea dicit ipse,illa constitutio est pēnalis,& exorbitans ab eorum iure antiquo : ergo non extendemus, de pēn. dist.1.c.pęnę.& de elect.c.statutum.in 6.& hoc idē dixit Fed. cons.74. in consultatione, quam fàcit à Lapo Abbate, circa constitutionem monachorum domini Benedicti,12 q. super c.36.ipsius constitutionis.sed Lapus abbas ibi firmat contrarium,quod contrarium videtur etiam firmare glo. super ver.
15 religiosus. in cle. 1.de elect.† Pro ista parte facit etiam quod scripsit Paul.in d.cle.vt professores,de reg.& ponit etiā ibidē Lapus abbas,ꝙ talis non poterit doctorari, vel licentiari, seu ad officium doctoratus admitti.Immo videtur etiam velle,ꝙ talis non possit esse vicarius episcopi. Vnde dicebat ibidem, ꝙ si talis agit ea,quæ sunt publici officij, vt quia est vicarius episcopi,vel vt prælatus,quia est confirmatus, valent ea quæ facit,licēt probetur postea,ꝙ erat talis,qui hoc non poterat: secus si iure priuati,vt quia eligit prælatum : tunc enim non valebit electio secundum Pau.quæ omnia consentit ibi Pau. & Lapus limitatè.Nam primum fatetur Lapus, vbi status illius nescitur communiter:secus si esset notus.Secundum etiā fatetur,vbi eligit simul cum alijs:quoniam secus vbi solus esset,quia in eum ius eligendi recideret. Nam tunc idem quod in primo casu, cum & isto casu cēseatur electio iuris publici : allegat no.per eum post Ioan.And. in c.si vero,de sent.excō. & sic vterque videtur idem velle quātum ad id de quo quærimus.Lapus de Cast. in quadam sua additione ad dictū dñi Fede.impugnabat cōsilium Fed. & vbi Fed. dixerat duas esse causas effectus illius dispositionis illius cle. quarum vna erat impulsiua,secunda finalis.Dicebat ipse Lapus, ꝙ immo vtraque erat finalis inducentes diuersum effectum. Prima causa est,vt remaneant libentius in ordine suo: & ista inducit effectum §.ad prioratus:ita quod ille §.referat se solum ad administrationem & curam extra ordinem.Secunda causa,scilicet vt transeuntes quietius viuant,vbi transierunt,inducit effectum ver.sacro.vt sint effectus duo illius iuris, ꝙ professi ordinis mendicantium non transeunt faciliter metu.§.ad prioratus:& si transeant,quiete viuāt: & in ver.sacro : vel non faciliter transeant metu ipsorum duorum, videlicet, quia nec extra possunt promoueri. Posset dari noua lectura illi clem. vt videlicet illa clem.habeat duas causas principales, vt dixi s̄.Prima,vt maneat in ea vocatione &c. & huic respondet §. ad prioratus.vt sit sensus, ꝙ nullus religiosus ordinis mendicantium possit promoueri extra ordinem ad ea,de quibus in d.§.ad prioratus.Secunda, quia non erat intelligē. quòd Papa vellet eos retrahere a transitu arctioris religionis, qui est permissus,de regu.c. licet. disponit, ꝙ vt transeuntes quiete viuant,non possint promoueri ad ea, quæ cōtinentur in ver. s̄m dictum Lap. Iste passus mihi satis est dubius, & considerato,ꝙ §. ad prioratus gñaliter, & indistincte disponit sic debere generaliter intelligi,& sic tam intus quàm extra:nec hēt obstare,ꝙ illa dictio,quoq;,est continuatiua: quia sic volo, ꝙ cōtinuatiue veniat ad iam dictā, sed nō omnino cōtinuatiue ad beneficia,de quibus prēmisit in ver. sacro. & hoc operetur
16 ratio illa primæ causæ,quæ nō minus q̄ secūda est finalis.† At tamen ratio Fed.me multum vrget per istam dictionē, quoque:& quia sumus in materia afflictiua, itē antiqui iuris correctiua,vbi restringere & nō laxare debemus habenas. In cōtrariū me vrget tñ ille tex.in d.cle.vt professores. cū rationibus suis:nec habet obstare illa dictio,quoq;, immo habet facere pro, cùm talis dictio sit aduersatiua, & aduersatiuè etiā qñque,vt patet de appel.c.cum speciali.& congruat etiam in casu in totum allegato,vt patet de elect. c.ex eo. secundo responso in 6.& nota.in d.c.quorundam.Ioan. And.super glo. posita super ver.quaslibet.& sic ponatur in proposito, quod satis aperte sentire videtur Ioā.And.in d.cle.1. de do. in glo. s̄.alleg.& verba ipsius cle. vt professores. innuere videntur. Item & si,vt supra dixi,veniet continuatiue talis dictio quòque,quantum est ad materiam,de qua ibidem tractatur, s̄.de mendicante,qui transiuit ad ordinem nō mendicātiū, nō tñ quātum ad beneficia,de quibus in ver. sacro. præmissum est. Dictio tñ nunc posita in d.ver.sacro.cōiuncta dictione in antea posita in §.ad prioratus.videntur innuere oppositū,vt sic dicatur, ꝙ licet beneficia ordinis, quæ tēpore promulgationis illius concilij tenebant,non teneatur dimittere, sed tamē vt quietius viuant,voce & loco careant: tñ volens in talibus beneficijs de cætero & in futurum prouidere, statuit in §. ad prioratus quoque.ꝙ in antea ad talia assumi non valeant: qa tamen non minor ratio subest in alijs, antea factum consulerem ad neutrū posse promoueri huiusmodi tales, post factū verò non essem promptus sic cōsulere,sed potius s̄, iuxta il-
17 lud,† Turpi⁹ eijcitur &c.de iureiur.c.quēadmodū.Nec nouū sic dicere:accedant no.per Io. an.in c.statutū.de prēben. in 6. super glo.fi.& in quęstione mercuriali super regula, cū quid ꝓhibetur,de reg.iur.in 6.vbi videndū circa finē in solutione, vbi satis de huiusmodi modo soluendi:& ista ꝑ nūc sufficiāt. Vnum nolo omitere, quod tetigit Feder.in opere suo consilio 37. scilicet vtrum dicta constitutio, vt professores. locū habeat

habeat in fratre prædicatore, qui expulsus extitit ab ordine
suo, nec potens ibi vel in alio monasterio recipi voluit, sed ab
episcopo habitum & modum viuendi religiosum suscepit: &
18 tenet quod non, ibi vide. ¶ † Circa tertiam speciem, scilicet
mendicantium, an possint præfici non insisto. Sufficiat solum
aduisare de eo quod legitur & no. de elec. c. quorundam, in
6. & in prædicta clemen. 1. de elec. ¶ Habent tamen isti con-
stitutores eos taliter ligantes, quòd frustra his disceptatio
datur, & multa priuilegia. ¶ Non omittam tamen, quòd
Ioan. 22. in quadam sua extrauaganti, quæ incipit, Dispen-
dijs, de qua etiam facit mentionem Lapus abbas in dicta cle-
men. vt professores. statuit, quòd isti nõ possint hodie postu-
lari ad ecclesias extra suos ordines inferiores cathedralibus,
sed bene eligi: quod qualiter debeat intelligi, vide quod
apostillãdo scripsit Lapus de Cast. in dicto cap. quorundam.
super verbo, postulatione. sic formaliter dixit: Isti hodie ad
ecclesias extra suos ordines inferiores cathedralibus postu-
lari non possunt, per extrauagantem Ioan. 22. quæ incipit,
Dispendijs: sed eligi bene possunt: & quomodo debeat hoc
intelligi, vide quod ibi apostillaui, vbi sic dixi. Mirum vide-
tur quod isti possint eligi, vt hic, & de stat. mo. c. quod Dei. &
non postulari: potest sic intelligi. Professus debet eligi, ergo
non debet postulari, vt est clarum, & hoc intelligit de patien-
te alium defectum, ex quo non potest eligi: sed cessante hac
constitutione posset in concordia postulari, modo vero non
potest: Lapus, vbi videre potes.

PROHOEMIVM REPETITIONIS IN CAP. AD LIMINA. XXX. QVÆST. I.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani de Gaeta, Neap. Clarissimo vtriusque iuris Doctori, D. Ioanni Baptistæ Bentiuolio, de Saxoferrato, Serenissimi Regis Siciliæ consiliario.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio extrema impenitentibus conferri non debet.*
2 *Erubescimus loqui sine lege.*
3 *Papa quibus nominibus vocetur. num. seq.*
Vbi quòd dicitur quandoque seruus seruorum Dei.
Et dicitur pater patrum, & quare, ibid.
4 *Cardinalis an sit maior episcopo.*
5 *Papa quare osculetur in pede.*
Appellatur vniuersalis Pontifex, & Vicarius.
Dei, & eius locum tenet in terris. num. 6.
Et dicitur episcopus totius christianitatis. ibid.
Et appellatur princeps. ibid.
7 *Nauis Petri licèt fluctuet, nunquam mergitur.*
8 *Papa præest toti orbi, & est maior Imperatore. nec habet in hoc mundo superiorem: vnde dicitur summus per excellentiam & plenitudinem potestatis.*
Auctoritatem habet principaliter à Domino, secundario à Concilijs. nu. 9.
10 *Roma dicitur patrimonium ecclesiæ.*
11 *Papa dicitur sponsus generalis ecclesiæ.*
Voluntas eius habetur pro ratione. ibid.
Obediendum ei non est tanquam puro homini, sicut vero Deo. ibid. quia est homo & potest peccare.
Potest omnia. ibid.
12 *Prælati omnes habent potestatem à Papa, ipse autem à Deo.*
13 *Ecclesia Neapolitana habet Cardinales in dignitate.*
14 *Neapolitana ciuitas nobilis, & antiquis.*
15 *Episcopus græcè interpretatur latinè superintendens, & dicitur princeps ecclesiæ, & præest etiam principi in sua diœcesi.*
Clericorum non dicitur proprièdominus, sed quasi dominus. ibid.
Fulgere autem debet verbo, exemplo & conuersatione. ibid.
Gloria eius est largiri pauperibus. num. 16.
Vitia extirpare debet. ibid. & quod sit officium sunm; nu. seq.
18 *Episcopatus dicitur honor.*
19 *Episcopus discretus esse debet, & debet scire canones.*
20 *Rubricæ summant textum, & ius constituunt, & sunt quandoque generaliores textu & econuerso.*
21 *Actio nunquam datur ex rubro, sed ex nigro tanquam principali ri.*

VM magnam, vir consultissime, prope iam ætatis meæ partem iuris Pontificij pernoscendi studio impendissem, ne quod vitæ reliquum erat, otio languesceret: institui ex his, quæ passim in Põtificum libris tractãtur, præclara quædam de sanctissimæ Romã. Eccles. sacramentis, in quibus intemeratæ fidei nostræ robur continetur, opusculo cõplecti. Nec illuc tetenderunt vigiliæ meæ (quãquam id si contingeret non aspernarer) vt lucubrationculæ nostræ ad posteros peruenirent: Nam cùm dicat Plato, homines hominum causa natos esse. Quis bene à natura institutus, non se aliquid in communem vtilitatem attulisse gaudeat. Verum à me procul ea insolentia fugit, vt magnifacienda, quæ à me edita sunt, fuerim arbitratus: non quia huius operis argumentum per seipsum dignissimum esse non censeam: at quia ingenij & eruditionis meę vires (quas perexiles esse non fallor) à materiæ dignitate superantur. Nam omnium, quæ à iure Pontificio & sacris litteris traduntur, præcipua hæc esse nemo dubitat, quæ quo sublimiora sunt, eo maiora ingenia & maiores mentes, vt clarius innotescant, videntur efflagitare. Quæ ego nullo pacto attigissem, ni mihi in hoc quam alijs satisfacere maluissem. Cùm enim in hac ętate, qua potissimum homini magnarum rerum meditatio est adhibenda & desidia fugienda, aliquid edere tentarem, in quo senecta mea oblectaretur, nihil vitæ meæ magis conueniens, nihil grauius nec Christiano seni magis idoneum exponi visum est, quàm de sacramentis aliquid scribere. Quamobrem tibi vir præstantissime, quo nemo acutius (si quid in his libris erratum erit) & perspicere & emendare poterit, vigilias meas dedicaui. Neminem enim, qui melius de me meritus nec maioris integritatis & eruditionis, cui inscriberentur, potui excogitare. Quas si tibi placuisse sensero, posse ab alijs damnari non verebor: prudentissimo atque seuerissimo iudicio tuo fisus, qui eã naturæ bonitatẽ assequutus es, vt adulari aut fictũ quicq̃ exprimere nescias: ex quo quam gratus sis principibus Italiæ, præcipuè serenissimo Ferdinando Regi, oẽs norunt. Qui vt cętera prudẽter agere solitus es, sic vnum hoc prudẽtissime effecit, vt te ex ijs vnum esse inferit, q̃ suis populis iura diceres: nouit enim, quàm nobile & acutum ingenium tibi ad legum ambages exoluendas natura præbuerit, & quantam tibi vigilijs summis, atque laboribus eruditionem comparaueris. Quodque præcipue in erudito viro exigi & desiderari solet, summam in tuis consilijs prudentiam eximiamque in omni vitæ parte sanctimoniam esse animaduertit. Qua de re nec vereẽ omnibus quæ abste agunt, liberrime acquiescere. Sed cur vereatur, cum solus sis, intra cuius limina & in cuius sinu iustitia tutissime cõquiescat, nec meus est hic sermo, sed omnium qui te norunt, quorum ora haud ambigue in tuas laudes exciuisti, & quorum vocibus veluti canora tuba mira probitas magis atque magis in dies elucescit, adeo vt vario laudum decore enitescas, nec iniuria: Quis enim in toto terrarum orbe, ne dicam in omni Italia, ex ijs qui amplissimis funguntur magistratibus est adtutandum æquum integritate promptior, aut te eruditione aptior? Quam in te laudare frustra conarer: Quis enim non intelligit, te tantum in vtroque effecisse, vt imperatorij Pontificijque iuris decus ornamentũque esse iudiceris. Sed quãquam rebus tã grauibus incũbas, vt his satis cõmode vacare nequeas, studiorũ tũ commertio & beniuolẽtię iure, quo iũgimur, te obsecro atq; obtestor, vt q̃primũ sine magno incõmodo fieri poterit, tantũ temporis maioribus curis surripias, vt opus hoc tibi dedicatum legas atq; emendes, in quo ne tibi nimium laborandum sit, indicem reperies, quo quid per singulas eius partes contineatur, poteris inuenire. ¶ Collecturus igitẽ, p̃clarissime vir, p̃ exercitio mei in patria vicariatus officij necessariã materiã sacramẽtorũ ecclesiasticorũ: Cũ faciendi libros nullus sit finis, vt no. in prohęmio Clemẽ. in princ. Cogitaui super aliquo iuris capitulo ad mei instructionem aliquod commentũ facere, vt dicit Ioã. And. in simili in c. Ioannes. in prin. de cle. cõiug. & in rubr. de test. post prin. & in c. Ioãnes, de reg. in prin. residetq; aĩus super canone, 30. q. 1. ad limina. vbi apte & conuenienter applicari potest materia præfata. ¶ Et primo de baptismo p̃ totũ dictũ capitulum. ¶ Secũdò de cõfirmatione tãgit p̃ glo. ¶ Tertiò de ordine ecclesiastico, dũ text. dicit, sacerdotẽ. ¶ Quartò de matrimonio, dum

dum dicit, coniugem. ¶ Quintò de confessione & pęnitẽtia, dum ist: Stephanus Romam accessit causa orationis, & suum casum Papæ exposuit: pro quo facit, quia prima tabula purgationis est baptismus, de quo principaliter in isto ca. loquitur. Secunda tabula reconciliationis est pęnitentia, vt no. de peni. dist. 1. super tribus. in vers. tabula ergo congrue materiæ baptismi adaptatur materia pęnitentiæ. Sexto tractari hic potest materia Eucharistiæ per id quod dicit, quandiu vixerit manere coniunctum: quasi per hoc non repellatur ab Eucharistia, de peniten. & remis. c. omnis. Et similiter continua-
1 ri potest materia † extremæ vnctionis, quę non pęnitentibus fundi non debet, 95. di. illud. Idcirco de singulis sacramentis videndum est. Protestor tamen, q̃ hæc materia copiosius & elegantius tractatur per venerabiles patres & dominos magistros sacræ paginæ, prout etiam appellat eos dominus Domi. in c. vbi periculum. §. 1. ante finem. de electi. li. 6. & Feder. cons. 126. & patet de priuil. super specula. & de præben. ca. licet. Sed vt aliquas spicas seu particulas in iure canonico dispersas eorundem magistrorum dictis adiungam, simile eccles. c. 33. circa medium. & Bal. in l. precibus. 12. col. C. de impu. & al. subst. ipsorumque dominorum theologorum late
2 iuribus foueantur, ne sine † lege erubescamus, vt in Authen. de trien. & semi. §. consideremus. C. de coll. l. illam. & C. vnde vi. l. fin. all. in libro Ruth. c. 2. facit de transla. ca. 2. post mediũ cum si. hanc materiam omni prorsus repulsa arrogantia humiliter attingã, vt mihi & alijs iuristis memoriale quoddam fecisse videar tuæ melius sentienti correptioni subijciens, præsertim cùm potius pro habendis principijs materiæ hoc fecerim: lector tamen poterit vltra quærendo copiosius explanare, si operam studio dederit. ¶ Vnde omissis alijs superuacuis ad rem non facientibus, lege. 1. C. de no. C. confir. capio superscriptionem huius canonis, quæ sic appellatur, vt no. Archid. in c. constitutionem. in vers. cęterum. de verborũ significa. libr. 6. & Ioan. Andr. in cap. accusasti. in fi. de accusa. & Specul. de offi. iudic. in princ. alibi appellatur titulus capituli, vt not. Archidia. in cap. statutum. in versi. cum autem. de rescrip. lib. 6. & in cap. 1. de renuncia. & in cap. abbate. in prin. de re iudi. & in capit. 1. de decimis. in superscriptione. libr. 6. per eundem, facit in Spec. de teste. §. iam de interrogatorijs. 2. colum. Item superscriptio est allegabilis, Ioan. Andr. in ca.
3 sua. de appel. ¶ Notandum primo † de Iohanne Papa. Vnde pontifex Romanus Papa appellatur, vt hic, & in similibus, quandoque appellat se Archiepiscopum vrbis Romæ, 4. dist. statuimus. in superscriptione. 2. q. 6. ad Romanam. 21. dist. ca. fi. 5. q. 4. duodecim. in superscriptione. q̃nque appellat se Patriarcham, 21. di. cleros. & quod ibi no. in glo. quo nomine. & & per Archidia. in dic. c. fin. quandoque episcopum, vt in ca. licet primo. in fin. de accusa. & in prohęmio decretalium, cũ infinitis similibus. & adde no. per Archidia. & Ioan. Andr. in nouella, in c. licet. in prin. de constit. libr. 6. & quod not. Hosti. in sum. de offi. Archid. §. & vnde. vbi etiam quòd quandoque dicitur seruus seruorum Dei. Et dicitur Papa, secundum ethimologiam, idest pater patrum, quia pater episcoporum, qui dicuntur patres animarum. 95. dist. esto. in princ. facit glo. in prohęmio clemen. in vers. Papa. & cap. fin. de pac. lib. 6. Inde dicitur maior pater & custos, Archidia. 10. quæst. 1. quia. vel quasi admirabilis, vt not. in prohemio clemen. Vnde est supra Apostolum Paulum in administratione, iuxta no. in d. c. cleros. in glo. ar. quòd. & per Arch. 34. dist. si subdiaconus. & in decisione Rot. nu. 42. quæ incipit, Item quoddã factũ, &c. Ad quod vide glo. & Archidiaco. 26. quæstione 1. sunt quidam, Similiter dicunt curiales in Cardinali, quòd sit maior
4 † episcopo in officio & administratione, non in ordine: faciunt enim vnum corpus cum Papa, & iudicant totum orbem, vt in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. & no. Imo. in clemen. 1. de præben. 2. columna & ita intellige quod not. 2. quæst. 7. quamquam. facit quod not. 21. distinct. in nouo.
5 Inde debet Papa † osculari in pede, vt not. in l. 1. C. de domo & protect. lib. 12. & per Pet. de Anch. in prohęmio sexti. in 6. notabili in fi. Vnde osculatur quædam crux aurea supra pedẽ Papæ. Itẽ proprie Papa dr̃ assumi, quia nulla eget confirmatione, vt not. Ioã. And. in c. ad honorem. de auct. & vsu pallij: nullo tamen modo possunt esse duo apostolici, vt no. Io. An.
6 in c. q̃n. ad fi. de offi. ordi. Et nota, q̃ appellatur † vniuersalis Pontifex. 99. di. c. fi. & dicitur Vicarius Dei, & tenere locum Dei in terris, vt per Archid. in c. fundamenta. in verbo vicarij. de electio. lib. 6. & per Host. in ca. fi. de aucto. & vsu pallij. Inde dicitur Episcopus totius Christianitatis, vt per Hostiẽ. in sum. de vsu pallij. §. fi. Item Papa est Episcopus vel Patriarcha vrbis, Fran. in c. 1. post me. de transla. prælat. Appellatur etiam Princeps, de consecra. di. 1. corpora. & in c. 2. de regula. & in c. 2. de maio. & obed. & ideo rectè dicitur Imperator, vt dicit Bald. in l. rescripta. in 2. colum. C. de preci. impera. offe. facit in Specul. de lega. §. nunc ostendendum. ver. 89. ibi, imperij. Io. An. in c. per venerabilem. 9. colum. qui filij sint legit. & obtinet Imperium Romanũ, vt per Host. in c. quod super. de voto. & per Doct. alibi: vnus ergo esse debet, 7. q. 1. in apicibus. Item eius nauis † est stabilis, & licèt fluctuet non mer-
7 gitur, vt per Io. And. in cap. per venerabilem. in 13. colũ. qui
8 filij sint legi. Itẽ † præest toti orbi, sicut & Roma habuit monarchiam totius orbis, 12. q. 1. futuram. & quod no. C. de veteri iur. enucl. l. 1. ad fi. in versiculo sequi. & de ipsius potestate per Io. An. in c. quanto. de transla. prælato. & Bal. in dicta l. rescripta. Et ipse solus hodie dicitur summus Põtifex, vt in c. excommunicamus. §. fi vero Dominus. de hæreticis. & no. de consecrat. dist. 5. de his. & per Arch. in d. cap. 1. de constit. & Spe. de lega. §. nunc ostendendum. versi. 62. Inde etiam maior est Imperatore, vt no. Bal. in l. fi. C. de legi. & Ant. de But. in c. licet. in 31. colum. de proba. & quod not. 25. q. 1. satagendum. Et per Arch. in prohęmio Sexti. glo. prima. in fi. cum simi. Item non habet superiorem in hoc mũdo, vt no. Host. in sum. de fil. presbytero. §. fi. ad fi. Et dicitur summus per excellentiam & plenitudinem potestatis, vt ibidem per Host. Vnde dicitur maiestas, per not. in Spec. de electi. §. 1. 6. colum. & 79. dist. si quis Papa. Io. And. in c. veniens. 1. de testi. & de maiestate Dei habetur 2. Paralipomenõ 7. & Thobiæ 13. Et pro ejus statu orat Ecclesia vniuersalis, 40. di. si Papa. Et similiter orat pro ipsius vita, 16. q. 1. in canonibus. in fi. & fuit translatus de Antiochena in Romam, 24. q. 1. rogamus. & 7. q. 1. mutationes. quis autem fuit primus per electionem creatus, no. 8. q. 1. c. 1. Est tamen episcopus ecclesiæ Lateranensis, quæ est Romana Ecclesia maior qualibet alia, vt no. Archid. 10. q. 1. sanctorum. & in c. fundamenta. in versic. effecta, de electi. per-
9 eundem. Et habet auctoritatem principaliter † à domino, secundario à concilijs, no. 17. di. renouantes. & cap. fina. & 24. quæst. 1. cap. fina. ad fin. non autem de Constantinopolitana noua Roma, 16. quæstio. 1. quidam. coniuncto cap. generaliter. & quod not. 22. dist. Constantino. & facit lex finalis. C.
10 in quibus causis pig. ta. contraha. Vnde Roma est † patrimonium Ecclesiæ, 62. distinctio. ego Ludouicus. 96. distinctione. Constantinus. & not. 24. quæstione octaua. igitur. & adde not. per Archidiaco. in prohœmio Sexti, in verbo, prętulit. & in cap. fundamenta. in verbo, mater. de electio. vbi etiam quare dicatur nostra mater: & an dicatur nostra domina: & vide eundem Archidiac. de Ecclesia Romana, in capit. fina. de præscript. in verbo, centenaria, cum similibus. Item
11 Papa est sponsus † generalis Ecclesiæ, vt not. Archidiaco. in cap. pia. in princip. de except. libro 6. Item voluntas eius habetur pro ratione, Archidiaco. in cap. statutum. in versicu. auctoritate, de rescript. libr. 6. Non tamen ei tanquàm puro homini obediendum est, sicut vero Deo, Archidiaco. in cap. si a sede. in fin. de præbend. Est enim homo, & potest peccare, vt not. Ioan. And. qui filij sint legit. per venerabilem. in princip. & aliqui damnati fuerunt, vt no. Ioan. Andr. in cap. maiores. in 2. colum. de bapt. Et an omnia sibi liceant, per Ioan. And. in cap. magnæ. in secunda colum. de voto. Inde dicitur, quòd Papa omnia potest, Specu. de procura. §. 1. circa principium. & tanquàm dominus omnia ad se trahit, Specu. de dispen. §. nunc de episcoporum. versicu. 43. ad fi. vnde potest dicere & facere quicquid sibi placet, Hostien. in cap. ad honorem. ante fi. de auctorita. & vsu pall. & appellat se seruum seruorum Dei, per excellentiam, quia ipse magis seruit Deo, Nico. in c. 2. de clerico venatore. & Fran. in cap. vno, de syndico. in notabilibus. tamen in peccato de quo constat non est obediendum, vt no. Ioan. And. in dicto ca. ad honorem. Nota tamẽ,
12 quòd omnes prælati habẽt † potestatem à Papa, ipse autem a Deo, vt no. Io. An. in c. cum ex eo. ad fin. de pęn. & remis. ad quæ adde infra secũdo notabili, super textualibus, præsertim ad illud, q̃ Petrus fuit maior Paulo in administratione &c. Et ad predicta adde Guy. de monte Laud. in sacramentali in secunda carta, in §. colloquitur dominus ad Petrum &c. & in Rubri. de baptismo. in 3. col. vbi etiã de Papa & ipsius potestate in 4. col. ¶ Secundo nota ibidem de Anselmo Episcopo lemosinæ ecclesiæ, de quo episcopatu forte loquitur c. veniẽs. de eo qui dux. in ma. & de aliquibus episcopis Neapolitanos habetur in Decreto. Et primo de episcopo Fortunato

Neapo-

Neapolitano habetur 61.di. fraternitatē. & in suprascriptione,74.di.quorundam.19.q.3.monasterijs.in superscriptione. & quod no.Fran.in c.3.circa prin.de postu.præla.& in d. cap.
13 fraternitatem.habes, ꝙ ecclesia Neapolitana habet † Cardinales,& de facto seruatur ꝙ sunt septem presbyteri canonici Cardinales. facit quod legitur & not. in c.2.de offic.Archipresbyteri. & videtur ꝙ sint in dignitate, per no.per Ni. panor.in c.cum accessissent. 3.colum.de constit.dato tamen vt traditur,ꝙ auctoritate sedis Apostolicæ ecclesia Neapolitana fuerit taliter ordinata secundum Compo.ibi, Item de cumana ecclesia,16.q.1.& temporis ibi,tamen Arch.exponit,i. parua ciuitas.Item de tracinensi, habes 21. quæst.1. relatio. Item de ciuitate seu castro Sillanorum idest Squillacij, vt dicitur,habes.25.quæst.2.c.ita nos. & est in regno isto Apuliē, & ad tempus caruerunt episcopo in pœnam, secundum Arc. ibidem. Item de Calepodio episcopo Neapolitano, & Ianuario episcōpo Beneuentano,habetur 16.quæstio.6.versic. quarta vero sardicensis. & de Gratiano episcopo Neapolitano, 35. quæst.2. extraordinaria. in superscriptione. & de Paschasio episcopo Neapolitano,habes 45.distinc.cap. 3. in superscriptione.& de clericis Neapolitanis habes 35. quæst.
14 5.ad sedem.in superscriptione. Item ab † antiquo habuit ciuitas ista milites, 23. quæst.1. summa. & in cap.fin.de seruis non ordi.vbi etiam quod ad prēsens habet archiepiscopum, & patet in cap.1.de sta.mo.habet etiam multos nobiles, 39. di.c.vno,in superscriptione: & habuit studium legum, not. Cyn.in l.fin. C. de ferijs. & de ethimologia huius nominis Neapolis & nominis Stephani habes in alphabeto Bibliæ, & de ciuibus Neapolitanis habetur etiam 8. q.1.nec nouum. Item Neapolis à principio habuit episcopum, 45.di. qui sincera.& in subscriptione, & de Petro simplice electo in episcopum Neapolitanum,vide 39.di.& 47.di.de Petro. ad hoc quod no.do.Domini.in c.si forte.2.col.de elect. in 6. Similiter de episcopo Amalfitano prope Neapolim habetur 7.q.1. peruenit.facit de offi.iud.c.ex literis.de sancto Paulino nosanensi, 11.q.1. expedit.facit. C. de offic.præfe. afri.l.1. Et de Barensi archiepiscopo de ęta.& qua.cum boñ. Et similiter de episcopo Beneuentano.16.quæst.1.& temporis.in superscriptione. & de episcopo Theatino in c.tenor.de sen. & re iud. Et de episcopo Acropoli.habetur.11.quęst.1.quoniam.& de Sipontino.27.q.1.si custos.in superscriptione Et adde, quòd
15 episcopus græcè latinè † interpretatur superintendens,8.q.j. qui episcopatum. hodie tamen videtur multum dulce esse episcopum, 40.di.ante omnia.præsertim quia ipsis genua flectimus,& ipsos adoramus,vt dicit Ioan.And.in c.his quæ.de maio.& obe.Et quia episcopus dicitur princeps ecclesiæ, 41. distinct.episcopum.& præest etiam principi in sua diecesi, de ma. & ob.omnis. & debet poni in dextra per principem, de maio.& ob.solitæ.per doc. Item debent deputari in ciuitatibus honorabilioribus, non autem in paruis vel castris, 80. distin.episcopi.& sequen.& in cap.1.de priuil. alias vilesceret nomen episcopi,vt ibidem, & 16.q.1. præcipimus. Item non est sublimior vel inferior propter diuicias vel paupertatem,
16 93.di.legimus.post medium.Item proprie † non est dominus clericorum,95.dist.esto.sed quasi dñs, 12.q.2.hæc huius. facit 94.dist.c.fi.cum si.& s.proximo no.& per Ioan.And. in c. grauem.de excessi.præla.& de simo.c. ne dei. per doc. Itē dicitur pater animarum,d.c.esto.in prin. & ideo debet fulgere verbo,exemplo & conuersatione, 83.di. Valentinianus. & c.
17 sanctorum. 11.q. 3. præcipue. cum si. & † gloria episcopi est largiri pauperibus,12.q.2.gloria.per Arch.in c.1.in fi.de prēben.li.6.Item debet vicia extirpare, Arch.in ca.1.in princ.de sepul.eo.li.& de altitudine episcopi per Arch.in c.fi. de re iu-
18 di.Vnde episcopatus † dicitur honor, 13.q.2.quæsta.& sunt columnæ ecclesiæ, 3.q.8.c.1.& 8.q.1.Moyses.tenetur tamen cuilibet de omnibus reddere rationem,no.in c. si quando.de rescriptis.tenetur etiam ex debito onera & scandala subditorum remouere,Arch.in c.1.de offic.lega. Item multis modis appellatur, Ioan.And.in c.quamuis.de reg. iur. Item episco-
19 pus,ergo † discretus,quia sic esse debet, Ioan.And.in ca.porro,de diuor. Item in eo fulget humilitas, 100.di.contra morem.in fi.& debet scire canones, Ioan.Andr. in c.3. de sepul. Item episcopus idest præsul, de regula licet. & ibi Ioan.And. circa prin.& in c.quoniam. de offic.ordi.Vnde habet docere non sequi populum, 83.dist.nosce. non tamen esse debet vt dominus in clero,16.q.1.predicator.& debet interesse in ecclesia sua.Arch.c.fi.de priui. cum si. ¶Tertio nota rubricam,
20 quia summat textum, & ideo † autenticæ sunt not.de pœni. di.1.si quis pulsatus.§.hęc autem.& sunt allegabiles, in Spec. de dispu.& all.§.fi.in fine.nam ius constituit, Host.in sum.vt eccle.benefi.sine di.cōfe.in prin.facit quod not.in prohemio sexti libri, in ver. titulis. Item quandoque est generalior textu,& ecōuerso,not.in Auct.de incestis nupt.§.1.in gl.hoc generale, & ibi per Doct.de rubricis.& per modernos in rubrica de constit. Item tribus modis ad ipsas potest opponi, Ioan.And.in rubrica de cleri.coniuga. & sufficit allegare rubricas secundum quosdam, sed melius est legum capita allegare,l.1.C.de interdic.& ibi no.licèt Arch.32.di. §.porro.ad fi.super glo.in vers.confiteri. alleget rubr. decreti. & ad prædicta adde Spe.vbi s.& Imo.in cle.1.de electi.4. colum.seu s.
21 verùm ex rubro nulla datur † actio,sed ex nigro tanquā principaliori,vt per Imo.& Domi.in rubri.de summ.tri. lib.6.Ad prædicta facit Ioan.Andr.in cap. fin. penult.colum. in fin.de frigi. & maleficiat. adde Franc. in repet. capit.perpendimus. de senten.excommu.10. carta, in vers.quæro an excommunicatio sit sententia &c.

¶Sequitur canon xxx. quæst.1. Vbi agitur de sacramentis in communi.

¶ITEM IOANNES PAPA ANSELMO LEMOSINAE ECCLESIAE EPISCOPO.

D LIMINA *beati Petri Apostolorum Principis hic præsens homo nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro præsulatui suggerendo innotuit, quòd filium suum in extremo vitæ positum nec dum baptismatis unda lotum, absentia scilicet sacerdotum, nimia necessitate cogente baptizauit, eumq; ipse proprijs manibus retinendo suscepit: atque pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto reuerentiæ tuæ quasi rectitudinis zelo flagrans præfatum hominem à sua coniuge iudicauit esse separandum,quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura à domino iunctam esse viro vxorem, & quos Deus coniunxit homo non separet, vnde & Dominus in euangelio, Non dimittere vxorem suam posse, nisi causa fornicationis apertissimè iubet. & nos tantæ auctoritatis præcipua iussione freti, dicimus dimittendum esse & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit: nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem si necesse fuerit facere, liberè conceditur: vnde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret, sacri vnda baptismatis lauit, vt eum de potestate auctoris mortis & tenebrarū eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum sine dubitatione transmitteret, bene fecisse laudatur, & idcirco suæ vxori sibi iam olim legitimè sociatæ impunè quàm diu vixerit iudicamus manere coniunctum. nec ob hoc cōtra præfatas auctoritates diuinas aliquatenus separari debere.*

REPE-

REPETITIO
IN CAP. AD LIMINA. XXX. QVAEST. I.

Celeberrimi I.V.C.D.Stephani de Gaeta Nea.

SVMMARIVM.

1 *Apostolorum limina ibi esse intelliguntur, vbi est Papa.*
2 *Roma vbi Papa.*
3 *Dictio,ad,pro iuxta.*
4 *Petrus apostolus dicitur princeps apostolorum: & per quæ verba fuerit creatus primas apostolorum.*
5 *Ligandi & soluendi potestas non soli Petro sed toti ecclesiæ data fuit.*
6 *Episcopi fuerunt successores Petri, & ideo habent parem potestatem cum Papa,licèt ipse Papa obtineat principatum.*
7 *Petrus dr̃ fundm̃ ecclesiæ, & caput: fuit.n.maior Paulo administratione.*
Et an peccauerit incideudo auriculam,remissiue. num.8.
Et quare ter negauerit & ter confessus fuerit. ibid.
Et quare vocet quandoque se presbyterum.num.9.
Et quanto tempore vixerit post passionem Domini.
Et quare Deus permisit,quòd ipsum negaret. nu.10.
Et quando mortuus est. ibid.
Episcopus primus Antiochiæ fuit.nu.11.
12 *Paulus apost.primò vocabatur Saulus.*
Et an fuisset Romanus,& cuius filius remiss.
13 *Paulus ap.dicitur abortiuus figuratiuè.*
14 *Euangelistæ cur in sermone varij sint.*
15 *Episcopi Apostolorum locum tenent.*
16 *Petrus dicitur à petra,idest Christo.*
17 *Hic,pronomen est demonstratiuum ad oculum.*
18 *Homo dicitur quasi habens rationem, discretionem & intellectum. aliàs bestia appellaretur.*
19 *Sapiens paratus est corrigere & corrigi.*
20 *Homo quot modis appelletur.*
21 *Corpus solum non potest dici homo.*
22 *Homo ad quid factus est.*
23 *Homines laudare ex bonis operibus licitum est.*
24 *Hominis appe.in dubio intelligitur de laico.*
25 *Iob,Daniel,& Noe præcipue in oratione fuerunt exauditi: & Oratio quanti sit facienda,& quid operetur. ibid.*
Et pro quib.sit orandum,& quomodo & quando,& per quos.ibid.& seq.
26 *Sacerdos tenetur orare, aliter peccat transgrediendo.*
27 *Deus quare non exaudiat clamantem & orantem.*
28 *Oratio debet esse instans & importuna.*
29 *Orandum an semper sit,& quomodo.*
30 *Papa quare scribat se in plurali numero:& sic Imp.Iurisconf.*
31 *Dictio,scilicet,non solum declarat,sed restringit.*
32 *Necessitas vrgens excusat.*
33 *Papa loquitur quandoque cum reuerentia.*
34 *Humilitas in prælato quanti facienda.*
35 *Scriptura sacra est sequenda.*
36 *Nullatenus,est verbum vniuersale negatiuum.*
37 *Verba,quos Deus coniũxit homo non separet.quomodo intelligẽda.nu.47.*
38 *Matrimonium soluitur per naturalem mortem alterius coniugum.*
39 *Episcopus dispẽsare potest in matrimonio ad separationẽ,& in quib.casib.*
40 *Matrimonium an & quando soluatur per mortem spiritualem.*
41 *Heremitæ tenentur ad castitatem.*
42 *Matrimonium an soluatur si leprosus ingreditur domum leprosorum.*
43 *Matrimonium per verba dignitatis cōtractum non sequuta copula quando solui possit.nu.seq.*
44 *Iohannes euangelista, Macharius, & Alexius separauerunt se ab vxoribus ante copulam.*
45 *Matrimonium secundũ consummatũ an preualeat primo non consummato.*
46 *Papa potest distinguere ius diuinum: & interpretatur dicta Euangelij & Apostoli.num.seq.*
48 *Opinioni cui volumus, possumus adherere in nõ determinatis per ecclesiã.*
49 *Vir & vxor dicuntur socij diuinæ & humanæ domus.*
50 *Dictio,vnde,quomodo exponatur.*
51 *Deum fallere non possumus, licèt possimus ei mentiri: & quanta sit eius bonitas,& clementia erga homines.*
52 *Trinitatis indiuidnæ encomion.*
53 *Deus quare mittat flagella propter negligentiam pastoris.*
54 *Christum non fuisse cognitum per diabolum: & successiuè narratur ipsius Christi vita,& eius encomia,vt ibid.per discursum,& nu.seq.qualis sci licet fuerit & quantus sit.*
55 *Deus est vbique specialiter,potentialiter,& essentialiter.*
56 *Christus baptizatus fuit 30.anno.*
57 *Christus in momento fuit verus Deus & homo.*
Et an potuerit dimittere peccata: & quam potestatem habuit, & quam ministris suis contulit. numero 58.remiss.
59 *Christus à quib.primum vocatus fuerit Deus.*
60 *Disputare de fide an liceat.*
61 *Fides vna.*
62 *Fides est omnium fundamentum, & nullus excusatur ab ea propter ignorantiam etsi sit paganus.*
63 *Adoratio quotuplex,& quę.*
64 *Adoratio latria quibus principaliter debeatur,& quib.iperdulia.*
65 *Mariæ virgini debetur honor de per se spiritualiter propter ipsius excellentiam:& quomodo sit adoranda,& qua adoratione.*
66 *Reliquiæ Sanctorum quomodo sint adorandæ,& qua adoratione: & quomodo eorum imagines.*
67 *Nullum simile est idem.*
68 *Animæ dignitas & prærogatiua.*
69 *Angelus est nomen officij non naturæ: & quomodo vocetur græce, hebraicè,& latinè.*
Et in quib.nobis ministrent Angeli. ibid.
70 *Angelorum nouem ordines,& vnus differt ab alio.*
71 *Paradisus vnde dicatur, & quid sit.*
72 *Ecclesia Paradiso comparatur.*
73 *Purgatorium vbi sit:& quæ sit eius pęna.*
74 *Existentes in Purgatorio non fruuntur visione Dei.*
75 *Animæ egentes,quarum cura nullatenus habetur, quæ.*
76 *Liminibus quid.*
77 *Diabolus auctor nostræ mortis: hinc dicitur princeps mundi:& quomodo scire possit futura.*
Et quomodo aliter interpretatur.nu.seq.
78 *Peccatores filij Diaboli dicuntur.*
79 *Diabolus nitiũ semper adorari, & ideo trãsformat se qñq; in angelũ lucis.*
80 *Antichristus cur sic appelleẽ: & qd dũ venerit contra Christũ operabitur.*
Et qui antichristi dicantur.
81 *Infernus vbi sit.*
82 *Iudas magis offendit Dominum suspendendo se,quàm ipsum tradendo.*
Et an ea die se suspenderit, qua osculatus est Christum,an distulerit.
Et quod peccatum commiserit. ibid.
Si penitentiam egisset,veniam impetraßet.num.83.
84 *Iudicium diuinum vbi sit futurum: & quæ signa præcedent ipsum: & an fiet auctoritate Sanctiss.Trinitatis.*
85 *Laici instante necessitate baptizare possunt etiã proprios filios, secus aliàs.*
86 *Animæ immortalitas: & quid sit.*
Et quomodo variè nominetur.ibid.
87 *Dictio ne,pro non.*
88 *Baptismus eripit animam de potestate diaboli. fuit enim diuinitus institutus: & quanta sit eius virtus.*
Et vnde sumpsit potentiam.
89 *Matrimonium non separatur etiam quo ad thorum compaternitate superueniente ob necessitatem baptismi.*
90 *Dictio,ob,significat causam remotam.*
91 *Dei verbum siue præceptum potest appellari auctoritas.*
92 *Necessitas excusat,nec legi subijcitur.*
Prouerbia quando liceat allegare.nu.seq.vsque ad 120.
93 *Os ex nimia ingurgitatione olet.*
94 *Inimici persecutionem patienter sustinens cito videt eius perditionem.*
95 *Scientia humana stultitia est apud Deum.*
96 *Deus non vult mortem peccatoris.*
97 *Habitus non facit monachum.*
98 *Homo debet esse simplex vt columba.*
99 *Diues plus honoratur quam pauper.*
100 *Natura proclina est ad malum.*
101 *Facilitas veniæ causam prębet delinquendi.*
102 *Contraria contrarijs curantur.*
103 *Ad impossibile nemo tenetur.*
104 *Crimina qui non corrigit,cum potest,videtur committere.*
105 *Infectum esse nequit,quod factum est.*
106 *Sol super bonos & malos oritur.*
107 *Deus est scrutator cordium & secretorum.*
108 *Corporis incompositio mentis qualitatem indicat.*
109 *Principia plura sequuntur inordinata ex vno inordinato principio.*
110 *Venter plenus facilè de ieiunio disputat.*
111 *Actus inhonestas vnius clerici opprobrium est toti clero.*
112 *Laicorum vita est clericis passio mors verò consolatio.*
113 *Deus respicit ad cor non ad manum.*
114 *Homo liberum habet arbitrium.*
115 *Expendens plus quàm lucratur,pauper efficitur.*
116 *Mori magis expedit,quàm famam perdere.*
117 *Nemo dat quod non habet.*
118 *Hospes turpius eijcitur quàm non admittitur.*
119 *Agitur mitius cum lege quàm cum ministro legis.*
120 *Hæreticus cēsetur, qui male sentit de sacramētis,sicut & de articulis fidei.*
121 *Sacramenta inter thesauros ecclesię computantur, & eorum collatio est de lege iurisdictionis.*
122 *Sacramenta etiam mortuis prosunt, nec de eis laici debent derisum facere aut ludum: vnde*
123 *Laici delinquentes circa sacramenta efficiuntur de foro ecclesiæ.*
124 *Sacramenta dum exhibentur,attendenda consuetudo Romanæ ecclesiæ.*
125 *Deus solus gratiam confert,non minister in sacramentis.*
126 *Papa non potest,nec tota ecclesia sacramēta mutare,nec in eis dispensare.*
Nunquid autem possit dispensare in gradu lege diuina prohibito. nu.127.
128 *Sacramentalia dicuntur quasi sacramentis annexa.*

129 *Sacra-*

129 *Sacramentum quid sit, & quæ sint eius substantialia.*
130 *Character quid sit, remissiuè.*
131 *Sacrificium quid. remissiuè.*
132 *Sacramenta vnde dicantur: & quare fuerint instituta sacramẽta. nu. 133.*
134 *Sacramenta quotuplicia sint.*
135 *Sacramenta salutaria quæ.*
136 *Sacramenta veneratoria quæ.*
137 *Sacramenta ministratoria quæ: & quare dicuntur ministratoria.*
138 *Sacramenta præparatoria quæ.*
139 *Res quomodo consecretur.*
140 *Consecratio quomodo fiat, & quomodo benedictio.*
141 *Matrimonium est vetus sacramentum.*
Eucharistia, de nouis sacramentis est.
142 *Benedictio nuptiarũ propriè & strictè non est sacramentum, nec de septẽ sacramentis, licèt sit sacramentale, vel sacræ rei signum.*
143 *Sacramenta necessitatis quæ sint: & quare sint necessitatis: & quæ sint voluntatis.*
144 *Sacramentorum quis sit effectus.*
Et in quibus sacramentis imprimatur character. nu. 145.
146 *Christus nõ æquit roborari sacramento baptismi, cõfirmationis, nec ordinis.*
147 *Character est indelebilis. num. seq.*
148 *Gratia in omnib. sacramentis confertur: & quid in matrimonio.*
149 *Sacramenta à quibus recipi possint: & quomono conferri debeant.*
Et an debeant conferri peccatorib. num. 150.
Et an possint iterari, & quæ. nu. 151. & seq.
152 *Resuscitatus non potest repetere vxorem, nec illa illum, sed si velent iungi, oporteret quòd contraherent de nouo. nu. seq.*
153 *Character quid sit.*
154 *Baptismus quando iterari debeat, & sub qua conditione.*
155 *Sacramenta à quibus ministris sint conferenda vel recipienda: & quibus conferri possint.*
Et nunquid possint conferri post prandium, aut recipi. nu. 156.
157 *Baptismus est sacramentum excellentius, & alia excellit ratione efficatiæ: est enim fundamentum aliorum sacramentorum.*
Eucharistia verò excedit ratione dignitatis & sanctitatis.
Confirmatio excedit ratione conferentis.
Matrimonium excedit ratione significationis.
158 *Sacramenta nunquid aliquid substantiale requirant, quod oporteat formaliter obseruari.*
159 *Character non imprimitur per monachatum, & quare.*
160 *Sacramenta constant ex rebus & verbis.*
Et si in eis aliquid omittitur, quod sit de substatia, nunquid reiterari debeãt, vel suppleri quod omissum est. nu. 161.

AD limina. Laudatur Stephani baptismus filio in necessitate collatus. hoc dicit. ¶ Nota primo, quòd limina
1 † Apostolorum ibi esse intelliguntur vbi est Papa, vt patet dum dicit, Ad limina. & subdit nostro præsula tui, facit 93. dist. iuxta. & de iureiuran. ego episcopus. & ibi per doc. & in Spe. de legat. §. nunc ostendendũ. in fi. all. 93. dist. legimus. ante fi. & per eundem eo. ti. §. fi. vers. Item quam cito, & Hostiẽ. in sum de vsu pallij. §. 2. & per Archid. in c. vbi periculum. in vers. curia. de elect. li. 6. & per Ioã.
2 And. in c. dura. de crimine fal. & ibi Roma † seu Romana ecclesia, vbi Papa, Spe. de leg. §. fi. ver. Item quam cito, & vbi est est curia, ibi videtur esse Papa, secundum Imo. post Zen. in clem. 2. de elect. super glo. vacare. & adde Ioan. An. in c. quod
3 de his. de sen. excõmunicat. & nota, quod alibi † dictio adponitur pro iuxta, vt no. de conse. di. 5. nũquam. & vide Archid. 12. q. 2. nobis. post prin. & in c. si gratiose. de rescrip. li. 6.
4 ¶ Secundo † nota, quòd Petrus Apostolus dicitur princeps Apostolorum, cõcor. 11. di. quis nesciat. 93. di. in prin. 100. di. nouit. 6. q. 1. mutationes. & per quæ verba fuit creatus princeps Apostolorũ, vide no. 21. di. in nouo. & 50. di. considerãdum. super ver. præposuit, & Archi. 24. q. 1. memor. & not. in c. translato. de cõstitut. & in prohemio sexti libri in ver. pretulit. & per modernos in c. significasti. de elec. intellige tamẽ,
5 quòd potestas † ligandi & soluendi ei soli data non fuit, sed toti ecclesiæ, & Petro tanquam capiti, quia significat vnitatẽ ecclesiæ, 24. q. 1. §. si autem. & in c. loquitur. facit dictum c. in nouo. vnde omnes Apostoli habuerunt & receperunt parem
6 potestatem cum Petro, Apostolis † autem successerunt episcopi, & ideo parem potestatem habent cum Papa, licet Papa qui Petro successit obtineat principatum, vt Hostiẽ. in su. de tem or. §. fi. 2. col. Tamen Petrus fuit maior Apostolo in dignitate seu officio, sed in Apostolatu seu ordine episcopali par fuit & equalis, d. c. in nouo. 2. qõ. 7. puto. & quod not. in c. fundamenta. in ver. summo, de elec. & quilibet Apostolorũ confirmationem & auctoritatem accepit à Petro prædicãdi, vt notat Arch. in c. fundamenta. in vers. ab ipso, de elec. lib. 6. ad quod supra in suprascriptione primo notabili: & qd̃ no-
7 tat Io. An. in c. 3. de constit. & in c. 2. de elect. & sic Petrus est fundamentum ecclesiæ, 24. q. 1. rogamus. & vide. 22. di. c. sacrosancta. & fuit maior Paulo administratione, &c. & Io. An. in c. 2. de bigamis. & in addi. Spe. de dispẽ. §. nũc breuiter. ad
8 quod s̃. in suprascriptione primo no. & an † Petrus peccauerit incidendo auriculam, no. per glo. & Arch. 23. q. 3. pro mẽbris: & quare ter negauit & ter confessus est, per Arch. 6. q. 1. imitare. Item ex quo Christum negauit, quomodo electus fuit, per modernos in c. dudum. 2. de elec. & per dominum Fran. de Zabarel. in c. maiores. 2. col. de bap. in prima & secũda oppo. vbi etiã quomodo Papa potest esse hæreticus, si Chri-
9 stus orauit pro eo. & nota, q̃ † Petrus quandoque vocat se presbyterum, not. 93. dist. legimus. in vers. presbyter. Item post passionẽ domini vixit trigintaocto annis, vt per Archi. 22. di. c. 3. in prin. sed in legenda sancti Petri in 8. colum. legitur, quòd vixit vigintisex annis: & de nauicula Petri fluctuãte habetur 24. q. 1. nõ turbatur. & s̃. in suprascriptione in pri-
10 mo notabili. & † quare Deus p̃misit, q̃ ipsum negaret, 50. di. considerãdum. scilicet vt in se discerneret, qualiter esset aliis miserendum. Item mortuus fuit cum Paulo sub Nerone. 21. di. q̃uis. & per Arch. in c. fundamenta. in ver. vna die. de ele.
11 Item † fuit primo episcopus Antiochiæ. 7. q. 1. mutationes. & s̃. in suprascriptione primo notabili. Item de Paulo Apostolo
12 sciendum, q̃ † primo vocabatur Saulus, 23. quæst. 3. nimium. & vide Archid. ea. distinc. displicet. & an fuisset Romanus, & cuius filius, per Archid. 18. distin. si in adiutorium. vbi etiam dicit, quòd Paulus fuit nobilis: pro quo glo. in c. veñ. de præ-
13 ben. Item † dicitur abortiuus, sicut partus abortiuus cum labore & angustia extrahitur de ventre ad lucem, sic Paulus venit ad fidem, 23. q. 4. displicet. & not. in c. cum Marthæ. de cel. mi. & per Laud. in sacramentali, in rubrica de sacramento
14 Eucharistiæ. in 4. colum. vbi etiam dicit, quòd † Euangelistæ sic variauerunt, ne videantur subornati vnum & eũdem sermonem dicentes, de testi. significauerunt. & an Apostoli omnes fuerunt Episcopi vel sacerdotes, no. 66. di. porro. & an receperint ordines, solemniter per Arch. 75. dist. q̃ die. & 21. di. in nouo. & per quæ verba fuerunt ordinati, not. de conse. di. 2. in Christo. primo, in fine. & vide 16. q. 1. placet. §. ecce.
15 Item † ipsorum locum tenent episcopi, no. 12. q. 1. futuram. & videntes. & 17. q. 1. ex auctoritate. & s̃. dixi, & vide quod not. de conse. di. 5. manus. Item credendum est, q̃ Apostoli fuerũt baptizati, de conse. di. 4. quando. & sequenti, & nota, quòd di
16 citur Petrus à † petra, idest Christo, & constitutus fuit caput Apostolorum, no. Arch. in c. fundamẽta. in ver. Petro, de ele.
17 lib. 6. ¶ Tertio nota † de pronomine hic, quod est demõstratiuum ad oculum & intellectum, vide Bar. in l. 1. opp. prima. ff. de noui ope. nũ. & per glo. & Bar. in l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. 2. & in l. nemo. ff. de hæred. insti. & Bald. in 1. consi. C. in prin. & ideo bene subiungit hic præsens, facit quod not. in
18 l. 1. ff. de offi. præsi. in glo. prima, & secunda. ¶ Quarto † nota, q̃ hic Stephanus appellatur homo quasi habẽs rationem, discretionem & intellectum, 27. q. 1. si homo. & quod ibi notatur, præsertim, quia non stabat obstinatus in sensu sui capitis, 17. q. 1. ecclesia habet. aliàs merito bestia appellaretur, & not. in c. vt quis duas. in prin. de ele. lib. 6. facit infra §. 5. q. 46. in 2. principali ibi, vndecimo, &c. & quod notat Io. And. in c. 1. de
19 sum. trini. in 4. col. Imo hic † tanq̃ sapiens paratus erat corrigere & corrigi, si male fecisset, 22. q. 4. magnæ. nec etiam fuit indomitæ ceruicis, seu effrenatæ superbię, 18. q. 2. §. ecce in p̃cilio. & ideo accessit ad Papam præbendo in hoc bonum exemplum tanquam homo, de pẽni. di. 1. iudicet se ipsum homo. licèt natus fuisset ex lutea materia, 16. q. 2. visis. & quod notat Arch. 46. di. nasci. & licèt etiam animalis homo non percipiat quæ sunt spiritus Dei, de consec. dist. 4. sicut. circa fi. & quot
20 † modis appelletur homo, vide per Arch. 13. q. 2. in ecclesiastico. vnde factus fuit homo ad imaginem Dei, de quo per Arch. 33. q. vlt. hæc imago & Fran. in prohemio Decretalium
21 Rex pacificus, in prin. facit Ecclesi. c. 17. Item † solum corpus non est homo, Arch. in c. si gratiose. de rescrip. in verbo expirat. li. 6. & in c. si delegatus. in verbo censeatur. de offi. delegat. eo. lib. Item si homo, ergo legitimus & ex matrimonio. alias non diceretur homo, vt per Host. in su. de matri. §. vbi fuit institutum. Item per id quod dicitur hic orationis causa, patet, hic homo confidebat de hoc mundo ad melius fore transiti, 13. q. 2. habent. patet etiam, q̃ erat fidelis, vt subijcit, j. ibi, nam
22 hoc. ad hoc enim factus est homo, vt Deum † timeat & mandata eius obseruet, Ioã. An. in c. 2. de cle. vena. & vide aliqua de homine per Ioã. An. in c. 1. de sum. trin. post prin. & nota, quod

quod bene factum hic per Papam laudatur, nam licitum est
23 laudare homines † in suis bonis operibus, vt in Spec. de aduo. §. hic docendum. ver. cõmendet autem. & quod notant Doc. in l. 1. ff. si cer. petatur. vbi laudatur bene præponens. facit. ff. de condi. institu. l. quidam. Item si dicitur, bonus homo est, intelligitur de sancto & honesto: si vero dicatur homo bonus est, intelligitur de virili & probo homine, in summa de mag. §. primo in fi. Et nota, quòd habuit nomen vere non vacuum, de pœni. distin. 4. cap. ex bono in malum, in fi. 40. distin. cap. fi. & 66. distin. fratrem. & C. de fur. l. falsus. & in l. cum filio. de lega. primo. extollere autem hoc nomen non est meum, vt not. in simili in procemio clemen. in princ. ne tamen honor diuinus taceatur, arg. 23. quæst. 4. inter. & cap. sequenti. satis est quòd homo talis nominis fuit prothomartir corde & sanguine, de quo in ipsius legenda in fi. facit quod not. in Auct. de tabelli. in versi. prothocollum. & facit de quodam alio Stephano. C. de veteri iure enuc. l. 2. in 3. carta, & 2. q. 1. in primis. ver. quia igitur. per totum, & facit de præscrip. veniens. & de desponsatione impub. cap. duo. & quod notat Ioan. And. in cap. 2. de testa. & de ecclesia sancti Stephani in cap. dudum. de decimis.

24 ¶ Quinto † nota, quòd iste homo accessit Romam causa orandi, & sic appellatione hominis in dubio intelligitur de laico, vt hic, & in cap. fi. de tempo. ordi. lib. 6. si ergo materia vbi fit prolatio est tantum adaptabilis laico & nõ clerico, non comprehenditur clericus: quod nota propter banna &c. secundum dominum Do. ibidem. & ad textum dic, quid sit oratio, & quæ requirantur in oratione, & de ipsius plena materia vide Hostien. in sum. de pœni. & remissi. §. quis sit effectus. in 2. colum. & per Archid. 95. distin. §. sed istud. & in cle. de rel. & ven. sanct. in glo. magna, & per Archid. in cap. decet. de immuni. ecclesiarum. lib. 6. in versi. orationibus. &
25 nota, quòd Iob † Daniel & Noe præcipue in oratione exauditi fuerunt, 13. quæst. 2. in præsenti. & vide in cap. animæ. ea. quæst. & in legenda sancti Pastoris & Hieremiæ cap. 15. & Ezechielis. cap. 25. Item orat sacerdos in ecclesia, & populus vincit hostes, 36. distin. cap. fi. vnde imperium plus orationibus defenditur &c. notat Archid. 16. quæst. 3. placuit. Item orari potest pro rege, 16. quæst. 1. in canonibus. in fi. 40. distin. si Papa. in fi. & melius de conse. distin. 2. panis est. oramus pro vita Regis & filiorum, primo Esdræ. cap. 6. & 3. Esdræ. cap. 5. in fi. & Baruth. 1. Item oratio fieri debet versus orientem per octo rationes, vt per Archid. 11. distin. ecclesiasticarum. in fi. & quod notat Hostien. in sum. de consue. §. & de virtutis. circa princ. vbi videas. Item an fieri debeat in secreto, nota. 41. distin. per simoniam. & an debeat offerri per malum sacerdotem, nota. 49. distin. in princ. Item orandum est media nocte per plures rationes, vt per Archid. 6. quæst. 1. imitare. & an valeat tantum generalis quantum specialis, not. de sepul. cap. fraternitatis. & not. 13. quæst. 2. tempus. vbi per Archid. & infra. §. 6. quæst. 62. ad fi. Item oratio fieri potest sub silentio cum motu labiorum, 1. Regum. cap. 1. & Iudith. 13. facit quod not. in cap. 1. §. post hæc. de appella. lib. 6. in ver. petierit. per Ant. & Archid. facit in sum. confes. lib. 1. tit. 8. quæst. 1. allegando Psalm. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea Item debet fieri humiliter, alias veniam non meretur, Archid. 17. quæst. 4. frater. Item de illa, Dimitte debita nostra &c. de conse. distin. 2. pa-
26 nem. Item sacerdos † tenetur orare, aliàs transgreditur & peccat, Archid. 10. quæst. 1. quia. Item dominus interdum
27 non † exaudit clamantem & orantem, vt eum probet & magis prouocet eum ad rogandum, & quasi igne excoctum iustiorem & puriorem faciat, exemplo periti medici &c. Hieronymus in prologo super Abacuch. Item pro viuis & defunctis possumus orare, nota. 13. quæst. 2. in præsenti. & sequen. & cap. tempus. & Isaiæ. 8. & Baruth. 3. sed pro existentibus in Paradiso non est orandum, vt notat Ioan. Andr. in cap. 2. de præsbytero non bap. alleg. de cele. missa. cum Marthæ. Item oramus pro pace, Isaiæ. 26. cap. 2. Ezechielis. 43.
28 in fi. & pro nobis ipsis, Baruth. 1. Item oratio debet † esse instans & importuna, Archid. in cap. vbi periculum. ad finem, de elect. lib. 6. & debet esse humilis, vt ibidem in glo. sequenti, & requiritur etiam in prædestinatis, 23. quæst. 4. obtineri. Item Pater noster dicitur oratio Dominica, quia sic docuit dominus nos orare, vt patet Matthæi. 6. Ioan. Andr. in cap. a nobis. 2. penult. colum. de senten. excommuni. Item de illa oratione, Osanna &c. vide per Archid. de consecratione distin. 4. multi. & Ioan. And. in rubri. de sum. Trini. 2. colum. & eo. titu. cap. 2. §. 1. per Franc. & de illa, Sanctus Sanctus Sanctus, per Hostien. in sum. de pœni. & remi. §. quibus mortuis. versi. 30. per dominum Franc. Zabar. in rub. de celebra. missa. & Isaiæ. cap. 6. & infra §. 6. quæst. 57. Item de illa, Dominus vobiscum, not. de conse. distin. 1. hoc quoque. & per dominum Franc. in clemen. 1. de cele. missa. & per Hostien. in sum. de translatione prælat. §. cuius auctoritate. circa fi. & Panor. in cap. 2. de cle. excommu. & patet in lib. Ruth. cap. 2. & de illa oratione, alleluia alleluia, habetur 56. distin. iciunium. §. hunc. & de conse. distin. 1. si duo. in fi. & patet Thobię. 13. vbi etiam ponitur pulchra oratio: & de illa, Amen. hoc est verum est not. per Archid. in prologo Decretorum, in fi. & de conse. distin. 2. re vera. in fi. & vide Thob. 9. in fi. & 13. in fi. & de latria & dulia, not. de conse. distin. 3. perlatum. & cap. sequen. & ibi Archid. & in cle. de rel. & ven. sanct. in versi. seipsum. & per Fran. in dicta cle. in versi. ideoque. in fi. & infra 13. not. Itẽ de illa, Chirieleyson Christeeleyson. Chirieleyson, 11. q. 3. cũ aliquis. & de illa, Pater noster. de pœni. dist. 3. & de quotidianis. de consec. distin. 6. id semper. & quod supra dixi.
29 & de illa, Aue. 11. quæst. 3. excommunicatos. & † an semper sit orandum, nota. 33. quæst. 4. christiano. Item orare non debemus velato seu cooperto capite, de conse. distin. prima, nullus. & cap. apostolica. & ad Corinth. 11. cap. vnde etiam seruus non debet pileatus incedere ante cadauer domini, vt per Hostien. in sum. de seruis non ordi. §. fi. & in ea nil cogitare debemus, de conse. distin. 1. quando. de conse. distin. 6. non mediocriter. & in ea an debeamus genua flectere, de conse. distinct. 3. quoniam. & in cap. decet. de immu. eccle. lib. 6. & in cap. 2. de ferijs. & de multiplici oratione cum subleuatur corpus Christi, in cap. sanè. de cele. missa. & per beatum Thomam, qui ponit vnam theologicam orationem, Adoro te deuote &c.

30 ¶ Sexto nota ibi, nostro, quòd Papa † scribit se in plurali numero & hoc vt plurimum, quandoque tamen in singulari. 31. distin. cap. 1. & 63. dist. salonitanæ. 3. quæst. 6. hæc quippe. de conse. distin. 3. peruenit. & in cap. 1. de proba. & in cap. 2. de præscript. & similiter Imperator, vt l. de præcatio. ff. ad l. Ro. de iac. & in l. 1. in prin. ff. de peti. hæred. & in l. 2. C. de postu. & in l. 2. C. ne filius. l. res publica. & in l. 1. C. ex qui. cau. ma. & in l. 1. C. de offi. præfecti præto. Afri. sic & iure consultus, l. 1. §. si cista. & §. sequen. ff. deposi. ad præmissa. 17. quęs. 2. pridem. in fi. cum simi.

31 ¶ Septimo nota de dictione † scilicet, quia non solum declarat sed etiam restringit, vt patet hic, & alibi per iuristas, facit quod no. in l. cum ita. §. fi. de lega. secundo. facit. 2. quęst. 1. notum. cum simi.

32 ¶ Octauo nota, quòd necessitas † excusat patrem baptizantem, dum tamen sit vrgentissima, vt no. hic in glo. 3. & patet in textu. & sic innuit, quòd in veritate contracta sit cõpaternitas inter eos, aliàs istud cap. esset absque dubio, facit quod nota. 30. quęst. 1. in sum. & per Doct. & cap. si vir. de cognа. spiritu. & ibi per Ioan. Andr. in fin. vbi dicit, quòd baptizanti scienter filium in mortis articulo constitutum, cùm non occurreret alius qui baptizaret, istud non est imputandum, vt hic: facit infra §. 4. quæst. 141. vnde potest adhærere vxori, vt hic, & notat Franc. in capit. 2. de cognа. spiri. & facit infra 18. notabili. aliqui tamen dicunt, quòd hoc casu nulla compaternitas contrahatur per istud captu. sed primum probatur ex summario doctorum in dicto cap. 2. & sentit Ant. in capit. contracto. 5. notabili, eod. titu. de congna. spirituali. vnde nullum oritur impedimentum inter eos, quia instante necessitate. factum fuit, secundũ Panor. in dicto cap. 1.

33 ¶ Nono nota, quòd Papa † quandoque loquitur cum reuerentia, concor. 2. quæst. 1. notum. 83. distin. cap. 2. ibi, pro reuerentia ordinis. facit de rescrip. cum dilecta. & de confir. vti. cum dilecta. & de excep. cum dilectæ. de conuer. coniug. carissimus. de regula. ex parte. de ꝓuersi. coniuga. sane. & 100. distin. in ea. & quod notat Archid. in procemio sexti, in ver-
34 bo, dilectis. nihil enim ita fulget † in prælato quàm humilitas, 100. distin. contra morem. ad fi. præsertim in casu nostro, vbi iste episcopus zelo Dei ducebatur, simile. 45. distin. sed illud. de quo zelo in bona & mala significatione not. 23. quæst. 4. qui peccat. in versi. zelus. & in c. 2. de offi. custod. & vide Archidia. in capitu. 2. de re iudica. in versicu. zelabantur, lib. 6. & in capitu. non solum. in princ. de regula. eo. lib. per eundem, & loquitur fortè hic reuerenter propter antiquitatem, per not. per Archidia. in capit. primo, in

verbo,antiquitas, de appellatio.lib.6.& quid sit reuerentia, per Archid.in cap.decet.in verbo, reuerentiæ.de immun.eccles. & in cap.2.de offic.deleg.

35 ¶Decimo † nota, quòd sacra scriptura sequenda est, quia mentiri non potest. 23.quæst.5.quid ergo. & ideo bene di-
36 cit littera hic, nullatenus, quod est verbum vniuersale † negatiuum, vt in cap.nemo.de elect.lib.6.per Arch.& Io.And. facit cap.commissa.§.porro,eod.titu.& lib. vnde habet in se decretum irritans, vt not.Ant.de But.in clem.1.de iure patro.& expone nullatenus, vt per Archid.in cap.statutum. §. cum vero.in verbo nullatenus. de rescript.lib,6,& in cap.2. vt lite penden. & in cap.Romana.de appel.& in cap.2.de decimis.circa princip.& in cap.non solum. de regula. & in cap. vno.de excess.præla.lib.6.per eundem.

37 ¶Vndecimo † nota illud, quos Deus coniunxit homo non separat, concor.16.dist. deinde.& 33.quæst.2. quos Deus. quod procedit, nisi iudex propter delictum virum interfici faceret, dicto cap.quos Deus. & quod ibi per Archid. vel.i. violenter sine lege absque ratione, vt per Host.in sum.de rescript.§.quas vires.post medium, & 33.quæst.2. quos Deus,
38 sic † per mortem naturalem alterius coniugum soluitur matrimonium, vt per Pet.de Palud.in 4.distin.27. q.2. articulo primo, & per Ioan.And.in cap.de vxore.ad fi.de sepult. non autem in matrimonio de præsenti possunt sponsi mutuo consensu se absoluere, arg.a contrario in cap.2.de spon. & ibi p
39 Anto.de But.& infra.§.4.q.77. in fi. Potest tamen † Episcopus ex causa dispensare, quod separatim contineant, Spec. de dispensati.§.nunc de Episcoporum. ver.69.& quòd sponsi de futuro se absoluant,ibidem versi.140. Item procedit in matrimonio confirmato per carnis copulam, aliàs vero in tribus casibus separaretur etiam quo ad vinculum.Primo ꝓpter impossibilitatem coeundi, 33.quæst.1.per totum.& de frig.& male. per totum.& infra §.4.q.218.& sequentibus.

¶ Secundo per ingressum religionis, de conuer.coniug.ex parte tua. vbi videtur, quòd Innocen.tertius conditor illius canonis videbatur esse in alia opinione, scilicet ꝙ per ingressum religionis non soluatur matrimonium, dicit tamẽ quòd non vult a vestigijs prædecessorum suorum recedere, qui consulti contrarium responderunt, vt in dicto cap.ex parte. facit quod notat Ioan.And.in cap.ad id quod. ad fi.de spon. & in cap.diseretionem. circa medium, de eo qui cogno. & quod dicit Hostien.in sum.de matrimo.§.& quare contrahatur, ante fin.& per Cyn.in l.1.C.de spon.3.opp.& quod no. in cap.penult.de spon.& vide in cap.2.& cap.ex publico. per Docto.de conuersi.coniug.& per Anto,de Butr.in rubri.de
40 spon.in 3.colum.& vltima colum. An autem † existenti in proposito intrandi religionem sit consulendum, vt prius cõtrahat, vt iurauit, & postea ante copulam intret, per Anto. de But.in cap.commissum.de spon. facit infra §.40. quæst. 25. & adde infra §.40.quæst.103.intellige, nisi esset cognita etiam si per vim, vt per Archid.33.quæst.4. cap. pœnitentiam. ad fi.vide tamen Nic.in cap.2.in fi.de conuers.coniug. & plenius de his quando matrimonium soluatur per mortem spiritualem siue per ingressum religionis, per Pet.de Palu. in in 4.distin.27.q.3.articulo 2.& adde, quòd licet hæremitæ non solemnizent votum secundum regulam approbatam,tamen per votum hæremi soluitur vinculum matr.ante copulam,quia hoc est ex natura actus mundo mortificantis & diuina institutione, a qua est vita hæremetica, vt in Ioan.Baptista secundum Pet.de Palud.in 4.distinct.27.q.3. circa finem. & clarius per eundem in 4.distin.38.quæst.4.ante fi.pro hoc
41 quia † hæremitæ tenentur ex toto ad castitatem, nota. de electio. cum inter. fm Ioan. de Imo. post dominum Ant.in Clemen.2.circa principium. de præben.Huic opinioni satis obstat, quod ipse Pet.dixerat in 4.distin.27.quæst.3.arti.3. in princ.videlicet, ꝙ extra casum mortis naturalis vel spũalis non sunt alij modi soluendi matrimonium, & vide Archid. in cap.vno.in fi.de excessi.præla.lib.6.& glo.& Doct.in cap. ex parte tua. de conuersi.coniuga.vbi per Ioan.And.in fi. quia tenent contrarium, scilicet quòd non soluatur matrimonium, & opi. Pe.procederet in hęremitis religiosis, secundum glo.& Archid.27.quæst.2.§.ecce,& glo.in d.c.1. de excess.præla.in fi.& Doct.in d.cap.cum inter.si ergo sponsus non intrat religionem, sed promittat castitatem tantum,respectu tamen certæ regulæ approbatæ non soluitur matrimonium,vt per Doct.in d.cap.ex publico.

42 Quid autem si leprosus † ingreditur domum leprosorum, an soluatur matrimonium? per Ioan.And.in cap.ex parte. secundo de conuer.coniug.in fi.

43 Tertio casu, in quo † soluitur matrimonium per verba de præsenti contractum ante copulam est, si Papa dispensaret seu separaret dictum matrimonium, quod facere potest, vt no.de conuer.coniug.ex publico.in fi.& in Spec.de dispen. §.nunc breuiter.ad fi.& Hostien.in sum.in dicto §.quas vires.circa mediũ,& de elect.c.2.ver.vt plenius.3.colum.& tenent Doct.in d.cap.ex publico. & Ioan.Andr.in cap. is qui, de spon.& ibi Ant.& Archid.27.quæst.2.quapropter.& Pet. de Auch.in cap.1.de sponsa.lib.6,& Bald.in l.Deo,nobis,de episcopis & cleri,& Ant.de But,in cap,quemadmodum,in fi, de iureiuran.in c.fi.de spon.duorum,& in c.rursus.2.colum, qui cle.vel vouen.& optime per An.in cap.discretionem, de eo qui cogno.¶Vnde circa matrimonium non consummatũ potest ecclesia statuere quicquid placet,dummodo subsit causa iusta, vt per dominum Dominicam in dicto cap.ex publico.per Gui.de Monte Laud.in sacramentali suo, in rubri.de sacramento Eucharistiæ.aliàs de celebra.missa. in 15.colum. ver.7.vbi etiam dicit, quòd Papa potest per viam statuti conditionare consensum contrahentium, facit de spon, duo.c. licet,& cap.fin.secundùm eum, facit quod idem notat de sacramento matri.in 5.colum.versi.hic quæro an possit &c.& duabus sequentibus columnis. vbi plures rationes assignat, quare Papa potestatẽ habet super matrimonio non consummato & non super consummatõ, pśertim quia facilius potest rumpi matrimonium non consummatũ,in quo potest interuenire contrarius actus, scilicet dissensus, de spon.cap.2.secus in consummato, in quo talis actus contrarius interuenire non posset, 32.q.5.si Paulus. vt ibi latius, vbi etiam dicit,
44 quòd Ioannes † Euangelista, Macharius, & Alexius diuina reuelatione separauerint se ante copulam, prout ibi dicit,& de beato Ioanne vide infra q.12.in fi.& de Machario & Alexio patet 27.q.2.§.ecce quòd.& per Host.in sum.de conuers. coniug,§.1.in prin.sed Pet.de Pal.in 4.dist.27.q.1.artic.2.conclu.3.sic dicit tertius effectus &c. Papa autem potest dispensare in sponsalibus iuratis, non in matrimonio iam contracto non consummato, vt ducat aliam, quia non potest Papa facere quòd non maneat ligamen, sicut non potest facere, quòd maneat hostia non consecrata, quo durante cum lege naturali prohibeatur plures habere vxores Papa dispensare non potest, secundùm Thomam,idem sequitur ead.distinct. 27.quæst,3.ante fi.& dist.31.q.1.arti.3.conclu,4.ibi,30.pater sic.& dist.33.q.1.artic.1.conclu.3.ibi,3.ratio.in fi. & dist.38. q.4.ad fi.idem Ricar.in 4. distin.26.articu.2.quæst.2. sed pro opinione Iuristarum & Canonistarum faciunt duo præmissi casus,& de sponsa. commissum.& quod not.in dicto cap.quapropter. de frigidis, vt dixi, & optime facit textus in dicto cap.ex publico. in fi. vbi generaliter loquitur. & quia
45 posset similiter † ecclesia statuere, quòd secundum matrimoniũ consummatũ præualeret primo non consummato,vt notat Archid.in d.cap.quapropter. & Doct.in cap.fin. de spon. du.præterea hæc opinio fauet potestati clauium, ergo sequenda potius quam contraria, per not.infra §.4.q.90.in fi.facit, quia ille textus capituli ex publico. est papalis & in diuersis opinionibus sequenda est diffinitio Papæ, notat Ioan.And. in cap.non est.in fi.de decimis,facit,quia Papa pedem fixit illi rationi, ergo &c. vt per Ioan.And.in cap.constitutus. in 3.
46 colum. de relig. domi.facit, quia Papa † potest distinguere ius diuinum, vt in cap.licet.de ferijs. & ibi per An. & quod not.Host.in titu.de decimis.§.a quibus.in princ.& quod non in d.c.a nobis.eod.titu.quin etiam consuetudo potest limitare & distinguere ius diuinum, sicut & ipsa lex, vt per Nic.in
47 cap.1.de consue.2.& 3.& 8.colum.Præterea † illa auctoritas, quos Deus coniunxit,potest intelligi coniunxit, quasi vera sit per consensum, & coniunxit per copulam, facit glos.in l. contraxisse.ff.de actio.& obli.¶Preterea absoluit Papa a vinculo matrimonij spiritualis, ergo a carnali, cum ad paria iudicentur, facit quod notat Nic.in cap.fi.2.colum.de postula. prælat.præterea Papa interpretatur dicta Euangelij & Apostoli.28.q.1.iam nunc. Docto.in c.5.de Iudæis. ¶ Item in nõ
48 determinatis † per ecclesiam possumus adhærere cui opinio-volumus, per nota. per Inno.de consti.ne innitaris, secundum Domi.in cap.cum Marthæ.§.quæsiuisti.in princ.de cele.miss. & intelligo etiam contra voluntatem alterius coniugis per prædicta, & per not.per Imolam in cle.1.de renũ.post prin.& in simili in cle.2.super gl.vocatus.de reb.eccl.nõ alie. & sentit Nic.in c.ad dissoluendum.ad fi.de despon.impub.& in c.fi.de spon.du.Nec obstat,qd ipse dicit in cap.ex publico,

penult.

penult.colum.allegando glo.ibi, quia non dicit illud, & videtur probari in cap.ex publico.in fi.de conuersi.coniuga. dum sentit iuncta glo.quòd ante copulam potest vir cum dispensatione Papæ vxorem de præsenti dimittere: quod verbum includit dissensum alterius, quasi possit eijcere, ar.cap. si autem.de cohabi.cleric.& mulie.& notatorum per Archid. in cap.si beneficia.de præben.lib.6.in versi.dimiserint, facit cap.ex parte.de spon.& cap.quemadmodum.de iureiuran.& patet simile in cap.verum.de conuer.coniug.& in sum.confes.lib.4.tit.1.q.25.& in Spec.de lega.§.2.post prin.facit cap. causam matrimonij.de offic.delega.& quia aliàs dissolutio penderet a partibus.& ad principale propositum facit, quia quidam dominus Papa Eugenius sequutus fuit hanc opinio. plures litteras concedendo: pro quo facit glo.in capit.1.de tempo.ordi.cum si.dicit tamen D. Fran. de Zab. in c.ad dissoluendum. in fi.de despon.impub. quòd Papa hoc facere non debet, nisi ex magua causa, & raro facit, & in dubio non est verisimile quòd hoc voluerit, & hoc modo intelligi debet quod in contrarium notare videtur dominus Nico.in d. cap.ex publico. in fi.& in cap.ex parte.eo.tit.& in cap.quanto.de diuor.& hoc per no.per eundem in cap.fi.de spon.du. & in cap.ad dissoluendum.ad fi.de despon.impub.& melius per not.per eundem in cap.ex litteris.de frig.adde Franc.in cap.fi.de transact.& an extra casum c.ex publico. Papa idem possit, per eundem Fran.in cap.fi.1.opp.de despon.impub. vbi videas, & infra §.4.q.5.ad fi.Item secundum Ant.de But. vbi supra adde alium casum, in quo soluitur matrimonium de præsenti, videlicet in cap.gaudemus.& cap.quanto.de diuor.vbi statuit ecclesia dissolui matrimonium infidelium si alter conuertatur ad fidem: pro quo facit, quod not.Archi. 28.q.2.si infidelis.dic tamen quòd tunc separat Deus non homo, debet enim intelligi quos Deus coniunxit &c.etiam de infidelibus, cum indistincte loquatur, vt per Franc.post Hostien.in cap.de infidelibus.de consan.& affi.in 4.opp.& Ioan.And.in cap.inter corporalia.2.colum.de postu.præla.& in penul.colum.per eundem, & quod notat Hostien.in sum. de transl.præla.§.cuius auctoritate.ante fi.ibi, Item consummatũ dissoluitur &c.Item propter adulterium separantur quo ad thorum tantum, non tamen alteri poterunt copulari, 33.q. 1.in princ.32.q.7.per totum.& præsertim in §.his auctoritatibus.& cap.sequenti,& per Pe.de Palu.in 4.distin.35.quæst. 2.art.1.& qualiter intelligatur illud, relinquet homo patrem &c.per Archid.35.quæst.1.cap.fina.& ad prædicta facit infra communia de sacramentis in princ.ad præmissa adde infra §. 4.q.44.& 115.& 169.in fi.& 171.alias vero matrimonium etiam ob causam fornicationis non dissoluitur,32.q.7.cap.1. & 2.nec prodest iuramentum contrarium, de iureiuran.tua nos.2.& vxor etiam in morte sequitur virum, 13.q.2.vna-
49 queque.† & dicuntur socij diuinæ & humanæ domus.C.de cri.expila.heredit.aduersus.ff.rerum amo.l.1.cum si.

50 ¶Duodecimo † nota de dictione, vnde, quod ex pone.i. ex hoc, vt no.Archid.in cap.constitutionem.de regula.lib.6. & sic ponitur continuatiue, vt not.23.quæst.5.de occidendis.vel dic vnde, id est, ex qua causa, 32.q.4.recurrat.quandoque infert ex superioribus ad conclusionem, l.debitorem. C.de pigno.& facit de delic.pue.cap.2.& de conse.distin.2. quid sit,ad fi.& quod ibi notat Archi.alibi ponitur pro quia, 4.distin.denique.& quod no.25.distin.§.nunc autem.in ver. vnde.alibi vero significat locum solo cohærentem, vt dicit Bart.in l.1.in princ.ff.de vi & vi ar.& probatur ea.l.§.2.cum si.& facit ad præmissa quod notat Archi.33.quæst.2.si quod. in fine.

51 ¶Tertiodecimo nota de † domino Deo, dum littera dicit, dominus, cui licet mentiri possimus, tamen ipsum fallere non possumus.1.quæst.1.spiritus. Item suæ misericordiæ non possumus mensuras & tempora diffinire, 26.quæst. 2.his qui.de pœ.distin.1.multiplex.Item fidelis dominus qui non patitur quem tentari, &c.ad Corinth.10.cap.Item sine ipsius gratia etiam mandata impleri non possunt, de conse. distin.4.cap.fi.Item non debet tentari, 22.q.2.quæritur de cleri.pug.in due.cap.2.glo.1.Item dicitur iudex, Archid.in capit.1.de re iudi.in princ.lib.6.Item linguæ non sufficerent ad narrandum Deum, Ioan. And. post Archi. in capitu.1. de sum.Trinita. in 6. Item vilitat nos pluribus modis, vt per Archid.13.quæst.2.soror.& apud Deum ille maior est, qui iustior comprobatur,not.in cap.ad aures:in fi.de tempo. ordi.& infinita Dei bonitas non vult mortem peccatoris, 33. quæst.2.amonere.& ibi etiam habes ad fi.immensam Dei clementiam, facit de pœ.distin.1.quia diuinitas. Item mutat sententias ad preces iustorum, de pœ.distin.1.quamobrem. & omnia futura sunt ei præsentia, de pœ.distin.2.in princ.& cuncta sunt ei aperta,de pœni.distinct.3.inter hæc hircum.1. nec est parcialis vel acceptor personarum, de pœni.distin.4. si ex bono. & dicitur pater noster, 12. quæst.2.qui abstulerit.& est cognitor cordium & secretorum, de simo.tua.not. de tempo.ordina.ex tenore.& de vsuris.in ciuitate.in fi.facit de pœni.distin.1.nunquid.& habet ratum, quod ab ecclesia iuste fit, nota.in cap.quod olim.de iudeis.& ipse omnium creator dedit causas & rationes rebus, 26.quæst.5.nec mirum.3.colum.Item est testis & iudex, de pœni.distin.1.porrò.& respicit ad cor non ad manum, nota.de homi.cap.dilectus.de pœni.distinct.3.quem pœnitet.ad fi.inde dicitur, quòd coacta seruicia Deo non placent, vt dicit Archid.de pœni.distin.1.dixi.& probatur 15.quæst.6.cap.1.in fi.& 23. quæst.6.§.vltimo.13.quæst.2.quàm præposterum. & 45.distinct.qui sincera.20.quæst.1.illud. in fi. & quæst.3. præsens. cum simi.& infra 20.not.ad fi.Item sicut tria reperiuntur in
52 † anima, ita tres personæ idem sunt in substantia diuinitatis, not.de sum.Trini.capit.1.in ver.simplex, & per Hostien.in sum.3.carta.ver.cur dicatur summa, vbi etiam quid sit Deus post Aug.& sic in diuinitate sunt tres personæ non tamen eo modo quo sunt Petrus Ioannes & Martinus, sed sicuti sunt in anima tres potentiæ, scilicet intellectus memoria & voluntas, aliàs esset dare diuersitatem in natis, secundum August.& Theologos.facit primus himnus officij Trinitatis, & in legenda sexagesimæ. Item an in vna die idest simul Deus omnia creauerit, no.de sum.Trini.cap.1.in ver.simul.& 35. distin.ecclesiæ.non tamen potest factum non esse factum, 32.quæst.5.si Paulus.in glo.idem dicit, facit de sum.Trini.
53 cap.1.in ver.omnipotens.& propter negligentiam † pastoris mittit flagella.not.23.quæst.4.si quos.& permittit alicui inferri pœnas propter delictum, not.56.distin.si gens.& 7. quæst.1.scisciteris. Item nõ considerat dictum sed affectum. not.3.quæst.7.in grauibns.in fi.& est iustus & misericors, no. de pœni.distinct.1.nullus.in 7.colum.vnde facilius remittit quàm homo, vt no.Hostien.in sum.de obli.ad ratioci.§.penult.in fi.& ira & furor Dei est diabolus, 23.quæst.5.non solum.& alibi talis furor accipitur pro vindicta, not.23.distin. cap.1.ad fi.& an aliquis Deum viderit, not.8.quæst.1.Moyses.& quid voluit cum dixit, pœnitet me fecisse hominem, no.de pœni.distin.3.pęnitentia & quædam.facit de conse.distin.1.ij duo.in ver.conturbat.& glo.in cap.si quis.de re.ecc. non alie.& quare dicatur Deus vide in legenda Pentecosten.
54 in 1.colum. Et † quia tex.dicit hic Christi, & etiam iuxta præmissa oportet videre aliqua de Christo, vbi sciendum quòd nõ fuit cognitus per diabolum,no.22.quæst.2.vtilem. & an ipsius generatio enarrari possit, not. 24.quæst.1.non turbatur. Item assumpsit simul partes nostræ naturæ, adeo quòd statim fuit verus homo, Franc.de Zaba.in clemen.1.de sum.Trini.5.colum.& an in eo fuissent duæ voluntates, not. 16.distin.habeo.& si abnegatur ore tantum licet non corde est peccatum mortale, not.11.quæst.3.non solum.& per Archid.21.distin.tunc autem.& in cap.1.no.in fi.de sum.Trini. lib.6.per eundem, & Christi vestis indiuisa significat vnitatem, not.24.quæst.1.pudenda.in fi.& significatur per Dauid, 31.quæst.1.si qua.in ver.significare. & quare appellatur verbum, not.de pœni.distin.1.verbum Dei. ¶Item 40.horis iacuit in sepulchro computata hora nona, in qua emisit spiritum, & vltima hora noctis Dominicę,in qua resurrexit, secundum Aug.vt refert Hostien.in sum.de pœ.& remi.§.quibus mortuis.in 3.colum.Item quod dicitur Christum fuisse passum, dum esset annorum 32.& 6.mensium, intellige 6. menses cęptos non completos, videlicet a natiuitate vsque ad parasceue, Ioan.And.in capit.inter corporalia.ante fi.de transla.præla.¶Item quod dicitur, quòd filius descendit in vterum virginis, intelligitur idest per nouum effectum ap-
55 paruit carnem sumendo, Deus enim ibi erat † & vbique est præsentialiter, potentialiter & essentialiter, secundum Theologos:& no.quòd totus erat apud patrem, quando venit in virgine, de conse.distin.2.qui manducat.¶Item est caput ecclesiæ, not.de sac.vnctio.in glo.1. Christi. & dicitur summus sacerdos, ibidem in glo.idest Christus, & baptiza-
56 tus † fuit 30.anno.78.distin.presbyter. & ipsum adorabant olim omnes gentes, 93. distinctio. legimus. post medium. 65. distinctio. mos. & sequenti. 95. distinctio. cccc. in fine.96.distinctio.Constantinus.23.quæst.quinta.si vos. & 24.

q.1.loquitur.in fi.& ipsum ignorant,qui ignorant scripturas, 38.distin.si iuxta.& habuit sacramenta ecclesiæ,25.q.1.§.his. ante medium.& in nomine ipsius omnia fieri debent,26.q.5. non liceat.& q.7.cap.antepenult.in fi.& fuit mediator Dei & hominũ,de pœ.dist.1.multiplex. ¶ Item Christus conficitur ex Deo & homine, de conse.distin.2.hoc est.Item de domino Iesu habes Ecc.43.cap.1.& Zaccha.3.de Christo. Ecc. 46.& 47.& Isa.45.& quòd fuit de genere Dauid &c.secundo Regum, capitu.7. Item de illo vobiscum Deus. Isa.5. Item paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, Isa.9. Item obtenebratus est Sol in ortu suo, Isa.13. Item de illo, Emitte agnum &c. Isa.16. Et lapis angularis, Isa.18. Item Effraim primogenitus, Hierem.31. Et de illo, Ecce enim paruulum dedi te &c. Hierem.49. Item in terris visus est & cum hominibus conuersatus est, Barut.4. Item factus est quasi mutus,Ezechiel.3.in fi.Item occidetur in Hierusalẽ, Ezechiel.22.vbi etiam ad fin. de Christo venturo, & 35. & Danielis 7. & sequenti, & in Abacuch. Item dicitur Rex Regum, Ezechi.27.& Hierem.10. Item est pastor, Ezechielis 35.& 36.vbi etiam quòd erit vnus populus & cętera.Item est filius Dei, Daniel.3.Item effunderũt sanguinem innocentem, Ioelis. cap.fina.in fi. Item quòd egredietur ex Bethleem, Miche.4. Et de illo,veniet desideratus cunctis gentibus agens. cap. 2. & super asinam &c. Zacha.9. & de triginta argenteis Zachar.10. Et de confixione crucis.cap.2. Item crucifigitur in seruis suis crucifixis,Hostien. in sum. de biga. sub §.1. ver. cellula. & sic innocentes occisi fuerunt quasi Christus, ar.secundo Regum.cap.21. fuerunt etiam figurati 4.Regum.24. Item post eum nullus de cœlo nascitur, 26. quæst.4.cap.1.ad fi. Item de illo Saluator, habetur Iudi. cap. 3.& Hester cap.2.mandauit, & Isa.17.ad fi.& cap.43.& 45. Item de illo, Quod dictum fuit virgini, dominus tecum & pax tecum, patet Iudi.cap.6. & de illo, Benedicta tu inter mulieres, Iudi.5. Item de illo, Virum ignoro, idest virgo sum. Iudi.2.& cap.vlti. Item de illo, quod cœli Deum capere non possunt, patet 3.Regum. & secundo Paralipo. cap.2. Item, ecce virgo concipiet, Isa.7.Item egredietur virga &c. Isa.2. & non transibit per eam polutus, Isa.35.Item, fœmina circundabit virum, Hierem.31. Item dicitur Regina cœli, Hierem.42.ante fi. Et de illo, Porta hæc clausa erit, Ezechi.44. Item gessit omnes ordines in sua persona, infra §.3. quæst.1. Item assumpsit veram carnem mortalem & passibilem de virgine Maria,not.de consecr.distin.1. consultum, & adde Ioan.And. in cap.cum Christus. ad fi. de hæret. Item non credidit se illis &c. Nota de consecr. dist.4. perpe. facit cap.3.vt lite non contest. Et quare voluit baptizari, vide de consecr.distin.4.non regenerabantur. Item fuit filius vnius hominis, vt per Archid.24.quæst.1.memor.simile.ff.de vsufru.l.vetus. Et quare appellatur agnus, Archid.de consecra. distinct.3.sextam. Et quare dicitur Christus, vel Iesus Christus, de consecra.distinct.4.si baptizata, per Archidia. & de Iesu Christo per eundem in cap.decet. de immuni. eccle.lib. 6. Item non est persona secundum quòd homo, nam quàm cito anima fuit coniuncta statim fuit vnitus ille homo filio Dei,Deus enim & homo simul vnitus vnum fecit Christum, Ioan.And.post Vincen.in cap.1.de sum.Trinita.in 3. colum. subdens, quòd quàm cito verbum caro factum est, anima corpori fuit vnita, statim perfectus fuit vir. Vnde in mo-
57 mento fuit † verus Deus, Deus & homo, vt in capitu. cum Christus, de hęret.secundum eundem post homo. & ideo dicunt Theologi, quòd simul & in instanti fuit linitum corpus Christi anima infusa & facta vnio diuinitatis quod spectat ad artic.fidei, quòd fuit conceptus de Spiritu sancto, secundum eos, & facit quod not.in clemen.de sum.Trini. in
58 ver.vnitas. An autem Christus secundum † quòd homo potuit dimittere peccata, & quam potestatem habuit & quam potestatem ministris contulit, & quam conferre potuerit, per Petr.de Palu.in 4.distinct.5.quæst.1.artic.1. Item quare fleuit ter, per Archid.13.quæst.2.qui a diuina. Et an in triduo fuit homo, per Archid.23.distin.qui Episcopus.in versi. resumptione. Et quis dicatur Christum diligere,per Archid. de pœni.distin.2.caritas.2.Et appellatur Rex,& Imper.no.in prooemio decretal. in princip. & voluit nasci de adulteri-
59 nis commixtionib⁹.56.dist.dominus noster.Itẽ † primũ cõfessus fuit per latronem in cruce, de pœ.distin.7.nullus.alij dicunt quod primus qui uocauit eum Deum fuit Thomas, qui post resurrectionem dixit, Deus meus. Item est coæternus patri, & est alia persona, 1.q.1.§.sed notandum, ad hoc, quod supra dixi.Et no.quia paratus esset iterum pro hominibus mori, & pati, si possibile esset, vt in legenda resurrectionis.in 3.colum.& ibidem in 4.colum.quando dixit Petro, Vado,Romam &c.& reliquit vestigia pedum in silice &c.& de articulis fidei quot sunt. Et an Papa possit nouos facere. Et quis teneatur explicite scire. Ioan. And.in d.cap. cum Christus.& per Hostien.in sum.de fide catho.§.quot,
60 Item de fide † disputari potest contra hæreticos, si non fiat quærendo tumultus & per fidei occasionem,Hosti.in sum.de fide catho.§.quidem,in fi.Fides tamen nõ potest ex toto corruere, Ioan. And.in c.qualiter.2.in 6.colum.de accu.Et no.q
61 † eadem est fides modernorum & antiquorũ, ſm Aug.vt per Pe.de Pal.in 40.dist.1.q.3.ad fi.2.distin.4.q.4.penult.colum. Vna est enim fides apud nos, quæ fuit apud iudęos, not.32. q.4. recurrat. in ver. societatis. & per Hostien.in sum.de fide ca.§.quot sunt.in fi.& sic boni ante Christum fuerunt illius meriti, quo nunc sunt christiani,32.q.4.quis ignoret.Et ideo dicit Ioan.And.in cap.licet.de spon.duorum, quòd in præteritis non fides defuit, sed fidei sacramentum, de bap. debitum, de presb.non bap.veniens. Similiter primi homines ante datam circumcisionem saluabantur in sacrifi.seu fide parentum, de conse.distin.4.quod apud, de pœni.distin. 1.sicut primi homines, & in rationali diuinorum officiorum in offi.natiuitatis.in 3.colum.& Pe.de Pal.in 4.q.4.3.colum. & infra in text.in 17.notabili. Et adde, quòd ea quæ non sunt de arti.fidei non habemus necessariò sequi, licet sequatur ecclesia, nisi & doceat idest prącipiat, per no.in cap.1.de sum.Trini.lib.6.& sentiunt glo.& Archid.11.distin.nolite.& de conse.distin.1.basilicas, aliàs prohibeat, per no.per Ioan. And.in cap. vt inquisitionis, de hęreti.lib.6.in nouell.facit de spon.duorum.cap.fi.Vel nisi tenendum tradat, de conse.
62 distin.2.ego Berengarius.cum si. Item vbi fides † non est,iustitia locum habere non potest: Et nullus excusatur per ignorantiam a fide, etiam si sit paganus, vel homo silue ster semper in montaneis nutritus, ita quòd ad eum nunquàm prædicatio peruenerit ſm.Spec.in tit.de sum.Tri.Et ad præmissa cõuenit subijcere aliquas cõclusiones dñorũ theologo-
63 rum super adoratione.Et scias, qa † alia latria, q̃ est seruitus conueniens & debita soli Deo tanquàm creatori suæ ratione creationis,& quia potest saluare & gloriam dare.Item dulia,quæ est seruitus conueniens alicui creaturæ rationali, ex quo fuit receptaculum Spiritus sancti, facit glo.in cap.si canonici, ad fi.de offi.ordin.lib.6.& per Fran.in cap.2.de cele. missa.vbi & quòd tota deuotio quam habemus ad sanctos ad Deum principaliter referenda est, sine quo sancti nihil
64 possent &c.Item hiperdulia, quæ similiter debetur creaturæ speciali plus quàm alijs creaturis.Vnde † personæ Christi debetur honor latriæ propter annexionem & coniunctionem humanitatis cum diuinitate, & quia ipsa humanitas est pars personæ Christi,in qua est diuinitas, & hoc inquantum consideratur ipsa humanitas separata a diuinitate, & inquantum homo secundum quosdam cõuenit seruitus hiperdulia propter quandam excellentiam cõuenientem Christo tanquam homini, quæ non conuenit alijs puris hominibus: super quo dubitatur, quia si statim fuit Deus vt dictum est, ergo quomodo considerabitur vt purus homo seu vt homo. Et ideo aliqui theologi moderni contrarium dicunt, dicendo quòd propter indissolubilem vnionem verbi & carnis communicantur actiones, & quæ de vno dicuntur de alio intelliguntur. Inde dicitur, quòd anima Christi sit omnipotens, & de similibus. Et quantum ad imaginem Christi dicas, quòd quocunque modo formetur seu pingatur, debetur latria habito respectu, quia in adorando consideratur persona Christi, secus si consideraretur ipsum lignum,argentum vel pictura:& quantum ad crucem, in qua Christus crucifixus fuit, & clauibus similiter debetur latria propter affixionem & coniunctionem cum Christo. Et similiter de alijs crucibus propter repręsentationem Crucifixi, licet aliter dixerit Fran.in cle.de sum.Tri.q.13.Similiter de vestibus, Sudario, Corona, Columna, & Sepulchro Christi propter cõtactum Christi. Sed non idem de alijs omnibus clauibus, sepulchris, lanceis, columnis & similibus: Similiter non idem de beata Virgine, quæ tenuit Christum in vtero nouem mensibus, ac etiam de ipsius sanguine formatus fuit, licet crux & alia, de quibus supra, propter cõtactum adorentur latria, & est ratio differentiæ,qa cruci, & similibus nullus specialis de ꝑ se ho-
65 nor debet: Sed † ipsi vergini debet spãlis de ꝑ se honor & reuerẽtia ꝑꝑ ipsi⁹ excellẽtiã,& sic si adoraret latria adoratione posset

posset incidi in idolatriam, vt possent aliqui credere ipsam virginem adorari latria propter propriam excellentiã, quod esset idolatria, quod non potest contingere in cruce, clauibus, sudario, sepulchro & similibus. Vnde debetur ei adoratio quasi hiperdulia in quandam specialem prærogatiuam, ex quo fuit mater Dei, quod nulli mulieri accidit.Item quã-
66 tum † ad corpora & reliquias sanctorum dic, quòd debetur dulia seruitus, vt supra,& similiter de imaginibus sanctorum, quia propter repręsentationem debetur dulia: secus si consideraretur ipsa pictura. Sed imagini beatæ Virginis debetur hiperdulia,vt dictum est secundùm Thomam in parte q.alle. 24.25.per totum. Hæc tamen & similia dominis & patribus Theologis remitto, & vide de consecratione dist.3. perlatum, & cap.sequenti, & ibi per glosam, & Archid.& per Lapum & Domi.in cap.si canonici.§.fi.de offic.ordi.lib.6. & adde, quòd male dicunt gentes volentes nos arguere, quòd tales imagines habeant similitudinem simulachrorum suorum: patet Machabeorum primo.cap.4.ante fin.iuncta Clemen.2.de pœnit.post medium, vel dato quòd videantur habere aliqualem similitudinem cum simulachris, tamen nul-
67 lum † simile est idem, ff.depositi, quòd Nerua.& in cap.non potest,de præben.in 6. & quia Iudæi venerabantur archam respectu legis Dei non vt Deum.Et præmissis addenda arbitror de Angelis ea, quæ in canonibus reperi. Et primo
68 † secundùm Hiero. tanta est dignitas animarum, vt vnaquęque ab ortu natiuitatis suę habeat angelũ sibi deputatum ad custodiam. Vnde angeli mittuntur a domino ad custodiendum nos, & ad ministrandum nobis: patet in Clemen.si dominum, in vers.ex ministris, de rel.& ven.san.Item angelus
69 est nomen † officij non naturę.Item angeli Græcè vocantur, Hebraice malch, Latine vero nuncij interpretantur, ab eo quòd Domini voluntatem populis annunciant, quibus ideo pictores faciunt pennas, vt eorum celerem in cuncta discursum significent. Et nota, quòd in quinque nobis prącipue ministrant. Primo excitando nos a somno culpæ, quod significatum est Actuum 12.cap. Vbi dicit, quando Angelus percusso latere Petri excitauit eum dicens, surge velociter. & in 3.libro Regum, vbi dixit Angelus ad Heliam, surge comede, grandis enim tibi restat via. Secundò intercedendo pro nobis, quod significatum fuit in Daniele 10. cap.vbi dixit, Nemo fuit adiutor mihi in omnibus his, nisi Michael princeps noster. Tertiò a contrarijs potestatibus nos defendendo.Vnde in Psalmo, Angelis suis mandauit de te &c. & alibi, Mittit Angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Quartò bona nostra repręsentando: Tobiæ 12. cap.dicit Angelus, Obtuli orationem tuam Domino.Quintò & vltimò animam egredientem de corpore in Deum portando. Vnde Lucæ, 4.cap.dicitur. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ, vt refert Archid.13.quæst.2.fatendum. & de consecratione dist. 2.vtrum. & adde in legenda dedicationis Archangeli ante finem. Et dicit Isidorus in libro officiorum bonorum angelorum: Numerus, qui post ruinam Angelorum malorum diminutus est, ex numero electorum hominum supplebitur, qui numerus soli Deo est cognitus, vt refert Archid.de consecratione dist.2.ij duo. in fi. vbi etiam per glo. Et scias,
70 quòd nouem † sunt ordines angelorum, de pœnit. dist.2. in antepenultima columna, & vnus angelus differt ab alio,nota.de offic.Archipresbyt.cap.primo, & vide de consecr.dist.
71 prima, si duo. ¶ Notandum † etiam de Paradiso, qui dicitur idest parans Dei visum. Sed ad litteram Paradisus est locus in partibus orientis, cuius vocabulum ex græco in latinum vertitur ortus, porro Hebraicè Edon dicitur, quod in nostra lingua deliciæ interpretatur, quod vtrunque iunctum facit ortum deliciarum. Est enim omni genere ligni & pomiferarum arborum consitus, habens etiam lignum vitæ: non ibi frigus, sed perpetua veris temperies, cuius in medio fons prorumpens totum nemus irrigans, diuiditurque in quatuor nascentia flumina, cuius loci aditus post peccatum homini interclusus est secundùm Papiam, vt refert Archidia.& 4.quæst.1.omnibus. Vel dic, Paradisus, idest cœlum Empirreum, idest locus iucundus & delectabilis,secundùm Archid.post Hugo.de pœniten. distinctione secunda, principium: post princip. & in cap.si enim.in 3.columna, in in vers.in Paradiso. Item alibi in Paradiso & in quiete mentis, secundùm Theologos,& vide plura de Paradiso in Cronicis fratris Vincen.carta 7. & carta 153. Et de Paradiso terrestri vide in legenda sancti Matthæi in secunda columna. Item in Paradiso quilibet satiatur, iuxta illud Psal. ex adipe frumenti satiat te. & alibi, Satiabor cum apparuerit gloria tua, secundùm Archidia. post Pet. de pœniten. distinct.2. dum sanctam. post medium. hinc est, quòd beatis omnia ad votum succedunt, vt in cap.cum Marthæ. ad finem, de celebratione missar. Et nota, quòd præsens
72 † ecclesia Paradiso comparatur, quia in ea est pax a vicijs originalibus & actualibus, & quia in ea est spiritualis cibus, scilicet corpus & sanguis Christi & deliciæ mandatorum Dei, sed & arbores fructiferæ sunt in ea, idest sancti prædicatores, secundùm Hug. vt refert Archid. de pœnit. dist.4.ecclesia Paradiso. Est autem Paradisus in cœlo, vt not. 23.quæst.4.hęc autem. & 13.quæst.2.tempus. facit illud de somno Scipionis: Vita vero vestra via est in cœlum. & habes hoc verbum, Paradisus. 26.distinct. cap.deinde. & 35. distinct.sexto, & 40. distinct. illud, & cap. sequentibus, &
73 de consecratione, distin.4. ecclesia. ¶ Consequenter † addendum videtur de Purgatorio vbi sit: & potest dici probabiliter, quòd cum animæ iustorum sint in cœlo, animæ malorum in inferno, quòd animæ quæ indigent purgatione sint in medio. Sed vbi hoc sit nescimus. Verumtamen, quia magis pertinent ad cœlum, quia iam sunt ibi spe, potest dici probabiliter, quòd in superiori regione, idest in aere sit locus purgatorij, secundùm Archidiaconum 13. quæst.2.tempus. super glos.secunda, ibi etiam glos.prima dicit,quòd credit animas summè bonas statim ad cœlum volare, iuxta illud, Gaudent in cœlis animæ sanctorum. Et de igne purgatorij vide quod not.37.quæst.1.impudicas. & quod not. vicesimaquarta quæstione prima, subdiaconus. & 25. distin.cap.penultimo. vbi de pœna purgatorij, quia patiuntur maiorem pœnam quàm passi fuissent martyres in carne, de pœniten.distinctione 7. ad finem. & per Hostiensem in summa de pœniten.& remis.§.quis sit effectus. in fine, & in Repertorio aureo Specu.de reg.pœni. in fine, & de purgaotrio vide plenè in legenda commemorationis omnium sanctorum per tres columnas, & per Petrum de Palude in quarto distinctio.21.q.41. articulo primo, & arti-
74 culo tertio. Et scias, quòd † existentes in purgatorio non fruuntur visione Dei, not.13.quæst.2.qui diuina.§.de mortuis. Item ipsum non sentiat baptizatus in fine de pœnit. distin.7.nullus. cum similibus. Et dicit Laud.in sacramentali, de sacramento Eucharistiæ,penultima columna, quòd purgatorium est in altiori parte inferni, non quòd sit idem locus cum inferno, & sic distat a limbo: sed quasi vicinus eis, sic quòd quasi idem est ignis purgans bonos in purgatorio & crucians malos in inferno, & sic super eodem igne aurum rutilat & palea fumat, secundùm Gregorium: & subdit, quòd animæ statim euolantur vel ad Paradisum vel ad infernum, nisi propter aliquas pœnas temporales in purgatorio sint purgandæ, secundùm eum. Item in purgatorio aliquę animæ abundant, quia ab amicis multa suffragia
75 copiose fiunt. Sunt etiam † animæ egentes, quarum cura nullatenus habetur, vt in legenda omnium sanctorum. in fi. Item de purgatorio solus Deus extrahit, & illud ingreditur solus contritus, vt per Imo.in Clemen.2.de pœni. & remiss.
76 in 4. columna. ¶ Vltimò † de limbo dicebat Archidiaco. 23.quæst.4.hęc autem scire debes, quod in superiori margine inferni erat locus aliquantulum habens lucem sine omni pœna materiali, in quo erant animæ prædestinatorum vsque ad descensum Christi in infernum, qui locus propter sui tranquilitatem sinus Abrahę dictus est, vt sinum matris dicimus, & dicebatur Abrahæ, quia fuit prima via credendi, ipse enim publice prędicauit. Hunc tamen locum Iob vocauit tenebras pro tędio expectandi, ut ibi, & in tenebris straui lectulum meum, &c. vt hæc leguntur in historijs super Euangel.cap.Pharisei vero secundùm Arch.vbi supra. Et ad istum locum descẽdit anima latronis cum anima Christi in die suæ mortis:qui locus etiam appellatur Paradisus ꝑpter aliqualem requiem, secundùm Petr.vt refert Archid.de pœnit.dist.1.importuna.dicit Laud.in sacramentali de sacramento Eucharistiæ, penult.colum. quòd olim ante passionẽ Christi limbus & sinus inferni idem erant, quia oĉs carebant tunc visione Dei.Sed alijs pœnis non æqualiter puniebantur. Sed post passionem multum differũt,quia hodie vocatur sinus Abrahæ ille locus,in quo bonorũ animæ requiescunt, vt legitur in legenda beati Martini. Limbus, qui est in superiori parte inferni, dicitur ille locus, in quo sunt paruuli non baptizati. In alia inferiori parte sunt communi-

ter omnes mali, secundum eum vbi supra. Sic ergo sinus Abrahæ est altior locus, subsequenter purgatorium, postea limbus, & postea infernus, vt ex præmissis patet. ¶ Quar-
77 todecimo † nota, quòd diabolus est auctor nostræ mortis: vnde appellatur princeps mundi, not. 31. quæst. 2. cap. 1. & per Archidia. de pœni. distinct. 2. princeps. & quomodo sciat futura; not. 26. quæst. 4. sciendum. versicu. an cognoscit cogitationes hominum. Item sæpe nititur, vt homo patiatur & irascatur cum Deo, not. de pœnit. distin. 2. si cui. §. potest fieri. & tentando affligitur, not. de pœnit. distinct. 1. potest fieri. & multis modis interpretatur, vt per Archid. 13. distinct. cap. 2. & quod notatur de summa Trinitate. cap. 1. in verbo, diabolus. Et differentia inter demonium & dæmonem, per Archid. 12. quæst. 1. pudenda. facit de pœnit. distin. 1. his po testatis. Item dicitur Leo, per Archidiaconum de pœniten. distinctione 2. si enim. in secunda columna, & ibi not. in verbo, Leo. ibi etiam not. circa princip. quòd dicitur Belial, quasi sine iugo. Item interpretatur deorsum fluens, Archid.
78 de consecratione. distinct. 2. citius. Item peccatores † dicuntur filij diaboli per imitationem, & diabolus appellatur homo ab euentu, vt not. de electi. licet. glos. secunda. Item elongatur a Christianis, quando ministerium Eucaristiæ agitur, & quando fiunt orationes & prædicationes, vt in legenda sanctæ Iulianæ. Item quare motus fuit ad peccandum, not. de consecratione distinct. 2. citius. §. quod vero. & habet mille modos ad nocendum, 16. quæst. 2. visis. & non reuocabitur ad vitam, notatur de pœniten. distinct. 1. si cui. §. denique. Item quare eius peccatum non fuit redeptum sicut fuit peccatum hominis, per Archidia. de pœniten. distinct. prima. §. ex his. & habet suos angelos, de hæret. cap. 3. Item dicitur apostota, & fugit res cruce signatas, de consecratione distinct. 4. postea signatur, & multa eum latent, 32. quæst. 2. cap. 1. Et dicitur sathanas, 32. quæst. 2. cap. 2. & est fomes odij. 33. quæst. 1. requisisti. & de filijs diaboli de pœnitentia, distinctione prima, porro. §. item si antequam. in fine, & §. item, vt Ioannes. & illuditur diabolo per pœnitentiam, de pœnitentia, distinctione prima, potest fieri. & credit & contremescit Deum, de pœnitentia distinctione 2. c. 1. columna 15. Item dignissimus maledictionis, 24. quæst. 3. si igitur. & de natura ipsius, & an futura aliquo modo scire possit, 26. quæst. 3. sciendum. 2. quæst. 5. nec mirum. in 3. colum. ad finem. & ibidem in 4. columna. quòd semper nititur
79 † adorari, vt Deus: & ideo quandoque transformat se in angelum lucis, 29. quæst. 1. ante finem. & not. Archid. in c. vt officij. circa principium. de hæret. lib. 6. Item decidit a beatitudine etiam, ad quam habendam creatus erat, 23. quæst. 2. sic quippe. in fi. & quandoque subintrat corpus mortuum, not. in cap. in quadam. de celebr. missa. Item appellatur dæmon a scientia, ʒ. §. 5. quæst. 113. post princip. Et addendum
80 de † antichristo, qui sic appellatur, quia contra Deum venturus est: quidam simplices intelligunt antichristum ideo dici, quòd antechristum venturus sit, idest post eum veniet Christus, non autem sic. Sed antichristus Gręce dicitur, quod est contrarius Christo latine, anti enim Gręce in latinum contra significat: Christum enim in se mentietur, dum venerit, & contra eum dimicabit, & aduersabitur sacramentis Christi, vt veritatis eius euangelium soluat: nam & templum Hierosolymis reparare, & omnis legis veteris ceremonias restaurare tentabit. Sed & ille antichristus est, qui negat Deum esse Christum, cõtrarius enim Christo est. Omnes enim qui exeunt de ecclesia & ab vnitate fidei præciduntur & ipsi antichristi sunt, secundum Isid. vt refert Archidiaconus de pœni. distinct. 2. si enim. & vide plene in cronicis fratris Vincentij carta 152. & facit 35. quæstio. 5. porrò. ad finem, & habes hoc verbum, 23. distinct. cap. 1. post mediũ. & 16. quæst. 7. peruenit. & 24. quæst. 1. quoniam. in fine. & cap. didicimus. in princip. de pœniten. distinct. 2. in decima-
81 quinta columna, & vide de consecratione distinctione 1. §. peruenit. Item de inferno, vbi sit, † vide not. 23. quæst. 4. hæc autem, vbi sit dicit glo. hic videtur, quòd infernus sit sub terra, & in eo loco vbi nullus splendor Solis potest peruenire, & Paradisus sit in cœlo, quod clarius affirmat glos. 13. quæst. 2. tempus. & allegat dictum cap. hæc autem. & per Laud. in sacramentali Rub. de sacramento Eucharistiæ, in penulti. columna. Thomas tamen & Bonauentura tenent, quòd infernus sit in centro, seu medio terræ, & quòd sit in parte inferiori: probatur Isaiæ, quinto capitulo, & septimo, & decimoquarto, vbi de Lucifero: & probatur Ezechielis 32. & 33. Amos 9. tamen Augustinus dicit se dubitare, vbi animæ defunctorum quiescant, in dicto capitulo tempus. Et ibi glos. dicit ex illis verbis videri, quòd Augustinus dubitet quò animæ defunctorum recedant: quare super ea dicit Archidia. Non ergo erubescemus cum August. ignorare, argumento de consecratione distinct. 4. solet quæri. secundum Laud. & Archid. & facit ad prædicta 35. distinct. eccle. & de consecratio. distinct. 1. vestimenta. in fi. & illud Thomæ, Domine nescimus quo vadis, & vide in cronicis fratris Vincentij carta 154. ¶ Videamus
82 † aliqua de Iuda: in quo notandum, quòd legitur in historia scolastica rubrica de suspensione Iudæ. quòd dicit Hieronymus super Psal. 80. quòd magis offendit Iudas Deum quando se suspendit, quàm in hoc, quòd Deum prodidit, qui Iudas proiectis argenteis in templo abiens laqueo se suspendit, & crepuit medius effusis visceribus, Actuum 1. cap. & hoc quodammodo delatum est ori, quo osculatus erat Deum, ne per os scilicet effunderet, rupto enim laqueo putatur postea cecidisse & crepuisse. Vtrum ea de se suspenderit, an distulerit, dubium est, sed quòd ante resurrectionem Domini postquam pœnitentia ductus retulit argenteos statim ex impatientia doloris & desperatione se suspendit: quod non est autenticum, ideo prius dictum magis verisimile, secundùm Hugo. & Archid. de pœniten. distinct. 3. sceleratior. alias cap. inter omnia sceleratior. vbi vide glos. ibi etiam Archid. videtur velle post Pet. quòd Iudas fuit mortuus ante Christum, nec expectauit mortem Christi, vt ibi latius. de alimento natiuitate & alijs ipsius Iudæ, vide in legenda sancti Mathiæ Apostoli. Item Iudas quarta feria traditionem Domini cogitauit, de consecratione distinct. 3. ieiunia. & vide de Iuda. 17. quæst. 4. si forte. Item commisit plagium, sacrilegium, & symoniam, 1. quæst. 1. qui studet. 11. quæst. 3. abijt. 23. quæst. 4. quid ergo.
83 per glosam & Archidiaconum. Item si pœniteutiam † egisset, veniam impetrasset, de pœniten. distinct. 1. his potestatis. & distinct. 3. inter hęc hircum. primo, ad fi. & cap. Iudas. & cap. nihil. vide & sequ. & scias, quòd baptizauit cum alijs apostolis ante passionem Christi, de consecr. distinct. 4. aliud. & de Pilato vide plene legendam passionis in 9. colum. vs-
84 que in finem. ¶ Vltimo quæritur, vbi † erit diuinum iudicium? dic, quòd vt colligitur ex diuinis scripturis, erit circa locum montis Oliueti, & ibi descendet Christus ad iudicandum, quia etiam inde ascendit, vt ostendatur qui ascendit ipse est qui descendit: sedebit autem iudex in aere eminens, & præcedent diuinum iudicium signa, quia ad dignitatem tanti iudicis pertinet, vt ipsum aliqua signa ad reuerẽtiam & subiectionem inducentia præcedant: quia fortè Sol & Luna obscurabuntur priuatione sui luminis ad hominum terrorem appropinquante iudicio eius, secundum Guil. de Monte Laud. in sacramentali, in rubri. de sacramento Eucharistiæ. alias de celebra. missa. in fi. vbi etiam, quòd tunc homines videbunt Deum oculis corporalibus per essentiam, vt habeant perfectum solacium de visione diuinitatis, & sic corpora beatorum quandam perfectionem gloriæ a Deo suscipiunt, quæ erit ipsorum nouatio: ibi etiam, quòd Christus iudicabit in forma humana, vt in illa videri possit ab omnibus tam bonis, quàm malis: Et erit in forma gloriosa iustis delectabilis, malis grauis & terribilis. Et sic etiam eum mali videbunt cum dolore: Ibi etiam, quòd animalia bruta, plantæ & corpora mixta non remanebunt post innouationem mundi: secus in elementis, quæ licèt sint corruptibilia secundum partes, tamen sunt incorruptibilia secundùm totum: & homines etiam sunt incorruptibiles ratione animæ: & supercœlestia corpora similiter sunt incorruptibilia secundùm rationem: & ideo ista tria remanebunt secundùm eum, quibus adde, quòd iudicium auctoritatis habebit tota Trinitas: sed iudicium misterij habebit filius sedens & apparens in iudicio secundùm humanam naturam, & sic in eadem humanitate, in qua apparuit humilis iudicabit, vt per Archid. de pœnit. distin. 2. caritas, 4. & faciet iudicium dominus facie ad faciem, Ezechiel. cap. 21. ¶ Deci-
85 moquinto nota, quòd laici fideles in † casu necessitatis possunt impune baptizare etiam proprios filios, aliàs cessante necessitate punirentur, licet baptismum cõferrent, vt hic no. & intellige, quòd laicus baptizet, vt quiuis non præsumendo officium sacerdotis, vt hic secundum Host. in sum. de cle. non ordi. mi. & de hoc meretur secundum Doct. in c. 1. eo. tit. Et nota, quia textus dicit libere, idest impune, vt subijcit: vnde alia dispensatio non requiritur, vt dicit Hostien. in simili. in cap. lator. de homicid. & cap. ex litteris. eodem titu. & ad hoc facit & vide in capit. reprehensibilis. §. 1. de appellat. & cap. 2. de arbit. lib. 6. & in clemen. fina. de æta. & qualit. & Petr. de Anchara. in cap. si beneficia. de præben. lib. 6. & Franc. in cap. 1. 4. quæst. 3. & quod not. in capit. 1. de censi. lib. 6. & in cap. cum plures. de offic. delega. eod. lib. Vel 1. absolute, vt in cap. 1. de vsur. Nota tamen, quia textus dicit, quòd istud potest in necessitate, & sic licet dicat libere, non excludit iuris moderationẽ & debitæ iusticiæ metas, vt dicit in simili Anto. de But. in cap. directe. de appellat. in 18.
86 not. ¶ Decimosexto nota, quòd † morimur corpore, anima vero immortalis est, & est forma essentialis corporis, nota. in Clemen. 1. §. porro. glos. magna. de summa Trinit. & infunditur corpori iam formato, 32. quæst. 2. Moyses. vbi in textu, & per Archid. quid sit, & vnde dicatur: & est preferenda cunctis rebus, l. sancimus. in fine. C. de sacrosanct. eccles. & ideo potius consulendum est animæ quàm corpori, quia preciosior est corpore: & nota. de pœnit. & remis. cum infirmitas. in fine. & in cap. 1. de præben. lib. 6. & quando corpori infundatur, not. 32. quæst. 2. quod nota. in verbo, animatum. & distin. 5. in glo. quare minori. & in cap. vno. de purga. post par. & in Clemen. 1. de summa Trinit. in verbo vnitas. & in legenda purificationis. Quæ autem prosint animæ defuncti, vide 13. quæstio. 2. animæ. Item in eius foro cuilibet est credendum, nota. in capit. significasti. 2. de homicid. & in cap. veniens. in glos. penult. de senten. excommunic. & in Clemen. 1. de priuil. Item dicitur, quòd non potest habitare in sicco, nota. in cap. in quadã. de celebra. mis. quandoque vero anima exponitur, idest homo animatus, nota. de consec. distinct. 5. ne talis. facit. l. sancimus. in fine. de sacrosanct. eccles. Item secundum diuersa sui officia varie nominatur, Ioan. Andr. in cap. vno, post princip. de sacrosan.
87 vnct. Et dum textus † dicit hic, ne, intellige pro non. 92. distin. cap. fina. An autem faciat conditionem vel modum per Barto. ff. de acquiren. poss. l. qui absenti. §. 1. de legat. 2. cum pater. §. Titio. ad finem. & de conditio. & demonstra. l. quibus diebus. & per Bald. in authẽ. cui relictum. ad finem. C. de ind. uid. tollen. ¶ Decimosexto nota, quòd sacrum baptis-
88 mum eripit † animam de potestate diaboli & tenebrarum, & transmittit ad regnum cœleste. Vnde per baptismum homo Deo dicatur, & diuina indulgentia liberatur: dyabolus opprimitur, & vires omnes suæ nequiciæ amittit, de consecr. distin. 4. nec quicquam. circa finem. fuit enim diuinitus institutum, ead. distin. cap. nulla salus. & per eum impletur lex mandatorum, ead. distin. gratia. Item per eum euacuatur pœna peccatori originalis, ead. distin. cap. 2. 3. & 4. Item operatur apud nos, quòd operabatur apud veteres circuncisio. ead. distin. quod apud. & sic primi homines in sacrificijs credunturliberati, de pœnit. distin. 1. sicut primi homines. ad quod supra 13. notabili. & in §. 5. quæst. 47. Item per baptismum transitus est de terrenis ad cœlestia, de consecr. distin. 4. per aquam. & renascitur homo, ea. dist. cap. 1. & efficitur membrum Christi, ead. distin. nulli. & cap. ad hoc. & de cõse. dist. 2. quia passus. in fine. & per baptismum adiuuamur, vt peccata non admittamus, ead. dist. cap. antepenult. & vt faciamus quod facere debemus, ead. dist. §. penult. Sumpsit autem baptismus potentiam ex morte & resurrectione Christi, ead. dist. proprie. & cap. si quis autem. in fi. & cap. vt ostẽderet. Et per baptismum venit quis ad catholicam societatem, 1. quæst. 1. quod quidam. & baptizans largitur Christianitatem, 16. quæst. 1. sunt. & adde. ʒ. §. 1. quæst. 48. & §. communia de sacramen. quæst. 13. ¶ Decimooctauo nota,
Fran. in rubri. de sacra. non iteran. 8.q. post Ioan. And. ponit
versum. Fons, ordo, crisma non, sed cętera iterantur. Ratio
autem secundum eum, quare illa tria non iterantur, quia im-
primitur caracter, vt supra, qui nunquàm deletur, etiam si la-
batur in hæresim: ad hoc de pœ. c.2. lib.6.& j̃.§.6.q.4.& sub-
153 dit, quòd † caracter est qualitas, quæ imprimitur animæ, id
est, per quam is, in quem imprimitur sacramentum impri-
mens caracterem, distinguitur sub alia qualitate secundum
animam a nõ habentibus secundum eum: ad quod supra eo.
tit.1.& q.6. in fi.& adde. j̃.§.2.q.7.& §.3.q.16. vnde post cara-
cterem baptismi impressum in anima recipiuntur indelebili-
ter omnia sacramenta, ita quòd post degradationem caracter
remanet. Nam & secundum Augustinum in damnatis bapti-
zatis quædam remanent, propter quæ ab alijs discernuntur:
ad hoc de diuor. quanto. de scisma. c.1. de ordi. ab episcopo.
cap.1. vt per Ioan. And. in cap. vno, post prin. de sac. vnct. An
autem propter constitutionem superuenientem matrimo-
nia & alia sacramenta debeant iterari, per Ioan. And. in c. fi.
de consti.& ad illud, quòd resuscitatus non rebaptizetur, re-
ordinetur, vel reconfirmetur, idem Pet. de pal. in 4. distin. 21.
q.3. post prin. ad quod. j̃.q.15. in fi.& j̃.§.3.q.29. qui etiam di-
cit, quòd Papa non posset facere, quòd mortuus resuscitatus
sit maritus, nisi ex nouo consensu, vt per eundem in 4. distin.
12.q.5. ad fi. ad quæ adde not. in l. ex his. ff. de legi.& in l. ser-
uus effectus. ff. de actio.& obli.& per glo.& Archi. 32.q.7. li-
cite.& Ioan. And. in cap. fraternitatis. in 3. colum. de frigi.&
ibi per Fran. in §. quamuis. 2.q. facit decisio Rot. num. 236. in
fi. Deberet tamen iterum fieri miles vel monachus: Fran. in
154 cap.1. de sacra. non iterã. ¶Decimo † quæro, quid cum dubi-
tatur an aliquis receperit baptismum vel aliud sacramentum.
Respondeo debet iterari sub conditione per similem mo-
dum, qui dicitur de baptismo. j̃.§.1.q.40. nam non intelligit
iteratũ, quod nescitur esse factum: de conse. dist.1. solennita-
tes.& de conse. dist.4. si nulla. extra de presb. nõ bap. veniẽs.
Idem in sum. confes. eo. tit. q.38. quando dubitatur etiam cir-
ca aliquod substantialium sacramenti, vel de forma vel ma-
teria vel intentione ministri, secundum Tho.& Rai.& fra-
trem Ni. post pisa. Idem Hosti. in sum. de sacra. non iterand.
§.& quæ sunt, in fi.& dominum Ni. Panormitanum in cap.
vno, de cle. per sal. promot. Et ad illud sub conditione &c. j̃.
§.1.q.36. Et ad præmissa facit. j̃.§.3.q.29.& intellige, quòd
dubitetur probabiliter, per no. per Archi. in cap. ordinarij. in
verbo, dubitet. de offi. ordi. lib.6.& per Ioan. And. in cap. ex
multa. in princ. de voto. quod procedit quando instat du-
bium probabile non solum in facto sed etiam super intelle-
ctu iuris, vt per Domi. in cap. vno, de postu. præl. lib.6. in pe-
nult.& vlt. colum.& per Ni. vbi supra ¶ Vndecimo quæro, a
155 † quibus ministris sint sacramenta conferenda vel recipien-
da? Respõdeo, sacramentum confirmationis a solo episcopo
& supra conferri potest, de consec. distin.5. manus.& cap. no-
uissime.& c. vt ieiuni. Similiter & sacramentum ordinis sal-
tem sacri: nam non sacros confert quandoque etiam abbas.
Similiter & pœnitentia solemnis, nisi aliud necessitas in-
ducat, 55. distinct. in capite. 25.q.6. cap. fi. Alia vero sa-
cramenta a sacerdotibus conferri possunt, & non refert a
quo sacramenta conficiantur vel conferantur, scilicet, bono
vel malo, excommunicato, degradato, vel hæretico, dummo-
do in forma ecclesiæ, scilicet quo ad essentiam sacramenti,
sed bene refert quo ad effectum: peccant tamen, qui indigne
conficiunt, & qui recipiunt ab hæreticis degradatis, symo-
niacis,

niacis, vel scismaticis, excõicatis, seu notorijs fornicatoribus,
præter baptismũ in articulo necessitatis, 31. dist. §. verũ. 1.q.j.
sacram.& c. sicut ficti. immo in articulo mortis, dum desunt
alij, ẽt a notorijs fornicatoribus cõio recipi põt, & per ꝯñs ẽt
penitentia, sed a præcisis ab ecclesia solus baptismus. 31. dist.
§. porro. ẛm fratrem Nico. osimi. post pisa. vbi s̃. & de hoc ꝑ
Doct. in c. quanto. de consue.& Hosti. in sum. de sacr. nõ ite-
ran. §. quis põt.& per Ioan. And. in c. per tuas. 2. de simo. post
prin.& per totũ. & per Gui. de monte Laud. in sacramentali.
in 4. carta. in 12.& 13. qõnibus. vbi plenius, & per Imo. in cle.
2. de relig. domi. pen. col. post gl. vnde talia sacramẽta quo ad
se non egent reconciliatione, &c. vt per Ioã. And.& Doct. in
c.2. de scisma.& Host. in sum. de scisma. §. quid iuris. & plenè
per Io. And.& Doct. in c.4. de hæret. Et circa ministros cri-
minosos, vide j̃.§.6.q.99. facit j̃. §.5.q.90.& 93. Item intelli-
ge, ꝙ recipi debent à superiore: vnde laico non subdito non
dẽt quis conferre ecclesiastica sacramenta: de pœni.& remis.
omnis. de conse. dist.5. non oportet. 2.& de parroch. c.2.& 3.
vt per Ioã. And. in c. cũ iam dudum. in 3. col. de præben.& in
c. nullus. de parrochi.& melius in c. cõquerente. 4. col. de offi.
ordi.& per Host. in sum. de cler. peregri. in prin.& sic quo ad
sacramenta non põt prorogari iurisdictio ẛm Host.& Doct.
in c. significasti. de fo. compe.& ibi per Ant. de But. 2. col. fa-
cit j̃.q.294. Item nullo modo cadit in excõicatum vel suspẽ-
sum sacrã conferre vel recipere, Io. And. in c. apostolicæ. ante
fi. de cler. excom. mini. quod intellige vt s̃. Ligatus tñ minori
confert effectum sacrorum. de cle. excom. mini. si celebrat. Io.
And. in c.2. de ordi. ab epis. qui renũc. epis. Item in exhibitio-
ne sacramentorum non est differentia inter suspensos ab ho-
mine vel a iure, Io. An. in c. sicut. ante fi. de cohab. cle.& mul.
vnde suspensus a iure idest sine sententia hominis, Io. An. in
c. vestra. in 4. col. eo. tit. Et adde, quod sacramenta ecclesiasti-
ca sunt vnitatis: & ideo si verba sacramenti per plures diui-
derentur in substantialibus non esset sacramentum, Hosti. in
sum. de sacra vnct. §. penulti. post princip.& clarius per Ioan.
And. in c. cum illorum. de sent. excommu. 6. colum.& adde,
quod decretum iuris annullat sacramentalia, Imo. in clem. in
plerisque. circa princ. de electio.
156 ¶Duodecimo † quæro, an possint sacramenta dari & re-
cipi post prandium. Respondeo secundum Hostien. pransus
confert & recipit quodlibet sacramentum, veruntamen gra-
uiter peccat, qui pransus celebrat & conficit sacramentum
Eucharistiæ, vt per Hostien. in sum. de sacra vnctio. §. a quo
& qualiter. ver. sed nunquid ieiunium. & adde supra 75. di-
stinctio. quod a patribus. in fin.& infra §.2. quæstio.8.& §.6.
quæstio.78.& 85. vnde sacramentum confirmationis & alia
omnia a ieiunis suscipi debent, vnde nec post prandium si-
ne magna & iusta causa audienda vel facienda est confessio,
maxime de mortalibus: & est iusta causa, si homo timeat
obliuisci peccatum differens vsque in crastinum, vel non se
habiturum tempus ita opportune: & similiter si episcopus
debeat mane recedere, qui post prandium paratus est con-
firmare. Similiter indecens est, quòd in prouincia consue-
tum est nuptias in vesperis & de nocte celebrare: quia sacra-
menta lucis non debent ministrari tempore tenebrarum:
sicut hæretici, qui male agentes fugiunt lucem, nisi neces-
sitas vrgeat, secundum Petr. de pal. in 4. distinctio. 7. quæ-
stio.3. artic.2.
157 ¶Tertiodecimo quæro, quod † sacramenrum sit excellẽ-
tius. Respon. baptismus excedit alia ratione efficaciæ, de cõ-
secra. distin.4. per baptismum. nam virtute eius dimittuntur
omnia peccata quo ad culpam & quo ad pœnam, nec est ne-
cessaria alia pœnitentia: facit de pœni. distin.7. nullus. Item
quia etiam est fundamentum aliorum sacramentorum, de
presbyt. non bapt. veniens. ad quod supra in textu 17. nota-
bili. Eucharistia autem excedit ratione dignitatis & sanctita-
tis, de consecr. distin.2. nihil. Confirmatio autem excedit ra-
tione conferentis, quia confertur a solo episcopo, sicut & sa-
cer ordo, vt supra. q.11. matrimonium autẽ excedit ratione
significationis, quia significat coniunctionem Christi ad ec-
clesiam per vnionem diuinę & humanæ naturæ, de biga. de-
bitum. vnde versus. Maior in effectu baptismus corpus in es-
se, Coniugium signo maiori crisma ministro. Idem in sum.
confes. eo. titu. q.138. secundum Ray. glo.& Tho.& fratrem
Nico. post pisa.& per Ioan. Andr.& Fran. in rubrica de sacra.
non iteran.& per Ioan. de Imol. post Zen. in clemen. si domi-
num. in 5. colum. de reli.& venera. sanct. Adde Pet. de Palu.
in 4. distin.7.q.1. art.1. conclusione 3. vbi dicit, quod Eucha-
ristia tenet primũ gradum dignitatis, ordo tenet secundum,
tertium confirmatio, quæ plenitudinem Spiritussancti con-
tinet: quartum baptismus in amotione omnis mali, culpæ &
pœnæ: quintum pœnitẽtia in amotione omnis culpæ actua-
lis: Sextum extrema vnctio in amotione venialium vel reli-
quiarum. Vltimum matrimonium, quod est omnibus indi-
gnius simpliciter & infirmius in collatione boni & amotio-
ne mali &c. Et in quo differt sacramẽtũ matrimonij ab alijs,
nota. 1. quæst. 1. per Isaiam. §. constat. & ad præmissa vide
glos. de consec. distinctione secunda. nihil. & infra §.6. quæst.
13.& de dignitate matrimonij vide ꝑ Hosti. in sum. de trans-
la. §. cuius auctoritate. ver. solutio expen.& per Ant. de But.
in c. fi. in fi. de frigi. vbi etiam in quibus alter alteri obligatus
est. Item videtur, quòd etiam matrimonium imprimat
characterem, de diuor. capitu. quanto.& ibi Ang. hoc col-
ligit.
158 ¶Quartodecimo † quæro, nunquid aliquid sit de substar-
tia in sacramentis, ita ꝙ oporteat formaliter obseruari. Vi-
detur ꝙ non, quia tempore apostolorum sufficiebat manus
impositio, vt in epistola ad Titum.& orationes fundebant
super ordinandos, aliam formam non inuenimus: vnde dicit
Innocen. ꝙ attento tempore apostolorum nulla erat forma-
litas: sed hodie tradita est & seruari oportet: potuerunt enim
sancti patres adhibere formas in talib. faciẽtes cõstitutiones
non contrarias constitutionib. Dei, 10. di. suscipitis. de maio.
& obed. solitę. nam & Imperator circa militiam tꝑalẽ tradi-
dit formalitatem, per quã imprimitur caracter in cũ qui mi-
litat, 1.q.1. ꝙ quidem. Ita & in spirituali caractere, qui animæ
infligitur soli corpori, ideo per mortem tollitur, ẛm Inno.&
159 doc. in c. fi. de sa. non iteran. subdens ꝙ per † monachatũ non
imprimitur caracter, quia Papa põt de monacho facere non
monachum, quia ipse cõstituit ordinem monachatus, de sta-
tu. mo. cũ ad monasterium, in fi. ẛm eum ibidem, ad quod s̃.
quæst. 6. Et id dicitur de substantia & esse alicuius, sine quo
alia subsistentia in eius esse frustrantur. de sponsa. tua nos.&
de sponsa duo. cap. fina.& ibi per Anto. de Butr.& in sacra-
mentalib. valet consuetudo contra ius, si Papa patitur con-
suetudinem etiam tacite, vt per An. post glo. in c. vir autem.
160 de secun. nup. Et nota, ꝙ † sacramenta constant ex rebus &
verbis, Pet. de pal. in 4. dist.1.q.4.& vide omnino. j̃. §.3.q.1.
& quid sit verbum, per Guil. de monte laud. in sacramentali,
in 3. charta. vbi etiam vide de signis.
161 ¶Quintodecimo † quæro, quid si omittitur aliquid in sacra-
mentis, qđ est de substantia, etiam si pro parte fuerit adim-
pletum, non tñ ex toto, totum vitiatur, & ideo totum reite-
ratur, aliàs quicquid omittitur in sacramentis debet suppleri
& non iterari totum sacramentum, vt patet ex notatis ꝑ do-
minum Frã. de Za. cardinalem, & alios doctores in c. presby-
ter. de sacra. non iteran. Sed si omnino esset indiuisibile illud,
qđ est interruptum, iteratur totum, 23. dist. quorundam. ẛm
Guil. de monte laud. in suo sacramentali in principio in 3.
col. de quo. j̃. §.3.q.7. vnde transgressio modi & formæ con-
stituit sacramenti collationẽ nullã. 22. dist. quorundam. nam
extra formam ecclesiæ non est locus veri sacramenti, 1.q.1.
extra catholicam. scđm Goff. de resti. spol. pisanis.& Archi.
28.q.1. si infidelis.& ad præmissa optime per Io. And. in c. cũ
apud. 5. col. de spon.& in c.1. de presbyter. non bap. Sic ergo
si constat aliquid de substantialib. defuisse, tunc oĩa substan-
tialia, quæ simul oportet concurrere sunt iteranda, q̃ iã fue-
runt adhibita, & etiam alia q̃ sunt de solemnitate, vt per Pet.
de pal. in 4. dist.6.q.4. in prin. quia qñ aliquid de essentia est
omissum, non tñ illud suppletur, sed omnia essentialia simul
adduntur, aliàs si prius non fuit sacramentum ꝑꝑ defectum
vnius essentialium, multo minus nunc esset ꝑꝑ defectũ plu-
rium ẛm eundem in 4. dist.7.q.j. in vlt. col. ex quo. n. nihil vr̃
esse actum, si denuo totum agitur, nihil iteratur, quia qđ ite-
ratur licet aliquid fuerit de facto nihil tñ fuit de sacramẽto,
ẛm eum ibidem, qui alibi etiam sic dicit: qñ. n. essentia sacra-
mẽti defuit, debent omnia sacramentalia iterari, qđ nunq̃
debet dari nisi omnibus concurrentibus, excepta necessitate.
Quod autem dr̃, ꝙ debet caute suppleri, qđ fuit omissum, &
nihil est iterandum, de sacra. non iteran. c.1. verum est, quã-
do illud, quod fuit omissum, non erat essentiale & principale
in sacramento, sed vel erat pure sacramentale, sicut cathecis-
mus omissus debet solus dici, & non aliud, quia est pure sa-
cramentale: vel quando erat essentiale, sed non principale, si-
cut si manus impositio est omissa in diacono vel in sacerdo-
te, quod essentiale est sed non principale, illud solũ supplen-
dum

dum est. Sed si nec caracter impressus fuisset, omne illius caracteris sacramentale repetendum esset, sicut si sacerdoti non fuisset traditus calix, omne pure sacramentale ad ordinem sacerdoti esset repetendum cum illo, vel saltem posset repeti. Sed quando sacerdotium datur, non licet alium ordinem cum illo conferri: ergo nullus ordo est ad ipsum sicut pure sacramentale. Et confirmatur maior ratione: quia illud, quod est sacramentale tantum & non sacramentum, potest iterari sine iniuria sacramenti, quia per iterationem eius quod non est sacramentum non fit iniuria sacramento: imo etiam quando sacramentum confertur, solent sacramentalia iterari, si prius quando fuit adhibita essentia sacramenti non fuerunt collata: vnde & in primitiua ecclesia, quando cathecumini veniebant ad baptismum, quantumcunque essent instructi, vt Augustinus, Ambrosius, Martinus, nihilominus replicabatur eis, id quod paruulis nondum cathechizatis dicitur, credis, credo &c. & si factis omnibus cerimonijs inueniatur puer non baptizatus, quia defuit forma vel materia quando baptizatur, replicabitur totum sicut dicto canone toto, si non appareat esse panem, vel vinum, reincipietur totum a canone & apponetur noua hostia. Et similiter quando essentiale ordinis est omissum omnia reiterantur secundùm Petrum de Pal. in 4. distin. 24. q. 1. articulo 2. in 2. ratione. Et subdit in 3. articulo in quinto sic, quando plures actiones ordinantur ad vnum principalem effectum, illa, quæ principaliter attingit, est sacramentum, cęteræ vero sunt sacramentales &c. qui etiam ea. dist. 24. q. 7. in 2. colum. dicit sic, quando plures actiones ordinantur ad vnum specialem effectum, & vna attingit ipsum, cęteræ vero tantum disponunt, illa sola, quæ attingit, est sacramentum, cęteræ vero sacramentales tantum, secundùm eum. dicit etiam ea. dist. 24. q. 1. articulo 3. versi. ad tertium dicendum. sic, quòd in sola vltima trium immersionum est effectus baptismi, si baptizans intendebat trina immersione vnum baptismum conferre: & ideo si ante tertiam mersionem moreretur baptizandus, nihil esset actum, & esset totum iterandum si suscitaretur. Similiter est in verbis, quòd ante vltimum nihil est actum. Sed aliquid de substantia verborum sit omissum, iterandum est totum, vt ibi latius. & adde præmissis supra q. 9. & ad proxime dicta adde infra §. 1. qõ. 6. Vnum notabis, quòd licet aliquando deficiat sacramentum, non tamen deficit fides sacramenti, de bapti. debitum. de presby. non bapti. cap. 2. secundùm Ioan. And. post Hosti. in cap. vestra. in 4. colum. de cohabi. cler. & mulier. & in cap. cum iam dudum. in fine. de preben. per eundem. Et ad ea, quæ dicta sunt de suppletione, adde infra §. 2. q. 2. ad fi. & infra §. 3. qõ. 7. & 10. Et ad præmissa quod dicatur sacramentale, vide infra §. 1. q. 47. & §. 2. q. 14.

Sequitur §. primus. De Sacramento Baptismi.

SVMMARIVM.

E *Baptismus est ianua omnium sacramentorum: Et est ablutio facta sub præscripta forma verborum. nu. 2.*
Et quæ sit eius forma. nu. 3. & seq.
4 *Baptismus fuit diuinitùs institutus: & quæ sit in baptismo causa materialis, quæ causa remota, quæ formalis, quæ efficiens, & quæ finalis.*
5 *Baptismi formam an liceat mutare.*
6 *Baptizatus in nomine Christi, an censeatur verè baptizatus: & quid sit in nomine Iesu.*
Quid si dicatur, In nomine Trinitatis. nu. 7.
Quid si verba proferantur corruptè. nu. 8.
Quid si mutetur lingua. num. 9.
Quid si aliquid subtrahatur vel minuatur. nu. 10.
Quid si aliquid additur. nu. 11.
Quid si mutentur verba formæ. nu. 12.
13 *Baptismi de substantia an sit pronomen, te, & quare sit exprimendum dictum pronomen.*
14 *Baptismus nunquid valeat, si non prius nomen sit puero impositum per baptizantem.*
Et quid si baptizans dubitat, an forma, qua vtitur in baptizando, sit vera forma. nu. 15.
Quid si baptizans dicit, Baptizat te Christus, vel Petrus, vel Sacerdos, se demonstrato: vel baptizetur Petrus a tali. nu. 16.
Quid si fiat transpositio, videlicet, Ego te baptizo in nomine Patris Spiritusancti & filij. nu. 17.
18 *Ordo nunquid detur inter personas diuinas.*
19 *Baptismus nunquid valeat, si fiat interruptio.*
20 *Baptismi forma quando fuit per Christum instituta, & per quæ verba, & an ante vel post passionem.*
21 *Baptismus nunquid valeat, si dicat baptizans, Non ego te baptizo.*
22 *Baptismi materia quæ: nunquid possit esse aqua permixta conueniens materia.*
23 *Baptismus fuit institutus in aqua, & quare non alio liquore.*
24 *Baptizatus an is censeatur, cui modica aqua infunditur.*
25 *Benedictio aquæ non est de necessitate baptismi.*
Et an aqua in baptismo fiat sacramentum. 26.
28 *Deferens puerum ad ecclesiam remotam ad baptizandum, videns eum laborantem in extremis, & non habens alundè aquam si proiecit eum in puteum dicens verba, de quibus in capit. 1. de baptis. an sit baptizatus.*
29 *Baptismus aquæ an possit in aliquo suppleri.*
30 *Baptismus triplex est, sanguinis, flaminis, & aquæ: & quid differant.*
31 *Baptismus cum quo chrismate sit conficiendus.*
32 *Baptismi quis sit debitus minister.*
33 *Presbyter an possit baptizare præsente Episcopo.*
34 *Baptismus per se sola Dei virtute & potestate plenum sortitur effectum sine facto humano.*
35 *Baptizatus in necessitate per laicum debet portari ad sacerdotem, vt quærat, quæ formæ sit seruata in eo baptizando.*
36 *Baptizans absque necessitate, si non sit sacerdos, peccat.*
37 *Baptizandi potestas concessa laico in necessitate non est sacramentum, sed licentia.*
38 *Religiosus licèt presbyter sit ex officio non baptizat.*
39 *Ioannes Baptista sanctus an fuerit sufficiens minister baptismi.*
40 *Baptismus nunquid tradi possit a malis ministris: & an peccet mortaliter malus minister baptizando. 42.*
41 *Sacerdos si nolit baptizare, nisi dato sibi aliquo precio, an liceat ei dare.*
43 *Baptismum scienter sumens à malo ministro nunquid peccet mortaliter.*
44 *Baptismus nunquid sit melior, qui confertur a bono, quàm qui confertur a malo.*
45 *Angelus an possit baptizare: & quid de Angelo malo.*
46 *Mutus an possit baptizare.*
47 *Intentio nunquid requiratur in baptizante: & quid in eo, qui est baptizandus. nu. 55.*
48 *Baptismus an careat effectu propter errorem baptizantis, vt quia putet baptizare puerum, cui imponit nomen Petri, cum tamen sit puella.*
49 *Baptizari nunquid possit vnus a pluribus: & an vnus possit plures simul baptizare.*
50 *Baptismum suscipere nunquid omnes teneantur etiã sanctificati in vtero.*
51 *Puer existens in vtero an possit baptizari. nu. seq.*
52 *Caput est aptior pars ad baptismum quàm alia corporis.*
53 *Mulier prægnans si sit ad mortem damnata, debet differri executio vsque ad partum, ne pereat innocens cum nocente.*
An autem eam liceat occidere, vt puer viuus extractus baptizetur, si aliàs timeatur, ne differendo vsque ad partum moriatur.
54 *Monstrum si nascatur, nunquid sit baptizandum, & quomodo.*
56 *Fatuus, qui totaliter caret libero arbitrio, non potest baptizare: Secus in fatuo, qui nescit decenter inter homines conuersari.*
57 *Fides an requiratur in eo, qui debet baptizari.*
58 *Paruulus etiam vnius diei baptizatus obligatur ad fidem.*
59 *Maior septem annorum, cùm baptizatur, debet per se respondere, infans autem per alium.*
60 *Baptismus an debeat iterari: & quæ sit pena iterantis secundum leges, & quæ secundum canones.*
61 *Opinio communis est sequenda, & ab ea non est recedendum.*
62 *Opinio antiquioris & habentis maiorem auctoritatem in dubio præfertur.*
63 *Iudæus aut paganus cùm petit baptismum, an statim sit baptizandus an requiratur auctoritas Episcopi.*
64 *Iudæorum filij paruuli an possint inuitis parentibus baptizari.*
65 *Seruus quò ad sacramenta censetur liber, dominus enim eius habet ius in corpore, non in anima.*
66 *Non baptizatus si in sacerdotem & Episcopum promotus sit, & postmodum celebret, aut multos ordinet, nunquid conficiat sacramenta.*
67 *Baptismus nunquid habeat tempus aliquod determinatum.*
68 *Baptismus habet efficaciã ex virtute Spiritussancti, & ex passione Christi.*
Et an debeat per aliquod tempus differri. 69.
70 *Dæmones non habent tantã potestatem in baptizatis sicut in nõ baptizatis.*
71 *Catheciſmus græcè, latinè dicitur instructio in fide.*
Exorcismus latinè dicitur adiuratio.
72 *Immersio an sit de necessitate baptismi.*
73 *Baptismus nunquid valeat, si ex duobus sacerdotibus alter sit mancus, alter mutus, altero proferente, & altero immergente.*
74 *Sacramentaliæ, quæ fiunt in baptismo, quid significent.*
75 *Non baptizatus in baptismo vel confirmatione an possit leuare vel tenere.*
76 *Baptismi effectus quis sit: & an impediatur per fictionem. nu. 77. & seq.*
Et an sit æqualis in omnibus. 78.
79 *Baptismus non tollit irregularitatem bigamię, homicidij irregularitatem sic: & quid de crimine adulterij.*
Nec tollit pœnam temporalem.
Et an tollat impedimenta peccati. nu. 80.

81 *Baptismus infundit virtutes.*
82 *Baptizatus ad horam moriens saluus est.*
83 *Characteres in dãnatis remanent, per quos baptizati ab alijs discernũtur.*
84 *Baptismus qua forma pueris conferatur.*
Et in quo loco celebrari debeat. num. 85.
Nunquid propter præsentiam Regis vel reginæ seu principis possit conferri in loco priuato. num. 86.
87 *Actus gestus præsente principe dicitur omni solennitate munitus.*

1 Escendo igitur Ad ꝓpositum, inchoãdum videtur a sacramento baptismi, qui † est ianua omnium sacramentorum, de presbyter. non bap. veniens. cuius materiam ꝓ faciliori intelligentia diuido. Et primo tractabo quantũ ad substantiam & formã ipsius. Secundo de requisitis quo ad materiam. Tertio quo ad ministrum. Quarto quo ad suscipientes. Quinto, quo ad tẽpora. Sexto, quo ad ritũ. Septimo, quo ad eius effectum. Vltimo formã & obseruantiã ecclesiæ iuribus corroborabo. Secũda incipit in 17. q. Tertia in 23. q. Quarta in 35. q. Quinta in 43. q. Sexta in 45. q. Septima in 49. q. Vltima in 52. q. & sic per septẽ partes principaliter ordino.

2 ¶Primo q̃ro † quid est baptismus. Rñdeo est ablutio facta sub præscripta forma verborũ, vt ponit Magister sñiarum in quarto. dist. 3. Vel quasi eodem modo scd̃m Aug. Baptismus est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata: de cuius substãtia sunt tria, s. materia elemẽ ti, forma verbi, & intentio ministri, copulans formã materiæ. Vnde Aug. Accedit verbũ ad elementũ, & fit sacramentum, 1. q. 1. detrahe. Host. idem in sum. cõfes. li. 2. tit. 24. q. 9. Baptismi † forma hæc est: Ego te baptizo

3 in nomine Patris & filij & spiritussancti. extra de bap. c. 1. & in summa confess. eo. tit. q. 10. additur amen. Dr̃ tamẽ ibi, ꝙ non est de substantia scd̃m fratrem Ni. oxim. post pisa. in ver. baptismus. & per Pet. de pal. in 4. di. 3. q. 1. vbi etiã de hac forma. Vbi sciendũ, ꝙ in ꝑdicta forma sunt tria: vnum est expressa nominatio personarum in trinitate. Scd̃m est expressio actus baptizandi & personæ suscipientis, cum dr̃, baptizo te. Tertium est expressio baptizantis, ego. & sic dicenda sunt tria. Primum est, ꝙ expressio trium personarum est de necessitate baptismi. Secundũ est, ꝙ expressio actus & personæ suscipientis similiter sunt de necessitate sacramenti. Tertiũ est, ꝙ expressio personæ baptizãtis non est de necessitate sacramẽti. Et quartum potest addi, ꝙ illud qd̃ pertinet ad confirmationem totius, s. amen: non est de necessitate ꝑcepti, nec de substantia sacramenti, nisi vbi cõsuetudo particularis hoc hẽt: quia vniuersalis cõsuetudo hoc nõ hẽt, nec est de forma Christi scd̃m eũ. & de hoc per Hosti. in sum. de bap. §. 1. & ꝑ Io. An. & Fran. Cardinalẽ florẽtinũ in Rub. de bapt. & ad dicta tria necessaria & substantialia idẽ not. 1. q. 1. detrahe. de bap. c. 1. & pen. & idẽ Arch. 1. q. 1. dedit. & gl. in cle. 1. de bap. in fi. & Arch. in c. 1. de cogna. spir. in verbo, cognationẽ, in fi. Et ad dictã formã legitur idẽ de conse. dist. 1. ecclesijs. & di. 4. firmissime. & c. ꝓprie. & c. quãuis. & c. sanctũ. & c. si quis presbyter, & ad illud, ꝙ amẽ nõ sit de substantia, idẽ Io. An. & Frã. in all. c. j. in prin. de baptis. Verus tñ baptismus ex cor-

4 de est, de conse. dist. 4. verus. & † fuit diuinitus institutus, ea. di. nulla. Et quot sint actus & dona baptismi, 30. q. 1. c. 1. & in c. q̃cto. de cogna. spi. Et ꝙ dicta forma ecclesiæ necessaria sit, no. 1. q. 1. §. sed notandũ. & de materia plene no. de conse. di. 4. in sum. & per Archi. 32. di. ad hæc. & ꝑ docto. in Rub. & in c. 1. & per totum, de bap. Et no qa Scotus in quarto, tenet quòd requiriẽ si multanitas mersionis in principio, aut in fine ꝓlationis formæ: dicunt aliq, ꝙ s̃m ethimologiã August. vr̃ sufficere post finita verba. ꝛtinuatione immergere. ad qd̃ facit j̃. §. 6. q. 3. & §. 4. q. 146. Lauden. tñ tenet, ꝙ dẽt insimul fieri immersio & verborũ ꝓlatio: adeo ꝙ si immersio fieret ante ꝓlationẽ verborũ, vel post, nõ esset baptizatus, vt tenẽt theologi, & not. plenè. in glo. 1, q. 1. detrahe. s̃m eũ in sacr̃ali suo ĩ Rub. de bap. in 18. col. ver. Itẽ no. quòd dicit &c. Et hoc sentit Fran. in c. ecclesia. de elec. Frater Robertus ꝑdicãdo dixit, quòd baptizatus est, si statim post immergat: ꝑ quo. j̃. §. 4. q. 146. vtilis tñ esset cautela, de qua. s̃. cõia de sacramentis. q. 10. & in q. 40. & in q. 3. in fi. Et ad illud, ꝙ ego, nõ sit de substãtia, vide j̃. q. 6. & ad ꝑdicta adde Lauden. in sacramẽtali in Rub. de bap. in 13. col. ibi etiã quasi reuocat sacr̃m & fundamentũ fidei: & ad dictã formã adde eundẽ Luden. ibidem in 18. col. & seq. vbi etiã ꝙ verbũ in hac materia est vox ab hoie ꝓlata virtute diuina efficiens, qd̃ significat & dr̃ verbũ quasi verum faciens, s̃m eum: q concludit, ꝙ in baptismo est causa materialis ꝓpinqua, s. homo: remota, ipsa aqua: formalis, ipsa verba: efficiens principalis, s. ꝑsonæ diuinæ: secundaria, homo minister. finalis, ablutio peccatorũ s̃m eũdem in 21. col.

5 ¶Secundo † q̃ro, quid si mutẽt hæc forma. Resp. scd̃m Tho. in 4. dist. 3. nulli licet mutare quantũ ad id, qd̃ est de essentia sacramenti, & si mutẽt nihil agit̃, & prẽter hoc culpã incurrit. Si vero mutẽt aliquid, qd̃ pertinet ad formã ex sola determinatione eccl̃iæ, nihilominus est sacr̃m, sed culpa incurrẽt. verum ab apostolis, q̃ baptizabant in noĩe Christi, non fuit mutata forma quantũ ad intellectũ, quia in Christi noĩe tota Trinitas intelligit: sed solum quantũ ad vocẽ, nec hoc ipsum potuissent nisi ex familiari cõsilio Spiritussancti. fiebat. n. vt nomẽ Christi amabile redderetur: hoc etiã nũc ecclesia posset, si speciale ꝑceptũ a spiritusancto haberet, non autẽ propria auctoritate. Vnde modo sic dicendo, non esset baptizatus, q̃uis quidã ꝛrium dicant, de quo no. in c. a quodã. de cõse. di. 4. vbi dr̃, ꝙ baptizatus in † noĩe Christi non est baptizãdus iterum: quia tenet baptismus, licet fieri nõ debuerit, s̃m

6 gl. ibidẽ scd̃m fratrem Nic. osim. post pisanellã in verbo baptismus. & ad illud qd̃ hodie baptizatus in noĩe Christi non esset baptizatus. Idẽ Host. in sum. de bap. §. quæ sit. post prin. dicens, ꝙ forma, de qua in c. 1. de bap. tenenda est. & clarius sequitur in ver. quid si qs, dicens, non puto ꝙ hodie esset baptizatus. Idẽ Io. An. & Fran. in c. 1. prima oppo. de bap. 11. q. 3. ad fi. Idem Io. And. in c. translato, de consti. Idẽ Laud. in sacramentali, in Rub. de bap. in 2. col. ver. quid si in noĩe Christi &c. Idem Pet. in 4. di. 3. q. 1. in 2. col. vbi etiã latius reprẽhendit glosas ꝛrias: de hoc etiam no. de conse. di. 4. per aquã. & in c. nunq̃. & c. si quis. & c. si baptizata. cũ si. Item si dicatur, in noĩbus &c. viciatur, quia de forma est vnitas essentialis ꝑsonarum, quam repr̃sentat numerus singularis, sicut & Trinitas personalis, s̃m Pet. in d. q. 1. 4. col. Idem Io. And. in c. 1. in 5. col. de bap. vbi idem dicit, si diceretur, in virtutis. & adde, qd̃ similiter hodie non potest baptizari in noĩe Iesu. Pet. de pal. in 4. dist. 7. q. 1. artic. 2. conclusione. 1. in fin. & ad id qd̃ dr̃ in principio huius q̃stio. in q. 8. vbi ẽt si dicat̃ in noĩb. &c.

7 ¶Tertio † quæro, q. d si dicatur, In nomine Trinitatis. Rñd. non est baptismus, quia non exprimuntur personæ sed solum numerus personarum. Similiter nõ est baptismus, si dicat̃, in noĩe genitoris & geniti & ꝓcedẽtis ab vtroq: qa genitor nõ significat ꝑsonã patris, sicut hypostasim subsistẽtẽ, sed ꝑ modũ actus, ĩõ nõ est significatio, & eadẽ rõ de alijs est. quãuis aũt non eadẽ vox sit in græco & latino, tñ est eadẽ significatio. Vnde ĩ qualibet lingua illa ꝓtinẽt ad formã, q̃ principalius sunt instituta ad significandũ ꝑsonas illas. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 11. & 12. s̃m fratrem Nic. & summã pisa. vbi s̃. Idem in effectu Host. in sum. de bap. §. & q̃ sit. post princ. & ver. quid si quis baptizet. Idem Franc. post Ioã. And. in d. c. 1. 1. oppo. & Lauden. in d. 20. col. & de hoc habetur de conse. dist. 4. si ij re vera. & c. siue hæreticus. & seq. & c. si qui apud illos. & c. a quodã. & idem Pet. de pal. in 4. di. 2. q. 1. in 4. col. vbi dicit idẽ. & similiter si diceretur, in noĩe Dei. licèt Deus sit Trinitas, cùm aliqui confitentur Deum, & tñ negant Trinitatem, s̃m eum. Et dicit Fran. in d. c. 1. ꝙ in hoc casu & prẽcedenti rebaptizarentur sub conditione, c. 2. de bapt. s̃m eũ, & s̃m hoc aliquatulũ dubitat ꝑ ꝑ opiniones de q̃b. s̃. q. ꝓxima. Ad illud de græca lingua vide j̃. q. 5. & adde j̃. q. 7. in fin.

8 ¶†Quarto quæro, quid si verba proferantur corruptẽ. Rñdeo s̃m Tho. vbi supra, aut facit hoc aliquis ex industria, & sic non vr̃ intendere qd̃ ecclesia intendit: vnde non est baptismus. Aut facit ex ignorantia vel defectu linguæ, & tunc si tanta est corruptio, ꝙ omnino auferat sensum, nõ est baptismus. Si vero sensus remanet, est baptismus: vt dicendo, in noĩe patrias & filias, sicut habet̃ de conse. di. 4. retulerunt. & hoc ꝑcipue accidit, ꝙ sensus non mutat̃ q̃ñ fit corruptio in fine. Sed mutatio ex parte principij variat significationẽ: & ĩõ nõ est baptismus vt plurimũ. Sed si occurreret in aliqua lingua, ꝙ corruptio ex parte principij nõ mutaret eandẽ significationẽ saltẽ s̃m accõmodationẽ vsus, nõ viciat baptismũ, scd̃m Pe. & in sum. cõfes. d. q. 11. s̃m frẽm Ni. post pisa. ĩ ver. baptismus. & idẽ per Pet. de pal. in 4. di. 3. q. 1. in 6. col. vbi latius. & ꝑ Host. in sum. de bap. §. & q̃ sit. ver. qd si substantialia verba. & ꝑ Lau. in sacramẽtali in Rub. de bapt. in 20. col. ver. nono &c. Et de hoc no. de conse. di. 4. satis ostendimus. & ꝑ gl. Inn. & Fran. in c. fi. de bap. vbi etiã dicit, ꝙ si baptizans diceret: In noĩe patri & filio & spiritusancto, ꝙ valet baptismus, etiã si sit bonus litterat̃: licèt superior posset ꝛ cũ præsumere, ꝙ voluisset errorem inducere. Addit, ꝙ si baptizans

dicit: In nomine parietis tecti & fundamenti: non est baptismus, etiam si baptizans per illa tria intendebat inuocare virtutem patris & filij & spiritussancti secundùm Inno. & Ioan. And. Nam oportet, quòd retineat baptizans saltem aliquas principales syllabas: vt saltem & si non bene, tamen aliqualiter exprimere videatur nomina personarum: quod nota. & subdit post Inno. quòd mater baptizat per verba vulgaria: & idem sentit de quolibet alio, vt ibidem, & infra proxi. q.

9 ¶Quinto † quæro, si mutetur lingua, vt quia latinus non in latina lingua, sed in græca vel hæbraica vel extranea baptizat aliquem cum verbis aptis & congruis: an teneat baptismus. Respondeo sic, vt per Hosti. in sum. eo. §. & quæ sit. vers. quid si latinus, Sic ergo variatio vocis, non significationis non obest: quia in omni lingua potest conferri: sed consuetudo linguæ obseruanda est, vt nec vetula in latino, ne deficiat: nec latinus in græco, nec econuerso: nec sacerdos in gallico baptizent, secundùm Pet. de Pal. in 4. dist. 3. q. 1. in 4. colum. ad quod supra. q. 3. & ideo dixit Fran. post Inn. in d. cap. fin. quòd Græcus baptizare potest in sua lingua vulgari vel latina, pro hoc. C. de senten. & interlo. l. iudices. vbi dicitur, quod tam latina quàm Græca lingua possunt iudices ferre sententias, per quod videtur idem si græcus in latina lingua baptizet: ad quæ infra. q. 8.

10 ¶Sexto † quæro, quid si aliquid subtrahatur vel minuatur? Respondeo secundùm Tho. in 4. dist. si illud, quod subtrahitur, sit de essentia formæ, non est baptismus: & qui sic baptizat, grauiter peccat, vt si subtrahatur inuocatio trium personarum vel expressio actus, vel expressio personæ baptizandæ: sed expressio personæ baptizantis nõ est de forma quãtum ad necessitatem sacramenti, sed institutionem ecclesiæ: & ideo si omittatur ego, erit baptismus: sed peccat omittẽs. Adde secundũ Pet. & Al. & in dicta su. cõfes. lib. 3. ti. 24. q. 11. quòd erga substantialia sit distinguendum, quòd si subtractio vel diminutio sit ex voluntate, viciat baptismum: si ex necessitate, pie creditur, quòd summus sacerdos suppleat, vt si puer moreretur antequam sacerdos verba formæ perficeret: vnde talis si moriatur, in cimiterio est sepeliendus: si vero superuixerit, credo rõne dubij sub conditione rebaptizandus est, secundum fratrem Ni. post Pisa. & Pet. de Pal. in 4. dist. 3. q. 1. in 2. & 3. col. & dominum Franc. in effectu post glo. & Ioan. And. in dicto cap. 1. 2. opp. & 1. & 5. q. & vide eũ in cap. debitum. eod. titu. & vide supra communia de sacramentis. q. vl. circa fin. Et ad illud si omittatur, ego &c. Idem Host. in sum. eo. tit. de bap. §. quæ sit. post prin. subdens, quòd verbum & alia, quę sunt in forma substantialia & necessaria sunt, de bap. cap. 1. Et quòd ego, non sit de necessitate sacramenti, sed de præcepto ecclesiæ: sequitur etiam Pet. de Pal. in dicta q. 1. in 3. colum. quia est forma vniuersalis ecclesiæ latinæ: vnde scienter omittens peccat: tamen vere baptizat, quia intelligitur in verbo secundum eum ibidem, ad quod supra q. 1. Adde, quòd non licet inde tollere copulatiuam coniunctionem, nisi forte loco copulæ &, ponatur q; : quia tunc satis credendum est, quòd valet baptismus: quia nulla est differentia iuter copulatiuas prædictas ſm Fran. post Inno. in dicto cap. 1. de bap. 5. q. Ad quod adde infra q. proxi. & per hæc non videtur bene sensisse dominus Franc. in dicta 1. op. quòd si quid minuitur de forma ex simplicitate, quòd teneat baptismus, nisi piè credatur, vt supra, vel quòd fides suppleat, de cõ. di. 4. baptismi. & infra. q. 21.

11 ¶Septimo † quæro, quid si aliquid additur: Respondeo secundùm Tho. vbi supra duo hic obseruanda sunt. Primum ex parte addentis, quia si aliquid adderet intendens illud esse de forma, quasi volens nouum ritum adducere, constat ꝙ non intendit proferre formam, qua vtitur ecclesia, & ita nec facere quod facit ecclesia, quasi non esset baptismus: secus autem esset, si aliqua adderet, vt ex deuotione quadam. Secundum est ex parte eius, quod additur, quia si est corruptum formæ non est baptismus, sicut si dicatur, In nomine patris maioris & filij minoris, corrumperetur fides, quã forma profiteretur. Si verò quod additur, non est corruptiuum formæ, sicut si additur, & beatæ Mariæ, probabilius videtur quòd esset baptismus. concor. Pet. & Al. vt in su. cõfes. eod. titu. q. 11. secundum fratrem Ni. Osimi post Pisa. vbi supra, & per Pet. de Pal. in 4. dist. 3. q. 1. in 5. & 6. colum. Aduerte, Hostien. in sum. eod. §. quæ sit. ver. quid si aliquod verbum. dicit, quòd siue præmittatur aliquod verbum, quod non est de forma, siue sequatur, siue interponatur, siue misceatur, semper viciatur baptismus, quia formæ nihil detrahendũ, de consecr. distin. 4. firmissime. & c. si non sanctificatur. cum simi. & ideo si in fine adderet, & omnium sanctorum: non est baptizatus, quia nihil addi debet in forma, & in hoc omnes conueniunt, ergo credamus eis, ff. qui satisda. cogan. l. inter omnes. secundum eum. & cum Hostien. tenet glos. de consecra. distinct. 4. si non sanctificatur. in fi. scilicet, quòd nil iungi debet in forma, & si quid addatur, non est baptismus. sed Hug. distinguit, an additio sit in principio, vel in fine: & tunc vtrobique est baptismus. Nam talia baptismum non impediunt, sed per verba euangelica omnia talia euacuantur quantum ad baptismum, argumento illius textus & eadem distinct. non illud. & cap. satis. secus si aliquid formæ interponatur, quia tunc immutatur & corrumpitur forma, secundum Hug. vt refert Archid. in dicto cap. si non, in fine. Sed quod prius dixi, videtur sequi Franc. in dicto cap. 1. 1. opp. dicens, quòd non licet aliquod verbum vulgariter vel litteraliter præponere, si intendat illud esse de forma, vt si dicat, Ego sacerdos baptizo &c. vel, ego baptizo te Ioannem. vel baptizo te in nomine Patris & Filij & Spitussancti & beati Ioannis. Aliàs autem si non credit illud esse de forma, sed ex simplicitate vel ex deuotione addit prædicta, baptizatus est, secundum Innocen. etiam si ex malicia vel hæresi adderet & diaboli & hæreticorum, dummodo non crederet illa esse de forma, & intenderet baptizare, secundùm Ioan. And. post Hostien. in capitu. 1. ad finem. dicit etiam Innocen. quòd in tantum seruanda est forma, quòd etiam per æquipollentia verba non licet eam immutare, vt si dicat, Ego te baptizo in nomine generantis generati & procedentis: quod dixi supra quæst. 3. & ad hoc. infra quæst. proxi. & supra quæst. proxi. ad fi. & ad idem per Laud. in sacramentali, in rubrica de bap. in 19. colum. & in 20. colum. ver. 10. Et quantum ad illud si additur aliquid non corruptiuũ formæ &c. Dicebat quidã frater Iacobus de Marchia ordinis minorum, qui multos opinatus est attribuere summæ pisanellæ, quòd pisanella in hoc non bene dicit. nam Alexander de Ales in 4. in titu. de bapt. dicit, quòd si illa additio, & beatæ Mariæ, esset ante, videlicet, ego te baptizo in nomine beatæ Mariæ virginis & patris & filij &c. non esset baptismus, quòd si post formam adderetur, & intenderet esse de necessitate, non esset baptizatus, secus vero ex deuotione, quia tunc esset baptizatus, licèt peccaret secundum eum. sed cum reuerentia sui videtur quo ad primum quòd esset corruptiuum formæ, quasi baptismus conferatur sub nomine alicuius creaturæ: quantum ad secundum eius dictum videtur quòd dictum erat per Pisa. & dictos Doct. & sic non cadit aliquis defectus, cum ista videatur fuisse intentio Pisan. vt ex verbis ipsius patet, & ad prædicta adde infra 45. q.

12 ¶Octauo † quæro, quid si mutentur verba formæ. Respondeo dicit Franc. post Hostien. in dicto cap. 1. 1. oppo. quòd in eo quod glo. dicit, nil mutandum, debet intelligi, videlicet quòd hoc non faciet credens sic esse de substantia, secus si ex simplicitate, vt supra proxi. quæst. dictum est. Item considerandа est mutatio, quia si est quid leue, videtur dicendum, quòd ex hoc non viciatur baptismus, vt in exemplo dato supra proxi. qnæst. secundum Hosti. Vnde dicit Abbas, quòd si dicit, Baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritussanctique: tenet baptismus. ad idem quod nota. de consecra. distinct. 4. multi. vbi dicit glos. quòd si Græcus vel aliis verba baptismi proferat suis litteris, valet baptismus: dicit etiam glos. in dicto cap. multi. quòd vere baptizatur sub nomine genitoris geniti & sancti flaminis: cuius contrarium vult Innocen. vt dixi supra quæst. proxi. in fine. & illud verius secundum dominum Fran. in dicta prima oppo. in fine. addit, quid si diceret, Baptizo te in virtute patris &c. vel in nominibus patris &c. quod non debet fieri talis mutatio. Sunt enim verba substantialia formæ: & quia inter hoc nomen virtutis, & hoc nomen, nomine. Item inter singulare, in nomine, & plurale in nominibus; multæ notari possunt differentiæ secundum Innocen. qui dicit, quòd singulare In nomine denotat vnitatem essentiæ, quod non designat plurale: ad quod supra quæst. 2. Et dicit Innocen. idem fore in omnibus alijs verbis formę, scilicet quòd non sunt mutanda secundum Franc. in 5. quæst. ad quod supra quæst. proximis. Vnde dicit Franc. in dicta 1. oppo. in fine. quòd ad euitanda omnia hæc de verbis formæ nihil est mutandum per prædicta, & per Pet. de Pal. in 4. distin. quęstio. 1. penult. colum. & vlti. & concordat in effectu Ioan. And. in dicto c. 1. 3. col.

3. colum. & circa fi. de baptismo. Item si quid fuisset mutatũ, si est tanta mutatio, quòd verisimiliter dubitetur, an teneat baptismus, debebit reiterari in forma, de qua in c. 2. de bapt. quod nota. & hoc melius declarant quæ dixi supra quæst. 2. Vnde loco verbi, baptizo, non potest poni balneo, vel simile, vt per Fran. post Ioan. Andr. in dicto cap. 1. in 4. q. & ad præmissa optime per Laud. in sacramentali, in rubrica de baptismo, in 19. colum. ver. septimo quæro. vbi etiam ꝙ si prælatus, qui loqui solet in plurali dicat, Nos baptizamus, intelligitur baptizatus, vt ibi latius. Ad quod infra quæst. 34.

13 ¶Nono † quæro de hoc pronomine, te, an sit de substantia? Dicit Innocen. quòd licet pronomen ego, non sit de substantia, secus tñ de hoc pronomine, te. nam expressior est demonstratio per pronomen accusatiuum, quàm si loqueret in tertia persona, vt si dicat baptizo Ioãnem. Idem dicit Hostien. scilicet quòd si nõ apponitur te, non sit baptismus: posset enim intelligi ꝙ baptizet scutellam, vel quid aliud. Item exprimitur te, ad denotandum differentiam inter baptizantem & baptizatum, de bapt. debitum, secũdum Fran. in d. c. 1. 6. q. ad hoc ſ. q. 6. & quòd expressio actus baptizandi & personæ suscipientis, scilicet baptismum sit de necessitate sacramenti, tenent Doct. vt per Pet. de pal. in 4. distin. 3. quæst. 1. in 1. colum. & etiam in 2. ibi secundum patet.

14 ¶Decimo † quæro, aliquis baptizat puerum, non tamen prius nomine ei imposito, an valeat baptismus? Videtur ꝙ non, per nota. ſ. q. proxi. Et videtur probari de consec. dist. 4. baptizandi. & sentit Hosti. in sum. de baptismo. §. quæ sit eius forma. dum ponit formam dicẽdo. Petre, ego baptizo te, &c. Et idem sentit in vers. quid si qua mulier. & sequen. Et idem sentit in summa de bigamis, super arbore in 8. cellula, ad fin. In contrarium credo, quia nõ reperio istud in forma, de qua in d. c. Et satis est, ꝙ dicat te, vt sentit Innoc. ibidem, cum pronomen te, ponatur loco proprij nominis, secũdum grammaticos. Nec obstat c. baptizandi. quia non est de essentia, vt ẽt sentit ibi glo. videtur tamen ꝙ peccet taliter baptizans, per nota. per Pet. de pal. in 4. dist. 3. quæst. 1. ver. tertium patet.

15 ¶Vndecimo † quæro, si quis certus est certam formã esse in baptismo, sed dubitat an ea forma qua vtitur sit vera forma? Dicit Innoc. quòd si erat vera forma, tenet baptismus, licet ille dubitaret, secundũ Fran. in d. c. 1. 2. quæst. de bapt. de quo latius ibi per Ioan. And. in penult. colum. satis enim est, quòd intendit facere quod facit ecclesia, per nota. per Bald. post Imol. in rubrica. C. de summa trinitate.

16 ¶†Duodecimo quæro, si dicit baptizãs, Baptizat te Christus, vel Petrus, vel sacerdos, se demonstrato: vel baptizetur Petrus a tali. Dicit Inno. ꝙ non sit baptizatus. Dicit tamen, ꝙ si esset aliqua prouincia, quæ nunquam accepisset formã nostram, si tamen diceret verba, de quibus in d. c. vel alia æquipollentia, deberet censeri baptizatus: sed Fran. post Io. And. refert Host. qui dicit, ꝙ Clemens quartus consultus respõdit tales non esse baptizatos: & ideo dicit dominus Fran. periculosum esse asserere prædicta, quandocunque exemplificetur extra formã dicti c. 1. hæc enim forma videtur a Christo tradita, de consec. distin. 4. multi. & c. in synodo. vnde his casibus occurrentibus tutius est censere tales non baptizatos, & eos baptizare sub cõditione, c. 2. eo. tit. & refert etiam ibi de forma græcorum, quæ est sub tertia persona: & subdit quantum ad ea quæ ibi notat Hostiẽ. Papam posse formam immutare dicens, ꝙ hoc non dẽret fieri, nisi forte in aliquo concilio generali ita videretur faciendũ: tunc. n. credendum esset hoc ꝓcedere ex inspiratione, aliàs aũt nõ debet fieri talis mutatio, quæ non posset esse sine scandalo fidelium tanquã per quam immutaretur status ecclesiæ. ad hoc ſ. cõia de sacramentis, in principio: fatetur tñ, ꝙ forma, de qua in d. c. 1. habet vires ex constitutione ecclesiæ, vt etiam tenet ibi Inno. vt ibi per eundem Fran. in 3. q. vsque in finem quęstionis. & sic ecclesia bene potest facere constitutiones super baptismo, non ꝙ non sit baptismus, sed potest præfigere formas, per quas, quia Deus ratas habet, & quia bonæ sunt, infligitur character his qui baptizati sunt, secundum eas: character autem ipse imprimitur a solo Deo non ab ecclesia, vt per eundem in dicto c. 1. in 10. q. post Ioan. Andr. ibidem in 4. colum. vt dixi supra communia de sacramentis in principio.

17 ¶Decimotertio † quæro, quid si fiat transpositio. Respondeo secundum Tho. in 4. distin. si est talis transpositio, quòd muret intellectum, non est baptismus, vt si dicat, In nomine patris baptizo te. Alij dicunt, quòd qualitercunque mutetur ordo verborum nõ videtur intellectus mutari, & erit baptismus. Pet. dicit, si mutatio fiat ex simplicitate, non nocet: si ex malitia, sic vt in sum. cõfes. dicta q. 11. tutius videtur hoc casu rebaptizare sub conditione ratione dubij, vt in capit. 2. de bapt. secundum fratrem Nic. osim. post pisa. dicit Hostien. in sum. de bapt. §. & quæ sit. ver. quid si aliquid. ꝙ si mutatur ordo, vt si dico, Ego baptizo te in nomine patris spiritussancti, & filij, quòd non valet baptismus, secũdum aliquos, quia ordo verborum est de forma, & hoc dicit esse securius: subdit tñ, ꝙ in hoc non est vis, dicat Ego baptizo te: an ego te baptizo, dummodo alia verba nõ transmutentur, ſm cum, & dñm Fran. in c. 1. 1. opp. de bap. & ad idem not. per Pet. de pal. in 4. dist. 3. q. 1. vlti. col. & de hoc etiam not. de consec. dist. 4. si nõ sanctificatur. & sic circa hanc transpositionem colligi potest, ꝙ aut mutat intellectum, vt in exẽplo Thomæ: aut non: primo casu procedat dictum Tho. cum moderatione Petri. Secundo casu procedat opinio aliorum: & exemplum secundo loco positum, & per Host. & Fran. tutius tamẽ est rebaptizare sub cõditione, vt ſ. q. 1. in fi. Laud. tenet, ꝙ si dicatur, in nomine filij patris, &c. ꝙ est baptizatus ſm theologos: licet canonistæ tencant contrariũ, quia † inter personas diuinas non est ordo, vt per eum in sacramentali in rubri. de baptismo, in 2. colũ. ver. sed quid si fiat &c. Sed Scotus tenet, ꝙ immo datur ordo, ꝙa filius procedit ex parte, Spiritussanctus ab vtroque, vt prædicauit magister Antonius de Bitonto, etiam dicens, ꝙ vna persona est prior & posterior alia origine & ordine, vt plenius per Scotum primo sententiarũ, dist. 9. & dist. 12. quod procederet apud nos homines, quia apud Deũ omnia simul sunt, sicut simul omnia creauit secundum Salo.

19 ¶ † Decimoquarto quæro, quid si fiat interruptio. Respõdeo ſm Tho. vbi ſ. si sit tanta, ꝙ intercipiat intentionem baptizantis, nõ est baptismus, sicut si dicatur, In nomine patris: & interponatur longa fabula: & postea dicatur, & filij. Si aũt fuit parua interruptio, vt puta verbi non corrumpentis formam, vt si dicatur In nomine patris omnipotentis: aut interruptio silentij, vt tussis & huiusmodi, ꝙ intentionẽ non discõtinuet, est baptismus, ſm pisa. in ver. baptismus. Idẽ in sum. confes. d. q. 11. vbi ẽt additur ſm Thom. ꝙ si sacerdos seu baptizãs dicat, ego intendo te baptizare: non est baptismus ſm fratrem Nic. in addi. Idem Pet. de pal. in 4. dist. 3. q. 1. ante fin. vbi latius. Idem in effectu Host. in sum. de bap. §. quæ sit forma, alleg. l. cum antiquitas. C. de testam. & per Laud. in sacramentali, in rubrica de baptismo, in 2. colum. ver. 11. & de hoc quando interuallum interuenit in prolatione verborum, no. de consec. dist. 4. si non sanctificatur. in fin.

20 ¶Decimoquinto quæro, quando † forma baptismi fuit ꝑ Christum instituta, & per quæ verba: & an ante vel post passionem. vide de consec. distin. 4. aliud. & per Hosti. in sum. de bap. §. vbi fuit. per glo. & Archi. de consec. dist. 4. proprie. vbi post multa dicit Archid. ꝙ formam baptismi dedit Christus exemplo tantum, quando baptizatus fuit: formam vero verborum post resurrectionem expressit, in qua vero forma verborum discipuli baptizarent, dicunt aliqui non recordari expressum auctoritate, vel in qua forma Christus fuerit baptizatus, vt ibi per eum post Doct. & adde supra communia de sacramentis. quæstio. 3. & vide Lauden. in sacramentali in rubrica de baptismo. in 15. colum. ver. 11. quæro.

21 ¶ † Decimosexto quero, quid si dicat, non ego te baptizo. dic ꝙ nil aliud est quàm quod vox sonat, ff. iud. fol. l. iudicatum, secundum Hostiẽ. in sum. de baptismo. §. & quæ sit. ver. quid si dicat. & not. in dicto c. si non sanctificatur. & per Ioan. And. in cap. de quibus. in fin. de bapt.

22 ¶ † Decimoseptimo quæro de materia baptismi, vtrum aqua permixta possit esse conueniens materia baptismi: Respondeo secundum Tho. in 4. distin. 3. permixtio potest esse duplex, vna quæ tollit speciem, scilicet quãdo per alterationem trãsit in aliam speciem, sicut per putrefactionem aliquã vel digestionem transit in vnum quid, aut etiam per additionem tantam alterius liquoris soluatur species aquæ, sicut si parum aquæ multo vino admisceatur: Alia permixtio est, quæ non tollit speciem aquæ, sicut quando alteratur aqua secundum aliquod accidẽs, & manet species, vt in aqua calefacta, vel qñ aquæ additur aliquid, quod illi non admiscetur, sicut si aliqua solida ponãtur in aqua, vel si sit commiscibile sicut aliquid humidum, est tñ paruæ quantitatis, quod in aquã penitus conuertitur: in aqua ergo primo modo permixta non potest fieri baptismus, quia iam non est aqua impermixta. Secundo modo potest fieri, vnde in aqua maris bene potest fieri. Similiter in lixiuio, & in aquis sulphureis, & in alijs,

quæ ex terra,per quam transeunt, non mutantur in aliã speciem,ſm piſa.Idem in ſum.confeſ.lib.3.titu,24.q.13. vbi additur, ꝙ cognoſci poteſt quando mutata ſit ſpecies aquæ vel non ex raritate & denſitate,vel quando humor aliquis nõ calefieret calore,vel non conſtringeretur frigore,ſicut aqua,vt patet in vino,oleo,lacte,& huiuſmodi.vnde ſi aqua paludum eſſet in tantum ingroſſata, ꝙ recederet a vera raritate aquæ, non eſſet baptiſmus : ſicut ſi eſſet lutum,ſimiliter non poteſt fieri in brodio pinguium & huiuſmodi, quæ infrigidata congelantur; nec in aquis, quas faciunt alchimiſtæ ad mutanda metalla : dicitur etiam ibi,quòd melius eſſet ſi ſacerdos faceret fieri aquam calidam, quia paruuli qñque ita penetrantur frigore aquæ, ꝙ contrahunt mortales infirmitates & moriũtur,ſecundum Fran.Nic.oſimi.in addi.ad piſa. & per Petr.de pal.in 4.diſtin.3.q.3.& Ioan.And.in c.non vt.de baptiſmo.& Hoſt.in ſum.de baptiſmo.§.& quæ ſit.ver.quid ſi alius.& qd̃ not.de conſec.diſt.4.in princ.in glo.ſubaudi.& dicit Hoſti.in d.§.& quæ ſit.in principio,ꝙ non fiet cum ſaliua etiam in neceſſitate,nec cum vino ſm eundem ibidem in ver.quid ſi baptizatur.& adde ʒ.§.6.q.26.& qualiter fuit inſtitutũ in aqua, per Ioan.And.in c.debitum.de baptiſmo . Adde, ꝙ ſi parentes aquam deſiderarent nec haberent,& ſic puer moreretur, non propter hoc ſaluaretur, niſi forte de gratia ſpeciali per orationes eorum,vt per Petr.de pal.in 4.diſt.6.q.2.ante finẽ. ad quod infra q.20. & adde Laudẽ. in ſacramentali in rubrica de baptiſmo,in 17.colum.ver.15. quæro. vbi excludit gelum,glaciem,niuem,lac,lutum,lixiuium,& ſimilia, quæ non poſſunt ſignificare ſpiritualem ablutionem baptiſmi ſecundum eum.ſic ergo abſtineamus baptizare in lixiuio,ſi tamen fieret,valeret per ſupradicta.facit infra.§.4.quæſt.148.

23 ¶Decimooctauo † quæro , qualiter baptiſmus inſtitutus fuit in aqua,& non in alio liquore . Reſpondeo vt legitur de conſec.diſt.4.non regenerabantur.& per Archi. poſt Hug.in prin.eiuſdem diſtinctionis, dicit Fran. poſt Ioã.And.in c.debitũ,de baptiſmo,in fi.ꝙ propter tria : primo, quia aqua igni eſt cõtraria : peccatum autem dicitur ignis,ſicut ira in animo concupiſcentia in carne, q̃ vt extinguantur baptizat̃ in aqua. Secundo,quia ſordes lauat,ſitim extinguit, imaginẽ reddit, & ſic gratia ſpirituſãcti in baptiſmo ſordes peccatorũ lauat : ſitim aĩæ verbo Dei extinguit : imaginem per culpam amiſſam reſtituit.Tertio,quia facilius in alijs liquoribus,quàm in iſto potuiſſet excuſari propter inopiam inueniri, cùm iſte ſit communior reliquis liquoribus,vt vino,& oleo, q̃bus multi carent ſecundum eum.Et ſcias,ꝙ aquæ aſperſio neceſſaria eſt etiam ſupra infirmos,de conſecr.diſt.4.quamquam.& de his cauſis & rationibus per Lauden.in dicta 17.colum.

24 ¶Decimonono † quæro,an ſit baptizatus,cui modica aqua infunditur. Reſpondeo de hoc not.de pœni.diſt.1.c.1.§.vulgaris,& de conſec.diſt.4.proprie.in fi. & per Hoſti.in ſum.de bapt.§.quæ ſit.ver.licet autem.dicit Inno. ꝙ ſi baptizans non immergit,nec eum tangit, ſed aquã ſupra eum ſpargit, ꝙ ſufficit,dummodo totum balneet: vel maiorem partem corporis: vel ſaltem caput ſolum,arg.ff.de rel.& ſump.fu.cum in diuerſis.refert alios dicere,& forte melius, ꝙ ẽt ſi modica ſtilla aquæ proiectę a baptizante eum tangat,baptizatus eſt.quod dicit ſatis conſonare iuri & æquitati:licet primum tutius,ſm Fran.in d.c.debitum.poſt Io.And.& per Lauden.in ſacramẽtali,in rub.de bap.in 18.colum.in ver.8.quanta &c. Et nota,

25 ꝙ † benedictio aquæ non eſt de neceſſitate baptiſmi,Petr.de pal.in 4.diſtin.7.quæſt.3.arti.2.in fin.vide infra quæſt.45.

26 ¶Vigeſimo † quero,an aqua in baptiſmo fiat ſacramentũ: Rñdeo vt not.1.q.1.detrahe.in glo.1. & 2.& in c.baptizãdis. & ſ̃.q.1.ſi quis autẽ baptizaretur in flumine vel in fonte , illa tantum aqua fit ſacr̃m,quæ tangit corpus:nec ẽt totũ flumen poſſet conſecrari ad baptizandũ, vt per Inno.& Doct.in rub. de bap. vbi ẽt quid ſit ſacramentum in baptiſmo : & quid res ſacramenti : & quid ſit character &c. per Lauden. in ſacramentali,in rub.de bapt.in 14.col.ver.10.quid dicatur ſacra-

27 mẽtum &c.& in 18.col.ver.7.quæritur.vbi etiã dicit, † quòd baptizato puero & finita forma verborũ deſinit eſſe ſacr̃m : quia quamdiu eſt additum verbum aquæ durat ſacramentũ , & vltra non , 1. q.1. detrahe. veruntamen ipſa aqua propter reliquias & veſtigia præteriti ſacramenti eſt veneranda, & in aliquo mundo loco ponenda:& ideo importabile vas ad baptizandum eſt quærendum,quod extra eccleſiam non exeat, de conſecra.diſtinct,4. omnis presbyter.ſecundum eum . Ex

28 his infert ad quæſtionem : quidam † deferens puerum ad baptizandum ad eccleſiam remotam videns eum laborantem in extremo non habens aliunde aquam, proiecit in puteum, dicens verba , de quibus in c.1.de bapt.an ſit baptizatus? dicunt Doct.quòd non, quia ſumus in dubio , an fuerit defunctus antequam immergeretur : oportet enim ꝙ ſaltem tantũ vixerit , quòd completus fuerit baptiſmus : & quia non conſtat in caſu huius quæſtionis ꝙ vixerit tantum , ꝙ perfectus fuerit baptiſmus,ideo non debet haberi pro baptizato,ſecũdum Fran.poſt Abb.in c.pen.in fi.de bap.& in clem.eo.tit.in fi.poſt Math.Et quia requiritur non ſolum immerſio,ſed etiã ab aquis eleuatio,per quam reſurrectio deſignatur,de conſe. diſt.4.proprie.ſecundum Ioan.And.in d.c.penult.& per Lapum allegatione ſua 140. Alij contrarium dixerunt, propter quod forte poterit pie credi &c. vt ſ̃.q.6.c.17. in fin. & infra q.42.& 43.in fin.& ideo ſi ſuſcitaretur,eſſet baptizandus ſub conditione, de qua in c.2. de bapt. & ſupra communia de ſacramentis.q.10.& vlti.in fin.

29 ¶Vigeſimoprimo † quæro , an baptiſmus aquæ poteſt in aliquo ſuppleri. Reſpondeo ſecundum Pet. ſm communem legem non poteſt in paruulis ſuppleri,cum nõ poſſint habere vſum liberi arbitrij.Sed ſi pro Chriſto occiderentur, pie creditur ꝙ ſaluarentur ſine baptiſmo : In adultis aũt poteſt ſuppleri per baptiſmum flaminis ſiue contritionis,& per baptiſmum ſanguinis ideſt martyrij,& hoc intellige , qñ eſt articulus neceſſitatis , non contemptus religionis. Idem Tho.in 4. Idem in ſum.confeſ.eod.titu.quæſtio.22. ſecundum fratrem

30 Nic.poſt piſa. in ver.baptiſmus . Et ſic not. † quòd triplex eſt baptiſmus,ſcilicet ſanguinis, flaminis & aquę , vt per Hoſtiẽ. in ſum.de bap.§.quot ſunt eius ſpecies. & in ſum.de presbyt. non bap.§.ſi quis.& per Ioan.And.in c.2.de presby.non bap. verſ.etiam ꝙ bonus latro fuit baptizatus flamine.& per Petr. de pal.in 4.diſt.4.q.3.& per Archi.de conſec.diſt.4. cathecumenum.vbi de innocentibus,& not.per glo. de bap.c.penul. de presbyt.non bap. c.3.in ver.per fidem.& de conſec.diſt.4. baptiſmi.& 15.q.1.firmiſſime.facit de pœni.diſt.7.nullus,32. diſt.præter.§.porrò.in verbo, baptiſma.de conſec. diſt.4. venerabilis.glo.1.& de presb.non bapt.c.2.glo.1.in fi.& in d.c. cathecumenum.ſi ad illud quod aqua requiritur,vbi adeſt facultas,not.de conſe.diſt.4.non dubito.& de baptiſmo.c.pen. cum ſim.vnde fides ſupplet defectum ſacramenti,ſ̃.communia de ſacramentis.q.15.in fin.& vide ʒ.q.43. & ex his not.in quibus differant baptiſmus fluminis flaminis, & ſanguinis,& clarius ꝑ Laud.in ſacramentali in rub.de baptiſmo, in 4.col. & vide ʒ. §. 5. q. 63.& ſic not. quod baptiſmns aquæ eſt per ſacramentum,reliqui non, licet habeant eandem efficaciam.

31 ¶Vigeſimoſecundo quero,cum † quo criſmate baptiſmus fieri debeat . Dic quòd prohibitum eſt vt non fiat niſi cũ nouo criſmate,ſcilicet illius anni,præterquã in neceſſitate mortis:& punitur ſacerdos,ſi contrafecerit, de conſec.diſtin.4.ſi quis de alio: Idem intelligendũ eſt de confirmatione,& tanto magis,quia confirmatio minoris neceſſitatis eſt quàm baptiſmus,arg.extra de ſent.excom.c.quoniam, lib.6.ſecũdum piſanellam in ver.baptiſmus.& intellige vt dictum eſt,niſi in neceſſitate , vt not. Archid.in cap.quoniam,in fin.de ſenten. excommunica.lib.6. & cum tali presbytero baptizante cum veteri criſmate diſpenſat epiſcopus in pœna,vt in Speculde diſpen.§.nunc de epiſcoporum.ver.132.

32 ¶Vigeſimotertio † quoad miniſtrum baptiſmi quæro, qs ſit debitus miniſter baptiſmi . Reſpondeo ſecundum omnes theologos eſt ſacerdos , ſed in neceſſitate quilibet poteſt baptizare,vir ſiue mulier,ordinatus & non ordinatus, fidelis & infidelis, dummodo habeat intentionem baptizandi , & ſeruet formam eccleſiæ : vnde & ſi non credat ſacramẽtum baptiſmi,neque aliquid ſpirituale ibi fieri,dummodo in genere intendat facere quod facit eccleſia, baptiſmus eſt. Sed tamen ſimplex clericus non debet baptizare præſente presbytero, neque laicus præſente clerico , neque mulier præſente viro: probantur hæc de conſe.diſtin.4.mulier.& cap.Romanus.& 30.quæſt.3.ſuper quibus.Idem Tho.in 3.parte.queſt.67.Ad- de prædictis,vt melius probentur de conſecr.diſtin.4. in neceſſitate.& in cap.a quodam iudæo.& capitu.ſiue hæreticus. Prædicta etiam notan.in ſumma confeſt.lib.3.titu.24.quæſt.

33 36.vbi etiam dicitur ſecundum Thom. quòd † presbyter baptizare poteſt præſente epiſcopo , quia de officio ſuo eſt,ſecundum Fran. Nico.poſt piſa.in verbo , baptiſmus.tertio.& latius per Pet.de pal.in 4.diſtinct.5.quaſt.2.artic.1. Et nota,

34 quòd † ſacramentum baptiſmi per ſe ſola Dei virtute & potestate plenum ſortitur effectum ſine facto humano , 1.q̃.1. multi.ſecundum Laud.in ſacramentali,in rubri.de bapt.in 7. colum.

col.& in 16.colum.ver.8. quæro &c. Ad hoc ſ̃.de ſacramẽtis in communi,in princ.& ʒ.§.3.q.2.in fi.& circa hoc cui competat baptizare , vide nota.in c.1.de cle.non ordi.mini. & in clem.vna,in prin.de bap,& facit de conſec.diſt.4.conſtat. & ſequentibus.& c.quamuis.& ſequentibus.in c.ſanctum. cum ſim.& nota.in regula,nemo poteſt.lib.6.etiam hæreticus cõfert baptiſmum,nota.in c.non eſt.in fi.de ſpon.etiam ſciſmaticus , de conſec.diſtin.4.nullus.& plene per Hoſt.in ſum.de bapt.§.quis poteſt. vbi etiam ꝙ in neceſſitate poteſt baptizare pater & mater,vt in hoc c.ad limina. quin etiam infidelis , vt dictum eſt,quod in fauorem religionis ſtatutum fuit vt nõ baptizatus baptizet,32.diſt.§.verum.vt dicit Ioan.And.in c.

35 1.in fi.de ſup.negli.præla.dicit tamen hoc vbi ſupra ꝙ † quãdo in neceſſitate baptizatur aliquis per laicum vel mulierẽ, debet poſtea baptizatus portari ad ſacerdotem , qui quæret quæ forma ſeruata ſit,de conſec.diſt.4.in neceſſitate. & cap. Romanus.Vnde dicit Fran.poſt Hoſtien.& Ioan.And.in c.1. 1.oppo.de bapt.quòd ſi laicus, qui baptizauit ſeruata forma verborum,omiſit catechiſmum,ſalis impoſitionẽ , & vnctiones,de quibus de ſacra vnct.c.1.non reiterabitur baptiſmus:

36 ſed omiſſa ſupplebuntur per presbyterum : peccat † tamen non ſacerdos baptizans abſque neceſſitate, de cler.non ordi. mi. cap.1. & per ſacerdotem poſtea ſupplebuntur ſolitæ vnctiones,ſecundum Ioan.And.in cap.1.ad fin.de ſum.trini.Et de miniſtro huius ſacramenti tractat Laud.in ſacrali, in rubr. de bapt.in 15. colum. verſ.12. quæro , & ſequentibus. & per Imo.in clem.1.de baptiſ.vbi etiam ꝙ abſente presbytero poteſt diaconus baptizare ſi ſit neceſſitas,93.diſt. diaconus.ſm

37 Pau.ibi & Fran. in 1.q. Scias tamen,ꝙ poteſtas † baptizandi conceſſa laico in neceſſitate non eſt ſacramentum,ſed licẽtia, not.1.q.1. quod quidam. in glo. hoc de baptiſmo. & in gloſ. hinc aperte, largitur tamen chriſtianitatem.16.q.1.ſunt.nota

38 tamen , ꝙ religioſus licet † presbyter ſit ex officio non baptizat,16.q.1. placuit communi. & c. doctos. niſi populum habeat,vt not.in d.c.placuit.& per Archid.in d.c.doctos. & qd̃ not.18.q.2.peruenit.primo,& 3.q.1.omnes.in fi. primæ glo. vel ſi factus ſit epiſcopus,vt per Laud.Ioan. de Lig. & Doct. in clem.2.circa princi.de cenſibus. & quod not.18.q.1.c.1.& per Hoſti.in ſum.de ſtatu mona. §.1.in 2.colum.ibi,& de talibus religioſis.&c.per Ioan.de Imo.in clem.ne in agro.6.col. vel ſi accedat licentia epiſcopi, per not.in Specu.de diſpen.§. nunc de epiſcoporũ.ver.15.& in c.quod Dei. de ſtatu mona. vt ſi epiſcopus concederet religioſo, ꝙ baptizaret iudæũ cõuerſum ad fidem,qd̃ poteſt,vt ſ̃.ſolet tamẽ religioſus prædicare,& presbyter ſecularis baptizare.& vide ʒ.§.4.q.152.

39 ¶† Vigeſimoquarto quero,an beatus Ioãnes Baptiſta fuerit ſufficiẽs miniſter , an vero baptizatis ab eo fuerit neceſſarius baptiſmus.not.1.q.1.dedit.& per Archi.de conſe.diſt.4. non regenerabatur. vbi dicit,ꝙ in baptiſmo Ioan.non dabatur peccatorum remiſſio , quæ data eſt in Chriſti baptiſmo , erat tamen vtilis hominibus,quia vſum baptizandi preparabat ad baptiſmum Chriſti,vt in lib.ſententiarum, lib.4.iuxta princ.nunc vero,& c.ſeq.& facit ea.diſt.aliud.vbi etiã de baptiſmo Iudæ : & in c.quando Hieronymus , & per Fran.in c. debitum. de baptiſmo. vbi etiam ꝙ Chriſtus fuit baptizatus ad noſtram ſanctificationem : vnde in legenda ſancti Sylueſtri.in 7.colũ. dicitur , ꝙ noſter baptiſmus ſumpſit initium in baptiſmo Chriſti : & de baptiſmo Ioãnis vide plene per Pet. de pal.in 4.diſt.2.q.2.per totam,& in quibus differat baptiſmus Chriſti a baptiſmo Ioannis,& a circuncíſione,per Laud. in ſacramentali,in rubrica de baptiſmo.in 14.colum.

40 ¶Vigeſimoquinto † q̃ro , an baptiſmus tradi poſſit à malis miniſtris. Reſpondeo ſecundum Pet.ſic,quia bonitas miniſtri non eſt de neceſſitate,ſed de cõgruitate:vnde dicit Auguſtinus,ꝙ per ebrioſum,homicidam,& per quemcunq; malũ datur baptiſmus,& baptizatis totus effectus baptiſmi confertur.Idem Alber.& Tho.in 4.diſt.5.ſecũdum fra. Nic.poſt piſa.vbi ſ̃.& per Pet. de pal. in 4.diſt.5.q.2.articulo , & concluſione prima,vbi latius: ad hoc ſupra q.23.facit de conſec. diſt.4.inter.& duobus c.ſequen.& c.quoniam. & c.cum tantum.cum ſim. & adde ſupra communia de ſacramentis.q.11.

41 ¶† Vigeſimoſexto quero, quid ſi ſacerdos nolit baptizare niſi dato ſibi pretio aliquo ? Reſpondeo ſecundum Pet. & Tho.in 4.diſt.5.a tali licet emere aquam pro baptiſmo,etiam ſi aqua conſecrata eſt,ſed non licet pro baptiſmo dare pecuniam nec pro ſe , quia in tali caſu ſufficit baptiſmus flaminis : nec pro alio , quia non ſunt facienda mala vt veniant bona , Ro.3.tamen in caſu neceſſitatis ille,qui gerit curam pueri, licite poteſt baptizare, vel a quocunque alio facere baptizari, vt ponit Tho. ſecunda ſecundæ q. 100. idem in ſumma confeſſorũ,eo.tit.q.24.vbi etiam ſubditur ꝙ Lauden.dicit,quod in caſu prædicto licet redimere vexationem ſui iuris , & pro ſe,ſi baptizãdus eſt,& pro paruulo,quem velit baptizari. ſed Tho.dicit,primum videtur melius,nam hoc caſu non ingeritur aliqua vexatio,ſed ſacramenti denegatio, niſi ſimoniace, ſecundum fra.Nico.poſt piſa.vbi ſupra : ad idem per Pet. de pal.in 4.diſt.5.q.3.colũ.1.& in ver.30. inquirendum &c.vbi etiam quòd tunc nullus ſeipſum baptizare poteſt,vt ibi, & in ver.quod autem dicunt.ad idem etiam per eundem in 4.diſt. 25.q.5.in 6.colum. ad quæ vide not.1.q.1.baptizandis. & in c.quanto.in fi.de conſuc.& de conſec.diſt.4.baptiſmi.per gl. & Archid.facit c.debitum.de baptiſmo.

42 ¶ † Vigeſimoſeptimo quæro , vtrum malus miniſter peccet mortaliter baptizando.Reſpondeo ſm Pet.& Tho.vbi ſ̃. aut baptizat cum ſolemnitate & vt miniſter eccleſiæ, & tunc peccat mortaliter, ſi peccatum recolit nec pœnitet . Aut baptizat in articulo neceſſitatis,ſicut vetula baptizat , & tũc nõ peccat,ſecundum piſa. & latius per Pet.de pal. in 4.diſtinc.5. quæſt.2.articulo 2. concluſione 3. & adde ſupra communia de ſacramentis.q.8.& 11.

43 ¶ † Vigeſimooctauo quæro , vtrũ qui ſcienter ſuſcipit baptiſmum a malo miniſtro,peccet mortaliter. Reſpondeo ſm Pet.& Tho.vbi ſ̃.ſi malus miniſter ſit præciſus ab eccleſia,recipiẽs ſciẽter a tali peccat,niſi in articulo neceſſitatis, in quo ſuſcipere poſſet a quocunq; hæretico.ſed ſine neceſſitate nec ab hæretico nec ab excõicato nec ſuſpẽſo recipi debet: ſi aũt nõ eſt præciſus, nõ peccat ſuſcipiens ab eo, niſi fortè per accidens , ſi hoc ipſo facto faueat ei fouendo eum in peccato . Idem in ſum.confeſ.eo.titu.q.23.ſm fra. Nic.poſt piſa. dicit frater Iacobus de Marchia ordinis minorum , q̃ infert quòd ſi ſcienter reciperet a malo miniſtro non præciſo ab eccleſia , non peccaret,cuius contrarium dicit Riccar.in 4.diſt.3.ar.4. q. 3. ꝙ peccat mortaliter ſcienter recipiens ſine neceſſitate : ratio eſt , quia ipſe induceret ipſum miniſtrum ad peccatum mortale. hoc idem Fran. de Mayronis in ſermone de corpore Chriſti memoriam fecit &c. ſed certe videtur quod nõ ſit defectus,cum piſa.hoc ſenſerit,dum dixit, niſi forte per accidens : & de materia iſta not.de ſum.trini.c.1.§.penult. glo.a quocunque.& per Archid.24.q.1.ſubdiaconus. qui loquitur in caſu neceſſitatis:& per Docto.in cap.quanto.in fi.de conſuetu. qui ſimiliter loquuntur in caſu neceſſitatis. & præmiſſis adde Pet.de pal.in 4.diſtin.5.quæſtio.3.

44 ¶ † Vigeſimonono quæro,vtrum melior ſit baptiſmus qui confertur a bono.Reſpondeo ſm Thom.in 4.diſt.5.æqualis eſt ab vtroq; quantum ad ſubſtantiales effectus : ſed tñ cum effectu principali poteſt aliquid plus conferri ex merito baptizantis,ſed hic effectus accidentalis eſt. idem Petr.idem in ſum.cõfeſ.eo.tit.q.27.ſed fra.Nic:poſt piſa.in verbo, baptiſmus.& latius per Pet.de pal.in 4.diſt.5.q.2.arti.2. concluſ.2. nam & verus tribuitur etiam per malum presbyterum , vt in iuribus allegatis ſupra quæſt.25.

45 ¶Trigeſimo quæro,vtrum † angelus poſſit baptizare.Rñdeo ſm Tho. vbi ſ̃. angelo bono quidem ex officio nõ competit baptizare,nec eccleſiam conſecrare,poteſt tñ ex ſpeciali mandato Dei,& quia nunq̃ vſurparet ſibi alienum officiũ , ideo ſi ſciat̃ bonus angelus non eſſet quis rebaptizandus, nec eccleſia conſecranda , vt de eccleſia ſancti Michaelis factum eſt. malo aũt angelo.i.diabolo poteſtas baptizandi cõpetere non poteſt,neq; ex officio neq; ex ſpeciali mãdato,non enim poteſt eſſe miniſter ſalutis,ſed punitionis: vnde ſemper præſumendum eſſet ꝙ non faceret intentione baptizãdi ſed decipiendi, vnde nullo modo poteſt : idem in ſum.confeſſorũ, eod.titu.q.28.& 29.ſecundum fra.Nico.poſt piſa.concordat Archi.de conſec.diſt.4.proprie. vide tamen ſupra quæſt.33.

46 ¶Trigeſimoprimo quæro,an mutus † poſſit baptizare.Rñdeo non,quia non põt verba proferre,vt per Hoſt.in ſum.de mat.§.qualiter.in 2.colũ.ſecus in mutaſtro, vt not.1.q.1.detrahe.gl.5.& per Fran.in c.debitũ.de bapt.& in c.cum apud , in 7.q.poſt Io. And.de ſpon.vbi de ſi. quæſtionibus. ſed quo ad primum videtur ꝙ Pet.de pal.videatur ſequi contrariũ in 4.diſt.3.q.2.in 2.col.vbi de hoc.ſcias tñ,ꝙ oportet baptizantem eſſe ſaltem doli capacem & ſanæ mentis. 1.q̃. 1. §. ecce quomodo.& ibi not. & de pena presbyteri permittentis aliquem mori abſque baptiſmo,de conſec.diſtin.4.quicunque.

47 ¶Trigeſimoſecundo † quero,an in baptizante requiratur intentio. Reſpondeo ſm Tho.in 4.diſt.6.ſic,ſed & ſi quando

pro ſert verba non adſit actualis intẽtio , dummodo prius intenderet,& contraria intentio nõ interuenerit,ſufficit ad baptiſmum : Et ex his patet , quod furioſus & ebrius,qñ omnino vſu rationis caret,baptizare non põt, quia nõ poſſunt habere intentionem : idem in ſum.confeſ.lib.3.tit.24.q.35.ſ'm Fra.Ni.poſt piſa.& per Hoſt.in ſum.de bapt. §.& quæ ſit.ver. ſed cum paruuli.& ſ̃.communia de ſacramentis , in 1.q.in fi. ſi ergo baptizans non intendit baptizare, etiam ſi baptizatus intenderet,nihil agitur,de conſec.diſt.4. ſolet quæri. & ſufficit ſi contraria intentio non adſit,vt dictum eſt ſ'm Hoſtiẽ.in d.§.ver.quid ſi baptizans.& in §.fin.ante fi.concordat Franc. poſt Ioan.And.in c.1.in 11.q.de bapt.& in c.fi. maxime in fi. eo.tit.per eundem. non tamen neceſſe eſt , ꝙ baptizans ſciat quid ſit baptiſmus,& ꝙ infundatur gratia , & de ſimilibus,vt per Doc.prædictos,& per Ioan.And.in d.c.1.in 5.colum.nec requiritur intentio patrinorum,vt per Ioan.And.in c.fi.eod. tit. nec etiam requiritur intentio parẽtum forte infidelium , quia in fide eccleſiæ & in verbo Chriſti baptizati intelligunt, dummodo ſeruetnr forma eccleſiæ,vt per Hoſt.in d.§.& quę ſit.ver.ſed cum paruuli. & dicit Hoſt.in ſum.eo.§.fi. ꝙ imprimitur character , etiam ſi per iocum hoc fiat vel deriſum , dũ tñ is,qui immergit,intendat baptizare,vt ibi per eum in ver. vnde imprimitur : ſecus ſi omnino non intendebat baptizare,& expreſſe conſtaret ꝙ non cõſentiebat,ſed per iocum faciebat,vt per Fran.poſt Ioan.And.in d.c.1.in fi.& in c.maiores.§.fi.2.q.de bap.& ad illud de ebrio, adde ꝙ aliud videtur, ſi aliquem ſenſum rationis haberet, per not.per Hoſti.in d.§. fi.dum dicit,vnde & ebrius baptizat , qui tñ nihil intendit, 1. q.1.dedit,& ad illud de furioſo,adde ſ̃.q.proxima. & ad principale propoſitum vide ĩ.q.38. & concordat his Laud. in ſacramentali,in rubrica de bap.in 20.colum.vbi etiam,ꝙ ſacerdotes & miniſtri eccleſiæ tenentur habere intentionẽ explicitam & ſpecialem intendendo ſic abluere corpus exterius , ꝙ vice ſui operis cor à peccatis mundetur interius per gratiã ſancti ſpiritus , 1.q.1.detrahe.aliàs ſufficit generalis & implicita,intendendo facere quod facit eccleſia vniuerſalis,de cõſec.diſt.3.perlatum.& cum hac etiam miniſtri eccleſię liberarent.39.diſtin.ſi oleo.vt ibi latius.& ſubdit , ꝙ ſi ludendo vel cauſa inſtructionis & doctrinæ quis baptizat , non eſt baptizatus : idem ſi reiterando dicat verba de princ.ſi papa , vel ſi conditionaliter ſi non es baptizatus, & erat baptizatus,vel ſi errando diceret,vt ibi latius .

48 ¶Trigeſimotertio † quæro,quid ſi baptizans erret,vt quia putat baptizare puerum,cui imponit nomẽ Petri , cum tñ ſit puella,nunquid baptiſmus caret effectu? Dic ꝙ non,ſi intendebat baptizare perſonam cuiuſcunq; ſexus eſſet : idem ſi de hoc nõ cogitabat,ſed ſimpliciter baptizabat , quia erit baptizata : ſecus ſi intendebat maſculum tantum baptizare & non fœminam,vt per Hoſt.in ſum.eo.§.& quæ ſit.verſ.quid ergo ſi quis.& ĩ.§.6.q.48.facit ĩ.§.30.q.11.in fin.

49 ¶ † Trigeſimoquarto quæro , vtrum plures poſſint vnum baptizare ? Rñdeo ſ'm Tho. in 4. diſt.3. & in 3. parte diſt.77. poſſunt,dummodo quilibet intendat totum facere : ſimiliter vnus plures ſimul,dũmodo intendat baptizare omnes : neutrum tñ fieri dẽt ſine magna neceſſitate : aliàs facientes peccarent,ſ'm Pet.vt in ſum.confeſ.eo.tit.q.25.& quidẽ quanto plures baptizant,ſi dicãt,nos baptizamus, nõ eſt baptizatus : ſed quilibet debet dicere,ego te baptizo. qñ aũt vnus baptizat plures,dicet,ego vos baptizo: & baptizati ſunt,& de hoc ĩ.q.37.vr̃ tñ Tho.ſentire,ꝙ etiam ſi vnus baptizans dicat,nos baptizamus.nil facit,ſed Pet.dicit, puto verius ꝙ baptizat , ſi dicatur,nos baptizamus , quia modus exprimendi actum nõ eſt de ſubſtantia formæ,& ideo cum dicitur,baptizo vos:ſeruatur ſufficienter forma eccleſiæ. frater Durãdus dicit,quòd dicentes , nos baptizamus : non baptizant , niſi ſ'm loquendi vſum intendant pluralem numerum pro ſingulari ponere, & tunc ille ſolus baptizat,qui verba prius cõplet mergendo ſeu aquã infundendo : putat frater Nicolaus oſimi ꝙ tutior pars ſit eligẽda,extra de hom.c.petitio.ſ'm eum in addi. poſt piſa. Scotus in 4.diſt.6.artic.2.q.1.tenet, ꝙ qñ plures baptizant ſimul dicẽtes,nos baptizamus : ꝙ eſt baptiſmus, quamuis peccẽt,ſicut ſi vnus diceret,nos baptizamus te : ſicut etiam dicit magiſter Petrus caſuelis in directorio lib.1.tit.4.§.31.ꝙ ſi ſacerdos baptizaret principem dicendo cauſa curioſitatis, ego baptizo vos : baptizatus eſſet ſ'm quoſdam: Adde dicta Pet. de pal.dicentis ſic, ſi tamen duo ex contentione ſimul velint baptizare,& proferant ſimul verba & ſimul immergant,vr̃ ꝙ ſit baptiſmus,ſi quilibet intendat per ſe baptizare , & non cũ alio,nec erunt duo baptiſma,quia ſubiectum vnicũ eſt, vnde non plus fieret a duobus quàm ab vno, quamuis in quolibet per ſe eſſet virtus ſufficiens.ſi aũt duo ex intẽtione vnum baptiſmum conferendi ſimul baptizarẽt,vtrum ſit vnus baptiſmus,duplex eſt opinio, vna quæ dicit , ꝙ nullo modo ſic duo poſſunt vnum baptizare, & ꝙ nõ ſit verus baptiſmus : alia eſt opinio,ꝙ immo plures poſſunt concurrere ad eundem ſpiritualiter regenerandum : vnde non videtur, ſuppoſito ꝙ duo poſſint ſimul baptizare,ꝙ non ſit ita baptiſmus, ſic dicũt,nos baptizamus,ſicut ſi qlibet diceret,ego baptizo te: ſed ſi vnus prius dicat , ego baptizo te , & alius poſterius , & quilibet ex intentione intendat per ſe baptizare , primus baptizat & ſecundus iterat,eſſet tamen puniendus,vt plenius per eundem Pet.in 4.diſt.3.q.2.artic.3.qui etiam dicit circa illud, an vnus poſſit ſimul plures baptizare,puta vna manu vnũ & alia aliũ, vel aſpergendo, ꝙ licet hoc fieri non debeat niſi in neceſſitate,qñ timetur ꝙ baptizandi nõ poſſint expectare , vel niſi diſpenſatiuè,ſicut apoſtoli multos aſpergebant : tñ ſi fiat , poſſet videri ꝙ verus baptiſmus eſt . tutius tamen & magis conſonum doctrinæ cõi videtur,ꝙ non ſint de lege communi plures baptizati,niſi pluribus baptiſmis formaliter & materialiter.vnde ſuper duos nõ ſufficit ſemel dicere,baptizo vos:nec baptizo te & te, cum diſtinctus baptiſmus debeat habere diſtincta & explicita verba,ſ'm Pet.de pal.in d.q.2.ſubdens,ꝙ prima opinio communiter tenetur,ſ'm eum, & de hac materia tractatur per canoniſtas de conſecr.diſt.4.proprie,ad fi.& ibi per Arch.Fran.de Zab.in c.1.de bapt.poſt Ioan.An.dicit, ꝙ ſi ſunt plures baptizandi,& dicat,ego baptizo vos: & ſimul ſuper eos aquam proijciat, videtur eos eſſe baptizatos , aliàs non potuiſſet apoſtolus vna die tria milia hominũ baptizaſſe,vt in d.cap.proprie.& ſubdit ꝙ non debet baptizans in ſua perſona vti plurali,vt quia dicat,baptizamus. & faciunt not. de re iudi.c.pen.glo.vlt.lib.6.vide tñ.ſ̃.q.8.in fi. ſed ſi in perſona baptizandi vtat̃ numero plurali,vt puta ſi magnus princeps cõuertitur,& ſacerdos ex curialitate , & ne ille offendatur ex ſingulari locutione dicit,baptizo vos:dicit Hoſt.quòd forte non vitiabitur: dicit tñ tutius,ꝙ ſicut nec plures vnum, ſic nec ſimiliter vnus ſimul plures baptizet, ſed ſinguli ſingulos,argu.30.q.4.quod autem. de conſec.diſt.4. quod autem. & c.in catechiſmo.& c.non plures.de cogna.ſpirit.quamuis, lib.6.ſ'm Fran. poſt Ioan.An.ibidem.in 7.& 8.q.facit in Spe. de elect.§.ſuperius.2.colum.& quod not.Archid.in d.c.pen. & ibi per Domi.in 2.& vlt.colum.& quia regulariter plurale & ſingulare videntur æquiuoca, not.Ioan. And.in additionibus Spec.de cauſ.poſſ.& propr.in 1.colum.Et ſic opinio Pet. & Scoti poſſet procedere, qñ intendebat pluralẽ ponere pro ſingulari per præmiſſa : vnde in dubio poſt factum ſequi poſſet ipſorum opinio,quia fauorabilior: ſed ante factum tutior via eligatur , vt ſ̃. & ad prædicta vide omnino ſ̃. communia de ſacramentis.q.1.in fin.& infra q.37.& 46.

50 ¶†Trigeſimoquinto quero,quo ad ſuſcipiẽtes.Vtrum oẽs teneantur ad baptiſmum . Rñdeo ſ'm Tho. in 4.diſt.6.quilibet martyr etiã ſanctificatus in vtero propter tres rationes: primo quidem propter acquirendum characterem , quo annumeretur in populo Dei , & quaſi deputetur ad percipiẽda ſacramenta diuina . Secundo , vt per baptiſmi perceptionem paſſioni Chriſti ẽt corporaliter conformetur.Tertio propter bonum obedientiæ, quia præceptum de baptiſmo oĩbus datum eſt,ſ'm piſa.in verbo , baptiſmus.40.& addes cõia de ſacramentis.q.6.& ĩ.§.5.q.64.& ad illud,ꝙ ſanctificati in vtero ſunt baptizandi,idem Pet.de pal.in 4.diſtin.6.q.1.artic.1.vbi etiam qui fuerunt in vtero ſanctificati ibi videas .

51 ¶Trigeſimoſexto quæro , vtrum † puer in vtero exiſtens poſſit baptizari.Reſpondeo ſecundum Tho.vbi ſ̃.nõ poteſt, quia talis Deo notus eſt non eccleſiæ, nec ſubijci poteſt operationi miniſtrorum eccleſiæ : vnde dicit Auguſt. ꝙ ſicut qui non uixerit non poteſt mori,qui natus non fuerit non poteſt renaſci : non debet autem mater ſcindi,ut puer poſſit naſci & baptizari,quia ſecundum Apoſt.ubi ſ̃.non ſunt facienda mala ut ueniant bona : debet autem ſcindi,ſi iam defuncta eſſet, ff.de inoffi.teſta.l.poſthumus.qñ aũt apparet aliquod mẽbrũ, & non eſt plene natus,expectãda eſt talis egreſſio, niſi mortis periculum immineat ſeu timeatur: nã in tali periculo egreſſa parte principali,ſ.capite,baptizari debet, ſecus de alijs partibus, vt de manu & pede , quamuis non noceat , ſi illæ partes aſpergantur aqua baptiſmali,quia diuina miſericordia nõ eſt arctanda,& ſi poſtea naſcatur plenarie non eſt rebaptizãdus, ſ'm quoſdam , ſi nihil periculi accidit , ſed ad cautelam baptizetur ſub hac forma:ſi non es baptizatus ego te baptizõ: idem in ſum.confeſ.eo.tit.q.33.ſecundum fra.Nic.poſt piſa. & per Laud.in ſacramẽtali in rubrica de baptiſmo,in 10.col. ſic ergo puer exiſtens in vtero matris non poteſt baptizari, nec baptiſmo matris , quia diſtincta ſuppoſita requirunt diſtincta baptiſma:nec baptiſmo proprio, quia quod non tangit non agit & non põt attingi ablutione eccleſiæ, ideo &c. Item puer naſcens,antequàm egreſſus ſit ex vtero, nõ debet baptizari,niſi in periculo, & tunc quæcunque pars appareat baptizãda eſt:& poſtquàm eſt viuus egreſſus nõ eſt amplius baptizandus, ſi caput fuerit aſperſum:ſi tamen alia pars , ſub conditione, propter dubium poſtea baptizetur , vt plenius per Pe.de pal.in 4.diſtin.6.q.1.articu.1.vbi videtur velle, ꝙ
52 caput ſit aptior † pars ad baptiſmum, quàm alia pars corporis.& ſubdit , quòd mulier viua non debet ſcindi, vt puer viuus baptizetur , ſi etiam conſtaret ipſum ſine baptiſmo aliàs moriturum:ſi autem ſit ad mortem damnata , debet differri
53 † executio vſque ad partum , ne pereat innocens cum nocẽte,ff.de pœnis.l.prægnantis.ſed tunc eſt dubium, ſi licet matrẽ ſic dãnatã occidere , vt puer extractus viuus baptizetur, ſi aliàs timeatur ne differendo vſque ad partum moriatur ? dicendum eſt ꝙ non,quia non eſt expreſſum: ſi autẽ ſit mortua,non debet ſepeliri quouſque aluo cæſa fœtus extrahat̃ , ff.de mor.inferen.l.negat lex regia:ſicut Iulius Cęſar extractus fuit,& inde Cæſar dictus,vt Solinus refert , qui dicit tales fortunatos,ſ'm Pet.vbi.ſ̃.ſubdit tñ,ꝙ exiſtẽs in vtero põt baptizari baptiſmo sãguinis,& martir fieri,ſi ꝓꝑ odiũ Chriſti ſit, vt ibi latius,ad idẽ per Hoſt.in ſum.de baptiſmo.§.& q̃ ſit forma. verſ.qd ſi qua mulier.& de hoc etiam habet̃ de cõſe.diſt.4.ſi quicq̃.& c.ſi ad matris,& ſeq.& per Arch.5.diſt. baptizari.vbi dicit,ꝙ ſi puer caput extra miſit,põt baptizari, ff.de rel.& ſump.fu.cũ in diuerſis.ad illud de inciſione matris vide melius per Hoſt.in ſum.de conſe. eccleſiæ. §. & an. ver.quid ſi mulier.&c. dicit etiam frater Iac. de Marchia , ꝙ inquantũ piſa.dicit , ꝙ ſi apparet caput pueri,baptizãdus eſt, aliàs non,quod contrarium tenet Scotus in 4.diſt.3. vbi dicit,ꝙ ſi apparet pars minus principalis , ſ.manus vel pes , eſt baptizanda: quia ibi eſt tota anima , licèt omnes ſenſus ſint in capite , qa virtus Spiritusſancti eſt penetratiua , eo qđ in tali caſu Deus ſupplet illud qđ in potẽtia impediret: talis.n. & ſi mortuus naſcitur , ſepeliendus eſt in terra bñdicta. Hoc etiam Alex.de ales in 4.in titu.de bap.hoc etiã Fran.de mairone in 4.diſt.5.articu.1.pueri in ventre matrum mortui ex odio fidei ſaluantur,& tamen non ſubiacent ſacramentis eccleſiæ: multo potius qui ſunt baptizati in talibus ætatibus in fauorem fidei , quamuis non eſſet malum ſub cõditione eos rebaptizari ſecundum eum . ſed certe hoc etiam voluit piſanella ibi,quamuis non noceat &c.& ſic non videtur,ꝙ cadat hic defectus aſſignatus piſanellæ per eundẽ fra.Iacobum : & no.qđ ſtatur aſſertioni matris, ꝙ tempore baptiſmi ſenſit eũ viuum, licèt crura tantum emiſerat , vt ſic in cimiterio ſepeliatur , vt per Lapum allegatione ſua nu.104.& ad præmiſſa per Franc.de Zab.in cle.de ſum.tri.§.ad hæc,circa princip.

54 ¶Triceſimoſeptimo † quæro,quid fiendum, quãdo naſcitur monſtrum.Reſpondeo ſecundum Tho. in quolibet. aut certum eſt eſſe duas animas rationales, aut non : certum eſt autem , ſcilicet quando ſunt duo capita & duo colla & duo pectora , quia erunt per conſequens duo corda , & ſic ſunt baptizandi,vt duo,& quamuis pręſumatur quòd plures poſſint ſimul baptizari,dicendo,ego vos baptizo : tutius tamen eſt eos baptizari ſigillatim. Si vero dubium eſt , vtrum ſint duæ animæ, tunc primo baptizandus eſt vnus poſtea poteſt alter baptizari dubiè ſic : ſi nõ es baptizatus ego te baptizo. idem in ſum confeſ.eo.tit.q.33.vbi etiam dicitur , quòd tũc eſt dubium ſi nõ ſunt capita diſtincta,vel qđ ſimile,ſ'm Frat. Nic.poſt piſa.vbi ſ̃.ad idem & latius per Pet.de pal.in 4.diſt. 6.q.4.arti.primo,concluſione.3.& concordat Archi.de conſecr.diſtinct.4.proprie.ſecus tamẽ in monſtro, ſi careret ſenſu ſeu diſcretione, ꝑ not,per Io.An.in c.cũ apud.in 4.col.de ſponſ.& per Laud.in ſacramẽtali in Rub.de bap.in 10.col.& per Fran. in d.§.ad hæc.vbi etiã an furioſus poſſit baptizari.

55 ¶Trigeſimooctauo † quæro , vtrum in eo qui eſt baptizandus requiratur intentio & voluntas . Reſpondeo ſecundum Petr.ſuſcipientium baptiſmum tres ſunt differentiæ : quidã enim nunquàm habuerũt vſum rationis , vt paruuli & ꝑpetuo furioſi,& in his in neceſſitate ſufficit añcedens voluntas, ita ꝙ amẽtes & dormientes ſi ante furorẽ vel dormitionem habeant ꝯ̃riam voluntatem , non recipiunt ſacramentum , ſi autem habuerunt propoſitum , & hoc per ſigna aliqua innotuit,tunc in articulo neceſſitatis debent baptizari, ẽt ſi furioſus tunc contradiceret,ſi tamen neceſſitas nõ ſit,debet expectari dilucidũ interuallum,vel vigilia dormientis . Quidã vero habent vſum rationis,tunc cũ baptizantur,& in his requiritur contritio & deuotio ad percipiendum rem ſacramenti, & intentio,& voluntas ad percipiendum ſacramentum , nec tñ requiritur voluntas abſoluta ſuſcipiendi,quod ẽt confert, ſed qñq; ſufficit voluntas coacta,& ſi ſit coactio ſufficiens , & ex toto ab extra , vt cum aliquis reclamans immergitur violenter,talis nec ſacramentum ſuſcipit,nec rem ſacramenti : ſi autẽ ſit coactio inducens,ſicut minis & flagellis , ita ꝙ potius ipſe eligat baptiſmum ſuſcipere quàm talia pati , ſuſcipit ſacramentum,ſed non rem ſacramenti : idem Tho.in 4.diſt.4. & 6.ſimiliter & Ald & hæc ipſa probantur 45.diſt.de iudæis. & extra de bap.c.maiores,circa fin.idem in ſum.confeſ.lib.3. titu.24.q.36. ſecundum Frat.Nic.in addi.poſt piſa.vult ergo dare tres ſpecies baptizandorum,videlicet quorundam , qui nunquam habuerunt vſum rationis,vt ſunt paruuli : & quorundam,qui aliàs habuerunt, ſed non habent cum baptizantur,& concordat in effectu Hoſt.in ſum.de bapt.§.& quæ ſit. ver.quid ſi baptizans,& facit ſ̃.q.32.ad idem Pet.de pal.in 4. diſt.4.qui etiam alibi ſic dicit, dicas ꝙ requiritur intentio baptizantis & baptizati,differenter tamẽ, quia paruulus vel ab infantia furioſus non ſua ſed aliena intentionẽ parentum vel offerentium: aut baptizantis,ſi illi duo ſoli eſſent baptizati : ſi autem dormiens ſit vel amens , qui prius habuit vſum rationis,non baptizatur,niſi prius intenderit actu , & per conſequens tunc habitu. Vnde qui ſemper contradixerunt, nec characterem recipiunt : qui autem timore vel aliter conſentiunt,characterem recipiunt,& ad fidem coguntur, extra eo. maiores.qui autem vſum rationis actu habent,niſi actu conſentiant, nihil recipiunt : baptizantis autem intentio ſemper eſt neceſſaria : Rectitudo vero intentionis nõ exigitur, dum tamen intendat dare,& ille intendat recipere , quod facit eccleſia catholica : ſed an ſufficiat ſola expreſſio vocalis,an etiã requiratur intentio mentalis , multa argumẽta fiunt hinc inde,tamen opinio,quæ habet,quod requiratur etiã mentalis , tanquam cõior & tutior tenenda eſt, vt per Petr.de pal.in 4. diſtin.6.q.1.per totum.ad quę adde Ioan.And.in c.1.de bap. in 4.& 5.colum.& ad præmiſſa adde Laud.in ſacramentali in rubrica de bapt.in 21.colum.ver.4.an intẽtio. & ver.quinto quæro , & ſequenti , & in 23. colum. vbi etiam dicit quod in hoc ſacramento ad ipſius perfectionem nõ requiritur, ꝙ duo agentes ſimul conſentiant , ſed duntaxat vnus agens & alter patiendo aptam & diſpoſitam materiam præſtans:vnde licet in agente requiratur vera intentio & pura, in patiente minimè,dum tamẽ aliquid non accidat, quod materiam indiſpoſitam reddat,ſecundum eum, vt ibi latius , & ſic puer & dormiens & amens,qui nunquam diſſenſerunt, incorporati ſunt & vniti noſtræ eccleſiæ militanti per characterem, qui eſt effectus ſacramenti baptiſmi, ſecundum eum in 23. col. quem etiam vide ad præmiſſa ibidem in vlt.colũ.vbi ſubdit , quòd
56 fatuus,qui caret † totalitet libero arbitrio, non poteſt baptizare, ſecus in fatuo , qui neſcit decenter inter homines conuerſari , ſicut ſuum ſtatum deceret , aliàs tamen vſu rationis non caret,quia talis poteſt baptizare , & de tali loquitur 12. q.4.innocens,ideſt fatuus,ſecundum eum:vnde quantum ad paruulos in baptiſmo ſufficit voluntas parentis offerẽtis,aut tutoris,aut proximorũ in defectu parentũ,vt per eundẽ Pet. in 4.diſt.25.q.3. arti.1. in fi.inde filij Chriſtianorum omnino baptizandi ſunt paruuli,de conſe.diſt.4.ſi baptizata.nec poſſunt reclamare poſt pubertatẽ, vt per Fran. & Doct.in c.maiores.§.fi.de bapt.& Hoſtiẽ.in ſum.eo.§.fi.poſt medium.& ſi paruuli baptizati moriuntur,ſalui ſunt,de conſec.diſt.4.quęris.in fi.& c.paruulo.& ſequẽ.& adde.ĩ.q.proxima. Idem dicendum de perpetuò amentibus & perpetuò furioſis , vt per Hoſt.in ſum.eo.§.& quæ ſit.ver. quid de furioſis. qui ẽt obligantur ignorantes,cùm fiat melior ipſorum conditio , vt per Hoſti.in d.§.& quæ ſit.in fi.& nota , ꝙ ſi in neutro propoſito erat ante dormitionem vel furorem, quia de hoc nõ cogitabat,character imprimitur & baptizatus eſt,ſ'm Hoſt.in dicto verſ.quid de furioſis. Idẽ dicas de muto,ſurdo,& cęco ſimul, per not .per Io.And.in c.cum autem.de ſpon.& nota,ꝙ ſi cõſtaret eccleſiæ baptiſmũ fuiſſe collatum abſq; intentione , vt quia recipiens proteſtabatur expreſſe , debet poſtea rebaptizari,arg.de condi.appo.c.fi.& idem videtur iudicium de baptizante & ſuſcipiente, licèt gl.notet ꝯ̃rium de conſe.diſt.4.

ſolet.cum nullo modo baptizare intendat, ſecus in ficte recipiente ſeu baptizante,infra quæſt.50. ſecundum Laud.in dicta rubrica de bapt.penul.colum.

57 ¶Trigeſimonono † quæro , vtrũ in eo qui debet baptizari requiratur fides.Reſpondeo ſ̃m Pet. in paruulis & naturaliter ſtultis & huiuſmodi,qui per ſe non poſſunt credere , nõ requiritur fides propria,ſed ſufficit aliena : in alijs requiritur fides propria,non quidem ad ſuſceptionem ſacramenti,quia & ſine ea reciperetur character,ſed quantum ad ſuſceptionẽ rei ſacramenti,ideſt gratiæ.Idem Tho.in 4.diſt.6.idẽ in ſum.

58 confeſ.eo.tit.q.37.ſ̃m Fran.Nic.poſt piſa.& nota,quod† etiã paruulus vnius diei baptizatus obligatur ad fidẽ ſ̃m Archi. de hæret.c.contra chriſtianos.in verbo infantes . Nota tñ, ꝙ

59 ſi ſit maior ſeptem † annorum , debet per ſe reſpondere , ſed infans per alium,not.de conſe.diſt.4. paruuli. vbi ẽt ꝙ debet ſymbolum credere,ad quod videtur glo.in c.vt quiſq;. de vi. & hone.cleri.facit ea.diſt.4.c.ſi qui.& c.cum pro paruulis, & c.baptiſmi.& c.queris.poſt medium,cum ſi.& ideo ſ̃.q.prox. dicitur de paruulis nõ habentibus vſum rationis, ad quod ſ̃. §.6.q.94.& not.quod ẽt mater poteſt rñdere,de conſe.diſt.4. mater eccleſia. & adde ſ̃.q.proxima. vnde adultus baptizandus bene faciet,ſi agat pœnitentiam de peccatis, de conſecr. diſt.4.agunt.non tñ ſi ſunt paruuli , ea. diſt. omnes. ad hoc ſ̃. q.49.& ſ̃.§.5.q.40.& ad principale propoſitũ huius quæſtionis per Pet.de pal.in 4.diſtin.6.q.3. vnde infans ex baptiſmo obligatur ad fidei obſeruantiã,& aſtringitur,d.c.contra chriſtianos.quod ſpeciale eſt in hoc ſacramẽto, in quo quis liberatur per alium,vt per Imo.in cle.1.de homi.3.col.poſt Doc.

60 ¶Quadrageſimo † quæro , an baptiſmus debeat iterari . Reſpondeo non, 1.q.1. ꝙ quidam.pœna aũt iterantis ſ̃m leges eſt decapitatio, C.ne ſan.bap.iter.l.2.vbi dicit de vltimo ſupplicio , quod importat mortem qualitercunq; inferatur . ſ̃m canones tales non poſſunt promoueri, ſiue ſcienter rebaptizati ſint,ſiue ignoranter, & poſtquam ſciuerunt ratum habuerunt, d.l.confirmandum.aliàs vero qui ignoranter rebaptizati fuerunt,vt infantes , vel coacti abſolutè poſſunt promoueri,ſecũdum quoſdam de iure: ſ̃m alios quod tutius eſt de diſpenſatione,de conſec.diſtin.4.eos.aliàs incipit, hos. & melius facit c.qui bis.ea.diſtin.vbi dicitur,qui bis ignoranter baptizati ſunt, non indigent pro eo pœnitere , niſi ꝙ ſ̃m canones promoueri non poſſunt , niſi magna aliqua neceſſitas cogat. Item clerici iterantes baptiſmum deponendi ſunt, ar. in d.c.eos.& c.qui bis. laici verò excõicandi & pœna plectẽdi grauiori, vt ibi.vbi tamen nil dicitur de excõicatione , ſed de grauioribus pœnitentijs.ſed ſi dubitetur, an aliquis baptizatus fuerit,baptizetur his verbis præmiſſis , ſi baptizatus es non te baptizo:ſed ſi nõ es baptizatus,ego te baptizo,In nomine patris,& filij,&c.extra de bapt.c.2. & eodem modo faciendum eſt , qñ dubitatur probabiliter de collatione aliorũ ſacramentorũ, puta an ſit aliquis confirmatus vel ordinatus, & huiuſmodi , vt in ſum.confeſ.eo.tit.q.38.ſ̃m fratrem Nic. poſt piſa.in verbo baptiſmus.ad idem per Pet.de pal.in 4.diſtin.6.q.4.art.1.vbi inter alia dicit, ꝙ ſcienter rebaptizans eſt irregularis,de apoſta.ex literarum. & per Hoſti.in ſum.eo.§. ſi.in ſi.ſubdens,ꝙ ſi in veritate erat primò baptizatus,poſtea ſecundo,non recipit characterem , quia in hoc caſu ad vocẽ ſolummodo refertur,ſ̃m Gratia.78.diſt.§.quid ergo &c.ſ̃m eum. & ꝙ iterari non debeat baptiſmus, habetur & not.in d. c.quod quidam.§.eccleſiæ qñ,& de conſec.diſt.4.Romanus. & ſeq.& c.hi qui.& ſeq.& c.oſtẽditur. & c.hi de quibus. & c. nullus.& c.non in nobis.& c.ſiue hæreticus, & c.hi vero.etiã ſi per laicum in neceſſitate collatus fuerit, vt nota.per glo. & Archi.in d.c.quod quidam.ad quod ſ̃.q.23.& nota,quod dicit probabiliter dubitatur , nam ſi de parentibus fidelibus & inter fideles natus eſt,præſumitur baptizatus, & non dẽt baptizari,vt in c.veniens,de presbyt.non bapt.ſ̃m Fran.in d.c. 2.de bapt.& Hoſt.in ſum.de presby.non bapt.§.fi.facit quod not.68.diſt.presbyteri.in fi.& de conſe.diſt.4.ſi eos. qualiter autem poſſit eſſe dubium,per Doct.ibidem : & intellige ſiue de facto dubitetur,ſiue de iure propter diuerſas opin. vt per Hoſt.in ſum.de bap.in fi. quibus autem modis deprahẽditur aliquis non baptizatus,per Ioan.And. in c.1.de presbyt.non bapt.in princ.adde , ꝙ punitur etiam permittens ſe baptizari iterum,vt not.hic in glo.1.huius capituli ad limina. & ſupra patet . & ad illud ꝙ clerici iterantes baptiſmum deponendi ſunt,dicit frater Lucas de Marchia ordinis minorũ , quod immo ſtatim depoſiti ſunt, quia irregulares efficiuntur , maxime ſi ſcienter , vt dicit Riccar.in 4.diſt.4.q.2. & in directorio iuris.in tit.de bap.dicitur,ꝙ ille qui ter mergeret puerum repetendo iterum formam,irregularis efficitur,& ſic ipſo facto depoſitus eſt ſ̃m eum.ſed ſalua pace ipſius Hoſt.Io.And. Ioan.de Lig.& Doct.in c.2.de apo.& reiteran.bapt.dicunt,ꝙ ſi doloſe fiat & ſcienter ſ̃m leges punitur vltimo ſupplicio , ſecundum canones clericus deponitur &c.ergo non ipſo facto depoſitus eſt:nec obſtat,quia efficitur irregularis,quia ex homicidio ꝛhitur irregularitas , & tñ non ipſo facto depoſitus eſt beneficio obtento,vt per Compo.de elec.quod ſicut, antepen.col.& per Fran.in c.inquiſitionis, in prin.de accu.& quod not.Inno.in c.dum noſtris.in prin.de conceſ.præbẽ.& Archi.50.diſt.ſtudeat. ergo non ſequitur indiſtincte,irregularis eſt,ergo ipſo iure depoſitus eſt.& ſatis eſt,ꝙ cõis opinio

61 doctorum ſit,ꝙ deponatur vt prædixi : vnde a cõi ſeu† generali opinione non eſt recedendum, vt per Doc.in l.quod ait. §.ait prætor. ff.de infam. & ſ̃.§.6. q.200. & in dubio præferi

62 opinio antiquioris † & habentis maiorem auctoritatem, 33. q.2.hoc ipſum,in fi.& fauorabilior eſt,quia a pluribus roboratur,de pœniten.diſtin.4.§. finis huius auctoritatis , & adde §.20.quæſt.7.

63 ¶†Quadrageſimoprimo quæro,cùm Iudæus vel paganus petit baptiſmum,An ſtatim baptizandus ſit. Rñdeo ſi periculum eſt in mora,vt quia baptizandus timet,ne alij infideles ſi hoc ſenſerint interficiant, vel eum aliter impediãt , quam citius eſt baptizandus,de conſe.diſt.4.ne ꝙ abſit.ſed ſi periculum non imminet,tunc per octo menſes vel alio termino arbitrario debet differri,& inter cathecumenos teneri, ea.diſt. Iudæi.& c.ſeq.Idem in ſum.confeſ.eo.tit.q.41.& adde q.44. ſecundum Fran.Nic.poſt piſa. Idem Hoſti.in ſum. eo.§.quæ ſit eius forma.ver.quid ergo.& ver.vt autem.in fi.adde infra q.44.fuit autem hoc ſpecialiter ſtatutum de iudæis, ſ.ꝙ ante baptiſmum examinarentur & agant pœnitentiã per ſatisfactionem certorum menſium vel dierũ , non propter ſatisfactionem peccati,ſed propter reuerentiam baptiſmi,ad quam iudæi propter circunciſionem & alia legalia ſacramenta non adeo appretiabantur,ſecundum Archi.in d.c.iudæi. qui ſentit, ꝙ in baptizando iudęum requiratur auctoritas epiſcopi: quod probatur in d.c. ne ꝙ abſit longa dilatio &c. facit cle.1. de bapt.& in Spe.de diſpen.§.nunc de eꝑorum. ver.125. vel põt dici,ꝙ fuit ſtatutũ, quia qñq; iudæi ficte accedunt ad baptiſmum,vt dicit Archi.in d.c.Iudęi.vnde quia hodie cõiter incontinenti baptizantur,vel cum modico interuallo , nõ vt bene tutam: Nam ſæpe illudunt baptiſmo facientes ſe baptizari,vt poſſint ex queſtu eleemoſynarum pecunias quęrere, & deinde recedentes ad alia loca ſtant inter iudæos,vt prius, vt not.Fran.in c.debitum.1.q.de bap.vbi ẽt dicit, ꝙ ſi iudæus non fuit vſurarius,nec rapuit aliena,baptizabitur etiã ſi non renunciet bonis proprijs,licet multi per ignorantiam ꝛrium credant,vt ibi latius. facit ſ̃.§.5.q.42.An autẽ filij paruuli iu-

64 dæorum,vel infidelium † poſſint inuitis parentibus baptizari ? Archi.tenet ꝙ ſic,45.diſt.qui ſincera.& intelligit glo.contrariã poſitã 28.q.j.iudæorum. cũ determinatione,niſi princeps ſeu dñs & patronus ipſius pueri ipſum baptizaret, cùm in eo habeat poteſtatem tanquam dñs in ſeruo , dum tñ hoc faciant propter ſaluãdos pueros per fidei ſacrm, ad cuius ſuſceptionem ſufficit,ꝙ non inueniat obicem ꝛriæ voluntatis, ſ̃m Rodo.& Arch.ibidem.Ibi ſequuntur aliqui Doc. ſecundum Imo.in cle.de iudæis.& ideo dicit beatus Thom.ꝙ licet baptizari non debeant,tñ tenet baptiſmus ſi cõferatur , vt in ſum.Piſa.in ver.Iudæus.ſed ad dictam rõnem Arch.ſequẽdo glo.prædictam,quam ẽt ſequitur Fran.in d. cle.poſſet rñdere, quia licet habeat poteſtatem ſupra perſonam, non habet ſupra animam:facit ad hoc quod not.Archi.74.diſtin.vbi iſte , ſuper glo.& clarius.17.q.2.ſi quis.per eundem Arch. vbi di-

65 cit quod †dominus habet ius in corpore ſerui non in anima, quam ſeruus ipſe inuito dño obligare poteſt, ar.29.q.2.omnibus.& dicit dominus Fran.in c.de vxore.in fi.principij,de ſepul.ꝙ ſeruus quo ad ſacramẽta liber eſt, de coniu.ſeruorũ. c.1.vide Ioan.de Lig.in c.& ſi iudæos.de iudę.qui refert opiniones præſertim opin.Scoti tenentis opin.glo.& ideo concludit Pet.de pal.quantum ad paruulos infidelium,ꝙ non licet Principibus chriſtianis paruulos infidelium auferre parentibus,& eos baptiſmo offerre , quod ſi fiat non valet . ſed quicunq; parentũ conſentit, cuiuſcunq; ætatis paruulus exſtat,in fauorem fidei videretur baptizandus,ſiue ſit pater cõſentiens ſiue mater,vt per eundem Pet. plene in 4.diſtinc.4. quæſt.4.per totum,& diſt.25.quæſt.3.artic.1.ante finẽ.verti. ſed tamen licet iſta &c. quod etiam placet per præmiſſa : & ꝙ paruuli inuitis parentibus non poſſunt nec debent baptizari,ſequitur Laud.in ſacra.in rubrica de bapti.penul.colum.

66 ¶†Quadrageſimoſecundo quæro, quid ſi quis non baptizatus promouetur in ſacerdotem & epiſcopum , & poſtmodum celebrat,& multos ordinat ? Reſpondeo ſecundũ Tho. in 4.diſt.23.non baptizatus nullum ordinem recipere poteſt nec conficere nec abſoluere,nec etiam ordinari , tamen pie credi poteſt ꝙ quantum ad vltimos effectus ſacramentorum ſummus ſacerdos ſuppleret defectus , & ꝙ non permitteret hoc ita latere,ꝙ in periculum eccleſiæ imminere poſſet . Albert.aũt dicit , ꝙ putat talem conficere non in poteſtate ſua, ſed in poteſtate eccleſiæ: deſcẽdit enim tũc a virtute ſpiritus ſancti vegetantis eccleſiam poteſtas in illum , ne eccleſia decipiatur , & iſtum excuſat ignorantia inuincibilis, vt in ſum. confeſſo.libro 3.titu.22.quæſt.28. primum verius videtur, nam cùm de hoc errore conſtiterit,taliter ordinati debent iterum ordinari, vt in c.1.extra de presbyter.non bapt. & de ficte accedentibus ad baptiſmum, habes.infra q.j.ſecundum fra. Nico.poſt piſa. vbi ſupra idem in effectu. Ho.in ſum.de presbyt.non bapt.& per Archi.in cap.vno.in verbo ſuſceptionem.de voto.libro 6.ſed fra.Iacob. de Marchia dicebat, ꝙ contrarium expreſsè not.in dicto cap.2.in gloſ.ſuper verbo,beati Ambroſij.videlicet ꝙ ſacerdos non baptizatus credens ſe baptizatũ vere conficiebat quo ad ſe & quo ad alios, & communicantes recipiebant meritum, & populus non eſt idolatra adorans,quamuis in veritate non cõficiebat quo ad ſacramentum,hoc etiam in directoria iuris.in tit.de bapt.§.ſi quis fuerit ordinatus,hoc etiam Ho. ibidem in lectura ſecũdum eum. ſed hoc dicere non videtur expediens,immo illa gl.concordat , dum dicit , ꝙ talis putatiuus ſacerdos in veritate non cõficiebat : & ſequitur ibi dominus Franc. & facit in ſimili,quod not.in c.vno.glo.magna ante mediũ, de rel.& ven.ſan.lib.6.& infra §.fi.quæſt.40.& queſtio.91. & ſeq.& q. 194.in fi.vnde dicit Laud.in ſacramentali in rubrica de bap. in 13.colum.ꝙ ſi baptiſmus,qui eſt fundamentum, deeſt, nihil ſpiritualitatis adeſt,nec ordo,de presbyter.non bapt.veniens.nec matrimonium quantum ad hoc ꝙ ſit ratum,de diuor.cap.quanto.& ibi latius.

67 ¶†Quadrageſimotertio quæro quo ad tempora , vtrum aliquod tempus determinatum ſit ad baptiſmum. Reſpondeo ſecũdum Tho.in 4.diſt.6. ꝙ in baptiſmo duo conſiderãtur,ſcilicet ſubſtantia ſacramenti , & quantum ad hoc nõ eſt aliquod tempus determinatũ, immo qualibet die & hora baptiſma celebrari poteſt. Aliud eſt ſolemnitas, & quantum ad hoc eccleſia habet duplex tẽpus, ſcilicet ſabbatum Paſchę,&

68 ſabbatum Pentecoſten.Ratio huius eſt,quia † baptiſmus habet efficaciam ex duobus,ſcilicet ex virtute ſpiritus ſancti,& ex paſſione Chriſti,cuius morti aliquis configuratur per baptiſmum quaſi conſepultus Chriſto in morte, ad Romanos. 6.vt in ſum.confeſ.lib.3.titu.24.q.29. ſecundum fratrẽ Nic. poſt piſa.in verbo,baptiſmus.5. & vide de conſe.diſt.4.duo. & cap.non ratione.cap.ſi quis autem.cap. de cathecumenis. & tribus ſequentibus.& cap.ne quod.cum ſimilibus. Item in neceſſitate confertur quocunque loco.& tempore , de conſec.diſt.3.celebritatem. & dicit Hoſt. ꝙ in adultis , in quibus conuerſio mentis ſupplet vicem baptiſmi,non debet ꝙs alijs temporibus baptizari,niſi ſit periculum, ſed in pueris , quib. præter baptiſmum flaminis vel ſanguinis nulla ſalus promittitur,de conſec.diſt.4.nulla.omni tempore conferi poteſt , ne morte præueniatur, qđ in paruulis timẽdum eſt,ſecundũ eum in ſum.eo.§. & quæ ſit.ver. & nunquid ad quid. infra q. proxima.

69 ¶Quadrageſimoquarto † quæro , vtrũ baptiſmus debeat per aliquod tempus differri . Reſpondeo ſecundum Thom. in 4.diſtin.4.magis eſt laudabile,ꝙ puer quam citius fieri põt baptizet:primo quia interim puer mori poſſet,& dãnaretur.

70 Secundò , quia dæmones † non habent tãtam poteſtatem in baptizatis ſicut in non baptizatis, neq; quantũ ad nocumẽta ſpiritualia , neq; quantum ad nocumenta corporalia. tertio, quia in pueritia facilius homo inducitur & aſſueſcit in his, q̃ ſunt chriſtianæ religionis & fortius inhæret . ¶Adultis autẽ ſicut dicit Tho.in 3.parte.q.68.non ſtatim cum conuertũtur eſt ſacrm hoc conferendum. Quartò propter reuerẽtiam ſacramenti,dum in ſolemnitatibus præcipuis.ſ.Paſchę & Pentecoſten homines ad baptiſmum admittuntur:ſi tñ plene eſſent inſtructi,aut ſi mortis periculũ imminet,ſtatim eſſent baptizandi.Idem in ſum.confeſſorũ,eo.tit.q.40. & quia paruuli fidelium debent baptizari in pueritia , & non expectari ætas perfecta,vide per Pet.de Pal.in 5.diſt.3.q.4. & ꝙ Hoſtien.in ſum.eo.§.& quæ ſit.ver.quid ergo de adultis.vbi cõcludit,ꝙ hodie adultus infra duos vel tres dies, vel ſtatim ad arbitrium epiſcopi poterit baptizari prout viderit expedire: bonum tamen eſt vt ante baptiſmum ſi fieri poteſt ſine peri-

71 culo,ꝙ inſtruantur,& ponit ibi de † catechiſmo græcè,quod latinè dicitur adiuratio , quæ tamen non ſunt adeo neceſſaria,ꝙ ſufficiãt ad ſalutem , & quin ſine ipſis poſſit quis baptizari,de conſec.diſt.4.firmiſſimè,ſ̃m Hoſtien.ibidem,& adde not.in c.ſi.de pœni.& remiſ.facit 5.diſt.in princ.& quod not. Hoſt.in ſum.de matrimonio.§.qualiter contrahatur.circa finem.vbi dicit , ꝙ propter periculum mortis ſubitaneæ debet puer ſtatim baptizari.dicit tamen ipſe Hoſt.in dicto §.& quęſit. ver. quod ſi is . ꝙ in paruulis ſimiliter obſeruatur , ꝙ baptizantur ad arbitrium parrochialium presbyterorum , & ſi moreretur paruulus , de quo dubitatur , an rite fuerit baptizatus, relinquitur filio Dei ſecundum eum , ad quod.ſ̃.q.20.

72 ¶ † Quadrageſimoquinto quæro,quo ad ritum baptiſmi, vtrum immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi. Reſdon. Tho. in 3.parte.q.66.quando conſuetudo eccleſiæ patitur,vel quando neceſſitas incumbit propter defectum aquæ, ſiue propter periculum pueri, de cuius morte timetur , vel etiam quia ſacerdos non poſſet ſuſtentare baptizandum , poteſt ſine immerſione baptiſmus celebrari , & etiam ſufficit ſi tantum caput aſpergatur,ſed immergendi conſuetudo laudabilior eſt, ſimiliter laudabilior eſt , ꝙ ter immergatur , quod ſignificat fidem trinitatis & triduum ſepulturæ Chriſti. hæc tamen ſignificatio non eſt de ſubſtantia ſacramenti , tamen grauiter peccaret , qui contra conſuetudinem eccleſiæ tantum ſemel immergeret : idem Petr. de Alber. in ſum. confeſ. eod. titu. q.14.& 15.ſecundum Fran.Ni.poſt piſa. Ad idem per Pet.de pal.in 4.diſt.3.q.3.art.2.& ꝙ ſufficiat vnica immerſio,ſi conſuetudo terræ hoc approbat,patet de conſec.diſt.4.de trinitate.ſecundum Hoſt.in ſum.eo.§.quæ ſit. circa princi. & per Laud.in ſacramentali in rubrica de bap.in 18.colum.ver.ſed nunquid debet fieri . quin etiam ꝙ ſine trina immerſione vel etiam nulla per aſperſionem tantum aquæ ſit baptizatus, tenet Fran.poſt Inno.in c.j.in 9.q. de bapt. dicit tamen ibi Ioã. And.in 4.col. ꝙ quicquid dicatur , nihil tñ eſt omittẽdum de eo quod poteſt fieri, & generaliter conſuetum eſt, quia regulariter & ſemper & in verbis & in factis forma exacta diligẽtia eſt ſeruanda. ſed nec dicimus, ꝙ eccleſia imprimat characterem animæ baptizati , immo ſolus Deus hoc facit ſ̃m eũ : qui etiã dicit, ꝙ ſufficeret ſi modica ſcintilla aquæ proiectæ a baptizante eum tãgat,vt baptizatus ſit,vt per eundẽ in c.debitum.de bapt.ad qđ ſ̃.q.19.Vnde de immerſione baptizãdi alia eſt conſuetudo in vno loco alia in alio ſ̃m Archid.diſt.1. oẽs.in prin.& in d.c.de trina.vbi dicit, dũmodo forma eccleſiæ obſeruet. debet ergo in ſubſtantialibus ſeruari forma eccleſiæ,licet in aliquibus locis ſit conſuetudo , vt totũ corpus pueri infundat aqua:alicubi ꝙ tantũ ſufficit caput.alicubi effundere aquã ſupra corpus pueri.& idẽ not.in c.j.de bap.per glo.& Doct.ad hæc ſ̃.q.52.vnde ſi aliqua eccleſia præter formã ſeu ſeruata forma aliqd faceret , non peccaret , ſicut Mediolanẽſis,quę prius lauat pedes baptizandorũ,vt no.Io.An. in c.ſuper eo.ad fi.de cogna.ſpũali,& not.1.q.1.emendare.& de fonte vel alio vaſe baptiſmatis,de cõſe.diſt.4.oĩs ꝓsbyter.

73 ¶Quadrageſimoſexto quæro, quid † ſi de duobus ſacerdotibus alter ſit mancus & alter mutus , alio proferente & alio immergente, Reſpondeo Thom.in 4.diſt.6. non eſt baptiſmus.Idem Hoſti.quia ipſa verba formæ oſtendunt , ꝙ ab eodem habeat fieri immerſio & verborũ ꝓnunciatio , vt in ſum.confeſ.eo.ti.q.38.ſ̃m fra.Ni.poſt piſa.ver.ſ̃.idẽ Petrus de pal.in 4.diſt.4.q.v.art.2.vbi ſatis arguit in ꝛrium : vt tamẽ reſidere,ꝙ plures poſſint concurrere in baptizãdo,dummodo vterq; dicat & faciat totum,ita ꝙ a duobus fiat totum ſiue totaliter ſiue partialiter,vt ibi latius, ad hoc ſupra q.34. & ſupra communia de ſacramentis.quæſt.11.in fin.

74 ¶Quadrageſimoſeptimo quero,quid ſignificent ſacramẽtalia,quæ fiunt in baptiſmo.Rñdeo ſ̃m Pet.quarto ſentẽtiarum,quatuor ſacrãlia fiunt ante baptiſmum,quæ ſignificãt hoc modo,exſufflatio & inſufflatio ſignificant ſpiritus maligni expulſionem & boni introductionẽ : ſalis immiſſio gratiam & ſapiẽtiam, & a peccatorum putredine præſeruationem. ſaliuæ contactus ad aures & nares ſenſum ſpũalium apertionẽ : vnctio olei in pectore & inter ſcapulas legis Dei amorẽ & deuotã ſubiectionẽ:tria ergo alia fiunt poſt baptiſmum,ſcilicet criſmatio in vertice,quæ ſignificat Chriſti gra-

tiam in mente: impositio cerei, quæ significat fidei & morũ
claritatem: vestis candida, quæ significat innocentiæ restitu-
tionem, ſm Pila. Idem in ſum. confeſ. eo. titu. q. 44. vbi etiam
dicitur, nunquam licet pannum, quo ligantur frontes confir-
matorum, ſeu veſtem, quę ponitur in capite baptizati, iterato
ſumere ad idem officium, 4. diſt. ſiquis voluerit. in tex. & glo.
ſm Nico. in addi. ad quę adde ȝ. q. 52. De catechiſmo & exor
ciſmo, & effectu ipſorum plene per Pet. de Pal. in 4. diſt. 6. q.
4. art. 2. & 3. per totum. & ſ. q. 44. & ȝ. q. 2. adde ȝ. §. 2. q. 14.

75 ¶ † Quadrageſimo octauo quæro, vtrum in baptiſmo vel
confirmatione poſſit leuare vel tenere qui non eſt baptiza-
tus vel confirmatus. Reſpondeo non poteſt, de conſecr. di-
ſtinct. 4. in baptiſmate. niſi in neceſſitate, quia tunc etiam ba-
ptizare poteſt, & de ſacro fonte leuare, & de hoc habes ȝ.
§. 4. q. 151. ſecundum fra. Ni. poſt piſa. & de patrinis in baptiſ-
mate habetur de conſe. diſt. 4. in cathecismo, & ſequentibus.
an autem tunc talis infidelis efficiatur compater, vide. 30.
quæſt. 1. c. 1. per glo. & Archi. & Pet. de Anch. in c. 1. in princ.
de cogna. ſpirituali, li. 6. & in hac quæſtione & ȝ. §. 4. q. 151.

76 ¶ † Quadrageſimonono quæro, quo ad effectum baptiſmi
quis ſit effectus baptiſmi. Reſpondeo ſecundum Tho. in 4.
diſt. 4. paruuli quidem in baptiſmo mundantur ab originali,
& dantur eis virtutes in habitu, ſed non vſu. Adultis autem
fit remiſſio omnium peccatorum non ſolum originalis, ſed
etiam aliorum, & totius penę, neque requiritur alia pęnitẽ-
tia: concordat Pe. & magiſter ſen. ſecundum piſa. Idẽ in ſum.
confeſſorum, eo. ti. q. 16. vbi etiam dicitur, ꝙ requiritur attri-
tio, quæ tollit indiſpoſitionem, ſ. propoſitum peccandi, & ꝙ
malũ ei diſplicet, ſecundum Pet. & Tho. al. ſed Alex. de ales
ſuper. 2. ſen. diſt. 37. q. 10. quæ incipit, 8. quæritur. & q. 16. quę
incipit, quęritur poſtea. dicit, ꝙ cùm adultus venit ad baptiſ-
mum, de neceſſitate debet dolere & pęnitere de oĩbus mor-
talibus, quorum recordatur, & etiam de venialibus in gene-
re, & fortè de maioribus venialibus particulariter dolendo
ꝙ cõmiſit, ſeu ꝙ ſit in culpa alicuius peccati ẽt venialis, qd̃ ſi
nõ fecerit graciam non recipit baptiſmalem, ſecundum fra-
trẽ Ni. in additione. Sed gl. de conſ. diſt. 4. agãt. vt̃ intelligere,
ꝙ non ſit in præcepto, ꝙ agat pęnitentiam: facit ſ. q. 39. & ad
principium huius, quæſtionis vide per Pet. de pal. in 4. diſtin.
q. 1. & ſ. in 17. notabili, & in q. 51. & an per baptiſmum tolla-
tur omnis effectus peccati, vt pęna & irregularitas, vide per
Ioan. And. in c. gaudemus. de diuor.

77 ¶ Quinquageſimo † quæro, vtrum fictio impediat effe-
ctum baptiſmi. Reſpondeo ſecundum Petr. qui fictus eſt in
hoc, quòd ſimulat velle conferre vel ſuſcipere baptiſmum,
& non intendit, effectum eius impedit. Sed qui ſimulat ſe di-
ſpoſitum interius, cùm non ſit, vel quia non credit, vel
quia cum propoſito peccandi accedit, aut cõtẽnit ſacramen-
tum, ideſt non reueretur, non ſuſcipit rem ſacramenti ideſt
gratiam ſed caracterem ſuſcipit. Et vt dicit Augus. conua-
leſcere incipit, quando fictio veraciter confeſſione receſſe-
rit, & baptiſmus quidem peccata ante commiſſa delet quo
ad culpam & pęnam, Sed commiſſa poſt baptiſmũ delet quo
ad pęnã & culpã, & hoc per accidens, quia magis delẽtur vir-
tute pęnitentię: concor. Tho. & Alber. in 4. diſt. 4. Idẽ in ſum.
confeſſorum, lib. 3. tit. 24. q. 17. & 18. ſecundum fratrem Ni.
poſt piſa. eſt ergo opinio Tho. ꝙ recedẽte fictione baptiſmus
in iſto habet totum ſuum effectum, vt plene per Pet. de pal.
qui ſequitur Tho. in 4. diſt. 4. q. 5. per totam. & adde glo. de
ſumma trinitate, in cle. 1. ad fin. & ſic ficte baptizatus chara-
cterem recipit non rem ſacramenti, ideſt non proficit ad ſa-
lutem, niſi illa fictio recedat, de conſe. diſt. 4. tunc valere. & c.
ſolet. 1. q. 1. ficti. ſecundum Tho. in ſum. eo. ver. quid de ficte.
& per Fran. de Za. in c. 1. in fi. & in c. maiores. in fi. de bap. Et
de hoc not. in d. c. ſicut ficti. & de pę. diſt. 3. illud autem Gre-
gorij. in fi. & di. 4. verum hic. & de conſe. di. 4. ſolet. & ſe. & c.
quomodo. ante fi. & ſequẽti. per Laud. in ſacramentali in ru.
de bap. in 24. colum. & ſequenti. vbi multa dicit, & in idem
recidit, & vide eum in penult. col. vbi intelligit fictum illum
proprie, qui ſine fide vel cum propoſito peccãdi, vel qui ſine
pęnitentia ad ſacramentum accedit, vnde oportet quòd ſit
aliqualis volũtas recipiẽdi in illo baptiſmum, de cõſc. diſt. 4.
ſolet. & c. quomodo. ſecundnm eum, ad hoc. ȝ. §. 4. q. 38. in fi.

78 ¶ Quinquageſimo primo † quæro, vtrum effectus baptiſmi
ęqualis ſit in oĩbus. Rñdeo ſm Pe. quantũ ad characteris im-
preſſionem & peccatorũ & pœne dimiſſionem ęqualis effe-
ctus eſt, ſed quãtũ ad depreſſionẽ fomitis & infuſionẽ gratiæ
eſt inęqualis, quia inęqualis poteſt eſſe diſpoſitio voluntatis
in paruulis, tamẽ quia ęqualis eſt diſpoſitio, & effectus ęqua-
lis erit, concor. Al. & Tho. in 4. diſtin. 4. idem in ſum. confeſ.
eo. ti. q. 21. vbi etiam dicitur, quòd ex priuilegio ſpeciali po-
79 teſt plus dari vni quàm alteri, & baptiſmus † non tollit irre-
gularitatem bigamiæ, vt in ſum. piſa. in verbo, bigamia. §. 6.
ſed bene tollit illam homicidij, vt in eadẽ ſum. homicidiũ. 2.
§. 1. in fi. ſecundum fratrem Ni. poſt piſa. & quo ad effectum
baptiſmi, per Pe. de pal. in 4. diſt. 4. q. j. per totam. & per Hoſt.
in ſum. de bap. §. fi. & per Laud. in ſacramentali in rubrica de
baptiſmo, in 23. col. ver. primo quæro, quæ ſunt ſacramenta
&c. & circa illud, quod delet irregularitatem homicidij,
idem Ioan. And. in c. presbyterum, de homi. non tamen tol-
lit crimen adulterij, Ioan. And. in c. penult. de adul. & circa il-
lud, an tollat irregularitatem & infamiam præcedentem, vi-
de not. 26. diſt. deinde. glo. fi. & Frã. in d. c. presbyterum. Item
per baptiſmum non tollitur pęna temporalis, Archid. 22. q. j.
quod autem. all. Innoc. tangit Fran. poſt Zen. in cle. 1. de bap.
80 ante finem, all. de diuor. gaudemus, in fi. cum ſi. Item an † tol-
lat etiam impedimenta peccati, per Franc. in c. 1. de conuer.
infide. Item non tollit peccata facta ſub ſpe baptiſmi ſufci-
piendi, de conſec. diſ. 4. quando quis. de immu. eccle. c. fi. alias
bene tollit peccata, de conſe. diſt. 4. vt oſtenderet. & liberat à
poteſtate dyaboli, ea. di. nec quicquam. in fi. & in hoc canõi.
81 Item baptiſmus infundit † virtutes, not. in cle. 1. de ſum. trin.
in fine. facit c. maiores. in fi. prin. de bap. Item eſt infuſio Spi-
ritus ſancti, de conſe. di. 4. nec quicquam. & c. nulli. Item ſi in
fine recipiatur facit ceſſare pęnã purgatorij, not. 27. q. 1. ſub-
diaconus. & in maioribus tollit etiam peccata actualia, de
conſe. diſt. 4. paruulo. & c. regnante. & c. quiſquis. & ſequen.
non tamen omnino tollit veterem infirmitatem carnis, ſed
remouet, ea. diſt. non ex quo. & vide ꝙ ibi not. Item adiuuat,
vt peccata non committantur, ea. diſt. placuit quicumque.
Item operatur impletionem legis, ea. diſt. gratia. Item tollit
peccatum originale & culpam, de pę. diſt. 4. circa prin. de bap.
maiores. ad quod ſ̃. q. proxima. & tollit omnia prius geſta,
26. diſt. deinde. 34. diſt. ſi quis viduam. 28. q. 2. c. 1. & q. 3. c. j. &
2. de pę. diſt. 1. tres ſunt. & diſt. 4. verum hoc de ficte. & §. item
82 ſecundum iuſtitiam. cum ſi. Item baptizatus ad horam † mo-
riens ſaluus eſt, de pę. diſt. 7. ſiquis autem. & baptizatus in fi-
ne ſaluus eſt, ea. diſ. ſecunda colũ. Item per baptiſmum effi-
tur membrum Chriſti, de conſe. diſt. 2. quia paſſus. in fine. &
diſt. 2. ad hoc. & c. nulli. Item renaſcitur, ea. diſ. c. 1. & de effe-
ctu baptiſmi etiam de conſe. diſ. 4. c. 2. & 3. & c. non poteſt, &
ſe. & c. per aquam. cum ſi. Item per vnctionem, quæ fit in ba-
ptiſmo, imprimitur character a Deo, & ſecundum Auguſti-
83 num etiam in damnatis remanent quidam † characteres,
per quos baptizati ab alijs diſcernuntur, de diuor. quanto. de
ſciſma. c. j. & talis character eſt indelebilis, vt per Fran. in cap.
vno. §. j. de ſacra vnct. ita ꝙ non perditur per apoſtaſiam vel
hæreſim, de conſecra. diſt. 4. nullus. cum ſim. ad quod ſ̃. commu-
nia de ſacramentis, q. 9. & de charactere, qui imprimitur
in baptiſmo, plene per Pet. de Pal. in 4. diſt. 4. q. 2. & 8. q. 45. &
ad illud, quod dicit Piſanella, quòd effectus baptiſmi quan-
tum ad peccatorum & pœnarũ remiſſionem æqualis eſt om-
nibus, dicit Frater Iacobus de Marchia, ꝙ quo ad paruulos
eſt verum, ſed in adultis eſt inæqualis, quia ille, qui non eſt
contritus, non reciperet remiſſionem peccatorum, neq; pœ-
narum, vt dicit Riccar. in 4. diſ. 4. q. 4. ſed ſalua pace fratris Ia-
cobi non eſt defectus, quia idem voluit piſanella in effectu,
licet non ita clare expreſſerit, ad quod ſ̃. q. proxima. & de ef-
fectu baptiſmi vide ſ̃. in 17. notabili. & ſ̃. q. 49.

84 ¶ † Quinquageſimo ſecundo quęro de forma, qua vtit̃ ec-
cleſia in baptizãdo pueros. Rñdeo in primis fit cathechiſmus
ante fores eccleſiæ, vt probat̃ de conſe. diſt. 4. ante baptiſmũ.
11. q. 3. cum aliquis. hoc modo videlicet, Primo imponitur ei
nomen, vt ea. diſt. baptizandi. ad hoc. ſ̃. q. 10. poſtea inſufflat
ſacerdos in faciem infantis loco inſtructionis fidei, vt dicto
c. ante baptiſmum. & c. exhinc. & inſufflatur tribus vicibus,
vt probatur in dictis c. facit ea. diſt. dehinc, & qd̃ ibi no. deinde
cum police faciet ſignum crucis in frõte illius, & in pecto-
re, vt ea. diſtin. poſtea ſignatur & dicuntur orationes, dicto c.
exhinc, & de catechiſmo & exorciſmo habetur ſ̃. quæſt. 44.
& q. 47. deinde fit exorciſmus, vt ea. diſt. ſiue paruuli. & cap.
ante dies. cum ſex capitulis ſequentibus. intellige etiam ante
fores eccleſiæ, vt probatur in dicto cap. ſiue. & orationes di-
cuntur dęmonia expellendo, ea. diſtin. dehinc. & cap. ſacer-
dotes. deinde ponat ſacerdos de ſale in ore infantis, dicto c.
exhinc, & ſequenti. & dicit orationem, poſtea extenſa manu
ſuper

ſuper caput infantis, vt dicto c. ſacerdotes. dicit orationem,
deinde tangat nares & aures de ſputo, ea. diſt. poſtea tangũt.
poſtea proceditur ad baptiſmum, ea. diſt. ante baptiſmum. &
introducat eum in eccleſiam, & impoſita manu ſuper caput
eius dicat ſacerdos voce publica, Pater noſter. & Symbolum,
ideſt Credo, ea. diſt. ante dies. & c. non liceat. & c. venit. & de
conſec. diſt. 6. id ſemper. & dicto c. cum aliquis. quibus finitis
ſignet eum dicens, Benedictio Dei patris &c. dicto c. poſtea
ſignatur. deinde tenente infantem patrino interroget ſacer-
dos, quis vocaris. Reſpondet patrinus, Ioannes, Iterum in-
terroget, Abrenuntias Sathanæ. reſpondet, abrenuntio. Ite-
rum interroget, & omnibus operibus eius, &c. de conſe. diſt.
4. c. paruuli fideles. & ſequenti. facit ea. diſt. c. primum. & facit
c. filius. & c. hi qui. & c. paruuli. & cap. cum pro paruulis. & c.
quæris. poſt medium. ibi, & ad cætera quæ quæruntur reſpõ-
deat, &c. deinde tangat de oleo ſancto pectus, & inter ſcapu-
las, & crucem faciat cùm pollice, ead. diſtin. deinde a ſacerdo-
te. & de conſec. diſtin. 5. nunquid. 11. diſtin. eccleſiaſticarum,
& de ſac. vnct. cap. vno. §. quia vero. deinde interroget ſacer-
dos dicens, Ioannes credis in Deum, &c. Reſpondet, credo.
Interroget iterum, credis & in Ieſum Chriſtum, &c. Reſpon-
det, credo. Interroget tertio, Credis &c. & interroget, Ioan-
nes vis baptizari. Reſpondet, volo, vt in dictis iuribus. & de
conſecra. diſtinctio. 4. capitu. ex quo. & cap. illud. cum ſimil.
deinde baptizet eum ſub trina merſione ſanctam trinitatem
ſemel inuocando ſic, Ego te baptizo In nomine patris. mer-
gat ſemel. & filij. & mergat ſecundo. & ſpiritus ſancti. & mer-
gat tertio, &c. & hoc in modum crucis facere debet. ea. diſtin.
poſtquam. & ſe. & c. de trina. & ſeq. ad hæc ſupra q. 45. & not.
de forma & de verbis premiſſis ea. diſtin. firmiſſime. & c. pro-
prie quamuis ſanctum. Si quis presbyter. & de conſec. diſt. 1.
eccleſijs, cum ſim. ad quod ſupra quæſt. j. Deinde baptizatos
infantes per patrinos eleuatos a fonte Sacerdos tantum ſa-
cro chriſmate perungat in vertice ſeu cerebro ſignum crucis
cum pollice faciendo, ea. diſtin. 4. poſtquam aſcendit, & c. ſeq.
& cap. presbyteris. & ſe. & c. nullus miniſtrorum. & de conſe.
diſtin. 5. nouiſſime. & de ſacra vnct. c. vno. §. quia vero. ad hoc
quod not. 11. diſt. eccleſiaſticarum, in verbo oleo. & ſimiliter
in fronte, dicto §. quia vero. cum ſim. & ſic vngitur quater, vt
dicit Hoſtien. in ſum. de ſacr. vnct. §. qui & a quo. ad fin. & in
§. quomodo, & qualiter. ad finem. quod vltimum intellige,
quando confirmatur per epiſcopum, vt infra §. proximo per
totum, præſertim & in prima. & 4. q. facit dictus §. quia vero.
ver. in fronte. & quod not. Archid. in cap. quoniam, in verbo
vnctione. de ſentẽ. excommu. lib. 6. non enim vngit ſacerdos
baptizans chriſmate, niſi ſemel in vertice, vt dictũ eſt, & ideo
in libris, in quibus reperitur, quòd vngat in frõte, debet cor-
rigi per prædicta. poſtea ſacerdos mittat veſtem ſuam ſuper
eum, ea. diſtin. 4. poſt baptiſmum. & c. ſeq. poſtea dat candelã
accenſam in dextera eius fortè in ſignum abſtinentiæ pecca-
torum, per dictum c. poſt baptiſmum. & c. paruuli fideles. &
c. non ex quo. vel forte in ſignum lætitiæ & amoris ſpiritus
ſancti, 21. diſt. cleros, ad fin. 1. q. 1. ſicut Eunuchus. de pœni.
diſtin. 2. inter hæc hyrcum, 2. vel dic vt not. ſupra quæſt. 47.
vbi de ſignificatione iſtorum ſacramentalium. & adde ſecun-
dum Papiam, ꝙ vertex proprie eſt ea pars capitis, qua capilli
colliguntur, & in qua cæſaries vertitur, ſecundum Archid.
3. q. j. poſt princip. & ad illud de immerſione, adde quòd ali-
cubi patrino puerum tenente ſacerdos fundit aquam ſupra
caput pueri tribus vicibus, & alicubi ſemel tantum dicendo
ſemel tantum verba ſubſtantialia formæ, prout ſupra. ad hoc
ſupra quæſt. 45.

85 ¶ † Quinquageſimo tertio quæro, In quo loco dẽt celebrari
baptiſmus. Rñ. in eccleſia, vbi ſunt fontes deputati, vt in cle-
men. 1. de bapt. cum ſim. ita quòd epiſcopus abſque neceſſi-
tate diſpenſare non poſſet, vt extra eccleſiam celebretur, niſi
forte puer exiſteret in periculo mortis, vel eſſet hoſtilitas, vt
no. in d. clem. in verbo periculo. Idem credo in caſu, cùm ba-
ptizandus eſt aliquis Iudæus, vbi multitudo hominum con-
curreret, quorum non eſſet capax eccleſia, per prædicta. facit
de cõſe. diſt. 1. miſſarum. & qd̃ not. in ſimili ea. diſt. concedi-
mus. & facit de conſe. diſ. 3. celebritatẽ. facit ob vitandũ ſcan
dalum multitudinis, 23. q. 4. cum quiſq;. & c. pietas. ad fi. & c.
non poteſt. in prin. & 9. q. 1. ordinationes. in fi. cum ſim. Cre-
derem etiam, ꝙ ſi nulla ſuoeſſet neceſſitas, poſſet epiſcopus
ex aliquali cauſa concedere & diſpenſare, ꝙ celebretur ba-
ptiſmus in eccleſia non habẽte fontes deputatos, cum bapti-
zare ſit de iuribus parrochialibus: & ſicut poſſet eps illi eccle-
ſiæ tale ius gñaliter concedere, ita & in caſu ſpeciali ꝛcedere
poterit. Nec obſtat dicta cle. & eius pœna, quia videt̃ requi-
rere duo coniunctim, videlicet in his qui baptizãt in priua-
tis domibus. Vnde dominus Franc. ibidem in 5. q. dicit, ꝙ li-
cẽt ij, qui baptizant in eccleſijs, vbi non ſunt fontes, delin-
quant, non tamen tenentur illa cle. quæ requirit duo conun-
ctim, & ſic minus punirentur. facit ad præmiſſa, quia tex. in d.
cle. ſubiungendo replicat ad eccleſiam ſimpliciter, quod not.

86 ¶ Vltimo † quæro, an propter præſentiam Regis vel Re-
ginæ ſeu principis poſſit celebrari baptiſmus in iſtis locis pri
uatis? & videtur quòd ſic, quia textus in dicta clem. de bapt.
dicit, niſi regum vel principum, quib. &c. & ſic cùm relatiuũ
referatur ad proxima, videtur velle textus ille, ꝙ in hoc po-
tius deferatur ipſis Regibus vel Principibus parentib. quàm
liberis, & ſic tale priuilegium videtur potius conceſſum regi-
bus vel principibus, ac etiam eorũ liberis reſpectu perſona-
rum ſuorum parentum, ad hoc gl. ibidem in verbo liberi, ad
finem. facit. l. filiofamil. & quod ibi not. ff. de condi. & demõ.
& quod not. Feder. conſi. 4. poſt princip. §. 4. & vlti. in l. non
plures. C. de ſacroſan. eccle. ergo ſatis eſt, ꝙ ipſe rex vel pri-
ceps ſit præſens in baptiſmo etiam alterius quàm ſui liberi,
hoc ſentiunt ibi Ioan. de Imol. & Ioan. de Ligna. in princip.
dum dicunt, ꝙ ibi defertur talib. dignitatibus regali vel pri-
cipali &c. & ſic ipſis parentibus habentibus actu dignitates,
quam liberis ſperantibus: vnde in hoc videntur ipſi reges &
principes præſentes in aliquo baptiſmo equiparari liberis co
rum baptizandis, per dictam cle. facit c. ne aliqui. de priuil. li-
bro 6. Præterea videtur ꝙ ſaltem ex diſpenſatione hoc fieri
poſſit, ar. l. qui bona. §. fi aliena. ff. de dam. infect. iunctis nota-
tis in Speculo de iuramento calum. §. reſtat. verſ. quid ergo
fiet. ad fi. pro hoc, quia propter regis vel principis præſentiã
87 laxantur iura, l. omnium. C. de teſta. vnde actus † geſtus præ-
ſente principe dicitur omnium ſolemnitate munitus, iuxta
not. per Ioan. And. in c. 1. ad fi. de trãslatione præla. præterea
canones ſolent deferre regibus & reginis, dicto c. ne aliqui.
& in cap. fin. de offic. delega. lib. 6. & in Specu. titu. 1. §. excipi.
ad fi. & de priuil. in fi. cum ſimi. intelligẽdo etiam de alijs re-
gibus quàm Romanorum, vt in dicta cle. & in cap. clericis, de
immu. eccle. libro 6. & in c. fundamenta. ver. vt ergo de elec.
eod. lib. & quod notat Imo. in dicta cle. ſuper gloſ. 2. & ſuper
glo. regum. cum ſimi. Præterea dato quod tale priuilegium,
de quo in dicto verſ. niſi regum. procedat in baptiſmo libe-
rorum regum vel principum, nihilominus videtur diſpenſa-
tiue poſſe extendi ad baptiſmum alterius vel aliorum defe-
rendo in hoc regi vel principi ibi præſenti, per not. in ſimili
per Bald. in l. illud. 2. col. C. de ſacroſan. eccle. & in cap. con-
ſuluiſti. glo. fin. de cel. miſſa. præſertim ad caſus ſeu perſonas
aliàs parificatas, iuxta notata per Imol. in cle. 1. de offi. vica.
ſuper glo. admittendis, & in penult. colum. & in clem. 2. poſt
princ. de ſentẽt. excommunicationis. poſt Zen. Præterea poſ.
ſet rex vel princeps ex hoc ſcandalizari, quod eſſet iuſta cau-
ſa diſpenſandi, vt ſupra quæſt. proxima, & quod not. Io. And.
in cap. 2. in fin. in no. de præben. lib. 6. Præterea non videtur
conueniens, ꝙ Rex vadat pro hac cauſa ad eccleſiã quaſi ad
ſuum ſubditũ baptizandum, immo minuitur reputatio, ergo
ſubeſt neceſſitas baptizãdi in loco grato ipſi regi, reginæ vel
principi, & ſic ibi fieri poterit etiam extra eccleſiam, vt in d.
cle. dicitur, & ſupra quæſt. proxima. ſic ergo videtur dicendũ,
ꝙ propter præſentiam Regis vel principis vel vxoris haben-
tium intereſſe poteſt celebrari baptiſmus in locis priuatis,
aut ſaltem poſſe tunc per epiſcopum diſpenſari, cùm non vi-
deatur prohibitus, iuxta not. 27. quæſt. 1. virgines. in gl. & ita
poteſt epiſcopus, vt in Specu. de diſpen. §. nunc de epiſcopo-
rum, præſertim in 7. colum. in verſ. in his ergo caſibus &c. &
hoc ſaltem ex decentia ſeu honeſtate, per not. in ſimili in di-
cto verſi. quod ergo. dum dicit, ipſi autem regi ſi præſens fo-
ret decuiſſet iuramentum remitti &c. & quod ibi per Bald. in
addi. poſt Spec. dum dicit, ꝙ honeſtum eſt regi remitti iura-
mentum &c. obſeruetur ergo honeſtum reuerentiæ, iuxta
not. in cap. ad aures, de ęta. & quali. cum ſimil. facit C. de rei
vxo. act. l. vna. §. qui autem in exactione. in fine Idem vide-
tur Reginis & magnis Principiſſis. arg. C. de quadrien. præ-
ſcrip. l. bene a Zenone & vt maſculinum concipiet fœminin
num &c. Item not. ꝙ gloſ. intelligit dictã cle. de principe ma-
gno, qui poteſt regi ęquiparari: Idem ſequitur ibi Imo. Idem
ſentit Hoſti. in ſimili in ſum. de falſis. §. fin. ver. ſi autem cleri-
co &c. ibi, de accu. veniens. Idem de quolibet principe habẽ-
te in ſuo dominio metropolitanum & ſuffraganeos, cùm
poſſit

possit regi equiparari, iuxta no. per Ioan. Andr. & Doct. in c. excommunicamus. 3. colũ. de hære. alleg. 6. q. 3. scitote. cum si. præsertim si non recognoscit superiorem, per nota. in Spe. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. 31. & sic non de alijs dignitatibus & potestatibus, qui adhuc principes dicuntur, iuxta no. per Arch. 1. q. 1. principatus. & Cyn. C. ne quis in sua causa. ibi, 6. ratione, cum no. in glo. dictæ cle. in verbo, regum. cum quandoque reperiatur etiam principatus, vbi nulla est ecclesia cathedralis, vt dicit Ioan. And. in c. quamuis, de præben. lib. 6. & ibi Pet. de Anch. ad finem, faciunt not. per Franc. in cle. 1. de testi. secundo notabili.

Sequitur §. 2. de Sacramento Confirmationis.

SVMMA RIVM.

1 *Confirmatio, sacramentum nunquid sit necessarium ad salutem. Et quæ sint de eius substantia. nume. 2.*
3 *Chrisma quid sit, & per quem consecrari debeat. Et quare fiat in fronte. numero 4. Et an sit de substantia Sacramenti. nume. 5.*
6 *Oleum chrismatis significat nitorem continentiæ, quam confessores fidei habere debent, & odorem bonæ famæ.*
7 *Confirmationis forma quæ sit.*
8 *Locus vnctionis chrismatis debet ligari cum panno, quousque desiccetur, & propter reuerentiam caput non debet lauari vsque ad septem dies.*
9 *Confirmationis quis sit minister.*
10 *Laicus nec etiam in necessitate potest confirmare.*
11 *Papa. an possit alteri committere confirmationem, & quibus.*
12 *Papa non potest confirmare sine chrismate.*
13 *Gratia nunquid conferatur in Sacramento confirmationis.*
14 *Confirmatio, sacramentum quibus debent conferri: & quantum prosit. Et an possit iterari. nume. 15. Et an debeat conferri ieiunis, & à ieiunis. Et quando, & in quo loco conferri debeat. nu. 17. Et quis possit esse patrinus in confirmatione. nu. 18. Et an sine patrinis conferri possit. ibidem.*
19 *Vxor an possit in confirmatione tenere maritum, vel econuerso.*
20 *Chrisma consecratur in die Cœnæ Domini: vbi etiam triplex oleum consecratur: & an alio tempore possit consecrari. 23.*
21 *Oleum sanctum ad quid consecretur.*
22 *Oleum infirmorum.*
24 *Consuetudo est optima legum interpres.*
25 *Oleum non consecratum si apponatur oleo consecrato, an totum efficiatur consecratum: & quid de aqua non benedicta mixta cum benedicta.*
26 *Confirmatio quid sit, & quantæ excellentiæ.*
27 *Non baptizatus non potest confirmari, vel ordinari.*
28 *Confirmatis quare detur alapa.*

1 SECVNDO Videndum est de secundo sacramento, scilicet confirmationis. Et primo quæro, † Vtrum sacramentũ confirmationis sit necessitatis ad salutem. Rñdeo ſm Pe. duplex est necessitas salutis, quædam pertinens ad esse, & q̃dã ad bene esse: & quidẽ secũdo modo confirmatio est necessaria, non primo: Nam & sine ea potest homo saluari: est autem necessaria propter spiritualem pugnam, ad quam adiuuatur homo per confirmationem, licèt simpliciter non sit sacramentum necessitatis. Sed nihilominus contemptus eius damnabilis est, concor. Tho. & Alb. in 4. dist. 7. Idem in sum. confes. lib. 3. tit. 24. q. 45. secundum Fra. Nic. o. simi ordinis minorum post pisanellam in verbo, confirmatio. Ad idẽ per Pe. de pal. in 4. dist. 6. q. 1. artic. primo. vbi etiam quod est sacramentum spirituale ab alijs distinctum. Item dicit, quòd istud sacramentum est magnæ dignitatis & dignius baptismo, de conse. dist. 5. c. de his. de hoc s̃. communia de sacramẽtis. q. 13. dicit etiam ibi, q̃ si negligitur, sufficit postea confirmari, si potest, alias confiteri de hoc, q̃ in sanitate potuit & neglexit, vt ibi latius. Dicit etiam idem Pet. quòd cõfirmatio potest esse de necessitate salutis, vt quia imminet casus confitendi fidem coram persecutore, si tunc non recipit sacramentum confirmationis, habita oportunitate conferentis, cùm pro tunc indiguerit effectu eius, videtur esse contẽptor sacramenti, quod est contrarium saluti, secundum eum in 4. dist. 9. q. 2. ar. primo. in 2. col. Vnde non dicitur vere Christianus, si omittit ex contemptu confirmari, quæ confirmatio coniuncta est cum baptismo, secundum Archi. in c. quoniã. de sen. excom. lib. 6. & ibi per Ioan. And. & Pet. de Ancha. & not. in c. responsio. de sentẽ. excom. & in c. 1. ad fi. de cogna. spiritu. li. 6. facit de cons. dist. 5. cap. 1. & c. vt ieiuni. & de materia not. 85. dist. peruenit. & in c. quanto. de consue. per doc. & per Fran. de priui. cle. 1. in 9. q. & vide in c. 1. de relig. domi. & 85. dist. §. illud. & duobus capitulis sequentibus. ex his infertur, q̃ in pueris neutro respectu sit necessitatis, c. 1. 1. q. 6. & per not. 5. dist. c. 1. per glo. & Arch. confirmatus tamen habebit maiorem gloriam, vt not. in d. c. vt ieiuni. & de materia per Arch. & doc. in d. c. 1. ad fi. de cogna. spi.

2 ¶ Secundò † quæro, quæ sunt de substantia confirmationis. Respondeo secundum Pe. quinque, duo quidem ex parte sacramenti, s. materia crismatis, & forma verborum. duo ex parte ministri, scilicet dignitas pontificalis, & intentio: vnum ex parte recipientis vel suscipientis, scilicet q̃ crismetur in fronte. nam quia in confirmatione confertur audatia spiritualis, euidentius fit in fronte, concor. Tho. & Alber. vbi s̃. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 46. vbi etiam dicitur, q̃ crisma

3 est oleum † cum balsamo ab episcopo sanctificatum, secundum Frat. Ni. post pisa. & per Pe. de pal. in 4. dist. 7. art. 2. conclusione prima. & q̃ crisma debeat esse per episcopum consecratum, per eundem ibidem in 2. vel 3. conclusione. & q̃

4 fiat † in fronte, per eundem in 3. q. & de hoc not. per Archi. de conse. di. 5. nouissime. vbi secundum eum patet, quòd locus in suscipiente est de substantia huius sacramenti confirmationis, scilicet frõs, qd̃ etiam dixit in c. 1. in fi. de cogna. spirituali. lib. 6. vbi idem Ioan. Andr. & Dominicus. vnctio enim fit ad significandum id, quod confertur in sacramento: vnde quia confertur in confirmatione audatia confessionis, cuius oppositum in timore vel erubescentia primo & euidentius manifestatur in fronte, ideo vunctio fit in fronte. alia quatuor sunt etiam de substantia huius sacramenti, scilicet duo ex parte sacramẽti in se, scilicet materia crismatis, idest oleum cum balsamo ab episcopo sanctificatũ, de cõsec. disti. 4. presbyteris. & c. presbyteri. Secundum est forma verborum. alia duo ex parte ministri, vt j̃. q. 4. scilicet dignitas pontificalis. Aliud est intẽtio debita. ad hoc facit, qd̃ not. de consec. dist. 4. solet. secundum doc. de sacram. non iteran. c. 1. Adde, quòd aliqui videntur tenere, quòd crisma non sit de substantia, dicit enim dominus Fran. in c. 1. de sa. non iteran. quòd † crisma in confirmatione in fronte nõ est de sub-

5 stantia sacramenti, sed complebitur quod fuerat prætermissum, vt ibi latius. subdens etiam, q̃ si crismandus fuit vnctus oleo, qui vngi debebat crismate, non sufficit suppleri vt vngatur balsamo, licèt ex oleo & balsamo cõficiatur crisma, quia oportet q̃ sint mixta secundum ordinem ecclesiæ, & conferantur vt quid vnitum, secundum eum post Hostiẽ. ibidem, subdens q̃ hæc suppletio nõ erit simplex sine verbis, sed dicetur illa oratio, quæ solet dici cùm confertur crisma, scilicet signo te &c. de qua infra q. proxima. sed aliæ orationes non iterabuntur secundum eum, qui in hoc vult, quòd si sit seruata forma verborum absque crismatis vnctione, sed cum oleo sit confirmatus: & secundum hoc si crisma non est de substantia, sequeretur q̃ similiter esset confirmatus si nullatenus ungeretur. Vnde dicebat Hug. in d. ca. nouissime. vt ibi refert Archi. q̃ credebat, q̃ sacramentum crismatis possit conferri sine omni verbo, dummodo fiat vnctio de oleo vel crismate consecrato. Idem etiam nota. 85. di. illud. vbi tamen hoc dixit sub dubio forte. sed Archi. in d. c. nouissime. ad dictum Hug. subdit, q̃ theologi tenent, quod primo dictũ erat, scilicet quod illa quinque essent de substantia: per quod videtur residere contra Hug. q̃ forma & crisma sint de substãtia, qd̃ videtur verius per præmissa: & adde. s̃. §. proximo. q. 22. Et nota, q̃ Christus & Apostoli nulla vsi fuerunt materia nec forma, sed sola manus impositione: & potuit esse ratio manifesta sancti spiritus apparentia, sed postmodum fide debilitata opus fuit, vt ecclesiarum rectores ex familiari spiritus sancti consilio certam formam & materiam inuenirẽt.

6 Et nota, q̃ oleum † designat nitorem continentiæ, quam confessores fidei & pugiles, qui in hoc sacramento constituuntur, habere debent. Item etiam odorem bonæ famæ, & notitiæ, quod signat balsamum; vt per Laud. in sacramentali in rubrica, de confirmatione.

7 ¶ Tertiò quæro, quæ sit forma † confirmationis. Respõdeo secundum Tho. Alb. & Pe. forma hæc est, Consigno te signo Crucis: Confirmo te crismate salutis, In nomine patris & filij & spiritus sancti Amen. Idem in sum. confes. eod. tit. q. 48. vbi etiam dicitur secundum Alb. q̃ illa, quæ supra dicta sunt de mutatione formæ baptismi, eodem modo & intelligenda sunt de forma confirmationis, secundum fratrem Ni. post pisa. vbi supra. ad idem per Pe. de pal. in 4. dist. 7. q. 1. arti. 3. & per Archi. in d. c. nouissimè. & Franc. post Ho. in dicto cap. 1.

8 de sacra. non iteran. ¶ Et nota, q̃ locus † vnctionis debet ligari panno, quousque desiccetur, & postmodum debet homo esse sub quadam disciplina in custodiendo crisma, ne scilicet caput lauet vsque ad septem dies propter septem dona spiritus sancti, secundum Arch. post Hug. in d. c. nouissime. & Pe. de pal. in 4. dist. 7. q. 3. qui dicit, q̃ debet frons ligari, quousque crisma desiccetur, non oportet autem quòd pannus septem diebus ligato capite portetur, sed quòd septem diebus caput à lotione seruet propter reuerentiam crismatis, secundum eum: & licet eundem pannum iterum sumere ad idem officium. s̃. §. proximo. q. 47. adde supra proxime.

9 ¶ Quartò quæro, quis † sit minister confirmationis. Respondeo solus episcopus, de conse. di. 5. manus. & c. nouissime. & c. vt ieiuni. idem in sum. confes. eod. tit. q. 46. & intellige cum impositione manus, secundum Fran. in c. 1. de sacr. non iteran. Vnde non licet nisi episcopo proprio infantes in frõte crismare, no. Ioan. And. in c. 1. de rel. domi. & qd̃ idem no. in c. 1. circa principium, de sacra. non iteran. Et de materia huius nota. de sacra vnct. in verbo, hãc. & in regula, quod alicui. lib. 6. de conse. dist. 5. de his & dist. 4. omni die. & in ca. presbyteri. & de conse. dis. 5. cap. 1. in glo. 33. q. 2. si quis cum. per doc. in c. quanto. de consue. verb. plene. per Franc. Laicus

10 tamen † in necessitate non confirmat, vt not. in hoc canone, in glo. idem esset. Et an non baptizatus confirmet, s̃. §. proxi-

11 mo, q. 47. Sed † nunquid Papa possit committere alteri. Respondeo secundum Tho. & Pe. licèt de hoc sint opiniones, probabilius dicitur quòd possit committere sacerdoti, sed non inferiori, 91. dist. peruenit. secundum pisa. & in summ. confes. eo. tit. q. 47. & concor. Alb. secundum Fra. Ni. in additione ad pisa. vbi s̃. & per Host. in sum. de offi. dele. §. quę delegari. ante fi. in ver. delegantur aliquando. & Fran. in d. cap. quanto. ad idem per Pe. de pal. in 4. dist. 7. q. 4. arti. 3. conclusione 2. Sed inferior Papa non posset committere sacerdoti confirmationem, quia ipse nõ habet plenitudinem potesta-

12 tis, nec ipse Papa † posset confirmare sine crismate, quia nõ potest immutare formam vel materiam sacramenti, secundum eundem. Sed ex commissione electi in Papam nõ dum consecrati simplex sacerdos confirmare nõ posset, licèt posset episcopus electus in Papam ante coronationem, per quã non recipit consecrationem, ibidem latius per eundem, & per eundem dist. 25. q. 1. in 3. col. in ver. sed Papa potest. facit j̃. §. 3. q. 2. adde ad præmissa Laud. in sacramentali, in rubrica de confirmatione. 6. q. & Spe. in tit. de leg. §. nunc ostendẽdum. versi. 61. & per doctin d. c. quanto.

13 ¶ Quintò † quæro, vtrum in sacramento confirmationis conferatur gratia. Respondeo secundum Pet. & Tho. gratia confertur non solum communiter sicut in quolibet sacramento confertur gratia emundans à peccato vel à reliquijs peccati, sed etiam specialis gratia, per quam quis deputatur ad officium sanctitatis & idoneus efficitur ad Christum cõfitendum: vnde de grato facit magis gratum: idem in sum. confes. eod. tit. quæst. 49. secundum Fra. Nic. post pisa. vers. supra. & per Pe. de pal. in 4. dist. 7. quæst. 2. arti. 2. facit s̃. communia de sacra. q. 6.

14 ¶ Sexto quæro, quibus † debeat sacramentum confirmationis conferri. Respondeo secundum Tho. & Pet. omnibus Christianis: nam & pueris conuenienter confertur, quia minus habent fictionis, & viris & mulieribus, quibus communis est pugna spiritualis: Item mutis, quia licèt non verbo, signo tamen possunt confiteri. Item morientibus, quibus licèt subtrahatur pugna, tamen pergunt ad premia militantiũ, & ideo conuenienter accipiunt Christianæ militiæ signum, vt in eadem sum. confes. eo. ti. q. 50. facit. s̃. cõmunia de sacra. q. 7. & ad illud de mutis, adde Ioan. And. in c. cũ apud. 5. colũ. de spon. & ad illud de paruulis, dicit Pe. de pal. q̃ non sic presumitur de conuersato inter Christianos, quòd fuerit confirmatus, sicut q̃ fuerit baptizatus: vnde non expedit, q̃ paruuli confirmentur, quousque sunt circa septennium, vt magis recolere possint, & ideo solet dari alapa: sed licèt sacramentum confirmationis equaliter detur paruulis & adultis, nõ tamen præceptum eius quod ecclesia fecit ligat nisi adultos: vnde baptizati paruuli moriẽtes sine distinctione saluãtur ante confirmationẽ: non sic adulti, si neglexerũt vel cõtẽpserunt. Item surdi muti & huiusmodi possunt cõfirmari, & similiter infirmi & morientes, secundum Pet. de pal. in 4. dist. 7. q. 4. ar. 2. Item ad instantiam seu de voluntate parentis offerentis potest paruulus confirmari, secundum Pet. de pal. in 4. distin. 25. quæst. 3. in 3. colum. & idem sentit de tutoribus & proximioribus in defectu parentum, vt ibi, ad quod supra §. proximo. q. 37.

15 ¶ Septimo † quæro, vtrum confirmatio possit iterari. Respondeo secundum Aug. & omnes theologos non potest, eo quòd imprimat effectum indelebilem, de consec. dis. 5. dictũ, & c. de homine. Idem in sum. con. eo. tit. q. 15. vbi etiam idem dicitur de sacramento baptismi & ordinis, & quòd alia quatuor sacramenta possunt iterari, secundum fratrem Ni. post pisa. & adde supra. §. proximo. q. 40. & supra cõmunia de sacramentis. q. 9. si tamen dubitaretur de ipsa, dicet episcopus, si signatus non es vel confirmatus &c. secundum Ioan. And. in c. de quibus. de bap. & si episcopus reiteraret, non efficeretur irregularis, de sen. excom. is qui. lib. 6. secundum Pet. de pal. in 4. dist. 7. q. 2. vbi q̃ imprimit characterem, & de effectu confirmationis ibi videas.

16 ¶ Octauo quæro, vtrum † confirmatio debeat conferri ieiunis, & à ieiunis. Respondeo secundum Alb. sic, propter reuerentiam sacramenti, de conse. dist. 5. vt episcopi. & c. vt ieiuni. tamen in necessitate melius esset confirmari post prãdium, quàm si episcopo discedente & huiusmodi quis non posset confirmari. Idem in sum. confes. eod. tit. q. 4. secũdum Fra. Ni. post Pisa. & per Pe. de pal. in 4. dist. 7. q. 2. conclusione 2. & facit s̃. communia de sacramentis. q. 12. & sic episcopi, qui vt plurimum signant post cibum, male faciunt, præsertim cùm ipsi episcopi dicantur canonum custodes, 24. q. 3. cum quibus. in fi. 25. q. 2. igitur. in fi. secundum Archi. post Hug. in c. vt episcopi. de conse. dist. 5.

17 ¶ Nono † quæro, de tempore & loco quibus conferri possit. Respondeo, conferri potest omni die, de conse. dist. 5. omni. ad quod supra q. 4. confirmatio autem sicut & tõsura omni tempore conferri potest sine peccato, vt per Pet. de Pal. in 4. dist. 7. q. 3. arti. 2. conclu. 1. etiam tempore interdicti, & occasione huiusmodi crisma confici, de sen. excom. cum ex eo. & eo. tit. c. quoniam. lib. 6. secundum Pet. ibidem. Item confertur etiam extra ecclesiam, non tamen extra diœcesim, nisi in archiepiscopo visitante circa suam familiam, secundum eundem in 3. q. ad fi. non tamen subditos suffraganeorum, vt per eundem ead. dist. q. 4. artic. 3. vnde confertur post baptismum, de conse. dis. 1. c. 1. & datur ad roborandum & confirmandum sacramentum, ea. dist. c. 2. & de hoc not. 30. q. 1. c. 2. & c. deinde. & c. de his. & de conse. dist. 5. c. 1. cum sequen. secundum Ioã. And. & Dom. in c. primo, vers. ex confirmatione, de cog. spiritu. lib. 6.

18 ¶ Decimo quæro, vtrum † alius debeat tenere aliquem ad confirmationem. Respondeo secũdum Tho. in tertia parte, q. 72. propter hoc aliquis ad cõfirmationem accedit, quia à se robur standi nõ præsumit, ideoque debet teneri ab alio: nec differt, vtrum vir vel mulier teneat: sed non confirmatus quantum est de ratione sacramenti non debet tenere: sed si contrarium fiat, peccat, sed non propter hoc est irritum sacramentum, de consec. dist. 4. c. in baptismo. concor. Alb. vt in sum. confes. eo. tit. q. 53. ad quod j̃. §. 40. q. 151. secundum fratrem Ni. post pisa. vnde etiam si maior vult crismari, debet ab alio teneri ad significãdum, q̃ per se stare nõ potest, vt per Do. post Arch. & Ioan. Andr. in c. 1. ver. ex confirmatione. de cog. spirituali, lib. 6. & in c. quamuis. eo. tit. ver. etiam q̃ in baptismo adulti debet leuans interuenire. vt ibi latius dicit Pe. de pal. q̃ prohibetur non confirmatus tenere confirmandum, quia debet esse fortius, nec etiam mulier secundum quosdam, si tamen teneat cõtrahitur cognatio, de cõs. dist. 4. de baptismo. secundum Pe. de pal. in 4. dist. 42. q. 1. conclu. 3. & dist. 7. q. 4. in prin. Itẽ non debet esse patrinus in confirmatione ille, qui fuit patrinus in baptismo, quia idem nõ generat bis eundem: intellige, nisi propter necessitatem: episcopus autem potest confirmare quem baptizauit, quia non est prohibitum, vt per Pe. de pal. in 4. di. 6. q. 4. arti. 2. conclusione. 3. & dist. 7. q. 4. post prin. ad præmissa adde Laud. in sacramentali in rubrica de confirmatione, in 8. q. vbi etiam dicit, q̃ non est de necessitate seu substantia sacramenti hæc detẽtio, quoniam si per se & solus ad suscipiendum baptismum & hoc sacramentum confirmationis accedat, veritatem recipit sacramenti, sed peccat faciendo contra formam ab ecclesia introductam, de cele. missarum. cum Marthæ. secundum eum vbi s̃. si tamen homo confirmandus vel confirmanda sit perfectus & maior, satis esset, prout etiam seruatur, q̃ poneret pedem suum supra pedem tenentis seu offerentis eum, ad quod supra §. proximo. q. 45. & 30. q. 1. de his. Immo crederem,

derem, q̃ sufficeret tunc præsentantem illam coram episcopo astare, cùm ad huc idem significetur, ad hoc ℣.q.6. & quia etiam sine patrinis tale sacramentum conferri potest, cùm non sint de substantia, vt not. Ioan. Andr. in regula, potest quis. in mercur. & infra post Inno. in c. finali, de bap. ad quod ℣.q.2. & ℣.§. proximo, q.22.

19 ¶† Vndecimo quæro, an vxor possit in confirmatione tenere maritum, vel econuerso. Respondeo, non, quia contrahitur cognatio spiritualis, & est impedimentum coniugalis actus, nec debet quis tenere proprium filium vel fratrem vel sororem, quia sufficit inter tales vinculum carnale; idem in sum. confessorum, d.q.53. & Pet. de pal. in 4. dis. 7. q. 2. in fin. & q.4. post princ.

20 ¶ † Duodecimo quæro, quantũ ad materiam crismatis, dicas q̃ oleum sacramentum siue crisma consecratur in die cęnę Domini, vbi etiam triplex oleum consecratur, primum & principale sanctum chrisma scilicet ex oleo & balsamo, & cum isto benedicuntur fontes baptismales. Item calix & patena. Item consecratur ecclesia, & etiam altare. Item puer postquam baptizatus est inungitur in vertice & in fronte. Item vnguntur episcopi, quando consecrantur in capite & in manibus. Item omnes fideles, quando recipiunt sacramẽtum confirmationis, & de isto crismate annuatim remouendo habes in pisanella in verbo, baptismus. 2. §. 3. Secundum

21 dicitur † oleum cathecuminorum, siue oleum sanctum, siue benedictum, & isto inungitur puer, qui debet baptizari, in pectore & inter scapulas. Item vnguntur manus eius, qui ordinatur sacerdos. Item inungitur tam ecclesia quàm altare ante crismationem & consecrationem. Item vnguntur re-

22 ges & principes in brachio siue in humero. Tertium est † oleũ infirmorum, quo inunguntur infirmi in mortis articulo, de qua vnctione habetur in §. septimo. & hæc habẽtur de sacra vnc. c. vno. & in pontificali ecclesiæ Romanæ secũdum pisa. & fratrem Ni. in verbo oleum. ad idem per Pet. de pal. in 4. dist. 7. q. 3. artic. 2.

23 ¶ Tertiodecimo † quæro, an hæc olea possint alio tempore consecrari. Respondeo oleum sanctum crisma in die cęnę domini debet confici, vt not. de consecrati. dist. 4. omni tempore. & de sen. excom. quoniam. lib. 6. de alijs autem non inuenio prohibitum, secundum pisa. vbi supra, sed satis videtur prohibitum alio tempore, cùm de generali consuetudine

24 alia duo cum crismate conficiantur. est enim † consuetudo optima legum interpres, de consue. cum dilectus. facit ℣.§. proximo. q. 10. facit in simili. §. 5. q. 55.

25 ¶ Quartodecimo † quæro, quid si oleum non consecratũ apponatur oleo consecrato? Respondeo totum efficitur consecratum, de consecra. eccle. vel alta. quod in dubijs. sicut & de aqua benedicta dicitur in pisanella in verbo, aqua. Idem in sum. confes. lib. 3. tit. 24. q. 3. intellige, si aqua benedicta sit maioris quantitatis, quia duobus cõcurrẽtibus prævalet quod maius est, ff. de sta. homi. l. quæritur. secus si esset quãtitatis minoris vel ęqualis, sicut & de sacramẽto Eucharistiæ dicitur, dum apponitur vinum non consecratum consecrato, ℣. §. 6. q. 33. secundum fratrem Ni. post pisanellam. de ista aqua benedicta habetur de consecr. dist. 3. aquam. & ibi per Arch. qui etiam dicit, quòd non est sacramentum sed sacramentale, quasi dispositio ad sacramẽta: & aduerte, quia hæc restrictio seu limitatio fratris Nicolai non recipitur de consuetudine, quia pluries addunt aquam non benedictam aquę benedictæ in maiori quantitate: pro quo facit, quia vera ratio, quare aqua non benedicta admixta aquæ benedictę efficitur benedicta, est, quia magis dignum &c. nec obstat ar. de Eucharistia, vbi post consecrationem si additur vinum in calice non commiscetur sanguini: quia aqua benedicta non desinit esse aqua, ideo sibi alia commisceri potest: sed vinum transit in sanguinem, & sic aliud vnum admixtum non est eiusdem liquoris, provt in simili dicun doc. in d. c. quod in dubijs. & ibi per Ioan. And. facit quod not. Laud. referendo dicta Ioan. And. in sacramentali de sacramento Eucharistiæ in 16. colum. 9. q. facit quod dicit Fran. in cle. 1. de sepul. q. 5. & in cle. 1. de decimis. 2. oppo.

26 ¶† Quintodecimo quæro, quid sit confirmatio. Respondeo. Est plenarie diuinæ gratiæ infusio animas instruens & corroborans baptizatos ad confitendum firmiter nomen Christi. de conf. dist. 5. spiritussanctus. Secundo dicitur à cõ, quod est simul, & firmatio, quod idem est q̃ corroboratio, quasi firmatus diuinam gratiam in baptismo in hoc sacramẽto plenius confirmatur: aliter accipitur confirmatio extra de fide instrumen. inter dilectos, circa fi. quandoque vocatur manus impositio, de conse. dist. 4. manus. licèt in alijs sacramentis communiter manus impositio fiat, per quam gratiæ infusio creditur fieri, quia plenius hic fit hæc infusio, id circo per quandam excellentiam hoc sacramentum sic vocatur, vt in c. vnico. §. per frontis. de sacra vnct. Et secundum quosdam hoc sacramentum Christus innuendo instituit tacite, & Apostoli faciendo expresse. Alij dicunt, q̃ rectores ecclesiarum primo ipsum instituerunt ex familiari consilio spiritus sancti, & formam & materiam eius secundum Laudunum in sacramentali in rubrica de confirmatione. & in hoc sacramento principaliter operatur ipse Deus, ℣. §. proximo. q. 23. & ℣. §. proximo. q. 11. in fi. & subdit Laudunus vbi ℣. in 7. q. q̃ in hoc sacramento imprimitur character, per quem deputatur homo ad hoc q̃ spiritualia possit recipere, & per characterem ordinis deputatur quis, vt alijs spiritualia tradat, requiritur tamen vt character baptismi cęteros precedat, quia

27 nisi † baptizatus non posset confirmari vel ordinari, de presbyte. non bap. veniens. ad hoc vide. ℣. §. proximo. q. 17.

28 ¶† Vltimo dicit Laudunus vbi supra, q̃ datur alapa confirmatis, vt memorię tradant melius se confirmatos, ne iniuriam faciant sacramento, si obliti de ipsa confirmatione se iterato facerent confirmari: ad quod ℣. q. 6. quæ iteratio omnino prohibetur, sicut & aliorum sacramentorum, in quibus character imprimitur, extra de sacra vnc. per totum, secundum eum, quæ not.

Sequitur §. 3. de Sacramento Ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Ordo sacer quid sit. nu. seq.*
2 *Virtus sacramentalis in quibus consistit.*
3 *Christus omnes actus ordinum in sua persona exercuit, remissiuè: quinetiã fuit episcopus, dum dixit, hoc facite, & c. nu. 25.*
4 *Ordo quilibet ordinatur ad Eucharistię sacramentum.*
5 *Officium accoliti.*
Subdiaconi. nu. 6. & 22.
Diaconi. nu. 7. & sacerdotis. ibid. & 22.
Hostiarij. num. 7.
Exorcistę, & lectoris. ibid.
9 *Vita laicalis etiam dicitur ordo.*
10 *Prima tonsura, siue corona an sit ordo: & qui prohibeantur à prima tonsura.*
11 *Psalmistatus confertur per primam tonsuram: & an sit ordo. num. 13.*
Et an connumeretur inter minores ordines. nu. 17.
13 *Clerici appellatione includitur habens primam tonsuram.*
14 *Oodines minores quandoque dicuntur omnes citra episcopatum.*
15 *Ordo quilibet censetur Sacramentum: licèt enim plures sint ordines, vnum tamen est ordinis sacramentum.*
16 *Ordines quot sint, secundum Theologos, & quot secundum Canonistas.*
18 *Hostiarius habet claues templi materialis, non autem manifesti.*
19 *Ordines minores tempore Apostolorum in primitiua ecclesia non erant, sed instituti sunt ab ecclesia.*
20 *Ordines omnes largo modo possunt dici sacri.*
21 *Sacrum dicitur aliquid dupliciter.*
23 *Votum continentię reddit nos Deo consecratos, quę continentia nõ est annexa quatuor minoribus ordinibus.*
24 *Constituti in sacris equiparantur quandoque illustrib,*
26 *Ordo diaconissę non est de septem ordinibus.*
27 *Episcopatus nunquid sit ordo.*
28 *Ordinum in collatione nunquid sit necessarium instrumentum corporaliter in ordinatione exhibitum, & contactus materię.*
Et an sit de substantia calicis traditio cum patena. num. 29.
30 *Christus ordinauit Apostolos in episcopos in die Pentecosten hora, tertiarum, & misit in eos spiritumsanctum in linguis igneis.*
31 *Apostoli quando cęperint vti ministerio consecrationis.*
32 *Calix appositus ordinando debet esse plenus apposita materia vini & aquę, & hostia in patena.*
33 *Solemnitas certa quando in aliquo actu requiritur totaliter, requiritur & in eius parte.*
34 *Ordinum in collatione si aliquid omittatur de forma, an debeat iterari.*
35 *Episcoporum & clericorum in consecratione quę solẽnitates sint seruãdę.*
36 *Falcem in messem alienam non licet ponere.*
37 *Legista purus potest recusari in causa spirituali.*
38 *Ordinum in collatione non est necessaria manuum impositio.*
39 *Ordinationum tempus an sit de substantia ordinis sacri.*
Et quid de ętate ordinandi. ibid.
Et an vnctio sit necessaria.
40 *Ordinis de substantia an requiratur quòd ordinans & ordinatus sint ieiuni.*
Et an missa sit necessaria. ibid.

41 Ordo

41 *Ordo à quibus conferri debeat.*
42 *Ordinum minorum collatio non est merè ordinis episcopalis.*
Sacerdos enim de commissione Papę potest eos conferre, non autem maiores. num. 43.
44 *Episcopus conferens ordinem debet esse verè episcopus, aliàs nihil ageret.*
Et si sit hęreticus, schismaticus, vel excommunicatus, an imprimatur character.
45 *Ordinatus ab vno non habet necesse habere licentiam eiusdem, si voluerit ad alios ordines ab alio ordinari.*
46 *Ordinans nil confert in ordinatione, sed solus Deus.*
47 *Papa non habet potestatem super characterem.*
48 *Ordo non impeditur ex errore personę.*
49 *Ordo quib. conferri debeat.*
50 *Mulier est ordinis incapax, etiam Papa dispẽsante nec potest prędicare, nec confessiones audire.*
51 *Diaconissa vnde dicta.*
52 *Presbyterissa quę dicatur.*
53 *Hermaphrodita ordinari non debet, etiam si sexus virilis pręualeret.*
54 *Ætas impedit ordinandum.*
55 *Ordinatus ad sacros ordines infra pubertatem non tenetur ad continentiã saltem si non erat doli capax, si infra 14. annum contradixit.*
56 *Ordines minores dantur habenti vsum rationis circa nouẽ vel decẽ annos.*
57 *Ordinandus in episcopum debet pergisse 30. ann.*
58 *Accolytatus confertur post 12. annum.*
59 *Ordinandus debet esse bonę indolis.*
60 *Ordinatus ante ætatem legitimam licèt non debeat celebrare, si tamen celebrat, non incurrit irregularitatem: incidit tamen in irreg. faciendo se promoueri ante ętatem.*
61 *Puer in cunis potest esse sacerdos & episcopus, & omnes ordines suscipere, sed factus adultus ratificare debet quod recipit: imprimitur enim character, etiam si fuisset vnius diei.*
Et si infra pubertatem contradicit, an gaudeat priuilegio clericali.
62 *Promouendus ad beneficia vel ad ordines cuius ętatis esse debeat.*
63 *Homicidium an & quando impediat ordinationem.*
64 *Vitij corporalis impedimentum an & quando impediat ordinationem.*
65 *Marcus Euangelista Sanctus amputauit sibi pollicem, vt sacerdotio reprobus haberetur.*
66 *Episcopi indignos promouentes ad sacros ordines puniendi sunt.*
67 *Excommunicatus etiam minori excommunicatione non potest promouori ad sacros ordines.*
68 *Episcopus italianus absque speciali licentia Papę non potest ordinare vltramontanum.*
69 *Littęrę commendatitię ad ordines possunt dari tam ab episcopo originis quam ab episcopo beneficij.*
70 *Papa solus ordinat à se promotum, vel à suo prędecessore.*
71 *Accusatus, pendente accusatione, non potest ordinari nec coniugatus, nec excommunicatus.*
72 *Coniugatus si ordinaretur, imprimeretur character, cogitur tamen ad vxorem redire, si sit ordinatus vxore nescia.*
73 *Criminosus occultus moneri potest, ne promoueatur ad ordines, prohiberi autem non potest.*
74 *Periurus prohibetur ordinari.*
75 *Ordo ei non confertur, qui non potest accusare, aut testificari: nec filijs seruorum ex legitimo matrimonio natis, nisi ex dispensatione Papę.*
76 *Religiosus contra prohibitionem sui prelati non debet ordinari.*
77 *Promouendo non obest modica deformitas.*
78 *Papa solus dispensat cum corpore vitiatis.*
79 *Ordo potest conferri parum scienti, dummodo non sit penitus illiteratus, & sit spes, quòd discere possit.*
80 *Illiteratus omnino si ordinaretur, reciperet characterem.*
81 *Ordo non potest conferri non bibenti vinum, nec alicui inuito.*
Nec spurio, sine dispensatione. nu. 82.
83 *Delictum patris facit quandoque filium indignum clericatu.*
84 *Fornicator ordinari non debet.*
85 *Inuitus quis potest cogi ad ordines, quando vtilitas ecclesię subsit.*
86 *Ordo an possit conferri clerico latino in minoribus constituto, si trahat morã inter grękos: & an possit ordinari in presbyterũ, & vti matrimonio.*
87 *Ordinatus, qui ordinari non debebat, recipit characterem, nudum tamen, in efficacem, & mortuum.*
88 *Mulier nullatenus reciperet characterem, si ordinaretur, nec infidelis.*
89 *Ordo an debeat conferri ab episcopo indifferenter.*
90 *Ordinandum tria principaliter repellunt, remissiuè.*
91 *Ordo non confertur nisi interrogatis & spondentibus velle castè viuere.*
Et an illi possit conferri, qui aliquando insaniuit. & sim. num. 92.
Et an claudo, ibid. & quid de surdo & muto.
Et an conferatur non baptizato vel non confirmato. nu. 93.
94 *Laicus, qui omnino est illiteratus, si ordinatur, an recipiat characterem.*
Et si nullum habet ordinẽ, an possit alijs prętermissis recipere ordinem sacerdotalem.
95 *Ordinum minorum officia non perduntur per assumptiouem maiorum ordinum.*
96 *Ordinatus coactè an recipiat characterem.*
97 *Ordo quib. temporib. conferri debeat.*
98 *Papa potest conferre subdiaconatum in dieb. dominicis & prędipuis alijs festiuitatibus.*
99 *Episcopi quando conferunt ordines extra quatuor tempora, debent potius facere in propria capella, quam in publico.*
100 *Tonsura prima conferri potest qualibet die.*
101 *Ordo non potest conferri in die, in quam aliquod festum transfertur.*
102 *Ordo episcopalis conferri debet diebus dominicis.*
103 *Moniales quando consecrari possint, nu. seq.*
Abbas quando benedici debeat.
104 *Corrupta sponte vel vi cum peccato non potest inter sacras virgines consecrari.*
105 *Moniales virgines dicuntur benedici & Deo consecrari.*
106 *Abbatissa an possit recipere moniales ad professionem.*
107 *Ordo quare semper sit conferendus in sabbatho.*
Et an aliquo modo possit conferri in dominica. nu. 108.
Et si collatus sit extra quatuor tempora, an imprimatur character.
110 *Ordines recipiens extra tempora statuta qua pœna plectatur: & qua ordinatores.*
111 *Episcopus ordinans aliquem ante legitimam ętatem suspenditur ipso iure à collatione ordinum: & quid si ordinet non sibi subiectum.*
112 *Ordines plures an possint eodem die conferri.*
113 *Ordinem furtiuè suscipere propriè is dicitur, qui contra conscientiam sui episcopi & sine examinatione promouetur.*
114 *Episcopus non potest dispensare, quòd aliquis recipiat vna die plures ordines.*
115 *Ordines plures si eadem die conferantur, an imprimatur character.*
116 *Ordinem maiorem recipiens non diuertit ab alijs minoribus.*
117 *Ordo quem ritum requirat, vt character imprimatur. num. seq. & in quo actu cuiuslibet ordinis imprmiatur character. nu: 119.*
118 *Energumenus dicitur dęmoniacus.*
Character quare in diacono imprimatur in traditione libri Euangelij.
121 *Sacerdos cùm ordinatur, in traditione calicis primò accipit potestatem conficiendi, post autem per manuum impositionem accipit spiritumsanctum cum potestate ligandi & soluendi.*
122 *Collatum in ordinibus ritè nõ debet repeti, sed quod omissum est suppleri.*
123 *Character nunquid imprimatur in quolibet ordine su[illegible]di: & an character vnius ordinis prasupponat characterem alte[illegible]nis.*
124 *Ordo diaconatus quando collatus censeatur, & quan[illegible]rdo presbyteratus.*
125 *Ordo an possit seu debeat reiterari.*
126 *Mortuus retinet ordinem susceptum.*
127 *Episcopus quando dat ordinem sacerdotalem, an alij debeant assistere.*
128 *Presbyteri quando ordinantur, vnguntur eorum manus oleo benedicto, non chrismate.*
129 *Ordo qualiter sit conferendus.*
130 *Scrutinium duplex est faciendum circa ordinationem in sacris.*
131 *Archidiaconus si nouerit ordinandum indignum, studere debet, antequam veniatur ad ordinationem, vt episcopo secretè denunciet.*
132 *Scrutator vnde dicatur.*
133 *Ordinatus sine examinatione an peccet.*
134 *Ordinandus an teneatur crimina sua confiteri & impedimenta notoria iuris & facti.*
135 *Ordo nunquid conferat gratiam.*
136 *Potestas sacerdotalis quanta sit.*
137 *Potestas quælibet secularis per censuram ecclesiasticam cohercetur.*
138 *Ordo nunquid liberet à fortuna seruili: & an liberet à patria potestate, remißiuè.*
139 *Votum castitatis an sit annexum ordini.*
140 *Ordinatio quot modis dicatur symoniaca.*
141 *Ordo vbi conferri debeat.*
142 *Clericatus superueniens in persona patris an liberet filium à patria potestate.*

TERTIO Loco videamus de sacramento ordinis, in quo hoc ordine procedam. Primo quærendũ, quid sit ordo & quotuplex. Secũdo quo ad substantialia. Tertio quo ad ministrũ. Quarto quo ad illos, quibus conferuntur. Quinto quibus temporibus conferendus sit ordo. Sexto qualiter & quantum ad ritum & modum. Septimo quis effectus oriatur. Prima incipit in prima quæstione. Secunda in 6. Tertia in 11. q. Quarta in 12. Quinta in 20. Sexta in 27. q. Octaua in 34. quæstione.

1 ¶ Primo † quæro, quid sit ordo. Respondeo, secundum magistrum sen. & Tho. in 4. dist. 24. ordo est signaculũ quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officiũ secundum pisa. in vers. ordo. Hæc diffinitio fuit Hug. de sancto Victore, & secũdum Pe. ibi actus exterior dicitur signaculũ. sed executio illius potestatis dicitur officiũ, & in sum. confes. li. 3. ti. 22. q. 1. secundum Fra. Nic. in addi. vbi ℣. & per Arch. in c. 1. de tẽp. ord. in verbo, ordines. li. 6. & per Laud. in sacramẽtali, in rubrica de ordine. in prin. vbi ẽt de effectu ordinis, qui est potestas & officium, & potestas idẽ est q̃ character impressus diuinitus in anima promoti, per quẽ est potestas ista spiritualia exercere, sicut conficere corpus Christi

& ab-

& absoluere in foro animę,& tonsurā ecclesiasticā ꝓferre, vt ibi latius. vel dic, ꝙ est sacramentū ecclesiæ ab Apostolis introductū,cuius character per manus impositionē prelati ſm formam ecclesię factā cooperante spiritu sancto imprimitur ordinato,vt in certis officijs valeat ministrare,ar.de sacra.nō iterā.c.fi.secundum Ho.in sum.de t.pi.ord.§.1. & cum priori diffinitione concor.Pe.de pal.in 4.dist.24.q.1.circa prin.subdēs, ꝙ dr̄ esse signaculū , quia cum aliquo signo visibili & distincto q.libet ordo dat: vnde sicut diuersę formę ad singulos ordines,sic & materię, & sic vr̄ necessariū ꝙ lectori det̄ lectionarius,exorcistę exorcismi, diacono euāgelia vel euāgelistariū. sed si est vnus liber , in quo sunt exorcismi ex vna parte, & prophetia ex alia.& euāgelia ex alia sunt, vnus & idē liber potest esse signaculū imprimendi characterē in tribus , quia differt formaliter,aliter nō vr̄ ſm cū ibidē:& iō in diffinitione dr̄,tradit̄ ordinato,quia dr̄ sibi: Accipe:vnde nisi accipiat manu tangendo nihil vr̄ agi , nec sufficit ꝙ eps porrigat manū,nisi ordinandus tangat,quia ꝙ non tangit non agit, vt ibi latius.vnde licet quatuor sacramenta nullū exigāt actum suscipiētis sacramētū, sed solū ministrātis , tn̄ vnū est vt matrimoniū, de cuius essentia est actus suscipiētis nō ministrātis , & duo sunt,de quorū essentia est vtrunq;,vt penitētia, cuius partes integrales sunt confessio & absolutio , & ordo in quo ordinās tradit & ordinatus accipit,ſm Pe.de pal.in 4.dis.29. q.1.art.3.& sic nota,ꝙ requiritur contactus.Dicit ēt idē Pet. in 4.dist.1.in 8.col.sic dicendum,ꝙ in baptismo & confirmatione & vnctione & ordine nisi esset contactus verus non esset sacramenrum:& subdit in sequenti col.sic,& ideo in cōtactu materiæ & suscipientis in baptismo cōfirmatione vn-
2 ctione & ordine &c.& subdit ibidē, q.1.penult.col.ꝙ † virtus sacramentalis quādoque est in sola forma,sicut in matrimonio:qnque in sola materia, sicut post cōsecrationē in speciebus remanet virtus disponēs ad gratiā suscipiētē : quandoq; est in sola forma & ministro,sicut in penitentia: quandoq; in forma materia & ministro sicut in alijs &c. qui ēt dist.3.q.2. secunda col.dicit sic,præterea in quibusdā ordinibus episcopus dicit verba,& archidiaconus tradit materiā &c. ad idem per eundem dist.7.q.1.arti.2.conclusione 2.circa fi.& sic traditio calicis cum forma potest dici sacramentū , quia ex parte operato dat potestatem & gratiam , & similiter impositio manuum cum forma dat spiritumsanctum,ſm eundem in 4. dist.24.q.1.art.3.ver.ad quartum, dicit tamen circa materiā tradendam , quòd esse non debeat consecrata de necessitate & essentia sacramenti,vt calix,& si. ſm eum dist.7.q.1.art.2.
3 conclusione.2.circa fi.subdēs, ꝙ Christus † oēs actus ordinū in sua persona exercuit , ad quod gl.23.dist. psalmista.in glo. omnes isti ordines.quinetiā fuit episcopus in eo ꝙ apostolos pmouit in sacerdotes, dū dixit , hoc facite in meā cōmemorationē,vt dicit Laud.in rubrica de sacramento Eucharistię. 4.col.vnde Pe.de pal.dicit dist.23.q.1.in fi. primę col. sic videlicet , cū missa de facto in calice nō ꝓsecrato pōt celebrar, vr̄ ꝙ si calix non consecratus sibi traderetur, nihilominus esset sacerdos,secūdū eūdem Pe. ad que ꝗ.q.6.10.& 27.q.Item nota,dum in diffinitione dicitur, ad officium,dicit enim Pe.
4 de pal.ꝙ † omnis ordo ordinatur ad Eucharistię sacramētū : ordo enim ministrorum ecclesiæ , qui sunt mediatores inter Christū & populū,est ad faciendum vnionē populi cū Christo:hoc autē fit maxime per sacramentū Eucharistiæ, in quo Christus continetur realiter,& à nobis sumitur : vnde dr̄ sacramētū vnionis.hęc autem vnio fit duplici actu, scilicet per sacramēti confectionē, & per populi dignā præparationē. in primo actu deseruiunt quatuor ordines, s.accolitus , subdia-
5 conus,diaconus,& sacerdos,sed differenter , quia † acolitus habet materiā consecrādā præparare in vasis non sacris : ipse enim vrceolū cū aqua & vino præparat , & tradit subdiaco-
6 no.subdiaconus vero habet † eā ponere in vasis sacris in qui-
7 bus fit consecratio.Diaconus verò habet † eam offerre sacerdoti ad consecrandum , & consecratam dispensare saltē sanguinē cū vase mediate,consecratio autem pertinet ad sacerdotem, ad hoc ꝗ.q.4. In secundo vero actū in præparatione populi deseruiunt alij tres ordines,sed differenter, quia duo
8 eorum disponūt,remouendo primus † vel malum hominem vt hostiarius,vel malū Angelum , vt exorcista : tertius vero, scilicet lector præparat offerendo bonam dispositionem quo ad cognitionem veri & dilectionem boni , quod fit legendo prophetias de Christo in testamento veteri contentas,secundum Pet.de pal in 4.distin.24.quæst.2.in prin.& sic præsupponit opin.theologorum,de qua ꝗ.quæst.4.

9 ¶ Vltimò nota , quòd † etiam vita laicalis dicitur ordo , Archi.22.q.3.præsens.

10 ¶ † Secundo quæro , vtrum prima tonsura siue corona sit ordo.Respondeo,si loquamur de ordine in quantum est sacramentum,& imprimit characterem, isto modo tonsura nō est ordo,quia nec sacramentum est nec imprimit characterē, & hęc est sententia Tho. in 4.dist.23. & propter hoc iura inter ordines non posuerunt tonsuram,32.dist.seriatim.75.di. illud 93.dist.à subdiacono.si vero loquamur de ordine , non vt est sacramentum,sed largo modo pro deputatione ad diuinum cultum,sic secundum eundem ordo est , & ita nominatur extra de ęta.& quali.cum contingat. sed quod ibi dicit Ber.quòd est idem quod psalmistatus , non est sic sicut in sequenti §.secundum pisa.non est ergo prima tonsura proprie ordo,sed dispositio ad ordines,vt in sum. confes.eod.tit.q.a. secundum Fra.Ni.osmi.in addi.& per Pe.de palude,in 4.di. 24.q.3.artic.primo. quia per coronam deputatur homo solùm ad chorum,vbi non habet speciale officium:subdens,ꝙ ab hac prohibentur mulier,bigamus,infans,illiteratus,cōiugatus,& irregularis,vt ibi per eum: & ibidem quis possit hāc tonsuram dare, & de effectu tonsuræ etiam in spectantibus ad honestatem ibidem , & per eundem q.4.artic.primo. vbi etiam quòd corona omni die conferri potest,secūdum eum. sed doctores canonistę tenent,ꝙ sit ordo,vt per Fran.& doc. in d.c.cum contingat. ad quod ꝗ.q. proxima. & similiter te-
11 nent , quòd prima tonsura sit idem ꝙ † psalmistatus qui per primam tonsuram confertur, not.21.dist.cleros , in princ.in glo.non ordinem.& in verbo,psalmista. & in prohęmio sexti,in verbo, episcopus.& qd not.76.dist.illud.& quod notat Fran.in c.3.in prin.de temp.ordi. & per Hosti.in sum. de ordi.ab epi.§.1.in prin.dicsē, ꝙ hic primus ordo quandoq; appelatur tonsuratus,de sen.& re iud.cum inter nos primo responso,ibi,tonsuratione.quandoque clericatus,dicto c.cum contingat.in fi.quandoque psalmistatus,23.dist.psalmista.& in c.de eo.de t.pi.or.dicit psalmistatus siue tonsura. ad idem facit,quod ipse notat in d.c.cum contingat. in prin. ad idem optime sentit Ioan.An.in d.c.de eo.ad fi. & Arch. 21.di.c.1. in glo.magna in princ.ibi , psalmista siue primam tonsuram habens , & sic inter minores connumeratur , vt s̄.& optime per Franc.in c.1.de postu.& Ioan.de Lign.in c.2.ad fi. de institu.Fran.in c.3.de vit.& hone.cle.Et de nominibus ordinū siue ordinandorum in d.c.cleros.& de prima tonsura habetur in c.penult.de cle.coniug.& in c. abbates. ad fi. de priuil. lib.6.& in c.fi.de temp.ordi.eo. lib. & de materia plene per Arch.in d.c.fi.de tempori.ordi.in verbo,tunsuram.Item clericus primæ tonsuræ compellitur eam ferre , nec potest illi verbo renuntiare sine licentia episcopi: sed facto sic , secundum Ioan. And.in c.3.de aposta.Et ad prædicta faciunt not. per Laud. in sacramentali in rubri.de sacramento ordinis, post princip.

12 ¶ Tertio quæro † vtrum psalmistatus sit ordo. Respōdeo secundum Tho.in 4.dist. 24.in decretis. dist. 21.cleros. psalmista secundus ab hostiario inter ordines ponitur , nō quòd sit specialis ordo,sed quia est officium ordini scilicet lectoratui annexum,23.dist. psalmista.nam quia psalmi cum cantu pronunciantur,ideo lector dicitur psalmista & cantor, quod est quoddam officium inter ordines,concor.Pet. vt in sum. confes.eo.tit.q.3.secūdum Fra.Ni.post pisa.in verbo, ordo. Et licēt in libro pontificali psalmistatus videatur distinguī à prima tonsura,attamen non ponit pro necessario , ac etiam officium cantandi,quod dabatur per psalmistatum cōfertur per primam tonsuram:facit in Spec.de dispen. §.iuxta. vers. quid de simplici clerico.nec etiam hodie psalmistatus separatim confertur in practica: ad quod s̄.q. proxima. dicit Ioan. And.in c.ex parte.de tempor.ordi.ꝙ corona non est de substantia ordinis,quod vr̄ intelligi ſm opinionē Inno. Sed ſm Host.vr̄ aliud , qui vult ꝙ debeat repeti,;si omitteretur, & in hoc vr̄ residere ipse Ioan.And.in c.cū contingat. in fi.de ęta. & quali.sic ergo ſm canonistas prima tōsura est ordo,vt per Archi.11.q.3.si quis episcopus.1. & s̄.proxima q.in tātū ꝙ si omitteretur repetēdus esset,ſm Fran. & Doc.in d.c.cū con-
13 tingat . vnde appellatione † clericorū includitur primā tonsurā habēs,d.c.cū cōtingat. vt dicit Io.And.in c. quia nos.de testamen. cum similibus.ad hęc ꝗ.proxim.q. faciunt not. per Laud.in rubri.de sacramento ordinis , circa prin. & ꝙ sit ordo,patet in cle.dudū.in prin.de sepul.ibi, quos ordo clericalis.&c.ſm Imo.post Laud.in d.cle.in 24.col.subdens, ꝙ ideo tenet Zen.per c.cum contingat. de ęta. & quali. & idem ibi per

14 per Fran.8.notabili.quandoque minores † ordines dicuntur omnes citra episcopatum , vt in c.sicut. de iureiur.Nota ta-
15 men,quòd omnis † ordo est sacramentum,vt per Pe. de Pal. in 4.dist.24.q.1.post prin.Item ex eo quòd dicit Ioan. And. ordinis,videtur sentire,quòd licet plures sint ordines,vnum tamen est ordinis sacramentum , & ideo dictum in singulari non in plurali , quod clarius dixit Ioan. Andr.in c.per tuas. 2.in 3.colum.& ad fi.de symo. & frater Nic.rubr.de cle coniug.in fi.ad quod adde Pet.de pal.in 4.dis.24.q.1.art.3.vers. sic,dicit tertius articulus.ꝙ non sunt septem sacramenta , sed vnum tantum:quia omnes actiones sacramentales , quæ ordinantur ad vnum principalem effectum certo modo habēdum,ad quem nulla earum totaliter attingit , sed ex omnibus simul iunctis habetur effectus totalis : omnes enim sunt vnum sacramentum,licēt quælibet earum sit pars essentialis sacramenti:& multa super hoc dicit,tandem dicit sic, potest etiam addi ꝙ ordo est sacramentum per se completum,prout accipitur ex aggregato ex septem ordinibus,& sic diuiditur contra alia sex sacramenta. prout autem ordo accipitur diuisim pro vnoquoque ordine de septem,sic non est sacramentum primo modo dictum,sed nec est sacramentale , sed est pars essentialis sacramēti integralis : non sic autem quòd vnus ordo sit materia & alius forma , sicut communiter in alijs:nec sic, quòd quilibet continet totum sicut in Eucharistia:sed sic,quòd quilibet ordo continet partialem materiā & partialem formam sicut partes vnius integralis: & sicut in extrema vnctione quelibet de septem vnctionibus,nisi ꝙ hic quilibet ordo habet effectum magis distinctum.Si autem sacramentum dicatur omne ex opere operato gratiam conferens siue ad effectum proprium per se tantum siue in ordine ad aliquid commune,sic quilibet ordo est sacramentum, sed partiale & imperfectum,& diminutiuum secūdum eū : vnde dicit Arch.32.di.in prin.post Pet.qd̄ ordo dicitur vnum sacramentum perfectione vnius finis , quia constituitur ex diuersis ordinibus spiritualibus,qui ordinantur ad vnum actū consecrationis, sicut & domus dicitur vna secundum eos .

16 ¶ † Quarto quæro,quot sunt ordines secundum sentētiā Tho.in 4.dist.24.Si proprie accipiamus ordines inquantum sacramenta,septem sunt, quatuor. s.minores, vt hostiarius , lector,exorcista & accolitus,& tres sacri.s.subdiaconus, diaconus,& sacerdos Si vero largo modo sumamus , addet̄ minoribus prima tonsura,siue psalmistatus , vt quidam dicunt, vt s̄.proxime. sacris vero addatur episcopatus , & hoc communiter tenent omnes theologi, s.qd̄ ordines proprie tantū sunt septem, vt in sum.confes. eo.tit.q.4.secundum fratrem Nic.post pisa.vbi s̄.& per Pe. de pal. in 4.dis.24.q.4. in prin. vbi etiam de actibus seu officijs singulorum ordinum . Sed secundum canonistas sunt nouem ordines: scilicet prima tōsura, hostiarius, lectoratus , exorcistatus , accolitatus , & hi quinque dicuntur minores,subdiaconatus, diaconatus,presbyteratus,& episcopatus, & hi quatuor dicunt̄ maiores ordines,secundum Hosti.in sum. de ordi.ab epo.§.1.in prin.& per modernos in c.quanto.de consuet.& in c. cum in cūctis. §.cum verò.in prin.de elect. & ibi per dominum Panorm.& not.21.dis.cleros.& 77.dis.illud.& per Imo.in clem.dudum. de sepul.in 24.col.post Zen.& in prohęmio sexti in glo. episcopus.& per Fran.in dicto c.cum contingat. Alibi vero , ꝙ minores sunt quatuor,vt not.in c.3.de eo qui fur. ordi.rece. & facit.c.3.de tempor.ordi.& d.c.cleros.& 22. dis.seriatim.
17 in prin. Sed quòd psalmistatus † seu prima tonsura connumeretur inter minores ordines , probatur supra quæst. 2.& 3.& in cap.1.iuncta glo.in verbo, episcopi.de fil. presbyter. lib.6.vbi Ioan.Andr. & d.Domi.dicunt , ꝙ minores ordines sunt,de quibus 21.di.accolitus.& 4.ca.sequen. & facit etiam in c.litteras.eo.titu.in antiquis,& in c.cum ex eo. in verbo , retrocedere,de elec.lib.6.& in c.religioso.glo.penult.de sen. excom.& sentit Archi.in c.cum ex eo.in verbo , obtinent.& in cap.1.in verbo,ordines.de tempo.or.eo.li. & in c. cū nullus.eo.tit.& clarius per eundem in c.1.de fil.presbyt. in verbo minores.iunctis iuribus ibi allegatis,& sentit Ioā. And.in c.1.in prin.de postu.præla.Si ergo Papa promouet aliquem
18 clericū primę tōsurę,nihil obest si dicat talē in minoribus ꝓstitutū.Et adde, ꝙ † hostiarius habet claues tēpli materialis , non autē nō manufacti in cęlis,vt dicit Pe.de pal.in 4.di.19.
19 q.j.circa princ.Item † nota,ꝙ tpe Apostolorum in primitiua ecclesia nō erāt minores ordines , sed ecclesia ipsos instituit,vt per Io. An.in c.vno.in fi.de cle.per sal.pmo. & qd̄ dr̄ de vno de minoribus,intelligitur de alijs,secūdum Arch.69. dist. quoniam . Et quis ordo primo conferatur , not.77.dist. c.1.& dātur minores ei,qui alios habere non pōt,no.12.dist. nos. ¶ Et de his ordinibus,videlicet hostiario,lectore, exorcista,acolito,subdiacono,diacono , & presbytero , & ipsorū ordinum potestate & officijs & forma , & quando inuenta fuerit & similia per Laud. in sacramentali in rubrica de sacramento ordinis, post prin.& in libro pōtificali, & in rationali diuinorum officiorum,de ijsdem ordinibus,& ꝙ subdiaconatus hodie sit sacer,not.in c.2.gl. penult. de biga. dę ęta.
20 & quali.c.à multis.Immo large † omnes ordines possunt dici sacri,not.31.dist.in su.Fran.in cap.1.de fil. presbyter. not. in c.1.in verbo,clericum.de tempo.ord. lib.6. vbi etiam per Arch.in verbo ordines.Ant.de But.in c.veniens.de præscri. in 6.col.Dicit Pe.de Pal.ꝙ quidam ordo dicitur sacer, quidā
21 non,& ideo sciendum,ꝙ sacrum † dicitur aliquid dupliciter . Vno modo absolute , & sic oēs ordines sunt sacri , cùm sint quoddam sacramentum vel sacramētale.Alio modo anthonomasice,siue excellenter , & isto modo tres dicuntur sacri, s.sacerdotium,diaconatus,& subdiaconatus duplici ratione: Primo ratione materiæ,circa quam habent actus suos:habēt
22 enim actus suos circa materiam consecratam:nam † subdiaconus habet vasa sacra tangere, & in eis materiam Eucharistiæ præparare: diaconus vero præparatam in eisdem vasis sacerdoti offerre.Sacerdos vero habet eam in eis consecrare & consecratam tractare immediate quantum ad corpus Domini. Secundo ratione continentiæ annexę his ordinibus
23 quantum ad clericos occidentales:votū enim † continentiæ reddit nos quasi Deo cōsecratos. nihil autē horū est in quatuor minoribus ordinibus , qa nec actus eorū est circa aliqd̄ cōsecratū immediate nec eis est cōtinctia annexa,& ideo nō dicuntur sic sacri,vt alij tres , secūdū Pet.de pal.in 4.dist.24. q.2,ar.2.conclusione 3.facit s̄.q.1.ad fi.Inde dr̄,ꝙ constituti
24 in sacris † quandoque æquiparantur illustribus, C.de epi. & cle.ad similitudinem,& no.Ioan.An. in c.indecorū. de ętat. & quali.Vnde appellatione sacrorum ordinum large cōpræhenduntur etiam minores,secūdū.d.Dom.in d.c.1.de temp. ord.post doc.Immo sub ordine clericali continentur sacri , 11.q.1.de persona.in fi.secūdum Imo. in cle.dudū. 24.col.& Fran.in c.2.de ęta.& quali.in 6.oppo.Dicuntur aūt illi sacri, qa sacrū actum habent exercere in altari , vt latius per Fran. in d.cle.6.q.tamen vnū est ordinis sacramentum , s̄.q.proxi-
25 ma.Item oēs † dicti ordines dicuntur fuisse in Christo, s̄.q.j.
26 Nota tamē,ꝙ ordo † diaconissę non est de septem ordinibus, de quo vide plura per Ioā.And. in c.1.de cele. mis.in 2.colū. Item de vestibus sacerdotalibus, pontificalibus & Archiepiscopalibus & pallio,& si.per Pe.de pa.in 4.di.24.q.5.

27 ¶ † Quinto quæro, vtrum ępatus sit ordo. Respōdeo ſm Tho. in 4.dist. 24. Ordo potest accipi dupliciter, vno modo ſm ꝙ est sacramētum, & sic omnis ordo ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ : vnde cū eps non habeat quantum ad hoc potestatem superiorē sacerdote , episcopatus nō est ordo. Alio modo potest considerari ordo , ſm quod est officiū quoddam respectu quarūdam sacrarū actionum , & sic cum eps habeat potestatē in actionibus hierarchicis respectu corporis mistici supra sacerdotē , episcopatus erit ordo : & isto modo loquuntur quandoque iura, vt cùm dr̄ , ꝙ non potest cōmittere ea,quæ sunt episcopalis ordinis,nisi episcopo, extra de cōse.eccl.vel alta.aqua.& sic ordo aliqñ accipitur pro sacramēto,aliqñ pro gradu dignitatis,vt patet in sum. cōfes. eo.tit.q.3.ſm fratrē Nic.post pisa.in verbo,ordo.Vel verius dici potest,ꝙ per episcopatū ampliatur character sacerdotalis,vt sit vnus & idē,& ideo nō imprimit characterē , sed impressum intendit ad aliud:vnde episcopatus est ordo, sed nō distinctus à sacerdotio,& est sacramētū , sed nō distinctum à sacerdotio,& est sacramētū, sed nō distinctum à sacramento ordinis , & imprimit characterē sed non aliū. Dr̄ autem episcopatus non esse ordo in relatione ad corpus Christi verū, quia.s.non est distinctus à sacerdotio,ſm Pe.de pal.in 4.dis. 24.q.7.per totum:sed canonistæ tenēt quòd sit ordo , vt per Fran.de or.ab epi.c.1.in d.c.cū contingat.& in c.sanè.de cōuer.cōiu.& clarius in cle.in plerisq;.11.q.de ele.& in cle. dudū.in prin.& per An.de But.in c.1.de iura.calū.& no.21.dis. cleros.& in prohœmio sexti , in glo. 3.& super ea in nouella per Ioā.An.& per Ni.in c.penul.de conse. eccle.& per Ioan. And.in c.quotiens,de purg.cañ.& in d.c. sanc. cum si.& s̄.q. proxima.posset etiam dici salua determinatione ecclesiæ, ꝙ ordo episcopalis & presbyteralis in primitiua ecclesia fuerunt vnum & idem,vt probatur 21.dist. in nouo. & 93.dist.

legimus.

legimus. & 95.dist.olim. ideo idem est vtriusque character: & licèt postea fit in aliquo prælata episcopalis potestas præsbyterali etiam tempore Apostolorum, vt iuribus prędictis, remansit tamen idem character aliqualiter repressus, in presbytero, & ampliatus in episcopo ex dispositione Apostolorum, quæ interpretatur, immo est dispositio Dei: & ex hoc infertur, ꝙ opinio, quæ habet ꝙ episcopalis dignitas non sit ordo, est vera intelligendo de ordine aliàs separato à presbyterali illi accumulato: sed dicendum, ꝙ bene est ordo idẽ cum presbyterali, licèt in aliquo maioris potentiæ: & sic saluatur vtriusque opinio, secundum Ant.de But.in cle.in plerisque.ad finem. de elec. cum quo ibidem pertransit Immo. vel potest dici, ꝙ episcopatus est ordo non stricte sed largo sumpto vocabulo, vt dicit Fran.in clem.2.de ęta.& qual.7.q. ꝙ ex sola consuetudine episcopi sunt maiores presbyteris, patet 95. dist.olim. in fi. Item aliàs erat etiam ordo corepiscoporum, not.12.di.illa.& de his habetur 64.dist. in prin. & 67.di.& sequen.in §.ante episcopos.& sequen.& 69.di.c.1.in fi.& de isto ordine episcopali vide per Laud. in sacramtali in rubrica de sacramento ordinis.§. episcopalis ordo &c.

28 ¶Sexto † quæro quo ad substantialia & essentialia ordinum, vtrum necesse sit in collatione ordinum instrumentum exhibitum corporaliter in ordinatione. Respondeo secundum Tho.in 4.dist.24.quidam dicunt contactum instrumentorum materialium ab eo, qui suscipit sacramentum, non esse de necessitate sacramenti, sed solam porrectionem, tamen ipsa verba formæ videntur ostendere ꝙ cõtactus materiæ sit de essentia sacramenti, quia dicitur, accipe hoc vel illud &c.Primam opinionem sequitur Albertus, quam etiã nec omnino reprobat Tho.licèt secũda videatur sibi tutior, vt patet in sum. confes.lib.3.titu.22.q.11.vbi etiam patet, ꝙ Host.multum discrepat ab his, ideo hic passus penitus videtur ambiguus, propterea pars tutior est eligenda, extra de homi.petitio.& de presbyter.non bap.veniens.ibi, nõ intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum, secundum Fra. Ni.osim. in addi.ad pis.in verbo, ordo.qui videtur sequi partem tutiorem, videlicet ꝙ contactus materiæ sit de essentia sacramenti, quod clarius sequitur Pe.de pal. vt dixi. s̃.q.1.ad idem videtur sequi Ioan.And.vt ʒ.proxima.q.vbi de hoc.sic ergo ordinatio requirit verbum & actum, Ioan.Andr.in c.2. in fi.de ord.ab episcopo.& sequitur Domi.in 6.col.in princ. & in c.cum aliquibus.3. col.de rescri. eo.li.ad idem per dictũ Nic.in c.ex litteris, de excess.prælatorum.

29 ¶†Septimo quæro, an sicuti manuum impositio nõ est de substantia, idem sit in alijs actibus, qui interueniunt in collatione ordinis, sicut est traditio calicis cum patena. Solutio. Ioan.And.in c.presbyter.de sacra.nõ iteran.in prin. dicit sic, in ordinatione sacerdotis plures sunt actus, tenere manus super caput, dare patenam, vngere manus, & quilibet actus suã habet solemnitatem, vno omisso non per hoc iterabũtur alij actus. quidam tamen dicunt dationem calicis & patenę non supplendam, quia hæc non sunt de substantia, sed tutius est suppleri, secundum Inno.pro primo dicto facit 23. di.subdiaconus.vnde dicunt aliqui, ꝙ in ordinatione presbyteri per dationem calicis pleni, idest cum patena confertur ordinato potestas principalis quo ad principalem actum confectionis Eucharistiæ, & per impositionem manus episcopi sub certa verborum forma, accipite &c. Mathæi, 23.confertur potestas sacerdotalis quo ad actum secundarium, qui est absoluere & ligare: nam & has potestates dominus diuisim contulit Apostolis: nam ante passionem contulit primam, cùm dixit, hoc (s.mẽum corpus conficere) facite in meam cõmemorationem.s.tanquam presbyteri post resurrectionem. secundã, quãdo.s.insufflauit cum dixit ad eos, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata.24.q.1.§.si aũt, & Ioã.19. per impositionem vero manuum aliorum sacerdotum designatur quædam gratiæ plenitudo: dicũt ergo isti, ꝙ si desit traditio calicis cũ certa forma verborũ, non imprimitur character, nec est sacerdos, qui ordinandus erat: si vero fiat primum, sed desit f̃m, sacerdos est quo ad potestatẽ conficiẽdi, sed non potest absoluere vel ligare, nisi facta suppletione: si verò desit manuum impositio, quam faciunt alij sacerdotes, licèt hoc sit supplendum, tamen primum poterit & secundũ, Ioan.And.vbi.supra, & ad idem per Ioan.de Imo.post Laud. & Zen.in clemen.si dominum. de reli. & ven. san. vbi etiam

30 quòd Christus ordinauit Apostolos in episcopos in die Pẽthecosten hora tertiarum, & tunc misit in eos Spiritum sanctum in linguis igneis, 75.dis.ordinationes.de consec. dist. 1.

31 nocte. & tunc † Apostoli inceperunt vti ministerio cõsecrationis, quando 72.discipulos ordinauerunt in episcopos, 21. dist. in nouo.& tunc exuberantia spiritus sancti fulgebat in eis, & non curabant de aliqua forma: postea cęperunt formã seruare, scilicet Barnabam & Paulum ordinando in episcopos, & manus eis imponendo, 75. distin.quod die. Item cum Apostoli fratrem Domini consecrauerant, 65.dis. porro. receperunt Apostoli verum corpus Christi vt presbyteri, quia primo receperunt vt puri laici, secundum doct.vbi supra, & ad idem per Frã.in d.cle.si dominum.ver. in institutione.de rel.& ven.san.vnde si data sit potestas absoluendi sed nõ cõficiendi, nihil posset, cùm desit principalius, per prædicta. ita,

32 vt dictum est, calix † debet esse plenus apposita materia vini & aquæ, & hostia in patena, secundum pontificale, & ʒ.q. 27.in prin.& post medium quæstionis, & q.28. & videtur ꝙ vinum aqua & hostia sint solum de solemnitate, argu.c.2.de pęn. lib.6.facit dictum Archid. de quo ʒ.q.27. in fin.& senior rationale diuinorum officiorum in capitulo de ordinatione sacerdotis, vltima carta, dum dicit, quòd datur calix cum vino &c.& postea subdit, ꝙ calix & patena, stola, casula, vnctio cum verbis sunt de substantia, alia vero de solemnitate: & sic solum hoc supplebitur, vt ʒ. subditur.pro hoc, quia secundũ aliquos traditio calicis est de leuibus, ʒ.q.9. in fi. securius tamen esset totum iterari: ex his infert dominus Fran.in dicto c.presbyter.ad quæstionem propositã, ꝙ fortius debet suppleri traditio calicis cum patena, quàm manuum impositio, quod tenet Inn.secundum eum: sic ergo videntur doc.tradere, ꝙ contactus materiæ sit de substantia ordinis: ad quod s̃.q.proxima.quo præsupposito non sufficiat illud suppleri, immo totum debet iterari, s̃.de sacramentis in communi.q. 15.& ʒ.q.9.dicit etiam idem Fran.in dicto c.presbyter. quòd quicquid omittitur in sacramentis debet suppleri & non reiterari totum sacramentum. tamen id quod est de substantia, si pro parte fuerit adimpletum & non ex toto, totum reiteratur, secundum eum ibidem, cum totum viciaretur, vt ipse dicit in d. c.presbyter. circa prin. ad hoc facit ca. vnicum, in prin.de sa.vnctione.vbi idem Fran.notabiliter colligit, quòd

33 cùm certa † solemnitas requiritur in aliquo actu totali, requiritur & in qualibet eius parte, quod not. si ergo fuit dicta pars orationis taliter, quod peruentum esset ad verba sacratoria, non iterabitur tota oratio, sed repetitur omissum, aliàs tota reiterabitur, secundum eum in d.c. presbyter. qui etiam dicit post Inno. ꝙ si omittuntur verba, cùm fit inunctio, uel cùm traditur calix, debent uerba cum ipso actu iterari, & sic totum iterari debet, s.ipsa inunctio uel calicis traditio, quia uerba sunt quasi quid principale, & traditio uel inunctio accessorium: uel etiam si utrunque est principale, sunt actus omnino inseparabiles: quomodo enim repeteret uerba, si nõ inungeretur, quia mentiretur, cùm uerba designarẽt aliquid falsum, cum dicit consecrare &c. per istam unctionem &c. secundum eum ibidem, ad quod s̃.§.2.q.2.ad fi.& s̃.communia de sacramentis.q.13.Item ad illud, quod dicit Ioan.And. secundum quosdam, ꝙ si fiat traditio calicis cum patena, non tamen episcopus manus imponat &c. quod non potest absoluere uel ligare, nisi facta suppletione: collige, quòd in datione calicis ut s̃.imprimitur character sacerdotalis, cùm id sit principale: at manus impositio licèt sit essentiale, non tamen principale, & ideo illud solum supplendum esset, ut dicit Ioan.And.& clarius Pe.de pal.ut in d.q.15. & ʒ.q. 27. Ad præmissa facit ʒ. q. proxima, & sequentibus questionibus, præsertim in 10.q.& uide.ʒ.q.30.

34 ¶Octauo quero, quid si † aliquid omittatur in ordinatione de forma. Respondeo, f̃m Ray. si aliquid omittatur, quod sit de substantia, aut etiam dubitetur utrum sit de substantia, tota ordinatio debet iterari, quasi nihil sit factum: nihil enim intelligitur iteratum quod nescitur esse factum, de conse.dist.1. solemnitates. si autem omissum est id de quo expressum est, quod non est de substantia, non debet ordinatio iterari, sed quod omissum est debet statuto tempore cautè suppleri, de sa.non iteran. ca.1.& c. presbyter. concor. Inno. Idem in sum.confes.lib.3.tit.22.q.34. secundum fratrẽ Nic.post pis.ad quod s̃.quæstione proxima, & s̃. communia de sacramentis. q.15.& adde quòd id, quod est de solemnitate, si omittitur debet suppleri ab habente potestatem ordinandi & temporibus ordinationum, ut per Frã. & doctin dicto c.presbyter.& adde ʒ.quæstione proxima.

35 ¶ † Nonò quæro de solemnitatibus in consecratione episcopi & clericorum. Respõdeo, secũdũ Ho.in sum. de sa.unc.

§.penul.in consecratione episcopi q̃dam sunt substantialia, q̃dam solẽnia, q̃dam dubia, idest de q̃bus dubitatur an sint de substãtia, q̃dam leuia substantialia sunt, vt ꝙ imponatur liber super ceruicem consecrandi, 23.dist.episcopus. f̃m Goff.glo. tñ ibi tenent, ꝙ non sit de substantia, ad hoc.75.dist.ꝙ die.& quod no.de temp.ordi.si archiepiscopus.& c.nec epi.per Io. And.quod vr̃ verius. Item de substãtia est numerus eporum, vt sint ad minus tres, 63.dist.porrò.& ꝑ Io.And.post gl.in d. c.nec epi.& ꝙ vnus epus totam benedictionẽ ꝑficiat, 23.dist. quorundam.de conse.dist.2.reuera.& quod no.in c.quod sicut.de elec.& in hoc & si.non debet fieri suppletio, sed totum iterari, q̃a nihil est actum, & q̃a cum forma nõ seruatur, actus est nullus, de rescrip.cum dilecta.de offi.deleg.venerabili: & quod not. 68. dist. corepiscopi.& c.quamuis.cum si.Solemnia sunt, vnctio, tps, ætas, s.cõsecrandi, & manus impositio: de his non expedit ꝙ reiterentur, sed suppletur vnctio & manus impositio in alijs duobus, tpe, s.& ætate dispensat, de tẽpor. ordi.consultationi: sed in his, q̃ sunt de substantia, quodcunq; omittatur, consecratio est reiteranda, vt dictum est. s̃. Dubia sunt, missa, & ieiunium, in q̃bus tenendo ꝙ sint de substantia, si omittantur totus actus debet iterari, tenẽdo ꝙ de solemnitate sufficit, ꝙ suppleantur: primum dicit Host.tutius, ideo tenendum tanquam certius, de bap.c.2.ad hoc de scruti.c.vno, cum ibi notatis.& ideo datur cõsiliũ, ꝙ in his, q̃ in ordinationibus obseruari mandant, nec cõstat, vtrum sint de substantia vel solemnitate, nec ꝑ aliquod ius inuenitur, ꝙ omissum suppleri debeat, ꝙ tutius est, & ꝑsumi debet vt iudicet nihil actũ fuisse, & iteretur, vt ꝑ Host.in sum.de sacra vnct.§.a quo.ver. sed nunquid missa.& ver.q̃dam vero dubia.vbi ẽt & an de his leuibus vel solemnibus fieri debeat suppletio, & in sum.confes.lib.3.tit.22.q.34.per totã. ¶Leuia sunt, tangere aquimanile, idest bacile, seu peluim, hostiũ, vel campanam, vel traditio vrceoli, candelabri, vel calicis: in his nõ est necessaria suppletio, si omittuntur, tñ tutius est si suppleant, 5.dist.ad eius. ff.man.l.q.a de mutua.ꝑ hoc dicit Hosti.ꝙ cùm oporteat stari traditioni canonum, & canonistæ ẽt dubitent, nescit q̃uo purus theologus audeat diffinire, de hoc ꝑ eum in sum.de sacra vnct.§.a quo.& qualiter f̃m Io.And.& Fran.in c.vno.in prin. de sacra vnct.sic in simili dicit Ant.de But.ꝙ legistæ decidant

36 suas leges, & dimittant canones, quia non est sine culpa † imponere falcem in messem alienam, vt ꝑ eum in c.fi.circa fi.de

37 conditionibus appo.vnde purus legista † põt recusari in causa spirituali, Spec.de requisi.consilij, post prin.ibi, sed nec passim.facit quod dicit Imo.in cle.si appellationem, in princ.de appel. ¶Aduerte tñ ad istud vltimum, quia Host.nõ dicit hoc clarè ibidem: dicit tñ ibi, ꝙ f̃m Hug.in talibus non est incautũ

38 nil temere asserere, quod no.& no.quòd manus † impositio in collatione ordinis non est de substantia: vnde nihil iterabitur, sed supplebitur quod fuerat ꝑtermissum, alias si esset de substantia, totus ordo viciaret, vt in c.presbyter.de sa.nõ iter. & ibi ꝑ Fran.in prin.& sic oporteret iterari, si omitteret, f̃m eundẽ.& ad ꝑdicta ꝑsertim ad illud de traditione calicis, adde.s̃.q.7.& sequentibus.& vide omnino.ʒ.q.proxima.vbi ẽt vide, an missa sit de substantia cõsecrationis seu ordinationis, & de si.& ad illud de tactu instrumẽti, ʒ.q.27.& ad illud quod dicit Io.And.post Host.ꝙ traditio calicis sit de leuibus, dic ꝙ hoc sentit Hosti.in sum.de sacra vnct.§.a quo.ver.hoc si probabiliter &c.sed contrarium vr̃ verius per no.s̃.q.7.& s̃.proxime.& probatur in d.c.2.de pœ.lib.6.

39 ¶Decimo † quæro, quæ sunt illa quæ non sunt de substantia. Rñdeo f̃m Ray.expressum est, ꝙ de substantia non est ipsum tempus ordinationum, extra de temp.ord.sane.& ibi per Io.And.caracter enim semper imprimitur, quocunq; tpe ordines conferantur, d.c.sane.& c.consultationi.f̃m Io.And.in c.cum quidam, eo.tit.Itẽ nec ætas ordinandi: 77.dist.subdiaconus.& c.in veteri.Item nec vnctio, de sacra vnct.c.vno.circa fi.& de sa.non iter.c.1.Item quòd ordinandus in presbyterum vel diaconum recipiat impositionem manus epi, s.tactu corporali, vt in c.fi.de sa.non iter.Item quòd ordo recipiatur a proprio epo, vel quòd non recipiat quis oẽs ordines simul, sed seruatis debitis intersticijs, extra de temp.ord.quod trãslationem, & c.litteras.9.q.2.Lugdunensi.concor.Hostien.f̃m

40 quem & Hug.& Guil.non est de substantia, quòd † ordinans & ordinandi sin tieiuni, hoc cõiter tenent Doc.licèt Ray.de hoc dubitauerit, vt patet in sum.confes.eo.titu.q.34.sunt & alia, de quibus nescitur, an sint de substantia vel non, vt missa, de qua ẽt Host.dicit dubium idem in d.q.34.tñ in minoribus ordinibus non vr̃ dubium, quòd missa non est de substantia, vt per Fran.& Io.de Imo. post Math. in cle. generalem.ad fi. de æta.& quali.licèt etiam in minoribus omitti non debeat, vt 75.dist.c.1.3.& 4.& quod no.in d.c.1.& quod no.Innoc.in c.quod sicut.ad fi.iuncto textu, de elec.& Host.in sum.de sacra vnct.§.penul.ver.sed nunquid missa.ibi, mandantur &c.& etiam in lib.pontificali ordinatum est conferri in missa: facit quod not. Abbas antiquus in c.litteras.in fi.de temp.ordi.vbi dicit, quòd sine missa ꝓferre ordines non est moris: & ꝙ missa non sit de substantia sacrationis vel ordinationis, no.de elect. quòd sicut.in glo.sed qualiter.ex qua colligunt Doc.missam non esse de substantia consecrationis seu collationis ordinũ vel crismatis, sed ꝑꝑ ordinationem ecclesiæ, & ob reuerentiã sacramentorum nõ potest conferri & explicari sine missa, vnde debet ordo & consecratio fieri cum missa, vt s̃.facit quod no.Io.And.in c.litteras.ad fi.de temp.ord.& in c.fi.penul.col. de cle.excommu.Item ad materiam aduertendum f̃m Inno. & in d.q.34.quòd cùm in ordinatione alicuius in diaconum vel sacerdotem omissa est manus impositio, & postea suppletur, dicuntur etiam orationes omnes, quæ præcipiuntur dici, quando fit impositio manus, quia ipsi manus impositioni adhærent, & de manus impositione fit mentio in orationibus. Item dicit, quòd vbi diuisi & diuersi sunt actus, non est iterãdum, sed supplendum, sicut in ordinatione sacerdotis: alius actus est tenere manus supra caput, alius dare ei calicem & patenam, quorum si aliquid defuerit legitime factum nõ erit postea iterandum. Quidam tamen dicunt, quòd hæc duo.s.de calice, non sunt supplenda, quia non sunt de substantia, tamen securius est supplere. Item si pars orationis alicuius omissa esset, a capite inchoandum foret, tñ in ordinibus multæ orationes possunt esse, quæ non sunt de substantia ordinis, vnde si aliàs ordo legitime collatus esset, nõ ꝑ hoc reiteretur. Item si tñ vna manus iniuncta est, postea solius alterius manus iniunctio supplenda est, & vbi in orationibus dicitur manus, in plurali, dicat manus in singulari: & si facta esset vnctio in aliquo & nõ dicta oratio, vel econuerso, repetẽdũ erit vtrumq;, quia actus non sunt diuisi, cùm in orationibus fiet mentio de vnctione. Item quod omissum est suppleri debet per eum, qui ordinauit, quod si fieri non posset per alium suppleri potest. Item si episcopus in ordinando ex infirmitate deficiat, per eum postea vel per alium inchoabitur, vbi ipse dimiserat, nisi sint aliqua cohærentia, vt vnctio, & oratio, vt dictum est, vel nisi vnus sit actus, vt patet in forma consecrationis Eucharistiæ, & in forma baptismi, cuius parte iam dicta si deficiat minister, per alium reincipitur forma in baptismo & in missa ab illo loco, Qui pridie &c.concor.Host.Item quòd debet omissum caute suppleri, Host.in c.presbyter.de sa.non iter.vbi & Inno.ponit prædicta, vt etiã patet in d.q.34.& exponit, ꝙ fiat suppletio tpe ordinationis, & veniat patiens defectum, quasi ministrans epo, non quasi orationes super ipsum iterentur, & cùm venerit epus, id quod omissum est suppleat: & põt fieri vltimo post alios eiusdem ordinis, vt magis celetur: potest ẽt episcopus ei dicere, vade & porta mihi librum vel aliam rem, quasi credant circumstantes ꝙ propter mandatum sibi iniunctum imposuit manum, vel etiam in capella sua paucis & bonis secretarijs vocatis priuatim poterit ordines celebrare: quousque autem huiusmodi supplementum receperit, executionem susceptiordinis non habebit, 52.dist.sollicitudo.& extra de sacra.non iteran. c.1.& ibi gl.& in d.q.34.secundum fratrem Ni.post pi sa.& ad dictã cautelam episcopi vide Host. in sum.de sa.non iteran.§.& qualiter.& Doctores in d.c.presbyter.& ad præmissa vide s̃.q.7.& sequentibus. & in quo actu ordinationis imprimatur caracter, ʒ.q.27.

123 caracteris in diaconatu duplex est opinio: Vna q † imprimit in traditione libri euangelij, quia deputatio eius ad suũ principalem actum nõ potuit exprimi per traditionẽ alicuius rei corporalis: Cùm enim diaconus habeat postetatẽ super corpus & sanguinem cõtenta in vasis, nõ potuit hæc potestas exprimi p dationẽ vasis tn, quia super vasa subdiaconus habet potestatẽ: nec p dationem materiæ consecratæ, quia non habet eam immediate tangere, ideo oportuit q ordinaretur per traditionem instrumenti pertinentis ad actũ secundariũ, hoc est p traditionẽ libri euangelij. Sed ꝯ hoc posset dici, q potestas diaconi ad principalẽ actum potuit exprimi p traditionem vasorum cũ sacramento contento: & ad hoc pot dici, q potestas diaconi non debuit exprimi p traditionẽ nobiloris rei q potestas sacerdotalis, hoc tn fieret si tradereẽ ei vas cum sacramento, qa sacerdoti traduntur vasa cũ materia nõ cõsecrata, quare illud fieri nõ debuit. Alia opinio est, q imprimit in impositione manuum, p quam datur intelligi q applicatur ad magnũ ministerium, eo q manus est organum organorũ. Diaconus aut per excellentiam dr minister, & huic vr canon concordare, 23. dist. vbi dr q cũ ordinatur diaconus solus epi-
125 scopus ei manum imponit, eo q ad ministeriũ applicetur. Similiter & sacerdos habet plures actus. Sed principalior inter oẽs est consecrare corpus & sanguinem: absoluere aut in foro pœnitentiæ est actus eius secundarius. Et ideo in datione calicis & patenæ cũ materia imposita imprimitur caracter sacerdotalis. Vnde dns hanc potestatem primo dedit discipulis in cœna, qn tradẽs corpus suum & sanguinẽ in calice, dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Sed post resurrectionẽ dedit eis potestatem ad actum secundarium, qn dixit, quorũ remiseritis peccata remittuntur eis &c. fm Pet. de Pal. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. & arguit ꝯ rõnem supradictam de diacono, ne habeat nobilius signum q sacerdos, quod non vr efficax. Rõ, quia subdiacono traditur calix cõsecratus, diacono euangelium, sed nobilior est calix cõsecratus, q liber euangeliorũ ergo &c. Sed cõclusio probatur alia rõne, quia illud quod est
126 completum sacramentum per se nõ est materia sacramenti, & maxime cum totum sit maius parte, & omne sacramentũ est
127 nobili9 sua materia & sua forma. Sed impossibile est aliquod sacramentũ esse nobilius sacramento altaris: ergo impossibile est sacramẽtum altaris esse materiam alterius sacramenti. Itẽ in impositione manuum nõ imprimitur, nõ quidem p p hoc, q nec per illam imprimitur sacerdoti, quod diceretur, q hoc est, quia non designat principalem actum eius sicut de vrceolo accolito & subdiacono. Sed quia præter actum ministri & suscipientis requirit exteriorem materiã in isto ordine sicut
128 in alijs. Sed manus impositio non habet hmõi materiã, ideo &c. ergo relinquitur, q in traditione euangelistarij quia aliter
121 non pot exprimi fm eum vbi s. Et † notandum, q cum sacerdos ordinatur in traditione calicis primo accipit potestatem conficiendi, post aut per impositionem manuum accipit Spiritum sanctum cũ potestate ligandi & soluẽdi, adijciente sibi, quorũ remiseritis peccata, &c. & sic accipit potestatẽ secundo, quam non acceperat primo; vel si acceperat ex naturali concomitantia, non tn ex vi sacramenti, quia nõ erat facta specialis mentio de hoc, & sacrum non agit ex vi sacri, nisi q signat: potestatem aut inungendi accipit p hoc ipsum, quia per illud sacrum ẽt peccata dimittuntur, & est amplior consecratio secunda cum prima q prima tn, & similiter est imaginandũ de singulis ordinibus habentibus diuersos actus, fm eũdem Pet. in 4. dist. 24. q. 6. ad fi. & prædictis satis cõcordat idem Pe. dist. 7. præsertim in 3. col. & vide eum dist. 25. q. 1. in 3. col. vbi vr sequi, q nisi receperit sacerdos manuum impositionem, non posset absoluere, vt dictum est s. & s. q. 7. dixit tn Archid. in d. c. subdiaconus. 23. distin. post Petrum, quod non est determinatum expresse, in quo actu fiat caracteris impressio, ideo nihil semel collatum † ritè debet in ordinibus repeti, sed quod
124 omissum est suppleri, de sacra. non iteran. c. vlt. idem in sum. confess. lib. 3. & 22. q. 10. & 34. vnde ipse Archid. non videtur ijs omnibus concordare, nec contradicere, in c. 2. de pœ. lib. 6. in ver. clericus. & quinq; sequentibus. vbi aliqualiter de istis insignijs ordinũ ecclesiasticorum, de quibus etiam habetur 12. q. 3. episcopus. 25. dist. perlectis. & in d.c. subdiaconus. & sequentibus. & in Spec. de accusa. tertia parte, §. 2. versi. Item quæritur. in fi. & quod no. in c. statuimus. glo. fi. de ma. & obe. ad hæc. j. q. proxima; & q. 30. & ad dictos duos actus principales ordinis sacerdotalis adde Ioan. And. in d.c. presb. & Imo. in cle. si dominum. 5. col. de rel. & ven. san. & s. q. 7.

¶Vicesimooctauo † quæro, vtrum in quolibet ordine imprimatur spiritualis caracter: & an caracter vni9 ordinis presupponat caracterem alterius ordinis. Rndeo fm Tho. in 4. dist. 24. in quolibet ordine sicut cõfertur spiritualis potestas, ita imprimitur spiritualis caracter, nec caracter vnius ordinis præsupponit caracterem alterius ordinis, nam recepto ordine posteriori & prætermisso præcedenti non p p hoc debet reordinari in ipso posteriori, extra de cle. per sal. promo. cap. vnico. concordant theologi. Idem in sum. confes. lib. 3. tit. 22. q. 6. fm fra. Ni. post Pisa. ad idem latius per Pe. de Palu. in 4. dist. 24. q. 2. art. 30. idem Archid. 32. distin. in prin. ad hæc. s. q. proxima. & nota, q Laud. in sacramentali, in rubrica de sacramento ordinis, dicit q ordo subdiaconatus confertur, cùm episcopus tradit sibi calicem vacuum cum patena, & diaconus vrceum cum aqua manili, i. dest panno, quod ponitur ante
124 episcopum & manutergia: Ordo † vero diaconatus vr conferri, cùm episcopus tradit textum euangelij, vt intelligat se esse præconẽ Euangelij Christi. Sed ordo presbyteratus traditur, cum ab episcopo datur sibi calix cum vino & patena cũ pane desuper secundum eum, vt ibi latius.

¶Vicesimonono † quæro, an ordo possit seu debeat reiterari. Respondeo non, supra, de sacramentis in communi. q. 9. Vnde iste caracter non perditur per coniugium, & ideo si accolitus mortua vxore vult promoueri ad sacros, non ordinabitur iterum ad minores, secundum Ioan. And. in rub. de cle. coniug. in fi. sed ratione dubij si dubitaretur, an aliquis esset ordinatus, potest episcopus vti cautela, & premittere illa verba, si nõ es ordinatus, per orationes vel vnctiones &c. arg. de bap. c. 2. secundum Host. & Ioan. And. in c. vno, de cle. per sal. promo. vbi etiam dicit paria esse, non esse ordinatum, & non debito modo ordinatum esse. ad hoc de transla. inter corporalia. Adde, q in sacramento ordinis non creditur vni testi, quia fit alteri præiudicium, secundum Hosti. in sum. de bap. §. & quæ sit. ver. quid ergo si quis. facit quod no. in cle. 1. de prui. in verbo, non habita. cum si. & ad præmissa facit. s. communia de sacramentis, q. 10. Vnde etiam † mortuus retinet
126 ordinẽ susceptũ, Archi. in c. 2. de pœ. in gl. mag. facit in d. q. 9.

¶Tricesimo quæro, an quando † episcopus dat ordinem sacerdotalem, debeant alij assistere. Respõdeo, Hosti. arguit, q qn episcopus confert ordines sacerdotales, ad minus duo presbyteri debent esse induti sacerdotalibus, & sibi assistere, 23. dist. presbyteri. Licet cõsuetudo alicubi non habeat, q assistant, sed solum q sacerdotes præsentes & nõ induti manus imponãt, & sic. c. presbyteri. loquitur de honestate nõ de necessitate: ad hoc de sa. non iteran. c. fi. fm Fran. in c. nec epi.
128 de tempo. ordi. adde s. q. 8. Adde, q † cum ordinantur presbyteri, vnguntur eorum manus oleo benedicto, nõ crismate, vt per Hosti. in sum. de sacra vnct. §. qui & a quo. & Frã. in c. vno. §. hoc vnguẽto. eod. tit. & facit. 23. dist. præterea. & quod ibi no. & quod no. in c. presbyter. in prin. de sa. non iteran. & qd no. Arch. 95. dist. illud. qd aut si vngerentur crismate, vide in simili 95. dist. presbyteros. in verbo, sanctificato. & p Fran. in c. 1. de sacra. nõ itera. & qd no. in d.c. presbyter. dicit tn Hosti. vbi s. q illa oratio, cõsecrare & sanctificare digneris dne manus istas &c. est cõis epis & presbyteris, 16. q. 1. §. hoc idem. & §. sequen. quod no. & quantum ad ordinandum subdiaconum proceditur prout in diacono, vt per Archidia. 25. distinctio. subdiaconus. Hostien. in sum. de sacra. non iteran.

§.& qualiter.in fin.Franc.in d.c.presbyter.in fi.de sa. nõ ite. per notata in c.1.eod.titu ad hoc supra.q.27.

129 ¶ Tricesimoprimo † quæro qualiter conferendus sit ordo? Dicas præcedente scrutinio & examinatione & manus impositione interueniente, & forma ecclesiæ obseruata: & de alijs solemnitatibus, vt per Hosti.in sum.de tempori.ordi.§.fi.Sed circa scrutinium dicit Host.in sum.de scru.ꝙ circa
130 hoc † faciendum est duplex scrutinium, vnum ante ordinationem, quod diligenter faciendum est, extra de elect.nihil est.§.episcopi. & incipit in feria quarta præcedẽte sabbatum ordinationis,& durat vsque ad dictum sabbatũ, per Archidiaconum quidem de iure communi,de offic.Archi.ad hæc. & c.vt nostrum.olim episcopus eligebat scrutatores seu examinatores,24.dist.quando.& not.in sum.confesso.eo.titu.q.17.secundum Goff.sed vt hic dicitur, & etiam ibi, etiam de iure spectat examinatio ad Archidiaconum, qui habebit diligenter inquirere de vita ordinandi,de genere,de patria, de ætate,de titulo ad quem ordinatur, de loco in quo conuersatur,de scientia,de fide,& de alijs,quæ continentur in regula apostolica, de quibus in pisa. in ver. ordinandus. & sic in sabbato,qui probati sunt,episcopo præsententur, 38.distin. qñ aliquis. Aliud scrutinium fit in ipsa ordinatione, quando ordinandi episcopo præsentantur ante altare, cùm Archidiaconus dicit,postulat sancta mater ecclesia &c. & ordinatore interrogante:scis illos esse dignos.& respondet, quãtũ humana fragilitas &c. Et quidẽ præsentator in tali respõsione non peccat, dum tamen contra conscientiam non loquatur,extra de scru.in ordi.faci.c.vno,alioquin contra,28. q.1.§.1.& d.c.vno.nam quem nescit indignum debet præsu-
131 mere dignum, extra de præsum. dudum. ꝙ si † Archidiaconum remordeat conscientia de aliquo, qui non sit dignus, tunc antequàm veniatur ad ordinationem secrete studeat episcopo denuntiare, de scru.in ordi.fac.c.1.& si episcopus nolit desistere, Archi.debet se subtrahere, & si non potest sine scandalo,debet illa verba dicere tanquàm minister ecclesiæ,quæ non iudicat de occultis.Sed nullo mõ crimen fratris debet publicare,concordat Inno.idem in d.q.17.& sequenti secundum pisa.& fra.Nico.osmi.hæc autem forma postulat sancta mater ecclesia &c. seruatur ĩ ordinatione diaconi vel presbyteri,de scru.in or.fa.c.vno.& per Ho.in sum.eo.titu.§. quæ sit forma.& in hoc pontificali. Idem videtur in ordinatione subdiaconi, licèt in libro pontificali non dicatur, per no.per Ioan.And.in d.cap.5.post prin.& not.s̃.q.30.ad fin.
132 dr̃ aũt † a scrutor, ris, quod idem est qđ perquiro, vt dicit Fran.in rub.de scrutinio. & quando alius examinat & alius respondet,potest dici ꝙ sufficit respondenti pręsumptio, qa ex quo videt eos admitti per examinatores, potest eos præsumere idoneos, secundum Fran.in c.vno.de scru. Item præsumitur idoneus, quia præsentatur ab homine secundũ Frã. ibidem.fa.ĩ.q.proxima. & nota, ꝙ episcopus videtur excusari,si Archi.sibi præsentat indignum:no.Io.And.in c.pastoralis.penul.colum.de iure pa.per no.in c.ad hęc.de offic. Archi.Sed vide eundem in c.cum secundum.in 2. colũ.in vers. præsentatur.de præben.&in c.dilectus:circa prin.de tempori.ord.& glo.in c.2.de tempori.or.lib.6.in glo.7.& Franc.in d.c.cum secundũ.in 1.col.& Hosti.in sum.de scruti.§.qñ fieri.post prin.facit qđ no.in c.cum ex iniũcto.in fin.de hæreti.

133 ¶†Tricesimosecundo quæro, quid si sine examinatione quis est ordinatus.Respondeo secundum Host.si sit notus & dignus,non peccat,quia tales non sunt examinandi, arg.24. dist.nullus.fallit hoc in episcopo consecrando, qui quamuis sit notus,examinatur,23.dist.qui episcopus.secũdum Goffr. & in sum.confes.eo.titu.q.19.Sed si indignus sit, deponi debet,de corpore vici. exposuisti. Si vero sit ignotus, quamuis sit dignus, deponendus est, 24.di.c.vlti.& multò fortius si indignus,50.di.ex pœnitentibus. Idẽ in d.q.19.secundum pisa.& fra.Nic.vbi supra,& per Hosti.in sum. de scruti.§.qd iur.& not.24.dist.siquis presbyter.in glos. Sed nunquid ordinandi.& super ver.abijciatur. Item etiam minores debent conferri cum examinatione,no.24.dist.si qui presbyteri.

134 ¶Tricesimotertio† quæro,quid si in examinatione ordinandus crimen suum non exposuit. Respõd.secundum Ho. ordinandus tenetur confiteri crimina seu impedimenta notoria iuris vel facti,nisi fuerit cũ eo dispensatũ,50.di.ex pœnitentibus.Item tenetur prodere grauia siue enormia,s.quæ etiam post pñtiam executionem impediunt, vt homicidiũ, simoniam in or.& huiusmodi,etiã si sint secreta, vt in c.quãto de tempori.ordi.Alia verò, quæ non impediunt, non tenetur:de tempori.ordi.c.fi.si vero frauduleñter defectus subticet non habebit executionem ordinis sic suscepti, de renũ. nisi cum pridem.§.personæ, si vero confitet & dispenset cũ eo,securus erit secundum Inn.vt vlterius non accusetur,aliter secus,34.di.c.vlti.aliàs dist.24.Si vero dispensetur, & nihilominus ordinatur,non debet ordinatus in illo ordine admitti,81.dist. siquis sine.ꝯcordat Goff.Idem in sum.cõfes.d. q.19.ẛm fra.Nic.post pisa. & de istis ordinatis criminosis & crimina confitentib.vide per doc.& Fran.in c.queris.de eta. & quali.& in c.ex tenore,de tempori.or.Idem in effectu Ho. in tit.de scru.§.quid si promouendus.vbi Ho.vlti.dat cõsiliũ omnibus episcopis, vt diligenter examinent vel examinari faciant,& non excõmunicent,sicut multi faciũt, ne laqueos pariant: super quo vide per eũ in sum.de eo qui fur.or.susc. 27.q.1.de viduis.2.ergo absoluant ad cautelam ordinandos publice in ecclesia ab omni excõicationis vinculo, & cũ eisdẽ super omni irregularitate dispensent, in quib. possunt, & debent ẛm Deum & canones. Hæc.n.absolutio & dispensatio etiam missis ab extraneo prælato proderit, inquantum proprius prælatus eisdem dispensare posset, quia omnia illa videnẽ esse cõmissa,sine quib.ordinatio expediri nõ põt,ar. de offi.dele.pterea. ẛm eum.& vide ad prædicta Io.An.in c. exposuisti.de corpore viciatis.& in c.commissum,de spon.

135 ¶Tricesimoquarto quæro, vtrum † in ordine conferatur gratia. Resp.secundum Tho.& Pet.in 4.di.24.in ordine confertur gratia gratum faciens, quæ necessaria est non solum ad dignè suscipiendum sacramentum, sed & ad digne ministrandum.Idem in sum.confesso.li.3.tit.22.q.9.ẛm fra.Nico, post pisa.& per Pet.de pal.in 4.di.24.q.2.ar.2. facit s̃.communia de sacramentis.q.6.in §.4.q.4.

136 ¶Tricesimoquinto q̃ro de potestate † sacerdotali.& vtꝝ non sit dare aliã potestatem maiorem sacerdotali,vt plenè p Pet.de pal.in 4.di.24.q.6.vbi etiã de potestate iurisdictionis absolute.& de potestate iurisdictionis absolute sacerdotis in casu necessitatis, & de potestate consecrationis & ordinis;
137 ibidẽ per eundẽ.Et no.ꝙ † q̃libet potestas secularis per censurã ecclesiasticam cohercet, Io.An.in c.in singulis.in 3.col. de sta.mo.Itẽ omnis potestas a Deo est, no.8.q.1.audacter. & in c.1.de homi.lib.6.& ibi Archi.in ver.tribuatur. & patet 23.q.1.quid culpatur.in fine.

138 ¶Tricesimosexto,vtrũ†ordo liberet a fortuna seruili.Rñd. ẛm Rai.nõ solũ episcopalis dignitas, sed etiã sacerdotalis liberat a fortuna seruili vel ascriptitia, 54.dist.si seruus sciẽte, & ẛm canones etiã a curiali fortuna siue vinculo,quia vt dictum est,liberat a seruili q̃ fortior est, 54.dist.frequẽs.& c.ex antiquis.Vnde quantũ ad hoc nõ tenetur illo.c.si q̃s sciente. qa illud.c.siquis. est q̃dam lex, quæ reuocatur p ius canonicũ,secundum gl.ibi per rõnem prætactã, ẛm fra. Nic.& pisa. An autem liberet a patria potestate, & in quibus clerici sint extra patriam potestatem,per doc.in c.3.de ęta.& quali.

139 ¶Tricesimoseptimo ‡ q̃ro,vtrũ votũ castitatis sit annexũ ordini.Respon.secundum Gui.non,vt patet in græcis, q nõ tenenẽ ad ꝯtinentiam,nec apud nos illi,q inuitis vxorib.ordinantur:& tales non possunt debitũ exigere, licèt teneãtur reddere,vt in su.pisa,ver.impedimẽtũ.11.§.1.ĩ addi.ad qđ ĩ. §.pximo.q.129.& 194.Sed tale votũ annexum est ordini ex ꝯstitutione ecclesiæ pp honestatem sacri ordinis,sicut Hug. notauit 28.di.in prĩ.concordat Tho.secunda secundæ.q.88. ẛm pisa.& fra.Ni.in addi.in verbo ordo.1.facit s̃.q.15.& ĩ.§. 4.q.195.vbi ẽt ꝙ clericus orientalis absq; vxoris consensu ad ordines promoueri non dẽt.Et licèt vxor requiri debeat, tamen consulitur ꝙ non consentiat, sed contradicat viro volenti ordinari,vt ibi habes.

140 ¶Tricesimooctauo† q̃ro, quot modis ordinatio dr̃ simoniaca?Rñd.ẛm Rai.quatuor modis: nã alia ex parte ordinatoris tãtũ. Alia ex parte ordinati tm̃. Alia ex parte vtriusq;. Alia ex parte neutriusq;.vt in sum.pisa.vbi s̃. & si cõferat ordo p simoniacũ,an indigeat dispensatione, not.1.q.1.siqs a simoniacis.vbi plene,qñ ordinãs est simoniac⁹.& p doc.in c. per tuas.2.de simo. Et nota, ꝙ vendere officium ecclesiasticum est contra legem diuinam,& simoniacum de se, cùm talis deputetur ad diuina, ergo Papa dispensare non posset, ꝙ non esset simonia, vt plenè per Pet.de pal.in 4.distin.25.q. 4.per totam.

141 ¶ Tricesimonono † quæro de loco ordinationis. Respondeo dicit Archidia. quòd quilibet episcopus potest suis subditis in quolibet loco ordines conferre, vt per eum in cap.cum episcopus.de offi.ord.libro 6.in ver.sedere.quod intelligo,

intelligo,dum tamẽ intra suam prouinciam seu parrochiam, non autem extra territorium sibi commissum, nisi ad id accedat licentia illius ordinarij, in cuius parrochia ordines dare voluerit, 9. quæst.2. cap. 2. facit supra communia de sacramentis.quæst.11.& supra eo.§.quæst.11.& supra §.proximo, quæst.9.

142 ¶Quadragesimo † quæro, an clericatus superueniens in persona patris liberet filium a patria potestate. Respondeo quòd licet pater meus efficiatur abbas vel episcopus, nihilominus ero in eius potestate, quia dignitas episcopalis licèt liberet episcopum a patria potestate, non tamen econtra, sicut nec consulatus, vt not.Bald.in l.cum non solum.§.necessitate.C.de bo.quæ lib.post princ.similiter si pater meus efficiatur monachus vel abbas, vt in Spe.de tutore.§.si autem tutor.versi.sed quæritur an filio ingressi &c.

Sequitur §.4. De Sacramento Matrimonii,

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quid sit.*
2 *Matrimonium infidelium potest separari.*
3 *In matrimonio quæ principaliter requirantur.*
4 *Matrimonium carnale in pluribus differt a spirituali, & in quibus potissimùm.*
5 *Matrimonium quotuplex sit.*
Vnde dicatur.nu.6.
Denominatur magis a matre, quàm à patre,& quare ibidem.
7 *Sponsalia, quid sint, vnde dicantur, quomodo contrahantur, a quibus & quando,& de ipsorum effectu,remissiuè.*
8 *Matrimonium tenet non obstantibus sponsalibus & receptione munerum, osculo,& amplexibus.*
9 *Matrimonium an sit sacramentum.*
10 *Vnire est ex diuersis idem facere.*
11 *Matrimonium erat sacramentum etiam ante aduentum Christi.*
12 *Gratia nunquid infundatur per hoc sacramentum,sicut in alijs sacramentis.*
13 *Excommunicati contrahunt verum matrimonium: an autem peccent, remissiuè.*
14 *Matrimonium an & quando, & ad quid fuerit institutum.*
15 *Sacramentum Eucharistiæ a Deo institutum.*
16 *Matrimonium diuersis respectibus dici potest de iure diuino, de iure naturali, & de iure gentium, & de iure positiuo.*
Approbatur ab ecclesia. nu.17.
18 *Sponsalia futura non sunt de iure diuino.*
19 *Matrimonium quibus de causis fuerit institutum.*
20 *Matrimonium contractum non causa prolis, sed proptar pulchritudinem, diuitias,& huiusmodi, an teneat.*
21 *Matrimonium habet triplicem finem.*
22 *Matrimonij bona quot sint.*
23 *Adulterium non vitiat matrimonium.*
24 *Intentio non seruandi fidem an vitiet matrimonium.*
25 *Consensus nisi adsit in tota essentia matrimonij, non est matrimonium.*
26 *Pacisci in matrimonio de debito non petendo nec reddendo non respicit essentiam matrimonij, ideo non vitiat matrimoninm.*
Secus si ponatur conditio vel modns non petendi vel reddendi.
27 *Intentio non suscipiendi prolem an vitiet matrimonium.*
Et quid de intentione ducendi aliam in vxorem.nu.28.
29 *Matrimonium nunquid fuerit perfectè inter B. Virginem & Ioseph.*
Matrimonij duplex perfectio.ibid.
30 *Maria virgo quare necessariò nubere deberet.*
31 *Virginitas quid sit remissiuè.*
32 *Matrimonium legitimum quid differat à rato.*
33 *Matrimonium infidelium licèt sit ratum, potest tamen dissolui.*
34 *Matrimonium inter baptizatos ab hæreticis non in forma ecclesiæ non dicitur ratum,*
35 *Matrimonij effectus quis sit.*
36 *Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir,& econuerso.*
37 *Maritus compelli potest reddere debitum vxori, licèt numquàm eam cognouerit, & econuerso.*
Et quid si inter eos sit affinitas. ibid.
38 *Maritus & vxor efficiuntur vna caro post consumationem matrimonij: & efficiuntur vnum corpus.*
39 *Matrimonium perficitur per copulam.*
40 *Puer an possit matrimonium contrahere.*
Et quæ ætas sit apta in matrimonio contrahendo.
41 *Pubertas qualiter consideretur in masculo & in fœmina in matrimonio contrahendo.*
42 *Viripotens quis non præsumitur ante pubertatem, nisi probetur potens,vt consentire possit matrimonio.*
43 *Puer nouem annorum nutricem impregnauit.*
44 *Salomon in duodecimo anno filium genuit.*
45 *Impubes quare non possit matrimonium contrahere.*
46 *Malitia quando dicatur supplere ætatem in potentia cõtrahẽdi matrimoniũ.*
47 *Mulier proxima pubertati, si est viripotens, contrahere potest matrimonium, & sufficit eius consensus etiam sine copula.*
Et quomodo cognoscatur viri potens.
48 *Apertio claustrorum pudoris non probat copulam, si aliàs apparet mulierem non aptam copulæ.*
49 *Aetas minor qualiter debeat probari.*
50 *Matrimonium contractum inter impuberes an reconualescat per temporis cursum.*
51 *Probatio dubia non concludit de necessitate.*
52 *Sponsalia de futuro nunquam transeunt in matrimoninm nisi interueniat nouus consensus, nec sufficeret nixus ad copulam.*
Actus autem superueniens declarans consensum, intelligitur declarare secundum naturam verborum præcedentium.
Dissoluuntur autem dicta sponsalia inter impuberes per reclamationẽ ante pubertatem & post.nu.53.
54 *Sponsalia seu matrimonium non debet sine iudicio ecclesiæ dissolui.*
55 *Impubes, si est doli capax,an possit a sponsalibus de futuro resilire.*
56 *Iuramentum in pueris, viribus suis caret.*
57 *Parentes si contrahant sponsalia in absentia filij, qui posteà certificatus tacet, ex hoc non videtur ratificare absque alio actu.*
58 *Infantes duo si contraxerint matrimonium per verba de præsenti, & post pubertatem simul cohabitauerunt, non tamen se carnaliter cognouerũt, nunquid ratificatum sit matrimonium.*
59 *Episcopus potest dispensare, quòd puella nubilis dimittat sponsum minorem 14.ann.& contrahat.*
60 *Furiosus an posit contrahere matrimonium.*
61 *Mulier si contrahit cum furioso, qui postea reuersus ad sanam mentem consentit an sit matrimonium ratum.*
63 *Matrimonium nunquid posit contrahi ab absente per procuratorem.*
64 *Absentes nunquid posint matrimonium contrahere per solas litteras.*
65 *Consensus ad matrimonium non sufficit, nisi ab extra fuerit expressus.*
66 *Edictum de matrimonio an sit prohibitorium vel permißorium.*
67 *Matrimonium quilibet contrahere potest, qui consentire potest in carnalem affectum, nisi prohibeatur.*
68 *Episcopus quandoque dispensat, vt prohibitus contrahere matrimonium, posit contrahere.*
69 *Spado dicitur carens vno testiculo, & potest matrimonium contrahere.*
70 *Senes inhabiles ad copulam in humanitatis solatium contrahere possunt matrimonium.*
71 *Matrimonium contractum contra iuramentum tenet, licet contrahens sit periurus.nu.291.*
72 *Seruus contrahit matrimonium absque domini voluntate.*
73 *Meretrix contrahit matrimonium, & cum ipsa contrahitur.*
74 *Mutus & surdus contrahunt matrim.*
75 *Hermaphrodita an posit contrahere matrimo.*
76 *Filiusfam.vèl filiafam.possunt contrahere matrimoniũ inuitis parentibus.*
77 *Excommunicatus contrahit matrimonium,& hæreticus.*
78 *Coniugum altero ingrediente religionem an remanens posit contrahere matrimonium.*
79 *Matrimonium quare clericis & monacis prohibeatur,& quis prohibuerit.*
80 *Papa dispensare potest, quòd clericus matrimonium contrahat.*
81 *Mutus, surdus & cecus potest matrimonium contrahere,si ex gestis potest apparere de consensu.*
82 *Constitutus in maxima dignitate contrahit matrim. cum vilisima persona.*
83 *Contrahens sponsalia cum vna, an posit contrahere matrimonium cum alia per verba de præsenti.*
84 *Matrimonium quomodo contrahatur: & quæ sint verba formalia matrimonij: & quæ solennitates seruentur.*
85 *Sponsalia de futuro quomodo & quibus verbis contrahantur.*
86 *In matrimonio debet interuenire congrua interrogatio & congrua responsio.*
87 *Verba in matrimonio an sint necessaria. num.sequen. præsertim sub nume.91.*
88 *Matrimonium nunquid censeatur, si quis dicat in præsentia plurium sororum, Promitto vobis, quòd vnam ex vobis ducam in vxorem: & omnes respondent, placet: postea cognouit vnam.*
Quid si vir dicat, Accipio te in meam vxorem, & mulier nihil respondet, an sit matrimonium.nu.89.
90 *Verba ad quid requirantur in matrimonio.*
91 *Consensus mutuus cum carnali copula sine alio signo an sufficiat ad matrimonium.*
92 *Consensus ad matrimonium quando per signa significetur.*
Debet eße legitimus, & mutuus hincinde.nu.93.
94 *Verba in matrimonio non sunt de forma, sed de solennitate probatoria.*
95 *Iuramentum an sit necessarium ad matrimonium.*
96 *Iurans aliquam ducere in vxorem, potest, si vult, absque peccato religionem intrare,matrimonio non prius contracto.*
97 *Sponsalia non iurata transeunt in matrimonium præsumptum propter sequentem copulam.*
98 *Consensus præsumptus an sufficiat ad matrimonium.*
99 *Matrimonium præsumptum quod dicatur.nu.116.*
100 *Sponsalia quando transeant in matrimonium de præsenti.*
101 *Matrimonium fictum seu præsumptum præualet secundo vero seu verbis expresso: & accusatur sicut verum.*
102 *Sponsalia de futuro firmantur per copulam verè vel interpretatiuè.*

103 Copula

103 Copula carnalis sola absque saltem tractatu non probat consensum.
104 Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.
105 Vir si fornicario affectu sponsam cognouit, non est in veritate matrimonium, nec debet cum illa remanere, sed potius excommunicationem pati.
106 Copula carnalis qualiter probetur: & quando præsumatur interuenisse.
107 Ignorantia iuris circa id, quòd copula faciat transire sponsalia in matrimonium, non vitiat matrimonium.
108 Sponsalia an & quam per sequentem copulam transeant in matrimoniū.
109 Affinitas soluit sponsalia præcedentia.
110 Iurans accipere aliquam in vxorem, si postea ipsa ratificet, & sequatur copula, contrahitur præsumptum matrimonium.
111 Matrimonium secundum rei veritatem sine reali consensu de præsenti contrahi non potest.
112 Papa non potest facere consensum vbi non est quantum ad veritatem.
113 De conscientia vbi quæritur, statur solo dicto: & in iudicijs conscientiæ, quò ad veritatem occultam conscientia præfertur iuri.
114 Causæ matrimoniales aliter tractantur in foro iudiciali, aliter in foro pœnitentiali.
115 Matrimonium an iudicetur præsumptum per subharrationem.
117 Matrimonium quando probetur ex subharratione.
118 Matrimonium contractum per iocum non est matrimonium.
119 Matrimonium an præsumatur ex cohabitatione viri & mulieris.
120 Contrahentes matrimonium quomodo sint interrogandi, & quo ordine.
121 Matrimonium an contrahatur per hæc verba, Volo te habere de cætero in vxorem: vel Volo quòd tu sis mea vxor.
Quid si vir dicat, Promitto, quòd semper prouidebo tibi sicut vxori: & mulier similia respondet. nu. 122.
123 Verba futuri temporis quando implicent effectum præsentem.
124 Matrimonium an contrahat, si dicat vir, promitto tibi, quòd non dimitto te pro meliori vel peiori.
Et quid si respondeat, placet, vel volo. 125.
Et quid si vir dicat, Non te dimittam, donec terra cooperiat oculos meos. num. 126.
Quid de illis, qui post datam fidem de contrahendo dicunt, Bibamus nomine matrimonij: vel Osculemur nos inuicem, nunquid matrimonium contrahitur. nu. 127.
Quid si vir dicat, Promitto tibi, quòd ducam te in vxorem, & de cetero tenebo te vt vxorem. 128.
Quid si dicat, Iuro vel promitto tibi, quòd habebo te pro legitima vxore. 129.
Quid si dicit, Promitto, quòd numquam habebo aliam vxorem nisi te. nu. 130. & seq.
Dictio, nisi, ponit, quando precedit negatio. ibid.
131 Verba in tertia persona prolata quid operentur.
132 Matrimonium non consummatum quid differat a consummato.
133 Matrimonium an contrahatur si vnus contrahentium loquatur latinè, alter græcè.
Quid si eodem momento quis contrahit cum pluribus dicēs, consentio in vos omnes: & similiter respondent mulieres, Et nos in te. an si postea vnam cognouit, illa sit vxor. nu. 134.
Matrimonium vbi prohibetur, prohibentur & sponsalia.
135 Vxores plures simul habere est contra legem diuinam & politicam, nec propter sterilitatem vxoris licet accipere concubinam, nec Papa hoc posset dispensare.
136 Matrimonium nunquid perficiatur, si sponsus ducatur ad domum sponsæ.
137 Intentio contrahentium matrimonium qualiter depræhendi possit.
138 Matrimonium contrahi potest absque sponsalibus.
139 Consensus requisitus in matrimonio quis & qualis esse debeat.
140 Consensus ad tempus an faciat matrimonium.
141 Papa an possit dispensare, quod aliquis contrahat matrimonium ad tempus.
142 Matrimonium clandestinè & secrete contractum absque debitis solennitatibus an teneat.
143 Iura multum fauent petenti & stanti pro matrimonio, apparentibus veris indicijs.
144 Matrimonium clandestinum dicitur, quod non potest probari per testes.
145 Matrimonium quando dicatur contrahi in facie ecclesiæ.
146 Solennitates consuetas in matrimonio omittens non ex contemptu, non peccat, nisi scandalum ex tali omißione surgeret.
147 Contrahentes matrimonium verbo, sed dissentientes animo, nunquid censeantur coniugati, & teneat matrimonium.
148 Contrahens sponsalia de præsenti, si non habet intentionem contrahendi, sed extorquendi carnalem copulam, deinde cognoscit eam, nunquid sit matrimonium.
Quid si protestetur coram pluribus, quòd quicquid facit, non facit animo contrahendi, & postea verbo contraxit & cognouit carnaliter, nunquid iudicabitur matrimonium. 149.
150 Matrimonium sub conditione contractum an valeat & teneat.
151 Demonstratio numquàm impedit nec suspendit matrimonium.
152 Causa in matrimonio habetur pro non adiecta.
153 Modus an & quando viciet matrimonium.
154 Matrimonium contractum in diem certam non habet effectum ante diem illum, quamuis sit certum illum diem futurum.
155 Conditio propriè & strictè sumpta an vitiet matrimonium.
156 Cōditio impossibilis de facto et natura in matrimonio habet̄ pro nō adiecta.
157 Conditio inhonesta non repugnat naturæ matrimonij.
158 Conditio honesta & possibilis suspendit matrimonium, seu sponsalia, donec fuerit adimpleta.
159 Conditio qualitatis & fortunæ an vitiet matrimonium.
160 Conditio quando est honesta & suspendens matrimonium, eueniente conditione non est opus nouo consensu matrimoniali.
161 Consensus de præsenti debet esse purus.
162 Matrimonium vbi contrahitur sub conditione extitura, idem est, ac si purè sit contractum.
163 Conditio an & quando generaliter vitiet matrimonium.
164 Matrimonium an teneat, si quis significarit patri absenti, quòd contraxit tale matrimonium, si ipsi patri placuerit, & antequam pater consentiat, penitet, sed pater consentit.
Quid si contrahens dicat, si Papa dispensauerit. 165.
Quid si apponatur pactum contra naturam matrimonij. ibid. remissiuè.
Quid si contrahens contrahit sub conditione, si permisit coitum. nu. 166.
Quid si vir dicit, Accipio te, si inueniam te virginem: & postea sequatur copula, nec inueniatur virgo. nu. 167.
168 Matrimoniū contrahere sub conditione, & contrahere sub mō quid differat.
169 Matrimonium ritè factum non potest dissolui.
170 Matrimoniū an cōtractū cēseatur, si vir dicat, Accipiā te in vxorē, vel dabo tibi centum, si permiseris me coire tecum, & sequatur copula.
Quid si dicat, Promitto, quòd nunquam deficiam tibi in vita mea: & secuta est copula carnalis sub promissione non deficiendi. 171.
Quid si dicat, Ducam te post annum, si permittas me tecum coire: & secuta sit copula. 172.
Quid si quis contrahat cum aliqua sub conditione, deinde ante euentum conditionis contrahit cum alia. nu. 173.
174 Debitum coniugale an statim contracto matrimonio sit reddendum.
175 Lepra nunquid excuset a debito coniugali.
176 Debitum coniugale tempore menstruorum redditum an sit peccatum.
Quòd denegari poßit propter adulterium etiam occultum. nu. 177.
Et in quibus casibus sit peccatum mortale. 178.
179 Coniunx tenetur reddere debitum coniugi quolibet die & quolibet loco, etiā si petatur in loco sacro.
Et quid in Ecclesia. ibid.
Quid si coniunx non potest reddere. 180.
181 Coniunx per ecclesiasticam censuram compelli potest ad debitum reddendum, si verbo vel signo exigatur.
182 Debitum coniugale an possit peti a non emittente sperma, remissiuè.
183 Coniūx non pōt exigere debitū a cōiuge notoriè seu publicè adulterante impenitente & nō recōciliato, quia esset particeps adulterij.
184 Debitū cōiugale exactū an sit peccatū ante solēnitates debitas in spōsalib.
185 Matrimonium qui poßint accusare, & qui prohibeantur.
186 Matrimonij contrahēdi impedimentum quando denunciatur, quę probatio sufficiat.
187 Episcopus inquirit de impedimentis matrimonij propter famam etiam nemine opponente, & etiam inuitis coniugibus.
188 Inhabilis an admittatur ad accusandum matrimonium.
189 Matrimonium nunquid possit accusare, qui tempore matrimonij tacuit, deinde vult accusare.
Si malitiosè accusat, tenetur ad interesse. 190.
191 Matrimonij accusatio qualiter fieri debeat, & qua forma.
192 Matrimonij dissolutio petitur coram Episcopo vel eius vicario.
193 Legatus potest separare matrimonium contractū per errorem conditionis.
194 Causa matrimonialis committitur hodie etiam non Episcopo.
195 Testes in causa matrimoniali qui admittantur: & an idem possit esse accusator & testis. nu. 200.
196 Testis suspectus repellitur in causis matrimonialibus: debent enim esse idonei. nu. 197.
Et debent esse rogati. num. 98. in actu aūt matrimonij non requiritur quòd sint rogati.
199 Testi occultè deponenti an & quando credatur.
201 Coniunx si accusatur de adulterio, & petatur diuortium, qui admittantur ad talem accusationem.
202 Adulterium qualiter accusari possit.
203 Adulterij causa an sit criminalis an mixta.
204 Repudium an & quando permissum.
205 Maritus an possit dimittere vxorē propter adulteriū, & an vxor mariti.
Quòd propter vitium sodomiticum potest eam dimittere, & econuerso. 206. & 209.
207 Sodomiæ vitium quod dicatur.
208 Maritus potest dimittere vxorem & econtra propter spiritualem fornicationem, vt si vnus eorum labatur in hæresim, vel in iudaismum.
Quid si se corrigere velit. ibid.
210 Maritus non potest dimittere vxorem ex sola confessione gloriantis cum ea concubuisse.
211 Vxor an possit virū dimittere, si ipse polluit aliquā extra claustra pudoris.
Et quid si aliquid tale quid egerit cum ipsa vxore. 212.
Quid si alter coniugum seipsum polluit. 213.
214 Coniuges nunquid pp solā intentionem adulterandi possint se dimittere.
215 Maritus an teneatur vxorem adulteram dimittere.
Et an possit eā adulterantem propria auctoritate dimittere. nu. 216.
In quibus autem casibus non poßit mulierem adulteram accusare vel dimittere. 217. & seq.
218 Mulier credens virum defunctum si alij nupsit, si maritus redeat, tenetur eam recipere, nec censetur adultera.

219 Adulterij accusatio quem effectum pariat.
220 Coniugum confessioni an stetur quò ad separationem thori.
Et quid si sint varij in eorum confessionibus. 221.
Et quid in præiudicium sequentis matrimonij spiritualis. nu. 222.
223 Maritus si dimisit vxorem adulteram, & intrauit monasterium, nunquid possit ab ea reuocari.
224 Mulier adultera si est ingressa monasterium, an possit a viro reuocari.
225 Maritus si post latam diuortij sententiam factus sit sacerdos, deinde constat ecclesiā esse deceptā, vt puta per falsos testes, nūquid restituetur. 241.
226 Errans non censetur consentire.
227 Sententia in sponsalibus transit in rem iudicatam.
228 Sententia si sit lata propter adulterium vxoris, posteà vir adulteratur, nūquid potuit mulier eum repetere.
229 Maritus & vxor nunquid æqualiter peccent propter adulterium.
230 Maritus magis dehonestatur ex adulterio vxoris quàm econtra.
231 Mulier nunquid possit cogi cum viro redire, si post sententiam diuortij maritus vult sibi eam reconciliare, & ipsa non vult.
Introductum in fauorem non debet in damnum retorqueri. ibidem.
232 Maritus si adulteratus est occultè, mulier autem manifestè, nunquid possit ipsam accusare, & sine peccato.
233 Mulier adultera nūquid post pœnitētiā possit repellere virū ab accusatione.
234 Coniuges si vnus fornicetur carnaliter, & alter spiritualiter, nunquid fiet compensatio.
235 Maritus nunquid possit dimittere vxorem per aliud crimen, quàm per adulterium.
236 Petens aliquam in vxorem, vel aliquem in virum quo procedere debeat in iudicio altero abnuente.
Quid si agatur possessorio. 237.
238 In matrimonio etiam si fiat separatio voluntaria, competit restitutio vni cōtra alterum, quæ peti potest per officium iudicis, vel condictione ex decre. veniens. de regular.
Secus si maritus fuit leno vxoris.
Quid si mulier propria auctoritate recesserit a viro, & petit restitutionem, nunquid debeat restitui. 239.
Quid si is, qui petitur tanquàm coniunx, negat matrimonium. nu. 240.
242 Religiosus vel religiosa si petatur tanquam coniunx, & confitetur matrimonium & copulam carnalem, nunquid debet restitui.
243 Coniunx spoliatus qualiter & quò ad quid sit restituendus.
Et an vendicari poßit. 244.
245 Libellus an requiratur in causa matrimoniali.
Et qualiter concipiatur in sponsalibus. 246.
247 Iuramentum ita defertur in defectum probationis in causa matrimoniali, sicut in qualibet alia causa.
248 Testium depositiones in causa matrimoniali receptæ coram iudice incompetenti non proficiunt, si quæstio agitur coràm competenti.
249 Testes in cā matrimoniali examinādi sunt principaliter, non per litteras.
250 Matrimonij proprietas probatur per possessionem quatuor annorū: & fundans se super matrimonio non obtinet, si probat super præsumpto.
251 Maritus & vxor si pariter probant alter pro matrimonio, & alter contra, quid iuris.
252 Mulieres duo si petant aliquem in virum, & æqualiter simul probant, ita quòd de vtroque matrimonio simul constat, non tamen constat de anteriori tempore, quid iuris: & quid si duo agant contra eandem mulierem.
253 Mulier superinducta per virum, qui ab aliqua impetitur, an & quādo possit opponere, excipere, vel sententiæ executionem impedire.
254 Episcopus quam potestatem habeat super processu causæ matrimonialis, & quod sit eius officium. nu. seq.
255 Iudex procedens ex officio dicitur procedere via regia.
256 Testium receptio potest committi in causa matrimoniali, si non possunt cōmodè duci coràm iudice.
257 Illatio non debet esse generalior, seu prægnantior dicto.
258 Metus non infertur volenti.
259 Episcopus vel eius vicarius compellit virum per censuram ecclesiasticam reddere debitum vxori.
260 Iudex fauore animarum & in respicientibus ius publicum procedit etiam parte non querelante.
261 Iudex cum agitur ad diuortium supplet in pluribus ex officio.
262 Aetas qualiter probari possit.
263 Sententia in causa matrimoniali an in scriptis ferri debeat.
264 Testibus non potest remitti iuramentum in causa matrimoniali.
265 Iudex ad quem in fauorem matrimonij potest appellanti precipere, quòd procedat non obstante contrario consensu partium.
266 In causa matrimoniali non recipitur purgatio, nec defectus probationis dissoluit matrimonium.
267 Publicatio super matrimonio potest peti coràm Episcopo, quando coràm eis fuit contractum matrimonium.
268 Sñia in cā matrimonij fertur in persona domini, non procuratoris. nu. 271.
269 Ecclesia habet potestatem in laicos in concernentibus fauorē animarū, licèt principaliter nō disponat circa aīas illorū, quos intendit constringere.
270 Causæ matrimoniales quibus fauoribus agitentur: an rigor in eis sit seruandus. nu. seq. maxime nu. 275.
271 Excōicatus in cā matrimoniali petit principaliter restōnē contra sñiam.
272 A sñia matrimoniali licèt nō possit tertiò appellari, pōt tñ proponi querela.
273 Vxor accusata de adulterio alimentari debet in causa matrimoniali.
274 Sententia matrimonialis reuocatur etiam tertiò per remedium nullitatis.
276 Causa matrimonialis dicitur spiritualis.
277 Promittens factum alienum in causa matrimoniali videtur potiùs propriū promittere, scilicet se facturum & curaturum.
278 Testimonium de auditu valet in causa matrimoniali.
279 Vxor potest virum accusare de adulterio, quia castitas æquè requiritur in viro & in vxore.
280 Causæ matrimoniales an dicantur ciuiles an criminales.
281 Pro matrimonio in dubio semper est iudicandum, dummodo non occurrat periculum animæ.
282 Mandatum speciale exigitur in causa matrimoniali.
283 Causa matrimonialis est subdelegabilis etiam per delegatum apostolicum.
284 Maior 12. annorū, vel 14. ann. in causa matrimoniali habetur pro maiore.
285 Missio non habet locum in causa matrimoniali.
286 Agenti super matrimonio non obstat exceptio spoliationis bonorum.
287 Causa matrim. dicitur grauis.
288 Contra coniugatum absentem an possit procedi.
289 Impedimenta matrimonij quę sint tam in communi quàm in generali.
290 Matrimonium est nullum, quando aliquid omittitur, quod est de necessitate.
292 Matrimonium iam contractum per quæ impediatur.
293 Votum religionis impedit matrimonium iam contractum.
294 Matrimoninm an dirimatur per susceptionem sacri ordinis.
295 Impedientia matrimonium contrahendum quęnam sint, contractum autem non dirimentia.
296 Consuetudo nunquid possit impedire matrimonium contrahendum, vel contractum dirimere.
Et quid de consuetudine laicorum an valeat circa substantialia matrimonij. ibidem.
297 Litis pendentia nunquid impediat matrimonium contrahendum.
298 Temporis cursus nunquid obstet contra impedimentum matrimoniale.
299 Impedimenta matrimonij inducta secundum leges an procedant de iure canonico.
300 Leges correctæ non censentur, nisi quando expreßè reperiuntur in canonib. correctæ.
301 Leges non dedignantur sacros canones imitari.
302 Laici non possunt impedire se de reb. ecclesiasticis, & nullius est roboris, quod in ipsis ordinandis statuunt, nisi fuerit ab ecclesia approbatum.
303 Leges ciuiles in reb. ecclesiasticis non habent efficaciam, nisi sint per canones approbatæ, etiam si non essent specialiter reprobatæ.
304 Bart. opinio in l. fi. in fi. ff. de concubinis. quòd filij clerici beneficiati in minorib. constituti non legitimantur per subsequens matrimonium, refellitur.
305 Vxorem an liceat propria auctoritate dirimere propter impedimentum dirimens matrimonium.
306 Doctores si discordant circa impedimenta matrimonij, quid sit agendum.
307 Opiniones antiquorum semper non sunt sequendæ.
308 Ecclesia si pręcipiat alicui coniugum cohabitare cum altro, & ille, cui pręcipitur, scit esse impedimentum, an teneatur obedire.
309 Impedimenta matrimonij quomodo sint inquirenda ante matrimonium.
310 Laici ratione sacramentorum subiacent episcopo sicut clerici.
311 Maritus si audiuerit, perpetuum impedimentum esse inter se & vxorem, nunquid teneatur inquirere.
312 Impedimenta matrimonij si quis sciat, nunquid peccet insinuando hoc alteri coniugi, vel ambobus, vel alter alteri.
Et an tolli possint per Papam. 313. & seqq.
314 Papa pōt statuere quicquid sibi placet in dissoluendo vinculū, quod vires habet ex lege canonica, secus si vires sumit ex lege naturali & diuina.
315 Casus diuina lege prohibiti qui dicantur, remissiuè.
316 Papa dispensando tolerat matrimonium licitè contractum in primo genere affinitatis.
317 Papa an possit impedire efficaciam sacramentorum.
318 Papa si committat dispensationem super matrimonio contrahendo inter prohibitos, sed antequàm dispensetur, ipsi habentes contrahere sub illo tractatu & animo matrimonij commiscent se carnaliter: an nihilominus commissarius possit dispensare.
319 Error personę an vitiet matrimonium. num. seqq.
320 Errans non censetur consentire, quia errantis nulla est voluntas.
321 Contrahens sponsalia de futuro cum corrupta, quam credit esse virginem: comperta postmodum veritate ante carnalem copulam non est compellendus consummare matrimonium cum ea, & quare.
322 Error qualitatis aut formæ an impediat matrimonium.
323 Error personæ, vbi constat de persona, non vitiat matrimonium.
324 Error nominis non vitiat matrimonium, si constat de corpore.
325 Contrahens matrimonium si dicat se filium regis, cùm non sit, an vitietur matrimonium.
326 Error personę quomodo cadere possit in matrimonium.
327 Error conditionis an & quando vitiet matrimonium.
328 Ecclesia potest statuere, quòd error seruitutis non impediat matrimonium: secus de errore personę.
329 Matrimonij principalis finis esse debet proles, non vitatio fornicationis.
330 Seruitus vt dirimat matrimonium quę requirantur.
331 Contrahens matri. cum ancilla quam putabat liberam, an teneatur habere ratum matrimonium.
332 Error conditionis libertinæ, adscriptitię vel originarię an impediat matrimonium.

333 Con-

333 Contrahens matrimonium cum ancilla, quam dominus viro ignorante postea manumisit, nunquid eo impune verum matrimonium contrahat.
334 Matrimonium inter liberum & seruum de iure canonico tenet etiam domino contradicente.
335 Liber si matrimonium contraxit cum ancilla ignoranter, & illa durante ignorantia contraxit cum alio non ignorante eius conditionem, an teneat matrimonium.
Et quid si contrahit cum filia serui vel liberæ.336.
337 Libera si ignoräter cõtraxit matrimonium cum seruo, & posteà scita seruitute nihilominus vult esse cum eo, & ille vult discedere, quid iuris.
338 Maritus si mouit contra vxorem quæstionem conditionis, & pendente lite ipsa petit debitum, an debeat reddere.
339 Votum continentiæ an impediat matrimonium.
Votum duplex. ibid.
340 Existens in sacris licèt degradetur, non perdit characterem ordinis.
341 Maritus si ingressus fuerit religionem inuita vxore, & ibi professus sit, si per vxorem repetatur, & postea moriatur vxor, an possit cum alia matrimonium contrahere, remissiue.
342 Votum emittens non ex corde, nec intendendo se alicui religioni adstringere, creditur sibi in foro animæ, sed non in foro ecclesiæ.
343 Votũ simplex quo possit impedire matrimonium contrahendum. & seq.
344 Professio facta ante annum contra iuris prohibitionem sufficit ad dirimendũ matrimoniũ post cõtractũ: secus si professio sit facta ante pubertatem.
345 Votum simplex quod dicatur.
346 Conuersus Ecclesiæ secularis potest matrimonium contrahere.
347 Oblatus an possit contrahere matrimonium.
348 Iurans ducere in vxorem aliquam, si postea votum emittit simplex, an teneatur ad votum.
349 Episcopus pōt dispensare etiã cũ incestuoso, vt contrahat matrimonium.
Et an cum simpliciter vouente. ibidem.
350 Dispẽsatio cũ vouẽte cõtinẽtiã seu religionẽ spectat ad Papã, ex reseruatiõe.
351 Votum simplex si quis emittit, & quærit an possit matrimonium contrahere, quid sit respondendum.
352 Ecclesia nunquid rectè statuerit, quòd clerici in sacris non possint contrahere matrimonium, nec vti contracto.
353 Papa nũquid possit dispẽsare in voto religionis, seu professionis solẽnizato.
354 Cognatio qualiter impediat matrimonium:
Cognatio triplex.
355 Consanguinitas quid sit: & vnde dicatur stipes.
Consanguinitas habet tres lineas, & quas.
356 Gradus quid sit consanguinitatis, & quomodo computetur. num.357. & quid secundum canones, & quid secũdũ iura ciuilia. ibid. per discursum.
358 Matrimonium vsque ad quem gradum prohibeatur.
Quòd prohibitio legis canonicæ circa matrimonium differt a prohibitione legis diuinæ, quæ est in veteri testamento. nu.359.
360 Matrimonij prohibitio an procedat inter descendentes ex coitu fornicario, non ex matrimonio.
Et quomodo circa hoc dispensetur. nu.361.
Et quõ Papa possit dispensare in 2. gradu consanguinitatis. ibid.
362 Papa si dispensat super matrimonio totaliter contracto, an eo ipso erit matrimonium, an sit necessarius nouus consensus.
363 Dispensatio non est necessaria in matrimonio inter eos cõtracto, qui distant 5. gradu: secus in 4. gradu, quia nõ sufficeret ẽt dispensatio legati.
Et quomodo in dispensatione formentur litteræ, quando alter distat tertio alter quarto gradu.
364 Subreptio quælibet in gratiosis reddit gratiam nullam.
365 Dispensatio circa matrimonium non debet esse suspecta seu subreptitia.
Dispensatio subreptitia quæ dicatur. ibid.
366 Clausula in fine dispensationis matrimonij apponi solita, quę.
367 Cognatio spũalis an & qũ impedit matrimoniũ: & quid sit cognatio spũalis & vñ robur hẽat: & quo Papa possit in ea dispẽsare, & quid de Ep̃is.
368 Cognatio spiritualis duplex est.
Diuisio eius. num.369.
370 Cognatio spiritualis inter quas personas contrahatur.
371 In baptismo sunt decem combinationes, & totidem in confirmatione.
372 Cognatio legalis non contrahitur per impuberem.
373 Cognatio spiritualis nunquid procedat ad nepotes & vlteriores.
374 Matrimonium an contrahi possit cum sorore filij meę spiritualis.
375 Pater an possit cõtrahere cũ illa, quẽ filius eius leuauit de sacro fonte.
376 Matrimoniũ an prohibeat inter plures suscipiẽtes & leuãtes de sacro fonte.
377 Compaternitas non contrahitur inter ipsos leuantes vel suscipientes.
378 Episcopus pōt dispensare contra ius, vbi non reperitur prohibitum.
379 Pater si baptizat, vel leuat de sacro fonte proprium filium, an debeat reddere debitum vxori, vel exigere.
380 Commatres duas nunquid aliquis successiuè possit habere in vxores.
381 Compater an quis efficiatur illius, quam cognouit antea fornicariè, & postea fit compater alterius leuando eius filium de sacro fonte.
382 Affinitas acquiritur per coitum fornicarium: & an cognatio spiritualis.
383 Baptizans aliquam, puta si est laicus, vel in minoribus ordinibus, an possit cum illa contrahere.
384 Filij duorum compatrum nunquid possint matrimonialiter copulari.
385 Suscipiens puerum de manu presbyteri baptizantis nunquid efficiatur compater: & an omnes, qui tangunt puerum, intelligantur patrini.
386 Cognatio spiritualis quomodo contrahatur.
387 In actibus, in quib. exigitur certa forma, debet vno contextu fieri.
388 Compaternitas nunquid contrahatur, si aliquis non vult esse patrinus, sed fingit & simulat se puerum tangere, & non tangit, respondet tamen verba solita. & quid in confirmatione.
389 Loqui quis dicitur nutu & signis.
390 Compaternitas nunquid contrahatur per procuratorem. & quid de matrimonio. nu. seq.
391 Edictum de procuratoribus est prohibitorium.
392 Consuetudo est optima legum interpres.
393 Iuramentũ præstari pōt per procuratorẽ: & quid de iuramento fidelitatis.
394 Syndicus vniuersitatis si leuat de sacro fonte, an contrahatur cognatio spiritualis, remiß. nu. sequenti declaratur.
396 Procurator leuans de sacro fonte an efficiatur compater.
397 Patrini plures nũquid requirantur in pluribus actibus spiritualibus.
398 Non baptizatus an possit aliquem suscipere in baptismo, vel qui non est confirmatus possit quem tenere in confirmatione.
Et quid in hæretico.
399 Religiosus nunquid possit fieri patrinus vel compater.
400 Cognatio legalis, quę fit per adoptionem, an impediat matrimonium.
Et quotuplex sit cognatio, quæ fit per adoptionẽ, et quot spẽs pueniãt ex eo.
Et quid sit. nu.401.
402 Adoptio per quos fieri possit.
403 Filius adoptiuus an possit contrahere cum filia illegitima patris adoptiui.
Et si non transit in potestatem adoptantis an possit contrahere cum filia legitima ipsius adoptantis. 404.
Et si durante adoptione contrahat cum filia illegitima adoptantis, nunquid soluatur matrimonium. 405.
406 Adoptati duo ab eodem an possint inter se contrahere.
407 Cognatio aliqua an contrahatur inter patrem adoptantem & patrem vel matrem adoptati.
408 Matrimonium quibus criminibus impediatur.
409 Crimẽ, pp qd imponit pena mortis, nõ impedit mrimoniũ, si ille nõ moriẽ.
410 Matrimonium iam contractum quę crimina possint dirimere.
Et quę post contractum. nu.411. & seq.
413 Deus licèt non faciat differentiam inter iuramentum & simplicem loquelã, seu promissionem, facit tamen ecclesia.
414 Occidens maritum adulterę, non eo animo, vt eam in vxorem habeat, sed in bello, vel casu, an posteà possit eam in vxorem accipere.
Quid autem si mandauit, aut præcepit vel consuluit eum interfici, & interfectus est? nu.415.
416 Mrimoniũ an possit subsequi, si quis vxore viuẽte contrahit cũ adultera.
Et quid si mortua prima vxore non cognoscat vir istam secundam, sed ipsę ducat tertiam. 417.
Et quid si vxore viuente vir contraxit & concubuit cum duabus vel pluribus inscijs. 418.
Et qualiter mulier intelligatur inscia. 419.
420 Adulterium non committitur sine dolo.
421 Vxorem adulteram an liceat occidere.
422 Maritus propria auctoritate potest abijcere vxorem adulteram quo ad thorum, seu copulam, sed non quò ad habitationem.
423 Matrimonium inter eos, qui sunt disparis vultus, s. quando fidelis cõtrahit cum infideli, an teneat.
Et an possit esse matrimonium inter infideles. 424.
Qui si conuertantur ad fidem, non sunt separandi ibid.
425 Maritus cõuersus ad fidẽ an possit remanere cũ vxore infideli nolẽte cõuerti.
426 Iudęus vel paganus, qui contraxerunt cum consanguineis suis secundum eorum ritum, nunquid si conuertantur poterunt remanere.
427 Infidelis si habet plures vxores, si conuertat, cum qua remanere debeat.
Et quid si repudiata prima vxore aliã duxerit, & postea cõuertatur. 428.
Et quid si prima vxor noluerit conuerti. 429.
430 Vir ad fidem conuersus an possit viuente vxore & existente in infidelitate emittere votum continentię.
431 Iudex an possit assignare terminum infideli, si conuerti voluerit.
432 Coniugum infidelium si alter conuertatur, quem proles sequi debeat.
433 Coniuges si tempore matrimonij erant fideles, & alter labitur in infidelitatem, an dissoluatur matrimonium.
434 Catholicus si cõtrahat cũ hæretica baptizata, nunquid teneat matrimoniũ.
435 Infideles vnius ritꝰ an possint cõtrahere mrimoniũ cũ ĩfidelib. alterius ritꝰ.
436 Metus seu violentia an & quando impediat matrimonium.
437 Coactio an impediat matrimonium: vbi ꝓ duplex est coactio: & an & quomodo impediat. 439.
438 Metus duplex est: & quis sit iustus metus, qui impedit matrimonium, & facit illud non valere, ibidem per discursum. cum plurib. nu. seq.
439 Mala omnia melius est pati, quàm malo consentire.
440 Voluntas coacta non est voluntas libera, licèt sit voluntas.
441 Metus cadens in constantem est quadruplex.
442 Metus an sit iustus, iudicis arbitrio relinquitur consideratis circumstantijs.
443 Metus quid differat a coactione.
444 Testibus duobus affirmantibus de metu magis creditur in causa matrimonij, quàm mille dicentibus, quòd spontè. nu.451.
445 Metus, qui a iure & iuridicè infertur, non annullat matrimonium.
446 Mulier timens mortem vel captiuitatem patris si propter hoc cõsentit matrimonio, nunquid hic metus annullet matrimonium.
447 Matrimonium metu contractum an teneat. nu. seq.
448 Verba textus licet impropriare propter alia iura contraria.
449 Matrimonium est sacramentum vnionis Christi & Ecclesiæ.

450 Metus in matrimonio impedit affectum ad prolem generandam, & sic est contra secundum bonum matrimonij, scilicet prolis.
451 Ecclesia potest dare formam sacramentis, & ideò potuit statuere, quòd matrimonium metu contractum non teneat.
452 Puella inuitè si tradatur matrimonio, & vult reclamare, coràm quo hoc facere debet.
453 In captiuitate existens an possit contrahere matrimonium.
454 Mulier si post consensum coactum moram trahit in domo mariti, an postea audiatur, quòd metu contraxerit.
455 Testis non admittitur ad id probandum, quod probatum non releuat.
456 Mulier si post cõsensum coactũ cognoscit, an cẽseat ratificatũ matrimoniũ.
457 Pro matrimonio in dubio præsumendum est.
458 Iuramentum post consensum coactum an validet matrimonium.
459 Consensus coactus nunquid saltem ex parte cogentis faciat matrimonium.
460 Matrimonium non potest claudicare quò ad vinculum, licèt in effectu claudicet quò ad effectum.
Et claudicat etiam quandoque quò ad reddendum debitum illi, a quo quis non potest exigere.
461 Pater an possit cogere liberos ad matrimonium contrahendum.
462 Metus minor excusat mulierem quàm virum: & ad iudicandum iustum metum iudicis arbitrio relinquitur.
463 Ordo sacer an & quando impediat matrimonium.
464 Constitutus in sacris quare non contrahat matrimonium.
Ordo sacer habet votum continentiæ annexum. ibidem. Sed Græci non tenentur lege canonica, & contrahunt: & Sacerdotes veteris testamenti contrahebant.
Et an possit Papa statuere, ꝓ cõstitutus in sacris cõtrahat matrimoniũ. 465.
466 Ordo sacer nunquid possit superuenire matrimonio.
467 Maritus faciens se ordinari in sacris inscia vel contradicente vxore, peccat mortaliter.
468 Vxoratus non potest eligi in Episcopum, nisi vxor ingrediatur religionem.
469 Vxor Clerici Orientalis post mortem viri nõ potest cõtrahere matrimoniũ.
470 Presbyter depositus an possit matrimonium contrahere.
Et quid si fuerit ordinatus per symoniam. ibid.
471 Maritus si inuita vxore recipit sacrum ordinem, an mortua illa possit matrimonium contrahere.
472 Impedimentũ ligationis inter virum & vxorem an vitiet matrimonium.
473 Coniunx ante carnalem copulam potest altero inuito ad religionem transire, & alter remanet liber.
474 Maritus potest vxorem dimittere propter fornicationem, quantum ad cohabitationem & debitum coniugale, aliã autem ducere non potest.
475 Maritus non potest propter sterilitatem vxoris habere concubinam.
476 Papa non potest dispensare, vt quis simul habeat duas vxores.
477 Pœna contrahentium secundas nuptias remissiuè.
478 Vxor credens virum mortuum, si cũ alio contrahit, an teneat matrimoniũ.
Quid autem si contrahit cum aliquo putans virum suum viuere, qui re vera mortuus est, nunquid sit matrimonium. nu.479.
480 Maritus si cum exercitu iuit contra saracenos, vel in regionem longinquã, & nescitur an sit viuus vel mortuus, quid faciet vxor.
481 Contrahens matrimonium cum aliqua, si ante copulã religionem profiteẽ, deinde secũ per Papam dispensatur, quòd possit matrim. cõcrahere, & ip'e contrahit cũ alia, & prima eũ repetit, nunquid sit audienda.
482 Impedimentum publicæ honestatis quid sit: & quomodo matrimonium impediat: & vnde originem duxerit. 484. & 487.
483 Matrimonium præsumptum etiam carnali copula non secuta causat publicæ honestatis iustitiã in vtroq; foro. secus si matrimoniũ sit clãdestinũ.
485 Impedimẽtũ publicæ honestatis nõ oriẽ ex spõsalib. cum minore septennio.
486 Sponsalia an & quando inducant publicam honestatem.
488 Dispensatio super impedimento affinitatis an tollat impedimentum publicæ honestatis.
489 Impedimentum publicæ honestatis quem effectum pariat.
Et an surgat hoc impedimentum inter affines. 490.
491 Papa est supra ius.
492 Impedimentum publicæ honestatis an oriat, si spõsalia de iure nõ tenuerũt.
493 Infans dicitur minor septennio.
494 Sponsalia si quis contraxit cum aliqua, & postmodum cum alia ipsius spõsæ consanguinea idem fecit, quænam censeatur vxor.
495 Sponsalia de facto contracta sicut impedium publicæ honestatis iustitiam, an ita & matrimonium contractum de facto rumpit sponsalia de futuro præcedentia, remissiuè.
496 Sponsalia si facta sint sub conditione, & pendente conditione, vir cum alia illius cõsanguinea cõtrahat, per verba de presenti, an teneat matrimoniũ.
497 Infantes duo, vel maiores septennio si sponsalia contraxerũt, vel pro eis parentes, an posteà conualescant sponsalia, & an inducatur publicæ honestatis iustitia.
498 Impuberes duo si contrahunt matrimonium, vel pubes & impubes, an teneat, & an oriatur publicæ honestatis iustitia.
499 Filij nunquid obligentur ex sponsalibus, quæ pro ipsis impuberibus contrahunt eorum parentes.
500 Affinitas quid sit, & qualiter impediat matrimonium: & an contrahatur per copulam fornicariam.
Quòd dupliciter contrahitur. nu.501. & quomodo.
502 Antichristus nasciturus ex semine transfuso ꝓ dæmonẽ incubũ & succubũ.
503 Affines qui dicantur, & in quo gradu sint.
504 Matrimoniũ eodẽ modo prohibet in affinitate, sicut in consanguinitate.
505 Papa non potest dispensare in primo affinitatis seu consanguinitatis gradu sine causa: quid autem si subsit causa.
Quid autem in secundo gradu. nu.506. quid in tertio, & sim.
507 Graduum computatio qualiter sit attendenda in linea recta ascendentium, & descendentium. nu. seq.
Qualiter in linea transuersali inferiori. 508.
Qualiter in linea transuersali superiori. ibid.
Qualiter in linea æquali. 509.
510 Consanguineus vxoris quoto gradu consanguinitatis distat ab vxore mea, toto gradu affinitatis distat a me.
511 Matrimonium prohibetur in linea recta ascendentium & descendentium in infinitum tam in prtmo genere affinitatis quàm consanguinitatis.
512 Maritus nunquid mortua vxore possit ducere in vxorem illam, quæ quondam fuit vxor alicuius de consanguinitate primæ vxoris.
513 Relictus sororis an possit contrahere cum relicta fratris.
514 Affinitas nunquid remaneat, si moriatur persona, mediante qua contrahitur affinitas, ita quòd matrimonium impediatur.
515 Affinitas nunquid contrahatur ex pollutione extra naturalia.
Et ad contrahendam affinitatẽ nunquid requiraẽ cõmixtio seminũ vtriusq;, an verò sufficiat, ꝓ alter tm emittat: & quid de hermaphrodita. nu. seq.
516 Matrimoniũ an censeat cõsummatũ ex emissione seminis extra naturam.
517 Affinitas nunquid contrahatur, si quis cognoscit consanguineam alicuius in quinto gradu, vel supra.
518 Impotentia coeundi quid sit, & qualiter impediat matrimonium: & qualiter sit consideranda. nu.525.
Et quot sint eius species. 519.
520 Impotentia coeundi naturalis an impediat matrimonium.
521 Senes an & quando possint matrimonium contrahere.
522 Iudicium verum, quo separatur matrimonium, quod sit.
523 Matrimonium separari non debet, quando vir & vxor consentirent cohabitare vt frater & soror.
In eius autem separatione qualis sententia sit ferenda. nu.524.
Et an separari debeat, si vir non est omnino frigidus, sed vel membrũ non erigitur, seu diuersimodè ineptum est, ita quòd non potest vxori commisceri, vel statim spargit semen extra, vel huiusmodi. nu.526.
Et quid si mulier dicit virũ impotentem propter defectum membri. 527.
Et quid, si quis nõ pōt copulari cũ virgine, sed cum corrupta sic. 528.
Et quid, si quis mouetur ad pulchram, & non ad turpem. nu. 529.
Quid si vir sciat se frigidum & ineptum, & tamen scienter contrahit cum aliqua. 530.
Quid si aliquis scienter contraxit cum arcta. 531.
532 Mulieris arctatio nũquid sit semper impedimentum contracti matrimonij.
Et quomodo constare possit, quòd si fuerit separata a primo viro propter arctitudinem sit ei facta idonea per vsum cum secundo. 533.
Et quid fiet, si reddatur primo viro, & ab eo agnosci non potest. 534.
535 Matrimoniũ an possit cõtrahi cũ arcta, si per incisionem potest fieri apta.
Et quid si vni est arcta, & alteri apta. 536.
Et quid si propter eius latitudinẽ sit inepta ad reddendũ debitum. ibidem.
537 Impotentia coeundi accidentalis, puta per castrationem, an impediat matrimonium. nu. seq.
Et quid de impotentia, quæ est per maleficium. ibid.
538 Maleficium quodlibet a principio præsumitur temporale: quando præsumatur perpetuum.
539 Vir si careat genitalibus, licèt habeat virgam, non potest matrimonium cõtrahere: idem si careat vtroque testiculo.
540 Matrimonium an reconualescat, si diuortio celebrato post triennium redeat potentia se cognoscendi.
541 Maleficium an tolli possit per aliud maleficium.
542 Matrimonium an & quando possit separari propter impedimentum.
543 Frigidus quis dicatur,
544 Maleficiatus quis dicatur.
545 Matrimoniũ contractũ cõtra interdictum ecclesiæ an & quando dirimatur.
546 Matrimonium clandestinum prohibitum est.
547 Matrimonium cõtra inhibitionẽ Papæ est nullũ, si de eius mente constat.
548 Impedimentum feriarum an & quando dirimat matrimonium.
549 Nuptiæ quibus temporibus prohibeantur: & quare ieiunij tempore prohibeant, maximè in aduẽtu & quadragesima. ibid. per discursum. nu. 552.
550 Sacerdos, qui temporibus prohibitis nuptias benedicit, quomodo sit puniẽdus: & an ignorantia eum excuset.
551 Epiphaniæ Octaua an includatur in tempore prohibito nuptiarum.
Et quid de Octaua Penthecostes.

Varto transeamus ad sacramẽtũ matrimouij, & iuxta ordinẽ Pisanellę procedã diuidendo materiam per paragraphos. Et primo quæram de viribus matrimonij. Secundo videlicet in 15. q. & sequentibus tractabo de contrahentibus matrimonium. Tertio in 23. q. & seq. quomodo contrahatur. Quarto in 46. q. si fiat contra intentionem. Quinto in 49. q. & seq. si sub conditione contrahatur. Sexto in 59. q. quo ad debitum. Septimo in 61. q. & seq. quando accusatur matrimonium. Octauo in 66. q. & seq. qñ petitur diuortium. Nono in

88.q.& seq.quando alter alterum in cõiugem petit. Decimo
in 102.q.de impedimentis matrimoniorũ in communi seu ge
nerali: vbi etiam ponam remissiones in speciali de singulis im
pedimentis matrimonij.
1 ¶Primo † quæro,quid sit matrimonium. Respondeo,matri-
monium est viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ cõ
suetudinem retinens,27.q.2.c.1.extra,de præsumpt.illud.In-
stit.de nupt.§.2.quod Ray. exponens dicit, viri & mulieris,
nec viri & mulieri,quia nec vnus vir plures vxores, nec vna
plures viros habere potest. Cõiunctio,s.animorum & matri-
monialis indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, hoc est
quod neuter absque consensu alterius potest continentiam
profiteri,vel orationi vacare,ad quod infra.q.14.nec se alteri
copulare,sed sibi inuicem mutuam fidẽ seruare,& debiti red-
ditionem & mutuam inuicem in necessarijs, vt possunt sub-
uentionem prębere debent.Et quod dicitur,indiuiduam &c.
intelligitur s̃m Gui.de matrimonio confirmato per copulam
carnalem,quia ante posset separari in casu infra q.103.& ple-
nius s̃.11.notabili. Item intellige de matrimonio fidelium,
2 quia † & matrimonium infidelium potest separari, vt infra
q.169.& pluribus seq.ad quod supra in 11.not. Idem in sum.
confes.lib.3.tit.2.q.1.vbi ponuntur & aliæ diffinitiones ma-
trimonij, quæ possunt reduci ad prædicta, s̃m fra. Ni.Osim.
post Pisanellam in ver.matrimonium. & per Petr.de Palu.in
4.dist.26.q.1.& Host.in sum.de matri.§.1.& quod no.27.q.1.
in sum.& de conuer.coniug.c.2. in glos.2. & facit 29.qõ.1.in
princ.& per dominum Fran.in rub.de spon.& matri.2.col. &
ibi declarat,cum dicitur coniunctio,idest vinculum sacramẽ-
tale,& sic intelligitur de coniunctione maritali,secundùm eũ,
vt ibi latius,& plenè per Ant.de But.in rub.de spon.in 4.col.
vbi etiam addit post verbum coniunctio,legitima,vt ibi latiꝰ,
& sic coniunctio quæ est de essentia matrimonij,non est cor-
poris,cùm illa non fuerit in beata Virgine, & multis alijs, ad
quod infra q.12.nec consensus præcedens, cum ille sit causa
efficiens extrinseca,sed coniunctio ligaminis mediata, quam
Deus efficit sicut aqua & verba ad caracterem baptismi,secũ-
3 dùm Pet.in dicta q.1.facit infra q.43. nihilominus in † matri-
monio dicitur duo requiri,scilicet consensus animorum, per
quem significatur caritas consistens in spiritu inter Deum &
iustam animam, coniunctio corporum designans conformi-
tatem,quæ consistit in carne inter Christum & ecclesiam, vt
no.Ioã.And.in c.2.de cler.coniuga. No.tamen quòd natura-
liùs & suauius est carni viuere in matrimonio, quàm in clau-
stro.Pet.de Pal.in 4.dist.28.q.4.ar.2. conclu.7. loquor tamen
4 hic de matrimonio † carnali, quod in pluribus differt a spiri-
tuali, vt per Host.& Doct.in c.tuæ.& ibi per Ant.de Butr.ad
fi.de spon.& Host.in sum.de transla.præla.§.2.& per Laud.in
sacramentali de sacramento matrimonij. 3. col.q.3. & Franc.
in clem.1.de renun.5.oppo.& per Archi.in c.2.in ver.condi-
tionalia.ad fi.de elect.lib.6.& Ioan. And. in c.inter corpora-
lia.in prin.de transla.præla.& præsertim matrimoniũ carnale
est sacramentum,sed matrimonium spirituale,nõ vt per Do-
mi.in c.si quis iusto.§.porrò.de elect.lib.6.faciunt notata per
Fran.in c.2.ad fi.de despon.impub.& in c.3.1.op.eo.tit.& in
c.super eo.2.oppo.de condi.app. & in c.non debet.2.not. de
5 consang.& affi.Est & alia † diuisio matrimonij,quia aliud ra-
tum inter christianos super baptismo fundatum,aliud non ra
tum, scilicet inter infideles sine baptismo, de quo de diuor.
quanto. Item aliud consummatum,aliud non consummatũ,
de transla.episco.c.fi.Item aliud contrahitur propter effectũ
propagationis,aliud propter incontinentiæ remedium:aliud
propter humanitatis solacium, aliud propter complendum
iuramentum,de primo.35.q.1.§.1.de secundo. de his quis fi.
occi.c.1.de tertio. de frig.& malefi.consultationi. de quarto.
de spon.commissum.Item aliud verum aliud nullum,de con-
di.app.c.1.Item aliud solenniter contractum,aliud clandesti-
num,de clan.despon.cum inhibitio.secundùm Laud. vbi s̃.5.
col.Et ad illud,quòd neuter coniugum potest orationi vaca-
re &c. dicebat frater Iacobus de Marchia,quod hoc expresse
falsum est, quia quilibet potest renunciare iuri suo, scilicet
non petere, sed reddere, de crimine fal. ex conscientia. sed
salua pace ipsius idem dicunt, quia Pisanella loquitur in alte
rius præiudicium, ad hoc infra q.14. & ad illud quam Deus
efficit, vide supra §.proximo.q.11.in fi. & supra communia
de sacramentis,in prin.
6 ¶Secundo quæro, vnde † dicatur matrimonium. Respon-
deo, secundùm Ray.dicitur quasi matris minium, id est offi-
cium, quia dat mulieribus esse matres, & ideo magis deno-
minatur a matre, quàm a patre, quoniam in eo plus appa-
ret matris officium quàm patris: idem Thom.Pet.& Host.&
in sum.confesso.in dicta quæst.1.titu.2.secundùm Pisa.& fra.
Ni.vbi supra, & per Laud.in sacramentali de sacramento ma
trimonij, 4.colum.& per Anto.de But.in rubrica de spon.&
matri.4.colum.& per Pet.de Pal.in 4.distin.26. q.1. & Host.
in sum.de matrim.§.& vnde. Quidam dicũt, quòd matrimo-
nium non dicitur a matre sed a materia & monos, quod est
vnum, quasi ab vna materia vtriusque: sed commuuius est
quod dictum est, vt plenè per Franc.in rubrica de spon. q.4.
& allegat Isidorum 9.Ethico.& respondet ad contraria,vt ibi
7 latius per eum: De sponsalibus autem † quid sint,& vnde di-
cantur,& quomodo contrahuntur, & a quibus & quando,&
de effectu ipsorum, & quomodo dissoluantur, & si. per Pet.
de Palu.in 4.distin.27.q.1.& per Docto.in titu.de spon.& per
Laud. in sacramentali de sacramento matrimonij in princi.
vbi plura dicit, vbi etiam quòd sententia in sponsalibus tran
sit in rem iudicatam, vt ibi in 13.quæst.& idem Anto.de Bu.
in cap.præterea.in princip.de spons. & quòd quatuor modis
contrahuntur, & multo fortius si interuenit iuramentum,
per Ioan.And.An.& Ni.in cap.1.de spon.duorum.& infra q.
25.& de materia quid sint sponsalia, & quis ipsorum effe-
ctus, & quis finis, & quomodo contrahantur, & dissoluan-
tur, & si.per Ant.de But.in Rub.de spon.& nota,quòd spon
salia sunt initium matrimonij, vt per Fede.consilio 15.ante
8 fi.incipit,Quæstio talis est, sindicus. & scias, quòd † tenet
matrimonium cum alia contractum non obstantibus sponsa-
libus, & receptione munerum, & osculis & amplexibus, vt
in cap.1.de matrimonio contracto contra interdictum eccle-
siæ. & ibi per Ni. & nota, quòd secundùm canones in spon-
salibus non requiritur formalis repromissio futurarum nu-
ptiarum alterius contrahentis, ĩ. quæst. 26. ante fin. debent
tamen sponsalia ex vtriusque parte consistere, vt in sum.con
fesso.lib.4.titu.1. quæst.3. Ioan.And.in cap.ex litteris.2.de
sponsalibus.penult.colum.ver.etiam,per Ni.quòd contrahẽ-
tes etiam nudo pacto & absque iuramento compelluntur cõ-
trahere matrimonium, vt ibi per eum 3.notabili, facit per
Hostien.in sum.de spon.§.quot sint.& §.quis sit effectus.in fi.
vbi clarius, & quòd idem Nic.notat in cap.1. de spon.duo-
rum. secundo notabili.
9 ¶Tertio † quæro, vtrum matrimonium sit sacramentum.
Respondeo, secundùm Thom.in 4.distin.26. Sacramentum
importat remedium contra peccatum per sensibilia signa, &
cùm hoc inueniatur in matrimonio inter sacramenta compu
tatur, & istud remedium est duplex, scilicet curatiuum &
præseruatiuum: primum datur in alijs sacramentis, secun-
dum in sacramento matrimonij, secundùm Pet.& in sum.cõ
fesso.lib.4.tit.2.q. 2. Magis autem videtur dici sacramentum
ex eo, quòd est sacræ rei signum,scilicet coniunctionis Chri-
sti & ecclesiæ, ad Ephe.5.& vt patet in dicta quæst.2. Petrus
addit,ꝙ coniunctio exterior est sacramentũ,coniunctio vero
interior aĩorũ sacr̃m & res.effectus gr̃æ, q̃ ibi cõfert res & nõ
sacr̃m,& est res primo sacrata. Res vero significata secũdario
est cõiũctio Chr̃i & ecclesię: & forma quidẽ huius sacri sunt
verba siue alia signa,vt in d.q.2.qbꝰ cõsensus mr̃imonialis ex
primit̃:& sic pñia nõ habet aliã materiã nisi ipsos actus sensui
subiectos,q̃ sunt loco materialis elementi: sic sacr̃m mr̃imo-
nij habet ꝓ materia ipsos actus,q̃a ꝑficit̃ ꝑ actũ eius, q̃ sacro
ipso vtit̃,vnde Apost.ad Ephes.5.dicit,sacr̃m hoc magnũ &c.
s̃m fra.Ni. post Pisa.& plenè ꝑ Pet.de Pal.in 4.dist.26.q.4.ꝑ
totã.& ꝑ Laud.de sacr̃o mr̃imonij.4.col.ver.quarto q̃ro. vbi
refert tres opi.& plenius in 4.col.& sequ.vbi ẽt dicit,ꝙ sacr̃m
matrimonij est signũ, seu figura illius vnionis, qua fidelis aĩa
Deo ꝑ caritatẽ & nr̃a humanitas ad Chr̃m ꝑ naturæ diffor-
10 mitatem vnit̃: vnire.n.† est ex diuersis idem facere, 10.q.2.
vnio.secundùm eum ibidem.& probatur in c.2.in fi.de matr.
contra inter.eccles.contracto. & quòd sit sacramentum ec-
clesiæ & etiam contractus,per Ioan.And.in cap.fi. ante fi. de
11 condi.appo.immo etiam ante † incarnationem Christi ma-
trimonium erat sacramentum, Ioan.And.in cap.ex publico.
in 4. colum. de conuer. coniug. & supra de sacramentis in
communi. quæst. 4. & quòd sit magnum sacramentum,
per Franc.de consangui.& affinita.cap.1. in 11.not. & quòd
sit vnum de septem sacramentis,nota.de transla. veniens.gl.
1.& in capit.1. 4.not. de spon.duo.& in c.vir.ad fi. de secun.
nup. & not. de simo.cùm ecclesia.glos.inhibendum. & quod
not. de bigamis. debitum. glos. magna. vbi etiam Francis.
quòd ideo est sacramentum, quia est sacræ rei signum,
cum

cum caritas sit res sacra, vt ibi latius.facit quod no.27.quæst.
1.in sum.& 26.distin. acutius. & in cap.ex publico.de con-
uer.coniuga.& qui filij sint leg.per venerabilem.glo.bonis.
vnde istud sacramentum est antiquius & communius cæteris
sacramentis, ideo Gratianus seorsum de hoc tractat, vt dicit
Archid.27.causa,in prin.adde hic infra q.5.
12 ¶Quarto quæro, an per † matrimonium infundatur gra-
tia sicut in alijs sacramentis? glo.1.q.1.quicquid.dicit quòd
non:dic contra, de sacra vnct.cap.vno.ex hoc infertur non
esse verum, quod dicit Hug.31.quæst.1.quomodo. vbi dicit
vsum matrimonij non posse adimpleri sine peccato saltem
veniali, quia imo potest esse meritorius, quando fit bono
intuitu, sicut fuisset in statu innocentiæ: & potest reduci ad
actum virtutis iustitiæ, quia reddit quod debet, 22.quæst.1.
cum deuotissimam.vel religionis, quia vult prolem Deo de-
dicare. Si autem innititur soli concupiscentiæ modum exce-
dendo, potest committere veniale, 35.distin.in princ.secun-
dum Franc.in rub.de spon.q.11.& ad prædicta adde Ioan.
And.in cap.vno, secunda colum.de sacra vnct.& in cap.cum
in ecclesiæ.de simo.& ibi per Nic.& alios.& quòd infundatur
gratia, per Pet.de Pal.distinct.26.quæst.4.in 2.colum.& per
Fran.in cap.significante.ad fi.qui ma.accu.possit.& Ioan.Cal.
in cap.cum venissent.de sacra vnct.& supra communia de sa-
cra.q.6.& quòd actus matrimonij sit licitus & ipsum matri-
monium sit bonum & licitum, & de præmissis per Pe.de Pal.
13 dicta distin.26.quæst.2.art.1.subdens,quòd † excommunica-
ti & similes contrahunt verum matrimonium quo ad essen-
tiam;an autem peccent, vide ibi plene in 2.art.& si contrahi-
tur cum meretrice, ibidem.3. art. & adde infra q.49.in fi.&
sequenti.
14 ¶Quinto † quæro,an matrimonium fuerit institutum.Re-
spondeo secundum Tho.in 4.distin.26.matrimonium secun-
dum quòd ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat ne-
cessaria etiam peccato nõ existente, institutum fuit ante pec-
catum a Deo in hoc, quòd homini mulierem in adiutorium
de costa formauit,& dixit eis,Crescite & multiplicamini &c.
Genes.c.1.& 2.Adam vero cùm dixit, hoc nunc os ex ossi-
bus meis &c. verba illa protulit a Deo inspiratus, vt intel-
ligeret matrimonij institutionem a Deo factam. Sed secun-
dum quòd matrimonium præbet remedium contra vulnus
peccati, sic institutum fuit post peccatum tempore legis na-
turæ: secundum autem determinationem personarum insti-
tutionem habuit in lege Moysi: & secundum ꝙ repræsentat
cõiunctionem Christi & ecclesię institutionem habuit in no-
ua lege,& secũdum hoc est sacramentũ nouæ legis:hæc Tho.
& de prima & secũda institutione,32.q.2.§.ijs ita.& de diuor.
gaudemus.secundum Pisa.& Ni.& per Laud.de sacramento
matrimonij,in 4.col.ver.6.&c. ad idem no.Franc.in cap.fi.de
frigi.dicens.11.not.ꝙ Deus fuit institutor matrimonij, vt in
glo.penult.& ex hoc infert Hosti.ꝙ hoc sacramentum habet
prçeminentiam ratione sui auctoris,nã cętera fuerunt ab ho-
15 mine instituta.Sed tñ dicit,ꝙ † etiam sacramentum Euchari-
stiæ fuit institutum a nostro redemptore, de reli.clementina
vna.Item s̃m Hosti.matrimonium habet prçeminentiam ra-
tione status,quia fuit institutũ ante peccatum: & ratione lo-
ci, quia in paradiso: & temporis,quia in principio mundi: &
significati, de biga.debitum.& quia facit non esse peccatum,
quod aliàs esset,de hoc vltimo per Fran.de sacra vnct.c.vno.
ver.scire.ad quod.s̃.q.proxima.& concordat præmissis idem
Fran.in rub.de spon.in 6.q.ver.etiam in fi.dicit,ꝙ diuersis re-
16 spectibus matrimoniũ põt † dici de iure diuino,de iure natu-
rali, de iure gẽtium,& de iure positiuo:ad hoc vltimum adde
Hosti.in sum.de consan.& affi.§.1.& quod no.in c.cũ illorũ.
in fi.de sen.excõ.& Insti.de iure naturali.in princ.& quod no.
Fran.post fin.in c.fraternitatis.§.quamuis.3.q.de frigi.Item
præmissis satis concordat Hosti.in sum.de mat.ver.fuit insti-
tutum.& nu.32.q.2.in sum.& in c.1.in fi.de cogna.spirituali.
& in c.ex publico.de cõuer.coniug.& facit.32.q.2.c.1.& per
Host.in sum.de cogna.spi.§.qualiter.ver.alij dicunt.alleg.26.
dist.deinde opponitur.Item ex præmissis patet ꝙ institutum
fuit ꝑ illa verba, Crescite & multiplicamini &c.quod sequi-
tur glo.in c.fi.de frig.in ver.institutor.sed Fran.ibi in 1.q.se-
quitur aliam opinionem.s.ꝙ per illa,hoc nunc os &c.de biga.
debitum.& alleg.glo.in c.vno, de voto.lib.6.& refert hoc te-
nere Io.And.& Host.& ibidem in sequenti qõne.declarat di-
cta verba post Host.& subdit,non ergo mirum si non de facili
rescinditur hoc sacramentum: ad quod s̃.q.1. glo. tñ 27.q.
2.cum societas.dixit quòd imo per illa verba, propter hoc
relinquet homo patrem &c.Io.de Ligna.concor.cum Franc
per glo.in d.c.vno.circa prin.quæ dicit,ꝙ per illa verba, Pro-
thoplausti.idem Ant.de Butr.in rub.de spon.in 5.col.dicens
ex ijs patere, ꝙ fuit institutum in Paradiso.Item vinculũ ma-
trimonij imprimitur ex Dei potestate, s̃m Ant.de Butr.in c.
fi.de spon.duorum.& ꝙ fuit iustitutum per verba illa, Nunc
os ex ossibus meis &c.sequitur idem Ant.in d.c.fraternitatis.
ad fi.idem Pet,de Pal.in 4.dist.26.q.1.ad fi.intellige ore tamẽ
prophetico,27.q.2.§.lex diuinę.s̃m Fran.in d.1.q.& dic pro-
thoplausti, idest primo plasmati.s.Adam,s̃m Host.in sum.de
despon.impu.facit dictus.§.lex diuinę.& de con.dist.1.si duo.
17 & nota,ꝙ † matrimonium approbatur ab ecclesia,30.dist.per
totum.& sic nullum coniugium est peccatum,28.q.1.in prin.
18 adde tamen,ꝙ † sponsalia futura non sunt de iure diuino, q̃a
non reperitur in lege diuina nisi de matrimonio, s̃m Fran.in
c.2.de spon.penul.col.Et quicquid disputetur, an matrimo-
nium olim fuerit in præcepto,ꝙ hodie est mere voluntatis &
verginitas præfertur,vt plene per Fran.post Gas.de cal.in ru.
de spon.in fi.ad quod s̃. communia de sacramentis.q.5.& per
Pet.de Pal.in 4.dist.26.q.3.art.1.
19 ¶Sexto quæro, quæ causæ † institutionis matrimonij?
Respondeo s̃m Ray.duæ sunt principales,s.susceptio sobolis
educandæ ad cultum Dei,Genes.1.Crescite & multiplicami-
ni &c.& vitatio fornicationis,1.Corinthi.7.propter fornica-
tionem vnusquisq; habeat suam vxorem, & vnaquæq; suum
virum:& ista causa solum post peccatum extitit. Secundariæ
vero causę multæ sunt,vnde quandoq; pacis reformatio,pul-
chritudo vxoris, diuitiæ, & huiusmodi s̃m Pis.& Ni.& plene
per Hosti.in sum.de mat.§.& quasi, vbi addit in fi.aliam cau-
sam,s.solatium humanitatis,vt & in senibus,27.q.1.nuptiarũ.
ad hoc etiam per Fran.in rub.de spon.4.col.concludit, ꝙ at-
tẽto statu primęuo rationalis creaturę in Paradiso causa fuit
multiplicatio prolis ad recuperationem angelorũ lapsorum,
Ezechielis 30.sed attento statu post peccatum vltra prolem
fuit secunda causa,vitatio fornicationis: & sic matrimonium
fuit institutum ante lapsum,de voto.c.vno.lib.6.s̃m eum,fa-
cit quod no.31.q.1.quomodo.& de dictis causis institutionis
matrimonij ad idem per Ant.de But.in rub.dę spon.in 5.col.
& adde Pet.de Pal.in 4.dist.30.q.2.art.3.vbi plene de duplici
fine matrimonij:& ꝙ si vitatio fornicationis principaliter in-
tendatur,non est peccatum mortale,sed nec semper veniale,
vt ibi latius, & adde ĩ.proxima.q.facit.ĩ.§.6.q.17.vnde q̃nq;
q̃s nubit,quia nescit resistere stimulis carnis, de eo qui cogn.
consang. Iordane. & in Spe.de alleg.& disp.§.post hęc.3.col.
20 ¶Septimo quæro, nunquid tenet † matrimonium factum
non causa prolis,sed propter secundarias causas nunc dictas,
puta propter pulchritudinẽ,diuitias, & huiusmodi. Respon-
deo, secundum Rai.sic, sufficit enim quòd contrahere in-
tendunt & consentiunt per verba de præsenti, 32.q.2.solet
quæri. Deutero.21.Si videris mulierem pulchram in medio
captiuorum, & amaueris eam,voluerisque vxorem habere,
introduces in domum &c.concor.Tho.& Pet.vbi s̃.secundũ
Pisa.idem Host.in sum.de mat.§.& quare.& per Pet.de Palu.
21 s̃.q.proxima.& nota, ꝙ matrimonium habet † triplicem finẽ
s̃m triplex bonum matrimonij:nam inquantum est in officiũ
a natura gñis habet pro fine procreationem prolis & educa-
tionem.Secundo inquantum est a natura speciei in fędus hu-
manæ societatis habet iuxta bonum fidei amicitiam & cõica-
tionem in operibus ciuilibus:inquantum autem est sacramẽ-
tum,habet pro fine repręsentationẽ incarnationis, & ex hoc
inseparabilitatem s̃m Pet.de Pal.in 4.dist.33.q.1.art.1.con-
clu.2.ad fi.& conclu.3.post prin.ad quæ adde s̃.q.proxima,&
ĩ.q.proxima.& licèt quis contrahat principaliter ob vitandã
fornicationem,vt quia continere nõ potest,non peccat mor-
taliter, s̃.q.proxima.& in Spe.de alleg.& dispu.§.post hæc.3.
col.ibi, vel dic ꝙ nõ semper &c.& an matrimonium seu actus
carnalis habeat excusationem,per Pe.de Pal.dist.31.q.1.& 2.
vnde affectus & appetitus copulæ habendæ non tollit liber-
tatem consensus in ꝯhendo, quin si ꝑꝑ eam extorquendam
ad matrimonium impellatur,sit inter eos matrimonium, s̃m
Ant.de But.in c.tua.de spon.& in c.1.de spon.duorum.
22 ¶Octauo † quæro, quot sunt bona matrimonij.Rñdeo s̃m
Rai.sunt principaliter tria,s.fides,proles,& sacramentum.27.
q.2.oẽ.in fide attẽditur,ne cum alio vel cum alia cõmisceat̃.
in ꝓle,vt amãter suscipiat̃,& religiose educet̃ & nõ fornicet̃.
In sacr̃o,vt matrimonium non separetur,quæ satis colligun-
tur in d.c.omne.licèt enim fiat interdum corporalis separa-
tio, vt ex communi consensu causa orationis vel religionis,
vel

vel p p fornicationem,cum mřimoniũ inter fideles, postquã rite ɔ̃ctum & consummatum est,inseparabile est vsq; ad mortem:& prędicta tria bona adeo sunt substantialia coniugio,ꝙ conditio ɔ̃ aliquod istorum apposita vitiat ɔ̃ctum mřimonij, de condi.appo.c.fin.ad quod ĩ.q.49. s̃m Pisa.& fra.Ni. & sic bonum fidei consistit,vt non fiat adulterium. bonum prolis consistit in semine ꝓlem gñante.bonum sacri in inseparabilitate,vt per Pet.de Pal.in 4.dist.30.q.2.in 4.col.& dis.31.q.1. ar.2.circa prin.& per totum.De istis tribus bonis mřimonij, & an sine prædictis tribus bonis mřimonij possit actus matrimonij excusari,vide eundem Pet.in 4.dist.31.q.3. Et adde s̃. q.ꝓxima,& de prædictis per Host.in sum.de mat.§. & quare ɔ̃haĩ.& de istis tribus bonis no.qui fil.sint legi.per ven.gl.no. quòd tria, & per Fran.de frigi. c.fi.2.q.& per Arch. in c.1. de spon.in ver.frigiditatis. lib.6.& debent ista tria bona esse saltem in ꝓposito,i.quòd ab initio aliter non ꝓponant,quia tũc vitiatur matrimonium,ad quod ĩ.ꝓximis q. secus si ex post facto hoc contingat:licèt.n.alter adulteretur, vel aliam accipiat de facto,vel ꝓles non nascatur,non per hoc viciatur ma
23 trimonium,de † adulterio ꝓbaĩ.32.q.2.dixit.& q.4.quasi per totum,de diuor.c.2.& c.ex litteris.cum si.de secundo, quòd si aliã accipiat,non soluaĩ primum mřimonium, ꝓbaĩ de spõ. duorum.c.1.& pen.& fi.de despon.impub. duo pueri. vñ viuente sponsa de pñti licet nõ cognita nõ valet s̃m mřimoniũ consummatũ,vt no.Io.An.in c.2.de eo qui duxit.& per Ant. de But.in c.fi.de spon.duorũ.in prin.& latius in fi.De tertio, quòd si non nascaĩ ꝓles non deficiat esse matrimonium,ꝓbatur.27.q.1.nuptiarum. dummodo non sint perpetuo impediti,de frigi.c.1.& per totum.& per Fran.in rub.de spõ.q.10. & de condi.appo.c.fi.4.q.& ibi ẽt tangiĩ in textu de dictis bonis,vt ibi per Fran.in 1.not.& adde ĩ.q.185.ad fi. & intellige prædicta,ꝓut in tribus ꝓximis qõnibus.dicit etiam Host.ꝙ si ɔ̃hentes tpe ɔ̃ctus nil cogitabant de his bonis,sufficit,dũmodo non apponant conditionem vel pactum,vt ɔ̃faciant,ar.dicti c.fi.de condi.appo.& hoc verum in iudicio Ecclesiæ, quæ de cogitatu vel intentione iudicare non potest.Sed in iuditio animæ & in veritate non vr̃, quòd sit matrimonium, nisi saltem de tertio bono,s.de tertio sacramento cogitent, quia si non cogitant,ergo non consentiunt in vitam indiuiduam ducendam,& quamuis non sit verum matrimonium,erit tñ pręsumptum quod æquiparatur vero matrimonio quantum ad ecclesiam, de spon. is qui. s̃m Host.in sum. de matrimo.§. & quare.ad idem per Arch.32.q.2.circa princip.Sed si intentio in corde retenta vel vt etiam expressa ɔ̃rietur essentiæ matrimonij vel his tribus bonis mřimonij,vide ĩ.sequẽtib.q.

24 ¶Nono quæro, vtrum intentio † non seruandi fidem vitiet matrimonium.Respondeo, secundùm Guil. si aliquis ɔ̃xit matrimonium non habens propositum seruandi fidem, sed adulterandi, nihilominus tenet matrimonium, concor.Pet. vt in sum.confes.lib.4.tit.2.q.54. dum tamen hoc non deducatur in pactum:si autem deducatur in pactũ, vt quòd liceat adulterari,vel quòd prostituat vxorem, nõ contrahitur matrimonium,extra de condi.appo.c.fi.s̃m Pis.& Ni. & Pet.de Palu.in 4.dist.26.q.3.arti.2. Sed si contrahens haberet intentionem nunquam exigendi debitum, credit Guil.quòd contrahit matrimonium,sicut fuit inter beatam Virginem & Ioseph. quod credit procedere, etiam si intendat non solum non petere, sed etiam negare, quia tenet matrimonium, dummodo hoc non deducatur in pactum, quia tunc non teneret, secundùm eum. Sed quantum ad illud si intendat debitum negare, quòd teneat matrimonium, discordat Petrus, dicens quòd de bono fidei matrimonialis duo actus sunt, vnus essentialis, scilicet non negare coniugi vsum sui corporis, & intentio opposita huic excludit matrimonium: alter accessorius, scilicet non exhibere alteri corpus suum,& intentio huic opposita matrimonium nõ excludit, vt in sum. confes.in dicta q.54. & sequenti. & sic vult, quòd si habuit intentionem vel propositum negandi debitum vxori, non sit matrimonium, quasi contrarietur actui essentiali matrimonij. Sed in hoc an contrarietas in contrahendo matrimonium ad bona matrimonij faciat matrimonium nullum,concludit Pet.de Palu.quòd si intentio est contraria non solum bonis matrimonij, sed etiam ipsi essentiæ matrimonij, puta quia non intendit contrahere sed decipere, vel si intendit cõ trahere, intendit tamen non statim sed ad tempus, vel ali-
25 quod huiusmodi, & tunc non est matrimonium, quia † nisi sit consensus in tota essentia matrimonij non est matrimonium. Item quando est consensus & dissensus, sicut si homo vult esse homo & non habere animam, non simpliciter consentit, vnde non est matrimonium. Si autem contrarietur bonis matrimonij, sed non essentiæ, est verum matrimonium, sicut supradictum est. Similiter si exprimitur aliquid contrarium essentiæ matrimonij, non est matrimonium, vt si dicat: Accipio te in meam, dum tamen ego non sim maritus tuus: vel quòd matrimonium dissoluatur quàm cito inuenero pulchriorem & meliorem, vel huiusmodi: & sic non est matrimonium, sed adulterium. Aut non est contra essentiam, sed contra aliquod de tribus bonis, & tunc si est aliquid illicitum, non est matrimonium. Si autem id,quod exprimitur, sit honestum, non impedit, sicut contraho te-
26 cum, ita quòd non petas debitum: quia † pacisci de debito non petendo nec reddendo non respicit essentiam, cum petere & reddere sunt actus consequentes matrimonium, imo etiam pacisci quod non teneatur petere vel reddere non est contra essentiam, cùm salua essentia matrimonij possit tolli ius petendi & obligatio reddendi: sed ponere conditionem, vel modum de non reddeudo vitiat matrimonium, quia conditio turpis & inhonesta & contraria. Si ergo vouens castitatem in contrahendo dicat sic, Contraho tecum matrimonium, ita tamen quòd caste viuamus, valet, cùm facilius possit renunciari iuri futuro & acquirendo, quàm iuri iam quæsito. vnde si contracto matrimonio postquam obligati sunt mutuo ad reddendum possunt se per pactum ab ista obligatione liberare manente essentia matrimonij: pari ratione in contrahendo salua essentia poterunt ab obligatione præseruari, vt latius per eundem Pet.de Palu.in 4.distin.30.qõ.2. artic.1.qui per hæc videtur concordare cum dicto Guil.quia si talis intentio negandi debitum respiciat actũ cõsequenté, non añt essentialẽ matrimonij, & sic intentio huic opposita mřimoniũ nõ excludat:vel si dictus superior Petrus intellexerit,qñ intẽtio fuit expressa,saluari posset, qñ deductũ fuit nõ per modum pacti,sed conditionis vel modi,vt ex præmissis patet. Item pro opin. Guil. contra dictum Petr. Theologum facit, quod notat Franc.in cap.ex litteris. in fine. de frigid.dicens, quòd non habens propositum reddendi debitum contrahat matrimonium, nisi propositum exprimatur, de consang.& affinit.cap.de infidelibus. vbi de hoc in glo.vltima in fine, ad quod infra quæst. proxima, & supra proxima quæst.& præsupposito quòd opinio Petri Theologi esset vera, non procederet quo ad ecclesiam militantem, quæ præsumit pro matrimonio, si talis intentio non fuit expressa per dicta supra in proxima quæst.& sic ecclesia iudicabit pro matrimonio tamquam præsumpto, immo pro vero propter Doctorum opiniones, vt infra quæst.110.Adde circa tria substantialia matrimonij, videlicet proles, fides,& firmitas sacramenti. si ergo conditio & protestatio in ipso contractu alterum ipsorum tollat, vitiat contractum,& non vitiatur, secundùm Anto.de Butr.in cap.si conditiones,in princip.de condi.appo. & subdit, quando conditiones sunt contra substantiam seu bona matrimonij.

27 ¶Decimo quæro, vtrum † intentio non habendi prolem excludat matrimonium. Respondeo, secundùm Pet.firma intentio prolem euitandi excludit matrimonium, dico maxime si deducatur in pactum: sed tamen intentio non educandi prolem non excludit matrimonium, concor. Hug.& glo. Ray.in sum.confess.eodem titu.quæst.56. Similiter nec excludit matrimonium desperatio prolis, quia adhuc potest esse matrimonium in remedium: idem in sum. confes. in dicta quæst.56. secundùm Pisa.& fra.Ni.vbi supra.& per Ioan. And. in capitu. tanta. post princip. qui filij sint legiti. videtur tamen, quòd talis intentio non excludat matrimonium, nisi fuerit expressum de vitando prolem, prout dixi supra quæstione proxima.dicit enim Franc.quòd non vitiatur matrimonium propter defectum prolis, nisi deducatur in pactum, quòd vitetur proles, dicto capitu.fina.de condi. appo. & nota.in cap.de infidebilibus. de consangui. & affinita.secundùm eundem Franc.in dicto cap.tanta. prima qõ. qui etiam in rub. de coniug. leprosorum, ad fin. dicit respondendo ad dictum cap.fina. quòd contra bonum prolis dicitur, quando apponitur conditio, quòd euitetur proles, vt ibi, vnde contractus matrimonij cum voluntate & intentione prolem non habendi, dummodo hoc in pactum nõ deducatur, non vitiatur solo intentu pacto cessante, sed contractus matrimonij cum intentione non habendi copulam, & consequenter nec prolem est nullus, quia deficit vnum ex substantialibus bonis matrimonij, de condit.appo. cap.fina. secundum Anto.de Butr. in cap. commissum. de spon. vnde non exigitur, quòd in matrimonio semper sit spes filiorum, quia sufficit quòd non euitent prolem, 32.quæst.2. solet.secundum Anto.de Butr.in cap. 2.de frigi. nec etiam semper hæc est causa nubendi, immo quandoq; quis nubit, quia nequit resistere stimulis carnis,in cap.Iordane. de eo qui duxit in matrimonium.& 32.q.2.solet.& si.secundum Pe. in tit.de alleg.& dispu.§.post hæc. 3.col.

28 ¶Vndecimo quęro,vtrum † intentio ducendi aliam vxorem excludat matrimonium. Respondeo secundum Petr.si intendit ducere aliam dimissa ista, non est matrimonium, quia secundum Guil.talis videtur contrahere ad tempus,32. quæst.2. solet quæri. secundum pisa. & ibi patet, quòd propter hoc isto casu matrimonium non valet:Nec obstat quòd Iudæi contrahunt cum proposito diuertendi, quando voluerint,per libellum repudij, quia hoc non deducunt in pactum, quamuis ex vi constitutionis vel consuetudinis vel etiam sola voluntate mutata postea diuertant, sicut & de eo qui mutata voluntate religionem intrat,secundum Pet.vt in sum.confes.eodem titul. quæst.57. si vero intendat ducere aliam ista retenta cum ipsa, erit matrimonium, idem in dicta quæst.57. secundum Frat. Nic. post pisa. Dicunt Docto. quòd si apponitur in matrimonio pactum à lege vel consuetudine inductum, licèt sit contra matrimonium, tenet matrimonium, de spons. capitu.1.vnde catholici contrahentes possunt cogitare, quòd ante copulam possunt separari ingrediendo religionem, & tenebit matrimonium, vt plene per Franc.de consang.& affini.c.de infidelibus. ad præmissa facit supra quæst.9. quia talis intentio est contra essentiam matrimonij, quin etiam in foro iudiciali ecclesia iudicaret pro matrimonio, cùm de tali intentione non constaret, vt ibidem dixi.

29 ¶Duodecimo † quæro, vtrum inter beatam Virginem & Ioseph fuerit perfectum matrimonium. Respondeo secundum Petr.in 4.distinctio. 30. duplex est perfectio matrimonij: vna quidem quantum ad esse, quæ fit per consensum verbis de præsenti expressum, & tali perfectione matrimonium illud perfectum fuit. Alia perfectio quantum ad operationem,& sic non fuit perfectum, quia actus proprius matrimonij est carnalis copula, in qua vt ibidem dicit Thom. Virgo non consensit explicite, sed implicite, & sic virginitatem suam Deo commisit, vt in libr.sent. dicitur secundum pisa.& Nic.& vide 27.quæst.1.in princ.& per totum, & in §. item si sponsa. & §.iuxta hanc.Ioan.de Lignan.in cap.ex publico.ante fi.de conuer.coniuga. & eodem titul.in cap. quidam.gloss.3.& per Doct.in cap.cum locum.de spon. vbi dominus Fran.in 2.oppo.& 8.quæst.plura dicit hinc inde,& refert quosdam theologos dicere, quòd necesse est præcise consentire in carnalem copulam, per hoc quod notat Arc. in c.1.de voto.lib.6.in verbo inuenta, ad fi. & sic beata Virgo secundum istos consensit in carnalem copulam sine peccato. Sed hæc opinio facit iniuriam virginitati Beatę Virginis. Alia fuit opinio,ꝙ oportet contrahentes consentire in copula, non in particulari sed in vniuersali: sed hæc opinio tollitur vt præcedens, quia cùm Beata Virgo sciebat legem coniugij consentiendo in coniugium consensisset in copulam, & sic fieret iniuria ipsius virginitati. Tertia fuit opinio,ad quam accedit Gratianus,27.q.2.§.cum ergo.ꝙ oportet consentire in copulam vel absolute vel saltem sub conditione tacita,nisi Deus aliter disponat,vel si Deo placuerit:& tali modo videtur consensisse Beata Virgo, vt dicitur in d.§. cum ergo.Hæc etiam non videtur procedere,quia Deus nolebat beatam Virginem carnaliter copulari viro, & hoc verisimiliter ipsa sciebat,quia Spiritusancto inspirata iam votũ virginitatis emiserat,vnde dicit Pe.de pa.quòd de beata Virgine credimus ipsam vouisse virginitatem, vt per eum in 4. dist.38.q.1.4.colum.vnde dixit,quomodo fiet istud quoniã virum non cognosco?quasi diceret,nolo cognosci. hęc tamẽ opinio potest defendi & dici,ꝙ beata Virgo se subiecerit voluntati diuinæ. Quarta opinio est,quæ placet Gratiano in fi. dicti §.ꝙ consensus,qui facit matrimonium, est consensus in mutuam corporis potestatem, & dicitur consensus in mutuam corporis potestatem consensus cohabitandi, & indiuiduam vitę consuetudinem retinendi, & hoc sonant verba, Accipio te in meam & econuerso, de spon. cap. penult. nec oportet quòd præcise vel conditionaliter consentiant in copulam carnalem: & sic consensit beata Virgo. & hæc tutior & sanctior quo ad beatam Virginem,tamen etiam præcedẽs saluari posset, vt dixi. Vouit autem beata Virgo castitatem, vt dixi,& patet in d.§. Cùm ergo Virgo beata ad hoc vt esset
30 decens habitaculum filij Dei, decuit † etiam vt esset nupta primò propter significationem,quia ecclesia triumphans est spiritualis sponsa Dei & virgo. 27. q.1.nuptiarum.secundo propter vitationem infamiæ,ne crederetur ex adulterio peperisse.tertio propter occultationem diuini cõsilij, quia hoc modo diabolo ministerium incarnationis & redemptionis fuit occultum,27.quęst.2.inuenta.secũdùm Gaspar. de Cal. in d.c.cum locum.& de hoc vide Pe.in 4.dist.26. q.3.artic.2. conclusi.3.& dist.30.q.2.ar.2.vbi inter alia dicit, quòd sufficit consensus de præsenti in copulã coniugalem, quo solum verum & perfectum est matrimonium essentialiter. Sed quo ad carnalem copulam sufficit sub cõditione, si Deus iuberet,& sic beata Virgo non fregit uotum, & sic dicunt quidam de Ioanne euangelista,nam quia virgo,fuit virginitatis custos, probabiliter creditur consimili modo se habuisse in consensu nuptiali,sicut Virgo beata, quod tamen non sic est necesse,quia non sic habebat votum virginitatis sicut ipsa, secundum Pe.vbi s̃.licet ergo Hieronymus in prologo euãgelij dicat,Iohannes voluit nubere:& ꝙ Christus vocauit eũ de nuptijs,non per hoc infertur quòd perdiderit virginita-
31 tem mentalem per prædicta,quod not.Quid autem sit † virginitas,& quòd est licita,& quòd est per se bona, & quòd est virtus,& de comparatione eius ad alias virtutes, & ad coniugium,plene per eundem Pe.in 4.dist.33. q.2. ad hæc adde s̃.quæst.9.circa prin.& ĩ.q.43.

32 ¶Tertiodecimo† quæro,quę sit differẽtia inter matrimoniũ legitimum & ratum. Respondeo secundum Ray. matrimonium legitimum & non ratum est, qđ legali tãtum institutione vel prouinciæ moribus inter infideles contrahitur, quod ideo dicitur non ratum,quia sine fide fit: vnde Augu. non est ratum coniugium,quod sine Deo est.Ratum vero & non legitimum est,quod inter fideles & legitimas personas, sed sine legitima solemnitate contrahitur:hęc distinctio probatur.28.q.1. item illud.& de diuor.quanto.& c.gaudemus, secundum pis.& per Host.in sum.de mat.§.fi.ad fi. vbi etiam per Host.quòd matrimonium aliquando dicitur initiatum, aliquando cotractum, aliquando ratum, aliquando confirmatum.& contractorum aliud est verum, aliud præsumptũ: & præsumptorum aliud contrahitur per carnis copulam, aliud ex cursu temporis, aliud per subarrationem vel præsumptiones & signa,vt ibi plenius.Dicitur autem ratum, idest quòd non possit dissolui nisi causa fornicationis, secundum Archi.27.q.2.non dubium.& in c.in omni. & sic inseparabile,Archi.28.q.1.in princ.Sic ergo matrimonium inter catholicos est fortius, quia ratum & indissolubile: matri-
33 monium vero inter infideles † licèt sit ratum, potest tamen dissolui, vt per Fran. in c. quanto. 8.notabili, de diuor. post glo. tamen inter fideles est indiuidua coniunctio aptitudine,quia est apta non diuidi.pro hoc de bap. maiores.§. quãuis.& quod ibi not.in glo.sicut. secundum Fran. post glo.in c.de infidelibus. secunda oppo. de consan. & affi.& ibidem de materia per Ant. de Butr. facit s̃.q.2. Nota etiam, quòd
34 matrimonium inter † baptizatos ab hæreticis non in forma ecclesiæ non dicitur ratum,vt per Fran. in dicto c. quanto.in fi.post Inno.& facit.ĩ q.170.Item matrimonium dicitur legitime contractum,quando sunt ętatis, & nullum subest impedimentuum,Ioan.And.in c.fi.de rapto.& quod not. in c.ex transmissa,de resti.spol.

93 † ad substantiam & esse matrimonij quid exigatur: Respondeo, q consensus cum hac qualitate, q sit legitimus, de spon. ad id quod. & c. cum locum. vnde de substantiali solennitate matrimonij solus consensus est necessarius: si aũt quærimus de solemnitate probatoria, & tunc aduerte quam certitudinem velit ecclesia de matrimonio, si vult certitudinem verã, exiguntur verba, sed hanc non exigit ius ex necessitate, quia modus probandi vere vel præsumptiuè a iure communiter non differentiatur, nisi vbi exprimitur: si autem ecclesia vult probationẽ præsumptam altero facto, potest probari matrimoniũ & inducitur, & hæc est ipsa veritas, secũdũ eum, facit
94 j. q. 43. ad fi. & j. q. 26. & sic verba † nõ sunt de forma sed sunt de solennitate probatoria, vt idem dicit in c. tua. in fi. eo. tit. de spon. sic ergo consensus solus est de substantia, non autem verba ad dandum consensum & simul consensum: exigitur tamen de substantia aliquod signum, per quod appareat de tali consensu, & si nõ subest signũ, requiruntur verba, ſm eũ in c. is, qui. penul. col. eo. ti. sufficit etiã nutus exprimens cõsensum matrimonialẽ, ſm Ant. de But. in c. illud. in 3. colum. de pręsum. Itẽ subdit Pe. vbi. s̃. aliud signũ, videlicet si cohabitauerũt, & coniuges se vocabant: sed istud non est ad propositum, vbi loquimur quando verba non interuenerũt, vt s̃. de quo tamen vide in d. c. vno. Item ad illud, si in præsentia plurium sororum &c. dic q istud posuit Host. in su. de matrimonio. §. qualiter cõtrahatur. ad fi. & in c. ex litteris. de spon. dicit tamen ibi in fi. dominus Fran. q per hanc copulam non consumatur matrimonium, quia nulla sponsalia præcesserũt propter incertitudinem, vt ibi latius, & vide ibi omnino per Ant. de Bu. & subdit Host. in locis præmissis, q si generaliter iurasset cum aliqua muliere mundi contrahere, & postea aliquã cognosceret, non videtur illam elegisse in vxorem, vnde non deierat contrahendo cum alia, licèt equius faceret contrahendo cum illa, de quo per Ioan. And. & Frã. in d. c. ex litteris. 2. q. & ibi per Anto. de Butr. in fi. & ex his not. quod ad matrimonium sufficit tacitus consensus. ad hoc facit quod not. Fran. in c. cum locum. 4. oppo. & in c. veniens. 2. in prin. & c. si inter 1. quæstione. de spon. & in cap. 1. prima oppo. de ma. contracto contra inter. eccle. & per Ioan. Andr. & dominum Ni. in c. accedens, de rapto.

95 ¶ Vigesimoquinto quęro, an † iuramentum sit necessarium ad matrimonium. Respondeo quòd iuramentum non est de substãtia matrimonij, vt not. c. si inter. glos. 3. de spon. solidius tamen subsistit, quod iuramento roboratur, 22. q. 1. oẽ. ſm Fran. in d. c. si inter. 6. not. ad hoc s̃. q. 22. vñ dicit Gaspar de Cal. q iusm nil addit ad promissionem seu substantiã matrimonij vel spõsaliorũ, sed violãs cõractũ iuratũ magis excedit q̃ si nõ esset iuratus, ſm Fran. de spon. ex parte. 2. q. & in c. præterea. 3. oppo. & per eũdẽ post glo. in c. 2. de spõ. & in c. ex litteris, 2. penul. col. eo. titu. & in c. de illis. 1. penult. col. post Ioan. And. & in c. duo. ver. quarto not. de despõ. impub. & in c. 1. §. est aũt. 4. q. de spon. du. & in c. licet. 3. no. eo. ti. fortius tñ ius acquirit mulier petendi sponsum, si intercedat iuramentum, vel fidei interpositio, Fran. post glo. in ca. 2. de consan. & affi. & sic iuramentum quo ad esse sponsaliorum non parum facit, vt dicit Laud. in sacramentali de sacr. matrimonij, circa prin. & An. de But. in c. sicut ex litteris. in fi. de sponsa. nec ad potentiam vinculi matrimonialis addit, Ant. de But. in c. si inter. de spon. & in c. licet. de spon. du. contrahuntur enim sponsalia iuramẽti interuẽtione vel nuda promissione affirmatiua vel alijs modis, vt per Pet. de palu. in. 4. dist. 27. q. 1. in 2. col. & 5. col. Item quod sponsalia iurata non faciunt matrimonium, prosequitur idem Pe. in 4. di. 28. q. 1.
96 art. 1. qui etiam in 3. arti. tenet, q † iurans aliquam ducere in vxorem potest si vult absque peccato religionẽ intrare, matrimonio non prius contracto: & ita dicit debere intelligi c. commissum. de sponf. vt ibi latius. & ex his infertur ad quæ-
97 stionem facti, q etiam sponsalia non iurata † transeunt in matrimonium præsumptum propter sequentem copulam, vt sentit gl. in c. tua. de spon. & Spe. de eo qui dux. in matri. ver. quid si eo nec fidem. facit c. cõmissum, in fi. & c. super eo. de condi. app. & c. per tuas. & q ibi not. eo. tit. in glo. 2. ibi dicas. ergo. & est gl. in d. c. veniens. 2. in glo. 2. de spon. & quod not. Ho. in sum. de spon. §. quis sit effectus. ver. vnũ tñ. & per Frã. post doc. vbi s̃. Ex hoc defendi quẽdã accãtũ de raptu mulieris, ex quo enim ipsa mulier fatebatur in suis articulis, q ille promiserat ei ducere in vxorem, & isto modo eã cognouit, ergo quantum ad ipsam repellendam dicetur matrimonium pręsumptum, & sic cessat raptus, per not. per glo. & Bal. in l. penult. C. de fideius. & quod not. 30. q. 5. nec illud §. his in gl. ecce aperte. & in Spe. de confes. §. sequitur. ver. sed pone accusator. Si enim secundum communem opi. sponsalia cõtrahuntur etiam absque iuramento vel fidei interpositione, ergo etiam simplicia transeunt in matrimonium præsumptũ per præmissa, & facit. j. q. proxima, & §. 6. q. 2.

98 ¶ † Vigesimosexto quero, vtrum ad matrimonium sufficiat consensus præsumptus. Respondeo q spõsalia de futuro præcedentia per copulam transeunt in matrimonium, vt in c. veniens. 2. de spon. etiam si essent conditionalia, de quo j. q. 49. in fi. vel in tempus, j. q. 57. & intellige etiam si vir protestaretur, q cognoscit mulierẽ adulterino affectu, nisi prius sponsi se absoluerent, quo casu copula non faceret matrimonium, cum non inueniat sponsalia quę confirmet, d. c. veniẽs. cùm si. aliàs protestatio non impedit in foro iudiciali, nec probatio contraria admittitur, ſm Frã. & Ant. de But. post Ioan. And. ibidem ad fi. & per Host. in sum. de condi. appo. §. quæ condi. ad quod j. q. 52. & 55. & seq. sed sequẽtia spõsalia post copulam non sufficerent: vnde sit cautus articulans in matrimonio, q post sponsalia concludat copulã, vt per An. de Bu. in d. c. veniens, secundo de spon. & ibi per Nic. primo nota. & nota, q verum matrimonium appellatur, in quo verus consensus & expressus intercedit hinc inde. præsumptum illud
99 in quo & si in veritate † non consentiant contrahentes, ecclesia tamen eos interpretatur consensisse ex aliquibus probabilibus coniecturis, & ipsos distringit simul morari ac si cõsensissent, ſm Ioan. An. in c. fi. de spon. & ibi per Ant. de Bu.
100 de materia huius. Vnde † sponsalia transeunt in matrimoniũ de præsenti. Primo per superuenientem perfectam ętatẽ cũ aliquo euidenti signo complacentiæ, vbi tempore impubertatis verba prolata fuerunt de præsenti, de despon. impub. duo. & cap. vnico. lib. 6. secundo per subsequentem carnalem copulam, de spon. is qui. secundum Laud. in sacramentali de sacramento matrimonij, circa princ. 11. q. & adde not. de resti. spol. ex parte, in fin. & in cap. fin. de despon. impub. Et quoddam est matrimonium fictum seu præsumptum præsumptione iuris & de iure, & ad huius esse nõ exigũtur verba, de spon. is qui. quoddam est præsumptum præsumptione iuris tantum, non autem verum, vt in contracto per patrem filio præsente c. vnico, de despon. impub. lib. 6. ſm Anto. de Butr. in c. tuę de spon. vbi latius. & nota, quòd matrimonium
101 fictum † seu præsumptum præualet secundo vero seu verbis expresso, de spon. is qui. & ibi per Ant. de But. & nota, quod matrimonium præsumptum accusatur, sicuti & verum, Ant. de Butr. post Vinc. in d. c. is qui penult. col. & nota, quòd co-
102 pula † cõfirmat spõsalia de futuro vel interpretatiue, ſm Ant. de Bu. ĩ c. à nobis. de despõ. impu. ad hoc j. circa mediũ huius qõnis. dr̃ aũt matrimoniũ pręsumptũ. s. quo ad repręsentãdũ Xpi & ecclesię sacrm, ſm Io. An. ĩ c. 2. ĩ fi. de cle. ꝓiu. ad quod

103 s̃.q.1.& adde,ꝙ† carnalis copula ſola abſque ſaltem tractatu
non probat cõſenſum, Ioan.And.in c.fi.de coniug. ſeruorũ.
ad quod s̃. q.24. ſed ad hoc vt matrimoniũ taliter perficia-
tur,requiritur vera copula , vnde non ſufficit nixus copulæ,
quia conatus nõ habuit effectũ,ergo dici nõ poteſt matrimo
nium etiam præſumptũ,ſ̃m dñm Fran.ꝯ Gaſparem in c.fi.1.
q.de ſponſa.& an inducatur matrimoniũ præſumptũ , ſi ꝓpè
pubertatem interueniat tẽtatio,per Ioan.An.in c. duo pue-
ri.ante fi.de deſpõ.impub.& ex his nota caſum , in quo ipſo
104 facto ſurgit præſumptio † iuris & de iure,ꝯ quã probatio nõ
admittitur,vt not.in c.is qui.in gl.2. de ſpon.& ibi per Fran.
in primo not.& 2.& 3.oppo.vbi ẽt dicit , ꝙ iſto caſu etiã per
confeſſionem partis non admitteretur probatio in contra-
rium,quia non ſtaretur confeſſioni coniugum in præiudiciũ
matrimonij,de eo qui cog.cõſan. ſuper eo. & ſic in caſu no-
ſtro non ſtaretur confeſſioni etiam vtriuſque , ſi dicerent ꝙ
cognouerunt ſe non affectu maritali,vt latius per Ni. in d.c.
is qui.intellige ſi alter coniugum vult probare , ꝙ copula nõ
ſufficit ad transfundendum ſponſalia in matrimonium, non
auditur,q̃a hoc eſt ꝯ ius ibi determinatum;ſi vult probare,ꝙ
ante copulam receſſerunt à ſponſalibus,& ſic quòd deſierũt
eſſe ſponſalia,audietur,& eodem modo audiretur, ſi allega-
ret ꝙ ante copulam ꝯtraxit cum alia per verba de præſenti:
& idẽ de muliere : & generaliter audirentur ad probandum
quodcunque aliud impedimentum , quod reddat matrimo-
niũ nullũ:nec illa iura aliud dicunt,niſi ꝙ ꝯ præſumptionem
huiuſmodi non admittitur probatio:vnde ẽt dicit Vin.qđ ſi
105 vir fornicario † affectu ſponſam cognouit, nõ eſt in veritate
matrimoniũ,nec debet cũ illa remanere ſed potius excõmu-
nicationem pati : eccleſia tñ ſtabit pro matrimonio præſum-
pto,& filij cenſebuntur legitimi in foro iudiciali,ſecus in pę-
nitẽtiali,de ſpon.tua. vt plenè per Frã.in d.c.is qui.2.q. & ſi-
militer forte admitteretur ad probandum aliquid , quod ex-
cluderet omnem fictionem conſenſus, argumẽ.notatorũ per
Fran.poſt Pau.in ſimili in cle.1.de conce.præben.§.fi. 1.q. ſic
etiam admitteretur,ꝙ poſt ſponſalia ſuperuenit affinitas rũ-
pẽs dicta ſponſalia,de eo qui cogno.conſan. veniens.& c.ex
litteris. tunc enim coitus poſtea ſequens non faceret matri-
moniũ, tũ quia affinitas deinceps nõ permittit eſſe matrimo-
niũ,tum quia copula non inuenit ſponſalia,quæ iam ſunt ru-
pta per affinitatem ſuperuenientem , ſecundum Ioan.An.in
c.de illis.in fi.de condi.appo.& in c.2.ad fi. de eo qui cogno.
& Fran.in d.c.de illis.in fi.& in c.ꝑ tuas.4.notabili, eo.tit.Itẽ
non erit matrimonium præſumptum,ſi apponatur conditio
ꝯ ſubſtantiam matrimonij,licèt ſubſequatur copula, Io.An.
in c.ſi conditiones.in princi.de condi. appo.ſimiliter ſi aliud
obſtabat impedimentum,Ioan.An in c.ex litteris. de cogna.
ſpirituali.alias non apparente poſtea impedimento filius ex
tali matrimonio legitimus eſt, Ioan.An.in c.per tuas. qui fi.
106 ſint legi.Et ſimiliter admitteretur alter † eorũ ad probãdũ,ꝙ
per oppreſſionem ſecuta eſt talis copula,vt per Fran. in d.c.is
qui.4.q.& in c.continebatur.in 4.q.vbi etiam dicit,ꝙ ſufficit
ſi fiat fides de violentia non pręciſa , dummodo fiat fides de
ſufficienti metu,vt quia comminatus fuit mortẽ,niſi aſſenti-
ret,per not.per Ioan.Andr.in regula,quæ ꝯ ius.in ſolutione
quæſtionis,lib.6.ſecundum Fran. vbi s̃.licèt Ho. dicat debe-
re fieri fidem de violentia abſoluta , vt quia pedes & manus
ei ligauit, ar.de bap. maiores.§. idem.ad hæc.j̃.q.189.& fa-
cit quod idem Fran.notat in d.c. continebatur. in 3. oppo.ſ.
quòd probetur cognita,debet enim in foro contẽtioſo eui-
denter probari per teſtes idoneos, vt de ſpõſalibus.c.veniẽs.
1.& 2.& ſimili modo de copula in caſu c.is qui. vt de condi.
appo. per tuas. nec ſufficeret confeſſio coniugum propter
præiudicium ſequentis matrimonij , de quo in d.c.is qui.&
de eo qui cognouit conſan.ſuper eo. ad hoc j̃.q.46. ad fi. ex
hoc dicit Ho.ꝙ ſi non poterit eccleſiæ fieri fides de copula ,
vir manebit in caſu dicti c.is qui. cũ ſecunda impeditus , cùm
tamen non ſit vxor,ex quo conſenſit in primã per copulam :
ſecus ſi non habuit animum conſentiendi primo , quia tunc
tenet matrimonium cum ſecunda,vt s̃.dixi ſecundum Fran.
in d.c.is q.5.q.ſed ſi dubitaretur de copula ſubſecuta,Boich.
diſtinguit, ꝙ aut vir & mulier confitentur , ꝙ copula non in-
terceſſit,& ſtatur confeſſioni.33.q.1.de his requiſiti.de frigi.
c.1.& c.laudabilẽ.aut vterque confitetur, ꝙ interuenerit , &
idẽ & fortius,quia fauetur matrimonio,de re iud.c.fi.aut al-
ter confitetur & alter negat,& aut qui negat hoc probat per
inſpectionem mulieris,ex qua apparet eam virginem, & ſta-
tur inſpectioni , de probat. propoſuiſti.& c. cauſam. & idem
ſi mulier probat virum totaliter impotentem per aſpectionẽ
eius,vt quia caret totaliter membro,de frigi.laudabilem.ibi,
ſi prius &c.a contrario.aut qui negat non probat per inſpe-
ctionem,& aut qui ſtat pro copula legitime probat per teſtes
vel alia documenta , & non creditur negationi alterius, de
præſump.illud.& c.litteras. de teſti. præterea. aut nihil pro-
bat,nec etiam probatur in contrarium , & ſtatur ei qui dicit
copulam interueniſſe,ſi iuret,vt in c.continebatur.de deſpõ.
impu.& 33.q.1.ſi quis vxorem.de frigi.c.1. ſecus ſi nõ iuret,
33.q. 1.quod autem interrogaſti. eſt enim præſumptio pro
copula, ex quo cohabitauerunt , de hoc per Hoſt.in ſum.de
clan.deſpon.§.vtrum clandeſtina.in prin.ver. idem ſi iudex.
& ver.Item quod dixi.ſecundum.Fran.in d.c. continebatur.
in prima oppo.& 3.q.poſt glo. vltimam. Si ergo cõfitentur,
ꝙ copula non interceſſit, ſtatur confeſſioni , ſed ſi dubitatur
non præſumitur quo ad hoc,vt ſit locus c.is qui.vt cenſeatur
matrimonium in præiudicium ſecundi matrimonij : nã quo
ad hoc debet fieri euidens probatio, vt s̃.allegando Fran. in
d.c.is qui 5.q.facit quod not. Fran.in c. cum cauſam. in fi.de
rapto.ſed ſi nõ ageretur de præiuditio alterius matrimonij,
& dubitaretur de copula,pręſumetur copulam interueniſſe,
d.c.continebatur.ſecundum Fran.poſt Inno. in c. adoleſcẽs.
2.oppo.de ſpon.quod declara , vt s̃.diſtinxi . Item ſi mulier
vult ſeparari, vt poſſit cum alia contrahere , vt volebat in d.
c.quod autem interrogaſti. tũc iuſtum iudicium intelligitur
alio modo,vt ſi dicatur,frigidum,procedatur vt dr̃.j̃.de frig.
c.ſi maleficiũ,& c.fi. vnde quia in c.requiſiſti.33.q.1.illa mu-
lier volebat ſeparari , vt poſſet cũ alio contrahere,ideo vltra
confeſſionem viri & mulieris dicentium ſe nõ poſſe cõiungi,
exigitur iur̃m ſeptimæ manus propinquorũ hoc affirmantiũ,
& ipſi etiam vir & mulier iurãt, j̃.de frigi. c.1. quod patet ex
eo,quia ſi is,qui dicit ſe frigidum,cum alia contraxit, iudica-
tur reus periurij,& procedetur, vt in d.c.1. vt per Fran. in c.
continebatur.prima oppo.& quod not.in d. ca.ꝙ autem in-
terrogaſti. Modo ad propoſitum noſtræ materiæ de copula
requiritur plena probatio,ſi tractamus de præiudicio ſecun-
di matrimonij poſtea contracti, vel ſi tractamus de obtinen-
da licentia cum alio contrahendi,aliàs pręſumeretur pro co-
pula,per prædicta:ad quod j̃.q.95.dicit tamen Bal.in l. Deo
nobis.3.col.C.de epiſcopis , & cle. ꝙ ſi apparere non poteſt
per aſpectum corporis , vt in vidua , & tunc aut eſt *ducta* ad
domũ viri,& præſumitur cognita, ſed in propria domo mu-
lieris non pręſumitur cognita per locum à communiter ac-
cidentibus,quia communiter ita eſſe conſueuit, & rarò con-
trarium,vt not.27.q.2.c.pluſquam.ad quę vide per Ioã.An.
in c.fi.de coniug.leproſorum.& s̃.poſt Bohic.Et ex his nota,
quod cum dicitur, quòd in matrimonio requiritur conſen-
ſus,intelligitur ſcilicet verus vel præſumptus.vnde licèt in d.
c.veniens.lo 2. & c. is qui.cum ſi. nõ fuerit conſenſus verus,
fuit tamen præſumptus, ſecundum Fran. poſt glo.in c.2.pri-
107 ma oppo.de deſpon.impu.Et † nota,ꝙ ignorantia iuris erga
hoc,ꝙ copula faciat ſponſalia tranſire in matrimonium, non
viciat matrimonium, ſecundum Ant.de But.in c.ueniens.lo
2.in fi.de ſpon.Et nota, ꝙ circa iſtam materiam Pet.de palu.
concludit ſic,primo ꝙ in foro eccleſiæ iudicatur uerũ matri-
monium, quia præſumitur non animo fornicario hoc feciſ-
ſe,ita ꝙ etiam ſi oppoſitum dicerent , non eis crederetur cõ-
tra matrimonium,quia poſſent colludere, intellige ſi carna-
lis copula ſit conſumata : ſecus ſi tentauit , quod complere
non potuit,extra eo.c.ult.Si autem probatur conatus , præ-
ſumitur impletio , niſi probetur oppoſitum , & probata co-
pula cum ſponſalibus eſt præſumptio iuris & de iure, contra
quam non admittitur probatio.Secunda concluſio, quòd in
foro conſcientiæ ſi alter non affectu maritali hoc fecit , non
eſt matrimonium,quia eccleſia non poſſet facere matrimo-
nium ſine conſenſu de præſenti, ad quod infra . Tertia con-
cluſio eſt,quòd ſicut eccleſia iudicat primum matrimonium
uerum eſſe , ſic iudicat ſecundum non ualere , ſed quo ad
forum conſcientiæ ſecundum matrimonium non impeditur
per primum,cùm primum nullum fuerit, quod communius
& uerius eſt.Quarta concluſio , quòd tenetur eam ducere, ſi
decepit , ſi poteſt , etiam ſi prius fuerat corrupta, dote ta-
men conſtituta : ſi autem non poteſt eam ducere , tenetur
eam dotare . Quinta concluſio , quod opprimens uel ra-
piens ſecundum canones poteſt eam habere in uxorem, ſe-
cundum Petr.de pal.in 4.diſtinct.28.quæſt.1.arti.2. & adde
108 infra quæſt.189.¶Et circa præmiſſa † generaliter cum quæ-
ritur , an & quando ſponſalia per ſequentem copulam
tran-

tranſeãt in matrimonium : Dic,ꝙ aut quæritur de ſponſalib.
de præſenti,& non eſt vis, an ſecuta ſit copula vel nõ quo ad
efficaciã matrimonij ꝙ perficiatur conſenſu, de ſpon.c.1. ſed
eſt bene vis,quo ad aliquos effectus , puta ad ſignificationẽ ,
quam habet conſumatum & non conſumatum, not.de biga.
debitum , vel quo ad prohibẽdum religionis ingreſſum alte-
ro coniuge diſſentiente,de ꝯuer.coniug.ex publico, vel quo
ad petendum reſtitutionem coniugis , quæ conceditur poſt
conſumationem,non prius,vt per Fran.in c.cũ locum. 6.op-
po.de ſpon. Aut quæritur de ſponſalibus de futuro,& aut nõ
tenent, & copula ſequens non trãsfundit ea in matrimoniũ ,
vt ſi quis contraxit cum cõſanguinea vel affine,vel appoſuit
verba contra ſubſtantiam matrimonij , de cõdi.appo.c.fi.fa-
cit regula,non firmatur.lib.6.Aut ſponſalia tenent,& tũc aut
ante copulam interuenit impedimentum , propter quod re-
ceſſum eſt a ſponſalibus, aut non: ſi ſic,non trãsfunduntur in
matrimonium,vt ſi ante copulam ſponſi ſe abſoluerũt a ſpõ-
ſalibus,de ſpon.c.pręterea.lo.1.vel ſi vir contraxit matrimo-
109 niũ de præſenti cum alia,de quo s̃.dixi,vel ſi ſuperuenit † af-
finitas,quæ ſoluit ſponſalia præcedentia , de eo qui cog. con.
ueniens,lo 1.& 2.vel compaternitas ſiue adoptio , de cogna.
leg.c.vno.& not.de cogna.ſpi.veniens. Si autem non interue
nit impedimentum diſſoluens ſponſalia, aut copula fuit vio-
lenter extorta,aut non : ſi ſic,non tranſeũt in matrimonium,
vt s̃.dixi.Si autem nõ fuit violenter extorta . Aut in foro iu-
diciali, & iudicatur matrimonium ex præſumpto conſenſu ,
vt in d.c.is qui.Aut in præſentiali,& tunc aut vxorio affectu
habita eſt copula,& conſtat . Aut fornicario , & hoc conſtat,
aut dubitatur : primo caſu eſt matrimonium , ſecundo caſu
nõ per ſupradicta . Tertio caſu eſt matrimonium,quia in du-
bio non præſumitur crimen : pro hoc quod not. Fran.de de-
ſpon.impu.c.fin.q.1. ſecundum eundem in dicto c. is qui. in
fi.Et ad illud,ꝙ copula aliquid addit, vide ſupra eo.q.14.& j̃.
eo.q.38.& in ſum.confeſſ.lib.4.tit.1.q.3.& adde, quòd ſi iu-
110 ro ducere Bertam † abſentem in vxorem, & ipſa poſtea rati-
ficat & ſequatur copula , contraheretur præſumptum matri-
monium,de iureiuran.ſi vero.de conuer.coniug.ex parte.ſe-
cundum Hoſt.in ſum.de mat.§.qualiter contrahatur. ver.q̃d
ſi ita dicat.& ſequenti.& Nico.in c.dilectus.de ſpon. & ſupra
q.20.& ſic ſecundum canones ad talia ſponſalia non requirĩt
repromiſſio alterius,ſed ſufficit conſenſus , vt ſentit Hoſti.in
ſum.de ſpon.§.qualiter.poſt princi.& dum dicit , vel breuius
conſentio his,&c.& ibi,vel dic in ſpõſalibus , &c.& ver.quid
ſi pœniteat.in prin.& ver.ſequenti.per totum, & circa finem
dicti §.& s̃.q.23.circa prin.& in ſum. confeſſ.lib.4. tit.1.q.3.
s̃.q.2.in fi.vbi videas , vt ſic ſequuta copula iudicetur matri-
monium præſumptum etiam abſq; iuramento , per notata in
dicta q.2.& q.20. doctores enim in hoc non exigunt fidẽ vel
iuramentũ,ad hoc facit traditio curiæ Romanæ,de qua infra
q.161.Et ad illud,quòd aliter iudicabitur in foro pęnitẽtiali,
adde ſecundum Riccar.in 4. quòd cum quis cognoſcit eam ,
cum qua prius cõtraxerat ſolum per verba de futuro, quam-
uis ſit ibi matrimonium præſumptum, ſecundum iudiciũ ec-
cleſiæ , tamen ſecundum iudicium Dei non eſt ibi matrimo-
111 nium, quia † matrimonium ſecũdum rei veritatem ſine reali
conſenſu de præſenti contrahi non poteſt. Vnde ſi talis con-
traheret cum alia per verba de præſenti, cum ipſa ſecũda re-
manere debet : & licet eccleſia iudicaret pro primo,& coge-
ret ſecundam dimittere & ad primam redire, ipſe tamen,qui
ſcit factum , nullo modo debet dimittere ſecundam , & ſtare
cum prima,quia adulterium cõmitteret,& potius debet pati
excommunicationem : & licet prælatus eccleſiæ non peccet
ſic iudicando,quia iudicare habet ſecũdum probationes ex-
teriores,iſte etiam non peccabit non parendo ſentẽtiæ,ſi hu-
militer ſuſtinet excommunicationem , nec peccabit pro illo
tempore , quo abſtinet a diuinis & ſacramẽtis propter talem
excommunicationem ſecũdum eum, quem refert Fran. An-
toninus nunc Archiepiſcopus Florentinus in ſua ſum.in tra-
ctatu de matrimonijs , & per Doct.in c.tuæ. de ſpon.facit de
reſti.ſpol.litteras.§.porrò. & ideo dicit Laud.quòd ſi cogno-
ſcens ſponſam de futuro ſemper perſiſtit in primo conſenſu,
erit nihilominus matrimonium quo ad eccleſiã,ſed non quo
ad Deum,quin ſecũdum matrimonium teneat, vt per Doct.
in c.is qui.de ſpon.ſecundum Laud.de ſacramento matrimo-
112 nij , circa prin.11.q.ſic ergo † Papa non poſſet facere cõſen-
ſum quantum ad veritatem,vbi non eſt,ſecundum Hoſt.in d.
c.is qui.de ſpon.& Laud.de ſacramento matrimonij,in 6.col.
& ſic contra tale matrimonium præſumptum admittitur in
foro pœnitẽtiali aſſerens,quòd fornicario affectu cognouit,
& ſibi credetur , infra §.6.q. 117. & ideo de facto cum quidã
in pœnitentia diceret firmiter aſſerendo,quòd non vxorio ,
113 ſed fornicario † affectu ſuam ſponſam de futuro cognouit
carnaliter, nec de hoc dubitat , non iudicaui matrimonium
præſumptum inter ipſos , immo an cum alia contraheret de
præſenti reliqui ſuæ conſcientiæ per notata in ſimili per Io.
And.in c.duo pueri.penult.colum.de deſpon.impub.& in c.
ad audientiam.ad fi.de homi.faciunt nota.in c.fi.de voto. &
33.diſtin.c.fi.& 33.q.4.vir.& quod notat Archi.31. quæſt.2.
ſi verũ.in fi.& in c.fi.in fi.de hæreticis,lib.6.& quia vbi quæ-
ritur de conſcientia,ſtatur ſolo dicto,Anto.de Butr.in c.fi.3.
colum.de confeſ.& in c.penitentium.in prin.de teſti.& in c.
tam litteris.in fi.& in c.vltra.circa prin.eo.tit.cum ſi.& quod
not.in clemen.1.de iure patro. in ver.oneramus. & in deciſ.
Rot.num.438.incipit, Item fuit dubitatum vtrum executor
in forma pauperum . & quia in iudicijs conſcientiæ quo ad
veritatem occultam conſcientia præfertur iuri, Ioan.Andr.
in c.qualiter.lo primo.in 6.colum. de accu.& ad dictam dif-
ferentiam fori iudicialis & pœnitentialis optime per Ioan.
And.in dicto c.tuę.circa prin.& ante fi.de ſpon.& melius in
c.tua.eod.titu.per Doct.& in c.is qui. eod.tit. & quod idem
notat in c.per tuas,ante fi.de condi.appo.& melius per eun-
dem in c.per tuas.in verbo carnali copula,qui filij ſint legit.
& adde infra q.30.ad fi.& q.32.& q.37. & per Anto.de But.
in d.c.tua.in 2.& vlt.colum.& ad illud quod relinquatur ſuę
conſcientiæ circa contrahendum aliud matrimonium , vide
infra q.96.in fi.& omnino infra q.125. Et ex his nota, quòd
114 † in cauſis matrimonialibus diuerſitas eſt in foro iudiciali &
pœnitentiali. Primò,quia differunt in probando,quia in fo-
ro conſcientiæ ſtatur cõfeſſioni vnius tam pro matrimonio
quàm contra , ſed in iudicio exteriori nũquam creditur vni
teſti,nec pro matrimonio nec contra . Secundò differunt in
ſententiando, quia vnus forus iudicabit eſſe matrimonium,
alius non eſſe,quia ille ſecundum probata,iſte ſecundũ con-
feſſa. Tertiò,quia iudex exterior iudicat quandoq; eſſe ma-
trimonium,& iudex interior non,& de ſimilibus vt per Pet.
de pal.in 4.diſtin.27.q.2.articu.5.ad quod adde infra q.3. &
q.126.in fi.& 159.in fin.vnde nota , quòd quandoque idem
iudex contraria mandat diuerſo reſpectu in iſtis duobus fo-
ris,vt dicit Pet.de Ancha.in c.1.ad fin.de ſenten.excommu.
lib.6.& patet de reſtitu.ſpoli.litteras.ad fi.& de ſpon.cum in
tua.cum ſim.& per Anto.de But.in d.c.litteras. poſt Docto-
res,& facit infra §.proximo.q.104. in fi. & in tali diuerſitate
iudex fori pœnitentialis habet conſulere, vt pareat conten-
tioſo,ſi parere poſſit ſine peccato, quod bene not.ſecundum
Goff.& latius per Anto.de But.in d.c.tua.ad fi. & adde eun-
dem in c.is qui.ante fin.eo.titu.de ſpon.& adde per Hoſti.in
ſum.de iureiuran.§. & ſuper quibus. circa medium. & de di-
uerſitate fori iudicialis & conſcientię in pluribus Fede.con-
ſilio 21.incipit,Nunquid hæres extraneus.1.colum.
115 ¶Vigeſimoſeptimo quæro , an † per ſubarrationem iudi-
catur matrimoniũ præſumptum.Reſpondeo,dominus Fran.
in c.fin.de deſpon.impub. ſuper hoc plures format quæſtio-
nes,tandem diſtinguit,aut nõ ſit cauſa ludi,aut ſic:primo ca-
ſu aut nulla ſuper hoc eſt conſuetudo,aut ſic : ſi non eſt con-
ſuetudo, aut interuenit expreſſus conſenſus tempore ſubar-
rationis , aut non : ſi ſic , aut de præſenti aut de futuro : ſi de
præſenti,eſt matrimonium,vt ibidem per eundem , q.4.ſi de
futuro,ſunt ſponſalia,vt ibidem 8.q.ſi autem non interuenit
conſenſus,ſubarratio nihil operatur , quia ad matrimonium
requiritur conſenſus verus vel præſumptus , de ſpon. c.1.&
c. is qui.& nõ poteſt argui ex ſubarratione, pro hoc per eum
q.7.& 8. Si vero ſuper hoc eſt conſuetudo,aut mulier cõtra-
dixit ſubarrationi,& nihil operatur, vt ibidem in 5.q. aut nõ
contradixit,& ſtatur conſuetudini,ita quòd ſi ſecundum cõ-
ſuetudinem fiebat ſubarratio tempore matrimonij,probata
ſubarratione probatum erit matrimonium , pro hoc per eũ-
dem 3.& 4.q.Si autem ſit cauſa ludi,nihil inducit,vt ibidem
per Anto.de But.poſt Doct. & latius per Nic. diſtinguentẽ ,
ad quæ adde ſupra q.24.poſt mediũ,& circa fi. & adde quod
116 dicitur præſumptum † matrimonium id, in quo eccleſia in-
terpretatur conſenſum interueniſſe ex aliquibus cõiecturis ,
puta per copulam,de ſpon.tua.& c.is qui.ſecundũ Fran.poſt
Hoſt.in c.fin.2.q.de ſpon.de quo plenè ſupra q.proxima per
totam.dicit etiam Hoſti.quòd præſumimus aliquando con-
ſenſum etiam ex alijs coniecturis,puta ex traductione , ff.de
ſpon.l.quæſitum.quod non ſequitur Fran. ibi poſt Io. Cald.
quia

quia.traductio non operatur effectum, de quo in dicto c. is qui.nec alia quæcunque præter copulam,vt ibi per eum.Di-
117 cit etiam Host. quandoque præsumi consensum † ex subarratione,de quo supra. vnde si sponsus ponit anulum, & mulier patitur & illum recipit,non contradicendo sed annuendo,dicitur consentire.Ioan.And.in c.ex litteris.lo primo.de sponsalibus.intelligit quando ad matrimoniũ conuenerant, Ioan.And.in c.fi.de despon.impu.penul,col.& sic talis actus sufficit ad matrimoniũ,si ad hoc erant parati,vel circunstantia alia appareat,aliàs secus secundum Ant.de But.in d.c.ex litteris.& sic matrimonium probatur subarratione, quando per alterum contrahentium sunt prolata verba apta ad contractum matrimonij, secundum Anto. de But. in c.si inter. eo. tit. Item quandoque præsumitur consensus ex tentatione,vt not.de despon.impub.attestationes. & supra q.proxi. circa prin.quandoque ex conditione existente,de condi.appo.super eo.§.1.quandoque ex temporis diuturnitate,secũdum quosdam,de despõ.impub.de illis.lo primo.vbi de hoc, & de spon.consultationem. & quod ibi per Franc. in 3. & 5. contrarijs,& in 1.q.& infra q.proxima.& de istis modis presumendi matrimonium vide per Archi.in c.vno.de despon. impub.lib.6.in verbo,alium modum.& ad illud,si matrimonium fiat per iocum, adde per eundem Fran.in c.ex litteris.
118 lo primo. in 3.not. de sponsalibus : nam si fiat † per iocum, non est matrimonium, vt not.Archi. in c.1.de spon.lib.6.in ver.consensus. nam consensus non debet esse per iocũ, quo casu vno contrahente etiam probata sufficientia expressionis verborum creditur contra matrimonium, quando probatur ꝙ non animo contrahendi per verisimilia signa, & si vterque confiteretur se animo ludendi fecisse,iudicandũ est non esse matrimonium, si tamen septima manu se purgent, sicut in frigidis,aliter nõ propter timorem collusionis,& reuerentiam sacramenti,vt per Pet.de palu.in 4.distin.27.q.2. art.2.facit de eo qui cogno.consan.vxor. super eo.ad idem, ꝙ si fiat iocose,non est matrimonium, per Ioan.An. & Ioan. de Ligna.& Doct.in c.fi.de despon.impub.

119 ¶Vigesimooctauo quæro, an præsumatur † matrimoniũ ex cohabitatione viri & mulieris. Respondeo ꝙ non,nisi ꝓbetur,sed præsumitur fornicatio, 30.q.5.aliter.quod intellige in facto recenti, si enim lõgum tempus lapsum esset,puta 40. annorum a tempore quo dicitur contractum matrimonium,sufficerent præsumptiones, scilicet ꝙ ipsam tenuit pro vxore in mẽsa,in lecto,& alijs: nam etiam per tales præsumptiones impeditur matrimonium,& etiam separatur,de præsump.litteris.& c.3.& quod not.eo.tit.illud.& per Fran. de restitu.spol.ex parte.ita dicit ipse Fran. post Ioan.And.in dicto c.consultationi.ad fin.de spon.vbi idem Anto.de But. ad hoc quod notat Ioan. And.in c.quia circa.de bigamis.vbi ergo nullus præcessit tractatus carnalis,copula nunquã probaret consensum nec matrimonium, vt per eundem Fran.in c.fin.3.oppo. de coniug.seruorum. ad quod supra q.27.post prin. & quod dixi ꝙ in dubio non præsumitur matrimoniũ, dicit Laud. procedere, quando viuunt coniuges, & fit hæc præsumptio vt cogantur palam contrahere : secus dicit, si mortui sunt, quia tunc cessat hæc ratio : idem Host.dicens, ꝙ præsumitur adulterium,quando de recenti cohabitant vir & mulier, nec apparet de matrimonio : secus si mortui sunt, & semper se pro coniugibus habuerũt, qui filij sint legi.peruenit. aliàs posset contingere absurditas,vt si sacerdos & testes mortui sunt,ita ꝙ non potest probari : idem etiam dicit si viuunt cõiuges,sed factum est antiquum, ita quod probari non potest, tunc enim non auditur obijciens illegitimitatem : vel si auditur, oportet ꝙ probet, sicut quando constat matrimonium contractum esse in facie ecclesiæ, qui fil. sint leg.c.1.& 2.secundum Ioan.And.& Fran.in c.lator.3.oppo. eo.tit.& Ioan.And.in c.causam.3.colum.eo.tit.& procedũt præmissa de iure canonico,per nota.per Inno.in d.c ex parte. quia de iure ciuili ex coniecturis præsumeretur pro matrimonio, & etiam secus quo ad filios,ad quorum legitimationem sufficit quasi possessio matrimonij parentum, vt per Pet.de Ancha.in c.vno.ad finem de despon.impub.lib.6.

120 ¶Vigesimonono quæro, de † modo seu ordine interrogandi volentes contrahere. Respondeo primo debet interrogari vir,& postea mulier,vt not.in l.2.ff.de adopt. & probatur in c.si inter.de spon. & notat Fran.in rubr. eod.titu.3. colum.patet enim ex ordine litteræ dicti c.si inter.quòd primo debet loqui vel interrogari vir. concor. de spon. duo.licet,quod tamen non est de substantia,& cõtrarium seruatur in pluribus locis, in quibus primo interrogatur mulier,forte quia facilior ad variandum, vel alia causa, in quo tamen non est vis,secundum eundem in d.cap.si inter. in prin.post Ioan.An.& ibi idem Anto.de But.vnde non refert quis primo,vel secũdo vir vel mulier proferat verba,secundũ Laud. de sacramento matrimonij,in 4.colum.4.quæst.

121 ¶ † Trigesimo quæro,si quis dicat, volo te habere de cætero in vxorem : vel volo, quòd tu sis mea vxor, seu te esse vxorem meam.nunquid contrahitur matrimonium.Respõdeo secundum Guil. in talibus recurrendum est ad intẽtionem contrahentium,& secundum eam iudicandum,quòd si de intentione constare non potest verè vel præsumptiuè,dicendum quòd quando hoc verbum volo, coniungitur infinitiuo verbi substantiui,vt esse,vel verbi non significantis actum sed relationem,vt habere,seu tenere, ex quo in his videtur quædam relatio mariti ad vxorem & econuerso,quia non potest de iure aliqua teneri pro vxore nisi ipse teneatur pro marito,& ecõtra,tunc per hoc verbum volo, potius solet exprimi voluntas concomitans quàm præcedens, vnde per prædicta verba presumendum est matrimoniũ esse contractum,de spon.ex parte.ad hoc infra q.36. præsertim quãdo præcessit interrogatio,vt vis me hre.& adhuc expressius est, si addit dicens, de cætero volo. secus autem esset si hoc verbum volo, iungeretur cum infinitiuo significante aliquẽ actum,scilicet simplicem absq; relatione,vt in exemplis quę subiunguntur,tunc enim videtur exprimere voluntatẽ præcedentem potius quàm cõcomitantem,vt cum dicitur,Volo comedere,volo bibere : & ita si dicatur,volo te accipere. nam aliquis potest etiam de iure velle aliquam accipere,& illa non eum,& sic hic est simplex actus sine relatione: vel si dicitur,volo in te consentire tanquam in meã : non erit matrimonium secundum pisa.idem in sum. confess. eo.tit.q.4. & sequenti secundum fra. Nic.osim. in additione ad pisa.in verbo;matrimonium.tertio.& adde secundum Pet.de palu. videlicet 5.conclusio est de verbo volendi, vt si dicat, Volo te esse virum meum,vel vxorem : de quo dicunt quidam nõ esse matrimonium: Sed considerandum est in hoc & in omnibus dubijs verbis,an faciũt sponsalia tantum,an matrimonium,quia si agebatur de sponsalibus contrahendis, non de matrimonio, statim præsumendum est, ꝙ per verba illa voluerunt contrahere tantum spõsalia : si autem de matrimonio,quia dictorum ex causis assumenda est ratio dicendi, de verbo.signifi.intelligentia.quia non sermoni res, sed sermo rei subiectus est.Si autem dubium est,de quo agebatur,tunc in generali videtur facienda interpretatio contra illum, qui legem apertius potuit declarare,ff.de pact.l.2.vt si dicat voluisse se contrahere sponsalia tantum,& alius oppositum,alteri creditur & econuerso,hoc excepto, quòd si vnus primo locutus est verba certa, de quibus constat cui determinate deseruiant,scilicet an sponsalibus,an matrimonio, secũdum intellectum illorum debent intelligi verba sequentis,qui videtur ad interrogata respondere : sed si quæratur de virtute verbi volendi,refert, quia aut dicit,Volo esse te vxorẽ meã : & tunc cum totum sit præsentis temporis,videtur verũ matrimonium : si autem dicat, Volo te accipere vel ducere in vxorem : non est vxor,quousque per alia verba ducatur vel accipiatur, quia illud est primum volitum : esse autem vxorem est secundo volitum, dico autem secundo opere, licet prius intentione : si autem dicat,esto vir meus,vel esto vxor mea,modo imperatiuo, videtur esse futuri temporis in effectu, vnde nõ fit matrimonium : hæc autem distinctio locum habet in foro iudiciali non pœnitentiali, vbi iudicatur matrimonium vel non,secundum quòd dicit se intendisse, sed si de verbis recolit & non de intentione, tunc etiam in foro conscientiæ iudicandum est secundum prædicta, secundum Pet.de palu.in 4.distin.27.q.2.arti.4. in fi. ad hoc infra q.3. & supra q.26.ad fi.& ad dicta Pet.adde supra q.24. circa fin. & q.23.per totam.& de verbo volo,vide not. in l.in vendẽtis.C.de contrahen.empt.per glo.& Doct.in l.serui electione.ff.de lega.primo,per Barto.& per Bal. in l.1.3.colum.C. de summa trinit. Ioan.And.post Archi.in c.ne captandæ.de concess.præben.lib.6.per Pau.& Ioan.de Ligna.de consang. & affin.in clemen.vbi dicit Anto.de But.ꝙ quando consensus non exprimitur perfecte per verbum volo, qd̃ cõtingit, vbi respicit actum fiendum & inchoandum, nõ præsentis & instantis effectum : vnde si dico volo contrahere cum Titia, non sequitur ꝙ contraham : sed si dico, Volo te in vxorem : tunc bene contraho, quia hæc verba exprimunt consensum præsen-

tem, vt not.in Specu.de spon.§.1.ver.contrahitur & matrimonium.& idem Archi.27.quæst.2.in palea, duobus. & facit ꝙ ipse not.50.distin. ponderet. licet Pet. de Sansone teneat contrarium,de spon.ex litteris.secundũ Pau.de Elea. & idem in effectu sequitur Ioan.de Imo.idem in fi.post Ioã. de Lign.& ad idem per Fran.in dicta clemen.in 20.q. ad idẽ per Ioan.And.& Ioan.de Lig.in c.ex litteris. de spon.& in c. tua.ad finem,eo.tit.per eundem Ioan.de Lig.loquentem de verbo accipere,ad idem per Anto.de But. & do. Nic.in d.c. ex litteris. idem de verbis similibus secundum Ant. de But. & Ioan.An.ibidem, vt si pater diceret,promitto dare tibi in vxorem, &c. dominus Fran.in dicta clemen. & in d.c.ex litteris. intelligit hoc verum, nisi præcesserit tractatus de matrimonio contrahendo,vt ibidem latius per eũ: sentit tamen ꝙ de tractatu probetur taliter,ꝙ appareat perfectus consensus partium ad matrimonium contrahẽdum : adde ꝛ̃. q.proxima.vide infra q.32.& 33.& 36.& supra eadem q.& si præcedit clara interrogatio, & simpliciter respondeat,volo,dicetur integra responsio,Archid.infra q.1.§.ecce quomodo. & supradictum est in q.24.si ergo interrogatio est de futuro, sequens responsio per verbũ volo erit de futuro, facit Host. in sum.de bigamis,sub §.in octaua,in fin.

122 ¶ † Trigesimoprimo quæro,quid si dicat vir, promitto ꝙ semper prouidebo tibi sicut vxori : & illa similia respondet. Respondeo secundum Tho. secundum Host. nisi aliud protestetur,pro matrimonio iudicabo,arg.c.ex litteris.de spon. & de iureiuran. quemadmodum, primo responso. & idem in sum.confes.eo.tit.q.6.secundum Nic.post pisa. & Host.in sum.de mat.§.qualiter.ver.quid si dixerit.& idem Fran.post Hostien.in c.ex parte.4.q.de spon.intellige si intendebant se copulare tanquam coniuges,vt sentit Io.And.in d.c.ex parte.dum sequitur dictum Host. si sint apti ad matrimoniũ cõtrahendum,& ad hoc conueniãt, ad quod supra quæst.proxima : alias enim per dicta verba non esset matrimonium, ad quod infra q.46.dic latius.

123 ¶Quarta † conclusio est de verbis futuri temporis, vt si dicat,habebo te,reputabo te, tenebo te,vel prouidebo tibi, sicut vxori : quod videtur distinguẽdum,quia si dicit habebo te ex nunc vel de cætero, videtur matrimonium,quia licet sint verba futuri temporis, non præsentis, tamen implicant effectum præsentem,implicant enim totum tempus sequens incipiendo a nunc præsenti signo, ex nũc enim debet haberi pro vxore,cum prius secundum naturam debeat esse vxor quàm haberi pro vxore,ergo nũc fit vxor, & expressio indicat & consentit ipsam in præsenti fieri vxorem : nec est simile,si dicat,Accipiam te : quia esse vxorem non præcedit accipere in vxorem, sed sequitur sicut effectus causam : hic autem esse vxorem præcedit haberi pro vxore.Si autem dicat sic, tenebo te pro vxore,vel habebo,& sic de alijs,& non dicat,ex nunc,vel de cætero,vel semper, non videtur matrimonium,sed solum sponsalia,quia non sequitur,habebo pro vxore,ergo habeo : nec sequitur, ergo es vxor,& potest verificari,habebo te pro vxore, quãdo accepero te : vnde cum verba proprijssima & prima faciẽtia matrimonium sicut est accipere in virum, vel in vxorem non faciãt matrimonium, quando concipiuntur in futuro, idem videtur multo magis de verbis secundarijs,quę non habent vim nisi per reductionem ad illa, quia propter quod vnũquodq; tale & illud magis,nisi quando implicant præcessionem matrimonij, vt dictum est secundum eum in 4.dist.27.q.2.art.4. & sentit Ioã. de Lign.in c.ex parte.ver. sed pone,ꝙ vir,de spon.& ibidem sentit Ioan.And.in verbo,habituram. & probatur ibidem in tex.& adde infra proximis quæstionibus,præsertim in 35.q. vnde notat Ant.de But.in c.de illis,lo primo, de spon.quòd verba executiua in futurum extensa non firmant necessario desponsatam de præsenti,quod nota. & ad prædicta præsertim de verbis habeo,& habebo,per Anto.de But.in dicto c. ex parte.

124 ¶Trigesimosecundo quæro, quid si † dicat vir,promitto quod non dimitto te pro meliori vel peiori. Respondeo secundum Host.idem quod in superiori casu proximo dictum est,nam in talibus dubijs est pro matrimonio iudicãdum, de sen.& re iud.c.fin.& in c.licet ex quadã.de testi.idem in sum. confes.eo.tit.q.7.& additur in dicta summa.idẽ si dicat quis, vis vel placet tibi talis : & ipsa respõdet, volo vel placet, secundum fra.Nic.post pisa.vbi supra.& subdit pisanella,tamẽ secundum conscientiam intentioni eorum standum est : hoc verum, si istud contingat sine aliorum præiudicio vel scandalo, aliàs etiam in foro conscientiæ standum est communi significationi verborum seu iuris interpretationi, vt in c.ex litteris. primo,de sponsa.& quantum ad primum dictum idẽ Fran.post Host.in c.ex parte.5.q.de spon. adde tamen supra q.proxima,& præcedenti per totam. Quantum ad secũdum
125 de verbo placet,& volo,dicit Ioan.And.ꝙ† ponderãda sunt verba,quia si vir dicit,Mihi placet desponsare hanc vel eã,& contrahere,& ipsa idem dicit,non est ex hoc cõtractum matrimonium,nisi communiter illa verba in loco reciperent illam interpretationem : sed cum dicit,placet habere,videtur hoc sufficere,de spon.ex parte.& quod not.in c.penult. Gaspar dicit, ꝙ si appareret de intentione contrahentium secũdum illam iudicabitur : si non apparet, ad cõsuetudinem loci si qua est. Si autem nulla est consuetudo, tunc si verba alterius contrahentium fuerunt apta ad matrimoniũ vel spõsalia,talia intelligentur etiam alterius respondentis, vt si per verbum volo, quod est de præsenti : sed si vtriusque verba fuerunt in infinitiuo,dicit Ioan.An.verba, quæ placent domino Fran.in dicto c.ex litteris. de quo ibi per Anto.de Bu. & Nic.latius : multum ergo operatur si præcessit tractatus ad contrahendum matrimonium,per not.ꝛ̃.quæst.24. & 30. & per eundem Fran.plenius in dicto c.ex litteris.prima.q.de spon.vbi etiam in prin.refert opin.Host.dicentis, ꝙ per verbum uolo,uel placet,contrahitur matrimoniũ,quia uox hęc sonat scilicet consensum de præsenti, & significatum uocis debet attendi,ff.iudi.solui.l.iudicatum.& ꝙ uox hoc sonat, allegat.ff.de supp.lega.l.Labeo.de suc.ab intesta. c.fin. idem patet in interrogationibus & responsionibus in episcopi cõsecratione,de quibus in lib.pontificali, quem allegare licet, de seruis non ordi.consuluit.de iureiuran.clemen. una.uer. nos itaque.nam sæpe interrogat consecrator,uis &c.& consecrandus respondet,uolo.& est ac si dicat, facio. dicit tamẽ ut supra. Si ergo simpliciter respondet placet, uel uolo, est matrimonium,si ex corde dicat, ut per Archi.in 27.q.2.c.fi. Si ergo dicat per infinitiuum,quod est in fieri,non est matrimonium, secus si dicat placet in uxorem, uel placet habere te in uxorem,ut per Ioan.de Lig.in c.ex parte. in fi.de spon. & in d.c.ex litteris.post Ioan.And.& in d.clem.de consan.& affin.unde si dicat,uolo te accipere. non contrahitur matrimonium,per prædicta : facit quod notat Bal. in l.1.3. oppo. C.de summa trini.& uide supra q.30.

126 ¶Trigesimotertio quæro,quid † si dixit,non te dimittam donec terra cooperiat oculos meos.Respondeo si dolose ꝓtulit talia verba, duplicitatem importantia, vt quia sibimet postea supposuit,cùm alter intelligeret per mortem, contra eum interpretanda sunt,& idem uidetur in alijs similibus,ut sentit glo.in c.ex litteris. primo. de spon. ubi uide per Ioan. An.dicit tamen Fran.de Zab.ibidem.2.q. quòd si secundum utriusque intellectum potest intelligi illud fiet aliàs secundũ sensum quem recte intelligentibus uerba faciunt, ut not.gl. 22.q.5.§.quæritur.secundum eum,facit l.si quis intentione. cum sim.ff.de iud.& uide omnino q.30.& supra q.proxima, & hoc casu uerba possunt intelligi de appositione mortis,ut sonarent matrimonium secũdum communem intellectum, secundum Anto. de But. in d.c.ex litteris. & hoc in foro iudiciali,aliter in pœnitentiali, vt ibidem per Doct.

127 ¶Trigesimoquarto † quæro, quid de illis,qui post datam fidem de contrahẽdo dicunt,bibamus nomine matrimonij : uel osculemur nos inuicem, nunquid contrahitur matrimonium ? Respondeo secundũ Guil.credo ꝙ non, nisi hoc agẽdo uoluerint recedere a sponsalibus de futuro & cõtrahere de præsenti. Nam quod dicunt nomine matrimonij, intelligendum est contrahendi potius quàm contracti, cùm ante non fit actum de matrimonio,sed de sponsalibus,nisi de cõtraria intentione constet saltem per certa indicia,secundum pisa.& Nic.& ubi supra, & in sum. confessorum eodem titu. q.8.Fran.de Zab.Cardinalis Florentinus in c.ex parte. ad fi. de spon.dicit sic: septimo quero si uir dicit mulieri,bibamus nomine matrimonij. dicit Gaspar quòd non est matrimonium, quia hoc uenit ad declarationem præcedentium spõsalium, & hoc nisi aliud habeat consuetudo: dicit tamen, quòd si diceretur, bibamus pro matrimonio contracto, esset matrimonium : dicit Fran.quòd potius est confessio matrimonij, sunt enim uerba enunciatiua non dispositiua, & uidetur secundum eum utroque casu propter talem confessionem iudicandum pro matrimonio, secundum ipsum. Ad quod supra q.proxima, & quæst.30.& supra quæst.24.præsertim circa finem.

¶Trige-

128 ¶Trigesimoquinto † quæro, quid si ita dicat, Promitto tibi, ꝙ ducam te in vxorem, & de cætero tenebo te vt vxorem? Respondeo quòd dicta verba sunt de futuro, quasi dixerim, ego ducam te, & ex quo te duxero, de cætero &c. arg. de spon. ex litteris. Aliud si simpliciter dixerit, habebo te in vxorem: non præmisso verbo, ducam, quod est futuri temporis, secundum Hostien. in sum. de matri. §. qualiter cõtrahatur. ver. quid si ita dicat. & per Archi. 27. q. 2. c. duobus. in fine. vbi subdit secus, quando dicit simpliciter hæc verba, ab isto tempore in antea &c. quia tũc eadem verba futuri temporis sequentia intelliguntur iuxta significationem præcedentium, quæ capiunt significationem præsentis, secundum Hostien. qui ita not. in c. ex parte. de sponsa. & refert Archi. vbi supra. ad quod s̃. q. 31. & pro clariori intelligentia pono verba domini Francisci Cardinalis Florentini in c. ex parte. de spon. vbi sic dicit: Secundo nota, ꝙ verba de futuro, quæ habent consummationem promptam sine interuentu alicuius extrinseci statim habẽt effectum, sicut in dicto c. ex parte. cum duo promittunt, ꝙ tenebunt se pro coniugibus, intelligitur quòd statim incipiẽt: & licet in textu sint illa verba, ab eo tempore. idem tamen si non apponantur, licet Innocentius dicat per illa verba contrahi matrimonium: quod est notabile, sed primũ verius, quod sentit glo. prima in principio: pro hoc, quia non apparet ratio, quare illa verba requirantur, cũ verba illa de futuro scilicet, ꝙ tenebunt se &c. statim debent consummare effectũ, ex quo non requiritur quòd interueniat actus extrinsecus secundum eum, qui subdit: tertio quæro, Si uir dicat, promitto quod te ducam in uxorẽ, & de cetero tenebo te ut uxorem. Deinde contrahit cum secunda per uerba de presenti, cui adhærebit? Concludit, quòd secundæ propter illa verba, ducam te &c. quæ sunt de futuro, & requirunt interuentionem actus extrinseci: & per hæc verba restringuntur sequentia, cùm dixit, tenebo in vxorem: etiam si essent illa verba ab eo tempore. Illa autẽ verba, promitto ꝙ tenebo te pro vxore: habent sensum ac si dicatur, Habeo tecum matrimonium: vel accipio te in meã, & promitto quòd tenebo te pro vxore: nec requiritur tractatus, ex quo verba sufficiunt, vt probatur in dicto c. ex parte. vbi latius per eum: & adde in Spec. de spon. ante finem, infra q. proxima. & not. per Anto. de But. in d. c. ex parte. ante finem, & s̃. quæst. 31.

129 ¶Trigesimosexto † quero, quid si dicat, Iuro, vel promitto tibi, ꝙ habebo te pro legitima vxore. Dicas quòd matrimonium est propter verbum promitto, præsentis tẽporis: nam si quis iuret alicui mulieri se eam vxorem legitimã habiturum, matrimoniũ est inter tales, 30. quæst. 5. §. sed obijcitur. quia subaudiendum est de cætero, quod tamen si expressum fuisset, dubitationem non haberet, de iureiur. quẽadmodum. in prin. de spon. ex parte. & sufficiunt quæcunq; verba consensum exprimentia de præsenti, vt per Hostien. in sum. de matri. §. qualiter contrahatur. ver. quid si dicat iuro vel promitto. vbi latius. licet ergo non interueniant illa verba consueta, accipio te &c. de spon. duorũ. c. licet. tamen non est vis in verbis, ex quo de mente & consensu constat, vt in c. ex litteris. & c. tuæ. de spon. secundum Ioan. And. in d. c. ex parte. & facit in Spec. de spon. pro hoc, quia verbum habebo, præsens tempus non excludit, secundum Archi. 30. q. 5. §. si quis. ad quod supra q. proxima. ad finem. Vnde dominus Fran. in c. ex parte. 1. q. de spon. format quæstionem, an per hæc verba, iuro quòd de cætero habebo te pro vxore, & econuerso: sit matrimonium, & refert opin. & concludit quòd sic, quia ista verba de futuro habent effectũ de presenti, secus si exigeretur interuentio actus extrinseci, vt ibi latius: facit quod not. Anto. de But. in c. quemadmodum. in prin. de iureiuran. Vnde si dicatur, vis me habere in vxorem legitimam: & respondet, volo te tenere in vxorem: deliberate in apparatu matrimonij vel ad interrogationẽ alterius partis inducunt actum in esse, vt per Ant. de But. in c. ex litteris. de spon. in 4. colum. Item verba, promitto te tenere & tractare tanquam vxorem: inducunt matrimonium, vt per eundem in c. ex parte. de spon. vide Ioan. And. in d. c. ex litteris. el 1. ad fin. quia non clarè hoc dicit, & limitatur prout dixi s̃. proxime post Anto. de But. sed ꝙ per verbum, habere, contrahatur matrimonium, si constat de mente & cõsensu, præsertim præcedente interrogatione huiusmodi, colligе ex not. in sum. confessorum, lib. 4. titu. 2. quæst. 3. 4. & 5. in fine.

130 ¶Trigesimoseptimo† quæro, si dicit, promitto ꝙ nunquã habebo aliam vxorem nisi te? Videtur ꝙ non teneatur eam accipere, sufficit enim quòd aliam non accipiat, ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. pen. In contrarium, quia dictio nisi, ponit quando præcedit negatio, ff. si quis cauti. si eum. in fi. vbi gl. & regula, peccatum. vbi de hoc, lib. 6. de hac materia in Spec. de spon. §. 1. dicit Fran. quòd de proprio significatu verborũ sensus est, ꝙ quatenus sit habiturus aliquam, habebit hãc & non aliam, & sic non tenetur hanc accipere: sed de communi vsu loquendi, qui est attendendus, de spon. ex litteris. sensus est, quòd accipiet hanc & nõ aliam, & pro hac parte videtur sentiendum, per id quod dixi in proxima q. secũdum eum in d. c. ex parte. de spon. Ioan. de Lig. dicit, quòd fauorabile est interpretari pro matrimonio, si præcessit tractatus matrimonialis, & protulerunt hæc verba, secundum eum: si ergo apparet de intentione eorum volentium cõtrahere matrimonium, vel ante prolationem talium verborũ inter eos agebatur tractatus de matrimonio contrahendo, videtur matrimonium contrahi, aliàs non videtur, cum talia verba de per se non explicent consensum de presenti, quod videt velle Ioan. de Lign. & Spec. vbi supra, & Archi. referens Spec. 30. q. 5. §. si quis. nec etiam Fran. dicit ꝙ sit matrimonium, sed quòd accipiet: facit quod notat Archi. 15. q. 3. non est: in fi. Vnde si dixisset, Promitto tibi ꝙ non ducam aliam nisi te: veritas locutionis de virtute sermonis vel saltem de vsu loquendi habet, ergo ducam te, & sic ꝓta sunt sponsalia in foro contentioso: sed in foro conscientiæ si dicat, ꝙ non intẽdebat præcise obligari, creditur ei. Si aũt dixisset, nõ ducam aliã a te, non sequit, ergo ducã te, vt plenius per Pe. de pal. in 4. dist. 25. q. 1. in 3. col. Si tũ diceret, nullã aliam volo in uxorem nisi te: & mulier econtra dicit, erit matrimonium, quia dictio nisi, ponit, ergo te volo, maxime ubi tractatus præcessit contractum, secundum Ioan. de Lign. & Spe. ubi s̃. ad predicta adde Nic. & Anto. de But. in c. ex parte. in fi. de spon. & de ista dictione nisi, plene per Archi. in c. 1. in verbo, nisi, de constit. lib. 6. Idem si diceret, nõ uoglio altra mogliere de te. Anto. de But. in dicto c. ex parte. in fin. Idem si diceret, de te, quia dictio de, ponit, iuxta not. in c. 1. in prin. de appel. lib. 6. in uerbo, deproperet, & per Archi. in c. ut commissi. in uerbo consilio, de hæret. lib. 6. & ne sed. uacan. c. uno. & in l. una, in princ. C. quando ciuilis actio crimina. præiudicet. Attendẽdum ergo principaliter, si constare possit, quid prius agebatur inter eos: An de matrimonio contrahẽdo, an de sponsalibus, ut dicendo, si ducturus sum, uxorẽ nullam aliam uolo nisi te, &c. uel simil. de futuro, uel an de concubinatu, præsertim si dixissent nõ recipere aliam fœminam nec uxorem nisi te, per præmissa, & per notata supra q. 24. & q. 30. & 34. Vnde si dicerent inter se, Promitto ꝙ nullam aliam uolo in fœminam uel uxorem nisi te, & econuerso, & de tractatu non appareat, non iudicabitur matrimonium, quia tunc dictio nisi, poneret alterum seu ambiguum, non autem determinatè, quod te uolo in uxorem, per præmissa, & bene sentiunt præfati doctores, & sic stabitur suæ conscientiæ: ad qd̃ supra q. 26. in fin. & infra q. 40. & q. 55.

131 ¶Trigesimooctauo † quæro, quid si tertia persona ita dicit, Guillelme, accipis Gemmam in uxorem: & ipse respondet, domine, Guillelmus accipit Gemmam: postea similiter interrogat mulierem. Concludit Host. quòd si sacerdote interrogante publice ante ualuas ecclesiæ sic contractum fuerit, & postea secuta solemnitas cõsueta, erit pro matrimonio iudicandum. Si autem alio interrogante, & post talia uerba carnalis copula secuta fuerit, adhuc stabit ecclesia pro matrimonio. Idem si traducta fuerit in domum sponsi, & corrupta, si erat uirgo: si autem eam non cognouit, nec traduxit, nõ iudicabitur matrimonium, ut per Hosti. in sum. de matrimonio. §. qualiter contrahat̃. uer. ergo si aliquis ita dicat, &c. Vnde copula subsecuta facit iudicari matrimonium interueniente desponsatione facta in propria persona, & tertia persona trahitur ad primam pro hoc, quia nõ refert, an uerba sint primę uel tertiæ personæ dũmodo non mutetur substantia ueritatis. de conuer. coniug. dudum. esset tamen matrimonium, si dixisset, ego consentio in Gemmam. Hosti. in d. uer. quid ergo. ibi, econtra uidetur. quãtum autem ad copulam dicunt Docto. quòd quo ad substantiam matrimonij nihil addit: addit tamen quo ad quædam, ut per Ioan. And. c. 2. de conuer. coniug. & supra q. 14. & dicit Hosti. ꝙ multa operatur: nam uerba futuri temporis ad presens retorquet, de spon. is qui. de expresse dissensu facit consensum, de spõ. ueniens. & quod ibi not. in glo. 2. & c. ad id quod. & c. consultationi.

sultationi. & c. insuper. qui ma. accu. po. conditionalem promissionem puram reddit, de cõdi. appo. de illis. & c. per tuas. ex his infert non esse mirum, si verba tertiæ personæ trahit ad primam, vt in c. tua. de spon. vt latius per Fran. post Ioan. And. in d. c. tua. secunda oppo. & ibidem per Ant. de But. de istis verbis tantum in tertia persona prolatis. Et adde, quòd

132 licet † matrimonium non consummatum non differat secũdum essentiam a consummato, quia solus consensus sufficit, 27. q. 2. sufficiat. tamen accidentaliter differt in quatuor: primo ad significationem, de bigamis. debitum. & de secundis nupt. Secundo quo ad bigamiam contrahendam, vt ibidem, & 33. dist. Valen. Tertio quo ad affinitatem contrahendam, de consang. & affin. c. 1. & c. quod super his. quæ contrahitur per carnis copulam, ff. de gradi. nõ facile. §. affinitatis. Quarto quo ad religionis ingressum, de conuer. coniug. ex publico. secundum Pet. de pal. in 4. distin. 26. q. 1. ad quod s̃. q. 26. post medium. & infra q. 40. & q. 49. in fi. & Archi. in c. vno, in verbo, copulam. de despon. impub. lib. 6. & facit infra q. 215. Ex his infero, ꝙ non est de substantia, quòd in matrimonio verba poni debeant in prima persona, vt puta, accipio, licet fieri debeat, vt not. Fran. in c. si inter. tertio notabili. de spõ. Item infertur, ꝙ si dicatur per aliquem tertium, vis tu talem in virum: & ipsa respondet, volo, vel placet, & econuerso fit eadem interrogatio, & responsio, certe est matrimonium de præsenti, secundum Hosti. de spon. ex parte. & Archi. 25. q. vlti. c. fin. in princ. ad quod supra q. 32. facit glo. in c. prout. in verbo, actore. de dolo & contu.

133 ¶Trigesimonono quæro, quid si vnus † contrahentium loquitur græce alter latine. soluit Goff. ꝙ si se non intelligunt, non est matrimonium. Nam debẽt exprimere consensum verbis & intelligere, aliàs nõ videntur loqui, ff. de verb. oblig. l. 1. in prin. & in fi. & de verb. signif. coram. Tan. contra per c. ex litteris. 1. de spon. quod procedit, si se intelligũt, puta per interpretem vel per se, vt not. in d. c. ex litteris. glo. 4. Goff. autem loquitur, quando se non intelligunt, secundum Fran. post Ioan. An. in c. licet. in fin. de spon. duorum. & in d. c. ex litteris. & oppo. & in c. veniens. in princ. de cogna. spirituali. post Ioan. And. vnde ex circunstantijs iudicabitur matrimonium, secundum ꝙ communiter iudicaretur, non autẽ prout quilibet contrahentium dicit, ſm Ant. de But. in d. c. ex litteris. facit supra q. 24. ad fi. & j̃. q. 43.

134 ¶Quadragesimo quæro, Si aliquis cum pluribus † cõtrahit eodem momento dicens, cõsentio in vos omnes: & similiter mulieres simul rñdent, & nos in te. An si postea vnã cognouit, illa sit vxor. Goff. ꝙ non, quia mutuo se impediunt, ff. de vsufruc. l. quotiens. & idem dicit, si sponsalia sint sic cõtracta, quia vbicunq; prohibetur matrimonium, prohibẽtur & sponsalia, ff. de spon. oratio. & ideo copula carnis non põt ratificare id quod omnino est illicitũ, 27. q. 2. nuptias. & hoc dicit Ioã. verum, etiã si vna sola ex illis sit apta, & idem vni, & prohib. quia iste non intendit huic soli obligari, immo & alijs, & sic agit contra ius matr monij, quod exigit vitã indiuiduam, 32. q. 2. solet. ergo non est matrimonium, argu. ff. de seruis expor. si venditor. de contrahen. emp. cum in vẽditione. & sic cum nulla tenet matrimonium nec sponsalia, vt per Fran. post Ioan. And. in c. gaudemus. §. quia vero. in fi. de diuor. ad quod, j̃. q. 166. & per Anto. de But. in d. c. gaudemus in fi. quia ergo sponsalia fuerũt nulla propter incertitudinẽ, non potuerunt purificari, & sic etiam iuramentum accedẽs sponsalibus ipsis non obligat, regula, accessorium. lib. 6. vnde per copulam non consummatur matrimoniũ, quia nulla spõsalia præcesserunt propter incertitudinem, vt per Fran. in c. ex litteris. 2. in prima secunda & tertia q̃stionibus, & in similibus quæstionibus: ad quæ adde Pet. de Anch. in c. vno, in fi. de spon. lib. 6. Si ergo aliquis simul dicat duabus, Accipio vos duas in vxores meas: neutram accipit, quia qua ratione vnam & aliam, quia neutram prius, non põt aũt vtranq; ſm Pet. de pal. in 4. dist. 25. q. 4. 2. col. & adde s̃. 24. circa princ. &

135 ad fi. & nota, ꝙ habere plures † vxores simul est contra l. diuinam & politicam, nec propter sterilitatem vxoris licet accipere concubinã: Fran. post Gasparem de spon. duo. in rub. in fi. ad hoc, j̃. q. 173. & q. 199. Vnde nunquam licuit vni mulieri habere simul & semel plures viros. Similiter nunquam licuit vni viro simul habere plures vxores, nisi Deo dispensante. Aliqui tũ dicunt, ꝙ illud quod dr̃, ꝙ nulli licuit nisi cui fuit diuina dispensatione concessum, vt in c. gaudemus. de diuor. 1. de dictamine inferioris rationis, sed non est ad mẽtem decretalis, & ideo præcedens cõmunius ſm Pet. de pal. in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. conclu. 1. & 2. Itẽ in lege noua de nullius licentia hoc licet, ẽt vxore sterili etiam principis, cõsentiente Papa, & dispensante, vt per eundem ibidem. 3. concl. Deus tũ potuit dispensare. Alij dicũt, ꝙ impossibile est simul habere duas vxores, sicut duos esse simul dominos eiusdem rei insolidum. Vnde secundæ fuerunt veræ concubinæ, sed solum dicunt̃ vxores, qa licite cognoscebãtur Dei auctoritate, secundum eundem ibidẽ in fi. facit quod not. Ioan. An. in c. is qui. ante fi. de spon. & j̃. q. 198. videas.

136 ¶Quadragesimoprimo † quero, nunquid perficiatur matrimonium, si sponsus ducatur ad domũ sponsæ. Rñdeo matrimonium non præsumitur, quia hoc raro cõtingit, & ideo leges hoc non curant, & quia domus mariti est domicilium vxoris, non ecõuerso, ff. ad muni. l. fi. ſm Arch. 27. q. 2. priusquam. & quod not. in l. mulierem. ff. de ritu nup. & quod no. Fran. in c. litteras. 2. oppo. de despon. impub. & per Hosti. in sum. de matri. §. qualiter cõtrahatur. in 3. col. in ver. idem videtur si traducta. Si tamen puer traditus sit patri sponsæ, qd̃ plerunq; accidit, & adueniente legitima ætate non reclamauerit, tenẽt sponsalia, de despon. impub. c. litteras. secundum Ioan. And. post Host. in c. 1. de despon. impub.

137 ¶Quadragesimosecundo † quæro, quid si nihil actum sit de sponsalibus, sed simpliciter vterq; dicit dicta verba, & sequitur osculum de cõi consensu. Rñdeo credo, ꝙ si contrahentes per hæc intendebant contrahere, contractũ est: ad iudicandum aũt de intentione recurrendum est ad circunstantias verborum præcedentium & subsequẽtium, & ad huiusmodi iudicia, ꝙ si nulla appareant, non credo ꝙ sit matrimonium iudicandum, & præsertim si vterque vel alter negat se intentionẽ habuisse contrahendi: aut si alter ad secunda vota transierit, concordat Host. idem in sum. cõfes. eo. tit. q. 9. ſm fra. Nic. post pisa. in verbo matrimonium. tertio. & dicit Host. in talibus ẽt recurrẽdum ad intellectum illorũ, qui presentes fuerunt informatum ex his, quę agebantur, & ex qualitate contrahentium, & si cõiter intelligebant præsentes, ꝙ contrahentes voluerunt contrahere, puta quia hoc agebat̃, & fiebat coram sacerdote, & ibi gratanter subarrationem fecerunt, iudicabitur contra eos, de spon. consultationi. secũdum Fran. in c. ex litteris. el 1. in 2. col. de spõ. & ibi per Ant. de But. in antepen. col. ver. de intelligentia matrimoniorum non clare contractorum. & per Pet. de pal. in 4. dist. 25. in 2. col. & vide s̃. q. 24. ante fi. & j̃. q. 45. & sequẽ. & 56. & nota, ꝙ

138 põt contrahi † matrimonium absq; sponsalibus, not. in l. 1. ff. despon. Nõ enim spõsalia sunt de esse sacramenti matrimonialis, vt per Laud. de sacramento matrimonij, in prin. 4. q.

139 ¶Quadragesimotertio quæro, quis sit consensus ille, qui requiritur in matrimonio. Rñdeo ſm Ray. intelligit̃ de consensu matrimonialis societatis, propter quem sequitur ꝙ eos oportet cohabitare, non aũt intelligitur principaliter de cõsensu cohabitationis, quia tũc in fratrẽ & sororem esset matrimonium: nec ẽt de consensu in carnalẽ copulam, quia tũc inter Mariam & Ioseph non fuisset matrimonium: vnde & Tho. in 4. dist. 28. dicit, ꝙ iste consensus non est in carnalem copulam explicite, sed implicite, quia coniugali societati implicatur mutua potestas cõionis non tantum rerum, sed etiã corporum, concor. Pet. vt in sum. cõfes. eo. tit. q. 12. & quod dr̃ de cõione rerum, intelligitur quo ad necessariorum subuentionem, & non quo ad alia bona, cùm nullo iure caueat̃, ſm pisa. & fratrem Nicolaum osim. & vide s̃. q. 1. & q. 12. & per Franc. in c. cum locum, in 2. oppo. & 8. q. de spon. & vide s̃. q. 20. requiritur ẽt consensus expressus per verba de præsenti, nõ autem per verba de futuro, vt latius per Pet. de pal. in 4. dist. 27. q. 2. arti. 4. & s̃. q. 23. Item requiritur cõsensus liber, non tamen inordinatus amor præcedens tollit liberum arbitrium in dissentiendo vel cõsentiendo, Anto. de But. in c. veniens. de spon. Item requiritur etiam consensus securus, vt per eundem in c. cum locum. de spõ. & in c. requisiuit. per eundem: & nota, ꝙ requiritur consensus illorum tantum, de quorum coniunctione agitur, secundum Anto. de But. in c. cum apud. eo. titu. & quòd signis & factis consensus exprimi potest secundum eum ibidem. Item requiritur consensus legitimus, vt per eundem in c. dilectus. de spon. & supra q. 15. & per eundem in c. tuæ. in prin. eo. tit. Item requiritur, quòd sit mutuus, Anto. de But. in c. 1. & c. licet, de spon. duorum. & not. quòd solus consensus perficit matrimoniũ, de spon. du. c. fi. & ibi Ant. de But. Item requiritur consensus purus, ita ꝙ ex alterius non pendeat arbitrio, Anto. de But. in c. super co. de condi. appo. subdens ꝙ ad corticem verborum non regu-

latur

latur ad esse matrimonij, sed ad esse consensus: & adde supra quæst.23.post princip.

140 ¶Quadragesimoquarto quæro, vtrum † consensus ad tẽpus faciat matrimonium. Rñdeo ſm Pe. cùm inseparabilitas sit essentialis matrimonio, vt in diffinitione eius ponit, ideo ad matrimonium requiritur cõsensus ad inseparabilitatem, & si sit ad tempus, nõ facit matrimonium, 32.q.1. solet quæri. de condi. appo. c. fi. idem in sum. cõfes. eo. tit. q.13. ſm Pisa. & Nic. ad hoc s̃. q.11. in prin. & q.8 & quod not. in regula,

141 actus. lib.6. & an † Papa possit dispensare, ꝙ aliquis contrahat matrimonium ad tempus, not. Ioã And. in dicta regula, dicens nolle ponere os in cælum disputando de potẽtia Papæ, 21. dist. in tantum. & licet non soluat, dicit tamẽ quibusdam videri quòd valet dispensatio, vt refert Franc. in c. tua. secunda oppo. de spon. duorum.

142 ¶Quadragesimoquinto † quæro, quid si omittãtur consuetę solemnitates, & fiat matrimonium clandestine siue occulte. Rñdeo ſm Ray. in hoc casu nõ præsumitur coniugiũ, sed adulterium siue fornicatio, 30.q.5. aliter. tamen non intelligas, quin possit esse verum matrimonium. Sed nõ loquitur ſm illud, quod ecclesia præsumit, vel quia etiam non dicitur legitimum quo ad honestatem, vt in sum. confes. eo. tit. q.58. Addit Pe. dicens, ꝙ consensus clandestinus duplex esse potest, vnus qui quamuis fiat sine solemnitate ecclesiastica & publica, fit tamen in præsentia testium, & talis facit matrimonium verum præsumptum. Alius, qui fit sine præsentia testium, & talis quamuis faciat matrimonium verum, nõ tamen facit præsumptum. Vnde consulẽdum est talibus ſm Ray. & in sum. confes. dicta q.58. ꝙ de nouo & publice contrahant, & faciant pœnitentiã, quia scandalizauerunt ecclesiam. & nota, quia dicit, consulendum est: ergo non possent inuiti compelli per sacerdotem, vt publicent, cùm simul manendo non peccent: probatur in cap. 2. hic allegato, & sentit Host. in sum. de clandestinis desponsat. §. verum. in prin. nisi scandalizarent populum de fornicatione simul publice cõmorando, j̃. §.6.q.17. & seq. posset tamen in foro contẽtioso ex officio per episcopum compelli ad veritatem dicendã, de despon. impub. attestationes. ſm Doct. in d.c.2. dummodo non videatur aliquatenus confessionem reuelare, de pẽniten. & remis. c. omnis. in fi. vnde confessor, & episcopus in hoc caute procedãt: & prædicti certe exposuerũt se non paruo periculo, nam posset alter alterum dimittere qñ vellet, & de facto cum alio vel alia contrahere, & sic in adulterio manere, quia non posset probari primum matrimonium. Idem Host. ſm pisa. & fratrem Nic. vbi s̃. & nota, ꝙ si contrahentes clandestine concordant, possunt voce consona confiteri & publicare coram ecclesia, & acceptabitur, patet in c.2. & no. in c.1. de clandest. despon. & in c. tuis. de testibus. Alias alter potest alterum petere in forma, & habebit probare, d.c.1. ꝑ Host. in sum. eo. tit. §. verum. ver. ꝙ si mulier. & probare poterit, si habet duos testes, vt not. Ioan. And. in c.1. de sponsa. Idem si petita confiteantur in iudicio, vel extraiudicialiter, & de illa postea in iudicio fiat fides, de raptoribus. c. penult. & per not. in c. fi. de confes. Ad quæ vide Host. in sum. de eo qui cognouit consanguineam. §. quid iuris. ante medium. & Ant. de But. super talibus confessionib. in d.c. fi. & in c. si cau

143 tio. de fid. instru. Nota tñ, ꝙ † iura multum fauent petenti & stanti pro matrimonio, apparẽtibus indicijs veris, vt ꝑ Host. in sum. de matr. §. qualiter contrahatur. 2. ver. quid si est in ludo. & ver. quid si dicatur. & verſ. si aũt eam non cognouit. & ver. quid si matrimonium sine dote. & in §. qualiter impediatur. in 3. col. in ver. 7. & in d. §. verum. per eũdẽ, & j̃. q.99. & seq. & sufficit probatio præsumptiua, ſm Hosti. & Io. An. in c. illud. ante fi. de præsumpt. non tñ iudex semper deferat iurẽ habẽti vnum testem, iuxta not. per Hosti. in summa de clandesti. despon. §. fi. ante fi. & in tit. de iureiuran. §. & super quibus. ante fi. & de materia quibus & quot modis dicat clãdestina desponsatio, per Pet. de pal. in 4. distin. 28. q.2. arti.1. Item de prohibitione, c. fi. de clande. despon. & expositione ipsius ibidem secũdo articulo. Item de casibus, in quibus dispensari põt, vt banna non publice fiant, & ꝙ in bannis committitur simonia, ibidem 3. art. Item de comparatione & effectu matrimonij clandestini, & ꝙ solus mutuus consensus ꝑ verba de præsenti est de essentia matrimonij, ibidem 4. arti. vbi ẽt ponit quæstionem, Si mulier primo clãdestine cũ vno contraxit, & postea publice cũ alio, ad quod j̃. q.95. Item de punitione matrimonij hmõi ibidem 5. art. & de materia per Host. in sum. de clandesti. despon. & quod not. 30. q.5. c.1. & qñ dicatur clandestinum, not. de clandest. despon. cũ inhibitio. in gl.3. & ibi Doc. in d.c.1. & in summa, & dicit Franc. in

144 rub. de cland. despon. post Inno. ꝙ † matrimonium clãdestinum dr̃, quod non põt probari per testes, eo. tit. c.1, & 2. ltẽ qd̃ non fit cum solẽnitate, eo. tit. c.3. videlicet absq; præsentia sacerdotis, s̃. q.23. & licet non debeat fieri, factum tñ tenet, 30. q.5. nostrates. de cland. despon. c.2. per quod probat, ꝙ consensus de præsenti in occulto præstitus facit matrimonium, ſm Fran. post Gasparẽ vbi s̃. & adde Frã. in c. cum in-

145 hibitio. prima & tertia qõnibus. & † qñ dicatur matrimoniũ contractum in facie ecclesiæ, Io. And. in addi. Spec. de cland. despon. in rub. dicit ꝙ dr̃ in facie ecclesiæ, si publice fit corã multitudine fidelium, quia ecclesia dr̃ congregatio fidelium, licet sumatur & alijs modis, de quibus ne præla. vi. suas. c. fi. quod nota, ſm Fran. in c. constitutus. de conuer. coniug. & idem Nic. in c. fi. de clande. despon. ante fi. & in c. pen. qui fil. sint legi. Ad hoc quod s̃. dixi, & quod notat idem Fran. post Ioan. And. in c. ex tenore. 1. q. qui fil. sint legi. & quod not. in l. cum quidam. ff. de app. & Host. in sum. de spon. 2. col. ibi, in ecclesijs &c. & in 3. col. & ad illud, si non seruetur consuetudo, adde s̃. q.24. circa fi. & ad illud de matrimonio legitimo, s̃. q.13. & in hac materia intellige bãna, vt quia sacerdos sub pœna excõicationis præcipit, ꝙ nullus impedimenta celet, arg. 16. q.1. statuimus. ſm Ioan. And. in c. cum in tua. de spõs. & adde eundem in cap. fin. qui ma. accus. poſ. Item omittens

146 † solemnitates consuetudinarias in matrimonio non ex cõtemptu non peccat, nisi ex tali omissione surgat scandalũ, vt quia ecclesia relinquitur incerta de cõtractu, ad hoc j̃. q.59. ad fin. & seq. Si tamen coram duobus aliqua contraxit, posset petere ipsorum publicationem, de testib. significauit. & c. Albericus. secundum Fran. in c.1. de spon. vbi etiam dicit, ꝙ consuetudo quo ad substantialia matrimonij nil potest statuere, sed quo ad accidẽtalia sic, puta circa dotem, arg. de testamentis. Raynutius. idem dixit in clem. sæpe. §. & quia, 3. q. de verbo. sign. ad quod s̃. q.21. ad fi. & j̃. q.105. & ad prædicta per Anto. de But. in c.1. de spon. & de solemnitate benedictionis matrimonialis, & ꝙ stare debent in castitate saltẽ in nocte, per Doct. in c. consultationi. de spon. adde, quòd in quibusdam locis est consuetudo, ꝙ mulier primo desponsat, demum interdum post longum tempus die, qua traduci debet, benedicitur, secundum Ioan. And. in c. consultationi. de spon. & ibi per Fran. in prin. & adde j̃. q.59. ad finem, & seq. q. & ad materiam huius quæstionis, j̃. q.165.

147 ¶Quadragesimosexto † quæro, si fiat contra intentionẽ, & quæritur primo si qui contrahunt verbo, sed dissentiunt animo, nunquid sit matrimonium. Rñdeo ſm Gui. Si vterq; vel alter animo dissentiat, non est matrimoniũ. Si tamen de verbo constiterit, ecclesia compellit eos simul esse, cũ de intentione constare non potest, vnde nec crederet eis si confiteantur se non consensisse, quia hoc possent facere in fraudẽ matrimonij, & quilibet sic posset dicere, vt separentur: si tamen signis euidẽtibus appareat de simulatione, ecclesia non iudicabit matrimonium esse, aliàs verbis stabit, quasi verba vere dicta sint. Idem Tho. & Pet. in 4. dist. 28. hęc partim fuerunt dicta Ray. & partim præallegatorum doctorum, & etiã Albe. vt in sum. confes. lib.4. tit.2. q.11. secundum fratrẽ Nic. post pisa. in §. matrimonium, el 4. sic ergo ex consensu vocali absq; mentali nõ surgit in veritate matrimonium, sed habet pro matrimonio in foro iudiciali, non autẽ in pœnitentiali, vt per Fran. post Gasparẽ in c. tua. 2. q. de spon. & ibi videas per Anto. de But. vnde ibi non auditur in foro iudiciali exceptio simulationis, quia non simulauit ex iusta causa: secus si ex iusta causa, secundum eũdem ibidem in prima oppo. ad hoc quod not. in c.1. quod metus causa. Quod etiam sentit Io. And. ibidem in ver. non videmus. iunctis not. per eundẽ ibidem in fine dicti c. tua. & facit ad præmissa, j̃. q.53. & j̃. proxima, & sequen. & q.189. & s̃. de sacramentis in cõi. q.1. in fi. & in q.200. & s̃. eo. §. q.9. & q.17. & 27. in fi. & 24. & q.42. & j̃. §.5. q.31. post princi. vnde si vterq; iurat, ꝙ animo ludendi protulerũt verba, non intendentes contrahere, & testes qui præsentes fuerunt idonei iurant, ꝙ credũt eos verum iurasse, maximè qa potati erant, nec erat hora sobria, contra matrimonium iudicaretur: secus si alter hoc diceret, vt ꝑ Host. in sum. de matrimonio. §. qualiter contrahatur, verſ. quid si alter dicat. & in ver. quid si premittat. vbi videtur intelligere dictum c. tua. dum dicit, ꝙ qualiter tibi constiterit &c. quasi deficiat probatio, & sic si per sufficiẽtia indicia probari posset, ꝙ corde non consensit, non esset matrimonium etiam in foro

foro contentioso, ut in c.1. in fi. de spon. duo. & in c. vno, in prin. & quod ibi per Archi. in verbo, cõsensus. de spon. lib.6. Si ergo constat in foro contẽtioso, quod non voluit contrahere, de quo potest constare saltem per protestationem precedentem iusta causa vestitam, vel simplicẽ tantum, qñ verba sunt dubia, & non iudicatur matrimonium, vt per Anto. de But. in d.c. tua. in vlti. colũ. de spon. & facit in simili quod not. Ant. de But. in c. consuluit. penul. colum. qui cle. vel vouen. &c. faciunt not. per Feder. consil. 15. per totum, incipit, Quæstio talis est, sindicus &c. & in cons. 50. Incipit, dixi duabus rationibus &c. & consi. 57. Credo de iure forma, &c. poterit autem constare, ꝙ intentio abfuit per exteriora vel circunstantias & indicia, per not. in c. & si quæstiones. de simo. in verſ. intentione. & in c. non solum. de regul. lib.6. per Doc. facit l.1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de sicca. & faciunt concordãtiæ, de quibus s̃. q.24. ad fi. & an qui non consensit, teneatur reuelare filio, s̃. q.23. & nota, ꝙ poterit esse iusta causa allegandi se simulasse, impressio seu metus præcedẽs, ad quod j̃. q.183. & sequenti. & per prædicta feci diuortium filię domini Ioannis sancti Seuerini, qñ habui de facto huiusmodi casum vbi ambo motu proprio confitebantur dedisse sibi absq; animo matrimonij simulatam fidem de contrahendo matrimonio, non ex iniusta causa extorquẽdi copulã, sed ex causa iusta, ne illa interficeretur a parentibus ob causam fornicationis commissæ: certè admittetur talis exceptio simulationis, licet secuta fuerit inter eos copula propter confessionis qualificationem, per not. per dominum Fran. in d.c. tua nos. prima opp. ad fi. de spon. & vt supra cum sim. non enim in processu confitebantur de verbis sponsaliorum simplicibus, sed implicitis & qualificatis sub vno instructu seu facto qualificato dicendo, Promisi ipsam ducere in vxorem dãdo sibi fidem fictitiè ob causam iustam, ne occideretur a parentibus, & ne perderet dictam dotem promissam, quia fuisset concubinata: & econuerso mulier dixit vera esse, nam non dicunt fateri, quod non sentiunt, vt per Ioan. And. & Docto. in c.1. de confes. lib.6. & Nic. in c. bonæ. 2. per. col. & vlt. de po. pla. Bal. in l. sicut. C. de repud. hęred. & Doct. in l.1. C. de confes. cum simi. maxime quia concurrit præsumptio fornicationis potius quam matrimonij in casu nostro, iuxta no. in c. illud. de præsum. super ver. tenuerit. & in c.2. de clande. despon. & in c.2. de secun. nup. & Fran. in c. consultationi. pen. q. de spõ. cum sim. Ad præmissa faciunt not. in sum. confes. dicto tit. 2. q.4. & 9. & dato ꝙ commisissent fraudem erga illum, qui dotem promisit, tñ satis est, ꝙ in sponsalia non consenserũt, de spon. tua. in fi. vnde ad propositum vr̃ dicendũ, ꝙ non sit matrimonium præsumptum, cùm non præcesserint sponsalia, s̃. q.26. & quia propter dictas cõfessiones partiũ taliter qualificatas saltem dici põt non euidenter constare de sponsalibus, prout requiritur, ſm Host. Ioã. And. & Doct. in c. is qui. de spon. ad quod s̃. q.26.2. & 3. col. iunctis notatis per Arch. in c. si forte. in glo.5. de elec. & in c. ordinarij. in gl. in ver. cęterum. de offi. ord. lib.6. & in c. pia. ad fi. de excep. nihilominus pro securitate &c. propter quãdam confessionem aliqualiter simplicem solius viri relinquitur eorũ conscientijs, per not. j̃. q.66. & in d.q.26. ante fi. sententiando & declarando, ꝙ si qua matrimonia iuxta eorum consciẽtias cum alijs duxerint contrahenda, banna propter hoc mittenda, & matrimonia ipsa per eos vel ipsorum alterum contrahenda sint & esse debeant ab ecclesia sustinenda & toleranda, per nota. per Host. in sum. de clande. despon. §. vtrum. ad fi. & in dictis quæstionibus 26. & 96. cum similibus.

148 ¶Quadragesimoseptimo quæro, quid si ille, qui † contraxit sponsalia, vel ẽt contrahit verbo de præsenti, non hẽt intentionem contrahendi, sed extorquendi carnalem copulã, deinde cognoscit eã, nũquid est matrimonium. Rñdeo, prę-sumi debet pro matrimonio, vt not. extra de spon. tua. & ita iudicaretur in foro iudiciali, sed in foro pęnitentiæ si ille nõ proposuit eam ducere, nec vmquã consensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari, qñ ex altera parte dolus affuit, & defuit omnino consensus, sine quo nequeunt cætera fędus efficere coniugale, vt in d.c. tua. Idem Tho. Pe. & Albe. & addunt, ꝙ ille, ex cuius parte non est dolus, excusatur a peccato, sed deceptor, si veram vult facere pœnitentiam, necesse habet illam sine fictione ducere quantũ in eo est, nisi interim contraxerit cum alia, quia tenet matrimoniũ cum secunda hoc casu, ſm Doct. cõiter, licet quidam cõtradixerint, vt in sum. confes. eo. tit.9. vide tamen s̃. q. proxima. vel necesse habet dare ei virum sibi conuenientem, aut aliter sibi satisfacere. Addit tamen Tho. ꝙ ad hoc tenetur, si vir sit æqualis conditionis cum illa, & multo plus si inferioris, ſm eundem, & in sum. confes. eo. tit. q.14. Nam si sit multo melioris conditionis, vel si aliud signum euidens fraudis apparuit, põt probabiliter præsumi, ꝙ spõsa non fuit decepta, sed decipi finxerit, & tunc non tenetur ad prædicta, vt quidã dicunt, quod tenet Alb. & addit idem, Si vnus sit melior fortuna, non obstat quin teneatur eam ducere, & in eam consentire, vt in d. q.14. ſm eosdem, vbi s̃. & aliqua ex his posuit Host. in sum. de matri. §. qualiter cõtrahatur. ver. quid si premittat. in ver. quid si dicat tenebo. & per Doc. in d.c. tua. vbi dicit Fran. in 3. opp. in fine, quòd huic non consentienti matrimonio in foro pœnitentiæ debet confessor dicere, quòd non cognoscat eam nisi consenserit vel consentiat in eam vt vxorem, & ad hoc eum debet inducere, debet etiam ei dicere quòd illam non dimittat, cùm hoc non spectat ad forum suum, sed ad forum iudiciale, quod nota.

149 ¶Quadragesimooctauo † quero, Si talis protestetur corã pluribus, ꝙ quicquid facit non facit animo contrahendi, & postea verbo contraxit & cognouit carnaliter, nũquid iudicabitur matrimonium. Rñdeo ſm Gui. sic, quia recurrẽdum est ad cõmunem intelligentiam verborum, & quia interpretatio facienda est ꝯ eum, qui dolum adhibuit, & quia quamuis protestationem probet, potuit tñ postea volũtatem mutare, concordat Host. vt in sum. confes. eo. tit. q.17. & hoc intelligendum est, qñ quis dolose fecit protestationẽ, quia tũc fiet, vt s̃. proxime dictum est. secus si fecit ob iustam causam, fortè ad vitandum scandalum, nec fuit secuta carnalis copula, quia tunc nec est matrimonium propter deficientem cõsensum, nec iste ad aliud tenetur cum nõ fuerit in dolo: & vt patet in d.q.17. vel dicit, ꝙ si quis ꝯhẽdo matrimonium vel sponsalia animo decipiendi tantum vtitur verbis consuetis dicẽdo, Accipio vel accipiam te in vxorẽ, & sequitur postea carnalis copula animo fornicandi, ꝯ huiusmodi præsumptũ matrimonium nõ admittitur probatio in contrarium, extra de spon. is qui. qñ autẽ taliter contrahens non vtitur forma consueta verborum, sed dicit mutato suo nomine, Ioannes, vel Petrus desponsat te, sicut contingit in casu d.c. tua. tunc cõtra huiusmodi præsumptum matrimonium propter carnalem copulam subsecutã admitti põt probatio in ꝯrium ad probãdum fraudem, licet difficile sit eam probare, qua probata pronunciabitur in ꝯrium nullum fuisse matrimonium, & poterit ad secunda vota transire, nec negatur in illo c. tua. ꝙ de fraude huiusmodi cõstare non põt, sed dr̃ tantum qualiter tibi constiterit non videmus: &, nota qualiter constare potuerit: hæc ille, ad quod s̃. q.26. Iste tñ fraudulentus tenet sicut proxime dictum est ſm fratrem Nico. post pisa. ad quæ adde s̃. q.46. & aliqua ex his ponit Host. in sum. de matrimonio. §. qualiter cõtrahatur. ver. quid si promittat. Sed inquãtum dicit pisanella, ꝙ non obstãte protestatione pro matrimonio hr̃, dicit frater Iacobus de Marchia, ꝙ hæc sententia est falsa, eo ꝙ non solum propter protestationem nõ est matrimonium, sed ẽt sine protestatione, sicut ille, qui consentit causa decipiendi, d.c. tua. Sed salua pace ipsius, pisanella loquitur in foro iudiciali, ipse vero in foro pœnitẽtiali, s̃. q. proxi. Vnde dicendum, ꝙ indistincte protestatio non iuuat nisi ex iusta causa fiat, & sic si facta est sine causa matrimoniũ surgit ex consensu vocali, etiam si mens refragetur, quia non statur contrahenti dicenti de mente ꝯria. in veritate ergo non est matrimoniũ, sed habebit pro matrimonio in foro iudiciali, non aũt in pœnitentiali, ſm Fran. post Doct. in d.c. tua. pen. & vlt. col. & vide ibi per Ant. de But. & s̃. q.46. & facit quod not. Host. in sum. de condi. appo. §. fi. verſ. quid si ante. & ad dictam protestationem vide in simili per Archi. in c. si delegatus. in ver. reuocandas. de offi. deleg. lib.6.

150 ¶Quadragesimonono † quæro, vtrum matrimonium factum sub conditione valeat & teneat. Respondeo distinguẽdum est de conditionibus: Nam sunt quædam conditiones generales, quæ semper debent intelligi, vt quas ponit beatus Iacobus, c.4. vt si Deus voluerit, & si vixerimus, & hæc nullum contractum suspendunt. quędam vero sunt conditiones de his, quæ in matrimonio sunt omnino necessaria, & aliàs impediretur matrimonium, vt si es christiana, aut non es cõsanguinea, vel affinis, & hmõi, & istæ ẽt conditiones intelligi debent appositæ, nec vitiant contractum. Tertia est aliqua conditio de futuro necessaria, sicut si sol orietur cras. vnde si dicatur, contraho tecum si sol orietur cras: contractum est matrimonium, vt Tho. posuit in 4. dist. 29. quia talia futura

iam

iam ſunt preſentia in cauſis ſuis. Quarta eſt conditio contingens & honeſta, quæ poteſt apponi & non apponi, vt ſi pater meus voluerit, aut ſi dederis mihi centum. hæc ſi apponatur, ſuſpendit matrimonium vſque in euentum conditionis, & ſi fuerit contractum per verba de præſenti cum additione alicuius dictarum conditionum, vt in c. ſuper eo. de condi. app. niſi interim conſenſus de præſenti vel carnalis copula fuerit ſubſecuta, eo ꝙ tales videntur a conditione receſſiſſe, de ꝑdi. appo. de illis. & c. ſuper eo. & c. per tuas. Quinta eſt conditio inhoneſta, ſed tamen non eſt contra ſubſtãtiam matrimonij, vt ſi furtum feceris, vel ſi hominem interfeceris: hec ſi apponatur, debet haberi pro non adiecta, & tenent ſponſalia, ſiue ẽt matrimonium, de condi. appo. c. vlt. & ſ̃m quod not. ibidẽ in textu, idem intelligi debet de conditione impoſſibili, ſ. ꝙ habetur pro non adiecta, vt ſi digito cœlum tetigeris. Sexta eſt conditio inhoneſta & cõtra bona matrimonij, vt ſi dicat, Cõtraho tecum ſi generationem prolis euites: quia hoc eſt contra bonum prolis vel donec inueniam aliam digniorem; quia hoc eſt contra ſubſtantiam inſeparabilitatis: vel ſi pro quæſtu te adulterandam tradis, & hoc eſt contra bonũ fidei, & tales conditiones ſi apponãtur nihil agitur, ſ. quia annullant matrimonium, 22. q. 4. inter cætera. 32. q. 3. aliqũ. prædicta aſſumpta de Ray. Tho. Inno. & Hoſt. idem in ſum. cõfeſ. lib. 4. titu. 4. q. 17. Et additur ſ̃m glo. Ray. ꝙ ſi matrimonium contrahitur ſub conditione, quæ de neceſſitate eueniet, vt ſi dicat, contraho tecum ſi ſol erit in cancro in æſtate, credo ꝙ non eſt matrimonium in inſtanti, antequam extet conditio: & ſi medio tpe cõtraheret cum alia, teneret matrimonium, ſicut notauit Ioan. per c. fraternitatis. extra de frigi. & male. concor. Ber. Pet. ẽt dicit, ꝙ quicunq; conſenſus exprimatur per verba de præſenti & ſub ꝑditione futura, quod tunc idẽ iudicium eſt quod de conſenſu per verba de futuro, concor. Inno. & Hoſt. qñ ergo conditio eſt neceſſaria, vt ſi contrahã, ſi ſol orietur cras: conditio pro impleta habetur, & contrahuntur ſponſalia, & non matrimoniũ, vt ibi: & de conditionibus ſpõſaliorum vide in piſanella, in ver. ſponſalia. §. fi. ſ̃m Piſa. & fra. Ni. in §. matrimonium. 4. Pet. de pal. dicit ſic. Circa hanc materiam videnda ſunt quinq;. Primo de demõſtratione. Secundo de cauſa. Tertio de modo. Quarto de die. Quinto de cõditione ſtricte & proprie ſumpta. Circa primũ

151 dic, ꝙ † demonſtratio nunquam impedit nec ſuſpendit ꝑ ſe, ſed ſemper hr̃ pro nõ adiecta, ſiue ſit honeſta ſiue inhoneſta, ſiue contraria matrimonio, ſiue nõ, verbi gratia, Accipio vel accipiam filiam tuam, quę procurauit venena ſterilitatis, vel quæ eſt ſterilis; quia habeo nimis multos filios, vnde non q̃ro prolem, ſed ſolum fornicationem vitare, vel quæ eſt virgo, aut quam audiui diuitem, vel filiam tuam virginem, quia falſa demonſtratio non vitiat legatũ, ergo nec ꝑ conſequens matrimonium, quod eſt fauorabilius. Si tñ demoſtratio fieret de futuro, puta filiam tuã quæ dabit mihi hoc, vel illud, non eſſet demonſtratio ſed cõditio, vnde eſt idem iuris ſicut de conditione, ſed ſi demonſtratio referatur ad conditionẽ, impedit non ratione demonſtrationis, ſed erroris, vt ſi dicat, Accipio, vel accipiam filiam tuam liberam, ſi ſciret eam ancillam, nihilominus valeret matrimonium. Sed ſi ignoraret, tunc non valeret matrimoniũ ratione erroris, ẽt ſi demonſtratio fuiſſet omiſſa. Et idem eſt, ſi demonſtratio referatur ad ſubſtantiam, quia error ſubſtantiæ vel conditionis impedit non aũt qualitatis. Ex his nota, ꝙ appoſitio demonſtrationis ad nihil ſeruit niſi ad transferendum forte onus probationis, vnde contraho cum te libera, ex hoc præſumitur ꝙ credebam te liberam, niſi probes contrarium. Circa ſecundũ articulum de cauſa ſunt hæ concluſiones. Prima, ꝙ cauſa hr̃

152 † pro non adiecta: vnde ſiue ſit vera ſiue falſa, pure intelliguntur contracta matrimonium & ſpõſalia, vt ſi dicam, Accipio, vel accipiam te, quia pater tuus deſponſauit te mihi, vel me tibi, & nolo venire contra conſilium eius: ẽt ſi id nõ eſt verum nihilominus eſt verum matrimoniũ vel ſpõſalia: ſed ſi ponatur in futuro, accipio te, vel accipiã te, quia dabis mihi decẽ pro dote: nõ eſt proprie cauſa, cùm cauſa ſit prior effectu, vnde eſt quaſi modus, de quo ſtatim dicetur: eſt aũt ratio vtriuſq;, ſ. demonſtrationis, & etiam quia demõſtratio & cauſa non reſpiciũt eſſentiam ꝓctus, ſed ſolam cauſam extrinſecam contrahendi vel motiuum, vnde ſimpliciter ꝓſentit in contrahendo hoc vel illud, ſed errat forte in motiuo ad contrahendum, nec habet locum reſtitutio, vt not. de reſtit.

153 ſpol. ex parte. Circa tertium † articulum de modo, ſunt hæ concluſiones, ꝙ ſi modus eſt contrarius matrimonio, tũc vitiat, ſicut & conditio, vt ſi dico, Accipio vel accipiam te, vt procures venena ſterilitatis, vel huiuſmodi: ſecus qñ illud ꝓrium apponitur per modũ pacti, quantuncunq; incontinẽti, quia tunc non vitiat matrimonium precedens, quantũcunq; contra eius ſubſtantiam, quia eodem momento quo verba complentur, a Deo coniunguntur & perficitur, vnde pactũ ſine interuallo non põt diſſoluere, quia nec conſenſus directus diſſoluet, vt ſi ſtatim poſt matrimonium dicat vnus, Volo ꝙ procures venena &c. aliàs non ſit matrimonium, & alius cõſentit, nihil valet hoc pactum, ſicut ſi ſtatim vnus diceret, Ego pœniteo, & quitto te: & ſimiliter alius: nihilominus maneret matrimonium: & idem etiam eſſet de ſponſalibus tunc ſi per mutuum conſenſum non diſſoluerẽtur ſine iudicis auctoritate, quia nec per conſequens per conſenſum turpem. Sed quia ſ̃m veritatem ſponſalia per diſſenſum tolluntur, ideo per pactum turpe contrarium incontinenti appoſitum ſimiliter diſſoluũtur. Sed aliud eſſet qñ hoc additur ſub nomine modi, quia modus non eſt pactum nouum, vel diuerſum, ſed eſt de eſſentia contractus, cui adijcit, vt ſi vendo tibi rem pro 10. vt des mihi codicem, non ſunt duo contractus diſtincti, ſed vnus: vnde qñ modus eſt contrarius matrimonio in ipſo ſui initio, cõtractus vitium habet, vnde vitiatur: & ſic etiam vr̃ diſtinguendum in profeſſione, qñ apponitur pactum contra eſſentiam religionis, quaſi per modũ pacti, valet profeſſio ſi ſequatur, quia ſtatim eſt ibi vinculum diuinum, quod per homines inter quos agitur nõ põt ſolui: ſi autem præcedat pactum contrarium incontinenti, vel cõcomitanter, modus contrarius vitiat, vnde non eſt ſimile de contractibus rerum ad matrimonium, quia in illis contrario conſenſu tolluntur. C. quando licet ab emptio. diſce. l. 2. cum ſimil. quia contractus matrimonij eſt indiſſolubilis, & ſic de modo contrario matrimonio, idem eſt ſicut de conditione. Si autem modus non contrarietur matrimonio, tunc aut eſt impoſſibilis, vt ſi dicam, Accipio vel accipiã vt celebres miſſam, vel cœlum digito tangas: & tunc habetur pro nõ adiecto, ſicut & conditio, & pure ſimpliciter tenet contractus in foro exteriori. Aut eſt neceſſarius, vt ſi dicam, Accipio te vt moriaris, vel aliquid huiuſmodi: & tũc habetur pro impleto. Aut eſt poſſibilis tantum, & tunc aut inhoneſtus, non tũ cõtrarius matrimonio, & hr̃ pro non adiecto, ſicut *in legatis*, aut honeſtus poſſibilis, & tunc non ſuſpendit obligationem, quia natura modi eſt, vt poſterius impleatur. Sed ſi eſt fauore apponentis tenetur implere alius matrimonio celebrato, vt ſi dixit, Accipio te vt des centum nomine dotis. non aũt ſi eſt gratia ſui, vt Accipio te cum 10. libris, ut habeas vnde emas tibi fundum, non tenetur nec ante, nec poſt emere, ſ.

154 de condi. & demon. l. Titio centum. Circa quartum † articulum de ſponſalibus & matrimonio contractis in diem certũ, & videtur ꝙ nullum effectum habeant ante illum diem, quãuis ſit certum illum diem futurum, nec obligatio contrahit̃, quia dies, quę habet tacitam conditionem annexam, ſuſpendit obligationem &c. Sed ſ̃m veritatem non videtur ꝙ ſuſpendat, quia licet dies, quæ habet conditionem annexã tacitam voluntariã, quæ poteſt apponi & non apponi, ſuſpendat obligationem, vt in caſu contrario, ſed in ſponſalibus & matrimonio conditio ſi vixerit, neceſſaria eſt, non enim põt ſtipulari quis vxorem ſibi & hæredi: unde conditio ſi vixero, intelligitur neceſſario tacite: talis aũt conditio non facit conditionale id, quod agitur, vnde ẽt ſi dicatur, Accipiam te in vxorem ſi vixero: talis conditio non ſuſpendit obligationem. Similiter ſi dicerẽ, Accipio te die dominico ſi vixero: & ſic ſponſalia in diem interim cauſant publicæ honeſtatis in-

155 ſtitiam. Circa quintum † articulum de conditione proprie dicta, hæ ſunt concluſiones, quia aut eſt de præterito, vel de præſenti: & tunc ſi ita eſt, ſtatim valet, ſi non, nõ: vnde ſi dico, Accipio vel accipiam te, ſi vſa fuiſti venenis ſterilitatis, vel vteris modo. Si hoc eſt verum, erit matrimonium, ſi nõ, non: non enim hæc conditio reſpicit futurum, aliàs impediretur matrimonium ratione modi de futuro: & ſimiliter cõditio turpis de futuro, quæ incitat ad peccandum, habet pro non adiecta, ſed non ſic, ſi de præterito vel præſenti. Vbi aũt conditio de futuro eſt neceſſaria de iure, vt quia dicit iudæę aut Saracenæ, Accipiam te ſi fueris Chriſtiana: & tunc exiſtente conditione tenet quod actum eſt: deficiente, nihil eſt actum, nec ẽt poteſt ab hac conditione recedi per carnalem copulam uel conſenſum de præſenti, quia non eſt matrimonium cum infidelibus, immo ſi hæc cõditio omittatur, nihil agitur, honeſta enim eſt & neceſſaria, 28. q. 1. nõ oportet. ſed ſi con-

ſi conditio eſt neceſſaria de facto & vera, vt ſi Sol cras orieẽ, & tunc hr̃ pro impleta, nec ſuſpendit obligationẽ, nec exactionem, dum tñ conditio ſit de pñti, & de preterito, ſecus forte ſi in futuro, vt dicendo, Accipiam te craſtina die in ortu Solis: quaſi tunc non tenear te accipere ante illam horam: cum aũt quis per verba de pñti ꝓheret matrimonium ſub condõne, q̃ omnino extitura eſt, puta Cõtraho tecum ſi mortuus fuero: ſtatim eſt matrimoniũ, nec poſſum cum alia ꝓhere, quãuis q̃dam dicant ꝓ, ff. de condi. & demonſtr. l. ꝙ ſi ea conditio. ſ̃m Pet. de Pal. & latius in 4. diſt. 29. q. 2. Quarta concluſio eſt incidentalis, quam ponit Hoſt. Accipio te ſi inueniaris virgo. & dicit ꝙ eſt matrimonium, quamuis inueniatur corrupta, arg. ff. de ꝓhen. emp. l. alioquin. §. 1. & 29. q. 2. §. 1. Et ita eſſe vr̃ per prædicta, quia aut eſt virgo, & ſic extat conditio: aut non, & tunc impoſſibilis eſt, & tunc pro impleta hr̃. Sed aliud eſt de futura neceſſaria per ſe, aliud per accidens: nec obſtat decretum, quod inducit, quia aliquid per modum conditionis appoſitum viciat in ſui defectum, quod non viciat per modum erroris: Si n. ꝓham ſub conditione, ſi placeat parentibus meis: ipſis contradicentibus nihil eſt actum: ſi autem ſine cõ- 160
ditione credam eis placere, vel placiturum, nihilominus valet ipſis contradicentibus. Similiter error virginitatis non impedit, ſed defectus conditionis, quæ nec eſt inhoneſta, nec impoſſibilis, per naturam impedit: vnde ſi cum dicitur, ſi inueniaris virgo: intelligitur quandocunque voluero contrahere, tunc eſt contingens. Si ipſa eſt virgo, tunc quia cras poterit corrumpi, ſi autem iam eſt corrupta, tunc eſt impoſſibilis per accidens: ſi autem intelligat, ſi inueniaris virgo ſtatim tunc eſt bene vel neceſſaria, vel impoſſibilis, ſed hoc accidit ſecundùm Pet. de Pal. in 4. diſt. 29. q. 2. artic. 5. ad quod infra

156 q. 53. Quinta † concluſio eſt, de impoſſibili de facto & natura, quæ habetur pro non adiecta, de condi. appo. c. 1. & vlti. vt ſi cęlum digito tetigeris, & eſt ſatis mirabile, quia videtur deridere potius quàm conſentire, & in foro conſcientiæ, ſi diceret ſe non conſenſiſſe, iudicaretur non eſſe matrimonium cõtractum, ſed contrahendum propter eccleſiæ præceptum: ad quod infra q. proxima. & idem ſi eſt impoſſibilis de iure diuino, vt ſi miſſam celebraueris: quia indiſtincte conditiones impoſſibiles habentur pro non adiectis. Sexta cõcluſio eſt de conditione contra ſubſtantiam coniugij, vt ſi generationem prolis euites, vel donec inueniam digniorem: aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradas, quia iſta viciat, de condi. appo. c. 161
fi. Septima † concluſio eſt de inhoneſta, quæ non repugnat

157 naturæ matrimonij, vt ꝓho tecum ſi furtum feceris, aut homicidium: hæc ſi apponatur pro non adiecta hr̃, & nihilominus matrimonium vel ſponſalia ꝓhuntur, quia verum matrimonium ſub conditione quantumcunque turpi cõtractũ, dummodo non ſit ꝓ ſubſtantiam matrimonij, valet, de cõdi. appo. c. vlt. & eſt ſpeciale in matrimonio, vt & in inſtõnibus & legatis, Inſti. de lega. §. vlti. Octaua concluſio eſt, quam po-

158 nit Hoſt. in ſum. Si conditio honeſta † & poſſibilis apponatur in ſponſalibus & matrimonio, vt contraham tecum, vel ꝓho, ſi dederis mihi centum: aut ſi pater tuus conſenſerit: quia ſuſpenditur conſenſus ſiue ſponſalia, quouſque conditio extiterit, vel extet, ſi tñ poſt talem conſenſum conditionalem alius conſenſus interueniat per verba de pñti, vel carnalis copula ſit ſecuta, vr̃ receſſum a conditione: vnde ſtatim eſt matrimoniũ, quãuis cõdõ nõ extet, adeò ꝙ ex quo cõſtat de carnali copula poſt ſponſalia, quãuis ꝑbeẽ ꝙ ille diſſenſerit, ſi tñ non probetur expreſſe, ꝙ contradixit ante carnalem copulã, in dubio pro matrimonio iudicabitur, de condi. appo. de illis. cum ſi. ſ̃m Pet. de Pal. in 4. diſtin. 29. q. 2. ad fi. vbi etiam an

159 hæc procedant in ſponſalibus. Circa conditionem † qualitatis & fortunæ conclude, ꝙ ſi poneretur per modum conditionis honeſtæ & poſſibilis, ea ſtante ſtaret: non ſtante, non 163
videtur.qui matri.accusa.pos.& per Hostien.in sum.qui mat.
accusa.pos.§.fina.& de consang.& affi.§.vsque ad quotum.
in fi.& in sum.de testi.§.1.in 6.columna.versi.vbi autem.vbi
concludit esse arbitrarium : vnde si concurrerent circumstan-
tiæ, vt quia nobilis diligebat plebeiam formosam, staretur
dicto matris & consanguineorum, secundum Ant.de But.
post Doct. in dicto cap.super eo.& adde Ioan.And.in rubri-
ca, qui matri.accusa.poss.dicit Ant.de Butr.in rubrica, qui
matri.accusa.pos.in fi.quòd in tali casu pater & mater ad-
mittuntur ad testificandum, vbi agitur de consanguinitate
coniugum, de consan.& affinitate.cap.1.& de spon.cap.cum
in tua.de test.cap.super eo.si non agitur de consanguinitate
sed de alio impedimento, scilicet an contraxisset cum ea,
tunc licet communiter sunt admittendi pater & mater ad
accusationem & testimonium, tamen in hoc casu si pro-
pter potentiam alterius coniugum habetur suspectum ma-
trimonium, repellentur a testimonio, sed non ab accusa-
tione, de testib.super eo. Et idem videtur si dicitur primo
cum alio contraxisse, vel votum emisisse, vel de spirituali
cognatione:nam in his si suspectum sit alicuius testimonium,
repelletur, ar, illius decretalis, super eo. in consanguinitate
tamen est speciale,quod nunquam habetur suspectum testi-
monium alicuius consanguineorũ,licet Host.dicat contrariũ
in cap.vi.qui mri.acc.pos.ꝓm Anto.de Butr. vbi supra, & in
dicto

dicto cap.videtur,vbi videas : ibi etiam dicit, quòd in tali ca-
su etiam fœmina admittitur ad testificandum. Item parenti-
bus creditur de ætate filiorum, Ioan.And.in cap.contineba-
200 tur.3.columna, & in cap.de illis.secundo, circa princ.de de-
196 spon.impub.& no.ꝓ † in causis matrimonialibus testis suspe-
ctus repellitur, & si culpabilis non sit, dicto c.super eo.secus
in accusatore, vt per Ioan.Andr.in c.fi.qui ma.accu.po.¶Et
adde, ꝓ si mulier alleget contractum meticulosum vel mino-
rem ætatem tempore contracti matrimonij, essemus in casu
conuerso dicti c.super eo.& ideo eius parentes videntur sus-
pecti,vt si vir sit vilioris conditionis quàm mulier,per ratio-
nem illius textus, quia præsumuntur fauere dissolutioni ma-
trimonij,sicut & in casu illius textus præsumuntur fauere cõ-
iunctioni, quod etiam sentit glo.2.in c.videtur.qui ma.accu.
po.& Io.And.in rub.qui ma.accu.poss.ad fi.facit in Spec.qui
ma.accu.pos.ver.in causa autem matrimoniali : & ante fi.ibi,
Sed iudex considerare debet &c.Sed si testimonium matris
est contra intentionem filiæ,non est suspectum, dicto c.super
eo.secundo responso.& in cap.continebatur.ver.si autem.de
desp.impu.& j.q.77.& q.93.Ad hoc faciunt no.per Archi.in
c.fi.de testi.lib.6.in versi. in testem. & videtur de mente do-
mini Fran.in d.c.videtur.a contrario eorum, quæ ibi dicit ad
fi.vbi etiam subdit post Hosti.quòd in dubio standum & fa-
uendum est matrimonio tanquàm fauorabili: & facit ad præ-
dicta de testi.c.in litteris.& qd ibi no.in fi.& Hosti.in sum.de
conf.& affi.§.vsque.circa finem.Si ergo iudex habet testes ta-
liter suspectos,non arbitrabitur per eorum testimonium fore
probatum iustum metum ad dissoluendum matrimonium,
ad quod.j.q.92.vel fore probatam impubertatem,ad quod ẽ.
q.15.nec separabit matrimonium per prædicta, facit in Spec.
197 de teste.§.primo in prima colũ.Nam in causa † matrimoniali
testes debent esse idonei, arg.35.q.6.consanguineos. no.in c.
in litteris.in fi.& in cap.licet ex quadam. in verbo, graues.de 201
testibus.facit de despon.impu.attestationes.& in Spe.qui ma.
accu.possunt.ver.& generaliter.& quod no.in c.licet.de offi.
ordi.debent namque testes esse fama & conuersatione præ-
clari,vt in c.insuper.& ibi Ant.de But.qui ma.accu.po.fa.c.1.
de con.& affi.vnde debet dari copia depositionum & nomi-
num testium,per no.in cap.olim.in fi.de accu.& per prædicta
peti potest terminus ad repulsam in causa matrimoniali etiã
possessoria,de adul.c.penul.cum fi.& quod no.Bart.in extra-
uaganti ad reprimendam.in ver.strepitu, in 3.colum.& Fran.
198 in cle.sæpe.ver.non sic, in 2.q.post glo.Et no.quòd non † re-
quiritur, quòd testes in actu matrimoniali sint rogati, vt not.
Ant.de But.in c.ex parte.in fi.de spon.Item quandoque, sci-
licet in causa peccati creditur testi occulte deponenti, vt per
Ant.de Butr.in c.præterea.2.de spon.si tamen matrimonium
fuit contractum noctis tempore, videtur quòd testes minus 202
idonei admitti debeant, ex quo alij idonei de facili admitti
non potuerunt,per no.de elect.cum dilectus.& 14.q.2.c.fi.de
iureiuran.nullus.de test.veniens.2.in fi.de testi.cogen.c.fi.&
quod no.Ioan.And.in c.fi.de test.lib.6.in nouella super glo.2.
presertim cum tormentis,2.q.1.in primis.4.q.3.si res.& quod
ibi per Arch.& per eundem.5.q.5.illi qui.& quod no.in cap.
cum P.de accu.& in c.per tuas.primo, de symo.& in Spec.de
teste.in 5.colum.ver.Item excipitur quòd est infamis.& j.16.
colum. versi.item quòd non est probatæ vitæ.cum fi.& eis fi-
dem adhibere, si sibi videbitur, per not.j.q.94.& sequen.&
quod not.Ant.de Butr.in c.præterea.circa fi.de testi.cogen.
Sed certe hæc procederent,quando ex natura regulari nego- 203
cij seu facti alij testes non possunt verisimiliter occurrere, se-
cus si possunt,licèt casualiter nõ interfuerint,secundum Ant.
de But.in c.3.loco.2.col.de probati.& dominum Panormita-
num in d.c.cum dilectus.super glo.tres.vnde non videtur ta-
les personas in testes admitti debere,cum regulariter & com-
muniter in matrimonio soleant interuenire & cõuocari ido-
neę personę ex natura ipsius matrimonij:attendetur ergo na-
tura regularis facti, vt dicit Ant.de But.non autem acciden- 204
talis,scilicet quòd alij tunc non interuenerunt:facit quod no.
in l.certi condictio.glo.2.in fi.ff.si certum peta.Et nota,quòd
non requiritur,quòd testes in actu matrimonij sint rogati, vt
no.Ant.de Butr.in c.ex parte.in fi.de spon.Item quandoque,
199 scilicet in causa peccati † creditur testi occulte deponenti, vt
per Ant.de But.in c.preterea.2.de spon.Et quantum ad aliud
dictum Pisanellæ, Si in causa matrimoniali idem potest esse
accusator & testis, per Hostien.in dicto cap.videtur.& per
Archid.35.quæst.6.consanguineos.vbi vult, quòd alius de-
beat esse accusator & alius testis : licet Hostien.aliter dicat,
vt ibi refert.hanc materiam tractat Franc.post Ioan.Andr.in
Rubri.qui matri.accusa.pos.dicens, quòd Innoc.dicit, quòd
in causa † matrimoniali ideo potest esse accusator & testis,
35.quæst.6.si duo.& cap.episcopus.in fi.& cap.de parentela.
de testi.cogen.Adde, quòd sufficiunt duo idonei testes, Ni-
colaus in cap.consultationi.de sponsa.non tamen quòd sint
singulares in loco vel tempore, Ioan.And.in Spec.de testi.§.
iam de interrogatorijs.2.colum.Præterea Ioan.And.in Spe.
eo.tit.post princ.dicit, quòd nescit animum applicare, quòd
accusator, qui succumbens tenetur ad expensas & interesse,
sit idoneus testis : sed ij, qui ex officio, vt in dicto cap.præ-
terea.vel ex conscientia deferunt consanguinitatem coniu-
gum episcopo, vt inquirat, bene possunt esse testes, secun-
dum eum, & Ant.de Butr.in rubr.qui matri.accusa.possunt.
pro hoc dictum cap.præterea.vnde dicit Franc.quòd dictum
Innoc.procedit in diuersis causis, vt sit sensus, quòd qui põt
accusare,põt etiam testificari, si non accusat & econuerso.tñ
Inn.loquitur in eadem causa,vnde intellige modo prædicto,
quòd idem potest esse accusator idest denuntiator & testis,
vt patet in teste sinodali, dicto cap.præterea.& sic loquuntur
iura præmissa, quæ allegat Innoc.vt ibi per Franc.Si tamen
aliquis se opponeret, ne contrahatur matrimonium in casu
prohibito, poterit esse etiam testis, vt not. Ant.de Butr.in
cap.ad audientiam.de spon.Et per prædicta videtur, quòd ad
probandum matrimonium contractum sufficiat vnus testis
cum iuramento procuratoris constituti ad contrahendum,
per nota.per dominum Nico.in cap.cum pro causa.de procu.
faciunt nota.per Pet.de Ancha.in cap.Romana.de testi.lib.
6.cum fi.facit supra quæst.45.facit in Spec.de teste.§.1.in 4.
colum.ver.item pone quòd administratio. & ibi per Bald.&
Ioan.And.

¶Sexagesimosexto quæro, quando contracto matrimo-
nio † accusatur coniunx de adulterio & petitur diuortium :
Quæritur ergo primo, qui admittuntur ad talem accusatio-
nem. Respondeo secundum Ray.licet tam secundum leges
quàm secundum canones quilibet bonæ famæ admittatur ad
accusationem adulterij, cùm agitur ad pœnam legalem vel
canonicam, tamen cùm agitur ad thori separationem, nul-
lus admittitur nisi maritus & vxor, secundum Pisan.Idem
Hostien.in sum.de diuor.§.quot modis.in princ.& in Spec.
qui matri.accusa.pos.in princ.per Ioan.And.in cap.maritis.
de adulterijs.& supra quæst.61.& per Pet.de Palu.in 4.distin.
42.quæst.2.& arti.2.& de diuor.quid sit & vnde dicatur, &
si.per eundem Pet.in dicta quæst.& arti.3.& extra de diuor-
tijs.per totum.& 32.quæst.7.cap.1.Adde infra q.proxima.&
nota,quòd petitur diuorcium etiam per alterum contrahen-
tium,infra q.165.in fi.

¶Sexagesimoseptimo quæro †, qualiter huiusmodi accu-
satio fieri debeat. Respondeo,maritus volens vxorem accu-
sare de adulterio ad pœnam legalem debet inscribere, & ad
pœnam talionis se obligare : nec potest agere per procurato-
rem, sed per se ipsum præsentem agere oportet : Sed si co-
ram ecclesiastico iudice vult agere ad thori separationem,te-
netur inscribere & dare libellum accusationis, sed non debet
se ad pœnam talionis obligare, quoniam siue probaret,quod
obijceret, siue non, haberet quod vellet : quia separaretur
ab vxore : & potest maritus agere, & illa respondere per pro-
curatorem, si necessitas id postulauerit, vt in capit.tuæ.de
procura.quia & si de crimine fiat accusatio, non tamen est
criminalis † sed quasi mixta, vt in dicto cap.tuæ.secundum
fratrem Nico.post Pisa.in §.matrimonium.Io.8.& per Ho-
stien.in sum.de diuor.§.quot modis.circa prin.& vide in Spe.
de adulterijs. Et quantum ad repudium videtur verior opi-
nio, quòd quandoque licuit repudiare auctoritate legis Dei,
sicut & iure ciuili licebat, & an post diuortium licebat con-
trahere : & de sim.per Pet.de Palu. in 4. distinct.33.quæst.1.
articulo secundo. Sed in principio vsque ad diluuium pro-
hibebat † repudium, 35. distinct. capitu.1. & similiter nunc
ibidem, sed tempore quo permittebatur erat, ne deterius,
seu grauius sequeretur, 3. distinct. §. officium. & quando-
que propter adulterium permittebatur, 4. distinct. si cuius.
& fuit vetitum in Euangelio, 13.quæst.1.§.sed obijcitur.&
per Ioan.And.in cap.1.de bigamis.& ad repudium vide infra
quæst.174.

205 ¶ Sexagesimooctauo quæro, vtrum maritus † possit vxo-
rem dimittere ꝓp adulteriũ. Rñdeo, accusare põt & dimitte
re,Matthei,18.qui dimiserit vxorem excepta causa fornica-
tionis &c. Et eodẽ modo vxor virũ, quia in tali casu non ad

imparia iudicantur, 32.q.1.si quis vxorem. & q.5.præcepit. & cap.Christiana.non tamen intelligendum est, quòd posset nubere alteri,32.quæst.7.omnes causationes,sed nec eam dimittere potest in septem casibus, vt infra quæst.75. & ista causa extenditur ad fornicationis suspitionem, scilicet quando suspitio est multum violenta, & certa, verbi gratia si ꝓbatum est, quòd fuerit solus cum sola, & nudus cum nuda in eodem lecto, aut simul in multis secretis locis & lateribus ad hoc commodis, & horis electis liberè vxor dimittitur,
206 32.quæst.1.dixit dominus. de presump.litteris. Item † extenditur ad vitium sodomiticum, vt propter illud vxor possit dimittere virum, & econuerso. 32.quæst.7.omnes causationes. & cap.adulterij. Est autem vitium † sodomiticum,
207 cum masculus in masculum, vel fœmina in fœminam turpitudinem operatur, secundùm glo. Ray. vt in sum. confesso. lib.4.titu.22.qõ.2.secundùm fratrem Nico. post Pisa. Idem
208 intelligendum † est de spirituali fornicatione, vt si maritus, vel vxor incidat in hæresim, vel labatur in Iudaismum, siue gentilitatem, secundùm Pisa.ergo videtur, quòd si non trahat propter hoc peccatum, non debeat separatio fieri: vide infra in quæst.100. pro quo videtur facere cap.quæsiuit. de diuor.secundùm Nico.in addi.in quo casu poterit ab illo separari, sed alij nubere non licebit, 28.quæst.1. idolatria. de diuort.quæsiuit. & cap.illa.extra de conuer.coniug.cap.vlti. immo nec dimittere potest si se corrigere velit, vt in cap.de illa. Idem quod hic nota.in sum. confesso. in dicta quæst.2. secundùm Rayn.Pet.& Thom. secundùm Nico. vbi supra, & aliqua tanguntur per Hostien.in sum.de diuor.§.quot modis.versi.generaliter ergo.& per Petr. de Palu.in 4.distinct. 35.quæst.1.primo articu. Et ad illud de vitio sodomitico per Ioan.Andr.in cap.maritus. de adulter.vbi concludit dominus Nico.post Ioan.Cald.& Anto.de Butr.quòd propter
209 vitium † sodomiticum, seu contra naturam, seu quamlibet fornicationem generaliter sumptam separatur matrimonium quo ad thorum, dicens, quòd talis opinio hodie communior est. Et ad illud de fornicatione spirituali adde Hostien.eod.§.ante fi. & generaliter in quibus casibus potest coniunx dimitti quo ad thorum, nota.27.quæst.2. Agatosa. in glo.dimittere. & 28.quæst.2. idolatria. & in d.cap. omnes causationes. in glos.in versicu.sodomitica. & ad illud propter supitionem, adde quod notat.32.quæst.1.dixit. & qualiter probatur notorietas adulterij, per Franc. in cap.
210 significasti. 2.notabili. de diuor. Adde, quòd maritus † non posset a se abijcere vxorem ex sola confessione gloriantis cum ea concubuisse, de excess. prælat.quàm sit graue, & ibi per Nico.

211 ¶Sexagesimonono quæro, vtrum si vir † polluat aliquam extra claustra pudoris, vxor possit eum dimittere. Respondeo,licet ex tali coitu affinitas non sequatur, tamen vir æque vel magis violat fidem matrimonij, & magis peccat, & ideo videtur dimitti posse. Nam constat in hoc casu, quòd fornicationem commisit, argu.32.quæst. 4. cap.meretrices. Idem in sum.confesso.eod. titu. quæst.3. secundùm fratrem Nico.post Pisa.immo dicas, quòd pro omni peccato contra naturam potest dimitti, argu.dicti cap.meretrices. vbi dicitur, quòd nomine Mechiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus vsus intelligi debet, secundùm Pet.de Palu.in 4.distinct.35.quæst.1. ar.1. conclusi.3.licèt glo.32.q.7.omnes causationes.aliter dicat secundum eum,& adde infra q.216.

212 ¶ Septuagesimo quæro, † quid si aliquid tale quid egerit cum propria vxore. Respondeo secundùm Hu. & Laud. vxor potest eum dimittere, sed videtur intelligendum si ipsa non fuit in culpa, sed violenta vel somno decepta, & hoc glos.32.quæst.7.omnes causationes. sentit, quòd propter huiusmodi extraordinariam pollutionem cum vxore vir non potest dimitti: potest distingui, si vult vir perseuerare in tali peccato propter periculum salutis, quod imminet vxori, contra quod potest & debet sibi prouidere, vt extra de diuor. gaudemus. possit dimitti, aliàs secus, cùm in hoc casu non diuiserit carnem suam in plures,ideo non potest ex hoc dimitti, sicut nec ex casu quæstionis sequentis secundùm fratrem Nico.in addit.ad Pisan.vbi supra. Si ergo vir non posset virgam intrare, sed solum extra claustra semem emittit, posset mulier, ne sit particeps peccati, non consentire viro, facit 35.quæstione tertia, extraordina. & infra quæstione 216. & quæstione 222.& sequentibus.

213 ¶Septuagesimoprimo quæro,quid si alter † coniugum se ipsum polluit.Respondeo secundum Gui.Hu.dicit, quòd nõ credit quòd potest dimitti. Idem in sum.con.eo.tit.q.4.secũdum eosdem.in contrarium facit s̃.q.69.& adde s̃.q.68.

214 ¶Septuagesimosecundo quæro, nunquid propter † solam voluntatem seu intentionem adulterandi potest alter coniugum alterum dimittere.Respondeo secundum Gui.nõ, quia verbum fornicationis cum effectu accipiendum est, argu.de pœni.distin.1.hæc autem verba.Idem in sum.con.eo.tit.q.5. secundum eosdem,vide.s̃.proximis quæst.

215 ¶Septuagesimotertio quæro, vtrum † vir teneatur vxorẽ adulteram dimittere.Respondeo secundum Pet.si fornicatio est occulta,nec potest probari, non debet dimittere. Idem si speratur correptio,licet vxorem retinere,quia & separatio ad correptionem indulta est, concor.Tho.vt in sum.con.eo.tit. q.6.secundum eosdem.adde.j̃.q.75.in fi.

216 ¶ Septuagesimoquarto quæro, vtrum vir vxorem † adulterantem possit propria auctoritate dimittere. Respondeo secundum Tho.in 4.dist.35.quando viro constat de fornicatione vxoris, potest auctoritate sua eam dimittere quantum ad thorum, scilicet debitum ei negando:nam si commisceretur ei, nõ solum irregularitatem,sed etiam generaret sibi impedimentum accusandi,vt in Pisa.in ver.debitum.ver.vtrum vir teneatur.sed si ei debitum reddat compulsus auctoritate, licèt irregularitatem incurrat, non tamen sibi generat præiudicium accusandi:si vero loquamur quo ad cohabitationem, non licet viro vxorem dimittere sine iudicio ecclesiæ,& si dimiserit debet cogi ad recipiendum, nisi vir incontinenti fornicationem probare potest. Et secundum Hosti.si probetur infra octo dies, non restituetur, quibus elapsis, si non probauerit, plena restitutio fiet: & sic potest intelligi 34.q.2. ecclesiastica.alias incipit, historia. Dicit etiam Hostien.quòd si adulterium sit notorium, ita quòd inficiationi non sit locus, tunc potest adulteram suam auctoritate dimittere,extra de diuor. significasti.& multo fortius debitum denegare. Idem Innocen.sed Guil.addit, quòd & si notoria sit fornicatio mulieris, quandiu tamen ipsa non recedit a viro, nec publice moratur cum adultero, non potest eam dimittere seu expellere auctoritate propria, quod si fecerit cogetur eam recipere: si ipsa publice moretur cum adultero, non tenetur eam maritus recipere, siue eam expulerit, siue non. Idem in sum.con.eo.titu.quæst.7.& 10.Similiter etiam eam recipere non tenetur, si postquàm illam expulerit, adulteretur notorie, etiam si cum adultero non moretur: pro quo extra de diuor.cap.significasti.& in hoc casu potest ea inuita monasterium intrare, nisi & ipse fuerit fornicatus, secundum eosdem, vbi supra, & per Hostien.in sum.de diuor.§. quot modis.versi.generaliter ergo.& hoc intellexit Goffredus per Franc.de diuor.significasti.4.oppo.& sequenti,& in cap.porrò.vbi plene per Ant.de But.in 3.colum.& supra q. 68.in fine. & adde infra q.109. & in his cõcordat Pet.de Pal. in 4.distinct.35.quæst.1.arti.4. per totum, vbi etiam ponit. quinq; conclusiones de paritate & disparitate coniugum in diuortio quantum ad accusandum, quantum ad pœnam, quantum ad culpam, & quòd vir adulterando magis peccat quàm mulier, & quòd molestatus a passionibus non debet desperare, sed vt sit promptus resistere & eas deuincere, ibi latius, & intellige de irregularitate bigamiæ, vt per Hostien. in sum.de diuor.§.quot modis. versi.quintus.& de biga.§. quot sunt species.versi.5.& §.penul.versi.9.cum si.

217 ¶Septuagesimoquinto quæro, in quibus casibus † non potest adultera a viro accusari vel dimitti. Respondeo secundum Rayn.in septem casibus.primus, si vir conuinciturde fornicatione, 32.quæst.6.per totum, de diuor. significasti. Idem si vir fornicatus est occulte, illa manifeste, quia non potest eam sine peccato dimittere neq; accusare, quia mulieri non deficit ius excipiendi, sed probatio: Sed notandum, quòd bene fit compensatio naturalis ad naturalem,quia eiusdem generis sunt, sed non corporalis ad spiritualem, sed econuerso.nemo enim cogendus est in periculum animæ suæ communicare infideli, sed nec prohibendus est ius suum ab infideli repetere:vnde adulter potest repellere hæreticũ,non ecõuerso, quia hæresis est grauior fornicatio:vbi autem mulier est ignara vel oppressa, excusatur, quia adulterium dolũ respicit.Secundus casus est,si ipse prostituit eam,extra de eo, qui cogno. consan. discretionem: Secus autem si indirecte occasionem ei dedisset expellendo eam, vel necessaria negando, quia non est ignoscendum ei, quæ prætextu paupertatis

pertatis turpissimam vitam elegit, nisi eam expellendo hoc intendisset & voluisset, de diuor.ex litteris.ad hoc not. per Franc.in cap.significasti.1.& 2.oppo.Tertius est,cùm ip-
218 sa credebat † virum defunctum,& nupsit alij, quia maritus rediẽs tenetur eam recipere,j̃.q.199.Quartus, si cognita fuit latenter ab aliquo, quem credebat virum suum,ar.34.quæst. 2.in lectum. Quintus, si fuit vi oppressa,35.q.5. proposito. quod intelligo de vi absoluta,alias non excusaretur, vt quia metu vel præcepto parentum vel instantia consanguineorũ vel alia consimili causa fornicetur cum aliquo etiam cõtrahendo cum illo de facto, quia non excusaretur,facit.32.q.7. omnes causationes.Sextus,quando reconciliauit eã sibi post adulterium, vel eam publice adulterantem retinet in cõsortio maritali,32.q.1.cap.2.& 3.& in l.crimen adulterij.C.de adulte.Septimus est, si aliquis infidelis coniugem repudiauit,& illa nubat alteri,postea vir conuertatur ad fidem:similiter mulier tenetur eũ recipere, extra de diuort.gaudemus. §.vlti.ad hoc.j̃.q.173.concor.Pet.& Tho.in 4.distin.35.cõcor.etiam Goffre. & Ho.vt in sum.confes.lib.4.titu.22.q.8. secundum pisa.& Nico.& Pet.de pa.in 4.distin.35.quæstio. 1.articu.2.& Ho.in sum.de diuor.§.quot modis.versicu.primus casus. Et adde ad præmissa & ad ea quæ dicta sunt s̃.q. 73.ꝯ in quinque casibus non tenetur vir vxorem dimittere, licèt potest.Primo,quando occultum est,quia cessat ratio de scandalo. Secundo, quando correpta est, uel spes de correptione.Tertio,quando incorrigibilem ammodo potest compescere includendo,& sic cohibẽdo,ne exeat, & ꝯ nullus intret nisi ipse.Quarto,quãdo saltem plus prohibetur, per hoc ꝯ retinetur,quàm exposita,quia eo ipso se prostituet. Quinto,quando timet sibi de incontinentia, vt per Pet.de pal.dicta.q.1.artic.3.sed non sic in muliere,quia non habet sic corrigere facto,sed verbo, nisi uellet eam innaturaliter cognoscere, tunc enim propter hanc fornicationem innaturalem tenetur dimittere quo ad thorum, sic quòd permittat prius se occidi quàm consentiat sic se abuti. Item propter fornicationem spiritualem, si timet ne cohabitando ipsam peruertat,etiam quo ad domum tenetur dimittere eum, aliàs si nõ timeret de hoc,ius suum petere non prohibetur,maximè ꝑ ꝑiculũ incontinẽtiæ,ſm Pet.ibidẽ,q etiã subdit, an adultera pœnitens possit dicere & iurare nõ esse adulterã,ibi uideas.

219 ¶Septuagesimosexto quæro,quis † sit effectus accusationis de adulterio.Respondeo secundum Rai.effectus est, ꝯ si maritus probet vel illa confiteatur,nec excipiatur contra eũ de aliquo proximorum septem casuum,absoluitur a cohabitatione & seruitute, qua ei tenebatur, & potest ingredi religionem ipsa in vita, 27.q.2.agatosa.sed tamen continere tenetur,quandiu illa vixerit.Idem Tho.& Pet.in 5.distin.36. Idem in sum.confes.eo.titu.quæst.9.secundum fratrem Nic. post pisa.licèt ergo sit licitum dimittere vxorẽ propter fornicationem, non tamen postea poterit iterum contrahere matrimonium illa uiuente, vt per Pet.de pal.in 4.distin.35. q.2.artic.1.& ꝑ Host. in sum.de diuor.§. effectus huius sententiæ.& scias,ꝯ iudex inferendo sententiam diuortij debet ponere totum processum, narrando &c.vt plene per Hosti. eo titu.§.fi.& adde supra q.64.

220 ¶Septuagesimoseptimo quæro, an † confessioni coniugũ stetur quo ad separationem thori.Respondeo sic, vt in cap. ex litteris.de diuor. secus si ageretur ad separationẽ vinculi, de eo qui cogno.consan.super eo.vt per Ioan.And.in dicto cap.ex litteris.in princ. & not.in cap.1.in fin.de fri.& 30.q. vlti.§.his ita.& per Ho.in sum.de eo qui cogno. consan.§.fi. versi.vnde videtur.& ante fi.vbi dicit,arbitrium: possent eẽ concurrere alia indicia,vt per Ioan.And.in cap.nos.in prin. de purg.cano.vt quia iudex omnino certus est, ꝯ mulier vel confitens contra matrimonium appetit matrimonium: nam tunc posset ei credere cum alijs coniecturis, vt per Anto.de But.in cap.attestationes.ante medium post Ioã. And.& Ho. de desponſ. impub.& j̃.q.93.& in Specu.qui ma. accu.poſſ. ante fin.ibi,item an coniuges diligant.&c. & per eundẽ An. & Doct.in cap.3.loco.de præsump.& optime per dominum Nico.in cap.cum causa.de rapto.in vlti.colum.& vide eum in dicto cap.super eo.Sic ergo ad confessionem cõiugis quãdoque separari tentatur, de offic.delegat.causam matrimonij,& adde not.per Arch.30.quæst.5.siquis.& 35.q.2.si quis homo.& q.6.si duo.per eundem. & adde.j̃.q.100. & præsertim non creditur in præiudicium sequentis matrimonij, vt per Ioan.And.in cap.is qui.in 2.colum.de spon.faciunt not. in Spec.de confes.§.2.ver.10.& sequẽti.& §.3.ver.illud quo-

221 que.Si tamen uariarent † in eorum confessionibus, uide in c.illud.de præsumpt.& in c.per tuas.de proba.& facit.c.vnicum.ut eccle.benefic.in uers.gratia. & Franc.in cap. per inquisitionem.5.& 6.oppo.de elec.vnde etiam si confiteretur de religione,non præiudicaretur matrimonio, ut per Ioan. And.in c.consulti.circa princ.de regula.& in cap.vno.de eo qui mi.in poſſ.lib.6.secus si matrimonium non fuisset consummatum, ut per eundem in cap.ex parte.2.de conuer.cõiuga.in 2.colum.vel si non ageretur de fide coniugij, ut supra,& per eundem in cap.veniens,in fin.eo.titu.& ad prędicta facit, quod not. Ho.in sum.de iureiur.§.& super quibus, ver.quid de causa.in princ.& per Doc.in cap.super eo.de eo qui cogno.consan.si tamen confitentes vellent in continentia manere,eis crederetur, 33.quæstio.5.quod Deo. Anto. de Butr.in cap.1.de fri.circa princip. Et nota, quòd plerumque iurãt coniuges ad inuicem, quòd vnus alium non repetat,de iureiuran.tua.lo.2.& talibus collusionib. est obuiandum,Ioan.And.in c.super eo.de eo qui cogno. & legitur & no.in cap.ueniens.de regula.& in cap.tua nos.2.de iureiurã. & ibi Doc.Nec ualet transactio inter eos, not.Domini. post Ioan.And.in cap.vno.de lit.contest.lib.6.in 2.colum. & not.

222 quòd creditur confessioni † coniugum in præiudicium sequentis matrimonij spiritualis, de rapto.cũ causam.De quo tamen dic,ut ibi per Ho.Franc.& Doct.quia similiter faciũt, an stetur confessioni coniugum de matrimonio præsumpto, ut non separentur non obstante compaternitate superueniente publicè, vt in cap.2. de cogna.spiritua. cum simil. & faciunt not.per Anto.de But.in cap.consanguinei, de re iudi.facit.j̃.q.88.& 159.in fin.& supra 11.not.in princ.

223 ¶Septuagesimooctauo quæro, qd si uir † dimiserit adulteram auctoritate propria,& intrauerit monasterium, nunquid potest ab ea reuocari. Respondeo secundum Guil. videtur Hu.notasse, quòd si uxor publice morata sit cũ adultero, vir etiam ante sententiam potest intrare monasterium ea inuita, sed illa eo inuito non potest: secus si non publice moretur,quia tunc nõ potest ante sententiam,& si ingressus fuerit,poterit reuocari,s.quousque probetur adulteriũ, 27.q.2.agatosa.& si probetur incontinenti, non fiet reuocatio, secundum pisa. & fratrem Nico.in addi.& facit supra q. 74.faciunt not.in Specu.dẽ rescrip.præsent.§.ratione formę. 8.colum.ver.si vero dicit.

224 ¶Septuagesimonono quæro,quid si muler adultera † ingressa est monasterium, nunquid uir poterit eam reuocare. Respondeo secundum Gui.eam reuocare potest:nam innocens potest ingredi, adulter uero uel adultera non potest sine licentia, secundum pisa.nisi lata sententia diuortij: tunc enim idem iudicium est de muliere & de uiro, s.quòd utetque altero inuito potest intrare religionem,quia per sententiam ecclesiæ vterque ex toto renunciat iuri suo, secundum Hu.& in sum.con.lib.4.titu.22.q.14.secundum fratrem Ni. in addi.Si tamen ingressa est uiro sciente & non contradicẽte,satis potest uideri data licentia, & uir tenebitur continere,facit 27.q.2.agatosa.secundum eũdem, ad quod.j̃.q.proxima.& adde no.in c.de illa.de diuor.per Anto.de Butr.

225 ¶ Octuagesimo quero, quid † si post latam diuorcij sententiam, & postquàm alter factus est sacerdos, uel religionem intrauit, constat ecclesiam fuisse deceptam, vtputa per falsos testes,nunquid restituetur. Respondeo secundum Rai.etiam si professionem fecisset, nihilominus restitueretur,& teneretur reddere debitum, non tamẽ exigere posset. Sed in dictis nunc casibus si mulier non repetit iterum, non potest vir repetere uxorem, quia præiudicauit sibi per sacri ordinis susceptionem,uel religionem, secundum pisa.Idem in sum. confes.li.4.titu.19.q.4. & fortè si mulier petisset diuortium,non posset reuocare, quia uidetur renunciare iuri suo per talem petitionem, secũdum Hug.ut patet ex dictis s̃. proximè:quia nisi forte ducta fuisset ex cõscientia putans

226 affuisse impedimentum, quod non erat, quia † errans non uidetur consentire, ff.de iurisdic.omn.iudi.l.si per errorem. secundum fratrem Nic.in addi.& ad hæc adde.j̃.q.89.ad fi. & quia contra matrimonium non obstat res iudicata, de re iudi.lator.& l.consanguinei.nec transactio, de transact.cap. fin.& per Ioan.And.in cap.vno.in princip.de lit.contesta.li. 6.frater Iacob. de Marchia dixit hic aliqua uerba redarguẽdo pisa.sed in idem recidunt: & adde infra quæst.92.& not. in cap.lator.de re iudi.& infra q.93.& q.222. Et nota,quòd

227 † in sponsalib. sententia transit in rem iudicatam,s̃.q.2.

228 ¶Octuagesimoprimo quæro, pone † ꝯ lata sit sententia propter

propter adulterium vxoris, postea vir adulteratur, nunquid poterit mulier eum repetere. Respondeo, secundùm Ray. nõ potest de iuris rigore, tamen iudex ex officio suo debet illũ compellere, ar. de iureiur. tua nos. & de diuor. ex litteris. vnde Paul. ad Corinthi. 7. dicit his, qui matrimonio coniuncti sunt, Precipio non ego, sed Dominus vxorem a viro suo nõ discedere: quòd si discesserit manere debet innupta, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem suam nõ dimittat. vnde & secundùm Guil. vxor de canonica æquitate potest virum repetere, quia exceptionem rei iudicatę elidit replicatio de adulterio. Idem Tho. Ala. & Pet. ſm Pisa. Idem Hostiẽ. vt in sum. confesso. lib. 4. titu. 22. q. 12. & ꝓ hæc repetitio potest fieri de æquitate canonica, satis videtur probari in c. significasti. & c. ex litteris. de diuor. ſm fratrem Nico. in addit. & per Host. in sum. de diuor. §. quot. ver. quid si sententia.

229 ¶Octuagesimosecundo quæro, vtrum vir & vxor † æqualiter peccent propter adulterium. Respondeo, ſm Pet. licet in causa adulterij vir & vxor ad æqualia iudicantur, quia vtriq; licitum est alterum dimittere, non tamen hoc est ex æquali causa siue peccato, nam vno modo mulier plus peccat, quia peccat contra bonum prolis: Sed alio modo æqualiter peccant, ſ. propter bonum fidei, & hæc est causa sufficiens dimissionis, ideo iuste licet vtriq; dimittere alterum. Tertio modo ceteris paribus plus peccat vir propter prædominantiam rationis, Idem Tho. in 4. dist. 35. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 2. secundùm Pisa. & fratrem Nico. & s̃. q. 74. in fi. dehonestatur tamen † vir magis ex adulterio vxoris, quàm econtra, Host. in sum. de bigamis, super arbore. circa hoc ver. 5. & de filijs presbyterorum. §. quæ est causa.

230

231 ¶Octuagesimotertio quæro, pone † ꝓ vir ꝓꝑ vxoris fornicationem separatus est per sententiam, modo vult eam reconciliare sibi, & illa non vult, nunquid est cogenda. Respondeo ſm Ray. vir, qui non peccauit, potest petere compelli eã etiam inuitam non obstante sentẽtia, quia quod fauore meo introductum est, in damnum meum retorqueri non debet, C. de leg. l. quod fauore. arg. 32. q. 1. non erit. Idem Tho. Pet. & Goff. ſm Pisa. hæc intelligenda sunt, nisi vir post sentẽtiã fuerit fornicatus, & nisi mulier mutasset statum, ſ. ingrediendo religionem, ſm Pet. & Tho. vt in sum. confess. eo. tit. q. 15. facit s̃. q. 79. ſm eosdem. ad quæ adde per Franc. in c. ex litteris. 1. q. & in c. de illa. 3. q. in fi. & seq. & plenè per Pet. de Pal. in 4. dist. 35. q. 2. ar. 2. & plenè per Ant. de Butr. in d. c. ex litteris. in pen. & vlt. col.

232 ¶Octuagesimoquarto quæro, pone † ꝓ vir adulteratus est occulte, sed mulier manifeste, nunquid vir potest illam accusare, & sine peccato. Respondeo ſm Ray. credo, ꝓ non, quia nõ deficit vxori ius excipiendi, sed probandi, ar. 32. q. 6. per totũ. Idem Tho. Ala. Goff. & Host. si tamen vir egisset penitẽtiam, & mulier monita nollet agere, sed in adulterio perseuerare, sine peccato posset eam per sentẽtiam dimittere, 32. q. 1. c. 1. Idem Goff. & Host. Idem in sum. conf. eo. titu. q. 15. ſm Nico. post Pisa. & Host. in sum. de diuor. ver. quid si vir. & Arch. 32. q. 6. nihil. & adde nota. per Ant. de But. in c. de illa. de diuor.

233 ¶Octuagesimoquinto quæro, nunquid vxor † adultera post pœnitentiam potest repellere uirum ab accusatione. Respondeo secundùm Ray. credo ꝓ non, quia pœnitentia non tollit ius accusandi in foro iudiciali, 22. dist. primum. 33. qõ. 2. admonere. 6. q. 1. qui finem. uer. uidendũ. in princ. Idem Thom. Alan. Goff. & Host. idem in sum. conf. eo. tit. q. 16. secundùm eosdem, & per Host. in sum. de diuor. uer. sed nunquid digne. & uide Franc. in c. de illa, de diuor.

234 ¶Octuagesimosexto quæro, quid si alter † coniugum fornicetur carnaliter, & alter spiritualiter, nunquid fiet compensatio. Respõdeo, secundùm Host. dicas ꝓ si accusatur quis de spirituali fornicatione, ut de hæresi, & excipiatur de carnali, scilicet de adulterio, nihilominus procedetur, nisi conuerti uoluerit, quia si conuerti uelit, compensatio locum habet: si fit accusatio de carnali, & exceptio de spirituali, exceptio admittetur, & super ipsa exceptione promptius procedetur: hoc dixi propter periculum hæresis siue infidelitatis. Idem in sum. confes. eo. titu. q. 17. secundùm Nico. post Pisa. & per Host. in sum. de diuor. uer. quid si unus. & per Franc. in c. de illa. 4. q. de diuor.

235 ¶Octuagesimoseptimo quæro, utrum † propter aliud crimen possit uxor dimitti. Respondeo, secundùm Thom. in 4. distin. 29. propter alia peccata dimitti non potest, nec quo ad uinculum, nec quo actum, nisi forte ad tempus uelit se subtrahere a consortio uxoris propter castigationem eius subtrahendo ei solacium præsentiæ suæ: nam & quando vxor præstat magnam occasionem ruinæ uiro suo, tunc vir subtrahere se potest ab eius conuersatione. Idem alleg. addens, quòd non oportet cohabitare furi aut vsurario, si non vult resipiscere, sed cessante scandalo reconciliari debet, 28. q. 1. vxor. secundùm Pisa. & ad dictam subtractionem facit illud Matth. 18. Si dextera tua scandalizat te, abscinde eam. &c. vbi dicit glo. quòd in manu & in oculo possunt fratres, vxores, propinqui, & filij intelligi, secundùm Thom. prædictis etiam concor. Pet. qui dicit, quòd quando coniunx propter peccatum suum est scandalum, potest dimitti quo ad cohabitationem temporalem, quousque corrigatur, & cessante scandalo debet fieri reconciliatio, vt in sum. confesso. eo. tit. q. 18. secundùm eosdem. & ad hæc vide supra quæst. 68. vnde si sit tale crimen, quòd timet coniunx corpori suo, nec potest sibi secure aliter prouideri, licet coniugem dimittere, sicut vxor, in cuius vtero vir per sæuitiam tres pueros occiderat: quia si non tenetur debitum reddere cum periculo corporis, multo minus cohabitare, de resti. spo. ex transmissa. & cap. litteras. in fi. & sic falsa est glo. de diuor. capit. 1. quòd non est dimittenda vxor etiam si vitæ viri fuerit insidiata, nec hoc dicit decretalis, quam allegat, vnde generaliter verum est, quòd vbi coniunx non potest aliter prouidere securitati suæ vitæ nisi coniugem dimittendo, non tenetur ei debitum reddere nec cohabitare cum periculo corporis sui: & idem videtur, quando coniunx non vult aliter cohabitare nisi permittat eũ peccare & incorrigibilis & pertrahit ipsum ad crimen, ita quòd licet non cogatur peccare, tamen propter periculum suæ fragilitatis, ne coniugalis societas ipsum pertrahat ad peccatum, teneat illud, si oculus tuus scandalizet te. &c. Si enim cum periculo corporis non tenetur manere, multominus cum periculo animæ: & sicut non tenetur propter infidelitatem, ita nec propter periculum aliorum criminum, licèt ad nullum possit cogi &c. Sed propter alia crimina, in quibus coniunx non timet probabiliter animæ suæ nec corpori, non debet derelinquere coniugem, etiam si sit incorrigibilis, nisi sit fornicatio carnalis, in qua propter vnicum actum potest dimitti: aut spiritualis, ꝓpter quam incorrigibilem potest dimittere, & sic intelligitur de diuor. c. 2. secundùm Pet. de Pal. 4. dist. 29. ad finem.

236 ¶Octuagesimooctauo quæro, quando † aliquis petitur in virum, vel aliqua in vxorem, quomodo in hac causa procedendum sit. Respondeo, secundùm Ray. Si mulier petit aliquem tanquam virum, vel econuerso, videndum est, vtrum velit agere petitorio iudicio, vel possessorio. Primo, an mulier dicat aliquem esse suum maritum, quia contraxit cum ea, & petit eum sibi adiudicari in maritum, quod est agere petitorio, quasi agat de proprietate: an eum petat sibi restitui tanquam ab eo iniuste fuerit dimissa, & hoc est agere possessorio, quoniam petit possessionẽ viri sui, igitur si agat petitorio, dicens aliquem esse virum suum, & ille negat excipiendo quòd illa non potest esse vxor propter tale vel tale impedimentum, per prius tractabitur exceptio mariti, quia ea probata quæstio principalis permittitur: erit enim vir absoluendus, extra de ordi. cogni. cap. 1. Idem in sum. confesso. lib. 4. titu. 3. q. 1. secundùm fratrem Nico. post Pisa. in §. matrimonium. el 9. & adde in Spec. de spon. §. sequitur. versi. nunc dicamus. & §. sequenti.

237 ¶Octuagesimonono quæro, quid † si agat possessorio. Respondeo, secundùm Rayn. quando petit sibi maritum restitui, licèt maritus obijciat de consanguinitate vel alio impedimento, prius debet fieri restitutio mulieri, quàm cognoscatur de exceptione mariti, extra de diuor. porrò. de restit. spol. ex conquestione. & cap. litteras. vt si impedimentum consanguinitatis vel huiusmodi esset notorium, vt in dicto cap. porrò. hoc tamen fallit in quibusdam casibus, in quibus restitutio non debet fieri. Primus est, si obijciatur mulieri fornicatio publica & manifesta, de qua probato quòd sit notoria, ita ꝓ non potest aliqua tergiuersatione celari, non restituetur, nisi ipsa probaret virum adulterium commisisse, quia tunc restitui debet, etiam si fuerit fornicata publice, extra de diuor. significasti. & de isto casu vide supra, quæst. 74. Secundus casus est, si obijciatur consanguinitas, maxime quæ diuina lege prohibita sit, & probationes offerantur incontinenti paratæ, in quo casu debet recipi iuramentum ad cautelam, ne scilicet huiusmodi obiectio malicioſe fiat, & tunc fiet quidem restitutio quantum ad cohabitationem, non tamen quo ad carnis copulam, vt in dicto cap. litteras.

litteras. Tertius casus est, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, scilicet super diuortio, non est restitutio facienda, nisi primo de illa exceptione cognoscatur, extra de offic. delega. causam. Quartus est, quando scilicet vir petit sibi restitui vxorem sufficienti cautione recepta, quòd ei malum non inferat, extra de restitu. spo. ex transmissa. de qua cautione, j̃. q. 101. & si ita capitali odio eã persequitur, quòd merito de ipso diffidat, nec possit ei de sufficienti securitate prouideri, non solum non debet restitui, sed ab eo potius remoueri, vt in dicto cap. litteras. concor. Pet. & Tho. uide de istis casibus secundum Anto. de Butr. in cap. 1. 3. col. ut lite non contestata. Addit vlterius Rai. in omnibus alijs casibus credo, ꝓ mulieri uirum petenti sit restitutio facienda & econuerso, dummodo probet se in possessione fuisse, & a uiro spoliatam sine iuris ordine, quia hæc duo probare habet, extra de offic. deleg. consultationibus. & extra qui fil. sint legi. causam. el 2. Idem in sum. confes. d. q. 1. secundum fratrem Nico. post pisa. & per Pet. de pal. in 4. distin. 32. q. 2. in princ. & not. in c. 1. in glo. 4. ut lite non contesta. per Ioan. And. ibidem, & in c. dudum. circa prin. de conuer. coniu. & in Spe. de peti. & pos. §. fin. uer. penult. per qnæ uidetur, quòd si petens restitutionem confitetur habuisse coniugem, qui dicit mortuum fuisse tempore contracti secundi matrimonij, quòd non fiet restitutio, antequàm doceat, quod asserit, cum suspicetur per ipsius confessionem de impedimento, dicto cap. litteras. §. nos autem. & sentiunt Doct. ubi supra. facit, quia ecclesia nõ daret tali licentiam contrahendi, de sponſ. in præsentia. cum simi. facit infra q. 91. & ad prædicta adde not. per Ho. in sum. de restitu. spol. §. in casibus. & §. cum quæritur. & per Anton. de But. in cap. cum locum. in fine, de sponſ. Et quia si agitur possessorio in matrimonio carnali seu spirituali, debet iustificari possessorium, de restitu. spol. ex parte M. ut no. Imo. in cle. 2. de cau. pos. super glo. fin. in 2. & 4. col. de restitu. spol. libro 6. & Ioan. And. in addi. Speculato. in §. porrò. in titu. de spon. & Franc. in cap. ex transmissa. & cap. ex conquestione. 3. oppo. de restitu. spol. & in cap. 2. ut lite pen. Et nota, quòd

238 in matrimonijs † etiam si sit separatio uoluntaria competit restitutio vni contra alterũ, q̃ peti potest per officium iudicis, vel condictione ex decretali ueniens. de regula. quinimmo etiam alter coniugum sponte recedens si nõ admittitur restitutionem petit, de restitu. spol. litteras. secundum Ioan. And. in dicto cap. ueniens. & ibi per Franc. in nota bilibus, facit supra quæst. 77. Et quãtum ad primum casum vide per Franc. in dicto cap. significasti. 3. oppo. & in vlti. colum. de diuor. Item ad vltimum adde, quòd si non fuisset traducta nec copula interuenit, nõ diceretur spoliata, & sic non fieret restitutio agenti possessorio, secundum Doc. & Fran. in c. cum locum. 2. colum. & in cap. consultationi. 5. oppo. de spon. Similiter si sine iudicio ecclesiæ contraxerunt, secundum Ioã. And. & Franc. in eap. porro. ad fi. de diuort. ad præmissa, j̃. q. proxi. Item notandum, quòd si uir fuit leno uxoris, non fieret ei restitutio uxoris, per not. per Ioan. And. in cap. discretionem. in uer. ad ipsam. & per totum, de eo qui cogno. consang. & per præmissa etiam not. s̃. q. 55.

239 ¶Nonagesimo quæro, quid si mulier propria † auctoritate recesserit a uiro, & modo ipsa petit restitutionem, nunquid debet restitui. Respondeo secundum Gui. secundum quosdã non debet restitui: Sed secundum Innoc. debet, quod uerum credo, quia eo ipso quòd rediens non admittitur, est expulsa ut cadat a possessione, ff. de acquirenda poſſ. l. clam possidere. in fin. & ff. de ui, & ui ar. l. 1. §. siue autem. Idem not. Ber. extra de diuor. significasti. Idem Hug. nisi ipsa fuerit fornicata publice uel cum adultero publice morata: argumentum etiam pro hac opinione extra de iureiuran. tua nos. Idem in sum. con. eo. titu. q. 1. secundum fratrem Nic. post pisa. Idem in Spec. de spon. §. fin. ver. quid si mulier. & Franc. in dicto c. significasti. q. 1. & supra quæst. proxi. circa finem.

240 ¶Nonagesimoprimo † quæro, qd si is qui petitur tanquàm coniunx negat matrimonium. Respondeo secundum Rai. ille, qui proponit, habet probare alioquin succumbit, extra de causa poſſ. & proprieta. cum ecclesia. & de iureiuran. cap. fin. secundum eosdem. vnde si mulier impetita negat matrimonium esse, ex quo per prius cum altero contraxetat per verba de præsenti, qui uiuebat tempore secundi matrimonij, & probat de tali primo contractu, uidetur quòd agens necesse hebeat probare, quòd ille primus vir mortuus erat tempore contracti secundi matrimonij: nam ista negatiua, quòd tunc temporis non uiuebat, probanda est per ipsum uirum agentem, quia est causa suæ intentionis, vel saltem quia mulieris intentio est fundata præsumptione, ꝓ tunc uiuebat, si per neutram partium probetur, ꝓ fuisset mortuus, per not. per Anto. de But. in c. consanguinei. de sent. & re iudi. & per no. per Francis. in capitu. super his. de ac. & in cap. 2. de scisma. & quod notat Ang. in l. fin. §. docere. ff. ne quis eum. & c. facit decisio Rotæ. num. 439. ad fin. incipit, Item extra rotam petebatur, &c. & supra q. 89.

241 ¶Nonagesimosecundo quæro, pone † ꝓ post latam ex errore diuortij sententiam vir factus est sacerdos vel religiosus, nunquid debet restitui vxori petenti, habes supra q. 80. ꝓ si uxor ingressa est monasterium aliàs non ingressura, nisi quia credebat diuortium iuste celebratum, nunquid comperta pueritate potest uirum suum repetere. Respondeo secundum Gui. non, quia falsa causa non impedit votum monachatus, sicut etiam de viro dictum est supra q. 80. Idem in sum. con. eod. titulo q. 6. secundum fratrem Nico. post pisa. vbi. s̃. frater Iacobus de Marchia impugnat hoc dictum, quia mulier nõ volũtarie effecta fuit monacha sed decepta & errãs, ergo. &c. Sed hoc dictum fuit in d. q. 80. vnde ratio Guilielmi procederet in eo, qui non esset alteri alligatus, aliàs ab illo repeti posset, vt supra. §. 1. q. 40.

242 ¶Nonagesimotertio q̃ro, quid si religiosus vel † religiosa petitur tanquàm coniunx, & confitetur matrimonium & copulam carnalem. Respondeo secundum Guil. in hoc casu standum erit confessioni, vt puta mulieris, & restituenda erit viro petenti, nulli enim ex hoc fit præiudicium nisi ipsis, nec est credendum eos immemores salutis suæ, 1. q. 7. sanctissimus. aliud tamẽ esset dicendum in rebus, quas dedisset monasterio: Idem Ber. & Innocẽt. extra de rapto. cum causam. secundum pisa. Ho. tamen dicit, quòd si constat personam omnino tendere ad separationem matrimonij spiritualis. ſ. religionis, vel carnalis, contra quod confitetur, non stabitur confessioni suæ, extra de eo qui cogno. consang. super eo. sed si constat, quòd nullo modo uellet matrimonium separari, tunc stabitur confessioni eius, vt in d. cap. cum causam. quia cuilibet creditur contra se non pro se, & quod in primo loco dictum est, ſ. quòd stetur eius confessioni, vt in sum. con. eod. titu. q. 9. Sed certe non videtur, quòd debeat stari confessioni contra matrimonium etiam carnale vt in dicto cap. super eo. & multo minus contra spirituale, cùm sit fauorabilius, vt in cap. ex publico. de conuer. coniuga. nisi constaret personã ante ingressum religionis traductam, quia tunc crederetur sibi confitenti copulam interuenisse, & iste est casus d. cap. cum causam. secundum gl. ibi: nec mirum, quia hoc casu etiã si mùlier negaret, crederetur viro asserẽti copulam interuenisse, extra de desponsa. impub. cap. continebatur. secũdum fratrem Nico. in addi. ad pisa. Ad idem etiam tendit, quod dixit hic frater Iacobus de Marchia, quia multæ monachæ taliter exirent de monasterijs, &c. pro hoc facit. s̃. quæst. 26. circa medium, & optime. s̃. q. 77. & de hoc habetur in d. cap. cum causam. per Ioan. And. & Doct. vbi etiam dicit Franc. ꝓ si monasteriũ assisteret mulieri, & probaret de legitima professione, non restitueretur nisi plene doceatur de matrimonio præcedente, & de consummatione eius, secundum eum.

243 ¶Nonagesimoquarto quæro, qualiter † seu ad quid coniunx spoliatus est restituendus. Respondeo secundum Rai. debet restitui ad omnia illa, de quibus probauerit se spoliatum, vt gaudeat pacifica possessione & plena securitate, 3. quæstio. 1. reintegranda Sed si mulier dicat se habere suspectum virum, ne forte eam lędat, & causam verisimilem ostendat, ad iudicem spectat facere sibi caueri sufficiẽti cautione, ꝓ tractabit eam bene sicut vir debet vxorem, & quòd non lædat eam in persona vel rebus, & huiusmodi cautionem præstabit per iuramentum, 32. quæstio. 1. de benedict. secundum pisa. ibi, nihil habetur de iuramento, sed glos. dicit, quòd si mulier nihil allegat de suspitione viri, sufficiat nulla promissio. Si autem dicat eum suspectum, oportet quòd idonea cautio ei præstetur, idest fideiussores & pignora, vel forte iuramentum, si forte vir magis illud timeat: si uero tanta sit sæuicia viri & nulla cautio videatur sufficere, tunc non est reddenda, sed alicui honestæ matronæ committenda, extra de resti. spol. ex transmissa. & c. litteras. in fi. secundum fratrem Nico. in addi. ad Pisa. & si mulier nõ confidat de iuramento, debet vir præstare cautionem pignoratitiam vel fideicommissoriam sub certa pœna, arg. extra, vt lite non contest. quoniam frequenter. & 23. q. 5. prodest. & q. 4. ca.

4.ca.vindicta.& facit.ſ.q.89.ſecundum Piſa.vide Doc.in d.c. ex tranſmiſſa.

244 ¶Nonageſimoquinto quæro,an † coniunx vendicari poſſit. Reſpondeo ꝙ ſic per no.per Franc.poſt Io.And.in c.atteſtationes.de deſpon.impub.per illũ textum dicit etiam 3.no. ꝙ mulier vendicat virum ſic,vt econuerſo:Nam neuter habet poteſtatẽ ſui corporis, de conſan.& affi.non debet.ideo alter alterum vendicat adiecta cauſa de iure diuino ſeu canonico, ſicut pater vendicat adiecta cauſa de iure Quiritum, ff.de rei ven.l.1.& de hoc per Ant.de But.in c.non eſt.de ſpon.vbi ẽt per D.Nico.& per eundẽ Nico.in c.atteſtationes.de deſpon. impub.Et vendicat vir vxorem etiam cõtra patrem,de ſpon. non eſt.& c.veniens.1.ſ̃m eum,ad quod.ſ̃..q.88.& de forma libelli patet in c.per tuas.de condi.appo.ibi, aſſerens.&c.Similiter de conuer.coniug.dudum.in prin.& de hoc in Spe.de ſpon.§.ſequitur.per totum.& cautum eſt ſubijcere copulam ſubſecutam eſſe ad excludendam exceptionem conditionis viro cõpetentem,vt fuit in d.c.per tuas.& quod ibi per Fran. in primo notabili.Sed ſ̃m Pet.vbi ſ̃.ſufficit in libello, ꝙ dicã, peto talem virum mihi adiudicari,ſ.cũdum Ant.de But.poſt Cal.in c.1.in prin.de ordi.cogni.facit.ſ̃.q.88.Nota tamen, ꝙ
245 † in cauſa matrimoniali non requiritur hodie libellus, vt in cle.diſpendioſam.de iud.& per Ant.de But.in cap.1.de libelli obla.4.col.ſicut aliàs in caſu, de quo in Spec.de lib.concep.§. nunc dicendum.ver.43.Et etiam ꝗ patrem puellæ implorare poſſum officium iudicis, quod dictam meam vxorem ſuamq; filiam mihi aſſignet & reſtituat,vt in d.c.non eſt.de ſpon.& in libellis & offi.in §.aliqui frequenrer.& in Spe.de ſpon.§.porro.ad fi.ad hoc ſupra q.29.Si tamen in libello vxor vendicatur, dicas quòd improprie accipitur, nam improprie dicitur vendicari, ſecundum Ioan.And.in addi.Spec.in'tit.qui fi.ſint legi.& Ant.de But.in c.illud.in vlti.notabili, de præſump.&
246 † qualiter concipiantur libelli ſuper ſponſalibus, vide in Spe. de ſpõ.§.reſtat.ver.& qualiter ſuper matrimoniis,& eo. tit.§. ſequitur.vbi ponit multas & diuerſas formas libellorum in petitorio,& etiam in poſſeſſorio.& §.ſequenti, & ponit ſimiliter alias formas libellorum in proprijs titulis materiarum huiuſmodi,videas per eum, & per Goff.in libellis iuris canonici & practica libelli & ſententiæ, quando vna dimiſſa altera eſt ſuperinducta, collige ex fi.c.1.de ſpon.ſecundum Ant.de But.ibidem.Item in cauſa matrimoniali quando petitur vxor poſt conſenſum matrimonialem de præſenti, debet primo pronunciari matrimonium fore contractum,& præcipue mulieri, vt viro adhæreat coniugali affectu, & ex hoc habes practicam libellandi in tali materia ſecundum dominum Domi. in c.ex publico.de conuer.coniu.& de practica pronunciandi in cauſa matrimoniali per Spe.de ſen.§.vt autem.3.colum. vbi etiam quòd cauſa diuortij eſt in ſententia exprimenda,& de reſcriptis apoſtolicis ſuper appellationibus huiuſmodi in Spec.de appel.§.de eo.ver.quid ſi in cauſa matrimoniali.& de petitione debiti ſubtracti lite pendente per Spec.vt lite pen. Et nota, quòd in iſtis caſibus non ſufficiet ſummaria probatio, de qua ſupra q.62. ſed requiritur plena probatio, vt per Hoſtien.in ſum.de ma.§.qualiter contrahatur.ver.quid ſi dicatur.& per Flo.in l.1.ff.de proba.& per Hoſti.Ant.de Butr. & Doct.in c.illud.de præſum.& per Bald.in aucten.ſi quis in aliquo.C.de edendo.& Doct.in c.tenor.de ſen.& re iudi.& Pet.de Ancha.in c.litteris.5.q.de proba.ſupra q.26.circa medium,& infra q.212.ad fi.vnde ſuper matrimonio non ſtatur teſtimonio vnius etiam ſacerdotis,vt colligit Ant.de Butr.in c.cum inhibitio.de cland.deſpon.etiam concurrente rumore, vt per eundem in c.de illo.de eo qui cogno.conſan.infra q.100.ad fi.porrò quo ad legitimationem filiorum probatur probando quaſi poſſeſſionem matrimonij, ſecundum Pet.de Ancha.in c.vno.§.porro.ad fi.de deſpon.impu.lib.6.& ſupra quæſt.26.cum ſi.quinetiam circa probationem matrimonij non requiritur ſcriptura. Si tamen contractum ſit coram teſtibus, peti poteſt publicatio eorum, & quòd in ſcriptis redigantur ad futuram memoriam, per no.per Ioan.And.in cap.
247 1.de ſpon.¶Et nota, quòd † ita defertur iuramentum in defectum probationis in cauſa matrimoniali, ſicut in qualibet alia cauſa, ſecundum Hoſtien.& Doct.in cap.mulieri.de iureiuran.vbi per Doct.& glo.& late per Hoſtien.in ſum.de iureiuran.§.& ſuper quibus.verſi.quid de cauſa.vſque in finem. & vide Ant.de Butr.in cap.is qui.in 3.colum.de ſpon.& in c. fina.de iureiuran.faciunt no.per dominum Nico.in cap.cum cauſa.in fi.de rapto.& Domi.Nico.& Franc.de zab.ſequitur Hoſtien.in d.cap.mulieri.& cap.fin.de iureiuran.dum tamen non præiudicetur matrimonio prius contracto, vt not.Ioan. And.in d.c.fin.de iureiuran.ſecus ſi poſt,vt ſentit Hoſtien.in ſum.dum dicit, niſi cum alia contraxiſſet.& Ioan.And.in d. cap.fi.cum dicit, prius.& clarius in cap.ſuper eo.in princ.de eo qui cogno.conſan.vxoris ſuæ,& iuramentum purgationis defertur ſecundum eum in cap.continebatur.3.colum.eo.tit. & in cap.atteſtationes.circa prin.eo.tit.per eundem, ad quod infra quæſt.99.ante fi.& vide glo.& Barto.circa hoc in l.3.§. quacunque.ff.de iureiuran.& Ioan.And.in c.1.in fi.de cland. deſpon.deficiente tamen omni probatione ex parte petentis, nihilominus pro veritate reperienda iuramentum reo dari debebit, Ioan.And.in cap.atteſtationes.de deſpon.impub.& in cap.fin.de coniugio ſeruorum.adde infra q.proxi.& adde,
248 quòd etiam in cauſa † matrimoniali depoſitiones teſtium receptæ, ſcilicet coram iudice incompetenti non proficiunt, ſi quæſtio agitur coram competenti, & ſic iterandæ ſunt depoſitiones & iuramenta, ſecundum Ant.de Butr.in capit.1.de conſan.& affini.quæ iuramenta coram iudice præſtanda ſunt,
249 vt ibidem. Item etiam † in cauſa matrimoniali teſtis eſt examinandus principaliter, non per litteras, qui matri.accuſa.
250 poſſ.cap.2.& infra quæſt.99.Adde tamen, quòd † per poſſeſſionem 4.annorum probatur proprietas matrimonij, Nico. poſt Hoſtien.in cap.conſultationi.de ſpon. Item fundans ſe ſuper matrimonio non obtinet, ſi probat ſuper præſumpto, de condi.appo.c.per tuas.& ibi Nico.

251 ¶Nonageſimoſexto quæro, ſi vir † & mulier pariter probant,alter pro matrimonio, alter contra. Reſpon.ſecundum Ala.Tan.& Goff.ꝙ ſi non poteſt aliter probari, ex quo probationes ſunt pares,defertur vni ſacramentum, Ioan. Andr. dicit & verius tunc pro matrimonio iudicandũ, ſi probationes vtrimque plenæ ſunt, de probatio.ex litteris.aliàs ſi non ſunt plenę, reus abſoluitur, & cum onere iuramenti, de quo in cap.atteſtationes.de deſpon.impub.ſecundum Fran.in cap. 1.ad fi.de cland.deſpon.vnde ſi vir petens vxorem probat, quòd cum ea contraxit per verba de præſenti, & mulier probat quòd cum alio contraxit per verba de præſenti, non tamen probat aliquid de anteriori tempore, quòd nihilominus abſoluetur, quia probatio viri redditur dubia & non neceſſario concludens, ſecundum Franc.poſt Innoc.in Rub.de ſpon.duo.quæſt.1.& adde, quòd ſi propter defectum probationis alter abſoluitur a petitis, dimittitur ſuæ conſcientiæ in contrahendo aliud matrimonium, ſecundum Hoſti.in ſum. de cland.deſpon.§.vtrum.in fi.Ant.de But.poſt Ioan.And.in cap.conſanguinei.de re iudi.& ſupra quæſt.26.ad fi.& quæſt. 37.in fi.& facit quod not.Hoſtien.in ſum.de homicid.§.qua pœna.ver.verum.circa fi.cum ſi.Adde, quòd prior petentiũ prius auditur,Spe.de inciden.q.vlt.col.

252 ¶Nonageſimoſeptimo quæro, ſi duæ † mulieres petunt aliquem virum, vel ſi duo agunt contra eandem mulierem, & æqualiter & ſimul probant, ita quòd de vtroque matrimonio ſimul conſtat, non tamen conſtat de anteriori tempore. Pro altero dicit vnum præſumendum probante copulam vltra contractum matrimonij, de proba.licet.& videtur ſequi Ant.de But.in cap.ſi inter.de ſpon.Innoc.dicit videri, quod abſoluenda eſt ab vtroque petente, vel potius differenda eſt ſententia, quouſque de anteriori tempore probetur,pro hoc quod not.de proba.licet.in fi.in glo.magna.raro tamen aut nunquàm accidit hoc,quia non facile contingit,quòd æqualiter probent, & iſtud verius, nec enim copula ſufficeret vt pro vno matrimonio iudicetur contra reliquum: potius ergo videtur differenda ſententia, quouſque altera probet de anteriori tempore, ſecundum Franc.poſt Ioan. And.in cap.ſi inter.4.quæſt.de ſponſ.& in rub.de ſpon.duo.quæſt.2.& ibi per Nico.licèt aliter dicat glo.1.de teſti.in noſtra.ſecundum eum, quæ glo.vult, quòd dabitur ei cui conſtitit,1.quæſt.vlt. ſancimus.facit de reſcriptis.cap.penul.lib.6.ſi non vult conſentire, dabitur meliori & ditiori: ſi æqua ſunt omnia, ſorte dirimetur, 21.diſtin.cleros.in principio, arguendo de ſpirituali ad carnale, & cum glo. pertranſit ibi Anto.de Butr.& Fran.ſed melius eſt differre ſententiam, vt dictum eſt, etiam ſi primò conſtet pro viro de matrimonio quàm pro alio, vt quia forte ille alius non habet ita paratas probationes,ſecundum Franc.poſt Innocen.ibidem: Hæc tamen non procederent, ſi pro vno conſtet plene & non pro alio, vel quia primum occultum ſecundum vero manifeſtum,infra quæſt.100. ibi, Item in dubio. Et ſi appareret, quòd matrimonium cum prima eſſe non poterat propter aliquod impedimentum, pro ſecundo iudicabitur, vt ſcripſi ſupra quæſt.22.& ſi conſtat de primo

primo matrimonio etiam non conſummato,non valebit ſecundum etiam conſummatum copula carnali, ſupra quæſt. 8.poſt medium.& in d.q.22.& facit ad prædicta in Spec.de iuſtru.edit.§.reſtat uidere,uer.quid ergo ſi duo.& de duobus æqualiter probantibus in cauſa beneficiali per Ioan. And.in cap.vno, de eo qui mit.in poſſ.lib.6. Adde tamen, ꝙ ſi duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, & ad vnius inſtãtiam interponatur diuorcium, talis ſententia non ſufficiet quo ad aliud matrimonium, ut in Specul.de ſenten.§.nunc de effectu.uerſ.ſed pone.

253 ¶XCVIII. quæro, an & quando † ſuperinducta per uirum, qui ab aliqua impetitur, poteſt ſe opponere, excipere,uel executionem ſententiæ impedire. Dic, aut quęritur,an admittatur aſſiſtendo,an ita ꝙ uiro in proſecutione cauſæ præferatur. primo caſu aut aſſiſtit nihil opponendo uel excipiendo, & admittitur,ar.de procur.c.2.in fin.lib.6. aut aſſiſtit opponendo,uel excipiendo, & tunc aut ante diffinitiuam,aut poſt:ſi ante,aut agitur petitorio, aut poſſeſſorio: ſi petitorio,auditur:ſi poſſeſſorio,nõ auditur proponẽs de proprietate, niſi uelit ſtatim probare. Sed proponens de poſſeſſorio exceptiones cõcernentes poſſeſſorium auditur, de reſtitu.ſpol.accepta.& c.ex conqueſtione. Itẽ ſi vnus egit petitorio,alius poteſt agere poſſeſſorio.Franc.poſt Innoc.in cap.3.in fin.de cauſa poſſ.Item iudex datus in poſſeſſorio in cauſa matrimoniali cognoſcit de petitorio, Fran. poſt Inno. in cap.ex conqueſtione.2.colum.de reſtit.ſpol.Si uero quæritur,an dimittatur poſt ſententiam, dic ꝙ ſic, ſi appellatur, de re iudicata,cum ſuper.idem ſi non appellatur, ſi proponit talia,ad quæ admitteretur ante ſententiam,& quando ignorauit cauſam principalem agi,dicto cap.cum ſuper.de teſti. in cap.ueniens.2.Si uerò quæritur,an ſit præferenda marito, dic ꝙ non,ut per Franc.poſt Ioan.in cap.ueniens.el 1.de ſpõ. & ibi latius per Anton.de But.

254 ¶XCIX. quæro,de officio † & poteſtate epiſcopi ſuper proceſſu cauſæ matrimonialis. Reſpond. ꝙ ſuper matrimonio & ipſius impedimentis epiſcopus ex officio inquirit & procedit,ut per Hoſtien.in ſum.qui matrimo.accuſ.poſſunt. §.1.poſt princip.& in §.dictum eſt.ante fin.& optime ſupra quæſt.62.& per Anto.dr Butr.in cap.ad noſtram.2.de iureiuran.in 3.colum.facit de diuor.porro.& cap.ex litteris. & ideo Franc. in cap.veniens.2.de ſponſ. dicit ſic: Tertio not. quòd per eccleſiam compellitur vir adhærere vxori etiam nemine agente:ibi enim non apparet, quòd ageretur contra illum.V.&c.& in cap.ad id quod.eod.titu.poſt Ioan. Andr. in ver.not.ibi, compellas, quòd eccleſia ex officio etiam nullo agente debet reconciliare coniunctos,qui rancore uel odio a cohabitatione auctoritate propria receſſerunt. &c. & idem dixit in cap.porrò.§.præterea.1.notabili in fi.de diuor.& ibi per Anto.de But. dicit etiam Franc. in cap. cum in tua.de ſpon.7.not.quòd iudex ex officio ſe informat de fama,de quo ibi in 2.& 3.quæſt.vnde ex officio inquirit & inueſtigat de impedimentis matrimonij contrahendi & iam contracti,vt per Ioan.And.de cland.deſpon. cum inhibitio. in 4.colum.& Franc.in cap.ad noſtram.2.de iureiuran.vlti. colum.& in Spec.de inquiſitione.§. quando autem.2.colũ. ibi,Item epiſcopus bene poteſt. &c.etiam partibus inuitis, ſecundum Pet.de offic.iudi.§.1.ad fin.verſicu. videas. Item procedit epiſcopus & abſque capitulo, ſupra quæſt.64.circa medium,& per Ho.in ſum.de his quæ fi. ab epiſcopo. §.quibus in princip.vnde eccleſia etiam ſe intromittit in fieri prohibendo,vt in cap.ad audientiam.de ſponſ.& ibi Anton. de Butr.& etiam de matromoniali executione, vt recipiat in uxorem,ſecundum eundem in c.ex litteris,2.de ſponſ. Item
255 † quando iudex procedit ex officio, dicitur procedere uia
256 regia.Hoſti. in ſum.de frigi.& malefi.§.quæ impotentia. 5. colum.Item in cauſa matrimoniali ſi teſtes † nõ poſſunt cõmode duci coram iudice, poteſt committi receptio ipſorũ, Franc.in clemen.1.de offic.delega.quæſt.6.non tamen tenetur iudex committere, vt ibi dicit Ioan. Andr.in cap.2. qui ma.accu.poſſ. Item in huiuſmodi cauſis reuocantur agitata lite pendente, & parte non petente,per nota.per Franc.in cap.cum. M.ſecunda colum. de conſtitu. Item pro uitando ſcandalo quandoque diſſimulat matrimonium,iuxta not.in cap.quia circa.de conſangui.& affinit. Item ad iudicium eccleſiæ recurritur ſuper matrimonio vel depẽdentibus, ut ſuper pœna & dote,etiam ſi q.ſit inter laicos,de ſpõ.Gemma. & per Franc.in 4.notabili, & 6.oppo. & ſupra quæſt.64.poſt medium. Item de cauſa matrimoniali cognoſcit epiſcopus vel uicarius,ut per Nico. in cap.fin.de cogna.ſpiritu. vel capitulum ſede vac. Franc.in cap. Albericus.de teſtibus. & in cap.veniens.de eo qui dux.in matrimo.uel alius ex priuilegio uel conſuetudine,Hoſti.in ſum.de ma. contracto contra interdic.eccle.§.a quo.circa princip.& ſupra eadem quæſtio. 64.ante medium. Item poteſt iudex partem in principio iudicij interrogare,quas probationes intendit producere, & ſi tales ſunt, quæ appareant iudici inſufficientes, poteſt ab agendo repelli,ſecundum Anto.de Butr.in cap.de illo.de eo qui cogno.conſangui. Item poteſt quaſi ſequeſtrare mulierem,de cuius matrimonio agitur, de probat. cauſam. & in Specu.de ſequeſtra.poſſeſ.in fin.ibi tamen conſtabat de matrimonio,ſed ſolum uertebatur in dubium de copula, vt ibi per Anto.de Butr.poſt gloſ.quæ ſentit, quòd iſta ſequeſtratio fit pro cautela mulieris,de ſpon.cum locum. & ſic uir petens aliquam in uxorem non poſſet petere talem ſequeſtrationem fieri lite pendente, ut lite pendente,per totum. & de ſequſtra.poſſeſ.per totum.& ita intelligo quod not. Hoſti. in ſum.de ſequeſtra.§.& an ſit licita.verſic. ſepti.facit gloſ.in cap.2.eodem titu. Pro indagatione tamen animi & intentionis ipſius puellæ poſſet per iudicem puella ſeorſum a parentibus interrogari de ipſo matrimonio,& facta indagatione animi ipſius cum parentibus recedat, vt quotidie fit, & ita intelligo quod not.dominus Nico. in dicto cap.cum locum.per prædicta, & prout ſentiunt ibi Doct. & hoc etiam
257 fuit de mente ipſius, quia † illatio non debet eſſe generalior ſeu prægnantior dicto,ut not. Ange.in l.legitima.in princip. ff.de pactis. Nec etiam eſſet timendum de metu inferendo eidem,ut alium uirum recipiat, ſi negat cum petitore con-
258 traxiſſe, cum metus nõ † inferatur volenti, l.cum donationis.C.de tranſactio.facit ſupra. §.1. quæſtione 41. facit. ff. quod metus cauſa.l.1.& l.ſi cum exceptione.§.in hac actione.& §.Labeo.& l.ſi mulier.eodem titu.cum ſimil.& in regula, ſciẽti cum ſimil.& ſic ceſſat officium iudicis ſolum habentis prouidere ſuper metu per prædicta. Item ſemper qũ agitur de fœdere, cauere debet epiſcopus, ne fiat præiudicium eccleſiæ,Ioan.And.in cap.ſuper eo. de eo qui cogno.
259 conſan. Item epiſcopus † uel eius uicarius compellit virum per cenſurã eccleſiaſticam reddere debitum vxori, Ioã.An. in cap.fin.de eo qui cogno. Item cùm procedit, non habet neceſſe offerre libellum, per not.per Ioan. Andr. in capit.ad aures.de exceſ.præla.cum ſimil. Item repellit illum, qui calumnioſè accuſat matrimonium,licèt nil obijciat aduerſarius,Ioan. And.in cap.ſignificante.qui ma.accu.poſſunt & in ſimili per eundem in cap.1. de offic.vicar. facit in Specu.de primo decreto.§.primo.poſt princip.in verſicu.quid ſi con-
260 ſtat.&c.nam † in reſpicientibus ius publicum & fauorem animarum procedit iudex etiam parte non querelante, per Archi.in cap.pia.in fin.de excep.& in cap.cupientes.§.quòd ſi per 20.in uerſicu.ſiue.& in §.cæterum.in uerſic.& proceſſus.& in uerſicu.contumacia. de elect.libro 6.& in cap.ſi forte.in uerſ.obſeruandum.eodem tit.per eundem.& quod no. in clemen. fin. de cenſibus. Item ſæpius epiſcopus poteſt procedere & inquirere,de conſanguinitate & affinitate.cap. 1.ibi,reuixit,per quod dicit Inuocen. ibi ſpeciale in matrimonio,quòd ſæpius procedatur, ut ibi per Franc.poſt Ioan. Andr.in 5.notabili:vnde idem iudex reuocat ſententiam & aliam profert, vt per Hoſti.in ſum.de ſentent.§.quot ſunt. verſicu.10.& ſequenti.& actore non probante non abſoluit, immo ſumit indaginem ex officio, de ſponſ.ſicut ex litteris. & ibi per Anton.de Butr.ad quod ſupra quæſtione,95.Item ſupplet in his, quæ ſunt facti, cũ in cauſa matrimoniali multum exuberat officium iudicis, de diuor.ex litteris.& ibi per Franc.3.oppo. & per Innocen.de iureiuran.ad noſtram.2.
261 & etiam † cum agitur ad diuortium, iudex in pluribus ſupplet ex officio. Vnde ex officio fecerunt inſpici mulierem, in cap. fin.de frigi. ſecundum Franc. ibidem.8. notabili, & in cap.penult.de probat.quæ quidem inſpectio hodie conceditur quo ad uirginitatis & membri apti probationem, & ſic loquuntur iura inducta in cap. puberes. de deſponſa.impube.in ulti.gloſ.quod fit ex nimia neceſſitate, quæ legem non habet, eodem titu.cap.ſecundo.ſed ad probandum pubertatem ſemper ſufficiunt anni, ſecundum Ioann. Andr.in dicto cap.puberes.& nota, quia ſentit, quòd ſi tanta ſit neceſſitas probationis, quòd de ætate ſeu pubertate mulieris ad plenum conſtare non poteſt, niſi loca ſecreta inſpicianturſ, poteſt epiſcopus eam inſpici facere per matronas expertas ad ſupplementum probationis, arg.cap.ſicut.in fi.de

ſponſa.& nota.in cap.fina,de frigi.in glo.fina.ante fi.& quod
not. Nico.in cap.atteſtationes. ante fi.& ſupra quæſt.15.&
faciunt not.per Ioan.And.in cap.continebatur.ad fi.de de-
ſpon.impube.vbi de ſignis lanuginis in fęmore magnitudinis
perſonæ & ſimilibus. Nec credo, quòd aliud velit lex finalis.
C.quando cri.cau.ciui.eſſe deſinant, cum ſimi.vt ſic lex illa
intelligatur, quando veritas probari poteſt per veriores pro-
bationes,vt dicit Hoſtien.in ſimili in ſum.de proba.§.& quot
ſunt.verſi.nono, & in tit.de teſte.§.quis poſſit.ver.ſi quomo-
do credetur. Præterea lex illa eſt Imperatoris, vt dicit Ni-
colaus in dicto capit.puberes.vnde ſit cautus epiſcopus, ne
præiudicetur eccleſiæ, vt dictum eſt, nam cum de ætate agi-
262 tur † inſpectioni locus eſt, ff.de mi.l.minor.25.annis ex aſpe-
ctu,& quod not. Ioan. And.in ſummula,de corpore viciat.§.
fi. in fi.& quod not.Ioan.And.in ſummula ſuper arbore con-
ſanguinitatis, circa principium, & Hoſti.in ſumma de pro-
bati.§.& quot ſunt.ver.Item minor ætas.&c.licet dicat Ant.
de Butr.in dicto cap.puberes.in fi.quòd talis practica huius
ſigni non eſt honeſta ſed pudibunda, immo etiam eſt fallax,
cum nec omnino piloſi ſint potentes, ſecundum Doctores.
Item dicit Franc.in dicto cap.cum in tua.poſt Ioan.And.No-
no nota, quòd probationes pendent ex arbitrio iudicis, vt
ibi,ſecundum tuæ diſcretionis arbitrium.ac ſi dicat,licèt mul-
ta dixerimus, & te inſtruxerimus, & multa dicantur in iure
circa hoc, tamen quia ex varijs cauſis varia præſumuntur,
nec propter maliciam hominum & varietatem temporum
certa regula dari poſſit, finaliter arbitrio tuo relinquimus,
vt penſatis perſonis cauſis & temporibus facias hoc vel illud,
arg.de homi.ſicut.de tranſa.cap.fina.ff.de vſuris.mora.de te-
ſti.l.1.& quod nota.per Ioan.Andr.de ſpon.præterea.el 2.&
cap.ſicut.in fi.& cap.conſultationi.eo.titu.ſecundum Franc.
poſt Doct.ibidem.1.quæſt.facit, quod notat Ioan. Andr.in
cap.ex litteris.1.in princ.de ſponſa.& in cap.atteſtationes.2.
colum.de deſpon.impub.& infra quæſt.183.poſt medium, &
ſic non ſolum procedit hoc cùm agitur de contrahendo, ſed
etiam in quacunque cauſa matrimoniali, vt ſentit Ioan.And.
præſertim in dicto cap.ſicut.ante medium, dum dicit, ex of-
ficio,intelligendo,ideſt ex arbitrio, per textum dicti cap.cum
in tua. per eum ibi allegatum, facit ſupra quæſt.77.verum
cùm agitur de diſſoluendo matrimonio, procedere debet
adhibita grauitate, præmiſſa denunciatione & inquiſitione,
ne de facili notorium reputetur quod eſt occultum vel econ-
tra, de reſcript.cum contingat. de appellat. conſuluit, el 1.
non enim debet eſſe promptus ad matrimonia ſeparanda, de
teſti.licet ex quadam.in fi.ſecundum Franc.poſt Ioan.Andr.
in cap.porro.§.præterea.in fi.de diuor. An autem conſangui-
nitas præſumptiue probata diſſoluat matrimonium contra-
ctum, not.in cap.per tuas.de proba.& licet ex officio proce-
dat in cauſa matrimoniali, debet tamen citare partes coram
ſe, & facere teſtes iurare, & præfigere terminum volentibus
accuſare vel defendere, & legitimas exceptiones admittere,
de offi.delega.ex parte.el 2.qui filij ſint legiti.perlatum.& ſi
non ſeruatur hic ordo, retractatur quod agitur, qui fi.ſint
263 legi.per venerabilem: & an ſit neceſſe, quòd ſententia † fe-
ratur in ſcriptis, not.de teſti.Albericus.vbi dicitur, quòd ſic,
ſecundum Franc.poſt Ioan.And.in cap.1.7.notabili, de con-
ſan.& affini.& in dicto cap.Albericus.& quod not.in cap.fin.
de re iudic.lib.6.& in clemen.ſæpe.ad fi.& vide Ant.de Butr.
dicto cap.Albericus.in fi.& Ioan.de Imo.in dicta clemen.in
30.& 39.colum.qui concordat cum Franc.vide tamen Domi,
in cap.fina.5.colum.de re iudi.lib.6.& teſtes debent eſſe præ-
ſentes coram iudice, Ioan. And.in cap.2.qui matri.accuſa.
poſſ.ad quod vide ſupra quæſt.95.in fi.& per totam. Item te-
ſtes repulſantur, ſupra quæſt.65.& quòd teſtes iurent, vt ſu-
pra, ſequitur etiam Franc.poſt Ioan.And.in cap.laudabilem.
4.oppo.& in cap.fina.7.nota.de frigi.& debent teſtes iurare
parte præſente, licèt ſit iudicium ſummariũ, per no.per Ant.
de Butr.in cap.2.circa fi.de teſti.& per Bart.ad reprimendam.
in ver.figura, ante fin.facit deciſio Rotæ nume.10.incipit,
Item fuit dubitatum vtrum inſtrumenta. &c.& quod not.
Hoſtien.in ſum.de teſte.§.quid debent.in fi.& Imo.in clem.
264 ſæpe.in 38.colum.immo in cauſa matrimoniali † iuramen-
tum teſtibus remitti non poteſt, ſecundum Hoſtien.in ſum.
qui matri.accuſa.poſſ.§.fina.de quo in cap.tuis.de teſt.& ibi
ſic glo.dicit idem, quia non ſtatur partium confeſſioni, ét
quando agitur de contracto, ſecus ſi de contrahendo, vt ibi-
dem per Ant.de Butr.poſt Ioan.And.in fi.& quod no.in cap.
continebatur.de deſpon.impub.in ver.iuramento.in fi.Item
iudex, a quo appellatum eſt, quandoque ſuum officium in-
terponit propter periculum animarum & fauorem matri-
monij, de matrimonio contracto contra interdi.eccle.cap.2.
ſecundum Specu.in titu.de appel.§.nouiſſime.ibi, nonus.&
quod not.in dicto cap.2.in glo.nota quòd,vnde lite penden-
te defendit partes Ioan. And.in cap.cum dilectus.in fi.de ac-
cu.& inhibet, ne aliquid innouetur, Spec.de ſpon.§.ſequitur,
265 circa princ.Et propterea iudex ad quem † poteſt appellanti
præcipere, quòd procedat non obſtante contrario conſenſu
partium in fauorem matrimonij, nota.per Ioan.And.in cap.
oblatæ.ad fi.de appella.& in clem.quandiu.eo.tit.facit, quod
266 ſupra dixi. Item in cauſa † matrimoniali non recipitur pur-
gatio, nec defectus probationis diſſoluit matrimonium. Io.
And.in cap.nos.in prin.de purga.cano.ad quod ſupra quæſt.
95.ad fi.Item ſi feratur ſententia ſuper priuatione beneficij
contra Titium, pro eo quòd contraxerat cum Berta, an iſta
ſententia ſufficiat Bertæ ad petendum Titium in virum, Io.
And.in cap.Ioannes.in 6.colum.& ibi per Franc.in 8.colum.
267 de clericis coniugatis. Item coram † epiſcopo poteſt peti pu-
blicatio teſtium ſuper matrimonio coram eis contracto, ſu-
pra quæſt.95.Vnde filius poteſt petere declarari matrimo-
nium contractum fuiſſe inter parentes,qui filij ſint legiti.cap.
perlatum.& cap.per tuas.cum ſimi.cùm ſua interſit,iuxta no-
tata in ſimili per Innocen.in cap.cum olim:de teſti.& Ioan.
Andr.in cap.ne Dei.2.colum.de ſta.mo.cum ſimi.facit quod
no.in clem.diſpendioſam.in ver.matrimonijs.in fi.& per Ho-
ſtien.in ſum.de cland.deſpon.§.fina.circa medium. Epiſco-
pus tamen non reputabit famam, niſi coram eo probetur,
Ioan.And.in cap.cum in tua.de ſpon.& vide eum ibidem in
fi.& ſupra quæſt.62.nec coget partes in cauſa matrimoniali
ad ſoluendum tricesimam, ſecundum Franc. poſt Doct.in
cap.cum ab omni.in fi.de vita & honeſta.clerico.& Doct.in
cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcrip.& adde ad præmiſſa ſu-
pra queſt.64.& infra q.proxima,& quæſt.132.in fi.& vt dixi,
dicit Hoſtien.in ſum.de ſenten.§.qualiter.in 2.colum.quòd
quantumcunque iudex ex officio procedat, ſemper debet
ſeruare ordinem, de quo no.in ſumma qui matri.accuſa.poſſ.
1.ſub rub.libellus accuſationis. vide Pet.de Ancha.in cap.di-
lecto.3.quæſt.de ſenten.excommu.lib.6.& in cap.1.ver.quo-
modo vlterius, de offi.delega.eo.lib.& Franc.in cap.veſtra.
in 29.colum.de cohabi.clerico.& ibi per Ioan.de Ligna.in fi.
hodie tamen dic, vt in cle.diſpendioſam.de iudicijs.ſi tamen
conſtiterit manifeſte aliquos indebite copulatos, non admit-
tetur appellatio, quia tenditur ad correptionem, de appel.
ad noſtram.ſecundum Imo.poſt Guil.in cle.eos.de conſan.&
affini.in 5.colum.Item ſi dubitatur de fide teſtium productor-
um, aperte poteſt iudex ex officio alios producere, vt in
268 cap.cauſam.de proba.& ibi per Franc.Item in cauſis † matri-
monialibus ſententia fertur in perſona Domini. Azo in ſum-
ma de procur.ad fi.not.in cap.querelam.de elect.Ang.in l.1.
C.de ſenten.& interlo.omnium iudi.cum ſimi.Vltimo adde
per Fede. conſi.265.Incipit, Caſus talis eſt, ſtatuto.&c.vbi
dicit ſic, quòd ſicut matrimonium & cauſa matrimonij per-
tinet ad forum eccleſiæ, ita omne acceſſorium dependens &
conſequens, quod ſequitur, per quod peruenitur ad illud,&
id per quod impediretur contrahendum, & violaretur iam
contractum, debet pertinere ad forum eccleſiæ, &c.facit in
ſimili per eundem conſi.256.Incipit,Si canonici qui ſunt,&c.
facit quod in ſimili notat Nico.in cap.cum infirmitas.de pœ-
269 ni.& remiſſ.vbi patet, quòd eccleſia habet poteſtatem † in
laicos,quando diſponit in finem ſalutis animarum,licèt prin-
cipaliter non diſponat circa animas illorum, quos intendit
conſtringere,vt ibi: Vnde in cauſa matrimoniali iudex poteſt
deferre iuramentum reo, licèt actor nil probauerit, quia ver-
titur periculum animæ, Nic.in cap.continebatur.de deſpon.
impube. & in d. c. atteſtationes. in fi.aliàs ſecus, Nico.in cap.
vno.in princ.vt eccleſia.bene.de quo in l.manifeſte.ff.de iu-
reiuran.per Bart.& Doc.& intellige, quando ſubeſt aliqua-
lis ſuſpitio pro matrimonio, ſecus vbi pro eo nihil apparet,
Nico.in cap.2.de cland.deſpon.De his quando ſpecialia ſta-
tuuntur in matrimonio, per Ant.de Butr.& Doct.in cap.1.
vt lite non conteſt.3.& 4.colum.
270 ¶ Centeſimo quæro, de fauoribus cauſæ † matrimonialis.
Reſpondeo,quòd in cauſa matrimoniali ſecundi inducuntur
teſtes ſuper eodem articulo, vt in cap.ſicut.de ſpon.ibi, vi-
detur velle glo.quòd producantur etiam publicatis atteſta-
tionibus. quod eſt verum vt de teſti.ſeries.& cap.cum in tua.
& colligitur in dicto capit.ſicut.intelligendo quòd ibi erant
producti

producti teſtes & publicati, vnde in matrimonialibus non
obſtat publicatio, ſicut nec ſententia,ſecundum Ioan.And.
in c.atteſtationes.4.col.de deſpon.impub. & c.fin.de collu.
dete. Et intellige, q; producuntur teſtes in cã matrimonia-
li publicatis atteſtationibus, etiam ſi renunciatum ſit a par-
tibus & concluſum, ſecundum Hoſti.immo etiam ſi eſt ſen-
tentiatum,poterit iudex ex officio inſtrui,& de plano etiam
partibus inuitis, ad hoc quod not.de conſanguinitate & af-
finitate,cap.1.nam cùm vertitur periculum animæ, & cùm
matrimonium de iure diuino fundetur, non eſt ſeruandus
rigor uel ſubtilitas,quæ in alijs ſeruantur,immo in cauſa ma-
trimoniali quaſi omnia pendent ex officio, argum.cap.cum
in tua.de ſpon.ibi,vel contra famam.& cap.ſequenti.ante fi.
de proba.cauſam.de cog.ſpiritu.cap.fin.& in hac cauſa præ-
cipue locum habet, quod dicitur,iudicantem oportere cun-
cta rimari,de fide inſtrumen.Ioannes.de deſpon. impub. at-
teſtationes. ſecundum Franc.poſt Ioan. Andr.in dicto cap.
ſicut.7.not.& 6.quæſtio.& ad idem ipſe notat in dicto cap.
atteſtationes.1.oppo.& 2.in fin.& 3.in fin.& 2.quæſt.& fa-
cit ſupra quæſt.proxi.& per Anton.de Butr.in locis ipſis.&
ſic omnis ſubtilitas & rigor ceſſat, ex quo agitur de periculo
animæ, vnde nec in hoc caſu tranſit ſententia in rem iudica-
tam,nec eſt appellare neceſſe,ſecundum Hoſt.& Ioan. And.
in cap.fin.de cogna.ſpiritu.& quod notat Arch.in cap.ſi for-
te.allegato in ſuperioriquæſtio. Et quod notat Ioan. Andr.
in cap.ad petitionem.penulti.colum.de accuſ.vbi idem dicit
etiam in beneficialibus, ſi tamen lata vna ſententia ſuperue-
niat ferri confirmatoriam, videtur quòd tranſeat in rem iu-
dicatam, per not.in cap.fraternitatis.de frigid.quod tamen
non placet Anto.de Butr.ibi in 9.colum.hoc etiam extendi-
tur, quando ſententia fertur in cauſa matrimoniali propter
thorum,vt per Anton.de Butr.poſt gloſ.in cap.ex litteris.de
271 diuor.penul. colum. Item in † cauſa matrimoniali excom-
municatus petit principaliter reſtitutionem contra ſenten-
tiam,ut in deciſi.Rotæ numero 448. Item fuit dubitatum
vtrum in cauſa matrimoniali.&c. Item in cauſa matrimo-
niali ſententia fertur in perſona domini, non procur. Franc.
in cap.querelam.de electio.4.colum.& ſequenti. Item quid
ſi lata ſententia apparet, q; vicarius epiſcopi fuit laicus,Fran.
in cap.nihil.§.cęterum.3.colnm.de elect.Item licèt a ſenten-
272 tia matrimonij nõ poſſit † 3.appellari, poteſt proponi que-
rela,&c. Nico.in cap.fraternitatis.de frigi.penult.columna,
& uide eum in cap.litteræ.2.colum. Item in cauſa matrimo-
niali ſufficit poſt ſententiam probari corruptionem teſtium,
Franc. de proba. licèt.5. colum.& de teſti.ſicut.5.oppo. Itẽ
in cauſa matrimoniali requiruntur teſtes rogati, non fortui-
ti,not.3.quæſtione.9.§.de his.& 30.quæſt.5. noſtrates. & in
Specu.de teſte.§.1.penul. colum. quod tamen licèt non ſit
neceſſarium,tamen in matrimonio expedit uocari ſeu adhi-
beri, vt per Franc.in cap.ex parte.de ſponſ. & uide deciſi.
Rotæ.371.quia inhæret d.§.de his. Item fauore matrimo-
nij compellitur quis edere ſua propria inſtrumenta, Io.And.
in addit. Spec.de uer.inſtrum.edi.§.videndum.§.ex premiſ-
273 ſis.& de præben.cap.1. Item alimentatur uxor † accuſata de
adulterio,Specu.de inquiſi.§.fin.& repellitur obiecto crimi-
ne in modum exceptionis, Spec.de crimi.in modum excep.
obiectis.§.1.Et nota,quòd ſpeciale eſt in cauſa matrimonia-
li, vt teſtes poſſint produci, & ſuper eodem & ſuper directe
contrario articulo, de teſti. cum in tua. quæ decretalis hoc
melius probat quàm alia ſecundum Anto.de But.poſt Doc.
ibidem,3.colum.de quo etiam in dicto cap.ſeries.per docto-
res:non tamen licet ipſis teſtibus repetitis corrigere uel ad-
dere,niſi cõſideratis circumſtantijs iudex correctionem ad-
mittat, iuxta not.in dicto cap.cùm in tua.de teſti.& in cap.
præterea.de teſti.cog.ut per Anton.de Butr.in cap.cùm cla-
mor,de teſti.& dicto cap. præterea.circa fin. vnde in cauſis
matrimonialibus non obſtante renunciatione & concluſio-
ne ac iuramento partium poteſt iudex ex officio inquirere,
ſecundum Hoſt.in ſumma de cland.deſponſa.§.1.circa fin.&
de conſanguinitate & affini.§.vſque.verſic.& quia iudex.ad
quod ſupra quæſtio. proxi. vnde ſententia matrimonialis
274 † etiam ultra ter reuocatur per remedium nullitatis, vt per
Imo.in clemen.prima.de ſentent.& re iudi.in princip.& per
Doct.in cap.fraternitatis.de frigi.debet enim epiſcopus ca-
uere,cùm agitur de fœdere matrimonij,ne fiat præiudicium
eccleſiæ: & propter hoc eſt,quòd publicatis atteſtationibus
producuntur teſtes in cauſa matrimoniali,ſecundum Franc.
poſt Hoſtien.in cap. ſuper eo.poſt princip.de eo qui cogno.
conſangui. Ad quod ſupra quæſtione proxi. poſt princip.
Item quod dicitur, publicatis atteſtationibus licet teſtes
producere intellige per illum, qui ſtat pro matrimonio,
non autem per illum qui ſtat contra matrimonium, ſecun-
dum Ioannem And.in dicto cap.ſeries. niſi allegaretur con-
ſanguinitas indiſpenſabilis, uel aliud, quo ſtante nutri-
retur peccatum per partes irremiſſibile, ſecundum Anto. de
de But.in dicto cap.ſeries.penulti. colum.& in fin.& in cap.
fraternitatis.in 29.colum.cod.titu.facit ſupra quæſtione.61.
ad fin.vel conclude,ſi ſunt publicata dicta accuſatorum, qui
& teſtes ſunt,non impediuntur aliqui produci, vt nudi te-
ſtes. Si ſunt publicata dicta teſtium ſimpliciter, regulariter
produci non poſſunt teſtes ſuper eiſdem, fallit in cauſa ma-
trimoniali, quæ tractatur reiectis regulis iuris poſitiui, ſe-
cundum Antonium de Butr. in cap.primo.de conſanguini-
tate & affinitate. Ad quod vide ſupra quæſtione proxi. an-
te medium ibi, Item ſæpius. &c.verum facultas producendi
teſtes ſuper eiſdem vel directo contrarijs poſt ſententiam
quandoque denegatur & quandoque conceditur, vt per
Antonium de Butr.in dicto cap.fraternitatis.in d.19.colum.
& ſequenti.& per Doct.in cap.lator.de re iudic. Item adde,
275 quòd in † cauſis matrimonialibus proceditur ſecundum pu-
ram & naturalem æquitatem, repulſis terminis rigoroſis,ſe-
cũdum Antonium da But.in dicto c.cum in tua.in 3.colum.
de teſtibus:& ſecundum rei veritatem Franc. poſt Lapum in
cle.ſæpe.verſicu.non ſic.11.oppo.de verborum ſignificatio.
uide tamen eum ibi in 11. quæſtio.per totam. Item cauſa
276 † matrimonialis dicitur ſpiritualis, ⁊. quæſtione 108. & per
Hoſti.in ſum.de foro competen.§.illud.verſicu.& nunquid.
& de iura. calum.§.& in quibus.circa medium: & intellige,ſi
agitur de uinculo matrimonij,ſecus ſi ad ſeparationem thori,
ſecundum Franc.ut lite non conteſtata.in princip. in no-
tabilibus.& adde notata per Archi. in cap.ſtatutum. in ver.
peritorum.de reſcript.libro 6.& not.in cap.ſi annum.glo.3.
de iudi.eo.lib.& ibidem Arch.& quod not.in cap.ex tenore.
277 glo.3.de foro competen. Item in † cauſa matrimoniali pro-
mittens factum alienum videtur potius proprium promit-
tere,ſcilicet ſe facturum & curaturum,ut per Anto. de Butr,
278 poſt glo.in cap.ſicut ex litteris.de ſpon. Item in cauſa † ma-
trimoniali ualet teſtimonium de auditu, vt in cap. tua nos.
de conſanguinitate & affini.& ibi per Anto.de But.& Doct.
etiam ſi deponat per mediatam cauſam ſciendi,vt per Anto.
de Butr.in cap.uidetur.qui ma.accu.poſſ. Item nota, quòd
in matrimoniorum ſolutione ſimilis eſt conditio vxorum &
279 virorum:vnde † uxor ſecundum canones accuſat virum de
adulterio, in Specu.de procur. §.1.2.colum.ibi, 21.& 3.co-
lum.ibi.7.& caſtitas æque requiritur in uiro ſicut & in fœ-
mina,ibidem uerſi.10. Item cum epiſcopus procedit ex of-
ficio ad ſeparandum male coniunctos, non admittetur ap-
pellatio,cùm tendat ad correctionem,de appell. ad noſtram.
ſecundum Imo.in clemẽ.1.de conſanguinitate & affinitate,
ſuper gl.conſtiterit. Item ſi fiat accuſatio ſuper fœdere ma-
trimonij,puta quia dicatur eſſe inter coniuges conſanguini-
tas,uel aliud impedimentum, procedit lite non conteſt. ſe-
cus ſi propter adulterium agatur ad thori ſeparationem, vt
lite non conteſt.cap.1. & cap.quoniam.§. porro. ſecundum
Ioan.Andr.in Rub.qui ma.accu.poſſ.& uide eundem eod.
titu.cap.1. in fin. Item in cauſis matrimonialibus de con-
ſuetudine generali ſufficit ſententia ſolius epiſcopi, Ioann.
And.in cap.quanto. de his quæ fiunt.a prælã,ad quod ſupra
280 quæſt. proxi.poſt princip.& an tales † cauſæ dicantur ciuiles
an criminales, ſupra quæſtione 64.ante medium. Item in
281 dubio † ſemper pro matrimonio iudicandum eſt,dum tamẽ
non occurrat periculum animæ, ut quia primo cum alio
contraxerat,per not.per Ioannem Andr.in cap. iuuenis. de
ſpon. vnde non eſt præiudicandum ſecũdo matrimonio pu-
blice contracto occaſione primi per teſtes non probati, ſ̃m
Ioan.And.in c.atteſtationes.in fi.de deſpon.impub. & abſti-
nendum eſſet a delatione iuri,vt per Ant.de But.ibidẽ, facit
ſ̃.q.95.poſt medium: & ideo mr̃imonium manifeſtum præ-
iudicat clandeſtino etiã ſi ambo confiteantur & habeant pro
ſe vnum teſtẽ & famã, ſ̃m Vinc.& Io.An.in c.2.in fi.de clãd.
deſpõ.& qd̃ ibi ꝑ An.de But.facit.ſ̃.q.22,& q.54.& ⁊.q. 192.
in fi.& ſ̃.q.proxima circa mediũ.Et ſi libellus ꝓtinet ſup an-
tiquo conſenſu, & ꝓbetur de nouo conſenſu, an ferri poſſit
ſnia,uide Io.An.in c.atteſtationes.4.col.de deſpon. impub.
282 facit.ſ̃.q.,pxi.ibi,Item ſupplet in his.&c. Itẽ in cauſa † ma-
trimoniali videtur exigi ſpeciale mandatum,vt no.in Spec.
de procur.

de procu.§.1.3.col.& per Ioan. Andr,post Specu.in c.qui ad
ad agendu.n.de procur.lib.6,in glo.6,& Archi.eo.titu.cap.fi,
in princ.In contrarium decidit Rota nume.374.in fi.quæ in-
cipit,Item fuit dubitatum vtrum ad agendum.&c.& in tabu-
la earundem decisionum in titu.de procura.versi,quamuis in
contrahendo,&c.pro hoc quia pater agit nomine filij, vt per
Ant.de But,c.veniens.1.de spon.contra quod est decisio Ro-
tæ.142.Item quòd in causa beneficiali.&c.debet ergo habere
procuratorium saltem generale; faciunt no.per Fran.de zab.
in cle,prima, de procu. q.6.& in cle,2.q.4.Itē in causa
matrimoniali non videtur, quòd probatio de iure minus legitima
potest per principem secularem effici legitima, per not.infra
q.108.¶ Item in causa matrimoniali conceditur restitutio in
integrum maiori allegata iusta causa, licèt plene non probe-
tur,sed semiplene,puta per iuramentum vel vnum testem, vt
in cap.ex litteris.de in inte.resti.vbi videas omnino per Fran.
283 præsertim vlti.oppo.vbi etiam patet, quòd causa † matrimo-
nialis est subdelegabilis etiam per delegatum apostolicum, vt
ibi ꝑ modernos, & quòd causa matrimonialis sit delegabilis
ab ordinario,tenet Ant.de But.in cap.1.de consang.& affini.
Cui autem sit deleganda, vide Doct,post Ioan.And.in cap.
statutum.§.cum vero.5.colum.de rescrip.lib.6.& etiam dele-
gari potest minori episcopo,vt in cap.ex litteris.de in inte.re-
sti.& ibi per Fran.non tamen contra matrimonium datur re-
stitutio seu super matrimonio, licèt detur super absentia in
causa matrimonij, vt in Spec.de in integ.resti.§.qualiter.ver.
quid si quis contrahit. & in cap.penul.in fi.per Ioan.And.&
284 Doct.quod metus causa.facit infra q.118.¶ Item maior † 12.
vel 14.annis in causa matrimoniali pro maiore habetur, de
despon.impub.ex litteris, & cap.attestationes.vnde & per se
causam matrimonialem agere potest & per procuratorem,de
resti.spo.ex parte.secundùm Hostien.in sum.de procu.§.quis
285 dare.post medium.¶Item in causa † matrimoniali non habet
locum missio,vt per Hostien.in sum.de iudi.§.porrecto.versi.
286 quamuis.¶Item agenti super matrimanio † non obstat exce-
ptio spoliationis bonorum,Hosti.in sum.de resti.spo.§.quan-
do.ver.quid si vir.&c.& ad præmissa adde infra q.proxi. Ad-
de, quòd in hac causa nō habet locum cautio de iudicato solu-
ento, de quo in Spec.de satisdat.§.expedito.ante fi.¶ Item
287 hæc † causa dicitur grauis, vt per Ioan. Andr.in capitu.2. de
procu.
288 ¶Centesimoprimo quæro, an † contra coniugatum absen-
tem possit procedi.Respondeo distinguendum, ꝙ aut constat
quòd malicioſe abest, & procedi potest contra eum, vt lite
non contestata.quoniam.§.si autem.a contrario, non tamen
procedi potest ex eo quòd absit, sed ex causa rationabili, vel
etiam propria voluntate non malicioſa, & non potest proce-
di,d.§.si autem.aut nihil constat,& præsumitur abesse ex ma-
licia, quia tenetur adesse, & ideo procedi potest ipso diligen-
ter prius perquisito, vt in cap.1.qui matri.accusa.poss.& qui
fi.sint legi.perlatum.vbi videas de materia,et quòd etiam pa-
rentes & amici requirendi sunt, si volunt defendere, ibi per
Doct.potest tamen fieri distinctio circa prædicta inter eum,
de quo constat, quòd malicioſe abest,& eum de quo dubita-
tur, an malicioſe, de quo tamen præsumitur malicioſe abes-
se,vt nunc dixi.Nam potest dici, ꝙ qñ constat,quòd malicio-
se, sufficit quòd citetur ad domum, de eo qui mi.in poss.c.fi.
& quod ibi no.de cle.non resi.ex tuæ.Quando autem dubita-
tur, an malicioſe, debet perquiri vbi speratur inueniri posse,
vt in dicto c.1.& distin.100.perlatum.& ista perquisitio de-
bet fieri cum omni diligentia, vt in dicto cap.1.pro hoc, quia
circa maius periculum vertitur, de spon.cum in tua.de con-
san.& affini.cap.1.& non refert an procedatur ad instantiam
coniugis,vel alterius,secundum Franc.in dicto cap.1.qui ma.
accus.poss.in fi.facit in Spec.eo.tit.ver.si vero ij quos res.&c.
vnde in causa matrimoniali sufficit absentia ne dum dolosa
sed etiam culposa,dum tamen non possit inueniri, vude tunc
291 seruanda est practica cle.causam.de elect.in modo citandi.&
292 decretalis qñ.§.si autem.vt lite non contest.secundùm Imol.
post Doct.in d.cle.causam.super glo.deuoluta. Si tamen sci-
tur ipsum morari extra prouinciam, nihilominus citatur de
gratia,vt per Hostien.in sum.de contu.§.& nunquid.ver.hoc
etiam sciendum.vide supra q.34.& supra q.proxi.ibi, Item si
fiat accusatio. &c. nec locū habebit missio ex primo decreto,
supra q.proxi.& ad prædicta optime per Hosti.in sum.vt lite
non contest.versi.Item vbi agitur de matrimonio.&c.& per
Ant.de But.in d.c.1.qui matri.accus.pos.& in casu, quo pro-
cedi potest contra absentem,admittetur defensor,sed semper
293 sententia formanda est in personam domini, vt in Spe.de de-
fen.in fi,Et nota,quòd si agitur possessorio, vt fiat missio,nec
ad sententiam proceditur contra contumacem, sed excom-
municatur, secus si super fœdere matrimonij, nam causa ma-
trimonialis non subest ordinariç cognitioni, vt in Spe.de pri-
mo decreto.§.restat. versicu.quid si agatur ad thori separa-
tionem.&c.
289 ¶CII.quero de † impedimentis matrimoniorum in commu-
ni seu generali: habet enim matrimonium impedimenta,
quod probatur, quia omnis effectus, qui constituitur ex cau-
sis impedientibus, potest impediri, sed matrimonium est hu-
iusmodi, quia constituitur ex consensu contrahentium, in
quo potest accidere multiplex impedimentum, ergo.&c.se-
cundum Pet.de Pal.in 4.distin.34.q.1.circa prin.Et quædam
impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt
contractum: quædam impediunt contrahendū & dirimunt
contractum, cuius ratio est,quia quædam sunt de necessitate
matrimonij, quædam non. Sine illis autem, quæ sunt de ne-
cessitate, nullum est matrimonium, sed sine illis quæ de ne-
cessitate non sunt impeditur matrimonium contrahendum,
quia non bene fit, quando sine eis fit,sed non dirimitur con-
tractum, quia sine eis est verum matrimonium, quod nun-
quàm dissoluitur, nisi per mortem carnalem vel spiritualem,
supra 11.nota.vnde omissio illorum, quæ sunt de necessitate
matrimonij impedit matrimonium contrahendum, & di-
290 rimit contractum, eo † ꝙ nullum est matrimonium, quan-
do omittitur aliquid quod est de necessitate, secundum Pet.
ibidem. generaliter autem de impedimentis quæ dirimunt
matrimonium post contractum intelligendum est, quòd ni-
hil tale dirimit prius contractum, sed solummodo post con-
tractum, vnde magis propriè loquuntur iura noua dicendo,
quòd talia impedimenta dirimunt post cōtractum quàm an-
tiqua dicendo dirimunt iam contractum, secundum Pet.de
Palu.in 4.distin.27.q.3.in fi.vnde hæc 12.impedimenta diri-
munt,si præcedant,non si sequantur,secundum eundem dist.
34.q.1.arti.3.conclusione 1.ad quod infra q.proxi.Et pro di-
uisione materiæ, primo agamus de impedimentis in genere.
Secundo de impedimento erroris personæ.in 116.q. Tertio
de impedimento conditionis.118.q. Quarto de impedimē-
to voti.in 126.q. Quinto de impedimento cognationis car-
nalis, scilicet consanguinitatis, in 130.q. Sexto de impedi-
mēto cognationis spiritualis,scilicet cōpaternitatis,in 115.q.
Septimo de cognatione legali, scilicet adoptionis,in 153.q.
Octauo de impedimento criminis,in 159.q. Nono de dispa-
ri cultu, in 169. Decimo de violentia siue metu, in 182.q.
Vndecimo de impedimento ordinis, in 193.q. Duodecimo
de impedimento ligationis ad aliam vxorem, in 196.q. Ter-
tiodecimo de publicæ honestatis iustitia in 203.q. Quarto-
decimo de affinitate, in 212.q. Quintodecimo de impo-
tentia coeundi, in 218.q. Sextodecimo de matrimonio
contracto contra inter dic.eccle.in 238.q.Decimoseptimo de
impedimentis feriarum,in 239.q.& de prēdictis impedimen-
tis sunt versus, in quibus explicantur secundum prædictum
modum sic:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas:
Si sis affinis, si forte coire nequi his,
Hæc socianda vetant connubia,iuncta retractant,
Ecclesiæ vetitum necnon tempus feriarum,
Impediunt fieri permittunt facta teneri,

Secundum Pisa.in ver. impedimentum.1.& Ant.de But.in
rub.de spon.in 6.colum.ad quod infra quæst.proxi.& de si-
milibus causis, quibus soluuntur sponsalia, per Pet.de Palu.
in 4.distinct.27.quæst.1.arti.3.& de aliquibus impedimentis
inducentibus nullitatem matrimonij, vide in capit. vno.de
spons.lib.6.& quod ibi per Domi.tenet tamen matrimonium
291 † contractum contra iuramentum,licet contrahens sit periu-
rus,de spon.sicut.
292 ¶CIII. quæro, quæ impediunt † matrimonium iam
contractum. Respondeo, duodecim sunt, quæ impediunt
non solum contrahendum, sed dirimunt contractum, quæ &
continentur in tribus primis versibus positis supra q.proxi.
& intelligas, quæ dirimunt contractum, si præcesserunt ma-
trimonium, si autem superueniunt post matrimonium rite
factum, vt affinitas, vel crimen, vel huiusmodi, non diri-
munt secundum Pisa.etiam si non sit subsecuta copula car-
nalis, vt in sum. confes.lib.4.titu.3.quæst.1. secundum fra-
293 trem Nico.in addi. ad quæ supra quest.proxi.præter † vnum,
votum

votum,scilicet religionis cum effectu, quando quis contra-
cto quidem matrimonio, sed ante carnalem copulam reli-
gionem ingreditur,extra de conuer. coniug.,verum, & cap.
ex parte 2. secundum Pisa.ibi dicitur clarè, quòd contracto
matrimonio legitime per verba de præsenti in nullo potest
casu dissolui, etiam si vnus contrahentium efficeretur hæ-
reticus, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmi-
gret, nisi vnus religionem ingrediatur, secundum fratrem
Nico. in addi. de spon. commissum. expectari tamen debet
vsque ad professionem, vt ponit Thom. in 4. distinctio.27.
& quousque religioni etiam in genere sit saltem tacite obli-
gatus,vt si voluerit vitam absolute mutare,infra qnod tem-
pus beneficium ingredientis non est alteri conferendum si-
ne eius consensu,vt in c.beneficium.de regula.li.6. nam an-
te non dirimitur etiam secūdum Pet.simile habes in Pisa. in
ver.votum. 4.§.5.in fin. attendendum, quòd per susceptio-
294 nem sacri † ordinis dirimitur,vt quidā dicere voluerūt, sed
contrarium declaratum est hodie in quadam extrauaganti
Ioan.12.quæ incipit,antiquæ.secundum fratrem Ni.post Pi
sa.vbi supra.ad hoc infra q.195.in fi. & not. dictum Pisanel-
læ,quòd etiam si coniunx obligetur religioni in genere,diri
matur matrimonium præcedens,quod voluit Inno.in c.con
sulti.de regul.Idem Archid.in cap.beneficium. de regul.lib.
6.in ver.aut constet. & Ioan. And.in dicto c.consulti. ad fin.
vbi idem per Ioan.de Lig.& Pet.de Ancha.in dicto cap.be-
neficium.in 3.nota.post Ioan.And.& Hosti. in sum.de con-
uer.coniuga.ad fin.& idem dominus Dominicus in dicto c.
beneficium.in 3.colum. & in cap.ex publico. in fin. de con-
uer. coniug. & semel consului, & approbatum fuit.& infra
quæst.126.& ad præmissa adde,quia Host.ponit tertiū ver-
sum sic,sensus & affinis &c. & exponit sensus, scilicet defi-
ciens,& sic furiosus non contrahit matrimonium, de quo s̄.
q.27.vnde secundum eum 13.sunt impedimenta etiam diri-
mentia,si præcedant consensum coniugalem, secus si sequā-
tur,nam si sanæ mentis contrahat, & postea incidit in furo-
rem,nō dirimitur matrimonium: Idem si quis postea seceſ,
32.q.7.illi.Similiter sequens affinitas non dirimit,de eo qui
cogno.consan.discretionem.& c.tuæ.& similiter de omnib.
13.impedimentis intelligendum est, vt per eum in sum. de
matri.§.qualiter impediatur. ad quod supra q. proxi. & ex-
ponit error,scilicet personæ: conditio, idest conditionis er-
ror.ordo,scilicet sacer.ligamen, idest vinculum prioris ma-
trimonij.honestas idest publicæ honestatis iustitia,vt per eū
ibi supra.& ar.27.caus.in princ. pomt viginti impedimenta.
Sed alia vltra dicta duodecim sunt incidentia, vt ibi per eū,
& de istis 12.impedimentis explicat Fran.in rub. de spon.in
12.quæst.& Innocen.& Doct.in c.iuuenis.eod.tit. Et ex his
nota, quod potest ecclesia de personis legitimis ad contra-
hendum facere illegitimas, not.Archid.in c.vno.de voto.in
ver.inuenta,circa medium.
295 ¶CIIII. quæro,quæ sunt illa, quæ impediunt † matri-
monium contrahēdum, sed tamen non dirimunt contractū.
Respondeo quidem sunt duo,prædicta supra q. 102. scilicet
prohibitio ecclesiæ,& tempus feriarum,de quibus dicitur s̄.
q.238.& sequenti: vnde versus: Non soluunt,tamen impe-
diunt vetitum,feriæque.vt ponit Pet.de palu.in 4.distin.34.
quæst.1.art.1.Item impediunt matrimonium contrahēdum
sponsalia,quæ sunt prius cum alia contracta, de quo in Pisa.
in ver.sponsalia.& 27.quæst. per totum. Item impedit votū
simplex,de quo supra quæst.227. & adde per Hostiē.in sum.
de matri.§.qualiter impediatur. ad fi. Item incestus impedit
matrimonium contrahendum, de eo qui cogno. consang. si
quis.& c.ex litteris.sed non dirimit iam contractum, eo.tit.
transmissæ.& ibi per Doct.vnde dicit Host. in sum.eo.titu.
ad fi.quòd similis est simplici voto.Item si sit vxoricida,quia
non potest contrahere, sed si contrahit non dirimitur,argu.
33.quæst.2.interfectores.patet de diuortijs.c.1.33.quæst.2.
admonere.& per Pet.de palu.in 4.distin.37. quæst.2.arti.2.
Item raptus vxoris alterius, 27.q.2.statutū. Item si quis su-
ceperit proprium filium,vt vxorem debito priuaret,12.q.j.
de eo autem. Item si quis presbyterum interfecerit,de pen.
& remis.c.2. vel si pēniteat solemniter secundum quosdam,
aut si monialem in vxorem accipiat, 27. q. 1. hi qui. & per
Hosti.in sum.de diuor.§.qualiter impediatur.ver.5. crimen.
& per glo.in dicto c.2.de pœn. & remis.& infra q.159.& per
Pet.de palu.in 4.dist.34.q.1.art.2. vbi illud de incestu addit,
quia si scienter committitur cum propinqua vxoris, perdit
petitionem debiti,sed reddere tenetur,nec potest cōtrahere
cum adultera, quia affinis est: sed nec debet cum altera, &
vterq; sine spe coniugij erunt,& econuerso vxor sciēter co-
gnita a propinquo viri perdit debiti exactionem,& spē coni-
ugij,34.dist.c.pen.32.q.7. si quis viduam. & c.qui dormiet.
& c.concubuisti.cum sim. intelligit etiam de incestu cū con-
sanguinea carnali vel affine,cum adulterio vel sine, non au-
tem legitur de incestu cum cognata legali vel spirituali, sed
de publicæ honestatis iustitia sic,4.lib.sententiarum,dist.27.
c.antepe.f̄m eū.ad quod.j̄.§.5.q.125. Item illud de vxorici-
da intelligit,nisi in adulterio deprehenderit ipsam, quia tūc
non est reus huius pœnæ,37.dist.in fi.licet sit reus gehennæ
secundū eum: ad quod infra q.168.quamuis autem ista cri-
mina & forte aliqua alia impediant matrimonia contrahen-
da,tamen si timetur de incontinentia, ecclesia debet eis da-
re licentiam contrahendi,ar.33.quæst.2.antiqui.extra de co
qui cogno.consan. ex litteris. & potest dispensare episcopus
diœcesanus,aliàs contrahens peccat mortaliter, nisi consta-
ret ꝙ episcopus longo tēpore dissimulasset hoc sciens,quod
esset dispensare,vt per Pet.de palu.ibidem artic.2. conclu.3.
vbi latius. & nota, quod vltra dicta impedimenta tractatur
infra de cogna.spirituali & legali.
296 ¶CV. quæro,vtrum † aliqua consuetudo impediat ma-
trimonium contrahendum,vel dirimat contractum.Respō-
deo secundum Host.si consuetudo est approbata per Papā,
ne matrimonium contrahatur, & vt contractum separetur,
certè impedit & dirimit, dico in quibusdā casibus hoc pos-
set facere,extra de cogna.spi.c.1. & c.super. de cōsan.& affi.
quod dilectio. nam approbatio ipsa habet vim constitutio-
nis: sed si consuetudo non sit approbata per Papam,nec re-
probata,tunc ad vitandum scandalum, quod forte sequeret
faciendo contra eam impedit contrahendū, sed non dirimit
contractum: Idem Ber.& Host. Idem in sum.confes.eo.tit.
q.2.secundum fratrem Nic.post Pisa.& per Host. in sum.de
cogna.spiri. §.qualiter. in vlti.colum. vsque in finem, & per
Doct.in locis, de quibus dixi supra quæst.21.ad fi.& vide.s̄.
q.103.in fin.& infra q.108.& quæst.115. & 132.q.& 145.&
155.in fi.& 193.in fi.& ad prædicta faciunt not. per Laud.in
sacramentali in rub.de sacramento Eucharistiæ, in 18.colū.
ver.7.& in rubri.de sacramento matrimonij, 6.colum.& an
consuetudines & statuta laicorum disponentia circa substā-
tiam matrimonij vel accidentalia vel solemnia valeant, vel
circa pœnas & si.per Anto.de But.& dominum Nic.Panor-
mitanum archiepiscopum in c.1.3.colum.de spon. & in c.fi.
de spon.duorum. Et nota, quòd si consuetudo præcedit su-
per impedimento cū scandalo,hæc impedit & dirimit, quan
do est per Papam approbata: Non obstat,quos Deus coniū-
xit,&c.quia præcedente consuetudine impediente Deus nō
coniungit, vt per An.de But.in c.1.in fine, de cogna.spiri.&
adde per Ant.de But.& Ni.in c.super eo.eo.tit. & in ca.3. de
consan.& affi.in 3.col. & in c.quod super his. per eundem,&
per Domi.in c.1.de consti.libro 6.18.col.& adde no.per Ar
chid.post Lau.31.di.c.1.in prin. & Federi.cōsilio 17.in 3.co-
lum.ibi,præterea videtur casus.&c.Et an attendatur consue
tudo loci ipsius mariti, an loci mulieris, per Ni.in d.cap.1.de
spon.& dic,quòd consuetudo potest inhabilitare aliquos ad
contrahendum matrimonium taliter, quòd si postea cōtra-
hant,non tenebit matrimonium, non tamen posset consue-
tudo matrimonium legitime contractum dissoluere, vt per
Imo.in c.fi.de consue.17.col.
297 ¶CVI. quæro, vtrum litis † pendentia impediat matri-
monium contrahendum. Respondeo, si primum matrimo-
nium nullum est impedimento consanguinitatis,vel alio im
pedimento perpetuo,non dirimet secundum,q̄uis ipsum se-
cundum ēt pendente lite contractum fuerit, aget tamen pē-
nitentiā contrahens,quia ius & ecclesiā contēpsit, & quo ad
delinquentem ad tempus,prout videbitur iudici,carnale cō
mercium suspendetur: sic intellige de spon.veniens.1.& c.cū
apostolica. & de ma.contracto contra interdic.eccle.ex litte
ris. secundum Hostiē.in sum.de mat.§.qualiter impediatur.
ad fin.& de spon.duorum.§.2.ante fin. & per Anto.de Butr.
& Nic.in dicto c.veniens.& in cap.cum in apostolica.eo.tit.
per eundem vbi plenius.& in cap.tua.de spon. duorum. nec
lis mota facit matrimonium litigiosum, vt dicit Archidiac.
27.quæst.2.sic quippe.in fi. Et quare matrimonium contra-
hi non potest lite pendente super alio, per Nic.in cap.2.pe-
nulti. colum. de in integrum restitu. vnde pendente nullita-
te sententiæ non esset virgo permittenda cum alio cōtrahe-
re, quia tunc sequuto matrimonio non esset executio retra-
ctabilis,

ctabilis,vt per Imol.in cle.1.de re iudi.super glo.2. & an superinducta lite pendte priuetur̃ iure suo,Doc.in d.c.tenor. & vide s̃.q.1.post medium, & adde no.per Domi.in c.concertationi.2.colum.de appel.lib.6.

298 ¶ CVII. quero,an † contra impedimentum matrimoniale obstet cursus temporis. Respondeo,illud in sum.nõ est omittendum,q̃ vbi matrimonium illegitimum est per aliqd̃ impedimentum,nec susceptio prolis excusat, nec diuturnitas temporis,sed accusat, quia si processerũt in dies suos,diuortiũ celebratur,& pœnitentia iniungitur, & propter scãdalum perpetua pœnitentia inducitur, de eo qui duxit in matrimonium, cum haberet. secus si esset iuuenis, vel nullum scandalum immineret, quia tunc datur licentia contrahendi,eo.tit.c.2.in fi.secundum Host.in sum.de matri.in fi. ad hoc s̃.q.61.circa medium,& q.104.ad fi.

299 ¶ CVIII. quæro, an impedimenta † alia inducta secũdum leges procedant de iure canonico.Respõdeo, q̃ hodie non tenent nec impediunt matrimonium, secundum Hosti. in sum.de matr.§.qualiter impediatur.in fi.nam quo ad matrimonia & ex eis sequentia nihil ad Imperatores vel leges, vt dicit Host.in sum.de secũ.nup.in fi.cùm matrimonia iure poli non iure fori reguntur, ꝓm Host.in sum.de spon.§.qualiter. ad fi. si ergo matrimonium prohibitum secũdum leges non prohibeatur secundũ canones,valet & tenet,vt per Ioã. And.de secun.nup.c.fi.& ibi per Anto.de But.in fi.ibi etiam Goff. voluit, q̃ vbicunq; leges ex aliqua speciali causa prohibent contrahi matrimonium,q̃ generaliter sublata sit talis prohibitio per canones, vt in matrimonio inter tutorem & pupillam : Item inter rectorem prouinciæ & prouincialem: sed Fran.ibi dicit,q̃ non videtur procedere hoc, quia nõ de-
300 bemus † dicere leges correptas, nisi quãdo hoc expresse reperitur in canonibus,arg.de elect.cum expediat. lib.6.sed q̃ in his & alijs similibus casibus leges recipiant correctionem per canones, dum tamen tale matrimonium per canones nõ prohibeatur,videtur communius vt dixi, & sequitur Anto. de But.in c.1.de spon.in 2.col.& 3.& in c.2. de despon.impu.pro hoc quod not. Hug.& Archi.28.q.1.§.verum.& 29. q.2.si quis ancillam.cum si. nã matrimonia non sunt de foro principis temporalis,Ioan.And.in c.per venerabilẽ.in 5.col. qui filij sint legit.& quod not.10.distin.quoniam. in ver.pro cursu.& quod notat Host.in sum.de vsuris.§.in aliquo.circa princi. & sic in spiritualibus leges nullius sunt momenti aduersus canones,10.distin.constitutiones. & C.de sacrosanc. eccle.omni innouatione,vt dicit Specu.de alleg.& disput.§. porrò.in fi.faciunt not.in simili per Imo.cle.1. post princ.de offi.ordin. & sic in matrimonio & accessorijs stamus iuri canónico,secundum Nicol.in c.cum causa. de raptoribus.& in c.1.de despon. impube.ac etiam legibus inquantum iuri canonico non contrariantur, Nico.in c.2.eo.titu.ad idem per eundem in rub.de cogna.legali.ipse etiam Fran. in c 1.ad fi. de consti.dicit, quòd in matrimonio & similibus Imperator non habet potestatem, de rebus eccles.non alien.c.fi.facit j̃. quæst.110.& 143.& s̃.quæst.21. vnde Pet.de pal.dicit,adde quòd præceptum vel prohibitio iuris ciuilis scripti vel consuetudinis cuiuscunque locorum nihil facit licitum vel illicitum debitum vel necessarium in contractum matrimonij, si est contra legem Euangelij,sicut quòd possit dare libellum repudij excepta sola causa fornicationis, extra de spon.c.1. immo etiam si est cõtra canones sanctorum patrum,quia le-
301 ges nõ † dedignantur sacros canones imitari,de iud.at si clerici.vnde mulier nubens infra annum non est infamis. Item præceptum & ordinatio quæcunque legis humanæ & consuetudinis in matrimonio non habet effectum non solum si est contra ius diuinum & canonicum,immo etiam si non est iure canonico approbata, quia causa matrimonij est spi-
302 ritualis & ecclesiastica, laicis † autem in rebus ecclesiasticis ordinandis non est tributa facultas,a quibus, si quod in talibus statutum fuerit, nullius est firmitatis,nisi ab ecclesia fuerit approbatum,de consti.c.ecclesia sanctæ Mariæ. secũdum Pet.de palu.in 4.distinct.26.quæst.3.artic.3.qui etiam dicit, quòd in rebus ecclesiasticis & spiritualibus, vt in causa ma-
303 trimoniali,leges † Imperatorum non habent efficaciam,nisi sint per canones approbatæ, etiam si non essent specialiter reprobatæ,quamuis aliàs sint rationabiles & honestę,vt per eundem latius in 4.distin.41.quæst.3.2. colum. & distin.42. quest.3. ad fin.similiter in quibuscunq; casibus lex ciuilis dicit sentẽtiam excommunicationis nullam, nisi sit canonizata, non propter hoc erit excommunicatio nulla, secundum
304 eundem in 4.distin.18.quæst.1.in fin. Et ex his † videtur, q̃ Bart.non bene dixerit in l.fi.in fin. ff.de concubinis. dum dixit, quòd filij clerici beneficiati in minoribus constituti nõ legitimantur per subsequens matrimonium, arg.l.si contra. C.de nup.cum si.ad quam l.respondetur,quia illud officium olim impediebat matrimonium,quod non operatur beneficium,vt in cap.1.de cle.coniug. & quia sublatum est tale impedimentum de iure canonico per prædicta : & ad præmissa optime facit, quod de hoc tractat Roffi. Beneuentanus in suo libello impedimentorum, in vltimo impedimento,in fi. & per Fed.de Senis consilio 35. Casus talis est, maritus &c. facit Ioan.And.in regula,sine culpa.5.colũ. & sequenti, cum sim. si ergo dispensetur cum illegitimo tanquam nato ex soluto & soluta, non officit, quia pater fuit beneficiatus, si nõ fuerit in sacris ordinibus constitutus,vt etiam tenet curia.

305 ¶ CIX. quæro , an † propter impedimentum dirimens liceat auctoritate propria recedere a coniuge ? Respondeo non, nisi prius lata sententia separationis,vt colligitur extra de coniugio ser.c.2.& quia nemo sibi ius dicere debet, C.de iudæis.nullus.secundum Archid.29. causa.in princ.& q.2.si quis.3.& 31.quæst.2.de neptis.& 33.quæst.2.in princ.& 35. quæst.2.qui propinquam.per eundem : sed Fran. in c.continebatur.de despon.impube.dicit sic,nota quòd sponsalia nõ sunt dissoluenda sine auctoritate ecclesiæ : patet ibidem ex eo, quòd mulier petijt licentiam nubendi alteri, vt dicit Innocen.infra c.prox.quòd si sponsalia non tenent,vt quia inter consanguineos,vel quia prius cum alia contraxit, vel ex alia causa,nõ est necessarium iudicium ecclesiæ,licet quodãmodo sit honestum,vt ibi dicit, idem in matrimonio, si fiet nullum,nisi fortè interuenisset copula,quia tunc si recederet vxor sine iudicio ecclesiæ,daretur restitutio, de diuor.porro.secundum eum,ad hoc.supra quæst.89.qui etiam dicit in cap.de illis.de spon.in 2.not.& dicit Tan. quòd per ipsa spõsalia de præsenti soluuntur ipso iure spõsalia de futuro, aliàs in alijs casibus per iudicium ecclesiæ dissoluenda sunt, 33. quæst.2.seculares.35.quæst.6.multorum.secundum eum,ad idem per eundem in cap.de illis.primo. in 5.notabili. de despon.impube.vbi per Innocen. & adde supra quæst.16. post medium.& quæst.74.& si sponsalia fuerint omnino occulta, quia non in facie ecclesiæ, non oportet quòd in facie ecclesiæ dissoluantur,sed propria auctoritate & sine iudice potest alter discedere superueniẽte seu apparente iusto impedimẽto, secundum Petrum de Pal.in 4.distin.27. quæst.1.ad fi.in 3.conclu.& subdit,quòd si impedimentum est occultum, licet sponsalia publica sint, potest propria auctoritate discedere, vt ibi latius : vnde dicit Laud.quòd proprio motu soluuntur sponsalia contracta ante septennium, vbi non præcessit tentatio carnalis copulæ,de restit.spolia.ex parte.Itẽ in ingressu religionis, à fortiori in matrimonio, affinitate, vel consanguinitate, vel lapsu termini. Item in secretis sponsalibus, de clandest.despon.capit.2. Item in contractis vt de spon. cap. cum locum. alia vero regulariter iudicio ecclesiæ solui habent, vt in dicto cap.ex parte. de restitu. spolia.secundum eum in sacramentali,de sacramento matrimonij.§. 4.in princip.in 11.quæst.

306 ¶ CX. quæro, quid † agendum,quãdo doctores discordant circa impedimentum matrimonij. Respondeo secundum Hostien. vbicunq; doctores per glosas duas dicunt solui matrimonium,si non inducunt ius expressum, cõtrarium dicenti adhæreas, extra de testi.licet ex quadam. in fi. Idem in sum.confesso.eod.titu.quæst.3. secundum fratrem Nico. post Pisa.vbi supra.& per Ioan. And. post Hostien.in cap.2. de cogna.spiri.vbi idem sequitur Franc. & Anto.de But. fi. in sum.de matri.§.qualiter.1.in 2.colum.& in §.fin.ante medium.& in tit.qui fil.sint legiti. §.an inter vtrunque.& quod not.Franc.in c.continebatur.in 5.colum.de despon. impub. facit infra quæst.155.& sequenti.in fi. Similiter in opinionibus, quarum altera detrahit altera fauet clauium potestati, standum est ei quæ fauet, per not.de concess.præben.propo- suit.secundum Franc.post Docto.in cap.rursus.1.quæstio.in fin.qui cle.vel vouen.vbi per Anto.de But.in 4.colũ.& non
307 semper sequendę sunt opiniones † antiquorum,vt no.Ioan. And.in c.discretionem.circa medium.de eo qui cogno.consang.facit supra q.9.in fin.

308 ¶ CXI. quæro , quid si ecclesia † præcipiat alicui coniugum cohabitare cum altero,& ille,cui præcipitur,sciat esse impedimentum . Respondeo ꝓm Hug.in hoc casu quantum ad red-

ad reddendum non tenetur obedire , tamen in cohabitatione & necessariorũ exhibitione obedire debet,& non negare ei,cui de facto se copulauit , nam obedire debet in quantum potest sine peccato , vt in c.inquisitioni.extra,de senten.excom.secundum fratrem Nico.post Pisa.& vide per Io.And. in dicto c.inquisitioni. facit supra q.74. & infra q.125. & de remedijs imperplexitatis , quando scilicet quis in foro conscientiæ nec est nec forte esse potest maritus alicuius , & tamen adiudicatur ei pro marito , vel sponso in foro exteriori sub pœna excommunicationis , vide per Pet. de palu. in 4. dist.27.q.2.art.7.vbi ponit quinq; falsa seu inutilia remedia, & alia quinq; vera remedia, inter quæ est remedium , vt seruet præceptum,& impleat quod præcipitur,vel Papã adeat, vel religionem ingrediatur,vt ibi latius per eum,& adde s̃.q. 26.ad fin.& infra quæst.125.

309 ¶ CXII. quæro,quomodo ante † matrimonium sit inquirendum,an sit aliquod impedimentum. Respondeo, debent in ecclesijs banna publicè per presbyteros præponi, vt infra competentem terminum , qui scit impedimentũ proponat , & si apparuerit probabilis coniectura contra copulã futuram,interdicatur expresse , donec constet quid fieri debeat,aliter si contraherent sine bannis,vel post ꝓhibitiones, & extiterit impedimentum,puta gradus prohibitus,tunc filij dicentur illegitimi, & non excusabuntur propter ignorãtiam parentum : sacerdos quoque , qui tales coniunctiones inhibere contẽpserit,vel regularis, qui interesse præsumpserit , per triennium ab officio suspendatur : qui verò falsum impedimẽtum malitiose obiecerit, non effugiet canonicam vltionem,extra de cland.despon.cum inhibitio.in aliquibus verò locis non fiunt hęc banna,sed solum contrahunt sponsalia solemniter & multum ante matrimoniũ,& interim poterit manifestari,an sit impedimẽtum de matrimonio,quod fit sine bannis & clandestine,s̃.q.45. secundum fratrem Nic. post Pisa.& dicit Fran.de spon. cum in tua. not.de bannis de hoc in glo.1.& forte dicebant banna , quia sub bãno vel sub pœna excommunicationis præcipiebat sacerdos , q̃ nullus impedimenta celaret,ar.16.q.1.statuimus.secundum Hosti. & hoc seruandũ est etiam in maioribus & impuberibus propter multa animarum pericula, dicto c.cum in tua. & d.c.cũ
310 inhibitio.sed minus bene seruatur alicubi,nam ratione † sacramentorum laici subiacent episcopo sicut clerici , de cõse. dist.vlt.non oportet.& debet sacerdos cauere,ne parrochianus suus aliquam desponset eo inconsulto , secundum Fran. post Host.in c.2.2.q.de despon.impub. & in d.c.cum inhibitio.11.nota.facit supra q.62.

311 ¶ CXIII. quæro,quid † si aliquis audiuerit perpetuum impedimentum esse inter se & vxorem,nunquid tenetur inquirere. Respondeo secũdum Guil.si audiuerit a fide dignis & non suspectis,cùm non debeat esse negligẽs suæ saluti, tenetur inquirere veritatem , aliter esset affectata ignorantia , quæ non excusat, & si concipiat probabilem opinionem de dicto alicuius,non debet exigere debitum , licet reddere teneatur. Idem in sum.confesso.lib.4.titu.21. quæst.3.secus si ita inueniret veritatem , quòd etiam impedimentum haberet pro constanti,tunc enim nec exigere nec reddere debet , facit de senten.excom.inquisitioni. ad hoc infra quæst.125. porrò qui tale impedimẽtum audit a viro fide digno etiam iurato,aut a compatre suo,aut proprio sacerdote,aut publica fama,non ita tenetur credere quòd peccet mortaliter , si non credat,sed venialiter , sicut & peccare potest , qui nimis de facili credit . Idem in sum.confesso.eod.titu.quæst.4.secundum Nicol.post Pisa.& faciunt not. per Ioan.And. in dicto capit.inquisitioni.& infra quæst.199. vnde vxor non tenetur credere viro dicenti subesse impedimentum , nisi fiat fides in iudicio , vel alio modo certificetur , de secundis nuptijs.cap.dominus.secundum Fran. post Hostien.in cap.veniens.quæst.4.de eo qui duxit in matri.& in cap.fin.eo.titu. quæst.9.per eundem.Et an quis teneatur credere , per Ioan. de Lign.in cap.penulti.in fin.eo.titu.& per Archid. in cap.si pluribus.ad fin.de præbend.lib.6.& in Specu.in titu.de cita. §.sequitur. post princip. & ibi Bald. in addi. & vide per Lapum allegat.126.per Archidia. 1.quæstio.5.quicunque. per Docto.in cap.officij.de pœn.& remis.& Ioan.And.in cap.1. de fil.presbyterorum.

312 ¶ CXIIII. quæro,nunquid peccat † sacerdos , vel alius quicunque sciens impedimentum,insinuando hoc alteri cõiugum,vel ambobus,seu alter alteri . Respondeo secundum Guil.si probare non potest dicendo,agit indiscrete , nisi credat , quòd audiens paratus sit in hac parte peritorum consilio obedire : si verò possit hoc probare,& sciat hoc sacerdos parrochialis vel alter coniugum , tenetur solemniter ad diuortium agere , nisi de communi consensu velint & possint cohabitare tanquam germani : Idem in sum.confes. eo.titu. quæst.6.secundum fratrem Nico.post Pisa.vbi supra,facit s̃. quæst.73.& quæst.109.

313 ¶ CXV. quæro,an impedimenta † per Papam tolli possint? Respondeo,q̃ cùm impedimenta per constitutionẽ ecclesiæ introducuntur, per contrariam cõstitutionem potest in contrarium introduci,vt not. Fran.post Inno.in c.1.5.oppo.de cogna.spiri.vnde quotidie videmus,q̃ Paqa dispensat etiam super cognatione spirituali, vt ea non obstante cõtrahatur matrimonium,& facit supra in 11.not.& not.Hosti.in sum,de teste.§.fi.ver.sed si objcitur tale quid.vnde dicit Io.
314 And.in cap.cum apostolica.in fine.de spon.q̃ Papa † potest statuere,quicquid sibi placet in dissoluẽdo vinculum , quod ex institutione canonica vires sumit, secus in vinculo,quod vires habet ex lege naturali & diuina, vt ibi latius,& per eũdem in c.ex publico.in 5.colum. de conuer. coniug.vide l.si senatori. ff.de ritu nuptiarum. & quando valeat dispensatio vel non,per Bald.in l.1.C.si nuptiæ ex rescripto petantur. & dicit Ioan. de Imol.quomodo autem & quando possit Papa dispensare circa matrimonium,habetur in c.litteras. de rest. spol.& per Inno.de sta.mon.cum ad monasterium.& per Io. And. de voto. c.1. quia dispensare potest in casibus lege ca-
315 nonica prohibitis,secus in prohibitis lege diuina: † Qui autem sint casus lege diuina prohibiti , habetur in d.c. litteras. & de diuor.gaudemus.per glo.vt per eum in clem.1.de consang.& affin.circa prin.vnde a potestate Papæ dependet tolerare impedimẽtum in actu matrimonij a lege canonica inductum,secundum Anto.de But.in c.non debet. de consan. & affin. facit Specu.de lega.§.nunc ostendendum.ver.51.fa-
316 cit infra q. 213. Item Papa dispensando tolerat † matrimonium licite contractũ in primo genere affinitatis , de diuor. c.fi.& c.gaudemus.in prin.eod.tit.& quod ibi not. & facit s̃. communia de sacra.in princ.& in d.11.not. Item tollit Papa impedimentum canonicum vt ex tunc , ꝓm Io.And.in c.per venerabilem.pen.col.qui fi.sint legit.vide tamen ibi Ant.de But.in 11.col.& ibi per Ioan.de Lign.in penul. colum.& per Pet.de Anch.in c.vno.de spon.lib.6.Nam An.vbi supra non videtur sequi hoc , vide glo.in c.vno.de cler.coniug.lib.6.in ver.contraxerunt.in fi.& glo.in clemen.1.de consang. & affin.in ver.pro infectis.& ibi per Fran. & Imo.ibidem,& melius in clem.1.de consan.& affin.super glo.1.post Guil. & an.
317 † Papa possit impedire efficaciam sacramentorum , per Frã. post Laud.in clem.vna.in fine, de rerum permut. si ergo dissolueret matrimonium vt ex tunc , posset alter cum consanguinea alterius contrahere , licet aliàs obstaret publica honestas,de qua.j̃.q.203.& dicit Fran. post Innoc. q̃ etiam per contrariam consuetudinem legitime introductam potest in contrarium introduci , quod est notandum secundum eum, vbi s̃.ad quod s̃.q.105.Nota tamẽ,quia dicit legitime introductam : vnde male dicunt illi de castro Belli montis , q̃ habent de consuetudine contrahere matrimonia inter cognatos spirituales & ꝓsanguineos in quarto & tertio gradu &c. & facit s̃.q.103. in fin. & ad præmissa.j̃.q.proxi. & q.118. &
318 134.& sequenti.& 213.post princ. Sed pone,q̃ curia † committit dispensari super matrimonio contrahendo inter prohibitos,sed antequam dispensetur,ipsi habentes contrahere sub illo tractatu & animo matrimonij se commiscent carnaliter : An nihilominus commissarius possit dispensare ? Puto q̃ non,quia talis gratia non erat facta sed facienda , & tẽpus executionis respicit, de offic.deleg. fi super gratia. & de præben.fi cui.lib.6.& quod ibi not.ergo superueniente inter eos contractu matrimonij veri vel præsumpti, mutãtur termini seu casus dispẽsationis, & sic ad alium casum quàm dicat gratia dispensatio non extenditur , vt not. in fi. in clem. consti.de elec.in glo.5.in fi.& in clem.1.de præben.in verbo, quamuis maxime , & quia modo sunt excommunicati , per cle.1.de consan.& affin.& adde j̃.q. 134.

319 ¶ CXVI. quæro,de † impedimento erroris ꝓsonæ . In quo sciendũ,q̃ non omnis error impedit matrimonium, sed solũmodo error personæ & conditionis , cuius rõnẽ assignat Tho.in 4.dist.30.dicens,q̃ oportet q̃ error, qui matrimoniũ impedit,sit alterius corũ , quæ sunt de essentia matrimonij : ipsum aũt mãimoniũ duo inducit,s.personas,quę ꝓiunguntur, & mutuã potestatẽ inuicem,in qua matrimoniũ cõsistit:pri-

mum tollitur per errorem personæ : secundum per errorem conditionis, quia seruus non potest potestatem sui corporis libere alteri tradere sine cõsensu domini sui, hæc Thom.

320 Itaque si sit error personę, nullus est cõsensus, nam qui † errat non consentit, ff. de iurisdi. omn. iudi. l. si per errorem. & errantis voluntas nulla est. C. de iuris & facti ignoran. l. cum per testamentum. & l. non idcirco. & sic nullum est coniugiũ, vt puta si Ioannes dicat se esse Petrum. Sed error fortunæ aut qualitatis nõ excludit consensum, vt si mulier nubat pauperi, quem credit diuitem : vel si quis contrahat cũ corrupta siue inhonesta, quam credit virginem, tenet matrimonium, 29. quæst. 1. his ita. secundum Pisa. glo. Ray. in cap. de errore personæ. super versicu. virgo. dicit, quòd Hug. no. 27.

321 q. 2. raptor. quòd si quis desponsauerit de futuro † corruptã, quam credit esse virginem, comperta postmodum veritate ante carnalem copulam non est cõpellendus consummare matrimonium cum ea, quia per hoc impediretur eius ꝓmotio ad ordines ecclesiasticos, secundum fratrem Nic. Osim. in addi. Conclude, quòd est quidam error, qui respicit illud, quod est de substantia matrimonij, sicut sunt personæ, quæ sunt materia quo ad substantiam, & iste error impedit & dirimit matrimonium de iure diuino, quia ius humanum non posset facere, quòd illa, in quam non consensi, sit vxor mea, quia sicut nõ est matrimonium cum ista nisi per consensum & econuerso, secundum Petr. de Palu. in 4. dist. 30. q. 1. art. 1.

322 Circa errorem qualitatis † & fortunæ conclude, quòd si nõ cadit super aliquod, quod sit de essentia matrimonij, nec ꝑtinet ad bona matrimonij, & iste error si sit absolutus, non impedit nec de iure diuino, quia cõcurrũt essentialia, nec de iure humano, quia non est statutum, secundum eundem ibidem art. 3. vnde notandum, quòd duplex error nõ impedit, vt error qualitatis, quo credit virginem quæ corrupta est : sanam, quæ leprosa est : sed imputet sibi, qui talem elegit : secundo error fortunæ, diuitiarũ aut nobilitatis, nisi redũdet in errorem personæ, sed error personæ sic de iure naturali : cõditionis autem de iure positiuo, & sic posset Papa statuere de errore corruptionis vel lepræ quòd dirimerent, sed nõ oportet statuere de errore qualitatis corruptionis propter bigamiam, quia si ecclesia indiget, poterit cum bigamo dispensare : vnde non propter hoc oportet in materia matrimonij nouitatẽ facere : de lepra autem ignorata videretur rationabile, quia habent vxores exosas & fornicantur, secũdum eundem in 4. distin. 34. q. 1. circa finem. Vnde error infirmitatis non impedit, de coniugio lepro. cap. 2. & quod ibi Anto. de But. & in cap. fin. eod. tit. de coniug. lepr. & de materia habetur 29. quæst. 1. per totum. & per Archid. in c. vno. de cle. coniuga. in princ. lib. 6. Sic error qualitatis non impedit matrimonium, nisi in casu, vt cum intendo contrahere cum christiana & est pagana, vel iudæa, tunc enim non tenet matrimonium, etiam si a sciente, nisi ad hoc vt conuertatur ad fidem, 28. quæst. 1. per totum. Idem de errore fortunæ, vt quia putauit cõtrahere cum diuite, & erat pauper : & de errore qualitatis exemplifica, vt quia putauit contrahere cum virgine, & erat corrupta : sed error personæ dirimit matrimonium, sicut & conditionis, vt quia putaui contrahere cũ Ioanna & contraxi cum Berta, vt per Fran. & Anto. de But. de coniug. seruorum. c. 2. & fin. & adde infra quæst. proxi. & ad idem per Anto. de But. in rub. de spon. 6. colum. & nota,

323 ꝙ error † personæ vbi constat de persona non vitiat matrimonium quo ad forum contentiosum, vt latius per Ant. de

324 But. in c. tua. de sponf. qui subdit, quòd † error nominis non vitiat matrimonium, si constat de corpore, vt ibi, vide causam in simili. s̃. q. 46. & adde s̃. §. proxi. q. 11. in fi.

325 ¶ CXVII. quæro, quid si quis † dicat se esse filiũ Regis, cum non sit. Dicit Tho. in 4. distin. 20. quòd error nobilitatis inquantum huiusmodi nõ euacuat matrimonium, sicut nec error qualitatis. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redundet in errorem personæ, tunc impedit matrimonium : Vnde si consensus mulieris feratur in istam personam directe, error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium : si autem directe intendit consentire in filium Regis, quicunque sit ille, tunc si alius præsentetur ei quàm filius Regis, est error personæ, & impeditur matrimonium : & eodem modo videtur dicendum, si quis dicat se primogenitum, & non est, secundum Pisa. adde secundum Ray. & in sum. confess. lib. 3.

326 titu. 4. quæst. 4. Ad intelligentiam prædictorum † sciendum quo ad hoc, quòd aliquis vel aliqua errare dicatur in personam, oportet quòd per visum, auditum vel famam habeat aliquam notitiam illius absentis personæ quam credit istam præsentem, quia in ignotam penitus nec affectum, nec consensum dirigere possumus : vnde si nullam notitiam habeat mulier de persona absente, non errat in ea, sed decipitur in præsentem, verbi gratia si aliquis anglicus rusticus veniat ad aliquam mulierem nobilem dicens se esse filium Regis Angliæ, & contrahit illa cum eo credens eum filium Regis Angliæ, non impeditur matrimoniũ, quia non fuit error personæ, sed potius qualitatis : hoc exemplũ non videtur placere Hostien. quia cùm vbique habeatur notitia Regis Angliæ saltem per famam, videtur quòd hic sit error personæ, nec in præsentem personam, sed in personam filij Regis Angliæ consentire videtur : vnde inquit, intellige hoc, quando non exprimit aliquam certam loquutionem, per quam habeatur notitia patris & filij per consequens, puta dicit se esse filium Regis vel Comitis in genere, non dicit cuius, vel si specificat, nulla habetur notitia filij neque patris. Item secundum glos. Ray. & in sum. confess. eodem titu. quæstio. 6. si aliqua scit aliquem habere multos filios, quorum tamen nullus notus est ei, & vnus eorum mentitur se esse primogenitum, & ista consentit in eum per spem successionis bonorum paternorum, non est error personæ sed fortunæ siue relationis, scilicet primogenituræ, & ideo non impeditur matrimonium secundum fratrem Nicol. in addi. ad Pisan. & de materia per Hostien. in sum. de matr. §. qualiter impediatur, post princip. & Roffre. de libellis iuris canonici in titulo de matrimonijs. §. sequitur de errore personæ. & per Archidia. 29. quæst. 1. & supra quæst. proxi. Sic ergo dum non erretur in personam præsentem, non impediret matrimonium error qualitatis vel nobilitatis vt in dicto primo beati Tho. & idem si in aliquem tanquam primogenitũ non respectu personę ipsius, vt loquitur Tho. sed respectu successionis fortunæ, vt loquitur glo. Ray. ad quæ not. per Archid. vbi s̃. & in Spec. de coniugio seruorum. in prin.

327 ¶ CXVIII. quæro, de † errore cõditionis. Circa quod nota, quòd si libera mulier contrahit cum seruo, vel liber cũ ancilla scienter, tenet matrimonium, 29. quæst. 2. si quis liber. & cap. si quis ancillam. & duobus sequentibus. Si verò ignoranter, nullum est matrimonium, 29. quæstio. 2. si quis ingenuus. & cap. si fœmina. Hoc verum, nisi postquam sciuit eius conditionem, consenserit in eum vel in eam verbo vel facto vel per carnalem copulam, vt in dictis capitulis, si quis ingenuus. & capit. si fœmina. & extra de coniug. seruo. proposuit. & cap. ad nostram. secũdum Pisa. Hoc est verum, quando liber pro certo sciuit seruitutem, vel si ex his, quæ audiuit, habuit de ea probabilem opinionem, tunc enim si exigat ab ea debitum, non potest eam relinquere, si autem habuerit leuem aut temerariã, cui credi non debet, non prejudicatur ei, quia non obstante quòd exegit debitum, poterit, cùm veritatem certius sciuerit, separationem petere, argumen. de senten. excommunica. inquisitioni. cùm etiam titubans pro ignorante habendus sit, C. de condi. indebi. l. vlt. & not. glo. Ray. & in sum. confesso. eodem titu. quæst. 6. secundum fratrem Nico. in addi. ad Pisa. in §. impedimentum. 3. & per Pet. de palu. in 4. distin. 36. quæst. 1. artic. 1. qui concludit, quòd error cõditionis seruilis impedit & dirimit matrimonium, quia non potest libere coire : intelligit, tamen non ex natura matrimonij, sicut error personæ, sed ex sta-

328 tuto ecclesiæ. Vnde † ecclesia non posset facere, quòd error personæ non impediret, sed posset statuere, quòd error seruitutis nõ impediret, posset etiam statuere, quòd error qualitatis vel fortunæ impediret, secundum eum vbi supra : qui etiam dicunt, quòd error conditionis quę respicit bona matrimonij quantum ad finem principalem, vt bonum prolis, vel secundarum, sicut error conditionis deterioris, per quẽ impeditur libera debiti petitio frequenter, quia erit seruus : vel error impotentiæ coeundi, vel aliquid tale impedit matrimonium per statutum ecclesiæ & nõ de iure diuino, quia non pertinet ad substantiam matrimonij : & inde est, quòd contrahendo scienter cum serua erit verum matrimonium, cum tamen non esset si deesset aliud de essentia matrimo-

329 nij : cùm enim principalis finis † matrimonij sit proles, non vitatio fornicationis, si posse coire esset de substantia matrimonij, multo magis posse generare, & sic senes non possent contrahere : vnde contracto matrimonio etiam non consummato si vir eunuchetur, non soluitur matrimonium, ergo posse coire non pertinet ad essentiam, sed tantũ ad bonum fidei & prolis, vt per eundem Pet. de pal. in 4. distinct.

330 stin. 30. quæst. 1. arti. 2. & adde, quòd ad hoc vt seruitus † dirimat matrimonium, requiruntur tria ex parte illius, qui petit matrimonium dirimi : primum, quòd ipse sit liber : secundum, quòd sit ignarus seruitutis alterius : tertium, ꝙ ignorãtia duret : nam si postquam probabiliter sciuit, cõsensit verbo vel facto petendo debitum vel reddendo, sibi prejudicat vt per eundem dicta dist. 36. quæst. 1. artic. 2. conclusione 2. nec obstaret quòd per 10. annos sic steterint : quia non consentiunt, qui errant, vult enim esse suam vxorem, si est libera, secundum eum ibidem conclus. 3. & adde de seruitute superueniente, ꝙ non soluit matrimonium : sed hic est alia ratio, quia non est mortuus quo ad actus carnales, quia & potest de nouo contrahere, secundum eundem in 4. distin. 27. quæst. 3. in fin. de qua materia quando seruitus superuenit, vt quia se venundari passus est, per eundem in 4. distinc. 36. quæst. 1. arti. 3. & de coniugio seruorum & partu eorum per eũdem ibidem quæst. 2. per totam, & de materia tangit Hostien. in sum. de matrimo. §. qualiter impediatur. ver. 2. conditio. & cap. 2. de coniug. ser. vbi inter alia dicit Franc. 2. nota. quòd error cõditionis dirimit matrimonium, & hoc nisi sequatur ratificatio tacita vel expressa, vt ibi, & eod. tit. cap. fin. & licet ibi dicat de consensu per copulam, tamen idem si alio modo, d. c. fi. secundum eum.

331 ¶ CXIX. quæro, quid si ille, qui † contraxit cum ancilla, quam putabat liberam, sit seruus. Respondeo secundum Ray. licet error seruilis conditionis impediat & dirimat, vt dictum est, non tamen dirimit si sit error paris conditionis vel melioris quàm sua : nam si seruus ignorans contrahat cũ ancilla, quam credebat liberam, non decipitur nec habet qd̃ ei obijciat, argu. 32. quæst. 2. per totum. & extra, de diuor. significasti. & multo minus decipitur, si contrahat cum libera, quam credebat ancillam, concord. Pet. Tho. Alan. Goffred. & Innocen. Si tamen mulier ignorasset seruitutem viri, non erit matrimonium, vt supra quæst. proxi. Idem in sum. cõfes. lib. 4. titu. 4. quæstio. 1. secundum fratrem Nico. post Pisa. & Pet. de palu. in 4. dist. 36. q. 1. arti. 1. & per Hostien. in sum. de coniu. seru. præsertim in ver. quid si seruus credit. & per totum, concordat Fran. post Doct. in c. 2. 2. q. & in c. fi. in 1. no. post Ioan. And. de coniu. ser.

332 ¶ CXX. quæro, nunquid † error conditionis libertinæ vel ascriptitiæ vel originariæ impediat matrimonium, sicut & conditionis seruilis ? Respondeo secundum Guil. non, sicut notauit Hug. 29. q. 2. in princi. quia omnes tales sunt liberi, licet ad quasdam operas plus cæteris teneantur. Idem Hosti. idem in sum. confes. eo. tit. q. 3. secundum eosdem. Idẽ Pet. de pal. in 4. dist. 36. q. 1. arti. 2. vbi latius, & per Hostiẽ. in sum. de coniu. ser. ver. quid si liber cõtrahat. Idem Fran. post Vin. in c. 2. 3. q. de coniug. ser.

333 ¶ CXXI. quæro, quid si quis † ignoranter contraxerit cum ancilla, quam dominus viro ignorãte postea manumisit, nunquid eo tempore est matrimonium. Respondeo secundum Hostien. non, quia talis cohabitabat quidem mulieri, sed hoc ex primo consensu : facit, quia cum fuerit erroneus, non fuit effectiuus matrimonij, concord. Tan. Goff. Innocen. & Ber. secundum Pisa. Alij dicunt, quòd ipsa manumissa statim est matrimonium, & sublatũ est impedimentum : quorum sententiam gl. Ray. credit veriorem, vt in sum. eodem titu, quæst. 3. potest dici, quòd si constet liberam personam pœnituisse huiusmodi matrimonij, antequam altera fuerit manumissa, nec expresse vel per coniecturas apparet de reuocatione dictæ pœnitẽtiæ, procedat prima opinio, ꝙ ante manumissionem consensus nõ fuit validus, & post manumissionem nullus affuit consensus : si vero de dicta pœnitentia non constat, procedat secunda opinio, nam semel cõsensit in mulierem vt in liberam, & ex quo non cõstat de reuocatione in eodem consensu intelligitur perseuerare, vt in c. maiores. in fi. de bapt. & licet a principio non fuerit libera, sufficit ꝙ nunc sit libera : nam cessante causa impediměti cessat & impedimentum, extra de app. cum cessante. secundum fratrem Nic. in addi. Host. vt supra tenet primam partem dicens, ꝙ contraria opinio procederet, quando sciẽter cognosceret, ar. 34. q. 2. in lectum. vt per eum in sum. de coniug. ser. §. fi. ver. quid si quis contrahit. Idem voluit glo. in c. fi. in fin. ver. sed pone. eo. tit. Idem Goff. Idem videtur sequi Frã. ibidem allegans not. 29. q. 2. si quis ingenuus. pro hac parte induco glo. de eo qui dux. in vxo. c. 1. requiritur ergo consensus expressus vel tacitus ex nũc, & vt s̃. q. 17. & infra. q. 134.

334 & 188. & quæstio. 232. & adde, quòd de iure canonico † tenet matrimonium inter liberum & seruam etiam domino contradicente, de coniug. ser. c. 1. secundum Fran. in c. cum locum. 2. q. de spon. supra q. 21. circa medium. & ad præmissa facit supra §. proxi.

335 ¶ CXXII. quæro, quid si liber contraxerit cum † ancilla ignoranter, & illa durante ignorantia cõtraxit cum alio non ignorante cõditionem eius ? Respondeo secundũ Guil. tenet matrimonium cum secũdo, cùm primum nullum fuerit. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 4. secundum fratrem Nicol. post Pisa. facit supra q. 22. & q. 100.

336 ¶ CXXIII. quæro, quid si † quis contrahit cũ filia seruì vel liberæ. Respondeo videtur diuortium celebrandum, si de consuetudine patriæ præscripta filius sequatur conditionem patris, arg. de cogna. spiri. super eo. vt per Hosti. in sum. de coniu. ser. ver. quid si quis contrahat. facit supra q. 105.

337 ¶ CXXIIII. quæro, quid si libera † contraxerit ignoranter cum seruo, & postea scita seruitute nihilominus vult esse cum eo, & ille vult discedere ? Respondeo s̃m Guil. cõpelli debet ad consentiendum : si tamen pendente compulsione contraheret cum alia, vel illa cum alio, teneret matrimonium, vt Host. addit. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 1. & ad prædicta facit c. 1. extra, de eo qui dux. in matri. secundũ fra. Nic. post Pisa. Idem Fran. post glo. & Doct. in c. fi. 3. q. de cõiug. ser. sed Host. in sum. eo. tit. ver. quid si seruus petit. dicit, quòd non videt ꝙ hoc stare possit, quia nõ potest matrimonium claudicare, vt quo ad vnum teneat & non quo ad aliũ : sed certe isti doctores non dicunt, ꝙ sit matrimonium, sed ꝙ compelli debet, &c. quod etiam videtur velle ipse Hostien. in sum. eo. tit. in fi. facit. j̃. q. 191. & ad illud de claudicatione matrimonij, vide Ioan. And. in c. quanto. ad fi. de diuor. & in c. 1. ad fi. de spon. duo. & j̃. q. 191.

338 ¶ CXXV. quæro, quid de illo, qui † mouit contra vxorem quæstionem conditionis, & illa lite pendente petit debitum ? Respondeo secundum Tho. in expositione litteræ quarti sen. distin. 31. quia non est certus de seruitute vxoris, debet reddere debitum ad mandatum ecclesiæ sine suo prejudicio, & in hoc cognoscit eam primo cõsensu, non ex nouo : si autem constet ei de seruitute vxoris, vel probabiliter præsumit, non debet ei reddere debitum, etiã si ecclesia precipiat, quia vel sibi præiudicium faceret, si eam vxorio affectu cognosceret, vel fornicaretur & mortaliter peccaret, secũdum Pisa. Salua reuerentia, nisi euidenter & manifeste cõstet propter probabilem præsumptionem impedimenti, nõ debet denegare debitum, extra de sent. excom. inquisitioni. ibi, verum cum conscientia pulsat animũ ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidenti & manifesta debitũ quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro vel contra legem coniugij vel contra iudiciũ conscientiæ committat offensam, & per prædicta potest concordari diuersitas opinionum, quæ referuntur in sum. confes. eo. tit. q. 7. secundum fratrem Nico. in addi. & de hoc per Hostiẽ. in sum. de coniug. ser. ver. quid si lite pendente. Franc. tamen in c. 2. in 4. q. de coniu. ser. videtur residere, ꝙ pendente lite vir non teneatur reddere debitum etiam ad mãdatum ecclesiæ, de quo ibi latius per Doct. facit s̃. q. 59. & q. 3.

339 ¶ CXXVI. quæro de impedimento † voti, vtrum uotum de continẽtia impediat matrimonium. Respondeo, duplex est votum, quoddam solemne, quod fit per susceptionẽ sacri ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus approbatis, & tale votum impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit contractũ. Aliud votum est non solemne, sed simplex, & hoc si fiat de non cõtrahendo, vel de castitate, & huiusmodi impedit matrimonium contrahendum, & quanto manifestius est emissum, tãto maior pœnitentia debetur transgressori, non tamen dirimit matrimonium cõtractum, extra de voto. quod votum. lib. 6. secundum Pisa. Idem per Pet. de pal. in 4. distinctio. 38. quæst. 3. articu. 5. vbi latius de hac materia per Anto. de But. post Innoc. in c. fraternitatis. in 7. colum. de frigi. & male. & per Hostien. in sum. qui cler. vel vouen. §. 2. per duas colum. & per Ant. de But. qui cleri. vel vouen. in rub. & nota, ꝙ po-

340 sito ꝙ † existens in sacris degradetur, non perdit characterem ordinis, a quo surgit impedimentum vinculi, secundum eundem in c. 1. eo. tit. & per illud c. quod votum. hodie sublata est magna altercatio, de qua per Gra. 27. q. 1. secundum Archi. ibi in prin. & de isto impedimento tangit Hostien. in sum. de mat. §. qualiter impediatur. ver. 3. & habetur 27. causa per totum. & qui cler. vel vouen. per totum. & per Franc.

post Inno.in rub.eo.quæst.7. & in cap.3. & quod dictum est in vouente solemniter, idem intelligas de proponẽte vitam absolute mutare, de quo per Ioan. And.in c.3.& 4.qui cler. vel vouen.& in cap.non solum.de regula. lib. 6. ad quod su-
341 pra eo.quæst.103.& in 11. nota. sed si vir inuita † vxore ingreditur religionem, & ibi profitetur, & per vxorem repetatur, & postea moritur vxor, an possit matrimonium cum alia contrahere, per Pet.de pal.in 4.distin.27.quæst.3.art.2. in fine, & per eundem distin.32. quæst.2.artic.3.& an possit vnus votum emittere sine licentia alterius, vide ea.quæst.2. arti.1. & quid si licentietur ad votum religionis,vel ad votũ solemne ordinis,vel ad votum simplex,ea.quest.& art.2.per
342 eundem. Adde,ꝙ si quis emit it votum † non ex corde, nec intendendo se alicui religioni astringere, creditur sibi in foro animæ,non in foro ecclesiæ,vel si quoquo modo consensisset, Ioan.And.in c.veniens.circa prin. & circa fin.qui cle. vel vouen.supra q.26.in fine.

343 ¶CXXVII. quæro,quomodo † debet intelligi, quòd votum simplex impedit matrimonium contrahentium.Respondeo secundum Ray.in tantum impedit,quòd si ille,qui fecit tale votum,postea præstiterit iuramentum alicui,quòd eam duceret, debet votum implere & agere pęnitentiam de illicito iuramento, extra qui clerici vel vouentes.rursus. idẽ Hostien.quòd si primo iurauit, & postea vouit, in hoc casu secundum Hostiẽ.& Goff.præualet iuramentum, potest tamen intrare religionem,extra de spon.commissum, ꝙ si post tale votũ contrahat per verba de præsenti, non poterit vxorem cognoscere sine peccato mortali, quia adhuc potest intrare religionem : postquam autem cognouit, iam factũ est illicitum non reddere debitum : vnde licet petere non dẽat, reddere tenetur, siue petatur expresse siue interpretatiue : quod dico, quia aliter esset nimis onerosum vxori, si oporteret semper expresse petere : Hæc Tho.in 4. distin.38. concor.Pet.vt in sum.confesso.lib.1.titu.8.quæst.21.secundum fratrem Nico.post Pisa.Item contrahens contra simplex votum peccat mortaliter, & quòd impedit primam debiti petitionem,& quòd licet vouens non contrahere matrimoniũ non cogitet de actu, nihilominus non potest debitum petere pro prima vice, secundum Pet.de palu.in 4.distin.38.q.3. artic.5.vbi latius : dicit etiam ibi in fine,quòd professio tacita, vbi est habitus distinctus,obligat alicui religioni interminate, & per consequens dirimit matrimonium post contractum,quamuis hoc sit dubium secundum ipsum, qui etiã
344 videtur velle in secunda conclusione,ꝙ professio † facta ante annum contra iuris prohibitionem sufficiat ad dirimendum matrimonium post contractum, ex quo sic est ligatus, quòd non potest ad seculum redire.Sed professio facta ante pubertatẽ nõ dirimeret, quia talis nulli religioni obligatur : facta vero in ordine reprobato dirimeret, & respondet ad cap.vnicum.de voto.lib.6.quia eo ipso quod fit expresse religioni reprobatæ, fit tacite alicui de religionibus approbatis,quia non potest in seculo remanere, & sic professio nulla inhabilitat ad matrimonium propter affectum, vt ibi latius per eum. Sed adhuc videtur arguere & obstare dictum cap. vnicum.de voto lib.6.& ad illud interpretatiue, &c.& adde supra quæst. 59. & nota, quòd matrimonium tanquam fortius vinculum rescindit simplex votum de ingrediendo religionem, sed non solemne votum, Anto. de But. in cap.3. qui clẽ.vel vouen. & in cap.rursus. eod.titu. per eundem. &
345 nota,quod si quis vouet, quòd † intrabit religionem aliquã certam, remanendo in his terminis non vltra procedendo, dicitur votum simplex, vt patet de regul.qui post votum. lib.6.& per Archid.27.quæst.1.in princ. & per Fran.qui cle.
346 vel vouen.cap.3.1. & 2.notabili. Item conuersus † ecclesiæ secularis contrahit matrimonium,Ioan. And.in cap.dilecta.
347 ad fi.de maio.& obedien.& quid de † oblatis,an possint cõtrahere matrimonium, nota. in clemen.1.in fin.de decimis.
348 & ibi per Docto.post Math.Item nota,quòd qui † prius iurat ducere aliquam in vxorem,& postea votũ simplex emittit, glo.in dicto cap.rursus.penul.videtur velle quòd votum non teneat,concord. Ioan.And.& Franc.ibidem in 6.quæst. vnde si contraheret,teneret matrimonium, vt per Hostien. in sum.qui cler.vel vouen.§.2.vers.quid si iurauí.& Archid. 27.quæst.1.de viduis. & supra quæst.proxi. & si post votum simplex contrahitur matrimonium de præsenti,dicit Hosti. ꝙ non debet exigere,quod sequitur Archid. de voto. c.vno. lib.6.Ioan. And.dicit æquius videri, ꝙ etiam potest exigere, refert tamen quòd opinio solemnis habet cõtrarium, quam tenet Thom.4.senten.distin.38.art.3. & vult hæc opinio dispensationem necessariam super exigendo : Ioan. Cald. tenet, quòd possit exigere absque dispensatione.Gaspar tenet dispensationem esse necessariam, & hæc opinio tutior quo ad hoc, vt in dubio petatur dispensatio : alia tamen opinio videtur verior, quia ex quo propositum vouentis continẽtiam & propositum nubentis sunt contraria, per matrimonium videtur extingui votum, cùm vnum contrariorum aliud excludat, de pœni.distin.1. cap.1. quinetiam præsupposita opinione Hostien. & beati Tho. poterit episcopus dispensare commutando in aliud bonum, de voto.c.1.& opinio Hostien.procedit respectu contrahendi,quia vouẽs simpliciter peccat contrahẽdo, nisi dispenset Papa,vt possit cõtrahere & etiam consummare,quia vsque ad consummationem ligat votum,de spon.commissum.sed post consummationem solutum est votum,vt supra dixi. Item etiam respe-
349 ctu † contrahendi potest episcopus dispensare, ergo fortius potest vt vtatur contracto etiam exigendo : nam etiam dispensat cum incestuoso,vt licite cõtrahat,33.quæst.2.si quis cum duabus. de eo qui cogno.consan.ex litteris. secundum Fran.in dicto cap.rursus,in 7.& 8.quæst. & concor. Ioan.de Ligna.ibidem,& Pet.de Ancha.in dicto cap.vno.1.quæst.de voto.lib.6.vnde episcopus ex causa dispẽsare potest,vt simpliciter vouens contrahat,vt in Spec.tit.2.§.nunc de episcoporum.ver.133. quod tamen credit Anto.de But. procedere in voto simplici de futuro, secus si votum sit de præsenti, licet simplex secundum eum in cap.veniens. in fin.qui cleri. vel vouẽ.primum tamen videtur verius, vt supra,quia semper votum simplex seu non solẽne videtur de futuro,vt voueo intrare religionem.votum solemne de præsenti, vt uoueo continentiam de præsenti, per not.per Anto.de But.in cap.rursus.4.colum.eo.titu.& vide eum ibidem in fine.nota
350 tamen, ꝙ hodie † dispensatio vt uouens continentiam seu religionem possit contrahere, spectat ad Papam ex reseratione, vt in littera seu bulla pœnitentiariæ, cap.42.vnde similiter videtur, quòd post contractum matrimonium Papa habeat habilitare taliter vouentes, vt in dicto matrimonio remanere possint non obstante tali voto, & ita vidi litteras apostolicæ curiæ : quod satis expedit pro exigendo debito coniugali per vouentem propter opiniones & stilum curiæ Romanæ,& dictas litteras vidi,videlicet vt nõ obstante voto religionis,&c.vnde idem uidetur in voto continẽtiæ hodie faciendo per prædicta. curia tamen post contractum matrimonium nõ de facili dispensat ante copulam cum tali vouente continentiam seu religionẽ, cùm potest ingrediendo religionem votum seruare,sed post copulam faciliter dispensat, facit infra quæst.134.vide in Specu. in titu.de lega. §.nunc ostendendum.ver.85.

¶CXXVIII. quæro,quid respondendũ,cum persona
351 † fecerit votum simplex,& quærit an possit matrimoniũ cõtrahere ? Respondeo ſm Host.debet responderi,ꝙ non,& si vltra quærat dicens,quid si contraxero, nũquid tenebit matrimonium : non debet rñderi, aliter peccat, quia dat occasionẽ mortaliter peccandi, ſm Pisa.aut mentitur:vnde talibus aggrauãdũ est peccatũ,quod cõmittũt in contrahendo, & cauendum ne detur occasio contrahendi,ſm eundẽ Host. in sum.confes.eo.tit.q.22.secundum fratrem Nic.in addi.& per Hosti.in sum.qui cle.vel vouen.§.fi.penul.colum. ibi dicit, sed forte talibus dicendum,nec prohibeo, nec concedo, quia nec istud a iure tibi conceditur,secundum eum. posset tamen episcopus dispensare,ut supra proxime.

352 ¶CXXIX. quæro , an licite † statuerit ecclesia,ꝙ clerici in sacris non possint contrahere matrimonium, nec vti contracto.Gaspar prosequitur arguendo ꝙ non, concludit tñ ꝙ sic,& inducit rationes,ex quibus licite hoc statutum fuit, tñ experientia docet,ꝙ multi non seruãt:vnde contingere pot, ꝙ adhuc ecclesia cõtrarium statuet, ex quo videbit per abusum abrogatam esse constitutionem de continẽtia, propter quam causam forte Apostolus de virginibus noluit facere præceptum,sed consiliũ dedit,primo ad Corinth.7.secundũ Fran.in rub.qui cler.vel vouen.q.5.ad hoc ꝛ.q.21.ad fi.& j. q.194.& ꝛ.§.proxi.q.37. & sic potest Papa dispensare in cõtinentia sacerdotum,vt not.25.quæst.1.quę ad perpetuam. vbi idem tenet Lau.& per Archid.84.distin.cum in præterito.& 27.quæst.1.nuptiarum.& 32.distin.de illo. & ibi etiam not.& Tho.in sua sum.art.4.prout refert Archi.25.quæst.1.
353 sunt quidem . in fin. Sed an † Papa possit dispensare in uoto religionis , seu professionis solemnizato , videlicet ꝙ monachus

chus vxoretur ? Videtur quòd non , quia licet continentia sit annexa essentialiter ordini sacro , seu ex statuto ecclesiæ, tamen in voto religionis solemni castitas est annexa regulæ monachali , idest debitum castitatis est ei annexum essentialiter , secundum Thom. vt refert Archid.in dicto cap. sunt quidem. & per Thom.in secunda secundæ quæst.88.artic.11.& idem Alber.in 4.senten. quòd votum continentiæ non recipiat dispensationem,vt in dicta glo. c.sunt quidem. per rationem ibi assignatam,nec valet secundum eum,quod dicitur de vtilitate Regni.&c. quia non sunt faciẽda mala vt veniant bona,&c.sed ipse Tho.primo tenuit opinionem cõtrariam,quod potest, in 4.distin.38.quæst.1.arti.4.quod sequitur Ioan.And.in regula,semel Deo.lib.6. vbi plene idem tenet Ioan.Cald. & Fran.in cap.1.de voto. hoc etiam tenebat dominus Hu. Cardi. & quidam Ioan. Theutonicus , qui dicit,quòd vidit de facto dispensari,& consentit magis huic opinioni Hostien.in sum.de voto. §.5.qualiter. circa finem. & refert Archid.vbi supra in dicto capit.sunt quidem . Idem Ioan.de Lig. in cap.cum olim. de cler.coniug.& in cap.cum ad monasterium.vbi per Doct.de sta.mona.& Pet.de Anch. de voto.cap.vno.lib.6.& Ioan.de Imol.in cap. Deus qui.de vita & hone.cler.idem Pet.de palu.in 4.distinct.30.quæst.2. arti.1.& distin.38.quæst.4. artic.4. conclu.11. & duabus sequentibus.pro qua parte facit, quia curia quandoque fecit, vt supra,& quia hęc opinio fauet potestati clauium,ergo sequenda,supra quæstio.110.& supra in 11.nota.& facit infra quæst.202.vnde Ioan.de Imo.in clemen.1.de consan.& affi. post Doct.tenet,quòd Papa dispensare potest cum professo vel promoto ad sacros,vt contrahat matrimonium,& tenebit matrimonium , sed peccat contrahẽs propter votum expressum,vel tacitum continentiæ, saluo nisi ex causa magna dispensaretur , vt dicit Innocẽ.in cap. cum ad monasterium. Ioan.And.in mercurialibus. secundum eum ibidem ad finẽ. ad idem per eum post Pau.in clemẽ.2.de pœnit. & remiss.3. colum.vbi etiam dicit, quòd si Papa dispensat sine causa cõtra ius positiuum non peccat, vt ibi per eum : & quòd Papa potest dispensare in vtroque,vide per Fran. in clem.2. de æta.& quali.8.quæst.faciunt not. per Anto.de But.in c.rursus.qui cle.vel vouen.& per Nico.in cap.cum olim. de cleri. coniug.per totum.& cap.cum ad monasterium.de sta.mon. ad finem.qui etiam tenet, quòd Papa potest dispensare cum vouente intrare religionem , vt voto nõ completo acceptet ecclesiam parochialem propter maius bonum,vt per eum in cap. quod Dei. penult.colum.eod.titu. Adde secundum leges,quòd sacerdotium compatitur matrimonium, licet non satis commodè,l.victricus §.diuortij.cum sequenti.ff.de donat.inter virum & vxorem .

354 ¶CXXX. quæro de † impedimento cognationis carnalis.Vbi primo sciendum est,ꝙ triplex est cognatio,ſ.carnalis, quæ dr̃ consanguinitas:spiritualis,quæ dr̃ compaternitas:le-
355 galis,quæ dr̃ adoptio. quid est † consanguinitas.Respondeo ſm Ray.est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagine contractum : & dico stipitem illam personam,a qua aliqui duxerunt originem : vnde & cõsanguinei dicuntur quasi de vno sanguine , concor.Hostien. & alij Docto.vt in sum.confesso.lib.4.titu.6.quæst.1. Consanguinitas habet tres lineas , idest procedit triplici ordine : prima namque linea dicitur ascendentium,vt pater , auus,& huiusmodi . Secunda descendentium , vt filius , nepos. Tertia collateralium , vt fratres , & fratrum filij , qui & patrueles dicuntur : & hæc eadem collige in fœminis , vt in matre & auia, in filia & nepte, & duabus sororibus , & filiabus earum . Idem in sum.confesso.eodem titu.quæst.3.secundum Ray.& alios Docto.secundum fratrem Nicol.post Pisa.in §. impedimentum. vbi & per Pet.de pal.in 4.distin.4.arti.1. &
356 subdit, quòd † gradus est habitudo determinatæ distantiæ personæ a persona,& per Hostien.in sum. de consanguin. & affi.§.quot sunt lineæ.& de isto impedimento tangit aliqualiter Hostien.in sum.de matri.§.qualiter impediatur.vers.4. & habetur 35.causa.per totum.& plene per Archi. de spon. cap.1.circa prin.lib.6.& ad illud quid sit consanguinitas, vide per Archid.35.quæst.2.c.2.Franc.in expositione arboris consanguinitatis,1.quæst.

357 ¶CXXXI. quæro , quomodo computatur † gradus consanguinitatis . Respondeo in linea ascendentium & descendentium quælibet persona addita alicui facit gradum : vnde pater & filius sunt in primo gradu : nepos in secundo: pronepos in tertio . Sed in linea collaterali aliter computantur secundum leges , & aliter secundum canones : nam secundum leges in computando debemus reuerti ad stipitem , scilicet ad communem personam , & ita duo fratres sunt in secundo gradu,& filij duorum fratrum sunt in 4.gradu : nam computantur omnes personæ, scilicet ascendendo vsque ad stipitem , & inde descendendo : sed secundum canones in linea collateralium nõ oportet reuerti ad stipitem , quin potius per se duo fratres sunt in primo gradu : horum filij in secundo,& ita vlterius , extra de consang.& affin. tua nos.& de testi. licet ex quadam. & 35.quæst.5. ad sedem.secundum fratrem Nicol. post Pisa.vbi supra.per Archid.in c. statutum.in ver.primum.de hæreti.lib.6.& per Pet.de palu. vt supra quæst.proxi.& per Hostien.in sum. de consangui.& affin.§.qualiter computentur.sed secundum hoc licet aliqui æqualiter inter se distent 6.gradu , potest tamen esse , quòd aliter dicatur proximior in consanguinitate , vt quia minus distat a stipite , vt per Fran. in cap. quod dilectio.3. nota.de consan. & affin. dic latius , quòd computatio ascendentium & descendentium communis est apud omnes , quòd si nulla sit persona media , tunc sunt in primo gradu , vt pater & filius descendendo, vel filius & pater ascendendo : sed si sunt alię personæ medię computatis eis cum extremis,quot sunt personæ vna minus tot sunt gradus : verbi gratia , auus & nepos distant secundo gradu , quia sunt tres personæ , proauus & nepos , 4. gradu , quia sunt quinque personæ : ratio huius est, quia cùm gradus sit certa distantia propinquitatis gradus , non potest esse eiusdem ad seipsum , sicut nec propinquitas ,& ideo gradus semper supponit personam alia quam , cui secunda addita faciat gradum , & per eandem rationem tertia addita secundæ,& quarta tertiæ , & sic semper sit numerus graduum iuxta numerum personarum vna excepta : in linea vero collaterali , quæ non est eorum, quorum vnus descendit ab alio , sed eorum qui descendunt a communi principio , computantur gradus secundum canones , quia videndum est vtrum personæ , de quibus quęritur , æqualiter distent a communi stipite, aut inæqualiter . Si æqualiter,quoto gradu quælibet earum distat a communi stipite,toto gradu distant inter se : verbi gratia, filij duorum fratrum ita se habent , ꝙ distant a communi stipite secundo gradu secundum lineam rectam , & in eodem gradu distant inter se secundum lineam collateralem . Si autem inæqualiter , tunc quoto gradu remotior illorum distat a communi stipite,toto gradu distant inter se:verbi gratia,sit Sortes nobis communis parens vel stipes,& ego nepos secundum vnã lineam,tu vero pronepos secundum aliam: si queritur,quoto gradu ego disto a te, debet responderi quòd tertio , quia toto gradu,qui est remotior,distat a cõmuni parente, a quo non disto nisi secundo gradu, & sic canonistæ ponunt fratrẽ in primo gradu , filium fratris in secundo, descendendo nepotem in tertio , pronepotem in quarto, abneptẽ in quinto , &c. ascendendo vero patruum in secundo,propatruum in tertio , abpatruum in quarto , &c. dilatando vero duorum fratrũ filios in secundo,nepotes in tertio,&c. verbi gratia si geneologia Abrahæ per Ismahel , & Isaac , & Isaac per Esau,& Iacob,&c.vnde regulæ canonistarũ sunt quinq;.Prima , quòd persona addita personæ per carnis propagationem addit gradũ in linea ascendenti & descendenti, sed non immutat genus,secus in linea transuersali ,.secundum canones . Secunda regula , quòd quot sunt personæ computatis medijs & extremis, vna excepta , tot sunt gradus in linea ascendentium & descendentium. Tertia regula est,quòd personæ æqualiter distantes a communi stipite toto gradu distant inter se, quoto quilibet ab illo.Quarta regula est,quòd in transuersalibus inæqualiter distantibus a communi stipite,quoto gradu remotior distat a stipite , toto gradu distant inter se.Quinta regula est,quòd quoto gradu aliquis distat a cõmuni stipite , toto gradu distat ab omni ab illo stipite descendentium vsque ad æqualiter distantem, sed a plus distãte plus distat,quia tantum quantum ille per quartam regulam,vt per Pet.de pal. in 4. distin.4. vbi plenius de his , & de computatione legistarum , & infra quæst.213. post princip. Et adde ad hanc computationem paria esse designari personas nominibus proprijs , vel per circunstantias æquipollentes nomini,de rescrip.significãte.& quod not.per Fran.in c. tua.5.notabili,de consang.& affin.post glo.vlti.vt quia dicit testis , Titius & quidam decretorum doctor actu legens, lõgus vel breuis vel similia,fuerunt fratres , vel Titius & vxor talis militis fuerunt frater & soror,secũdum Fran.vbi supra,

& Ioan.And.in d.c.significante.& in data 6.libri, in nouella. & licet dicatur, ꝙ super consanguinitate valeãt testes de auditu,vt de testi.licet ex quadam.& in dicto c.tua.non tamen est laxanda facultas, vt ibidem, simile ff.de legi.l.quod non ratione.& in regula,quæ contra.lib.6.secundum Fran.in d.c. tua.6.no.

358 ¶ C X X X I I. quæro, vsque ad quem gradum † prohibetur & non tenet matrimonium. Respondeo secundum Ioan. Andr. inter descendentes & ascendentes puto perpetuam prohibitionem,licet alij dicant vsq; ad quartum gradum solum ẽt in linea recta, sicut in transuersali: & ideo si Adam viueret, non posset cõtrahere cum aliqua muliere, quod sequi videtur Pet.& Host.in sum.confes.eod.titu.q.5. secundum fratrem Nico.in addi.post Pisa.& Pet.de pal.in 4. dist.4.art.3.& per Host.in sum.de consang.& affin. §.vsq; ad quotum gradum. & ꝙ in linea ascendentium & descendentium sit perpetua prohibitio, sequitur Fran.in c.non debet. 9.not.Et in expositione arboris consanguinitatis,circa prin. & in 11.q.post Ioan.And.& in c.tua.3.not.de consan.& affi. & subdit pisanella, ꝙ inter collaterales est prohibitio hodie vsq; ad quartum gradum computando secundum canones, extra de consan.& affi.non debet. & intellige inclusiue,vt in d.c.non debet.& per Host. in sum.in d.§.vsque. Item subdit Pisa. ꝙ si aliquæ personæ attinent sibi ex vna parte in primo secundo vel tertio gradu,& ex alia parte in quinto, poterũt bene contrahere, quia in consanguinitate semper est standũ remotiori personæ, de consang.& affi.c.vlti.secundum Pisa. vnde si aliqui contraxerũt in quinto & quarto gradu,respectu stipitis valet matrimonium, quia tales attinẽt sibi quinto gradu:& idem in quinto & tertio,vel quinto & secundo: secus in quinto & primo:quia cum filia stipitis sicut nec cum stipite contrahi poterit,secũdum Host.vbi s̃.sed ꝙ is,qui distat quinto gradu a stipite possit cõtrahere cum filia stipitis, quæ est per aliam lineam, tenet Ioan.And.& Fran.post Ioã. And.contra Host.in c.tua.3.notabili.& in c.vir,qui.& in expositione arboris,in 8.q.ante finem, post Ioan.And.de consang.& affin.vnde existens in quinto contrahit cum descendente alterius lineæ existente in primo,vt per Anto.de But. in c.fi.de consan. & affin. & intellige hæc secundum fra.Nicolaum Osim.in addi. nisi esset consuetudo,ꝙ fieret computatio a gradu stipiti proximiori, tunc enim illa omnino seruanda est & quo ad impediendum & dirimẽdum matrimonium,vt in c.quod dilectio.de consan.& affin.secundum eũ. ad quod supra quæst.105.& sic vltra quartum gradum consanguinitatis licite contrahitur matrimonium, vt in dicto c. non debet.& c.fi. & si ambo sunt in quarto gradu,non contraherent,dicto c.fin.Adde,quòd olim secundus gradus collateralis in linea inæquali erat prohibitus,in æquali vero nõ, secundum Ioan.And.de restit.spol.litteras.& de diuor.gaudemus. antepen. colum. & vide circa hoc,ſ.quæst.213.post

359 prin.Et aduerte,quòd prohibitio † legis canonicę circa matrimonium differt a prohibitione legis diuinæ,quæ est in veteri testamento,vt patet in cap.de infidelibus.de consan.pro hoc,quia in veteri testamento permittitur, ꝙ filij duorũ fratrum coniungantur,vt not.in dicto c.litteras.in glo.in Leuitico.& in glo.videtur.& idem secundum leges, C.de nupt.l. in celebrandis.Instit.de nup.§.duorum. sed secus secundum canones,dicto c.non debet. secundum Fran.in dicto c.de infidelibus 1.nota.Et subdit Pisa.ꝙ licet consanguinitas quantum ad matrimonium contrahendum terminetur in quarto gradu,& non vltra,nec etiam committatur incestus in vlteriori gradu, tamen quãtum ad successionem hæreditatis durat vsque ad decimum,vt in Pisa.in ver.hæreditas.§.3.& per Hostiẽ.in sum.in dicto §. vsque. Vnde committitur incestus in proprijs consanguineis vel vxoris iam cognitæ, a quibus æquè abstinendum est,vt à proprijs, de consang.& affinita. cap.1.secundum Franc.post Hostien.in rubrica eodem titu. Et nota, quòd iudex debet esse sollicitus in inuestigando à testibus istas parentelas, secundum Hostien.in sum.in dicto §.vsque.in fine.

¶ C X X X I I I. quæro, an ista prohibitio † pro-

360 cedat inter descendentes ex coitu fornicario non ex matrimonio. Respondeo sic, vt per Hostien.in sum.de consang. & affin. §.1. concludens, quòd inter tales etiam naturaliter tantum coniunctos prohibetur matrimonium,vt ibi per eũ, facit c.per tuas.de proba. & de eo qui cognouit consanguineam.discretionem. Idem Fran.post Ioan.An.in expositione arboris consanguinitatis, in 2.colum. in fine 11. q. facit ff.de ritu nupt.l.& nihil. & ſ.q.136. facit quod not. Franc.in clemen.1.de bapt.ante finem.& ſ.q.137.& q.154.Ex his infertur, ꝙ hæc prohibitio procedit in agnatis & cognatis, de consan.& affi.quod super.& c.tua nos.& sentit glo.dum ponit casum in c.fi.eod.titu.& sentit Spec.eo.titu.in prin.facit de testi.series.& de spon.iuuenis.in fine.de despon.impube. c.accessit.& c.1.& 2.coniuncto rubro de eo qui cogno.consang.& facit glo.in arbore,circa princ.in vers.linearum.& in 2.colum.ver.Item licet attendẽdi.in fi. & in ver. pone ergo. in fi.vel vt sciretur.&c.& facit diffinitio cõsanguinitatis tradita per Docto.de qua supra q.131.sic ergo dispositio c.non debet. ꝙ non potest quis cõtrahere matrimonium cum illa, quę sibi attinet quarto gradu consanguinitatis,est intelligẽda de consanguinitate procedente ex masculino seu fœmineo sexu legitime vel illegitime,per prædicta: & ideo videtur sufficere consanguinitas præsumptiua, vt not.in dicto c. per tuas. in fi. de proba. quod verum est in casu illo propter periculum animarum, & propter scandalum,ideo ibi cõsanguinitas pręsumptiuè probata dissoluit matrimonium,aliàs non, licet præsumptio impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum, de eo qui cogno.cõsan.super eo.secundum Anto.de But. post Hostien. in dicto cap.per tuas.in fin.

361 ¶ C X X X I I I I. quæro † circa dispensationem huius impedimenti. Respondeo quòd Papa dispensare non potest in gradu lege diuina non naturali prohibito, cum nõ sit necesse, nec propter generationem nec propter amicitiam, vt plene per Pet.de pal.in 4.distin.4.arti.3.secus in impedimẽtis per constitutionem ecclesiæ introductis, & sic inter personas prohibitas ex constitutione ecclesiæ dispẽsare potest, quòd contrahant, supra quæst.115. præsertim si sit iam contractum, quia facilius dispensatur in matrimonijs contractis tolerandis,quàm contrahendis, Ioan.And.in cap.fin.de diuor. facit quod idem not. in cap.2. qui cleri. vel vouen. Similiter propter prolem facilius dispensatur, Franc.in capit. quia circa.de consan.& affi.non tamen dispensat Papa super matrimonio, si deficiat consensus,vt per Ioan.And.in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.vbi etiam vide, an dispensatio Papæ super matrimonio retrotrahatur. Et an dispenset Papa in secundo gradu consanguinitatis,per Inno.& Docto.in cap. literas.de restitu.spolia. & in cap. gaudemus. de diuor. & in cap.per venerabilem.qui fil.sint legi. præallegato super glo.2.in fi.per Doct.& infra quęst.213.an autem si Papa di-

362 spenset super matrimonio taliter † contracto, eo ipso erit matrimonium, an vero necessarius sit nouus consensus? Io. de Ligna.in cap.2.vt lite penden. dicit, quòd ex quo sublatum est impedimentum, tenet matrimonium. Gaspar contra, & verius: non enim tenuit matrimonium ante dispensationem ex consensu tunc prestito,ex quo erant inhabiles, & sic necessarius est nouus consensus ex nunc,pro hoc quod nota.de coniugio seruorum.cap.fin. in glo. fi. & forte Ioan. de Lign.habuit etiam hanc mentem, quòd ex consensu perdurante tenet matrimonium saltem sublato impedimento, secundum Franc.in cap.cum in apostolica.1.quæst.de spon. & dic ex consensu perdurante, idest nouiter accedente,per ea quæ supra dicta sunt: ad quod supra quæst.121.& sic non videtur necessarius nouus contractus: ad quod infra q.156. nam sufficit tacitus consensus,vt dicit Fran.post Hostien.in simili dubio in capit. veniens. in fine. de eo qui dux. in ma-

363 tri. Sic ergo si alter † distet quinto gradu, nulla est necessaria dispensatio Apostolicæ sedis, supra quæstio. 132. sed si ambo sint in quarto gradu, necessaria est dispensatio, si volunt copulari, propter cap.fina.de consang. & affin.nec sufficeret dispensatio Legati,vt in Specu.de lega.§.nunc ostendendum.ver.51.& 75.& per Anto.de But. in cap.3. de consang.& affin. Et nota, quod si Papa dispenset in quarto gradu,trahetur ad casum vbi tertius est mixtus cum quarto, vt in regula cancellariæ, & in extrauaganti Clemen. quæ incipit,Nuper.licet aliter dixerit Ioan.And.qui non vidit extrauagantem in summa 4.lib.6.colum.& Anto.de But.in dicto c.3.de consang.& affin.circa princ.& in hoc casu quando alter distat tertio alter quarto gradu, solent fieri per curiam Romanam duæ litteræ,vna dispensationis, videlicet ꝙ non obstante quòd sint in quarto gradu,&c. alia declaratoria, ꝙ ne forte timeatur, quòd dicta licentia dispensandi surreptitia videatur,pro eo quòd alter distet tertio gradu,quòd hoc non obstante ex quo Papa Clemens sextus in simili casu declarauit,&c. possit & valeat cõmissarius decernere dictas litteras

teras sufficientes,ac si specialis de hoc mentio in ipsis facta fuisset. Et secundum hoc satis sufficeret vna littera dispensationis,ꝙ distent quarto,præsertim si diceret hoc expresse, ꝙ unus distet quarto alter tertio. Similiter in primo genere affinitatis,ut si quondã vxor mea distabat tertio gradu cõsanguinitatis Bertę, sed ipsa Berta distabat quarto dictæ quondam meę vxori,& si dicta quondam vxor mea & dicta Berta inter se distabant tertio & quarto gradu: ꝙ si ego nunc vellem ducere dictam Bertam in vxorem, fiunt similiter duę litteræ,vna dispensatoria, alia declaratoria ad remouendum dubium,ac si una ex his esset masculus, & vellent simul copulari,sufficeret tamen vna littera dispensatoria super quarto gradu affinitatis,vt in regula cancellariæ patet, quę vult, ꝙ dicta declaratio Papæ Clementis per regulam cancellarię domini Gregorij 12.extendatur etiam ad gradus affinitatis, & non solum ad tertium & quartum, sed etiam ad secũdum & tertium tam consanguinitatis quàm affinitatis,ut in regulis ipsis patet,& dictos casus plures vidi. Item quando contractæ sunt incestæ nuptiæ,& sic post contractum petitur dispensatio,non solet concedi nisi prius soluatur certum quid secundum stilum curiæ, puta duorum ducatorum. &c.quo casu si scienter contraxerunt,bonum est de hoc mentionem fieri in bulla propter.c.de gradibus, 25.q.8. & cle.1.de consan.& affi.& sic si contraxerunt, & impetrẽt super matrimonio contrahendo rescriptum,est surreptitium,cùm in gratio

364 sis† quælibet surreptio reddit gratiam nullam,vt not.in c.2. in fi.de fi.presby.lib.6.cum si.facit quod no.Arch.in c.si tibi. in vers.assignet.in fine de præben.lib.6. vbi not.de dispensatione surrepticia. & ibi etiam remittit: facit quod not. in l. Lucius.ff.de infa.in verbo, debeant.circa principiũ. & sic dispensatio est ipso iure nulla,iuxta no. per dominum Panormitanum in c.dudum.2.in 5.col. de elec. Et nota, ꝙ dispen-

365 satio † non debet esse suspecta seu surreptitia, & ꝙ petens matrimonium separari contra dispensationem, quam dicit surreptitie obtentam,debet probare surreptionem: si autem est mandatum de dispensando,antequam dispensetur,oportet ꝙ ipse verificet causas mandati, & vide quod not.de lit. contest.c.1.lib.6.secũdum Ant.de But.post Io.And.in c.quia circa.de consan.& affi.Pone,duo consanguinei alias prohibiti de facto contraxerunt matrimonium, & expositum fuit illud per carnis copulam consummatũ,cum tamen nulla copula intercessit: dubitatur an dicta dispensatio sit surreptitia. Videtur ꝙ sic,cùm videatur suggestum Papæ, vt facilius obtineatur dispensatio propter maiora scandala, quæ orirẽtur ꝓꝑ consummationem matrimonij, quàm si consummatum non esset,de rescrip.postulasti. s̃.q.127. in fi. In contrarium, quia dispensatio concessa in casu maiori intelligitur etiam in casu minori,Fran.in c.4.& in c.ex parte,lo.1.de decimis.cum sim. Et illud de quo in d. q.127. procedit in casu dissimili;& cum hac secunda parte videtur transeundũ, cùm clare videamus quotidie pariter dispensari ante copulam, & etiam magnus Penitentiarius dispẽsat. Sic ergo dispensatio intelligitur in casibus, in quibus pariter dispensatur, not. Anto.de But.in cap.de multa.in 6. colum. de præben. facit hac eadem.q.34.in c.allegando Ioan.Andr.in c.fi. de diuor. pro hoc, quia tertius impetrans ignoranter hoc expressit. Præterea ista causa consummationis matrimonij non videt apposita ad restringendum dispensationem in casu narrato, quia intentio partium erat ad matrimonium contrahendũ, ergo non viciat,iuxta not.per dominum Nic.Sic. in c. significante.in fi.de rescript. & in c. constitu. de religiosis domibus.facit,quia Papa videtur principaliter ponderasse ipsam substantiam matrimonij,ergo surreptio comparticularia nõ viciat, argu.no.per Imo.in cle.fi.3.col.de ęta.& quali.sed nõ videtur responsum ad argumentum: & similiter si dixerunt copulam non fuisse secutam ad citius obtinendum, cùm esset secuta.Item si contrahentes scienter in gradibus consanguinitatis impetrant,ꝙ cum ignorarent contraxerunt matrimonium, &c.an dispensatio sit surreptitia, multa hinc inde possent allegari,tamen satis obstat, quia cum essent excommunicati,per cle.1.de consan. & affi. maxime in 4. colum. & Imol.in fi. in clem.1.de religiosis domibus. & Ioan. Cal.in c. consuluit.de procu.faciunt no.per Ioan.And.in regula,vtile. in mercurialibus. dummodo talis sententia sufficienter ad talem excommunicationem probari possit,per no. per Ioan. Cal.vbi s̃.& Domi.in d.c.1.maxime in prin. & per not. in d. cle.vna.Item communiter Papa committit episcopo diœcesano dispensationem huiusmodi,pro quo facit.c.quod super

366 his.de fi.instru.ad hoc s̃.q.64.Item solet apponi † in fine dispensationis talis clausula, videlicet dummodo propter hoc dicta mulier ab aliquo rapta non fuerit. quorum verborum videtur sensus,idest nisi ad matrimonium contrahendũ fuerit rapta ab aliquo, idest nisi renunciauerit conditioni huius matrimonij, & cum raptore conuenit ad matrimonium illi desponsando,ar.in simili.27.q.2.sed si concedatur. & sequẽtibus.& not.ibidem per Archi. Vel intellige iuxta litteram, quasi Papa velit in hoc nouum impedimentum inducere, quando consanguinea rapitur ad matrimoninm, vt sic si raptus interuenerit,Papa dispensare non intendat, nec talis dispensatio valeat,& hic intellectus communior est.

¶ C X X X V. quæro, circa sextum impedimentum

367 † cognationis spiritualis, quæ communiter dicitur compaternitas, de qua mareria tractatur in l. si quid alumnam, C. de nupti. Vbi sciendum, quòd cognatio spiritualis prouenit ex hoc, quòd quis confert sacramentum baptismi seu confirmationis, vel suscipit, vel tenet illum, cui tale sacramentum confertur,secundum Pisa.in §.impedimentum.6.& per Pe.de Pal.in 4.dist.42.q.1. circa princip.& hæc cognatio robur trahit ex ecclesiæ institutione: vnde Papa põt in omni spirituali cognatione dispensare, sicut in publicæ honestatis iusticia,non autem episcopus,nisi inquantum esset forte sibi commissum,vt per Pe.vbi s̃.conclusione prima.ad quod s̃.q. 105.& per Host.in sum.de cogna.spiritu.§.1.Et nota, quòd

368† est duplex,quædam impedit & dirimit matrimonium, de cogna.spi.c.1.3.& fi.Quædam impedit sed non dirimit,vt ea quæ contrahitur per cathechismum,ex quo oritur cognatio spiritualis impediens non dirimens,de cognati.spiri.c.2.li.6. ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel dissoluat,in c.fi.eo.ti.lib.6.de prima vero,quæ oritur ex baptismo & confirmatione impediens contrahendum & dirimens contractum,eo.ti.c.1.lib.6.de qua cõmuniter loquimur, dic quòd est vinculum surgens ex eo, ꝙ aliquis aliquem baptizat vel confirmat,vel de baptismo vel de confirmatione suscipit impediens & dirimens matrimonium inter personas, per quas vel earum alterum ortum est. Diuiditur autem

369 hæc † cognatio in paternitarem,quę attenditur inter baptizantem & baptizatum leuantem & leuatum: In filiationem, quę est econuerso in fororitatem seu fraternitatem inter ipsos baptizatos seu leuatos, seu alterum ipsorum cũ filijs baptizatis seu leuatis.Et in compaternitatem inter patrẽ spiritualem & carnalem, & sic inter leuantem vel baptizantem & parentes baptizati vel leuati,& ad has omnes aliæ attinẽtiæ reducuntur secundũ Host.in sum.eod.titu.§.2.per Ioan. And.& Fran.in rubri.eo,ti.de cogna.spiri.& Ant.de Butr.in c.Martinus.& per Pe.de Pal.vbi s.conclu.4.5.& 6.& ad illud de confirmatione idem not.per eundem Pe. in 4. dist.7.q. 2. in fi.Item reperitur hæc cognatio directa & obliqua, scilicet coniuge mediante,vt per Host.in sum.eo.tit.§.qualiter.vers. quis sit effectus.& patet in c.1.qui matri.accusa.poss. ibi, leuauit. & sic ut dixi propter cognationẽ spiritualem separatur matrimonium,de cogna.spirit.c.3.& c.veniẽs.cum duobus sequentibus.potest etiam fortuito contrahi cum filiola spirituali,30.q.3.in fi.

370 ¶ C X X X V I. quæro, inter † quas personas contrahitur cognatio spiritualis. Respondeo inter baptizatum & eum, qui suscipit:Item inter baptizatum & filios suscipientis:hoc dico,siue sint legitimi siue illegitimi,per nota. per Ioan. And.in c.vno.circa finem. de cognati. legali. secus si essent adoptiui,quia tales filij suscipientes legitime copulantur vel baptizato siue suscepto,vt ponit Inno.super rubr. de cogna.spi. Item contrahitur inter baptizatum & uxorem suscipientis,si ante susceptionem cognita fuit ab eo. Item inter suscipientem & parentes baptizati, & hæc cognatio impedit & dirimit matrimonium post contractum: & quæ dixi de suscipiente intelligas & de baptizante, & idem de sacramento confirmationis,extra,eo.ne dum.lib. 6. ad quod s̃.q.

371 proxi.Secundum Pisa.dic clariùs, quod decem sunt † cõbinationes in baptismo,& decem in confirmatione: in baptismo enim surgit cognatio inter baptizantem & baptizatum: baptizatum & vxorem baptizantis ante cognitam & filios baptizantis:patrem baptizati & vxorem baptizãtis ante cognitam:baptizantem & parentes baptizati: & sic sunt quinque combinationes respectu baptizantis. Similiter respectu leuantis de baptismo sunt quinque: inter leuantem & leuatum:leuatum & coniugem leuantis ante cognitam: leuatum

& fi-

& filios leuantis:leuantem & parentes leuati : patrem leuati & vxorem leuantis prius cognitam:Sunt & aliæ decem conbinationes respectu crismatis & leuantis de crismatione,quę numerantur pariter vt prædictæ,& de his eo.ti.lib.6. vbi de hoc in c.1.in textu & glo.fi.secundum Fran.& Ant.de Bu.& Ni.& per Doc.in c.1.ad fi.lib.6.vbi enumerat istos casus, in quibus contrahitur spiritualis cognatio.Et subdit,q̃ si maritus post leuationem moritur, & vxor, quæ iam effecta erat coniunx ducit virum,& procreat filiam,an illa possit contrahere cum illo puero:& refert dominum Anto. de Butr. dixisse quòd sic:ipse tamen tenet cõtrarium,vt ibi latius, facit ad hoc j̃.q.142.& seq.& c. Martinus. in fin.eo.tit.& per Pet. de pal.in 4.dist.42.conclu.4.ad quæ.s̃.q. proxi. & j̃.q. proxi. & intellige,quòd sit baptizatus,seu cathecuminus,aliàs non contrahit,vt per Pet.de pal.in 4.dist.42.q.1. conclusio. 2.ad hoc.s̃.§.proxi.q.17.& j̃.q.151. & videtur, quòd contrahens hanc cognationem debet esse pubes, cùm talis patrinus ex hoc obligetur,vt not.Arch.in c.1.in ver.cõtrahi, de cogna. spiri.lib.6.& per Pe.de pal.in 4.dist.6.q.4.art.2.conclu.2.vbi quòd patrinus obligat puerum ad bonũ suum, ergo iste debet esse adultus sicut tutor,curator,& si.& quia similiter co-

372 gnatio legalis † nõ contrahitur per impuberẽ, Insti.de adop. §.minorem.vbi dicitur de decem & octo annis. Item iste dicitur generare,s̃.§.2.q.9. vnde videtur sufficere q̃ sit doli capax,cùm hoc sufficiat in baptizante, s̃.§.1.q.31. & ad prædicta faciunt not. per Laud. in sacramentali,in rub. de baptismo.in 17.col.& nota,quòd licèt patrinus obligetur & efficiatur fideiussor apud Deum, non est ita periculosum suscipere vel leuare de fonte, ex quo parentes paruulorum sunt fideles,& satis probabiliter æstimari potest,quòd eos in fide erudient,vt per Domi.in c.1.de cogna.spiritu.lib.6.

373 ¶ CXXXVII. quæro, vtrum cognatio † spiritualis procedat ad nepotes & vlteriores. Respondeo non, quia non habet gradus,filia quippe mea spiritualis, licèt non possit contrahere cum filio meo,potest tamen contrahere cùm filio filij mei, ar.30.q.1.c.1. hoc dixit Innoc. super rubri.de cogna.spiri.quod & not.in sum.confes. dicta.q.3. secundum fratrem Nic.post Pisa.vnde sufficit,quòd inter tales non reperiatur prohibitum esse matrimonium,pro hoc de spon. cũ apud.secundũ Fran. post Ioan.And.in rubr.eo.tit.q.4. idem sequitur Pe.de Anch.in c.primo eo.tit.lib.6.dicens, q̃ leuatus licite contrahit cum nepte leuantis,sed non cum filia etiã illegitima:ad idem per Rofr.beneuentanum in libellis in tit. de matrimonijs.in §.sunt & alia impedimenta.in fin.& per Ioan.And. in cap.ad extirpandas.de fil.presb. Item filia mea spiritualis filio meo adoptiuo bene copulatur, sed naturali etiam illegitimo non,secundum Ioan.And.in d. rubr.facit.j̃. q.154.& 157.& s̃.q.proxi.in prin.& per Ioan.And.in c. Martinus.ad fi.eo.tit.vnde nota, q̃ non habemus auos vel nepotes spirituales, secundum Do.post Doc. in dicto cap.1.vers. ex confirmatione.lib.6.

374 ¶ CXXXVIII. quæro,vtrum † liceat contrahere matrimonium cum sorore filiæ meę spiritualis. Respõdeo, quãquam cum filia mea spirituali non liceat, à coniugio tamen sororis non oportet abstinere, sed conceditur, 30.q.2.illud etiam.idem in sum.confes.eod.tit.q. 13. secundum fratrem Nic.post Ray.& Pisa. Vnde suscipiens tenens vel mergẽs cõtrahit cum sorore vel fratre suscepti vel susceptæ, vt per Archid.30.q.3.post susceptum.& multo magis eius filius, Arc. ea.q.per adoptionem.& sic pater spiritualis potest accipere in vxorem sororem filij spiritualis,vt nota.in d.c.illud, & sequitur Petr. de Anch. in d.ca.1.lib.6.& Fran.post Ioan. Andre.in c.1.3.oppo.eo.tit.& Do.in d.c.1.lib.6.

375 ¶ CXXXIX. quæro, vtrum † pater possit contrahere cum illa,quam filius eius leuauit.Respondeo potest, vt not. 30.q.3.illud.in glo.ratio autem est, quia vt prætactum est, edictum de matrimonio est prohibitorium, vt qui specialiter non prohibetur admittatur, ad quod s̃.q.21.sed filius nõ potest contrahere cum illa,quam pater leuauit,vt ibidem dicitur secundum Pisa. & Doc. in c.1.de cogna. spirituali. dic hoc ideo esse, quia filia spiritualis filij mei carnalis nec est filia mea carnalis,nec spiritualis,nec neptis,quia cognatio spiritualis vltra paternitatẽ vel filiationẽ non extẽditur. filia autem spiritualis patris mei soror mea est,& cum ea contrahere non possum,secundum Arch. in d.c. illud.& Do.in d.c.1. lib.6.& similiter cum filia carnali filij spiritualis secundũ eũdem ibidem post Ioan.Andr.vnde in d. c.illud. not.in glo.q̃ pater spiritualis licite copulatur cum filia naturali filiæ spiritualis,& sic filiam filiolæ meę potero ducere in vxorẽ, cùm non reperiatur prohibitum, secundum Hosti.in sum. de cogna.spirituali.§.qualiter.in 2.col. ibi etiam q̃ pater licite potest accipere in vxorem filiam compatris vel commatris sue dummodo nõ sit filiola sua, licèt honestum esset quòd à tali coniugio abstineret,d.c.illud. & intellige etiam filiam spiritualem sui compatris,cùm non prohibeatur, secundum Frã. in c.tua.de cognat. spiri.2.oppo. & similiter ducere possum amitam vel materteram spiritualem, secundum Host.vbi s̃. Et ad hæc facit quod not.in c.vno.in ver.contractum.eo.ti. libro sexto.

376 ¶ CXL. quæro,quid si plures † sint suscipientes. Respõdeo prohibetur,ne fiat,de cons.dist.4.non plures. & similiter in confirmatione,vt in eo.c. non plures. si tamen fiat cũ omnibus contrahitur cognatio spiritualis impediẽs & diriměs; vt in c.quamuis.eod.tit.lib.6. sed tamen isti suscipientes bene possunt contrahere inter se,quia non prohibẽtur, vt Innoponit,vt in summ.conf.lib.4.tit.7.q.3. secũdum fratrem Ni. post Pisa.quo ad primum idem Fran.in c. Martinus.1.quæst. de cogna spiri.quo ad secundum concor. Host.in c.veniens. eo.tit.licèt aliud dixerit in sum.dicens illa esse eorrigenda: si ergo duo compatres carnales non prohibentur contrahere, qui fi.sint legi.tanta.ita nec spirituales : pro hoc etiam, quia certę personæ prohibentur,s̃.q.136.inter quas isti non connumerantur,& hoc verius est secundum Anto.de But.Fran. in d.c.Martinus.3.q.Et si leuans non tangit puerum, sed lintheum quo est inuolutus,efficitur compater, si in lintheo tenetur puer,dum baptizatur, secundũ Do. post Anch. in cap.

377 quamuis.de cogna.spiri. vbi etiam q̃ † compaternitas non contrahitur inter ipsos leuantes vel suscipientes, secundum

378 Doc.Item subdit,q̃ episcopus potest dispensare, vt † plures possint leuare de sacro fonte,cùm istud nõ reperiatur ei prohibitum,ergò. &c.quia episcopi dispensant contra ius,vbi non est eis prohibitum, de quo in c. at si clerici. de iudicijs.

379 ¶ CXLI. quæro,quid si quis † baptizat seu tenet ad baptismum proprium filium. Respondeo secundum Tho. in 4. dist.42. si vir vel mulier hoc fecerit in articulo necessitatis, seu per errorem, non impeditur exigere aut reddere debitum, extra eo. si vir. Si vero fecerit per fraudem, impeditur exigere,sed tenetur reddere : q̃ si vterque fuerit in fraude, neuter potest exigere,sed vterque tenetur exactus reddere, vt ponit Host.secundum Pisa.glo.Ray.eod.titu.§. vlti.super ver. contracto. dicit, q̃ etiam qui fuit in fraude non perdit exactionem, quia non reperitur iure prohibitum, pro quo videtur facere dictum c.si vir.eo.titu.sed primum dictum cũ Tho.videtur tenere Pet.Host.& Goff.in su. ea.q. & secundũ Fratrem Nico.in addi.& per Pe.de pal.in 4.dist.42.ar.1. cõclu.7.& subdit pisa.q̃ melius esset,q̃ vterque contineret: eodem etiam modo si uir tenet aliquem filium vxoris suæ, vel vxor filium mariti sui,si ex ignorantia,excusatur : si ex malitia sua,fraus non debet ei patrocinari, nec propter hoc potest debitum subtrahere,sed non potest exigere,concor.Pet. & Ber. secundum pisa. de hoc not. in c. 2. de cogna. spiritu. vbi tenet Fran.quòd si scienter fiant compatres,licèt coniuges ipsi bene faciant continendo,vt dic.c.2.tamen exigendo non peccãt,quia non prohibentur, nec contrahendo paternitatem videntur vouere castitatem, quo casu non possent exigere sine peccato, de conuer.coniuga. placet. secundum eum,& Ioan.de Lign.post Hos.& sic videntur sequi opinionem Ray.de qua. s̃. Videtur securius, q̃ ex quo committitur incestus spiritualis,secundum aliam opinionem, ad quod j̃. q.213.& j̃.§.5.q.105. q̃ petatur absolutio ab episcopo,ad qd infra §.5.quæst.114.

380 ¶ CXLII. quæro,vtrum † aliquis possit successiue habere in vxores duas commatres. Respondeo sic, patet ex dictis.s̃.q.136.q̃ si prima tua vxor tenuerit filium alterius, antequam tu miscearis ei poteris habere illam alteram. si vero tenuerit,postquam fuit à te cognita, non poteris secundam habere,eo q̃ compater eius factus es:si autem alia mulier tenuerit filium vxoris tuę,quem de alio viro habuit,illa mulier est commater vxoris tuæ,sed non tua,siue illa tenuerit antequam inter vos esset carnalis copula,siue post : ideo poteris illam habere:& similiter si filius tuus, quem de alia genuisti, ab aliquo suscipiatur,tunc suscipiens est compater tuus,non autem vxoris tuæ,vnde si casus tuæ mortis eueniret, suscipiens posset contrahere cum illa,quæ fuerat tua vxor, vt dicit Inno.30.quæst.4.qui spiritualem. Idem in sum. cõfes.eo. tit.q.10.secundum fratrem Nic. post pisa.& per Hos. in sum.

eod.ti.

eod.ti.ver.an aliquis possit.& de hac materia tractatur 30.q. 4.& ibi Archi.in princ.dicit, q̃ successiue potest quis habere duas commatres vxores in duobus tantum casibus, scilicet si fuerunt commatres ante matrimonium, vel si filium meæ vxoris acceperit ex alio viro, aliàs non, de hoc nota. in cap. Martinus.de cogna. spiritu. & 20. q.4.in summa. & cum eis pertransit Fran.in d. c. Martinus.1.q. & sic in tribus casibus licet:primus si fuerint commatres ante matrimonium, secũdum Arch.Secundus,etiam si post ante copulam carnalem, secundum Pisa.& no.in c.1.in glo.3.de cogna.spiri.li.6.Tertius,si ex alio viro,secundum omnes.

381 ¶ CXLIII. quæro, vtrum † si aliquis cognouerit aliquam fornicarie,& postea sit compater alterius leuãdo eius filium de sacro fonte, an etiam illa mulier fornicaria efficiatur commater?Respondeo secundum Tho.in 4.dist.32. q̃ sicut compaternitas transit ad vxorem, quæ à viro prius fuerat carnaliter cognita,eo quòd iam effecti sunt vna caro, vt 29.q.4. si quis ex coniugio. pari ratione videtur transire ad aliam mulierem carnaliter cognitam, quamuis non sit vxor: idem sentit glo. super d.c.si quis.dicens, q̃ per fornicarium coitum acquiritur compaternitas,quia vna caro efficiuntur,

382 32.q.4.in eo. nam & affinitas † acquiritur per fornicarium coitum,35.q.3.de incest.15.& c.non eã.extra,de eo qui cog. consan. discretionem. tenetur igitur pro vero q̃ compaternitas contrahitur,vt probatur per prędicta iura,licèt quibusdam mirabile videatur, ideo tenendum q̃ sic, cui dicto concordat Ioan.An.in 6.secundum Pisa. Vere mirabile est hoc dictum,vt ex peccato abhominabili oriatur parentela spiritualis,sicut ex glacie calor, & si hæc foret meretrix publica, esset mater spiritualis, scilicet commater quasi omnium de ciuitate, & multa valde forent matrimonia illegitima propter occultas,quæ quotidie fiunt fornicationes,cùm tamen ut constat edictum de matrimonio sit prohibitorium, ad qd s̃.q.139.vt quilibet admittatur,qui specialiter nõ prohibeatur, nec in hoc casu apparet aliquam prohibitionem à iure fieri.Nec obstat,q̃ carnalis copula sit causa transmittendi cõpaternitatem de viro ad vxorem & econuerso, quia illa non est causa solummodo,sed & sacramentum matrimonij:vnde non reperitur aliquod ius dictans hanc transmissionem fieri, nisi in ipso matrimonio,& ita etiam affirmat glo. Ray.vt patet in sum.confes.eo.lib.4.tit.7.q.11.similiter & alij, vt patet per glo.in d.c.si quis ex coniugio. & propterea putat frater Nic.Osim.q̃ propter rei grauitatem & doctorum varietatem super hoc non sit præcipitanda sentẽtia,sed potius dominus Papa consulendus,secundum ipsum Fran.in d.c.Martinus.2. q.dicit verius esse,q̃ concubina nõ efficiatur commater, per no.per Arch.in c.1.eo.tit.lib.6.& sufficit q̃ de cõcubina hoc non inuenitur expressum, nec etiam glo.30.q.4.si quis. illud firmat.& similiter Inno.in d.c.Martinus.recitat opi.& nil approbat,& idem etiam sequitur Fran.in d.c.cõtracto.1. oppo. eo.tit.idem sequitur Ioan. de Lign. in d.c.Martinus. ad finẽ. dicens,q̃ etiam præsupposito q̃ concubina efficeretur vna caro per coniunctionem,non tamen legitima ad introducẽdum effectus,qui oriuntur ex coniunctione legitima mariti & vxoris,secundum eum.Idem Arch.in d. ca. si quis. dicens quosdam magnos theologos hoc tenere,vt ibi per eum : idẽ sentit magister sent.li.4.dist.42.c.7.& ibi hoc firmat Richardus,& tenet q̃ per copulam fornicariam compaternitas nõ transit ab vno in alium, quia per rem puræ carnis non contrahitur spiritualis cognatio. Idem sequitur Petrus de palu. ibidem in 2.col.conclu.1.primæ.q.dicens, q̃ cognatio spiritualis dicitur,quia à spiritualibus causatur. Idẽ sequitur Do. in c.1.de cogna.spiri.lib.6.Idem Nic.& Ant.de But.in d.cap. Martinus.& q̃ hæc pars sit verior, tenet etiam frater Ant.in sua summa. Sed frater Ioãnes de capistrano tenet opinionẽ Thom.allegat illud Pauli prima ad Corint.c.6.ibi,Non efficiantur membra meretricis. &c. erunt, inquit, duo in carne vna.&c.quasi videtur velle, q̃ efficiantur vna caro : ad quod posset responderi, prout dixit Ioan.de Ligna.vel ibi videtur loqui præceptiue,quasi contrahant matrimonium & efficiãtur vna caro,& non fornicentur: in hoc enim an efficiantur vna caro,vnum corpus, non videtur vis, sed propter sacramentum matrimonij,vt dictum est,nam etiam coniugati efficiuntur vnum corpus,27. q. 2. quia agato. 31.q.2. de neptis.vnde tanto carrocio adhærendum,puto, quòd non transeat cõpaternitas ad fornicariã mulierẽ,facit j̃.q.151.facit in simili in Spe.de cõp.iud.adi.§.j.ver.44.& qd no.Host. in sũ. de bigamis.§.circa hoc.in 2.col.ibi, erũt duo scilicet ꝯiuges.

383 ¶ CXLIIII. quæro,vtrum † ille,qui baptizauit aliquã, posito q̃ sit laicus,vel in minoribus ordinibus, possit contrahere cum illa. Respondeo non, quia filia spiritualis est, & si contraheret dirimendum esset,extra eo.nedum. libr.6.& per Doct.in c.fi.de cog.spirituali.qui idem dicunt,si mulier tempore necessitatis baptizaret.Idem Pe.de pal.in 4.dist. 42.q.j. conclu.4.similiter nec ille,quem presbyter baptizauit,potest ducere filiam carnalem ipsius presbyteri,extra eo.c.pen.nec filius presbyteri potest illam ducere,quam presbyter ille baptizauit,& idem de crismãte seu confirmante dicendum per prædicta iura,secus de sacramento pęnitentię aut alijs sacramẽtis,s̃.q.135. secundum pisa. Idem in effectu Ho.in sum.de cogna.spiri.§.fi.ad fi.& p Arch.30.q.1.omnes.& quod notat Ioã.de Lig.in c.fi. de cogna. spi. & quid de filio episcopi crismãtis,per Arc.in d.c.omnes. qui videtur dubitare & remittit se ad c.1.de cogna.spi.lib.6. de quo s̃.q.136.

384 ¶ CXLV. quæro, vtrum filij duorum † compatrũ possint matrimonialiter copulari. Respondeo sic, siue sint geniti ante compaternitatem,siue postea, excepta solum persona, per quam compaternitas est contracta, quæ numquam potest copulari alicui filiorum sui patris spiritualis, 30. q.1. super quibus.& c.Pitacium.& c.nõ oportet. & extra. eo.c.1. secundum pisa.nisi consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generet,aliter se haberet,vt extra de cogna.spiri.c.1.& hoc casu seruanda est forma consuetudinis tam in contrahendo quàm in dirimendo,& non solum ecclesiæ propriæ, sed etiã metropolitanæ,vel aliarum circumpositarum,eo.tit. c.super eo.vbi etiam patet,quòd semper est honestum & conueniẽs ab huiusmodi coniugijs abstinere:non autem est necessariũ, nisi ratione consuetudinis, vt dictum est secundum fratrem Nico.in addi.& ad dictum pisa.concor.Pe.de pal.in 4.distin. 42.q.1.cõclu.6.& Ho.in sum.eo.ti.§.fi.ver. Itẽ siue ante. &c. Idem Pe.de Anch.in c.1.eod.titu.lib.6.& Arch. 30.q.2.non oportet.vnde Fran.ponendo casum ad dictum c.super. eod. titu.in fi.dicit,sicut quæsitum fuit per aliquem episcopum à Papa de filijs duorum compatrum, an possint matrimonialiter coniungi, & si coniuncti fuerint,an sint tolerandi. Respondit Papa distinguendo, quòd aut per vtrumque vel alterum deuentum est ad compaternitatem,aut per neutrum. primo casu non debet pati episcopus,quòd coniungantur,& coniunctos debet separare,vt in prin.vsque ibi, cęterum. secundo casu subdistinguit, quòd aut consuetudo metropolitanæ ecclesiæ vel vicinarum ecclesiarum habet, quod nõ sustineatur matrimonium inter eos,& non permittentur coniungi,& coniuncti separabuntur, vt in versi.cęterum. vsque ibi,verum. Aut habet,q̃ talia coniugia permittantur, & episcopus dissimulabit,vt in vers.verum.vbi ponitur dissimulationis ratio vsque ad fin. hodie autem debet expresse approbare, & sic hodie est approbationis dissimulatio, secundum eum.

385 ¶ CXLVI. quæro, an suscipiendo † de manibus presbyteri baptizantis contrahatur cognatio spiritualis. Videtur q̃ sic:dicit enim Arch.30.q.4.quod autem.Sed quæritur, an omnes qui tangunt puerum,intelligantur patrini: Credit Hug.q̃ sic,si tangant in fonte, vel statim suscipiendo à presbytero,dummodo talia faciant ad hoc,ea enim, quæ incontinenti fiunt,intelliguntur inesse,extra de elec.c.officij. Idem sentit Arch.in c.1.in vers. cognationem. in princ. de cogna. spiri.lib.6.In contrarium facit,cùm non videatur tenere, dũ

386 sacramentum confertur:nam ista† cognatio contrahitur susceptione seu eleuatione de baptismo, seu sacro fonte, vel detentione ad sacramentum,vt not.Archi.in c.1.de cognat. spirit.lib.6.in gloss.2.& in versi.cognationem,in prin.& Fed. consil.15.& facit quod no.Archi.30. q.4.si quis ex vno. Primum credo, quia suscipiendo statim absque alia mora satis dicitur suscipere de baptismate,de cogna. spiri. cap.1. primo responso.lib.6.& in c.1.qui ma.accu.pos.& 30.causa, in themate ibi,filium suum de baptismate suscepit. & C. de nup. si quis alumnam.& pro hoc,30.q.1.c.peruenit.ibi, ex lauacro sancto.& cad.cã.q.3.Pictacium.pro hoc quia ꝯhitur compaternitas baptizando.Item tenendo vel tangendo, dum baptizatur,seu tenendo dum crismatur.Item & leuando de sacro fonte,seu baptismate,pro quo glo.2.30.q.1.in prin.& sic etiam si ratio Archi.non concluderet,videlicet ea, quę in cõtinenti fiunt,&c.saltem concluderet hæc alia ratio,quia dicitur leuare de baptimo seu suscipere, & sic efficitur patrinus, quasi de baptismo suscipiat,eo maximè,quia Hu.dicit,suscipiendo à baptismo, licèt Archid.referat à presbytero : vnde

suscipiendo

ſuſcipiẽdo ſtatim de manibus ſacerdotis baptizantis, dicitur ſuſcipi de ſacro fonte, ſecus ſi mora interponeretur, vt dicit Archid.in d.cap.ſi quis. vt puta tangendo in manibus obſtetricis ſuſcipientis de manu ſacerdotis:nam in actibus, in qui-
387 bus requiritur † certa forma, exigitur quòd vno contextu fiat,vt dicit Bald.in l.2.ad ſi.C.de epi.aud. allegat in c.vt circa.de elect. in nouella. lib. 6. Idem dicit in repetitione l.petens.in fi.2.col.de pactis. facit quod no. Ioan.And.in c.presbyter.ad fi.de ſa.non iteran. Si ergo presbyterò baptizante plures volentes effici patrini interſint, quorum vnus tenet puerum ad baptiſmum intus fontem,& celebrato baptiſmo per presbyterum ille ſubleuat puerum,& alij tangunt puerũ ſubleuatum,non video quòd tales taliter tangentes ſint effecti patrini,cùm dici non poſſit, quòd contracta ſit compaternitas baptizando nec leuando de ſacro fonte, nec tenendo, vel tangẽdo in fonte, dũ baptizatur,licèt plures vulgares aliter reputant,facit.infra.§.5.q.129. Et adde, quòd partes nõ poſſent facere ſacramẽtum de non ſacramento, infra.§.5.q. 158.& inquantum dictum eſt de tangentibus, intellige de tactu aliquantulum moroſo per modum ſuſceptionis ſeu eleuationis,vel detentionis, non autem de ſubitaneo & repentino tactu per prædicta,& infra q. proxi. & videtur de mente ſummæ confeſſo.li.4.ti.7.q.21.

388 ¶ CXLVII. quęro, quid ſi aliquis † vult eſſe patrinus, vel melius non vult, ſed fingit & ſimulat ſe tãgere puerum, & non tangit, & reſpondet verba ſolita. Reſpondeo ſecundùm Guil.non efficitur patrinus, niſi tangat ipſum tenendo ſeu leuando de ſacro fonte, & ſimile dicendum de cõfirmatione.Idem in ſum. con.eo.tit.q.21. ſi vero teneat & nõ reſpondet,credo quòd nihilominus efficitur compater,ſi intẽdit agere vt verus patrinus, ideſt illud quod agit patrinus,ẽt ſi non intendat eſſe compater, vt patet in ſum. con.eo.tit.q. 22.nam reſponſio non eſt de ſubſtantia compaternitatis, ſecundum fratrem Nic.poſt Piſa. Intellige tamen, quòd leuãs
389 ſeu tenens ſi non verbo tamen ſignis reſpondeat,quia † nutu & ſignis dicitur quis loqui,facit de ſpon.cum apud. & qd̃ no.Ioan.And.in c.conſtitutionem. de ſent.excom.ſuper gl. 3.ſecundum Do. poſt multa in cap.1. de cogna.ſpir.lib.6. Si tamen tenet non animo contrahendi compaternitatem,vt,ſi forte tenẽti ſanguis fluxerit de naribus, & ipſe voluerit ſubſtinere, non contrahitur compaternitas ex hoc ſecundũ An. de Butr.in c.contracto.in fi.de cogna.ſpiri.Nota ergo,quòd requiritur intentio leuantis vel tenentis, ad quod ſupra de ſacra.in communi.q.1.in fi.extenditur tamẽ quandoque vltra intentionem,vt per Ioan. And. in regula, poteſt quis.ad fi.& in fi. in mer.

390 ¶ CXLVIII. quæro,vtrum aliquis † poſſit fieri compater alterius per procuratorem. Reſpondeo ſi loquamur ſolũ quantum ad affectum,non erit dubium, quia ad talem affectum promittendum vel ad tenẽdum etiam per procuratorem quis reſpondere poteſt: ſeu ſi loquamur quantum ad veram compaternitatem & cognationem ſpiritualem, non poteſt contrahi per procuratorem, vt ponit Archid. per l.poſt mortem.ff.de adopt. ibi dicitur neque per alium huiuſmodi ſolemnitatem agere poteſt, & quod videtur contra de procu.cap.fi.lib.6. vbi dicitur, quòd matrimonium poteſt contrahi per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum, ſoluitur ſecundum eum, per id quod no .extra de conſec.eccle.cap. aqua. vbi dicitur, quòd Epiſcopus non poteſt committere reconciliationem eccleſiæ ſimplici ſacerdoti, & ſic quod cohæret perſonæ non poteſt per alium adimpleri. Ad quod etiam facit cap.fina. de offic. delega. expreſſio autem conſenſus,per quem contrahitur matrimoniũ,bene poteſt fieri per alium,dicto cap.fina.de procura.Idem Io. And. in quadam quæſtione diſputata ſecundum fratrem Nico.in addi.ad Piſa. Aduertendum, quòd iſta compaternitas dicetur affectionalis, non habens vires cognationis ſpiritualis, per nota.ſupra quæſtio.proxima.& per nota.per Federicum de Senis conſilio.13.& per Archid.17.q.4. ſi quis ſuadente. & quod notant Docto.in cap.com à Deo.de reſcrip. cum ſi. Vnde Ioan. Andr.in regula,poteſt quis. 1.q.lib.6. ſuper iſta quæſtione refert Marſilium Doctorem ſuum tenuiſſe contrarium eius quod dixit Archid.ipſe tamen Ioan.And.ibidẽ & in cap.veniens.de cognati.ſpiritu. ſequitur Archid. idem Anto.de But.in cap.per venerabilem. 27. colum. qui fil.ſint legitimi.Sed Franc.in dicto cap.veniens. de cognatio. ſpiri-
391 tuali.dicit,quòd verior videtur opinio Marſilij, quia † edictum de procuratoribus prohibitorium eſt, ff.de procura.l. mutus. ad quod ſ̃. q. 21. ſufficit ergo, ꝙ hoc non reperitur expreſſe prohibitum,& ita ſeruatur ſecundum eum, qui reſpondet ad rationes Ioan. Andr. & ſic ſequitur opinionem Marſilij, ꝙ contrahatur compaternitas per procuratorem, quod etiam videtur ſequi Bal.in l.vna.§.ne autem. C. de catollẽ.Sed Bar.ſequitur opinionem Ioan.Andr.in l.Gallus.§. forſitan.ff.de lib.& po.& Pe.de Anch.in c.1.de cogna. ſpirituali.lib.6.dominus Angelus diſtinguit, ꝙ aut fit actus leuationis per procuratorem,& non poteſt contrahi: aut per nuncium,& tunc bene poteſt contrahi,ar.l.& licet. ff. de cõſtit.pec.& nota.in c.finali.de procurat. per Ioan.And. in nouella. Dicit Ioan. de Imola, ꝙ tutius eſt tenere opinionem Archi.& Ioan.And.quia opinio eorum pariter concludit,& quia in iſtis actibus ſpiritualibus & inſeparabilibus à perſona non eſt differentia inter procuratorẽ & nunciũ, vt not.in cle.vna,de renun.& in l.qui ita.§.1.ad treb.& l.quod meo.ff. de acqu.poſſ.per Bar.ſecundum Domini. poſt eum in c.1.in 2.col.de cognatione ſpirituali.lib.6. Vnde in c.quamuis. eo. tit.dicit ſic:Nota,quòd compaternitas contrahitur ex acceſſu ad leuandum de ſacro fonte,& ſic videtur quòd per alium fieri non poſſit,& remittit ad ſupradicta.Ad idem per Anto. de But.in c.veniens.de cognatione ſpirituali.& per Bald.in l. ſi quis alumnam.de nup.quicquid ſit pro opinione Marſilij,
392 facit quod dicit Bal.& Fran. ꝙ ita ſetuatur. Eſt enim † conſuetudo optima legum interpres,de conſuet.cum dilecti. ad
393 hoc.ſ̃.§.prox.q.51.Similiter ſeruatur,ꝙ † iuramentum præſtatur per procuratorem,vt per Arch.63.diſt.tibi domino.& quod not.per Pe.de Anch.in c.vno. 6. notabili. de ſtatu reg. lib.6.dicens, ꝙ iuramentum fidelitatis debet quis præſtare per ſe perſonaliter,& etiam poteſt per procuratorem, & allegat Arch.vbi ſ̃.Sic ergo licèt tale iuramentum exigat actũ corporeum,ſatis eſt quod ſeruatur, ꝙ per procuratorẽ præſtetur: & ita in ſimili dicamus in caſu noſtro. facit etiã aliud, quod dicit Fran.ꝙ non reperitur expreſſe prohibitum,ꝙ iſte actus per procuratorem non poſſit expediri: Vnde videtur, ꝙ ante factum ſequatur opinionem Arch.vt nõ fiat per procuratorem,quia tutius eſt,vt dicit Ioan.de Imo.ſed ſi fiat,ſequi poſſit alia opinio, & dicamus ꝙ contracta ſit compaternitas,per nota.in ſimili per dominum Domi. in c. cum nullus,in prin.ante finem.de temporibus ord.lib.6. & per Ioan. And.in regula,cum quid.de reg.iur.in ſolutione quæſtionis, & quod not.in clem.1.de priuil.in glo. puto.& j̃.§.proximo. q.92.ante medium.& quod notat Ioan.de Imol. ſuper dicta glo.puto.& Fran.in 20.q.& quod not.Inno.in ſimili in ca.cũ inhibitio.de cland.deſpon.& clarius per Ni. in c.veniens.de cognatione ſpirituali.& ad l. poſt mortem. ff. de adopti.reſponde vt per Bal.vbi ſupra.facit quod no. Bal.in d.§.ne autem.in fin.& in ſimilibus locis,facit infra quæſt.proxima.facit à ſimili, quia vxor baptizantis efficitur commater,ſupra
394 q.136.quid autem ſi ſindicus vniuerſitatis † leuauit de ſacro fonte an contrahatur cognatio ſpiritualis,per Fred.de Senis conſil.15.& j̃.proxime.

395 ¶ CXLIX. quæro eo † caſu,de quo ſ̃.proxime, an ipſe procurator efficiatur compater.Reſpondeo,Ioan. And.in d. reg. poteſt quis: dicit ꝙ ſic, nam ſæpe extra id quod agitur naſcitur oligatio,de arbi.per tuas.& quod ibi not. Franc. tenet cõtrarium,quia requiritur animus cùm obligetur compater,de conſe.diſt.4.vos autem.quod non intendit procurator,quod tenet Feder.in cõſilijs,conſi.15.incipit, Quæſtio talis eſt,ſindicus.&c.Et idem Nico.in d.c.veniens.& pro hoc, quia qualitas ſpiritualis non inducitur in non conſentientem,de bapt.maiores.& per hoc tollitur, quod notatur in d.c.per tuas.quia ibi alia ratio,de quo vt ibi in glo.licẽt & ex hoc ꝙ animus requiritur infertur, ꝙ vniuerſitas non fit commater,ſi eius ſindicus nomine vniuerſitatis aliquem leuat de baptiſmo,quod tenet Federicus in dicto conſilio 15. quia vniuerſitas nõ eſt capax talis vinculi, argu.de ſententia excommu.Romana.§.fi.& c.ſi ſententia.§.fi.lib.6. Item cùm cùm vniuerſitas non ſit capax baptiſmi,non eſt etiam capax huius cognationis,de conſe.diſt.4.in baptiſmate.Et concordat his Pet.de Ancha.in c.vno.de cognatione ſpirituali. lib.6.vbi idem poſt multa concludit dominus Dominicus, quia abeſt animus ſe obigandi,per nota.in cle. eos. glo.fi.de regul.& quia Deus cor interrogat & non manum,vt ibi plenius,& idem Nic.in d.c.veniens.in fine.& ita cõſultum fuit in curia Romana,ad quæ.ſ̃.q.prox.in finc.

397 ¶ CL. quæro, vtrum † in pluribus actibus ſacramentalibus requirantur plures patrini?Reſpondeo in cathecimo, baptiſmo

baptiſmo & confirmatione unus & idem patrinus poteſt eſſe, ſi neceſſitas cogit,ſed non eſt conſuetudo Romana,quin potius per ſingulos actus ſinguli ſuſcipiant,de conſec.diſt.4. in cathecimo.ſecundum Piſa.vbi Archi.exponit fieri, ideſt ſufficere ſingulos pueros:obſeruatur tamen, quia in cathecimo, exorciſmo & baptiſmo ij idem tenent, nec mutantur, cùm cognatio ſpiritualis ex primis non eſſet tanti effectu,ſupra quæſt.135.

398 ¶ CLI. quæro, vtrum ille,qui † non eſt baptizatus,poſſit aliquem ſuſcipere in baptiſmo,vel qui non eſt confirmatus poſſit aliquem tenere in confirmatione. Reſpondeo ſecundum Thomam & Pe.ꝙ non,quia talis non eſt membrum eccleſiæ,cuius perſonam gerit tenens ad ſacramenta, de cõſec.diſt.4.in baptiſmate.& ſi de facto ſiue in neceſſitate leuat vel tenet,ſeu etiam baptizat,non contrahit aliquam cognationem ſpiritualem,& hic addit Ala. ꝙ ſi alter coniugum eſt baptizatus,tamen per eum non tranſit cognatio ad non baptizatum.Idem de confirmatione,ſecundum Piſa. gl. in d.c. in baptiſmate. dicit idem quo ad ſuſcipiẽtes, ſed ſecus dicit eſſe in baptizante,glo.etiam Ray.dicit,quòd huiuſmodi cognatio ſpiritualis contrahitur etiam inter iudæos, ꝙ vnus tenet vel ſuſcepit filium alterius in baptiſmo vel confirmatione,vt in ſum.confeſ.eo.tit.q.5. Albertus ſimpliciter concordat cum Piſa. Dubium eſt, ideo puto, quòd tutior pars eſſet eligenda, ſecundum fratrem Nico. in addi. ad hoc.ſ̃.q. 136.videlicet vt non baptizatus contrahat,ſi ſit cathecuminus,aliàs non,vt ibi poſt Pe.de Pal.in 4.diſt.42. q.1. concluſione.3.vt ibi latius.ꝙ ſi baptizatus teneat filium non baptizati,ſeu infidelis bene contrahit compaternitatem,vt in Piſa. in ver.confirmatio ſacramenti.ſecundum fratrem Nico. poſt Piſa.vbi.ſ̃.& ꝙ inter iudæos contrahatur cognatio ſpiritualis,refert Archid,30.q.1.c.1.Fran.in rub. de cogna. ſpi. remittit ad not.in regul.ex eo.lib.6.3. q. vbi concluditur de iudæo & pagano,ꝙ non contrahatur hæc cognatio,cum careant baptiſmo, qui eſt ianua ſacramentorũ, de presby.non bap.c.1.2.& 3.& probatur hoc de conſe.diſt.4.in baptiſmate. ſecus in hæretico,cũ ſit baptizatus,ſecundũ eum.Idem Ioan. And.in c.nobis. circa princip.de iure patro. & Federicus de Senis conſil.15.2.col.& ad præmiſſa vide j̃.quæſt.169.& ſupra §.1.quæſt.48.

399 ¶ CLII. quæro,vtrum † religioſus poſſit fieri patrinus vel compater.Reſpondeo prohibitum eſt abbatibus & monachis puerum de baptiſmo ſuſcipere, aut baptizare, & huiuſmodi,16.q.1.plucuit. de conſe.diſt.4. non licet. Idem intelligendum eſt de omnibus religioſis & canonicis regularibus, extra de poſtu.ex parte.non enim licet religioſis commatres facere propter familiaritatem,quę ſolet inde prouenire.Idem in ſumma confeſ.eo.ti.q.vltima,ſecundum fratrẽ Nico.poſt Piſa.dicit Fran.in c.fi. de cognatione ſpirituali. ꝙ monachi poſſunt baptizare, qui tamen prohibentur facere commatres, 18.q.2.peruenit. vbi glo. & vide ſ̃.§.1.q.23. ad fi.Si ergo religioſus faciat ſibi commatrem,de quo prohibetur, nihilominus contrahitur compaternitas, etiam ſine licentia abbatis, vt colligitur 18.q.1. peruenit. & 16.q.1.doctos.cum ſequen.ſecundum Federicum conſilio 99. incipit, Primo quæritur nunquid &c.

400 ¶ CLIII. quæro circa impedimentum † cognationis legalis quæ ſit per adoptionem.Vbi ſciẽdum,quòd per adoptionem proueniunt tres ſpecies legalis cognationis. Prima eſt aſcendentium & deſcendentium, quæ attẽditur inter patrem adoptantem & filium vel filiam, nepotem vel neptim, & huiuſmodi adoptatos: & hæc indiſtincte impedit matrimonium,quoniam pater adoptator non poteſt contrahere cum filia adoptiua:nec etiam cum adoptiua nepte, & huiuſmodi,30.q.3.ita diligere.etiam poſt emancipationem, Inſt. de nup.§.ergo.Secunda ſpecies eſt collateralium, ſcilicet inter filium meum naturalem & adoptiuum: & hæc impedit matrimonium,quamdiu ſunt in eiuſdem patris poteſtate,ea vero ſoluta ſcilicet morte patris vel emancipatione filij naturalis vel adoptiui non impedit,extra eo.cap.1.30.q.3.poſt ſuſceptum.Tertia ſpecies eſt,quòd legalis affinitas inter patrem adoptantem & vxorem filij adoptati, ſimiliter filium adoptiuum & vxorem patris adoptantis,& hęc iterum omni tempore impedit matrimonium, quoniam pater adoptator nunquam poteſt contrahere cum illa, quæ fuit vxor filij adoptiui,etiam poſt emancipationem,ff.de ritu nuptiarum. l.nam adoptiuus.aliàs,adoptiuus.Inſti.de nup.§.1.& 2.ſimiliter filius adoptiuus poſt mortem patris adoptiui nõ poteſt contrahere cum illa,quæ fuit vxor patris adoptiui, vt in d.l. adoptiuus.etiam ſi ante mortem fuiſſet emancipatus,vt ibi: & de dictis etiam ſpeciebus habetur in ſum.conſ.lib.30. titu. 8.q.8.ſecundum fratrem Nicol.poſt Piſa.Idem Pet.de Palu. in 4.diſt.42.q.1.art.2.cõcluſione. 6.& 7.quid autem ſit adoptio, & de eius ſpeciebus dicto arti.2.& quis poſſit adoptare, ibidem concluſione. 3. & qualiter adoptio diſſoluatur, ibidem concluſione 4.& idem in effectu Hoſt.in ſum. de cognatione legali.§.finali.& per gloſſ.& Doct.in c.1.de cog.le, vbi etiam per Fran.in 2.oppoſ.& per totum. vbi etiam dicit Ioan.And.ꝙ ex quo rubrica generaliter dicit de cognatione legali, optat Hoſt.ꝙ hęc prohibitio reuocetur, & idem optat de prohibitione publicæ honeſtatis: facit quod idem dicit de conſanguini.& affin.non debet.2.q. Eſt autem cogna-
401 tio † legalis, ciuilis propinquitas, per quam quis reputatur filius vel nepos vel deinceps,vel frater vel affinis,licet naturaliter non ſit pene naturam imitans,ff.de adop. adoptio. & l.nec ei.§.eorum.& §.præterea.& l. ſi quis nepotem.ſecundũ Fran.poſt Hoſti.in rubrica, de cognatione legali. vbi etiam de ſpeciebus ipſius,& quòd adoptio fit coram quolibet cõpetenti magiſtratu, ff.de adop.l.2. de offic.proconſulis.l. 2. ſed in arrogatione impuberis quæ fit auctoritate imperiali quædam ſpecialia ſunt,de quibus ff.de adopt.l. ſi pater.§. fi-
402 nali, cum duabus ſequentibus.Item adoptare † poteſt quilibet maſculus ſui iuris,etiam ſi filios habeat, & etiam presbyter quo ad patrimonialia, quia ſaltem de facto generare poteſt,vt per Hoſt.Fran.& doctores in rubrica de cognatione legali.& ad prædicta adde Anto. de Butr. in capitu. 1.de cognat.lega.

403 ¶ CLIIII. quæro, nunquid filius † adoptiuus poteſt contrahere cum filia illegitima patris adoptiui. Reſpondeo ſecundum Guil. credo ſine præiudicio quòd ſic, & quòd filius illegitimus poſſit contrahere cum filia adoptiua, ſicut notauit Hug.30. q.3. in princ.nam illegitimus filius vel filia non eſt in paterna poteſtate,Inſti.de nupti.§.penult.concordat Inno.& Hoſti.Idem in ſum.confeſ.eo.tit.q.8. ſecundum Nico.poſt Piſa.Idem glo.in c.vno,de cognatione lega.dicẽs ſecus de filia ſpirituali, cui non copulatur illegitimus. Idem not.ſ̃.q.137. Sed Franc.dicit idem reſpectu filiæ adoptiuæ, ꝙ illegitimus non põt copulari ſibi, nec procedit ratio,quia illegitimus non ſit in poteſtate, quia nihilominus ſurgit cognatio legalis,ſecundum eum in d.c.vno. & ſecunda q. poſſunt tamen filij adoptiui inter ſe contrahere, quia non prohibentur,pro hoc de ſpon. cum apud. ſecundum Franc. poſt gloſam ibidem.6.quæſtione.

404 ¶ CLV. quæro,vtrum † adoptiuus, qui non tranſit in poteſtatem adoptantis, poſſit contrahere cum filia legitima ipſius adoptantis. Reſpondeo, de hac quæſtione variæ ſunt doctorum opiniones: Dici tamen poſſet, quòd cùm iura canonica indiſtincte loquantur de adoptione,non diſtinguendo inter ſimpliciter adoptatum, ſcilicet qui non tranſit in poteſtatem,& arrogatum qui tranſit, innuũt ꝙ quantum ad hoc idem ius ſit in vtroq; caſu,ſcilicet ꝙ nõ poſſit, niſi adoptio prius diſſoluatur per emancipationem, quæ emancipatio quantum ad aliquid habet locum etiam in adoptato, C. de adop.l.penult.§.fin autem.ſecundum Piſa. uidelicet quo ad ſucceſſionem abinteſtato, quæ datur adoptiuo tali non emancipato,ſed non datur emancipato,vt ibi:& ſic impeditur matrimonium cum adoptato, ſiue trãſeat in poteſtatem ſiue non,hoc tenet Hoſti.& Guil.in Specu.ſed Innocent.tenet,ꝙ non impediatur,quando adoptatus non tranſit in poteſtatem,vt etiam notat dominus Ant.de But.in d.c.vno. & idem etiam dicit Hug.vt in ſumma confeſſo.eo.tit.q.10.vbi non præferatur aliqua iſtarum opinionum: ſimiliter nec per dominum Ant.vbi ſ̃.ideo non videtur præcipitanda ſententia ſecundum fratrem Nicol.in addi.Fran.in d.c. vno. refert opinionem Inno.dicentis, ꝙ teneat matrimoniũ inter adoptatum & filiam adoptantis, cùm adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, Inſti.de adop.§.2.& intelligit textũ in d.c.vno.de ſorore arrogata,quæ tranſit in poteſtatem arrogantis.dicit tamen ipſe Franc.ꝙ ex quo littera loquitur de ſorore adoptata, eſt dicendum contrarium: dato enim ꝙ nõ tranſeat in poteſtatem adoptantis, ſurgit tamen cognatio legalis,& hoc etiam vult glo ſ.ibi. Alij dicunt, & fuit opinio Damaſi,Lau.Tanc.Vinc. Goffre. Phi. & Hoſtien. & Specul. eodem titul.in princip. tamen propter diuerſitates opinionum, ſi qua conſuetudo eſſet in hoc, ei ſtandum foret, ſecundum eum,ad quod ſ̃.q.110.& q.108.

¶ CLVI.

405 ¶ CLVI. quæro, quid si adoptiuus † durante adoptione contrahat cum filia illegitima adoptantis, nunquid soluetur matrimonium. Respondeo secundum Guil. quidam dixerunt quòd non, sed verius tenendum, quod Hug. notauit, scilicet ꝙ soluetur, extra eo.c. vnico. vbi dicitur, ꝙ quamdiu durat adoptio, inter tales nuptiæ consistere nõ possunt; sed primam tenet Spe. in secundam autem, scilicet ꝙ matrimonium soluatur, communiter magis videntur inclinare doctores, vt ibidem notat Dominus Anto. de Butr. qui etiam dicit, quòd promptum est dare remedium scilicet dissoluẽdi adoptionem, qua dissoluta poterit constare matrimoniũ secundum fratrem Nico. in addit. Aduerte quo ad thema quæstionis, qua de eo dictũ est s̃. q. 154. debet ergo formari quæstio secundum gloss. ibi in fine. & Franc. ibidem in 7. q. si adoptiuus durante adoptione contrahat cum filia legitima seu naturali, & glo. ibi refert quosdam dicere, ꝙ non dissoluitur matrimonium, cum impedimentum sit temporale, deinde glo. refert opinionem Hug. dicentis contrarium: primum tenet Spec. eod. tit. in principio, & idem videtur ibi sentire Ioan. And. dicens, ꝙ si separentur, separatio videtur frustratoria, cùm facta dissolutione per emancipationem statim possit contrahi, & secundum eum ar. litterę ibi, consistere, in d. c. vno. dici potest, ꝙ sine nouo contractu statim emancipatione facta tenet matrimonium, arg. sumpto à contrario ibi, quamdiu durat. & c. Ioan. de Lign. tenet secundum, sed nihil inducit, facit tamen, quia impedimentum adoptionis videtur esse perpetuum, potest enim esse ꝙ nõ soluetur, nisi morte adoptati vel adoptantis: ergo sufficit, ꝙ potest esse perpetuum, arg. ff. de condi. indebi. l. sufficit. & ex his hæc quæstio redditur dubia, quia tamen edictum de matrimonio est prohibitorium, de spon. cum apud. videtur ęquior opinio prima, ꝙ non dissoluatur secundum Fran. qui dicit, ꝙ illam glo. habes 30. q. 3. in summa.

406 ¶ CLVII. quæro, nunquid † duæ personæ, quæ ab eodem sunt adoptatæ, possint inter se contrahere. Respondeo secundum Guil. possunt, cùm nusquam reperiatur prohibitum, sicut & duo spirituales filij alicuius contrahere possunt, & spirituales cum adoptiuis, cõcor. Hu. & Ber. idem in sum. confes. eo. ti. q. 11. secundum fratrem Ni. post Pis. & s̃. q. 154. in fine. & per Ant. de But. in c. 1. de cognatione legali.

407 ¶ CLVIII. quæro, vtrum † inter patrem adoptantem & patrem adoptati siue matrem aliqua cognatio contrahatur. Respondeo secundum Tho. & Pe. nulla, idem in summa confessorum. eo. titu. q. 13. & de materia adoptionis & arrogationis vide Pisa. in ver. adoptio. secundum eosdem, ad quod s̃, q. 153. circa prin.

408 ¶ CLVIIII. quæro circa impedimentum † criminis, Vbi sciendum, ꝙ quædam crimina impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum, & sunt septẽ: primum est incestus, 32. q. 2. si quis viduam. & c. qui dormierit. & c. concubuisti. Secundum est de eo qui interfecit primam vxorem, 33. q. 2 ammouere. & c. interfectores. Tertium est, quando quis rapuit sponsam alterius, 27. q. 2. statutum. Quartum est, quando quis insidiando matrimonium proprium filium de sacro fonte leuauit vel recepit, vt posset priuare vxorem debito coniugali, 30. q. j. de eo. Quintum, quãdo quis interfecit sacerdotem, extra de pę. & rẽ. qui presbyteri. Sextum est solemniter pęnitens, 33. q. 2. de his. & c. antiqui. Septimum est, si quis monialem scienter vxorem accipiat, 27. q. 1. ij qui. omnes prædictos casus ponũt Ray. Tho. Pe. & Host. præter vltimum, quem solus Ho. addit: licèt autem hęc & alia forte impediant matrimonium contrahendũ, si tamen timetur de incontinentia, debet eis episcopus licẽtiam concedere nubendi, argu. 33. quæstio. 2. antiqui. & cap. in adolescentia. & extra de eo qui cogno. consang. ex litteris. & secundum quòd addit Guil. scilicet ad proximum dictum, quod fuit Ray. in summa confesso. lib. 4. titu. 9. q. 1. vbi hæc notantur, sufficit licentia proprij sacerdotis, immo quòd de consuetudine non seruatur iste rigor petendi licentiam secundum fratrem Nicola. post Pisa. in §. impedimentum. 8. & ꝙ non separetur matrimonium propter ista crimina, per Archi. 33. q. 2. placuit. Et adde s̃. q. 104. Et circa cognoscentem consanguineam vxoris suæ, dic ꝙ si cognouit consanguineam sponsæ suæ, sponsalia soluta sunt, nec potest vltra sponsam illam habere in coniugem obstante affinitate contracta, nec etiam illam quam cognouit obstante publicæ honestatis iustitia, nisi Papa dispẽsate, sed potest ducere tertiam ẽpo ispensante, pęnitentia sibi de incestu imposita. Sed si quis cognouit consanguineam vxoris cõsummato matrimonio scienter non dissoluitur matrimonium, sed tenetur reddere debitum petenti, non autem potest petere, nisi forsit propter incontinentiæ difficultatem per episcopum dispensetur: sed si matrimonium non erat consummatũ, tenetur ingredi religionem, ne committat incestum, cognoscendo scilicet affinem suam: sed potest episcopus cum eo dispensare in petendo & reddendo. Item si coniuges confiterentur in præiudicium matrimonij consanguinitatem vel affinitatem præcessisse in foro iudiciali nõ crederetur eis, aliàs multi colluderent, & idem in similibus secundum Pet. de Palu. in 4. dist. 42. q. 1. ante finem. ad quæ adde Ant. de But. in c. & per totum, de eo qui cognouit cõsanguineam vxoris suæ, vbi etiam quòd talis affinitas superueniens nõ dissoluit matrimonium, licet sponsalia de futuro sic, & regulariter crimẽ superueniens dissoluit sponsalia quo ad criminosum, nõ autem in præiudicium alterius innocentis petentis sponsalia consummari, secundũ Pe. de Palu. in 4. dist. 27. quæst. 1. in 1. colum. ad quod j̃. q. 164. Vltimo nota, ꝙ propter crimẽ, propter † quod imponitur pęna mortis, nõ separatur matrimonium, si ille non moritur, de his qui fil. occi. cap. 2. per Nico.

409

410 ¶ CLX. quæro, quæ sunt † crimina, quæ dirimũt matrimoniũ iã contractũ. Respondeo solũ duo. Primum est, si qua mulier machinata fuit in mortẽ vxoris alicuius, & ipsa cum effectu occiderit, animo habendi virum illius in suum, & si quis machinatus fuerit & cum effectu occiderit virum alicuius, vt habeat eius vxorem, tales si contraxerint perpetuo sunt separandi, 31. q. 1. si quis viuente. Idem in summa confessorum, eodem titu, q. 2. secundum Ray. & glo. eius, qui crisus secundùm quosdam intelligitur solum, si dum esset primum coniugium, eo quòd anno viuerẽt fuerat commissum adulterium, secundum glosam Ray. & Goffr. vt patet in d. q. 2. sed verior est opinio Inno. & Host. dicentium, ꝙ solũ machinatio mortis cum effectu sufficit ad dirimendum matrimonium, licèt non interuenerit adulterina pollutio, extra de conuer. in fide. laudabilem. vbi nulla fit mentio de adulterina pollutione, ad quod adde Ioan. And. in dicto cap. laudabilem. & hoc primum crimen dirimens matrimonium. Secundum est adulterium, & hoc quando adulterantes præstant sibi fidem promittendo seu iurando, ꝙ contrahant, siue de facto contrahant, & si viuente altero coniuge fuisset inter illos adulterina commixtio, siue fuerit ante dictam promissonem vel contractum, siue post, quòd si adulterina pollutio prius vel post non interuenerit, non impeditur matrimonium, extra de eo qui cogn. consan. c. vltimo. vbi dicitur, fide data promisit. sed tamen sub nomine fidei intelligitur etiam nuda promissio, & huiusmodi promissio est quędam desponsatio de futuro, secundum glo. Ray. & in sum. confes. eo. tit. q. 2. secundũ fratrem Nico. in addi. ad pisa. vbi s̃. & ad illud, si interuenit iuramẽtum, probatur in c. 2. de eo qui duxit in vxo. & quod not. eod. tit. c. 3. in fine. & 31. q. j. relatum. de fideiuss. peruenit. in simili de spon. de illis. j̃. & c. commissum. de cond. appo. de illis. & c. per tuas. cum si. Et dicit Pet.

411 de palu. Nota, quod † tria sunt crimina, quæ dirimunt post contractum. Primum est, cùm vxor machinatur in mortem viri, vt post ea contrahat cum adultero, vel econuerso, ad quod tria requiruntur ad dirimendum, scilicet adulterium: secundo actualis occisio. tertio intentio contrahendi in occidendo, 30. q. 1. si quis viuente. de eo qui dux. in matri. super hoc. & c. significasti. & c. veniens. secundus casus est, si præstet fidem adulteræ de contrahendo cum ea post mortem viri vel econuerso, sed sub nomine fidei etiam nuda promissio intelligitur, sed tunc ista duo requiruntur, scilicet pollutio & promissio, 31. q. 1. relatum. Tertio, quando cum adultera contrahit de facto, & hic etiam duo requiruntur, scilicet adulterium, & de facto matrimonium, extra eo. c. cum haberet. & c. ex litterarum. & c. si quis vxorem. Item requiritur in his duobus casibus, ꝙ vterque sciret impedimentum, de conce. præben. cap. 1. nam altero ignorante non dirimitur, extra eo. propositum, & c. veniens. de spon. cap. cum in Apostolica. sed nihilominus Bersabee fuit vera vxor Dauid, quia nondum erat hoc statutum ecclesiæ, secundum Petr. de Pal. in 4. dist. 34. quæst. 1. artic. 3. & ad illud de nuda promissione, adde j̃. quæst. proxima. Et de materia huiusmodi per Hostien. in summa de eo qui duxit in matri. versi. sed quis probabit. & per totum. & 31. quæst. 1. & per eundem Host. in summa de matri. §. qualiter impediatur. versi. crimen. & c. vbi sic dicit. versi. crimen triplex quod impedit & dirimit,

dirimit, scilicet si quis aliquam per adulterium pollùerit, & fidem dederit, quòd post mortem primæ eam in vxorẽ ducat: secundum, si de facto contraxit & polluit, probantur hęc duo in cap. finali, de eo qui duxit in vxorem. Tertium, si machinatus est in mortem vxoris, ad hoc vt secũdam haberet, dicto cap. laudabilem. primo responso. hoc tamen intellexit Goffredus, vbi & secundam polluerit viuente prima, de eo qui duxit in matr. quam pol. super hoc. & c. significasti. quod dic, vt in summa per Hostien. eodem titu. vbi & idem intellexit Goff. & vt supra. Et pro intelligẽtia recipe has regulas. Prima, si quis viuente prima contrahit cum secunda etiam sciente, quòd est coniugatus, alio non interueniente post mortem primæ secundam ducere potest, de eo qui duxit in matrimo. c. fin. Secunda, si quis uiuente prima dat fidem secundæ etiam scienti de contrahendo mortua prima, potest secundam ducere, dicto c. fina. Tertia, si quis uiuente prima cognoscit secundam etiam scienter alio non interueniente, potest mortua prima secundam ducere, eodem titu. significasti. Quarta, si alter coniugum machinatur in mortem alterius, nõ ex hoc impeditur cõtrahere: similiter nõ impeditur extraneus, qui machinatur: vnde si mulier machinatur in mortem alterius mulieris cum effectu, vt quia interfecit, potest esse vxor mariti mulieris mortuæ, eod. tit. super. & hoc, ex quo fuit machinatio sola absque adulterio, vt ibi, & ex quo fuit machinatio alterius tantum ex contrahentibus, secus si vtriusque, vt si maritus mulieris mortuæ consenserit, de conuer. infide. c. 1. Ex his quatuor regulis habes, quando non impeditur matrimonium. Quinta regula, si viuente prima vir dat fidem secundæ, & eam scientem de prima cognoscit, non poterit esse vxor mortua prima, de eo qui duxit in matri. c. 1. à contrario. & c. sequẽti. secus si ignorauit de prima, vt ibi. Sexta, si habens vxorem de facto contraxit cum alia sciente & eam cognouit, illa nunqnam potest esse vxor, eodem titu. c. 3. & c. cum haberet, & c. fin. Septima, si extraneus cum altero coniugum machinatur cum effectu in mortem, non potest matrimonialiter coniungi coniunx superstes cum illo, de conuer. infide. c. 1. Octaua, qui viuente prima cognoscit secundam, quæ machinatur in mortem primę cum effectu, non potest vnquam ducere secundam, eodem tit. c. super. & ca. significasti. Idem si interuenit fidei datio cũ machinatione, dicto cap. super. ibi tamen intercessit adulterium: vnde in hoc vltimo potest dici contrarium, ex quo hoc non reperitur expressum, secundum Fran. in rubrica de eo qui duxit in matri. nam si iste, qui fidem dedit secundæ, vel cum ea contraxit, non cognouit eam viuente prima, sed ea mortua, poterit cum ea contraherc, secundum eundem in c. fin. vlt. q. eod. tit. & ad dictas regulas per Ioan. de Lign. in d. c. super. de eo, qui duxit in matri. & satis. est fidẽ dedisse absque iuramento, secundum Fran. in c. significasti. ad finem. & debet intelligi, quòd fides detur sub forma, vt quia vir promittit mulieri, quòd post mortem primæ cum ea cõtrahet: vnde isto casu secunda non potuit habere bonam fidem, vt per Fran. post Hostien. de eo qui duxit in matri. cap. fin. 2. quest. & sequenti. & ad illud in quarta, si vtriusque. & c. Idem & clarius per eundem eodem titu. super prima quæst. & in c. fin. 1. q. per eundem, & infra q. 162. & adde Nico. optime distinguentem in c. 1. de eo qui duxit.

412 ¶ CLXI. quæro, quid si † nec iurauit, nec fidem dedit, sed solùm promisit. Respondeo secundum Specu. eodem tit. idem videtur, ar. 22. quæst. vltima, iuramenti. ar. contra, de fideiusso. c. 2. in fine. primam partem videntur sequi frater Nicolaus Osim. & Petr. de Palu. vt dixi supra quæst. proxi. allegando in summa confessorum, libr. 4. titul. 9. quæst. 2. & Anto. de Butr. in c. significasti. ad finem. de eo qui duxit in matrimo. sed non video, quòd in hac materia restringibili dispositio ista extendatur ad simplicem promissionem absque fide vel iuramento, & non obstat c. iuramenti. quia ibi dicit glo. & Archi. maius peccatum & maior pœna imponitur pro fractione iuramenti, quàm simplicis promissionis: &

413 licèt Deus † non faciat differentiam inter iuramentum & simplicem loquelam seu promissionem, tamen ecclesia facit, secundum Arch. ibi, & Hostien. in summa, qui cler. vel uouẽ. §. 2. in 2. colum. Nam quo ad ecclesiam maioris efficaciæ est iuramentum quàm promissio sine iuramento, secundum Anto. de But. in c. præterea. 2. de spon. facit quod not. Anto. de Butr. in cap. significauit. circa medium. de eo qui duxit in matrimo. si ergo per constitutionem ecclesiæ prohibetur matrimonium, quando est iuratum, vel fides data, ergo non videtur extendenda ad solam promissionem: facit in Specu. de mstatu. ona. versi. 17. & quod notat Archi. 27. distinctio. cap. final. & in Specul. de iureiur. in fin. & per nota. per Doctores in dicto cap. 2. pro hac parte induco Richardum in 4. distinctio. 35. vbi refert aliquos tenere, quòd non dirimat matrimonium, licèt non firmet, sed istud firmat Scotus in 4. eadem distinctio. quod etiam sentit Ioan. Andr. de eo qui duxit. capitu. finali 2. columna & in fine. hoc etiam sentit Roffre. de libellis, in titulo de matrimonijs. in §. tertium impedimentum. & in §. quintum impedimentum. & etiam sentit Fran. de eo qui duxit in mat. super. ad finem. & in cap. significasti. ad fin. & in cap. finali, post principi. & 1. oppo. ad finem. & in 2. q. Præterea stantibus istis opinionibus fauendum est opinioni, quæ fauet matrimonio, supra q. 110. nisi forte dixisset, promitto sub periculo animę meę: quia videtur iurare, per nota. per Arch. de sepul. in c. 1. in ver. fide interposita. lib. 6. & per Franc. de frigi. fraternitatis. in princ. 3. oppo. & in §. quamuis. 1. not. & idem per Anto. in princ. & in 3. colum. & per Innoc. de iureiur. & si Christus. vnde dicitur fides dari, si fiat promissio per Deum vel per fidem suam, secundum Archid. in d. c. 1. & de similibus iuramentis per An. de Bu. in c. tuis. post medium. de testibus. vbi videas: vidi tamen litteram dispensationis curiæ Romanæ, in qua dicebatur in tali casu fore prohibitum matrimonium subsequutũ, & ideo misericorditer dispensari committebat episcopo Auersano, & c. quòd in tali matrimonio remanerent, sed qd dixi, credo verius de iure, & sic talis dispensatio necessaria non fuisset, licèt cautius sit obtinere dispẽsationem propter doctorum varietatem, vt supra, pro hoc quod nõ. Fran. in. c. debitores. 2. oppo. de iureiuran. quòd iuramentum & simplex promissio equirarantur, & sunt similia in genere, & c. facit c. 1. de sepul. lib. 6. & quod ibi not. in ver. promittendum. & cle. cupientes. in fin. de pęnis. & vide s̃. q. 26. ante finem.

414 ¶ CLXII. quæro, quid si quis † occidit maritum adulteræ non eo animo, vt vxorem eius habeat, sed in bello, vel odio. Respondeo, non dirimitur matrimonium postea contractum, nisi ad hoc interfecerit vt eam duceret, extra de cõuer. infide. laudabile. circa finem. Idem in sum. confe. dicta q. 1. secundum Pisa. & Nicol. Idem Fran. post glo. in c. super. de eo qui duxit. in 1. q. dicens, ꝙ si fecisset eo proposito, vt duceret eius vxorem, esset secus, quod tenet Innoc. & sic sequitur, ꝙ sola machinatio ex animo præmisso facta sine copula & sine fide data dirimit matrimonium: quod etiam tenet Hosti. qui remittit ad summam eodem titu. verius dic, quòd non sufficit sola machinatio alterius tantum, sed vtriusque sic, eod. tit. significasti. & c. fin. quod etiam tenet Ioan. And. in d. c. 1. de conuer. infide. secundum Fran. ad quod s̃. q. 160. ibidẽ ẽt ex hoc infert ad aliàm quæstionem post Gas. vt ibi per eum, & sic machinatio alterius tantum contrahẽtium non dirimit matrimonium, nisi sit simul cum adulterio, secundum eum in d. c. significasti. primo notabi. & circa finem. sed machinatio vtriusque sine adulterio sufficeret, secundum eundem in c. fi. 1. q. eod. ti. & s̃. q. 160.

415 ¶ CLXIII. † quæro, quid si quis præcepit & mandauit vel consuluit interfici, & interfectus est. Respondeo secundum Ray. Guil. & Hug. idem est, ac si interfecisset, sed si non mandauit aut consuluit, sed postquam fuit interfectus, ratũ habuit, dicẽdum ꝙ licèt aliàs in maleficijs ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur, tamen propter hoc non dirimitur matrimonium sequens: Idem Lau. & Ber. Idem in sum. con. eo. tit. q. 2. secundum Pisa. & Nic. vbi s̃. & not. in d. c. laudabilem. in fi. de conuers. infide.

416 ¶ CLXIIII. quæro, quid si quis † vxore viuente de facto contrahat cum adultera. Respondeo, distinguendum est, quia aut ista sciuit eum habere aliam vxorem, aut nesciuit, dico usque ad mortem primæ: si vero quando ipsam duxit, ipsa sciuit, ꝙ habebat aliam, non potest cum illo in matrimonio esse: si uerò prius nesciuit, & nunc mortua iam prima vxore de nouo scit, in potestate ignorantis est matrimonium ratificare vel diuorcium petere, extra de eo qui duxit. c. 1. & c. veniens. ad hoc s̃. q. 159. in fin. ita tamen, quòd si postquam sciuit, carnali copula consenserit, non poterit diuorcium petere, ar. extra de coniug. seruo. proposuit. & cap. fi. quòd si ab initio quidem fuit ignorans, sed prima viuente facta est conscia, non debet pati quòd cognoscatur à viro, aliàs in perpetuum matrimonium impediretur, ar. de præscri. cap. fina. in fi. 34. q. 2. si virgo. extra de secundis nup. dominus. hoc intelligendum est, si primum matrimonium verum fuit, aliàs non

non præstat impedimentum secundo,extra de spon.veniẽs. & de matrimonio contracto contra inter.eccle.ex litteris.in fin.Idem in sum.confess.eod.tit.q.3.secundum Pisa.& fratrẽ Nico.& per Host.in sum.de eo qui duxit in matr.in princ.& per Doc.in c.1.& c.significasti,& e. veniens. eod.tit.& supra q.160.An autẽ qui de facto contraxit cum secunda ignorãte debeat ei dicere?Et videtur consulendum ei,q̃ non dicat, nisi speraret q̃ dimitteret eum redire ad primam,quia si post quàm dixerit ei ipsa scienter cohabitauerit ei carnaliter prima viuente,ex tunc illa mortua,non possunt cõtrahere matrimonium,qui possent, si illa semper ignorasset, si etiam dicat ei,ipsa non tenetur ei credere,cùm sit occultum, & nihilominus si nõ credat postea poterit esse inter eos matrimonium,quod non posset si ipsa ei crediderit, & per adulteriũ permiserit ab eo se pollui,secundum Pe.de pal.in 4. dist. 34. q.1.in fi.ad hæc adde.j̃.q.prox.vide.s̃.q.160.ad fi.

417 ¶ CLXV. quæro, quid si mortua iam † prima vir non cognoscat carnaliter istam secundam adulteram, quæ secum contraxerat ignoranter,sed ipse ducat tertiam. Respondeo, secundum Host. debet manere cum tertia, quamuis postea cognoscat secundam,extra de eo qui duxit in matri.veniẽs. nam viuente prima consensus habitus cum secunda nullus fuit,& sic non impedit consensum tertiæ, quin etiam si post mortem primæ carnaliter cognouerit secundam, quæ fuit ignorans istum habuisse vxorem, & nunc etiam ignorãs est, ipse vir contrahat cum tertia, adhuc cum tertia remanebit, extra de elect.bonę,secundo.extra,de coniug.ser.proposuit. & c.fi.Idem in sum.confess.eod.tit.q.4.& 5.secundum Pisa. & fratrem Nico.per Hosti. in sum. de eo qui duxit in matri. vers.quid si mortua prima. Adde,q̃ si mortua prima, secunda alteri nupsit, & pendente hoc matrimonio vir, qui ei fidem dederat, eam cognouit, an postea poterit esse istius vxor mortuo eius maito : & idem potest quæri, si mortua prima vir contraxit cum secunda, & pendente hoc matrimonio cognouit illam,cui dederat fidem viuente prima, an mortua secunda poterit hanc ducere. Ioan. An.vult, q̃ neutro casu poterit ista adultera esse vxor, ex quo concurrunt fidei datio & adulterium,vt per Fran.in cap.fi.4.q.de eo qui duxit in matri.non tamen sufficeret conatus adulterandi,secundum eundem ibidem sequenti.q.Item sufficit, quòd vir habebat vxorẽ,licèt non consummauerit,vt non possit contrahere cum secunda,quam cognouit,licèt prima moriatur, secundum eundem in 6.q.post Doc. Item intellige hanc materiam, quando inter primos coniunctos non suberat impedimentum, aliàs teneret matrimonium cum secunda, secũdum eum ibidem in 7.q.post Host.& s̃.q. proxima, & q.22. Item intellige,q̃ istud impedimentum est perpetuum,etiam si de nouo consentirent, secundum eum in 8.q. & ad diuorcium audietur etiam alter contrahentium propter periculũ animæ secundum eundem post Ioan. And.ibidem in 12. q. ad quod s̃.q.66.& sequen.

418 ¶ CLXVI. quæro,quid si quis vxore † uiuente contraxit & concubuit cum duabus vel pluribus inscijs. Respõdeo secundum Host.locus est gratificationi, quia quamcumque certificatam de morte prioris primo cognouerit post mortem legitime illa remanebit, extra de eo qui duxit in matri. veniens.Idem in sum.confes.eo.titu.q.6.f̃m eosdem, & per Host.in sum.de eo qui duxit. vers.quid si contrahit.& dic, q̃ erit vxor ex nouo consensu, & intellige q̃ cõtraxit cum istis pluribus separatim,secus si simul, quia tunc contractus propter incertitudinem nullo modo tenet, vt per Fran.in c.1.8. q.eo.tit.ad quod s̃.q.40.

419 ¶ CLXVII. quæro, qualiter † intelligitur inscia. Respondeo,secundum Ho.quando habet iustam causam ignorandi, vt quia vir de remotis veniens asserebat se nõ habere vxorem, extra de spon. cum Apostolica. Ideo autem inscia

420 non committit adulterium,quia † non committitur sine dolo, ff.ad l.Iul. de adulterijs.l. penult.35.q.2.in lectum,Idem in sum.conf.eo.tit.q.7.vbi etiam addit secundum eundem,q̃ filij etiam legitima viuente suscepti legitimi censentur, si tamen secundum matrimonium in facie ecclesię sit contractũ, secus si clam secundum fratrem Nico.post Pis.in addi. & per Ho.in sum.eo.ver.sed quomodo intelligitur. & per Fran.in c.veniens.1.q.eo.tit.vbi in fine dicit, q̃ mulier excusatur, si nõ fuerit certificata de prima, nõ enim tenetur credere cuilibet leui informationi, de sent. excom. inquisitioni. & subdit, q̃ si secunda bona fide contraxit, & prima petit virum, secunda excusatur exigendo debitum,quãdiu est dubiũ, sed postquam habebit conscientiã super hoc caueat, ne permittat se cognosci,aliàs nunquam poterit esse vxor, eo.tit.super hoc.vt ibi latius,& ad istam quęst.vide in regula pręsumitur, lib.6.cum si.

421 ¶ CLXVIII. quæro, vtrum liceat † vxorem adulteri occidere?Respondeo,secundum Tho.& Pe.in 4.dist.37.hoc potest contingere dupliciter.primo modo, quia per iudicii iudicis procurat occidi,& hoc licet facere amore iustitiæ,nõ liuore vindictæ, non tamen licet hoc fieri in iudicio ecclesiastico,sed ciuili.Secundo modo, quia extra iudicium occidit eam,vel facit occidi,& hoc nunquam licet secundum legem diuinam, licèt aliquo casu permittatur secũdum legem ciuilem, vt quando inuenit vxorem in actu adulterij, tunc enim lex propter incitamentum non punit, idẽ in sum.confess.eod.tit.q.9.& intellige hoc dictum Tho. q̃ lex nõ punit, s.quia non punit morte,sicut alia homicidia,punit tamen ęstis acriter, ff.de adulte.l.si adulterium.§.si maritus. aliàs incipit.§.Imperatores.& ibi dicitur,q̃ si occisor erat humilis seu vilis persona,damnatur ad opus perpetuum,si autem honestior in insulam relegatur:& vtrũ viro liceat occidere adulterum,vide in pisa.in ver.lex. §.8.in foro vero cõscientię tales nihilominus puniendi sunt,secundum fratrem Nic.post pisa.ad hoc s̃.q.104.vnde dicit Pe.de pal.in 4.dist.34.q.1.ar. 2.& conclu.2.& dist.in.35.quæst.2.artic.1.conclu.3.& latius dist.37.quæst.2.dicens,quantum ad primum sunt tres cõclusiones : Prima, quòd iure poli in foro conscientiæ nullo modo licet viro propriaauctoritate interficere vxorem in adulterio deprehensam, sed licèt viro moderatè castigare, qui enim pręest congregationi tantum œconomicæ eam castigare & ab ea eijcere potest,sed exterminare à politica cui non pręest non:si autem occideret aut mutilaret, congregationẽ etiam politicam damnificaret cuius interest ne quis re sua male vtatur. Secunda conclusio est, q̃ iure ciuili olim licebat patri occidere adulterum cum filia,marito vero adulteram cum adultero,& non puniebatur : hoc autem, quia putauit lex,q̃ parceret pater adultero propter amorem filiæ,& putauit q̃ maritus parceret vxori timore adulteri.Tertia cõclusio est,q̃ vbi esset lex vel consuetudo, q̃ adulterata accusata occideretur,sicut tẽpore legis Moysi, quæ cùm sit iudicialis,non ligat, quia Dominus pepercit mulieri in adulterio deprehensæ: vbi tamen esset lex talis vir zelo iustitiæ accusans non peccaret secundum eum,& dicit Franc. post Ioã. And.in c.veniens.2.de spon.q̃ canones non admittunt permissionem legis occidendi adulterum, 33.q.2. inter hæc.vbi de hoc,dicens etiam,q̃ licèt possit occidi sine pęna, non tamen iustè, i.sine peccato : peccat enim per d.c.inter hæc.& per Ioan.And. & Anto.de But.in d.c.veniens.in fi. & in c.circa fi.de sent.excom. vbi q̃ non erit excommunicatus ille sit clericus & percutiatur vel occidatur : & adde, q̃ propter adulterium vir † potest propria auctoritate abijcere

422 vxorem quo ad thorum seu copulam, sed non quo ad habitationẽ,vt per An.in c.ex litterarũ.de eo qui duxit in matri.

423 ¶ CLXIX. quæro † circa impedimentum disparis cultus,scilicet quando fidelis contrahit cum infideli, vel pagano vel hæretico secundum Ray. & in sum.confess. lib.4.titu. 10. q.1. vbi hæc notantur, nam tunc nullum est matrimonium, 28. quæst. 1.§. ex his. & cap.caue. vnde Exodi.34.& Deuterono.7.prohibuit Dominus dicens,non accipies vxorem filijs tuis de filiabus alienigenarum, ne traducant eos post Deos suos. sed tamen sponsalia bene possunt contrahi cum hac conditione,si infidelis conuertatur,28. quęs.1.non oportet.hæc & Tho.& Pe.in 4.dist. 39. simul cum Ray.vt in d.quæst.1.secundum fratrem Nic.post Pis.in §. impedimentum.9.dicit Pet.de Pal,quòd baptizatus cum non baptizata,vel econuerso quamuis cathecumina non potest inire matrimonium, quod si fiat, nullum est : vbi autem vterque est baptizatus,licet alter vel vterque sit infidelis, verum est matrimonium, sed contrahere non debet quis cum infideli,nihilominus hereticus baptizatus sicut alia sacramenta vera confert & recipit,sic & istud secundum eum in 4.dist.39.ar. 1.vbi etiam de inspirationibus antiquorum patrum ante legem,& tempore legis,& de hoc tangit Host.in sum.de matr. §.qualiter impediatur. versi. 6.sed quo ad hæreticum videtur,quòd immo tenet matrimonium per eum contractum, vt patet de hæret.c.decreuit.vbi hoc colligit Ioan.And.post Arch.& Pet.de Anch.& sequitur Fran.qui fi.sint legit.tanta. q.8.ad hoc,s̃.q.21. post medium, non obstante quòd aliter dixerit Spe.in tit.de diuor.post prin.facit quod not. Arc.28. quæst.1. q.1.non oportet.& infra q.180. & sic excommunicatus contrahit matrimonium,Io.And.in c.significasti.de eo q duxit. Posset tamen ecclesia statuere, quòd dissoluatur matrimonium,si alter fieret hæreticus,Io.And.in c.ex parte.2. de cõuersi.coniug.post prin.

424 ¶ CLXX. quæro, nunquid inter infideles † possit esse matrimonium.Respondeo,secundùm Tho.in 4.distin.39. inter infideles potest esse matrimonium inquantum est ordinatũ ad prolem secundum perfectionem naturæ, non autem inquantum est ordinatum ad ipsam secũdùm perfectionẽ gratiæ, & ideo matrimonium quidem est, sed non perfectum : vnde infidelis cognoscens vxorem non peccat,si propter bonum prolis,aut illius fidei, qua tenetur vxori debitum reddat.Idem 27.dist. deinde.secundùm Nic.post Pisan.per Pet. de Pal.in 4.dist.39.ar.2.concl.1.& de hoc 28.q.1.per totum. vnde matrimonium contrahi potest,& est matrimonium inter Iudæum & paganam,secundùm Hug. & Archid.28.q.1. Iudæi.& quare dicantur gentiles, ea.q.caue. per Archi.& si gentiles fiant Christiani,non debent separari,no.28.q.1.sic enim.§.1.& c.litteras.de restit.spol.& adde supra q.13.& facit infra q.proxi.

425 ¶ CLXXI. quæro, vtrum † coniunx conuersus ad fidem possit remanere cum vxore infideli nolente conuerti?Respõdeo,secundùm Tho.vbi supra, fidelis conuersus potest cum infideli manere sub spe conuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanendo, & de hoc est consilium Apostoli 1.Corinth.7. non tamen tenetur,sed potest dimittere eam,etiam si velit ei cohabitare sine contumelia creatoris,si conuerti non vult,concor.Ray.vt in sum.confes.eo.tit.q.2.& latius per Pet.de Palu.in 4. dist.39. ar.2.cõclu.2.& 3.vbi etiam sic:posset enim imaginari, quòd in matrimonio infidelium non est aliquod reale vinculum de mundo plus quàm in sponsalibus, cùm non sit sacramentum aliquod ante baptismum:vnde ante baptismum vtriusque vel alterius ex statuto ecclesiæ potest illud matrimoniũ solui,sicut sponsalia in multis casibus soluuntur vel tollũtur statuto ecclesiæ : vnde sicut per matrimonium sequens soluuntur sponsalia præcedentia, sic per sequens matrimoniũ tollitur præcedens non ratum sponsalibus comparatum secundum eum,adde supra q.13.

426 ¶ CLXXII. quæro, si iudęi vel pagani † contraxerunt cũ consanguineis suis secundum ritum suum, nunquid post cõuersionem poterunt remanere ? Respondeo,secũdùm Tho. in 4.dist.39.si contraxerunt in gradibus diuina lege prohibitis,Leuitici 18.tunc siue vterque siue alter ad fidem conuertatur,non possunt in tali matrimonio commanere : si autem contraxerint in gradibus prohibitis per statutum ecclesiæ, possunt commanere,si vterque conuertatur, vel si vno conuerso sit spes de conuersione alterius.Idem in sum.confesso. eod.tit.q.4.facit extra de diuor.c.gaudemus. secundùm Pisa.& fratrem Nic.vbi supra.

427 ¶ CLXXIII. quero, quid si infidelis habeat † plures vxores. Respondeo,secundùm Thom.vbi supra,non fuit verum matrimonium,nisi cum prima,quia esset contra legem naturæ:vnde talis si cum omnibus vxoribus conuertatur, potest cum prima cohabitare,& alias debet abijcere tamquàm penitus extraneas,& si prima conuerti noluerit, non propter hoc est matrimonium cum aliqua istarum, sed potest cũ aliqua istarum de nouo contrahere, secundum modum infra proxi.concor.Ray.Host.& Ber.vt in sum.confes.eo. tit. q.5. secundum eosdem,& Franc.in c.de infidelibus. in fi. de consang.& affi.& vide per Ant.de But.in c.gaudemus. ad fin.de diuor.& adde supra q.40.

428 ¶ CLXXIIII. quæro, quid si infidelis † repudiata prima vxore aliam duxerit & cõuertaẽ. Respõdeo,secundùm Tho. in 4.dist.29.Dicendum, q̃ repudium vxoris est ꝯ legem naturæ,vnde infideli non licet repudiare,& ideo si ꝓuertatur, postquam ipse vna repudiata alteram duxit, idem iudicium sicut de illo qui plures simul vxores habebat, quia tenetur primam quam repudiauerat accipere, si conuerti voluerit & aliam abijcere, sicut supra proxime dictum est. Idem in sum.confes.dicta q.5.secundum eosdem,adde supra.q.67.

429 ¶ CLXXV. quæro, quid si ipsa † conuerti noluerit.Respõdeo secundùm Thom.vbi supra,si ipsa infidelis vult cohabitare fideli viro sine contumelia Creatoris, & sine hoc quòd infidelitatem inducat, potest quidem vir fidelis ab ea discedere,sed discedens non potest aliam accipere : si autem hæc vxor infidelis nolit ei cohabitare, vel non sine contumelia Creatoris,vt si ad infidelitatem pertrahere nitatur, in his tribus casibus vir fidelis discendens potest alteri per matrimonium copulari, secundùm Pisan. Idem etiam si vellet eum trahere ad quodcumq; peccatum mortale, extra de diuor. gaudemus.§.quia autem.ver.præterea subditur, quòd si conuersum ad fidem,& illa conuersa sequatur, antequam propter causas legitimas ille ducat vxorem, eam recipere compelletur,nec poterit dimissæ objicere fornicationem, proeo quòd nupsit alteri, nisi fuerit aliàs fornicata,secundùm fratrem Nico.in addi.

430 ¶ CLXXVI. quæro, nunquid liceat † viro ad fidem conuerso vxore existente in infidelitate emittere votum continentiæ.Respondeo,secundùm Thom.in 4.dist.39. si post cõuersionem viri sit aliqua probabilis spes de conuersione vxoris,non debet vir uotum continentiæ emittere, nec ad matrimonium transire, quia vxor difficilius conuerteretur, sciens se sic priuatam esse : si autem non sit spes de conuersione, potest ad sacros ordines, vel ad religionem accedere, prius requisita vxore, quòd conuertatur, & tunc si postquã vir sacros ordines susceperit, vxor conuertatur, non est fibi vir suus reddendus,sed debet sibi imputare,quòd in pœnam tardæ conuersionis suæ priuatur viro suo. Idem in sum.confess.eo.tit.q.10.secundùm eosdem.

431 ¶ CLXXVII. quæro iuxta proxime dicta, an † iudex possit assignare terminum infideli, si conuerti voluerit. Respondeo sic,arg.de conuer.coniug.ex publico. & qui fil.sint legi.lator.secundum Archi.28.q.1.si infidelis. & q.2.si infidelis.& Host.de diuor.quanto.

432 ¶ CLXXVIII. quæro, quid si alter † coniugum conuertatur,proles quem sequi debet.Respondeo, secundùm Tho. dist.39.si proles peruenit ad ætatem perfectam, libere poterit sequi parentem quem voluerit,si autem est in minori ętate,tunc debet dari fideli,non obstante quòd indigeat matris obsequo ad educationẽ.Idẽ in sum.ꝓfes.eo.ti.q.12.f̃m eosdẽ.

433 ¶ CLXXIX. quæro,quid si † vterq; ꝯiugũ tpe ꝯcti matrimonij erat fidelis,nũc alter labitur in infidelitatem. Respondeo, secundùm Ray.alter non potest ꝯhere, nec distinguo vtrum interuenerit carnalis copula vel non,nam in vtroque casu fidelis tunc tenetur continere. Idem in sum.confess.eo. tit.q.13.& facit de diuor.c.quanto.secundùm eos.

434 ¶ CLXXX. quæro,quid si catholicus † contrahat cum hæretica baptizata, nunquid tenet matrimonium.Respondeo, secundùm Tho.in 4.dist.39.verum est matrimonium,quãuis peccet ꝯhendo,si sciat hæreticam,non tamẽ propter hoc dirimitur matrimonium : & econtra si aliquis cathecuminus, sed nondum baptizatus cum aliqua baptizata contraheret, non esset verum matrimonium. Idem Pet.Alb.& Ray.idem in sum.confes.eo.tit.q.14.& 16.secundùm eosdem, ad quod supra q.169.& per Io.And.in c.si conditiones.in 2.col.de cõdi.appo.& in c.2.post prin.de coniu.seruo.& ibi Ant.de But. remittit ad nota.p eũ in c.fi.de ꝯdi.appo. super prima glo.

435 ¶ CLXXXI. † quæro, vtrum infideles vnius ritus possunt contrahere cum infidelibus alterius ritus. Respondeo, secundùm Thom. vbi supra,possunt, nisi per aliquod ius positiuum eorum prohibeantur, quia tunc cultus disparitas impedit matrimonium, concor.Pet.vt in sum.confesso.eodem titu.quæst.15.secundùm fratrem Nico.post Pisa.facit supra q.170.

436 ¶ CLXXXII. quæro circa impedimentum † violentiæ siue metus. Vbi primo sciendum, quòd violentia siue metus ex sui natura etiam sine constitutione ecclesiæ matrimonium excludit, quia excludit consensum, sine quo matrimonium esse non potest,ut in sum.confess.lib.4.titu.11.q.1. vbi hæc notantur secundùm Rai.& quidem quid sit vis, habes in Pis.in ver.vis. & quid metus, in ver.metus,secundùm infra.Nic.post Pisa. in §.impedimentum.x.potest.n. voluntas cogi,quod declara,vt per Pet.de Pal.in 4.dist.29.q.1.ar.1.& quo metus cadat in volũtatem,ibidem.2.ar. & an vis sit plus quàm metus, Archid.in c.vno. quod metus cau.in ver.metum. & quid sit coactio, & quid metus, per Laud.in sacramentali,de baptismo. in pen.colũ.vbi etiam dicit, q̃ coactus conditionaliter dicitur volens pro eo,quia cùm voluntas hominis sit libera ad velle vel nolle, licet primo ad nolle se dispo fuerit grandi casu potest velle & inuitari ad velle, aliàs non esset proprium velle,nisi posset libere velle,ff.de regul. iur.l.eius.secundum eundem vbi supra.

437 ¶ CLXXXIII. quæro, vtrum † coactio impediat mrimoniũ.Rñdeo,duplex ē coactio,qdã absoluta,q̃ fit p vim,& ista

non habet consensum animi,in quem non cadit coactio, sed
potest esse coactio ad copulam carnis,uel aliud extrinsecum,
ad quod trahitur persona inuita,& talis coactio qñ non con-
sentitur in matrimoniũ non facit illud : Quædã autẽ coactio
est conditionata,& ista fit per metum,qñ.s.quis consentit ti-
488 publica honestas non præcedentia sed sequentia matrimonia impedit & dissoluit , in cap.vno.de spon.lib.6.secundùm Frã. in cap.1.in fi.de ma.con.contra inter.eccle.& dicit Archidia. 27.causa.in princip.iustitia,idest,institutio ecclesiæ facta per publicam honestatem : iudicauit enim ecclesia , vt consanguineus nunquam deberet accipere sponsam qualemcunque sui consanguinei viui vel mortui , & esset inhonestum, quòd deberet accipere , & dicitur sic propter defectum nominum, quia nullum aliud nomen potuit ei assignari , cùm non sit ibi affinitas vel consanguinitas , vel huiusmodi : & hoc impedimentum est perpetuum,& matrimonium dissoluit, & sic hoc impedimentum inducitur ex sola honestate , & vocatum est publicæ honestatis iustitia , cùm in matrimonio etiam quod honestum est consideretur , ff.de ritu nupt.semper. secũdùm Goff.in d.cap.ad audientiam.& Archid.vbi supra, & de materia ista tangitur per Hostien.in sum.de matrimonio. §.qualiter impediatur.ver.x. & in sum.de spon. §.quis sit effectus . & per Archid.27.quæst.2.si quis desponsauerit . & Specu.de consangui.& affini.ver.si vero petis. & per Archid.27.q.2. si quis non potest & Franc.in c.fraternitatis.post princ.de eo qui cogno.& in cap.adolescens.1.q.de spon.vbi etiam quòd nixus ad copulam fortificat publicam honestatem , quæ ex consensu surgit , & honestatem respicit non effectum,de spõ. iuuenis.& de isto impedimento,& quotuplex sit publica honestas , per Anto.de Butr.in cap.non debet.in 6. & 7. colum.

486 de consang.& affinit. Et generaliter † cum quæritur , an & quando sponsalia inducant publicam honestatem:distingue, aut sponsalia sunt certa , aut incerta : primo casu , aut pura , aut conditionalia . primo casu aut tenent & inducunt publicam honestatem , de spon.sponsam.cum sim.aut non tenent: & aut ex defectu ꝓsensus aut ex alia causa:primo casu nõ oritur publica honestas , vt si contrahuntur ab impuberibus , de despon.impub.litteras.& eap.accessit.fallit eod.titu. iuuenis. quod dic , vt ibi. & infra quæst.210 . Secundo casu quando non tenent ex alia causa , inducitur honestas , vt in dicto c. ad audientiam . vnde ex sponsalibus contractis per monachum vel presbyterum oritur publica honestas , secundùm Innocen. licèt aliqui contra : ex quo enim sponsalia valida sunt ex consensu , sufficit , licèt sint inualida ex alia causa, vt probatur de spon.cap.vno.lib.6.Si vero sponsalia sunt conditionalia , aut est conditio de præsenti vel præterito , & habentur pro puris , ff.si certum peta.cum ad præsens . Aut est de futuro , & aut est conditio , quæ inest , vt si viuam , vel si Deo placuerit : & est,ac si non esset apposita , de elect. significasti.quod tenet Ioan. And.in d.cap.vno.lib.6. Aut est conditio,quæ non inerat,& ante conditionis euentum non indu citur publica honestas,dicto cap.vno . postea sic , argu.de rescript.si pro te . eo.tit.& lib.Si vero sponsalia sunt incerta, nõ oritur publica honestas, dicto cap.vno.& quod ibi no.glo.3. secundùm Franc.in d.cap.ad audientiam . de spon. Et nota, quòd istud impedimentum surgit ex sponsalibus , seu matrimonio de præsenti , nulla copula subsecuta , vt probatur in cap.vno.in princip.de spon.lib.6.iunctis notatis ibi per Archid.in glo.1.& ideo dicit Ioan.de Ligna.in dicto cap.ad au-

487 dientiam.quòd publica honestas † oritur ex consensu sponsaliorum vel matrimonij , quia inhonestum est , vt quis contrahat cum consanguinea illius , in quam consensit , & facit eod.titu.sponsam.& quod ibi per Ioan.And.Si ergo nõ sunt sponsalia de futuro , sed matrimonium de pręsenti , & copula non fuerit secuta , videtur insurgere publica honestas,alioquin nec etiam impedimentum affinitatis locum haberet,infra quæst.216.ad fi.pro hoc , quia si ex sponsalibus de futuro oritur , ergo fortius si sunt de præsenti , per regulam,de quo minus.&c. vt no.in cap.cum in cunctis . in princip. de electi. cum sim.& per Nic.in cap.sponsam.de spon.& in cap.penult. de eo qui cogno.& in cap.non debet . de consang. & affinita. penult.colum.& ante fi.& in sum.confesso.lib.4. titu.14. q.3. ad hoc infra quæst.206. & 212.circa medium. & vidi per curiam dispensari , vt quidam permaneret & duceret in vxorem relictam quondam Titij sibi attinentis in duplici secundo ex vna parte , & duplici tertio gradu consanguinitatis ex parte altera , quod est notandum . Si ergo cognosco vxorem vel sponsam , hic est duplex impedimentum , scilicet affinitatis , & publicæ honestatis , & sic dispensatio super vno non remouet reliquum impedimentum , vt per Ioan. Andr.in arbore affinitatis , circa principium. facit supra hac eadem quæstione , post principium , ibi

488 etiam sine copula . quòd dispensatio super † impedimento affinitatis tollat impedimentum publicæ honestatis , tenet dominus Ioan. de Milis in suo Repertorio in verbo , dispensatio . ante finem , & dicit hoc tenere Laudunum in suo sacramentali ad finem, qui tamen in toto

dicto ſacramentali hoc non tangit,ſed pro eo facit quod not. Anto.de But.in c.non debet.in 7.colum.de conſang.& affin. ibi,quia vbi concurrunt duo impedimenta,&c.Præterea per carnis copulam ſubſecutam definit impedimentum publicæ honeſtatis,& ſumus ſolum ſuper affinitate,ergo.&c.facit optime ĩ.q.205.& quod not.in ſimili in cle.1.vt lite pendente, in uer.collato.circa prin.& per Nic.in d.c.ſponſam.qui vult, quòd ſi publica honeſtas comprehendebatur ſuper affinitate,ſatis eſt de affinitate feciſſe mentionem,vt latius per eum in d.c.non debet.ulti.colum.de conſangui. & affinitate.

¶CCIIII. quæro de effectu huius. Reſpondeo, quan-
489 do aliqui † inter ſe ſponſalia contraxerunt, nullus de cõſanguinitate ſponſæ poteſt habere ſponſum illum in virum, extra de deſpon.impube. continebatur.§.vlti.& de ſponſa. iuuenis.& c.ad audientiam. & durat hæc prohibitio vſq; ad quartum gradum ipſorum conſanguineorũ, extra de ſpon. c.ſponſam.& in d.cap.continebatur.Idem in ſum.con.eo.ti. q.2.ſecundum piſa.& fratrem Nico.in addi.ubi ſupra,& dominum Anto.de But.in d.c.ſponſam.Ad quod adde ſupra q. proxi.& ĩ.quæſt.206.

490 ¶CCV. quæro,An inter affines ſurgat † impedimentũ publicę honeſtatis.Reſpondeo non, quia iura ſolum dicunt de conſanguineis:vnde non tantum ſponſus mortua ſponſa licite contrahit cum affine ſponſæ, ſed etiam maritus mortua vxore licite contrahit cum affine vxoris: illa enim eſſet prohibitio in ſecundo genere affinitatis,quæ ſublata eſt, de conſang.& affini.non debet.ſecũdum Franc.in d.cap.ad audientiam. in fin. & Ioan.And. in cap. vno. poſt medium. de ſpon.lib.6.in nouella.ad idem quærit Ho.ſic:quæro, cum ex ſecundo genere affinitatis olim inſurgebant duo impedimẽta,ſcilicet affinitatis & publicę honeſtatis iuſticia. 33.q.3. porro.& quia per cap.non debet.de conſanguinitate & affinitate.ſublatum eſt tale impedimentum affinitatis in ſecũdo genere,an uideatur ſublatum & aliud,ſcilicet publicæ honeſtatis iuſtitia.Dicit ꝙ ſic:vnde & in d.cap.non debet. dicitur ut ſic contrahentes,ſcilicet in 2.& 3.genere de cætero libere copulentur:vnde vxores duorum fratrum uel duorum cõſanguineorum non ſunt affines,quare maritis ipſarum mortuis poteſt aliquis utramque ducere ſucceſſiue,vt per Hoſti. in ſum.de affini.§.qualiter arbor.uerſicu.3.q. Ad quod ſupra q.203.circa medium. Sic ergo dictum Franc. declaratur per dictum Hoſt.ſcilicet quia ſuberat olim impedimentum publicæ honeſtatis,vt dicit Hoſt.hodie uero non,ſecundũ eos: & ſic nota,ꝙ in certis caſibus ſublata eſt publica honeſtas, vt ſ.q.203.circa medium.vnde diſpenſat Papa,nõ inferior,qui
491 † non eſt ſupra ius,vt per Pet.de pal.in 4.diſtin.41.q.2.ar.3.

492 ¶CCVI. quæro quid ſi ſponſalia de iure † non tenuerũt: Reſpondeo,ſi ſponſalia fuerunt pura & certa,etiã ſi fuerunt nulla,ratione conſanguinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quacumque ratione oritur publicæ honeſtatis iuſtitia ad dirimendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia, niſi fuiſſent nulla ratione conſenſus, vt puta quia ambo uel vnus erat infans,extra de ſpon.cap.ex ſponſalibus.& c.ſequenti,libro 6.ſecundum piſa.iſtud.cap.ſequens eſt cap.ſi infantes.de
493 deſpon.impube.ubi etiã patet, ꝙ infans dicitur minor † ſeptennio,cuius deſponſatio non inducit hoc impedimentum, vt dictum eſt, niſi traductio ſecuta fuerit etiam tempore infantiæ,tunc enim bene uidetur hoc impedimentum inducere etiam ad dirimendum,ut in cap.iuuenis.de ſpon. ſecundũ fratrem Nic.poſt piſa.in addi.Sic ergo per ſponſalia per verba de præſenti uel de futuro ſiue de iure ſiue de facto, ut qa nulla,& per conſequens per matrimonium nullũ, niſi ex defectu conſenſus cauſatur publicæ honeſtatis iuſtitia, ſecundum Pet.de pal. in 4.diſt.41.q.2.ar.1.conclu.3.ſed ſi eſſent nulla propter defectum conſenſus, vt infantiũ, furioſorum, & mente captorum,non dico prodigorum, quia in his, quæ pertinent ad perſonas prodigi,reputantur mente compotes, non cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiam,extra de ſpon.cap. 1.lib.6.ſecundum Pet.ibidem conclu.2.& de ratione diuerſitatis & ſponſalibus nullis propter defectum conſenſus per eundem ibidem.q.2.ar.2.& 3.conclu.2 & facit quod notat Archi.in d.cap.1.in uer.impedimentum.Et ꝙ dicitur,ꝙ ſpõſalia,quæ ſunt nulla ex defectu conſenſus, non cauſant publicæ honeſtatis iuſtitiam, debet intelligi ſupplendo euidentis,ſicut quando infans & furioſus uel maior & ſanus ſub cõditione:Ad quod ſupra q.203.ad fin.ſecus ubi defectus non eſt parens,nec euidens,ſecundum Pet.de pal.in 4.diſtin.17. q.4.6.colum.Ad quæ adde Arch.in d.cap.1.de ſpon.libro 6. in verſi.conſenſus. & de materia per Hoſtien.in ſum.de ſpõ. §.quis ſit effectus.vbi dicit,ꝙ contractus ſponſaliorum citra ſeptennium initus nullus eſt,nec parit aliquam publicæ honeſtatis iuſtitiam,niſi in ſeptimo anno ratificetur,de deſpon, impu.cap.2.3.& cap.duo.& quamuis ſponſalia prima inter maiores ſeptem annis contracta nulla ſint conſanguinitate impediente,nihilominus oritur hæc iuſtitia, de ſpon. ad audientiam. ſed ſi ſponſalia nulla ſunt deficiente conſenſu,nõ uidetur,quòd generẽt hanc iuſtitiam,& ſecundum hoc conſanguineus furioſi continui ſponſam eiuſdem furioſi poterit ducere in uxorem,cùm conſenſus deficiat, de ſpon. dilectus.quæ iuſtitia adhuc hodie locum habet ſecundum eum: ad quod adde eundem in ſum.de affi.§.qualiter arbor,in uer. 4.q.& facit dictum cap.1.de ſpon.libro 6. & aliqualiter per Hoſt.in ſum.de cland.deſpon.§.1.in 2.col.ibi, eſt & alia ratio.& adde ſupra q.203.per totam.& de hoc etiam not.27. q.2.ſi quis deſponſauerit.& per Franc.de deſponſ.impu. litteris.1.oppo.& in cap.acceſſit.in fi. qui in idem recidit cum dictis ſupra quæſt.203.& infra q.proxi.

494 ¶CCVII. quæro,quid ſi aliquis † primo ſponſalia cũ aliqua contraxit, & poſtmodum cum alia ipſius ſponſæ conſanguinea idem fecit.Reſpõdeo, debet cõtrahere matrimonium cũ prima, nam ſponſalia ſequentia nõ impediunt præcedentia, extra de ſpon.cap. ex ſponſalibus.lib.6. ſecundum Nic.& piſa.& ſupra q.203.poſt me. An autem ſicut ſponſa-
495 lia de facto contracta inducunt † publicæ honeſtatis iuſtitiam,ita & matrimonium de facto contractum rumpat ſpõſalia de futuro præcedentia,not.in regula,non præſtat.lib.6. per Ioã.And.3.q.& determinatur, ꝙ non,vt ſi quis poſt ſpõſalia de futuro cum vno,cum alia, quæ eſt conſanguinea infra quartum gradum,contrahit matrimonium, per hoc non ſunt ſoluta ſponſalia:ratio diuerſitatis, quia ex ſponſalibus etiam nullis, ualidis tamen ex conſenſu, publicæ honeſtatis iuſtitia ſurgit. Sed ꝙ matrimonium ſoluat ſponſalia præcedentia de futuro hoc ſurgit ex uinculo coniugali, quod non inducit ſolus conſenſus,ſed conſenſus legitimus:quid autem ſi matrimonium tenuit,ſed poſtea ante conſummationẽ ſoluitur per profeſſionem, an per tale matrimonium ſoluantur ſponſalia præcedentia. Determinatur ibidem ꝙ ſic: ſufficit. n.ꝙ matrimonium tenuit,quia ſtatim extincta ſunt ſpõſalia, nec reuiuiſcunt per ingreſſum religionis, de conſecr.diſt.4. quæris.facit de conuer.coniu.quidam. ſecundum Franc.in c. litteras.1.oppo.de deſpon. impub.& Io.And.in cap. vno.de ſpon.libro 6.in nouella.

496 ¶CCVIII. quæro, quid † ſi ſponſalia ſunt facta ſub conditione, & pendente conditione vir cum alia illius conſanguinea contrahat per uerba de præſenti? Reſpondeo,cũ ſecunda remanere debet, quia ex ſponſalibus conditionalib. ſicut ex non habentibus conſenſum & incertis non oritur publicæ honeſtatis iuſtitia,extra de ſpon.cap.vno. in fin.lib. 6.ſecundum eoſdem,ad quod ſupra q.203.ad fin.

497 ¶CCIX. quæro,quid ſi duo † infantes uel vnus maior ſeptennio,alter minor,ſponſalia contraxerunt ipſi, uel parẽtes pro eis. Reſpondeo, ſi facti maiores ſeptennio per cohabitationem mutuam ſeu aliter uerbo uel facto eorum liquido apparet,ꝙ in eadem uoluntate perdurant, ſponſalia conualeſcunt, aliàs non:nam ab initio nulla fuerunt ex defectu conſenſus, & ideo non inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiã, extra de deſpon.impub.ſi infantes.lib.6.ſecundum fratrem Nic.& piſa.ad quod ſupra q.203.& ſic ſi pater contrahit ſpõſalia pro filia inſcia maiore ſeptennio,licèt Pe. & Abb. dixerunt,ꝙ oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, hodie eſt determinatum in d.cap.vno.in fin.ꝙ non,quia non ſunt ſponſalia,niſi tacite uel expreſsè filij conſentiant, ſecundum Franc.poſt Innoc.in cap.1.3.q.de deſpon.impu. Et not. ꝙ quando pater promittit,ꝙ filius contrahat,non uidetur factum alienũ promittere, ſed ſe facturum & curaturum, ut per Anto.de But. in c.ueniẽs.de eo q cogno.& ſic iſte infans adueniẽte puber tate poterit contrahere cũ matre uel ſorore illius, ut per Fede.conſi.189.incipit, In dubijs mirabilibus.&c.ubi de arris datis, quid ſi in ſponſalibus interuenit pignus, uel alicui extraneo fiat obligatio.&c.

498 ¶CCX. quæro, quid ſi † pubes & impubes, uel duo impuberes contrahunt matrimonium. Reſpondeo, ſi non impuberes contrahunt matrimonium. Reſpondeo, ſi non erant proximi pubertati,in quibus malicia nõ ſuppleat ætatem, non fuit matrimonium per aduentum pubertatis, niſi per carnis copulam ſubſecutam, uel aliquem modum alium contrahentes eoſdem cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis

luntatis ad pubertatis tempora peruenisse conſtiterit euidenter, vt in d.cap.ſi infantes. Sed tamen ſi erant maiores
501 ſeptennio,fuerunt ſponſalia, & ex eis inducta eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, d.cap.ſi infantes.ſecundum eoſdem, & vide ſupra q.15.& 16.

499 ¶CCXI.quæro, An † ex ſponſalibus, quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus contrahunt, filij obligentur. Reſpondeo,ſi conſenſerunt expreſſe vel tacite, vel ſi præſentes fuerunt, nec contradixerunt, obligantur, & ex eis oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, d.cap.ſi infantes.lib.6.qualis autem conſenſus filiorum ſufficiat, dic generaliter, aut loquimur de iure ciuili, aut canonico: primo caſu pater contrahit pro filijs, ſi non diſſentiant, ſi diſſentiunt contractus non valet,ff.de ſpon.l.in ſponſalibus.§.fi.& l.filio.ſed extraneus non contrahit niſi conſentiant, nec ſufficit quòd non diſſentiant, dictis iuribus.& mater habetur pro extraneo, quia ponderatur patria poteſtas, ff.de ritu nup.l.2.ſed de iure canonico pater non videtur differre ab extraneo, vt not.in d.c.vno.lib.6.
502 glo.antepenul.& ibi per Archi.poteſt tamen dici,quòd etiam de iure canonico ſi pater vel mater contrahunt ſponſalia pro filio vel filia præſentibus,ſufficit quòd non diſſentiunt, ſecus ſi extraneus, quia tunc oportet ꝙ conſentiant: pro abſentibus autem idem eſt in patre & extraneo, ita not. Ioan. And. in d.cap.vno.& bene probatur ibi:& ex hoc infertur,quòd de iure canonico non eſt differentia inter patrem & matrem quo ad hoc,& pro hoc dictum cap.vnum.§.porro. quod generaliter loquitur de parentibus, quæ not.ſecundùm Franc.in c.1. 2.q.vbi etiam videas per Ant.de But.latius de deſpon.impu. & adde Archi.in d.cap.vno.in prin.& Ant.de But.in c.tuæ.2. colum.de ſpõ. Item ſi victricus contrahit pro priuigna, forte ſufficiet tacitus cõſenſus priuignæ,de quo habetur de deſpon. impu.cap.1.lib.6.ſecundum Ant.de Butr.in c.ad id quod.de ſpon.in princ.adde ad prædicta Ioan.And.in c.1.de ma.contracto contra interdi.eccle.& nota, ꝙ ſi in filij abſentia ſunt per patrem ſponſalia contracta, vt videatur filius tacite conſentire, eſt neceſſarius actus, per quem liquidò vel euidenter pateat ipſius conſenſus, facit dictum cap.vnicum.ſecundùm Ioã.And.ibidem circa med. & Pet.de Anch.ibidem in §.porro.in 3.notabi.in fi.vnde ſi pro filijs puberibus parentes matrimonium contraxerint,oportet quòd per verba de præſenti contraxerint, & quòd ſubſequens filij expreſſus vel tacitus conſenſus liquido vel euidenter appareat, quod ſequitur ibi dominus Do.concludens, quòd ſola taciturnitas abſque alia expreſſione verborum vel ſuggeſtione actus habilis ad complacentiam illius non inducit ratihabitionem, etiam ſi detur ſcientia actus, vt ibi latius, licet Ioan.de Imo.aliud ſentiat: vnde nota, quòd ſi pater contraxit ſponſalia de futuro pro filio abſente, ſubſequens conſenſus filij ſimiliter intelligetur de futuro in dubio,vt in cap.2.de matri.contr.contra interdi. eccle.faciunt not.per Do.in d.cap.vno.in 4.colum.poſt Ant. de Butr.& ſupra quæſt.24.in opi.Ioan.And.& vide eam per totam.

¶CCXII.quæro circa impedimentum affinitatis, quid ſit,
500 dictum habetur in Piſan.in ver.affinitas.Eſt autem † affinitas attinentia vel propinquitas perſonarũ ex carnali copula proueniens omni carens parentela, ſecundùm Pet.de Palu.in 4. diſtin.circa princ.dico autem carnali copula licita vel illicita omni carens parentela per ſe,licet per accidens aliter eſſe poteſt, ſecundum eum: vel dic, quòd affinitas eſt propinquitas
504 perſonarum ex coitu proueniens omni conſanguinitate carens,ſecundum Arch.poſt Doct.35.q.3.de propinquis.& per Hoſti.in ſum.de affi.§.quid ſit affinitas.& latius per Franc.in expoſitione arboris affinitatis, in 1.& 2.colum.& per Archi.
505 de ſpon.cap.1.lib.6.dicitur autem affinitas,quia accedit ad fines,id eſt,terminos vel contratam, ſecundum Pet.de Pal.vbi ſupra,vel dicitur affinitas, quia vna cognatio ad alterius finem accedit, ff.de gradi.non facile.§.affines.quod eſt dicere, quia duæ cognationes diuerſæ approximantur.& iunguntur per affinitatem, quæ ſurgit ex copula,ſecundùm Franc.in expoſitione arboris affinitatis,2.q.& ad illud quod contrahitur ſeu prouenit ex copula illicita, adde quare contrahitur etiam per fornicariam copulam, 35.q.3. nec eam. extra de eo qui cogno.conſan.diſcretionem.& cap.tuæ.& no.in d.cap.diſcretionem.in glo.hic reprobatur.& ibi per Fran.in 5.oppo.& no. in reg.non præſtat.de regu.iur.lib.6.& 32.q.4.in eo.& 35.q. 3.de inceſtis.& per Hoſti.in ſum.de conſan.& affini.§.quid ſit affinitas.& Arch.35.q.1.c.1.& Pet.de Ancha.in cap.vno.circa fi.de ſpon.lib.6.Bal.in flloribus, in cap.1. de eo qui dux.in
501 ma.Vude † affinitas contrahitur dupliciter: primo per matrimonium, etiam ſi carnalis copula non ſequatur, ſecundùm quoſdam: Alij verò dicunt, quòd non cauſatur niſi publicæ honeſtatis iuſtitia ante carnalem copulam, ad quod ſupra q. 203.in fi. Secundo per carnalem copulam quomodocunque exercitam licite vel illicite, ſecundùm naturam,& contra naturam, dum tamen ſemen viri in vaſe debito recipiatur, 25. q.3.nec eam.& dicto cap.diſcretionem. & cap.tuæ fraternitatis. ſed pollutio extraordinaria, idest quando ſemen viri non in debito vaſe recipitur, non cauſat affinitatem, niſi fieret maritali affectu, tunc enim ratione matrimonij non copulæ cauſat,35.q.3.extraordinaria. & dicto c.fraternitatis.quia talis non facit carnis vnitatem: vnde quantumcunque frangat vaſa pudoris, niſi in vaſa eius ſemen immittat, non contrahitur affinitas, vt latius per Pet.in 4.diſt.41.q.1.artic.3.ad hoc infra q.215. faciunt not.per Ioan.And.in arbore affinitatis,in princ.& per Fran.ibidem in 2.col.Item ſi ſine carnali copula eſſet ſeminis receptio, cauſaretur affinitas, ſicut ali-
502 qui dicunt † de Antichriſto, qui naſcetur ſemine transfuſo per dęmonem incubum & ſuccubum: quia tali actu fit vna caro in prole ſecundùm eundem Pet.de Palu.vbi ſupra.Item ſurgit affinitas ex copula cum inuita, d.c.diſcretionem. Idẽ ſi cum ignorante, vt no.Hoſt.in ſum.de ſpon. §.& qualiter. Idem ſi cum dormiente, de eo qui cogno.c.1. vbi per Franc. ſuper glo.2.ſecundùm eundem in d.c.diſcretionem.5.not.& in expoſitione arboris affinitatis, 1.q.in fi. vide tamen infra q.216.Item dic, quòd per affinitatem ſoluuntur ſponſalia præcedentia de futuro, de eo qui cogno. veniens.& c.ex litteris.& ſequens matrimonium impeditur & dirimitur, dummodo de ipſa conſtare poſſit, vt in c.tuæ. & c.diſcretionem. eod.titu.ſi ergo cognoſcitur conſanguinea ſponſæ de futuro ſoluuntur ſponſalia: ſed ſi cognoſcitur conſanguinea vxoris committitur inceſtus, non tamen diſſoluitur præcedens matrimonium, d.cap.diſcretionem.& c.tranſmiſſę.& cap.iordanæ.ſecundùm Fran.poſt Ioan.Andr.in d.c.tuæ.1.oppo. & in Rubr.eod.titu.& per Ioan.And.in capit.veniens. de regul. & requiritur plena probatio, Ioan.And.in cap.ſuper eo.de cõſang.& affinita.& an ſufficiat de ea conſtare per famam, vide ibidem,& adde per Hoſt.in ſum.de ma.§.fina.ver.ſed & effectus.& ad illud, quòd committitur inceſtus, & ſic debitum ab vxore abſque mortali exigere non poteſt, niſi per Epiſcopum diſpenſetur, infra §.5.q.114.poſt medium.& q.ſequ. & ſupra eo.§.q.104.in fi.& q.159.& infra q.217.

503 ¶CCXIII. quæro, qui ſunt affines, & in † quo gradu. Reſpondeo, quamuis hactenus multa fuiſſent genera & gradus affinitatis, hodie ſolum eſt tale genus, quòd omnes cõſanguinei vxoris meæ ſunt mihi affines, & in eodem gradu, in quo ſunt conſanguinei mei: verbi gratia ſoror vxoris meę eſt ipſi vxori in primo gradu conſanguinitatis, & mihi erit in primo gradu affinitatis: filia ſororis in ſecundo gradu cõſanguinitatis vxori, & mihi in ſecundo gradu affinitatis:Idẽque vtrimque agendum eſt in cæteris ſucceſſionibus, 35.q.5. porro.& quod dixi de vxore, idem intelligas de quacumque alia muliere carnaliter cognita, vt ſupra q.proxi. Sed conſanguinei mei nullo modo ſunt affines conſanguineis vxoris meæ, nec inter eos matrimonium prohibetur,extra de conſan.& affini.quod ſuper his. ſecũdum fratrem Nic.poſt Piſa. in §.impedimentum.14.& per Petr.de Palu.in 4.diſtin.41.q. 1.artic.2.Vnde matrimonium † prohibetur in affinitate eodem modo ſicut in cõſanguinitate, i. vſque ad quartum gradum in linea tranſuerſali: ſed perpetuo in linea recta aſcendentium & deſcendentium: ad hoc quod no.Franc.in arbore
505 affinitatis, 7.q.Vnde Papa diſpenſare † non poteſt in primo affinitatis, ſicut conſanguinitatis genere, ut per Pet.ubi ſupra art.5.In contrarium tamen facit cap.fi.de diuor.dum tamen ſubſit cauſa,per no.per Innoc.de conſti.quæ in eccleſiarum.& Ioan.And.in regula, actus legitimi in mercurialibus. circa fi.niſi forte reſponderetur, quòd illud in matrimonio, quod a princip.fuerat legitimum, licet non ratum, ſed inter Chriſtianos iudicaretur illegitimus, ad quod ſupra q.13.Et pro dicto Pet.facit, quod ſubijcitur, quia affinitas primi generis impedit & dirimit ſicut conſanguinitatis,&c.Immo videtur prohiberi ſecundum legem diuinam, Leuitici.c.18.circa me.ibi, quia tibi affinitate coniungitur.& quia ibi prohibetur cum nuru, ergo & cum genero:ſic ergo Papa diſpẽſare non poteſt,vt ducas ſocrum in vxorem mortua vxore tua: & facit in Spec.de diſpen.§.nunc breuiter.verſi.6.& quod no.in cap.litteras.de reſti.ſpolia.in glo.4.quia ſocrus habetur loco

matris,

matris, & similiter de alijs affinibus primi generis, &c. facit glo. 30. q. 3. Pictatium. quam allegat Ioan. And. in d. cap. litteras. nihilominus ex magna causa puto quòd possit dispensare, per no. per Nico. in cap. fi. de transact. vlt. colum. & Archi. 30. q. 3. Pictatium. & Ioan. de Mil. in ver. dispensatio. 5. carta. & Io. And. in d. c. litteras. ad fi. de resti. spo. in addi. & Arch. d. cap. fi. de diuor. & not. per Ioan. And. in d. c. gaudemus. de
506 diuor. in fi. 1. glo. posset tamen Papa dispensare † in secundo gradu lineæ superioris, vt cum filia fratris, quia non erat prohibitum in scriptura: Item in secundo gradu, vt duorum fratrum filij contrahant, aut tertio, vt quòd duorum fratrum nepotes: Aut quarto, vt duorum fratrum pronepotes, &c. secũdùm Pet. de Pal. vbi supra, & sic vult Pet. simpliciter, quòd Papa possit dispensare in secundo gradu collateralium, quod etiam volunt glo. in cap. litteras. super ver. diuina lege. de resti. spol. pro quo facit Leuitici. cap. 18. sed vt dicit Ioan. And. super illa glo. istud procedit in secundo gradu æquali, vt in filijs duorum fratrum, secus in gradu secundo lineæ inæqualis, vt in patruo & nepte, quasi tunc diuina lex prohibeat matrimonium, & sic Papa dispensare non potest, prout sentit ibidem etiam Ant. de Butr. & facit quod idem Ioan. And. not. in cap. per venerabilem. 5. colum. qui fi. sint le. fa. supra q. 116. & clarius per Fran. cap. fin. qui fi. sint le. & vide supra q. 132. post me. & Ioan. And. in cap. gaudemus. ibi allegato. & vide Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem. in fi. dum dicit, quòd non de facili Papa dispensat contra legem diuinam: sed in cõtrarium facit Iosue, c. 15. vbi Othomel cepit in vxorem neptem ex fratre suo: sed illud videtur fuisse ex tacita voluntate Dei ducentis fortunam illam, vt ibi, facit etiam Ioan. de Mil. in ver. dispensatio. allegando Ioan. And. in cap. per venerabilem. super. 2. glo. sed certe Ioan. And. ibi remittit & intelligit, prout dicit in d. cap. litteras. ad fi. non tamen videtur restringenda potestas Papæ, si ex maxima causa facere vellet, & facit per prædicta & per no. per Ioan. And. in cap. litteras. ad fi. de resti. 510
507 spolia. in addi. Videndum ergo, quòd † computatio graduum secundum arborem consanguinitatis procedit attendendo ꝙ ibi est linea recta ascendentium: Item linea recta descendentium: Item transuersalis superior: Item inferior & æqualis. Primus gradus in linea recta ascendentium, in quo sunt pater & mater, secundus auus auia. &c. in linea descendentium, primus filius & filia. secuudus nepos neptis. & cętera. In linea
508 vero † transuersali inferiori secundo gradu fratris & sororis filius & filia, qui vulgo nepos & neptis vocantur. tertio fratris & sororis, nepos neptis. &c. In linea vero transuersali superiori secundo gradu patruus, i. frater patris: amita, i. soror patris: matertera & auunculus. tertio gradu patruus magnus, i. frater aui, amita magna, i. soror aui: auunculus magnus, i. frater auiæ: matertera magna, i. soror auiæ. &c. sed in
509 linea † æquali primus gradus frater & soror. secundus filij duorum fratrum. &c. sunt autem plures gradus nominales in linea transuersali quàm in linea recta, quia nomen primi gradus in linea recta est nomen secundi in linea transuersali. Habet linea transuersalis æquales gradus, sicut & superior & inferior, quia illi idem, qui sunt inferiorum respectu superiorum, sunt æquales ad inuicem: sed quantum ad arborem affinitatis secũdum lineam rectam, primo victricus & nouerca, i. coniuges parentum. secundus victricus magnus & nouerca magna, i. coniuges aui & auiæ &c. descendendo autem, priuignus & priuigna filij, scilicet vxoris, qui coniunguntur victrico & nouercæ per suam consanguinitatem, nõ illius, quia enim pater & mater sunt in primo gradu consanguinitatis filijs & econuerso, etiam cõiuges parentum sunt in primo gradu affinitatis filijs coniugum, & econuerso. Item gener & nurus, idest, coniuges filiorum sicut ipsi filij secundo gradu coniuges nepotum ex filijs & filiabus, sicut & ipsi nepotes, qui possunt dici nurus minor & gener minor. &c. In linea vero transuersali superiori secundo gradu affinitatis sunt coniuges patrui auunculi amitæ & materteræ. tertio coniuges patrui magni &c. In linea vero transuersali inferiori, 2. gradu vir filiæ & vxor filij fratris: tertio vxor nepotis fratris & vir neptis &c. In linea vero transuersali media & æquali, quæ verius videtur habere plures gradus, licet aliqui dicant, quòd non, nisi vnum post gradus affinitatis sororius fratrissa, id est, sororis vir vxor fratris. Item leuir, i. frater viri: glos. i. soror viri: nam leuitrices, i. duorum fratrum vxores non sunt sibi ipsis affines, nec vir sororis & vxor fratris, quia affinitas non causat affinitatem: oportet enim quòd semper persona, quæ est causa affinitatis, sit consanguinea alteri illorum, de quorũ affinitate quæritur: per hoc enim fit aliquis affinis meus, quia ipse est consanguineus vxoris vel concubinæ meæ, vel per hoc quòd ego sum consanguineus vxoris suæ vel concubinę. Maritus autem sororis meæ non est consanguineus meus nec sororis nec vxoris meæ, quæ est extranea mihi & sibi: Sed bene est affinis mihi, quia maritus sororis meæ & ego sibi, quia frater vxoris suæ: vxor vero mea est bene affinis sororis meæ tanquàm fratrissa, & illa illi tanquàm glos, sed tibi marito sororis meæ non est affinis nec tu illi, quia nec vxor tua est consanguinea eius, nec ego, qui sum maritus eius sum cõsanguineus tuus, vnde sororius meus potest ducere post mortem meam & sororis in vxorem meam: sed in secundo genere affinitatis attinet, quia facta est vna caro cum affine eius in primo genere, scilicet mecum, qui eram frater vxoris eius, sed secundum genus affinitatis & tertium non sunt in vsu, vt plenius de his per Pet. de Palu. in 4. distin. 41. q. 1. ar. 4. ad hoc vltimum adde infra q. proxi. & de materia per Hosti. in sum. de consan. & affini. §. qualiter. & §. vsque. & in sum. de ma. §. qualiter impediatur. versi. 12. ubi dicunt, quòd affinitas primi generis sicut & consanguinitas impedit & dirimit usq; ad quartum gradum, sed secundum genus & tertium sunt remota, de consan. & affini. non debet. & facit 35. q. 5. c. 1. & ideo primum tantum habet prohibitionem secundum Hosti. in sum. de affi. §. quot sunt genera. ad quod infra q. sequenti. & supra q. 205. & intellige, quòd hodie affinitas in primo genere habet prohibitionem usque ad quartum gradum inclusiue, secundùm Hosti. in d. §. usque. & ex ultimo dicto Pisanellæ ex præmissis infertur, quòd pater & filius contrahere possunt cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, & auunculus & nepos cum duabus sororibus, de consan. & affini. c. 1. & cap. quòd super his. & 35. q. 5. sane. secundùm Host. in sum. de affi. §. qualiter. Ibi etiam qualiter genera affinitatis insurgant & computentur, ad quod supra q. 131. & nota, quòd quoto gradu consanguinitatis † distat consanguineus ab uxore mea, toto gradu affinitatis distat a me: unde cùm de affinitate aliquarum personarum quæritur, & in quo gradu sint, recurrendum est ad personam illam, qua mediante affinitas contracta est, & quærendo est quoto gradu consanguinitatis distat ab illa persona, de qua nunc agitur, & quoto gradu distare inuenitur in consanguinitate, toto distat in affinitate, siue sit primum genus siue secundum, siue tertium, ad hoc. ff. de gra. iureconsul. §. parentes. ut per Hosti. in sum. de affini. in d. §. usque ad quotum. Vnde Franc. in expositione arboris affinitatis in 4. q. dat regulam ad cognoscendum genera affinitatis sic: persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum; & dic genus, scilicet attinentiæ, quia si is, qui est mihi consanguineus, cognoscit aliquam, illa efficitur mihi non cõsanguinea sed affinis in primo genere, & sic mutatur genus sed non mutatur gradus, quia quoto gradu ille erat mihi consanguineus, toto gradu illa efficitur mihi affinis, 35. q. 5. porro. & q. 3. de propinquis. & cap. nullum. & c. æqualiter. de consan. & affini. c. 1. in quibus probatur, quòd æqualiter abstinendum est a consanguineis uxoris, ut a proprijs, & sic eodem gradu attinent: persona uero addita personæ per carnis propaginem mutat gradum & non genus, quia si es mihi consanguineus in secundo gradu in linea æquali, & tu generas filium, ille est in eodem genere, quia etiam est mihi consanguineus, sed non eodem gradu, quia ubi tu eras mecum in secundo, ipse est in tertio, ut patet in arbore, & datur uersus.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Et habes exemplum primi generis: sed si illa, quæ fuit cognita a consanguineo meo cognoscitur ab alio non meo consanguineo, ille efficitur mihi affinis eodem gradu, quo ipsa, sed non eodem genere: ipse enim est mecum in secundo, & si iste factus mihi affinis in secundo genere, & eodem gradu & sic ulterius addendo isti, quæ est mihi in secundo genere, personam per copulam, ille erit mihi in tertio genere, iuxta not. in c. non debet. glo. 3. secundùm Franc. in expositione arboris affinitatis, 4. q. qui etiam clarius loquitur in 6. q. dicens, quòd ad cognoscendum gradus affinitatis una sola regula sufficit, quę talis est: Per carnalem copulam uiri & mulieris inter consanguineos mulieris & uirum & consanguineos uiri & mulierem oritur affinitas primi generis & eius gradus, cuius est consanguinitas, ut puta frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, uir sororis & frater in primo gradu affinitatis, & sic deinceps, ut ibi latius: qui in fine dicit, quòd ego non possem contrahere cum filia tua, si erat intra quartum gradum cõsanguinitatis cum uxore mea defuncta, quæ nota: & ex

& ex ijs declaratur, quod dicit Pisa. in sui principio, dum dixit, quòd omnes consanguinei vxoris meæ sunt mihi affines & in eodem gradu, in quo sunt consanguinei mei, idest in simili gradu: quasi dicat in eo gradu consanguinitatis, in quo aliàs essent mihi consanguinei mei, in simili gradu affinitatis sunt mihi consanguinei vxoris meæ. Vel dic, quòd cum dixit, consanguinei mei, forte debet dicere consanguinei vxori meæ, quasi in quoto gradu cõsanguinitatis attinent vxori meæ, in tanto attinent mihi in affinitate: hoc etiam patet per exemplum, quod subijcit Pisa. Et subdit Hosti. vbi supra ꝙ hodie primum genus & vsq; ad quartum gradum tantum prohibetur: vnde alia genera, de quibus supra præter primũ non habent hodie prohibitionem, d. cap. non debet. glo. 3. per quod. cap. sicut restringitur prohibitio consanguinitatis intra quartum gradum, ita etiam affinitatis, secundùm Fran. in d. q. 4. in fi. & Arch. 25. q. 2. nullum. & 35. q. 1. per eundem, 513
& Fran. in c. non debet. 9. no. Ex his infertur, quòd si duę sunt abneptes in linea transuersali, quæ vocantur filiæ filiorum fratrum patruelium, & alteram duxero in vxorem, ea mortua superstitem habere non potero, quia est mihi in quarto gradu primi generis affinitatis, sed filiam filiæ superstitis ducere potero, quia est mihi in quinto gradu, & sic excedit prohibitam parentelam, secundùm Hosti. vbi supra: qui etiã
511 dicit, quòd linea recte † descendens prohibita intelligitur in infinitum in primo genere affinitatis sicut in consanguinitate. Idem Franc. vbi supra in 7. q. alleg. ff. de grad. l. 4. §. hos itaque. & Institu. de nup. §. affinitatis. tam in ascendentibus quàm descendentibus, vt ibi per eum. Item not. secundùm Hostien. in d. §. usque ad fi. quòd si aliquis est tibi affinis per appositionem sibi factam, & generat filium de consanguinea tua, filius ille generatus est tibi consanguineus, non affinis: Si vero generat filium de extranea, non consanguinea tua, filius ille tibi nihil attinet: & ideo dixi per appositionem sibi factam, quia si aliquis est tibi affinis per tui appositionem, id-est quòd tu appositus sis consanguinitati eius, si generat filium, ille est tibi affinis, sicut parens suus in eodem genere, sed in alio gradu secundum eum. Idem Fran. in d. q. 6. dicens post Ioan. And. quòd stat, quòd ego sum tibi affinis, & filius, quem procreo, non erit tibi affinis, sed consanguineus: Nam si ex consanguinea tua filium procreo, ille non affinis sed consanguineus tuus est, & sic mutat genus attinentiæ: Sed quandoque nil tibi attinet, vt si maritus consanguineæ tuæ ex alia filium procreat, ille nec consanguineus, nec affinis tuus est: quandoque iste procreatus mutat gradum, sed nõ genus, vt si tu consanguineus vxoris meæ procreas filium, ille mihi est affinis, sicut tu, sed non semper eodem gradu: nam si tu & vxor mea eratis consanguinei in linea æquali in secundo gradu, licèt tu mihi sis affinis in secundo, ipse filius tuus non est in secundo, sed in tertio. Quandoque iste procreatus nec mutat genus nec gradum, vt si tu & vxor mea eratis consanguinei in tertio gradu in linea inæquali, & vxor 514
mea erat remotior a stipite, si tu procreas filium, ipse etiam erit affinis meus in tertio gradu, sicut tu. Infert etiam ipse Ioan. And. quòd non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia si habeo consanguineam tuam in vxorem, tu potes cõtrahere cum filia, quam habui ex alia vxore, quia vt supra dixi inter consanguineos viri & mulieris nulla oritur affinitas, sed ego non potero contrahere cum filia tua, si erat intra quartum gradum consanguinitatis cum vxore mea defuncta, secundùm Fran. vbi supra.

512 CCXIIII. quæro, pone quòd † mortua vxore vir vult accipere in vxorem illam, quæ quondam fuit vxor alicuius de consanguinitate primæ vxoris, nunquid potest. Respondeo dicendum, quòd licet nullam fęminam de consanguinitate primæ vxoris possit accipere, quia est ibi affinitas, tamen fœminam olim vxorem alicuius de ipsa consanguinitate bene potest accipere, & idem dicendum si ponatur similis casus ex parte vxoris: nam mortuo viro licèt non possit accipere aliquem virum de consanguinitate primi viri, tamen virum 515
olim maritum alicuius fęminę de ipsa consanguinitate bene potest accipere: nam in tali casu non propriè est affinitas, nisi in secundo genere affinitatis, quod imponebatur impedire, hodie non, extra eo. non debet. Ad cuius intelligentiam sciendum est, ꝙ quandocunque affinis meus contrahit matrimonium, illa persona quam accipit, dicitur quidem meꝰ affinis, sed in secundo genere, & si hæc persona contrahat postea aliud matrimonium, illa persona, quam accipiet, dicitur mihi affinis in tertio genere: & de istis generibus affinitatum dicit etiam glo. in d. c. non debet. de consangui. & affini. secundum fratrem Nico. post Pisan. & facit supra qõ. 205. & ad illud, ꝙ hodie solum primum genus habet prohibitionem, idem no. supra q. proxi. & in d. c. non debet. & in d. c. 1. glo. 2. eo. tit. & in cap. 1. glo. 4. de spon. lib. 6. & in cap. in litteris. de testi. & per Ioan. And. in d. cap. non debet. & in c. duo pueri. in ver. honestatis iustitiam. de despon. impu. & not. 35. q. 3. nullum. & in cle. 1. de consan. & affini. glo. 5. & per Arch. 35. q. 2. si quis homo. & in c. nullum. & 35. q. 8. de his. & q. 10. c. fi. & per Fran. in. c. 1. in princ. de consang. & affin. & in cap. quod super. primo no. & ibi colligitur per Ant. de Butr. eod. tit. & in c. non debet. 2. oppo. & ibi per Ant. de But. in 4. not. & in c. porro. in princ. de diuor. cum fi. Ex his infertur ad id quod ponit Fran. in arbore affinitatis, in 8. q. an relictus sororis † possit contrahere cum relicta fratris, idest si habeo in vxorem sororem mariti tui, ipsis mortuis ducere possim te in vxorem. Et certe sic, cùm sint in secundo genere affinitatis, quod non habet prohibitionem, & persona addita personæ per copulam mutat genus attinentiæ, secundùm Franc. vbi supra. Idem Pet. de Pal. vt retuli supra q. proxi. ante medium. attinent enim sibi secundo genere affinitatis, id-est mediantibus personis, & prout supra dictum est. Ex hoc etiam dicendum est, quòd est reperire, quòd quandoq; quis contrahit cum sorore fratris, vt si filius tuus ex prima vxore, postquàm ex secunda habuisti prolem, contrahat cum filia secundæ vxoris ex alio matrimonio, secundùm Franc. post Ab. & Ioan. And. in d. c. non debet. 9. no. quod de facto vidi, & probatur in l. generali. §. inter. ff. de ritu nup. Et similiter dixi, quòd ducere possum in vxorem illam, quæ fuit vxor nepotis meæ vxoris defunctæ, ipso nepote mortuo: & similiter vxorem quondam priuigni mei ducere possum in vxorem, & fuit etiam de facto: pro prædictis etiam facit supra q. proxi. in fi. quia affinitas contracta inter consanguineos viri & vxorem, & ecõuerso, non transit nec operatur quo ad cõsanguineos vxoris nec econuerso, & sic licèt filius tuus duxerit in vxorem matrem meam, ego potero te ducere in vxorem: & similiter si pr̃ meus ꝗxit cum matre tua, postea nos poterimus ꝗhere, multo fortius si simul pater meus cũ matre tua, & ego tecum ꝗxerim, iuxta not. in alle. cap. quod super his. & ibi per Ant. de But. Et hæc ratio potior videtur quo ad casum, de quo supra post Abb. & sic põt quis contrahere cum relicta victrici sui, quia est sibi in secundo genere affinitatis, & similiter victricus ꝗheret cum relicta priuigni, & sic de similibus: & faciunt quæ dixi supra q. proxi. & ꝑ hęc multæ qõnes determinantur: facit in Spe. eo. tit. & ideo notando colligit Fran. in d. c. quod super. 2. nota. ꝙ inter cõsanguineos viri & consanguineos mulieris nulla ꝗhitur affinitas, quæ impediat matrimoniũ, vnde multo minus dirimit, ar. de cogna. spi. contracto.

514 ¶CCXV. quæro, quid si moritur † persona, mediante qua contrahitur affinitas, vt puta moritur maritus vel vxor, siue concubina vel concubitor? Respõdeo, nihilominus remanet affinitas, quæ erat ad cõsanguineos eius, nec potest esse inter eos matrimonium, 35. q. 3. fraternitatis. Idem in sum. confes. lib. 4. tit. 15. q. 3. secundùm fratrem Nico. post Pisa. Idem Host. in sum. de affi. §. vsq; in fi. Vnde affinitas est perpetuũ impedimentum matrimonij, adeo quòd etiam mortua vxore vir non potest accipere aliquam de consanguinitate ipsius vxoris usque ad quartum gradum & econuerso, d. c. fraternitatis. & d. c. non debet. secundùm Franc. in arbore affinitatis. 3. q. ubi ẽt ꝙ ſm canones durat talis affinitas etiam quo ad oẽm effectum, dic vt ibi per eum, & ut no. in d. c. fraternitatis. & ad materiam adde Bal. in l. affinitatis. C. communia de succeſſ. si ergo mortua uxore vir vult contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea illius, obtineat remoueri impedimentum affinitatis, & etiam publicæ honestatis iustitiæ, vt per Ioan. And. in arbore affinitatis, in princ. ad quod supra q. 203. in fi.

515 ¶CCXVI. quæro, quid si aliquis † polluit aliquam extraordinarie, i. extra naturalia. Respondeo, quamuis talis pollutio criminosa sit & damnabilis, non tamen contrahitur ex hoc affinitas: vnde non impediuntur consanguinei viri illam accipere in vxorem, neque consanguineæ mulieris illum accipere in virum, 25. q. 3. extraordinaria. secundùm Pisa. nisi cũ hac pollutione concurrant sponsalia, tunc n. impeditur matrimonium propter iustitiam publicæ honestatis, de qua dictum est supra quæst. 203. & extra de eo qui cogno. cap. frater-

fraternitati.ſecundum fratrem Nico.in addi.& idem dicendum, ſi vir intrauit clauſtrum pudoris, ſed non peruenit ad
518 conſummationẽ operis,quia talis pollutio non facit ſanguinis commixtionẽ.Sed ſi vir peruenit ad emiſſionem ſeminis, etiam ſi mulier non emittat, dicendum videtur ſecundùm Hoſt.q̃ affinitas contrahitur, ſufficit enim q̃ per hunc modũ facta ſit commixtio,de qua Tho.& Ala.dicunt,q̃ requiritur ſecundùm Piſa.dicti Tho. Ala.& Inno.videntur dicere,q̃ ad affinitatem cõtrahendam requiratur commixtio ſeminum, & non ſufficiat quòd alter tantum emittat : ſed gl.Rai.ſentit cum Hoſt.vt in ſum.confe.eo.tit.q.6.ſecundũ fratrem Nic. in addi.Ad primum adde.ſ.q.212.& quia affinitas non ſurgit, niſi intercedat vera copula vel pollutio intra clauſtra ha
519 bita, de eo qui cogno.fraternitati.ſecundùm Fran.in c.iuuenis.penul.colum.de ſpon.& Archi.27.q.2.ſi quis deſponſauerit.& in c.nullum.& in c.vno . in ver. affinitatis. de ſpon. lib.6.Item q̃ pollutio extraordinaria facta effectu ſponſali cauſet publicam honeſtatem,tenet Pet.de Palu.in 4.diſt.27. q.1.3.col.ad quæ adde Ant.de But.in d.c.fraternitati.quantum ad additionem fratris Nic.an requiratur commixtio ſeminum vtriuſq; , vt contrahatur affinitas,videtur dicendũ , q̃ ſi mulier ſemen emittat & non vir,non contrahitur affinitas,ſ̃m Inno.& Doc.in c.fraternitati.de eo qui cogno.& per Fede.de Senis conſi.295.Incipit , Magiſter noueritis.&c.ſi autem vir peruenit ad ſeminis emiſſionem, ſed non mulier, non contrahitur affinitas, cùm requiratur commixtio ſeminum vtriuſq;, ſ̃m Inno.& Doct.in d.c.fraternitati.& Tho.& Ala.& Archi.in c.1.de ſpon.lib.6.in ver. affinitatis . In contrarium,q̃ affinitas contrahatur,ſequitur glo.Rai.vt patet in ſum.con.lib.4.tit.15.q.6.& Hu.vt refert Archid.vbi.ſ̃.idem videtur ſequi Fede.de Senis vbi.ſ̃.dicens ſolũ reſtare , quod reſponderetur ad canonem.27.q.2.lex diuinæ.ver.propinquitas.cui canoni,tenendo hanc opinionẽ , reſponderi poſſet , q̃ ibi præmittitur verbum nullam, dicendo quia nullam facit ſanguinis commixtionem : ergo dictum verbum com-
520 mixtionem diuerſificatur ꝓ adiunctum ſcilicet nullam , vt ſit ſenſus , quia ex nullius parte proceſſit ſanguinis emiſſio, nec ex vtriſq; partibus proceſſit commixtio,&c.voluit enim auctor ibi eſſe breuis:fa.quod not.in c.ſi Papa.in fi.de priuil. lib.6.communior tñ opinio eſt,q̃ cùm hoc dubium ſit,& deficiat probatio, ſemper præſumatur q̃ facti ſunt vna caro, & commixtio facta ſit & contrahatur affinitas, vt no.Arch.35. q.3.extraordinaria.in fi.& in c.vno.de deſpon.impu.lib.6.in ver.ſubſecutam.& Hoſti.Fran.Io.de Lig.in d.c.fraternitati.
521 & in ſum.con.d.q.6.in fi.& iſto modo intelligatur , quod dr̃ de dormiente.ſ̃.q.212.ante fi.& ad iſtam pollutionem extraordinariam adde.j̃.q.222.Et ad prædicta omnino videas D.Fran.poſt Mathe.in cle.vna.de conſan.& affini.in 13.q.&
516 duabus ſequentibus. An autem per iſtas pollutiones † iudicetur matrimonium conſummatũ, vel adhuc dicatur virgo, no.in d.c.extraordinaria.& per Fran.in d.cle.q.15.& per Inno.An.Ab.& Doc.in c.fraternitati.de eo qui cogno.conſan. & in c.atteſtationes.de deſpon.impu.& ſ̃.q.212.& per Hoſt. in ſum.de deſpon.impu.§.& quæ ſponſalia.ver.ſponſalia ergo.&c.& per Doct.in §.fi.de ſpon.& vr̃ concluſio , q̃ emiſſio ſeminis viri extra naturã vxoris non conſummet matrimonium, niſi impregnaretur ex hoc, ſed intra naturã ſic , etiam ſi vir ſolus emittat,cùm appareat aperta,quod nota , vt ſcias an poſſint ingredi religionem, iuxta no.ſ̃.11.no.& per Doc. in c.verum.& c.ex publico.de conuer.con.Sed ſi certũ eſſet , q̃ patiens non ſeminaſſet , vt quia erat hermofrodita incaleſcens ſexui maſculino , & patiendo nõ ſolitus ſemen emittere, certè cognoſcens eum non contraheret affinitatem , &
522 ſic ipſius filiam ducere poſſet in vxorem,quia cùm facta non ſit commixtio ſanguinum , ergo non eſt contracta affinitas per prædicta in foro pẽnitẽtiali, ſtando aſſertioni ipſius hermofroditę , vt ſ̃.alias crederem neceſſariam Papæ diſpenſationem , ſi ſemen patiendo emittere ſolebat, per prædicta & ſimilia , de quibus.ſ̃.q.212.ante ſi.cum ſi.

517 ¶CCXVII.quero,qd ſi † quis cognoſcit conſanguineam alicuius quinto gradu vel ſ̃.Reſpondeo , ſecundùm Rai.& Goff.non contrahitur affinitas,nec impeditur matrimoniũ , & ſi erat conſanguinea vxoris in dicto gradu,non perdit vir ius exigendi debitum ſuum,ſecũdum fratrem Nic.poſt Piſa. aliàs enim ſi eſſet intra quartũ gradum tanquàm inceſtuoſus prohiberetur debitum exigere,de eo qui cogno.conſan. tranſmiſſæ.& quod no,Franc.eo.tit.in rubri.& in c.tuæ.in fi. & ſupra q.159.

¶CCXVIII. quæro circa impedimentum de impotentia
518 † coeundi,quid ſit.Reſpondeo,ſecũdum Rai.eſt vitium animæ vel corporis vel vtriuſq; , quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri, quaſi idem dicit Hoſt.ſcilicet q̃ eſt defectus naturalis ſeu accidentalis , quo quis.&c.vt in ſum.con. lib.4.tit.16.q.1.ſecundum fratrem Nic.poſt Piſa.in §.impedimentum.15.& per Hoſti.in ſum.de frigi.§.1.ad idem per Pet.de Pal.in 4.diſtin.34.q.2.arti.1.Eſt enim impotentia ex parte viri,quæ vocatur frigiditas:ſecundo ex parte mulieris, quæ vocatur arctatio.tertio ex parte vtriuſq; , quæ vocatur maleficium ſecundum eundem in d.q.2.in princ.& de materia per Arch.in c.1.in ver.frigiditatis.de ſpon.lib.6.

519 ¶CCXIX.quero,quot ſunt ſpecies † impotentię.Reſpondeo,ſecundùm Rai.ſunt principaliter duę:nam alia eſt naturalis,vt impotentia pueri,vel frigiditatis ſenis, ſeu etiam frigiditas compleſſionis , aut arctatio mulieris. Alia non naturalis ſed accidentalis , vt caſtratio , ſimiliter & maleficium. Idẽ in ſum.con.eo.tit.q.2.ſecundũ eoſdem , & in ſum.Hoſti. de frigi.§.1.& 2.& per Franc.in rubri.de frigi. qui etiam dat maſculinam & fẽmininam impotentiam in c.ex litteris.eo. tit.vnde ſpecies impotentiæ ſunt duæ, quia alia eſt naturalis ex cauſa intrinſeca,vt frigiditas in viro, arctatio in muliere, defectus ætatis in vtroq; ante ætatem pubertatis . Alia accidentalis ex cauſa extrinſeca,vt caſtratio & maleficium,ſecũdùm Pet.de Pal.in 4.diſtin.34.q.2.arti.1.Adde, q̃ eſt dare q̃ mulier poſſet eſſe ita lata, q̃ cognoſci non poſſet , prout refert Hoſt.de facto fuiſſe.Idem dicit de alia infirmitate etiam patenti,per quam reddatur mulier incognoſcibilis.quod dicit accidiſſe de quadam pulchra domina nomine Caracoſa, quæ intendens placere ita medicauit ſuum inſtrumentum,q̃ nec vir nec alius poterat eã cognoſcere,quo caſu licèt a viro non potuerit ſeparari,tamen ſi de nouo contraxiſſet non tenuiſſet matrimonium , ex quo non poterat ope medicorum iuuari, de frig.ex litteris.& c.fraternitati.ſecundùm Fran.in
525 c.conſultationi.in fi.de frigi.

¶CCXX. quæro , vtrũ impotẽtia † naturalis impedit matrimoniũ.Rñdeo illa,quæ eſt in puero vel puella impedit ad tẽpus , qui quandiu ita eſt,nõ poteſt contrahere,30.q.2.c.1. & extra eo.q̃ ſedem.ad quod.ſ̃.q.15.ſed illa naturalis impotentia , quæ eſt in frigido,ſi eſt perpetua, impedit matrimonium contrahendum,& dirimit contractum,33.q.1.c.1.& 2. & extra de frigi.laudabilem.illa tamen quę eſt in ſene nõ impedit,C.de nupt.ſancimus.27.q.1.nuptiarum bonũ.in prin. nã ſenes & ſi naturali calore † deſtituantur,opera tamen medicorum poterit eis aliqualiter ſubueniri,ſecundum fratrem Nico.& Piſa.addens,q̃ idem dicit glo.in d.c.nuptiarum.ſubiungens,q̃ nemo eſt adeo ſenex quin calere poſſit natura vel artificio, quod non eſt in frigido vel puero: & ex dicto illius glo.patet,q̃ ſi ſenex nullo modo poſſet calere,idem iudicandum eſſet de illo,quod de frigido, ſcilicet q̃ non poſſet contrahere : & ſatis facit dictum.c.quod ſedem.ſecundum eundem Nic.in addi.adde.ſ̃.q.21.circa medium.& j̃.q.254.in fi. ſic ergo naturalis ſi ſit temporalis nõ impedit niſi ad tempus in puero, quia impuberes cõtrahere nõ poſſunt , ſiue vtrq; ſit impubes ſiue alter,30.q.2.c.1.de fri.quod ſedem.frigiditas autem impedit,ſi ſit perperua,de frigi.laudabilem.appellatione autem frigiditatis quodcunq; perpetuo actum impediens intelligitur , non autem ſi effectum generationis tãtum impediat & non actum: vnde vetuli cõtrahere poſſunt, qui tamen generare non poſſunt, ſecundùm Pet.de Pal.in 4. diſt.34.q.2.art.1.& nõ dicitur impotens,qui poteſt ope medicorum iuuari,vt no.in c.ex litteris.eo.tit.

522 ¶CCXXI.quero,quia iura exigunt † ſeparationem debere fieri per verum iudicium,qd̃ ſit verum iudicium ? Reſpõdeo,tria ſunt argumenta,ex quibus ſit hoc verum iudicium, ſcilicet corporis aſpectus.iuramẽtũ ſeptimæ manus.& triennium,vt plene per Fran.in c.1.1.q.de fri.vbi vltimo dicit ſic. Dicit inſuper Hoſti.q̃ verum iudicium eſt,quia coniuges ad pręceptum iudicis,ex quo habebunt pubertatem,ſimul morabuntur ad arbitriũ iudicis , & poſtea iurabunt,q̃ dederunt operam copulæ & non potuerunt perficere , & ſeptem propinqui , vel eis deficientibus vicini bonæ famæ iurabunt ſe credere ipſos uerum iuraſſe,& tunc matrimonium ſeparabitur,de frigi.laudabilem.33.q.1.c.1.& 2.ſed Fran.dicit, q̃ iſte modus nõ dicitur uerum iudicium propriè,ſed ad hunc modum decurritur,quando per uerum iudicium, ideſt certe nõ poteſt probari de impedimẽto,& expectatur triennium hoc caſu;ſed verũ iudiciũ dr̃,q̃ſi certe probatur de impedimento,

vt quia

vt quia vir eſt ſectus,& ſimilia, ſecũdum eum ibi, & in c.laudabilem.2.q.eo.tit.dicens tunc conſtare per iuſtum iudiciũ, quando aperte conſtat,ita q̃ nõ ſubeſt dubitatio, vt quia cõſtat q̃ vir habet membrum ſiccum taliter q̃ non fuit habilis : ſi tamen iſtud proceſſiſſet poſt matrimonium, non fieret ſeparatio,ſi tempore matrimonij fuiſſet habilis, eo.titu.ex litteris.Similiter ſi mulier apparet omnino inepta copulæ, ſtatim ſeparabuntur , d.c.ex litteris.vt per Fran.vbi.ſ̃.poſt glo.
527 & in cap.fraternitatis.2.no.poſt glo.& probatur in 1.& vlti. parte.c.1.co.tit.& de iſta cohabitatioue per triennium continuum vide Io.And.in c.ex parte.2.de cle.nõ reſi.& ſi mulier cũ ſeptima manu probauit de impotentia viri , & vir cũ totidem paratus eſt iurare ſe poſſe coire , vel q̃ cognouit eã , dicit Inno.admitti probationem per aſpectum corporis maritum frigidum,& ſi.quia hoc de facili cognoſcitur, immo ẽt iudex ex officio debet inſpici facere virum vltra probationẽ virginitatis mulieris,vt per Fran.in d.c.1.ad fi.ad quod.j̃.q.
523 224.Item ſeparatio † non fit , quando vir & vxor conſentirent cohabitare vt frater & ſoror, vt in c.laudabilem.eo.tit.
528 Vltimo quando de impedimento certe non poteſt conſtare, ſed cõſtat quòd mulier eſt virgo, & tranſcurſum triennij expectare nõ vult,vel quia in talibus facilis nõ eſt exitus, poterit obtineri diſpenſatio apoſtolica,iuxta no.ſ̃.in prin.11.no.

524 ¶CCXXII.quero circa † ſententiam & effectum ipſius in tali ſeparatione.Reſpondeo , potius declarabitur matrimonium ab initio nullum fuiſſe,in Auth.de nup.§.ſi vero.colla.
529 4.ſecundùm Franc.poſt Hoſt.in c.1.2.oppo.de frigi.& ſi eccleſia profert ſententiam ſeparationis propter impotentiã coeundi, & poſtea reperiat ſe deceptam, quia inuenitur cõtrarium , retractat ſuam ſententiam,vt per Pet.de Palu.in 4. diſt.35.q.2.circa fi.ibi,ad ſecundam,quæ fuit.Et adde,quòd
530 quando ſeparantur propter frigiditatem viri,vxori datur licentia contrahendi,viro interdicitur, ſi eſt impotens ſimpli-
525 citer:Si autem eſt impotens † reſpectu iſtius tantũ , quia ſcilicet iſta eſt virgo,ſed ſi eſſet corrupta poſſet eam cognoſcere,licentiandus eſt cum corrupta, & non ſimpliciter eſt prohibendus,quia nõ debet effectus ſe extendere vltra cauſam , ſi ergo non eſt impotens niſi ad iſtam, & potens ad illam, cũ illa non debet prohiberi , ſicut nec cum nulla ſi eſſet potens ad omnem:ſi autem eſt impotens ad omnem,ſine ſpe coniugij manere debet:dico autẽ impotentem non ſolum qui non poteſt ſeminare in loco debito, ſed ſolũ extraordinarie polluere, quia non poteſt clauſtra reſerare,quia illud eſt impoſſibile de iure , & quia illicitum & contra naturam,nullo modo faciendũ,ſecundùm Pet.de Pal.in 4.diſt.34.q.2.art.2.cõclu.4.Quandoque verò propter arctationem ſeparatur,ſi ſic eſt arcta,quòd a nullo eſt cognoſcibilis,ipſa manere debet ſine ſpe coniugij,& viro licet ad alia vota cõuolare: quando vero ſic eſt arcta , quòd licet non ſit cognoſcibilis ab iſto ſene , eſt tamen cognoſcibilis ab alio iuuene & potente, licenciandа eſt ad alium : & dicitur incognoſcibilis , quando non poteſt infra naturalia ſeminare, licèt poſſit extraordinarie pollui : abſit enim propter tales turpitudines matrimonium cõcedi,quando honeſta & nuturalis commixtio eſt impoſſibilis.quando vero ſeparata alij commixta eſt , & ab illo cognita,ſi eſt ſimilis cõditionis,quia eccleſia tunc fuit decepta , quia veriſimile eſt quòd per longum vſum fuiſſet ſic aptata , tunc reddenda eſt primo , quia fuit impedimentum temporale:ſed quando ſunt diuerſę conditionis,vt quia primus eſt ſenex & frigidus,ſecundus iuuenis & calidus, non eſt ei reddenda propter oppoſitam rationem , quamuis ſit dubitatio de hoc in vſu:nam ſi non eſt aptanda per vſum alterius,quia eſſet fornicatio,multo minus per vſum iſtius,qui non poteſt perficere , quia eſt peccatum grauius extraordinaria pollutio,vtpotè contra naturam . Vnde ſi primum matrimonium tenuit, ſecundum fuit adulterium,ſi primum fuit nullum ſecundũ fuit validum,& ſic non eſt primo reddenda, ſecũdùm Pet.de Pal.in 4.diſt.34.q.2.art.2.conclu.3.& adde.j̃.q.225.

526 ¶CCXXIII. quero , quid ſi uir † non eſt omnino frigidus , ſed uel membrum non erigitur , ſeu diuerſimode ineptum eſt,ita q̃ non poteſt uxori commiſceri,uel ſtatim ſpargit ſemen extra, & huiuſmodi . Reſpondeo, ſecundùm Hoſt.ſi poteſt iuuari medicinis,planum eſt, aliter expectandum erit triennium , & poſtea forſan ſeparari poterit , ſicut poteſt naturaliter frigidus : tutius tamen conſulendus eſſet Papa,ſecundùm Piſa.putat frater Nic.in addit. q̃ non ſit neceſſe conſulere Papam, quia ſiue ex frigiditate ſiue ex cauſa quacunque conſtet perſonam impotentem ad reddendum debitum,reputatur inepta ad contrahendum matrimoniũ , ut in c.quod ſedem.de frigi.& ut patet eodem tit.laudabilẽ . expectatio triennij ſeruanda eſt,niſi per prius de impedimẽto poſſit conſtare,ſecũdùm eum.ad quod ſupra q.220.& ſequenti,& per Hoſt.in ſum.de frigi. §.quæ impotentia . circa princ.& quod no.32.q.7.illi qui.in gl.fi.& quod no.Archid. 35.q.3.extraordinaria.facit 32.q.7.c.tantum.

527 ¶CCXXIIII. quero,quid ſi mulier dicit virum† impotentem propter defectum membri ? Reſpondeo , ſecundùm Hoſt.dico uirum eſſe inſpiciendum per honeſtos homines , ſicut & de muliere arcta dicitur,infra qõ.232.ſi uero alleget excęſſum membri, dicit ibi Hoſt. q̃ Papa conſulendus eſſet , ſecundùm Piſa.uidetur hoc caſu dicendum idem , quod de arcta,quę poteſt contrahere cum uno & non cum alio,ut infra q.233.ſecundùm Nico.in addit.uide per Hoſt.in ſum. de frigi.§.fi.uer.quid ſi mulier. & ſeq. & quòd uir inſpici debet per peritos uiros,ſicut & mulier:dicit etiam Fran. eſſe notãdum in c.laudabilem.2.q.de fri.& alleg.Hoſt.& ſupra q.221.

528 ¶CCXXV. quero, quid ſi quis † non poſſit copulari cum uirgine,ſed cum corrupta. Reſpondeo, ſecundùm Thom.in 4.diſtin.34. poſſunt medicinaliter cum aliquo inſtrumento clauſtra pudoris frangi, nec eſſet hoc contra naturam , quia non fieret ad delectationem , ſed ad medicinam , ſecundùm Piſa.& Nico.Oxi.ſed aliter uidetur uelle Pet.de Palu.ut ſupra q.222.

529 ¶CCXXVI. quero,quid†ſi quis mouetur ad pulchram , & non ad turpem ? Reſpondeo,ſecundùm Thom.huiuſmodi abhominatio mulieris non eſt cauſa naturalis,ſed accidentalis,& ideo idem iudicium eſt , quod de maleficio , de quo infra q.234.& ſeq.ſecundùm Piſa.

530 ¶CCXXVII. quero , quid ſi uir ſciat ſe frigidum† & ineptum, & tamen ſcienter contrahit cum aliqua.Reſpondeo, ſecundùm Ray.ſi mulier uult cohabitare , non poteſt uir abi ea recedere,ar.extra,de eo q̃ duxit in matri.c.1. & extra eo. conſultationi.in fi. Et idem dicendum,ſi mulier ſciens ſe arctam contraxit cum aliquo,quia ſi uir cohabitare uelit , non poterit illa diſcedere. Idem in ſum.confeſſo. eod.titu.q.25 . & hæc intelligenda ſunt ſecundùm fratrem Nico. Tertia conclusio eſt de ſcientibus hoc impedimentum:Vbi eſt ſciẽdum,q̃ ille,qui ſciuit in ſe,uel in alio impotentiam , non põt inuito alio diſcedere propter tale impedimentum, de eo qui duxit.c.1.& imputet ſibi,qui talem elegit:ſed ſi incontinẽter uiueret,uel inhoneſte,& ſi ſepararentur, non tamen quo ad uinculum,quod uerè fuit,ex quo uterque ſimpliciter cõſenſit,ſed quo ad cohabitationem,ut per Pet.de Pal.latius in 4. diſt.34.q.2.ar.1.con.3.uide infra proxi.

531 ¶CCXXVIII. quero , quid ſi uir aliquis † ſcienter contraxit cum arcta. Reſpondeo,ſecundùm Inno.tenetur cum ea ſtare,ut frater & ſoror,ſi tamen contrahat cum alia,tenet matrimonium,quamuis primam,ut ſororem tenere & alere teneatur : & eodem modo ſi qua mulier contrahat ſcienter cum frigido uel impotente,debet ei cohabitare ut ſoror : & ſimile dicendum , ſi frigidus & arcta ſcienter contraxerint , ſecundùm Piſa.concor.Ray.ut patet in ſum.confeſ.eod.titu. q.26.ſed Hoſt.ait,q̃ nullum ius dictat,quòd aliquis compellatur talem retinere , ſed q̃ ſi conſentiunt ſimul commorari hoc facere poſſunt,quandiu eis placebit.Idem dicit glo.in c. laudabilem.extra eo.& ibi eam ſequitur D.Anto.de But. & ſi ſic commanentes ambo uel alter inhoneſte uiuant,uolẽtes ſic luxuriam ſuam palliare,Epiſcopus debet occurrere,ſecũdùm Hoſt.ut patet infra diſt.q.26.Vel etiam ſecũdùm Ray. dicitur,q̃ poſſet unus petere ſeparationem,ſi alter eorum uiueret incontinenter , uel aliàs inhoneſte , uel ſi male tractat alium,& nollet ſe corrigere,ſecundùm fratrem Nic.in addi. & de hoc tãgitur per Hoſt.in ſum.de frigi.§.quæ impotẽtia. uer.hoc autem intelligas.Similiter Franc.in d.c.laudabilem. ſequitur illam glo.in 3.oppo.fa.ſupra q.191.

532 ¶CCXXIX. quero , utrum arctatio mulieris ſit † ſemper impedimẽtum contracti matrimonij. Reſpondeo ſecundùm Ray.ſi abſq; periculo poteſt ſubueniri beneficio medicinæ,vel per futurum uſum uiri proportionati,non impedit ꝯhere mr̃monium , extra de frigi.ex litteris.Si uerò non põt aliquo mõ ſine graui periculo ſubueniri,certe ſeparabitur,& poterit copulare ſe alteri,cui forſitã apta foret, uel cuius reſpectu ſubueniri poſſit:q̃ ſi per uſum ſecũdi facta ſit idonea , primo reddetur , ẽt ſi primus cũ alia ꝯxerat,quã in hoc caſu dimittere debet , & ad primã redire,niſi ipſa prima ſe aſtrinxerit ad continentiam:tunc enim remanebit cũ ſecunda , cũ

qua

qua ꝗxerat post factum diuortium. Item nõ tenetur ad primam, si ipsa aliàs fuerit fornicata, ita q̃ ꝑ illam fornicationem velit eam dimittere quo ad thorum: si verò ista simplex votum de cõtinentia fecit, & nihilominus postea nupsit publice secundo, non potest repelli a primo prætextu fornicationis, quasi fornicata fuerit cũ illo, quandiu de primo matrimonio dubium erat: sed admodo non debet cũ illo secundo manere. hæc oĩa extra eo. fraternitatis. & ista sunt intelligenda ſm ea, quę dicentur. j. q. 231. ſm fratrẽ Nic. post Pisa. dicit Pet. de Pal. q̃ si potest subueniri ei sine periculo per incisionem, siue velit siue non est impedimentum temporale, nec dirimit, quia si hodie nõ vult, cras potest velle: vnde voluntas, quæ non est perpetua, non facit perpetuum impedimentum. Similiter si per vsum istius hominis, quo quæritur, pót fieri cognoscibilis, temporale est nec dirimit: si verò nec per incisionem nec per vsum istius potest fieri cognoscibilis ab isto, quamuis per vsum alterius potest fieri cognoscibilis isti, nõ est separanda nec reddenda, etiam si per alium fuerit illi aptata, quia quandiu est virata nõ potest alius ea vti, & sic illud remedium est impossibile de iure diuino & positiuo, quia esset adulteriũ vel fornicatio, ſm Pet. de Palu. in 4. dist. 34. q. 2. art. 2. conclu. 1. & 2. vide per Doct. in d. c. fraternitatis. & aliqualiter per Fran. in c. 1. 3. oppo. & in c. laudabilem. 3. no. & 5. oppo. de frigi. Adde, quòd si naturaliter impotens ꝗhit cum prima, & postea recedit a prima, & ꝗhit cum secũda, & ipsam cognoscit carnaliter, nõ pro tanto tenet ſm matrimonium, de spon. attestationes. de spon. du. c. fi. qui matr. accu. pos. insuper. secundùm Hosti. in sum. de despon. impub. §. & quæ sponsalia. in fi. & vide j. q. 237.

533 ¶ C C X X X. † quæro, quomodo constabit, q̃ illa, quæ separata a primo ꝑ arctitudinem sit facta idonea ei ꝑ vsum cum secundo. Rñdeo ſm Gui. per iurẽ matronarum, a quibus inspicietur ipsa, vel forsan vterq;. Idem in sum. con. eo. tit. q. 4. secundum Pisa. & Nic. & vide j. q. 237.

534 ¶ C C X X X I. quæro, quid fiet, si reddita † primo cognosci non possit. Rñdeo ſm Hosti. remanebit per triennium cum ipso, quasi pręsumatur maleficiatus, & si interim eam cognoscere potest, cum illo erit, aliàs lapso termino restituetur secundo, sine spe quòd iterum reddatur primo, ſm Pisa. Idem dicit glo. in d. c. fraternitatis. licèt glo. Rai. dixerit, quòd ista restitutio facienda est secundo & tertio, & vsq; in infinitum. Secundum Goff. considerandum est, an cognoscibilis fuerit primo sicut secundo, puta quia homines erant eiusdem staturæ & conditionis, & sic restituetur: sed si non fuerit recognoscibilis ꝑ disparitatem conditionis, non restituetur, & hoc vr̃ sonare littera d. c. fraternitatis. vt not. in sum. confess. eo. titu. q. 5. vnde & si a primo nullo modo poterat cognosci sine carnali periculo, non fuit inter eos matrimonium, ſm glo. Rai. Vin. Tan. & Hu. ar. a ꝗrio sensu in d. c. fraternitatis. ex ver. ibi posito, absq; corporali periculo. & ar. in c. ex litteris. §. 1. ſm vnam expositionẽ, ideo in hoc casu si per sequentem vsum secundi viri reddatur idonea primo, non ꝑ hoc restituetur ei, sed remanebit cum secundo, vt in sum. con. eo. tit. q. 6. ſm fratrem Nic. in addi. facit. s̃. q. 222. & per Hosti. in sum. de fri. ver. quid si in prima vice. & per Fran. alleg. c. fraternitatis. ver. quamuis. 3. q. per 5. col.

535 ¶ C C X X X I I. quęro, nunquid potest contrahi † matrimonium cũ illa, quæ est arcta, si per incisionem potest fieri apta? Rñdeo ſm Guil. dicit Hu. quòd non credit, nisi facta incisione adhuc duret primus consensus sufficiens ad matrimoniũ, ſm Pisa. Idem in sum. con. eo. tit. q. 7. licèt Hu. dixerit, quòd sit opus nouo consensu, vt ibi patet: & ista faciunt ad no. s̃. q. 121. ſm Nic. in addi. Si verò non duret, vel non de nouo cõsentiat in eam, aut non carnaliter cognoscat eam, potest ab ea recedere, & aliam supraducere: quòd si nolit pati incisionem, non est cogenda, maxime cùm timeatur periculum. Idẽ in sum. confe. eo. tit. q. 10. secundum eosdem, vide s̃. q. 229.

536 ¶ C C X X X I I I. quæro, pone † quòd est arcta vni & apta alteri, nunquid potest contrahere. Rñdeo ſm Guil. contrahere potest cum illo, cui potest sine periculo commisceri, cũ alio non tenet matrimonium. Idem in sum. confes. eo. titu. q. 9. Idem est etiam, si mulier esset inepta ad reddendum debitum propter latitudinem, secundum Hosti. & in sum. eo. tit. q. 9. secundum eosdem. ad hoc s̃. q. 219.

537 ¶ C C X X X I I I I. quæro circa impotentiam † coeundi, qñ est ꝑ impedimentum accidentale, puta per castrationem, quæritur an tales contrahere possint. Rñdeo, indubitanter tales, qui omnino inepti sunt ad reddendum debitum, contrahere non possunt, & si contraxerint, diuidendi sunt, quia nullum est matrimonium, extra eo. quod sedem, de impotẽtia coeundi, quæ est per maleficium. Respondeo, ſm Hosti. & Tho. in 4. dist. 34. sic tenendum, quòd si maleficium superueniat matrimonio ante carnalem copulam, tunc si maleficium est perpetuum, impedit & dirimit matrimonium, ita q̃ celebrato diuorcio vir poterit illam ducere, similiter & mulier poterit cum alio contrahere, 34. q. 1. si per sortiarias. ita tamen q̃ si mulier ipsa procurauerit maleficium, non poterit petere diuorciũ, quia sua culpa ad hoc deuenit, 50. di. si euãgelica. & not. in c. si per sortiarias. in glo. Si vero maleficium est temporale, non impedit nec dirimit. Et a principio quidẽ
538 † maleficiũ quodlibet præsumitur temporale, sed postquàm coniuges simul per triennium habitauerunt dantes operam carnali copulæ, sed adhuc durat impedimentum, præsumitur maleficium perpetuum esse, vt extra eo. laudabilem. & c. vlti. idem dicunt & alij Doct. vt patet in sum. con. eo. titu. q. 13. & 14. & qualiter intelligenda sit cohabitatio triennij, habetur in Pisa. in ver. diuortium. ſm fratrem Nic. post Pisa. faciunt concordantiæ, de quibus in c. proposuisti. in glo. 1. de proba. cum si. Sed aduerte, quia Hosti. in sum. de frigi. §. quæ impotentia. ante fi. ibi, & si tale maleficium sequatur, &c. tenet quòd si matrimonium præcessit maleficium, non dirimitur matrimonium sequens: Idem Ioan. And. in c. fraternitatis. in fi. eo. titu. & j. q. 237. Si vero maleficium præcesit, distinguit prout Pisa. Et nota, quòd Pet. de Pal. de castratis dicit, quòd tales si naturaliter vel accidentaliter, impediuntur nõ solum ab effectu sed etiam ab actu generationis, si præcedat, impedit matrimonium contrahendum & dirimit post contractum: si autem non impedit actum, sed effectum tantum, vt in quibusdam, quorum virga erigitur & semen licet inualidum emittitur, valet matrimonium: concupiscentia enim spadonis virginem deflorauit, Eccl. 20. si autem virga tenditur sed semen non emittitur, deflorare quidem potest, nec tamen potest matrimonium contrahere, ſm quosdam, 32. q. 7. his qui. nec contrahitur affinitas: sed quando sectio sequitur matrimonium & præcedit consummationem, dicũt quidam quòd soluit, quia magis moritur carnalibus actibus q̃ monachis: alij contra ſm eum in 4. dist. 34. q. 2. art. 1. conclu. 2. Item qui non potest seminare in loco debito, non potest cõtrahere, quamuis reliqua & deflorare posit, quia impotentia coeundi absoluta est, quando quis non potest carnalem copulam exercere: non reputatur autem in iure carnalis copula subsecuta, nisi sit cõsummata per ꝗsummationẽ ordinariam, de spon. c. vlti. ſm eundem Pet. ibidem, qui etiã dicit, quòd castratio quantumcunq; superueniens matrimonio non soluit matrimonium ſm veriorem opinionem, vt per eum in 4. dist. 27. q. 3. ad fi. Intellige etiam, si superueniat matrimonio non consummato, vt per eundẽ in 4. dist. 30. q. 1. art. 2. Circa impotentiam per maleficium, quod ex diabolo procedat, & quòd matrimoniũ per maleficium perpetuũ dirimitur, & de signis & probationibus per Pet. de Palu. in 4. dist. 34. q. 2. art. 3. per totum. & de materia tangitur per Host. in sum. de frigi. & per Franc. in c. laudabilem. 1. q. 2. in c. fraternitatis. §. quamuis. 4. no. & 1. oppo. & ad primum dictum pisa. adde, quòd castratio superueniens non separat matrimonium, Arch. 32. q. 7. illi qui. & per Host. in sum. eo. titu. §. quæ impotentia. ver. accidentalis. non obstat 32. q. 1. in fi. prin. vbi videtur innui, quòd impossibilitas reddendi debitum superueniens post matrimonium ante copulam soluat coniugium, quia loquitur ibi in impotentia naturali, vt frigiditate, seu arctatione nimia, & sic existente tpe matrimonij, nõ autem in accidentali maleficij seu castrationis superuenientis mr̃imonio, vt subdit ibi Gratianus in §. ecce. quod etiam sentit Host. in sum. de frigi. §. quæ impotentia. in prin. ibi, masculina. & facit quod no. Arch. ibidẽ, & Hosti. in sum. per totũ. & sic stante naturali impotentia non diceretur matrimonium solui seu dissolui, cùm a principio nullum fuerit, vt dicit Hosti. in sum. §. quæ impotentia. circa princ. & Ioan. And. in c. ex litteris: eo. tit. quid autem si non constat, an impotentia seu impedimentum præcesserit matrimonium, vel sequutum fuerit? Præsumendum est quòd sequutum sit post matrimoniũ, ſm glo. 33. q. 1. in sum. cuius ꝗrium dixit Host. in sum. vbi s̃. ver. quid si dubitetur. & Io. Andr. in d. c. fraternitati: in 9. col. & vide. j. q. 227. ¶ Ex his nota, quòd licèt vir
539 † habeat virgam, si careat genitalibus seu vtroq; testiculo, nõ tenet matrimoniũ, vt no. 32. q. 7. his qui. in glo. fi. ibi, alij dicũt melius. & verę melius ſm Arch. ibi post Hu. Vin. & Ray. & no.

Host. in sum. de frig. §. 2. ver. quidam aũt dicunt. & Io. And. in c. 2. in fi. eod. tit. quod intelligere vr̃ Pet. de Pal. quãdo semen nullatenus emittitur, secus si inualidum, vt s̃. quod tñ vr̃ inscrutabile, & facit supra q. 216. & q. 220. Sic ergo senex, qui virgam erigit, sed semen inualidum emittit, vt quia inter parum & nihil, absque dubio ꝗhet matrimonium, & vtetur contracto petendo debitum ab vxore absque peccato, per notata supra hac eadẽ q. & q. 220. & similiter talis senex habens genitalia & virgam erigens petere posset debitum ab vxore absq; peccato, licèt nullo modo sperma emitteret, dato quòd propter humanitatis solatium contrahere posset, de quo supra q. 21. circa med. præsertim, quia si in iuuentute contraxerat, modò in senectute esset quædam separatio, contra notata supra 11. nota.

540 ¶ C C X X X V. quæro, quid si post triennium † diuortio celebrato redeat potentia se cognoscendi? Respondeo, variæ de hoc sunt opiniones: tenendum tamen est, secundum q̃ videtur sentire Tho. in 4. dist. 34. videlicet, quòd si maleficiũ
543 sit vniuersale respectu cuiuslibet personæ, tunc si alteri nupserit, ostenditur impedimentum non fuisse perpetuum, vnde debet redire ad primum: si autem maleficium fuerit particulare respectu specialis personæ, tunc cùm vtrique detur licentia cum alio, non potest ad pristinum matrimonium redire, cùm prius matrimonium nullum sit, & secundùm sit verum, secundùm Pisa. sed certè non video, quomodo aliquo modo possit sciri, quòd impedimentum fuerit vniuersale respectu cuiuslibet personæ, quia cum qualibet haberet experiri per triennium, vt in c. fi. extra eod. quod est impossibile. Vnde patet in sum. eod. tit. q. 15. Alan. dixit simpliciter, q̃ ẽt si potestas cognoscendi redeat, non restituitur, 33. q. 1. si per sortiarias. in fi. vt ibi patet: hoc intelligẽdum est, quando deuentum est ad secundum matrimonium, ibi. n. dr̃, q̃ si forte sanari non potuerit, separari valebunt: sed postquam alias nuptias expetierint in carne illis viuentibus, quibus iunctæ fuerunt, prioribus, quos dereliquerant, etiam si possibilitas concubendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt, ſm fratrem Nico. in addit. & de hoc tangitur per Hostiẽ. in sum. de frigi. in fi. & per Fran. in c. fi. 3. oppo. eodem tit. facit supra q. 230. & sequenti.

541 ¶ C C X X X V I. quæro, vtrum † maleficium per aliud maleficium sit tollendum. Respondeo, secundum Thomam vbi supra, si maleficium nõ potest remoueri, nisi per aliquod illicitum, vt per dęmonis auxilium, vel hmõi, ẽt si sciretur sic posse reuocari, nihilominus impedimentum perpetuum iudicatur, quia remedium non est licitum. Idem Pet. & Alan. & Hostien. & addit, q̃ licèt aliqua remedia videantur vana, tolerari potest, tamen retundere vana vanis: non aũt dicit de illicitis, secundùm Pisa. sed certè omnia vana remedia nõ naturalia illicita sunt & perniciosa, 26. q. 2. illud. secundùm fra-
547 trem Nic. in addit. qualiter autem & quando sit faciendum diuortium propter impotẽtiam coeundi, vide in Pisa. in ver. diuortium. quasi per totum. Ad illud, q̃ licet retundere vana vanis. Idem sequi videtur Fran. post Host. in c. fi. 5. col. de fri. & Scotus in 4. dist. 33. q. 3.

542 ¶ C C X X X V I I. quæro generaliter, an & quando † ꝑ impedimentum possit separari matrimonium. Respondeo, aut est impedimentum ætatis, & non tenet matrimonium, de despon. impub. a nobis. & de fri. quod sedem. Aut naturę, & aut ex parte mulieris, & dr̃ arctatio, & tunc si non potest per incisionem vel aliter iuuari, separantur, eodẽ tit. ex litteris. Aut ex parte viri, & hoc potest esse quadruplex. Vnũ ab extrinseco, & ꝑ maleficium: Aliud ex frigiditate, aliud ex nimia carnositate membri, aliud ex ariditate eius. Si propter maleficium, aut est temporale, & non separantur. aut perpetuum, & separantur, eo. tit. c. fi. & hoc si post maleficium secũ est matrimoniũ, sed si primo fuit matrimonium, & postea maleficiũ non separantur, 32. q. 7. hi qui. & supra q. 234. q̃d autem in dubio, qñ non apparet an præcesserit mr̃imonium, tũc seruatis his de qb. in d. c. fi. Si adhuc matronæ dubitent, an sit virgo, vr̃ psumendũ q̃ sit cognita, ar. c. 1. eo. tit. & vt ꝑ mr̃imonio psumat̃, & sic in dubio vr̃ psumendũ, q̃ mr̃imoniũ pcesserit maleficiũ. Ex hoc vr̃, q̃ si maleficiatus ꝗhat cũ corrupta, nõ poterũt separari ꝑ maleficiũ: tñ verius est, q̃ ẽt si nõ pbet̃ virginitas, dũmõ pont̃ alia, de quib. in d. c. fi. sufficiat, & ex hoc ꝗfirmat̃ alia opinio, secũdùm Host. q̃ in dubio præsumatur maleficium præcessisse seruatis his, de quibus in c. fi. præalle. pro hoc, ne coniuges ipsi remaneant impediti, arg. C. de edi. diui Adri. tollen. l. 4. de re iudi. abbate. lib. 6. ſm Franc. in c. fraternitatis. §. quamuis. in 1. q. de frigi. & s̃. q. 234. Si autem tale quid procedit ex frigiditate, non sunt statim coniuges separandi, sed proceditur secundum formam c. laudabilem. eo. tit. Si vero ex nimia carnositate, si coniuges sunt in ætate legitima, poterunt separari, sed si postea apparet ab alio cognita, restituetur primo, quia retro apparet sententiam latam per errorem, secundũ aliquos: dic, q̃ ob hanc causam nõ fiet separatio, quia nõ reperitur iure expressum, secundùm Fran. in d. c. quamuis. q. 3. si verò propter ariditatem, tunc poterunt separari, vt d. c. fraternitatis. non tamen in hoc stabitur mulieri hoc dicenti, sed per aspectum corporis arbitrio boni viri discutietur, secundùm Fran. in d. c. fraternitatis. §. fi. in fi. & ad prædicta adde Ant. de But. in c. 1. de frigi. & male. & in c. laudabilem. 3. col. Et nota, quia in rubro
543 de frigi. fit mentio de frigiditate & maleficio: dicitur † autẽ frigidus is, qui licèt habeat membrum, habet tamen naturaliter inutile ad copulam, quod potest melius facto perpendi q̃ verbo exprimi, & debet fieri inspectio per viros peritos,
544 ad quod. s̃. q. 221. Maleficiatus autem † est is, qui naturaliter est aptus ad copulam, sed per maleficia & per incantationes factus est inhabilis, & cõmuniter fit inhabilis cum certa muliere non cum alijs, d. c. fi. & sic ecclesia permittendo separari matrimonium propter maleficium videtur fateri, q̃ sit possibile fieri posse talia maleficia, in quo & si multa dici possent, tamen quia sic est receptum, non expedit instare ſm Fran. in d. c. fi. in fi. non tamen est de articulis fidei, facit glo. de sum. Trini. lib. 6. in ver. docuit.

545 ¶ C C X X X V I I I. quæro de impedimento mr̃monij † cõtracti contra interdictum ecclesiæ: Vbi sciendum, q̃ illi, inter quos matrimonium interdicitur, non debent contrahere, si tñ ꝗherent, non sunt separandi nisi ad tempus, vt agant pœnitentiam, quia mandatum ecclesiæ contempserunt, extra de ma. contra interdi. eccle. ꝗcto. per totum. ſm Pisa. Interdictus ꝗhere matrimonium non ꝗhet sponsalia, ff. de spon. l. tutor. & l. se. & l. si quis tutor. §. fi. de ritu nuptiarum. interdi-
546 cta etiam sunt † matrimonia clandestina, sed debent pręmitti banna, vt s̃. q. 112. ſm fratrem Nic. post Pisa. in §. impedimentum. 16. Est aũt vetitum ab ecclesia, ne clam & sine bannis fiant matrimonia, de cland. despon. cum inhibitio. & peccat mortaliter sponsus vel maritus, si ante benedictionẽ nuptialem cognoscat sponsam vel vxorem in loco, vbi de consuetudine solemnitates istæ obseruantur: & idem est de reddition debiti: & ob has causas non dirimitur matrimoniũ, sed solum ad tempus separantur ad pœnitentiam ꝑ contemptum ecclesiæ, vt per Pet. de Pal. in 4. dist. 34. q. 1. art. 1. & sic matrimonium quandoq; interdicitur a iure vt clandestinum: quandoque ab homine, vt ibi per eum, qui dicit q̃ esset peccatum mortale ꝗhere ꝗ inhibitionem ecclesiæ: sed si ꝗ
547 † inhibitionem Papæ esset matrimonium nullum, si de eius mente cõstat, vt quia decreuit irritum & inane, quia per hoc reddit istos inhabiles secundum eum. & adde Hosti. in sum. eo. titu. & adde no. in c. tua. de spon. duo. in glo. fi. & Io. And. in c. litteris. in ver. manente. de præsumpt. 33. q. 5. vr̃. in fi. & per Archi. 35. q. 6. videtur. & in c. qui contra. de elect. lib. 6. & ad illud, si interdicatur per Papam: vide per glo. in c. ad dissoluendum. de despon. impub. & ibi per Franc. post Io. And. in vlt. q. & per eundẽ in c. tua. ad fi. de spon. du. & in cle. vna. de rer. permut. ꝑ Imo. 6. col. & ꝑ Archi. in d. c. vr̃. & in c. cũ de beneficio. gl. pen. post med. de pb. lib. 6. & ꝑ Host. in sum. eo. tit. de mat. ꝗ. &c. in fi. in deci. Ro. num. 445. incipit, Item fuit dubitatũ si pubes. &c. & vide Ant. de But. in d. c. ad dissoluẽdum. & in c. tua, de spon. duo. qui tenet, q̃ valet mr̃imoniũ, vt ibi ꝑ eũ latius, nisi decretũ haberet perpetuã cãm ꝓhibitionis, ſm D. Nic. in d. c. ad dissoluendum. in fi. & in cap. pen. de spon. duo. & si Eps̃us, qui poterat ꝓhibere, ne matrimoniũ ꝗhatur lite pendente, vt not. in c. 1. & 2. eod. tit. post ꝗctum matrimonium interdiceret traductionem ad domum, seu ipsius sponsæ assignationem, donec causa decidatur, vr̃ q̃ facere possit, ar. c. tua. in fi. de spon. duo. & in dictis. c. 1. & 2. & qd̃ no. Host. in simili in sum. eo. tit. §. quid iuris. circa prin. & ad illud, q̃ debent separari, intellige donec cognoscatur causa interdicti, ut per Fran. eo. tit. c. 1. in prin. & intellige non per sententiam diffinitiuam, sed per præceptum, vt stent separati, donec de causa cognoscat̃: si tñ fuerint excõicati, donec si simul starent, necessarium est quòd absoluantur, licèt se separauerint, vt eo. titu. c. fi. per Franc. Item tempore interdicti conceditur contrahi matrimonium, & etiam solemnitas matrimonialis, secundùm Franc. post Innocen. in cap. non est.

ad fi.

ad fi.de spon.& de matrimonio clan.s̃.q.45,& quid si interdicatur per leges,no.per canones.s̃.q.108.& de materia huiusmodi habetur.30.q.5.cum si.& adde in simili de actu gesto contra principis mandatum,per Nic.in c.dilectus.2.in fi. de præben.

548 ¶CCXXXIX.quæro circa impedimentũ † feriarum. Vbi sciendum, ꝙ tempore feriarum secundùm Ray,possunt contrahi sponsalia, & etiam matrimonium, quod fit solo consensu. Sed traductio vxoris & omnis nuptiarum celebritas prohibetur,extra de ma.contra.contra inter.eccle.per totũ. 33.q.4.non oportet.& c.tribus sequen.secundùm Pis.Host. tamen in sua sum.& no.in sum.con.lib.4.titu.17.q.1.dicit se putare, quòd etiam prohibeatur consensus, quia his diebus non interponit ecclesia auctoritatem suam, sed in c.capellanus.de ferijs.hoc non affirmat, licèt opiniones quorundam referat: forte potest dici, quòd simplicia sponsalia etiam de præsenti non prohibentur, vt dicit Ray.cum quo concor.gl. in d.c.capellanus.nisi forte fierent cum magnis solemnitatibus conuiuiorũ, vel similiũ, a quibus his temporibus oportet cessare, quæ specialiter deputata sunt ad pœnitentiam & Dei honorem, 33.q.4.non oportet.& hoc casu potest intelligi dictum Hosti.secundum fratrem Nic.in addi.ad Pisa.cuius prohibitionis rationem assignat Tho.in 4.dist.32.dicens sic, quando nouæ sponsæ traducuntur,animus coniugũ magis ex ipsa nouitate ad curam carnalium occupatur,& in nuptijs consueuerunt signa multæ letitiæ dissolutæ ostendi, & propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipue 550
debent se ad spiritualia eleuare,prohibitum est nuptias cele-
549 brari: hoc autem est ab aduentu † vsque ad Epifaniam propter communionem, quæ secundum antiquos canones fieri in natiuitate communiter solet,de conse.dist.2.& si non frequentius.& c.seculares. Et a septuagesima vsque ad octauas Paschę propter communionem Pascalem.Et a tribus diebus ante ascensionem vsque ad octauas Pentechostem, propter prępparationem ad communionem illo tempore sumendam. Et de primis duobus temporibus habetur 33.q.4.non oportet.& tribus.c.sequen.De vltimo, extra de ferijs.capellanus. 551
vbi & Guil.dicit argumentum, ꝙ contrarium faciens mortaliter peccat. Idem in sum.confes.d.q.1.secundum eun.& nota, quòd Host.posuit illud in sum.sua de ma.contra.contra inter.eccle.§.quid iuris.dicẽs sic,ego puto quòd hodie & consensus & solemnitas interdicantur: nam & his diebus nõ interponet ecclesia auctoritatem suam, sicut & de facto seruari videmus,nec sine auctoritate ecclesiæ est matrimonium contrahendum,aliàs pœnam habet,& clandestinum iudicatur,de clan.despon.cùm inhibitio.& sic per consequens omnia sequentia prohibentur, licet matrimonium teneat,si cõtrahatur. Idem dices in omnibus casibus, qui impediunt sed non dirimunt,s̃.q.104.& 159.secundum eun.in d.§.quid iuris.post prin.Pet.de Pal.videtur idem sequi dicens, permittitur autem istis temporibus contrahere per verba de futuro, quia cum non sit prohibitum, ergo concessum. Item secundum quosdam contrahere per verba de præsenti. Sed istud non videtur, quia iste contractus non debet fieri clandestine, sed in facie ecclesiæ.In facie autem ecclesiæ non videtur faciendum, sicut nec benedictio nuptialis,secundum 552
eun.sed aduertendum satis, quomodo ipse Hosti.postea in lectura hoc non firmauit,fecit enim primo summam, & postea lecturas, vt patet per not.per Ioan.And.de scisma.post prin.& de infan.& langui.c.vno.ad fi.& de cle.pug.in duello.c.2.in fi.& de decimis.c.ex transmissa.in fi.& in prooemio Decretalium,post prin.per eun. Io.And.quin etiã ipse Petr. de Pal.alibi simpliciter dicit, quòd matrimonium cõceditur his temporibus,vt per eũ.in 4.dist.18.q.8.6.col.vnde verior videtur opinio Ray.quòd etiam his tribus temporibus absq; peccato possit matrimonium contrahi per mutuum consensum,absque tamen magnis solemnitatibus conuiuiorum,vel immensarum collationũ vel apparatuum, vt dicit Nic.Oxi. qd̃ ex mẽte vtriusq; opinionis colligitur:quin etiam Host.in dicta prima sua opinione non dicit, ꝙ ecclesia non potest interponere auctoritatem suam,&c.sed retulit se potius ad factum,& sic videtur ꝙ licite permittere possit,ꝙ his temporibus interueniant sacerdotes in cõtrahendis matrimonijs per verba de præsenti absq; superfluis solemnitatibus,vt.s̃.quod etiam videtur sentire Ant.de But.in cap.capellanus.ad fi.& Fran.in c.ex tenore.de test.& sic videtur, ꝙ subarratio solita fieri cum contractu matrimonij possit fieri tempore isto: ad quod.s̃.q.27.& per ea quæ dixi hac eadem q.Et similiter si forte omissa sit, possit dicto tempore suppleri.Et subdit Pisanel.vbi.s̃.quòd in illis diebus non est prohibitum debitum exigere,quia non est tanta destructio animarum in redditione vel petitione debiti, sicut in celebratione nuptiarum, secundum eum: potest dici, quòd & si non sit prohibitum ex præcepto, est tamen de consilio diligenter amplectendum, cùm prædicta tempora ad pœnitentiam & deuotionem deputantur, vt patet per Ambrosium in sermone de aduentu, vbi de his loquens dicit, nõ solum ab omni immundicia,sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime contineatis: quod & ponitur 33.q.4.fratres.secundum fratrem Nic.in addi.dicit Pet.de Palu.quòd prohibetur his temporibus benedictio nuptialis. item festum conuiuij nuptialis propter lasciuias, quę tunc fiunt,& pari ratione videretur traductio solemnis, quæ aliquando post nuptias fit de domo parentum ad domum uiri, videtur interdici, in qua etiam multæ insolentiæ fiunt his temporibus discordantes.redditio autem uel petitio debiti quomodo sit licita vel illicita.s̃.q.59.Sic ergo nuptiarum solẽnitas,celebris traductio, vel consummatio prohibentur his diebus,ita ꝙ alteri contrahentium volenti tunc consummare matrimoniũ obstaret exceptio, secundùm Io. And.& Doct.in d.cap.capellanus.& no.33.q.4.vir.in fi.Item contrahentes nuptias istis temporibus puniuntur, quia separantur ad tempus in pœnam, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt. Sed si sit periculum incontinentiæ, alia pœnitentia imponatur, & in ista dispensetur. Sacerdos verò, qui istis † temporibus benedictionem dederit, graui pœna licet arbitraria puniendus est,nec ignorantia excusat, quia debet scire ea,quæ ad officium suum pertinent, secundùm Pet.de Palu.in 4.distin.32.q.1.in fi.Et adde per eundem in 4.distin. 28.q.2.circa prin.& distin.32.q.1.in fi.Adde, quòd consuetudo excusaret coniuges & sacerdotes benedicentes secundas nuptias, etiam si princeps illam ignoret, secundùm Pet. de Palu.in 4.dist.43.q.3.circa princ.& dist.24.q.2.in fi.& per Nic.Panor.in c.1.in fi.de treuga & pa.licèt Neapoli non excusaretur.

¶CCXL. quæro,nunqaid † in prædictis diebus includatur octaua Epifaniæ. Respondeo non,quia non inuenitur prohibitum:nam & si canon hoc voluisset, certe expressisset, sicut expressit de octauis Paschæ, 33.q.4.non oportet.2.sed nec Tho.nec magister Sententiarum de ipsis octauis aliquã faciunt mentionem,licet minus dixerint contrarium,secundùm Pisa. dictum istorum potest saluari in locis, in quibus est de consuetudine, nam in contrahendo matrimonio seruanda est consuetudo honesta, extra de consan.& affi.quod dilectio.secundum fratrem Nic.in addi.Similiter non induditur infra prædictũ tempus illa dominica,quæ est post Penthecostem,quia ipsum festum non habet diem octauæ. Vnde in ipsa possunt nuptiæ celebrari, extra de ferijs.c.capellanus.in fi.secundùm Pisa.& fuit hoc dictum glo.Ray.vt patet in sum.con.eo.titu.q.2.sed in d.c.capellanus.hoc non clare probatur.Vnde & Hosti.ibidem dicit contrarium, scilicet ꝙ nuptiæ nõ possunt fieri in illa dominica post Penthecostem, scilicet quando agitur festum Trinitatis, sed in crastina sic, ſm fratrem Nic.Oxi.in addi.ad Pis.in §.impedimentum.17. Dicit Pet.de Pal.ꝙ tribus tpibus † celebritas nuptiarũ interdicta est,s.ab aduentu vsq; ad octauã Epifanię, a septuagesima vsq; ad octauã Paschę, trib⁹ ebdomatibus ante festũ Ioannis, i.a dñica ante ascensionẽ vsq; ad octauã Penthecostẽ. vnde versus.Aspiciẽs veterẽ circũ quasi qs.benedicta: Aspiciens dñica aduentus,cuius primũ responsoriũ, Incipit,aspiciens veterẽ: octaua Epifaniæ: cuius prima antifona in laudibus incipit veterem circum.Dñica in septuagesima,cuius introitus incipit,Circumdederũt quasi.Dñica in albis, cuius introitus incipit,quasi mõ:quis.dies prima rogationũ, cuius Euangeliũ incipit, Quis ex nobis habebit amicũ.benedicta. Euangeliũ incipit, Quis ex nobis habebit amicũ.benedicta. Dñica Trinitatis in octaua Penthecostẽ, cuius introitus incipit,benedicta sit.Et dicas, ꝙ prima duo tpa intelligunt inclusiue quo ad dies extremos, qa dies extremi ptinẽt ad tps mediũ:vnde pari mõ interdicunt. Dñica tñ prima aduentus ptinet ad tps sequens. Octaua Epifaniæ ad tps præcedens. Sifr dñica in septuagesima pertinet ad tempus sequens non præcedens.octaua vero Paschæ ad pręcedens:sed dñica ante ascensionem pertinet ad tempus præcedens resurrectionis, quando licet nuptias celebrare non ad tempus sequens: vnde a tribus diebus ante ascensionem prohibentur.Item Penthecosten non habet octauam, sed octauas.vnde dominica de Trinitate nõ est de tempore præterito sed futuro, in quo non

non prohibentur: & sic in dñica ante Ascensionem & prima dñica post Penthecosten licet celebrare.Et quidem in tertio tpe ſm oẽs non computatur dñica ante Ascensionẽ,quia est tpis precedẽtis,sed dñica Trinitatis ſm Ho.sic: aliàs deesset tpis precedẽtis, sed dñica Trinitatis ſm Ho.sic: aliàs deesset vnus dies de tribus septimanis: vnde nota.de ferijs.capellanus. qa violant canones, qui dñica in albis & Trinitatis celebrant,quod non vr̃ ad minus de dñica Trinitatis,quia ipsa vt dictũ est nõ pertinet ad tps præcedens,se ad sequẽs, quod nõ est interdictũ.Nec obstat,ꝙ vna dies deest, qa minutię nõ computantur in scriptura: vnde in d.c.capellanus.sic dr̃, vsque post septimũ diem festi Penthecosten,quæ caret octaua, nuptiæ suspendãtur:in dñica,quæ sequitur, & deinceps possunt nuptiæ licite celebrari.aut ergo loquitur de dñica, quæ est octaua dies pentecosten,in qua fit festũ Trinitatis,& sic hr̃ propositum.Aut de dñica,quę est in quindena, & tũc per secundã septimanam post Penthecosten nõ possent celebrari, ꝙ esset eas interdicere quatuor septimanis, qd̃ nullus dicit. Vnde quantũ est de iure pñt nuptiæ celebrari in die Trinitatis,sed qa nuptiæ suspẽdũtur vsq; post septimũ diẽ,q est sabbatũ,& durat vsq; ad solis occasum,ſm vnã cõputationẽ,vel vsq; ad mediã noctẽ,ſm aliã. Inde est,ꝙ non à primis vesperis Trinitatis licet nuptias ꝗhere, sed à principio noctis vel sicut verius puto nõ a primis vesperis Trinitatis, sed à mane in antea.Et licèt ita sit de iuris subtilitate,qa tñ ꝛsuetudo est optima legũ interpres, ideo sequenda est terræ consuetudo à prælatis diu scita & dissimulata,siue de celebrando nuptias in diebus illis extremis,siue de abstinendo,ſm Pet.de Pal.in 4.dist.32.q.1.ar.4.vbi ẽt latius: sic ergo quoad octauam Epiphaniæ nõ prohibentur nuptiæ celebrari,ſm Pis.sed Hos.ꝗ. Idẽ Pe.de Pa.dicit An.de But.post Ioã.An.in d.c.capellanus. ꝙ licèt opinionẽ Ho.multorũ locorũ approbet ꝛsuetudo, tñ nõ vr̃ iure probari,& sic de iure nõ prohibentur,nisi forte ratione ꝛsuetudinis loci,vt Neapoli. Itẽ quo ad octauã Paschę ſm oẽs doctores verũ est,ꝙ prohibitũ est in ipsa nuptias celebrari,33.q.4.nõ oportet. & d.c.capellanus. in fi. Itẽ quo ad octauam Penthecosten pñt de iure celebrari,ſm Pet.de Pal. Idẽ Ioan.An.& An.de Bu.in d.c.capellanus.dicẽtes, ꝙ ponit̃ ibi exclusiue,quasi in ipsa octaua nõ prohibeatur,facit tex.in c.corã.de in inti.rest.& in d.c.capellanus. ad fi. & in fi. Dicũt tñ ibi doc.ꝙ aliquę prouincię aliter seruãt,vt Neapoli, & ipsius territorio,in quibus in die Trinitatis non solent benedici nuptiæ,quæ nota, & sic Neapoli bene tenetur prælibatus versus,cùm in nulla dictarum triũ octauarũ nuptiæ benedicantur de consuetudine.Et nota,ꝙ permittitur in die Trinitatis à mane in antea,ſm Pe.per quod similiter puto,ꝙ in tẽporibus prohibitis intelligatur à mane in antea. Vnde in p̃cedentibus die sabbati & nocte poterunt nuptiæ celebrari, quod etiam seruatur, fa.de reg.iur.odia.& quod not. in c.2. de ferijs.fa.de conf.dist.3.de esu.ibi,diluculum.

¶ Sequitur §.5.de Sacramento Pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pęnitentia quomodo accipiatur.*
2 *Maria virgo ante conceptionem filij erat in potestate peccandi, licèt nunquam peccauerit.*
3 *Pęnitentia quid sit:Et vnde dicatur.nu.seq.*
5 *Confitens & non pęnitens non verè implet præceptum ecclesiæ de cõfitendo semel in anno,*
6 *Pœnitentia nunquid possit agi de quolibet peccato.*
7 *Peccata in Spiritumsanctum vix remittentur.*
8 *Pęnitentia an de quolibet peccato debeat esse perpetua.*
9 *Pœnitens verè nunquid possit posteà mortaliter peccare.*
10 *Pęnitentia falsa quæ dicatur.*
11 *Pęnitentia fieri debet humili corde,aliàs non valet.*
12 *Pęnitentiæ actiones quot sint.*
13 *Paruuli excusantur à pęnitentia ante baptismum,quid in adultis,idest qui sunt doli capaces: Et an requiratur hæc pęnitentia ante baptismum. num.14.*
15 *Pœnitentia nunquid tollat omnem reatum, idest obligationem ad pęnam. num.seq.*
16 *Pœna duplex debetur pro quolibet peccato,æterna,& temporalis.*
17 *Pœna æterna numquam sine contritione tollitur.*
18 *Purgatorij duplex pœna.*
19 *A pœnitentia quis releuatur per remissiones.*
20 *Papa potest remittere omnem pęnam peccati ei,qui contritus est.*
21 *Confessio peccatorum frequens esse debet.*
22 *Peccati culpa omnis deletur per professionem religionis approbatæ.*
23 *Pœnitentiæ species quot.*
24 *Pœnitentia solennis quæ,quæ publica,& quæ priuata.*
25 *Pœnitentia an habeat partes,& quas.*
26 *Contritio est pars sacramenti pęnitentiæ essentialis. Satisfactio etiam.ibid.*
27 *Deũ offendimus trib.modis,delectatione cogitationis, impudẽtia loquutionis,& superbia operis.Trib.autẽ modis debet ei satisfieri, & quomodo.*
28 *Peccata,quæ per verã pęnitentiam sunt dimissa,nunquid redeant,quando quis iterum relabitur in peccatum.*
29 *Pœnitentia nunquam bis ponitur pro eodem peccato.*
30 *Peccata per ignorantiam commissa nunquid exigant pœnitentiam:& quid de peccatis oblitis.nu.31.*
32 *Pœnitentia nunquid fieri debeat de peccato originali.*
33 *Peccatum originale quid sit:& quomodo baptismo tollatur, & abluatur: & an exigat confessionem.*
34 *Maria virgo nunquid fuerit concepta in peccato originali: vide supra nu. 32.& 33.*
35 *Peccatum originale quare sic dicatur:& quare remansit in posteris post veniam præstitam Euæ & Adæ: Et quare non fuit sublatum per mortem Christi.nu.36.*
37 *Christi morte aperta fuit via Paradisi.*
38 *Adam fuit creatus immortalis.*
39 *Eua an plus peccauit quam Adam: & quare fuerit creata de costa Adę & non de alio membro.remissiuè.*
40 *Pœnitere nunquid aliquis verè possit in fine vitæ:rarò enim quis in extremis ex caritate pęnitere potest.*
41 *Confessor in articulo mortis absoluit ab omni peccato etiam de iure diuino, non tamen de vinculo excommunicationis, qua homo potest absolui ab excommunicatione post mortem ab illo,à quo prius.*
42 *Impęnitens si quis moriatur,moritur omnino,& æternaliter cruciatur.*
43 *In pœnitentia quid sit sacramentum,& quid res.nu.seq.*
44 *Pęnitentia non valet,nisi restituatur ablatum.*
45 *Pęnitentia duplex est,interior & exterior: & est sacramentum vnitum vnitate ordinis quantum ad propositum,vnde non requirit tantam continuationem dicendorum & agendorum, quantam exigunt alia sacramenta.num.46. Et potest pęnitentia interrumpi & iterari.ibid. Et quæ sit eius materia proxima.& quæ remota.47.*
48 *Pęnitentia est sacramentum necessitatis in eo,qui mortaliter peccauit.*
49 *Nemo scire potest,an odio vel amore sit dignus.*
50 *Confessio nulli est deneganda etiam damnato ad mortem.*
51 *Contritio quid sit.*
52 *Propositum confitendi & satisfaciendi requiritur in mortali:quantum autem ad veniale non requiritur propositum confitendi nisi tantum per accidens ratione præcepti ecclesiastici.*
53 *Contritio dupliciter accipitur,& quomodo.*
54 *Contritio est cordis, confessio autem oris.num.seq.*
55 *Dolor pro peccatis debet esse de commisso peccato, de omisso bono, & de tempore amisso.*
56 *Peccatũ non dimittitur sine amaritudine cordis,& dolore & cõpunctione.*
57 *Contritio esse non potest sine charitate.*
58 *Lachrimę sunt signum interioris contritionis.*
59 *Confitens & non pœnitens non consequitur fructum pęnitentiæ: ad petendam enim pęnitentiam debet quis esse corde contritus & humiliatus.*
60 *Contritio & atritio quid differant.*
61 *Peccati mortalis grauedo est summa,& infinita.*
62 *Peccatum quodlibet mortale an requirat contritionem. Et an quodlibet peccatum hoc exigat.num.63.*
63 *Contritionis quot & quæ sint causæ inductiuæ.*
64 *Peccatorum dolor debet esse acer,& acerrimus.*
65 *Contritionis dolor an debeat esse intellectualis,vel sensibilis.*
66 *Contritio an possit esse nimia. Et nũquid in ea requirat maior dolor de vno peccato quàm de alio.nu.67.*
68 *Contritio nunquid debeat esse post remissionẽ peccati de eodem peccato.*
69 *Contritus nunquid potius debeat velle esse in inferno, quàm peccare.*
70 *Peccati remissio an sit contritionis effectus.nu.82.*
71 *Peccatum licèt dimittatur in contritione, quando fit cum proposito confitendi & satisfaciendi,si tamen posteà tempore debito non sequatur cõfessio & satisfactio,peccatum quidem dimissum non redit, sed mortaliter peccat qui omittit.nu.seq.*
72 *Contritionis effectus.*
73 *Contritionem præcedit gratia Dei.nu.77.*
74 *Professio religionis approbatę cum contritione & confessione æquipollet baptismo quò ad deletionem omnis culpæ.*
75 *Contritio an possit tollere omnem reatum pœnę: Et an per cordis cõtritionem absque oris confessione & operis satisfactione dimittatur peccatum.nu.76.& 77.*
78 *Trinitatis opera inseparabilia.*
79 *Peccator adstringitur duplici vinculo ad satisfaciendum.*
80 *Compunctio triplex est in peccato,& quę,& de eius effectu.*
81 *Excommunicatio ad peccatum seu culpam tollitur sola contritione apud Deum,licèt non apud ecclesiam.*
83 *Contritio an semper sufficiat ad remissionem peccatorum.*
84 *Cõfessio,si põt hr̃i facultas,est necessaria,quę nõ debet cõtẽni,aliàs quis non põt saluari: qdest.n. propter erubescentiã peccati, quę est magna pars pęnitentiæ,& propter humilitatem & obedientiã,quæ exhibet ecclesiæ.*

85 Confessio quid sit. nume. seq.
Quod sit tripliciter. ibid.
86 Peccatum, quod dicitur non ad impetrandum veniam, non potest dici in cõfessione, nec tenetur sacerdos illud tenere secretum.
87 Confessio quare fuerit instituta.
Et quot debeant esse eius conditiones. nu. 88.
Et qualis esse debeat. ibid. & seq.
89 Confessio mera facta, etiam qui caderet in constantem virum, nullum Sacramentum recipit.
90 Peccati remissio non est, vbi non est dilectio.
91 Confessionis tres sunt conditiones, & quæ.
92 Confessio non debet fieri verbis vel nominibus criminum palleatis, imò quantuncunque fuerit ipsum peccatum vel circunstantiæ horribiles, totum est specialiter exprimendum.
93 Pœnitens qualiter se exhibere debeat coram confessore.
94 Iubilæi tpe propter multitudinẽ possunt simul plures in cõfessione audiri.
95 Confiteri quare quis debeat solus.
96 Annus Iubilęus quis dicatur.
97 Confessio facta sine contritione, & sine charitate an valeat.
98 Peccata aliena nunquid liceat dicere in confessione.
99 Confessionem an liceat diuidere.
100 Confessio an fieri possit per aliam personam, vel per scripturam. nu. seq.
101 Mutus vel surdus potest confiteei per scripturam.
102 Absolutio à peccatis requirit certam formam per manus impositionem.
103 Confessio an valeat, si sacerdos interroget pœnitentem, & ipse respondeat.
104 Peccata, quæ quis non commisit, an liceat confiteri.
105 Confessio de peccatis an sufficiat specialis, vel generaliter fieri debeat: & de quibus peccatis sit confitendum.
106 Dubitãs de alizuo peccato, an sit mortale vel nõ, an teneatur illud cõfiteri.
107 Peccata commissa ante baptismum an quis debeat confiteri.
Confessio peccatorum triplex. ibid.
108 Iudæis venientibus ad baptismum indicenda est pœnitentia & abstinentia 40. dierum, & quare.
110 Ignorantia affectata & crassa quæ.
111 Peccator ex quibus retrahatur à confessione.
Et quibus persuasionibus allici & induci debeat ad confessionem. nu. 112. & sequen.
113 Deus ex gratia saluat, quos ex iustitia damnare posset.
114 Timor etiam seruilis valet ad introducendam gratiam seu charitatem, & procedit à Spiritusancto.
115 Peccata deleri possunt septem modis.
116 Peccator non confitendo est in peccato mortali.
117 Peccatum separat peccatorem à Christo: & tanquam separatus traditus est diabolo.
118 Peccatum quam sit detestabile, nu. seq.
119 Pœna æterna debetur pro peccato mortali, quę est grauior omni alia pœna.
120 Peccator dum est in peccato est infamis.
121 Nabuchodonosor conuersus in bestiam propter peccata.
122 Peccator impœnitens peccat in Spiritumsanctum, qui taliter moriens retorquebitur, nec pro eo est orandum.
123 Pœnitens quam remunerationem habeat à Christo: & quæ bona acquirat per pœnitentiam.
124 Confessor si non vult dare licentiam suo parrochiano vt alteri confiteatur, nisi pro pecunia, an committat symoniam.
125 Confessio an sit de necessitate salutis, & qualiter teneamur ad confessionẽ.
Et an sit de iure naturali, vel diuino. ibid.
Et an procedat ex solo præcepto ecclesiæ. ibid. per discursum. & num. seq.
126 Præcepta iuris positiui non referuntur nisi ad ea, quę sub iudicio humano cadere possunt.
127 Græci soli Deo confitentur. & an teneantur ad confessionem homini faciendam. nu. 131.
128 Papa adstringitur homini confiteri, si vult saluari.
129 Ecclesiæ traditio est obligatoria vt præceptum.
130 Decretum, præceptum & statutum idem important.
132 Græci calabrienses confitentur presbytero, & ipsis præcipitur, vt nostris moribus se conforment.
133 Græci ex eo quòd non receperunt canones, non dicuntur hæretici.
134 Papa an possit cum aliquo dispensare, ne confiteatur.
135 Papa non potest ea, quæ scandalum inducunt toti ecclesiæ, & per quę decolorareturstatus ecclesię vniuersalis.
136 Peccator nunquid teneatur statim confiteri.
Eucharistiam nullus debet sumere post peccatum mortale, nisi confessus, necessitate non vrgente. ibid.
137 Quadragesimę tempus confessioni magis aptum.
138 Monachi tenentur confiteri singulis mensibus.
139 Sacerdos, cui incũbit collatio sacramẽtorũ quotidiana, statim debet cõfiteri.
Et peccat existens in peccato alijs pœnitentiam iniungendo, licèt absolutio teneat. ibid.
140 Mulier prægnans propinqua partui absolui potest etiã à casibus papalibus.
141 Peccator si habuit propositum confitendi secundum mãdatum ecclesiæ, sed moriatur antequã cõfiteat, nõ erit dãnatus, dũmodò decesserit cõtritus.
142 Dictio solum, est aduersatiua, non alternatiua.
143 Confessio quo tempore anni sit facienda.
Et an singulis annis sit facienda. nu. 144.
145 Dictio, in, ponitur quandoque augmentatiuè.
146 Confessus semel in anno, si infra annum peccat, & cõteritur cum proposito confitendi, nunquid participet de indulgentijs concessis vere pœnitentib. & confessis, ita quòd dicatur confessus quò ad hoc.
147 Lex loquens in casu vero non habet locum in casu ficto.
148 Confessio in quibus casibus iterari debeat. nu. seq.
149 Potestas clauium consistit in iurisdictione non in scientia.
150 Ignorantia sacerdotis in confessione est multum periculosa.
151 Pœnitentiam sibi iniunctã omittens facere ex contemptu seu negligentia peccat mortaliter.
152 Culpa lata equiparatur dolo.
153 Omittens aliquid de necessario pertinentibus ad confessionem, annullat non solum confessionem, sed etiam nouum committit mortale.
154 Peccatum vnum an possit remitti per pœnitentiam sine alio.
155 Excommunicatus minori excõmunicatione an possit absoluere à peccatis.
156 Pœna pro peccatis tanto plus remittitur, quanto quis pluribus sacerdotibus confitetur: & quare.
157 Peccans post pœnitentiam, nunquid priora peccata confiteri iterũ teneatur.
158 Ingratitudo quando induat particularẽ peccati speciẽ, remissiuè. & n. seq.
159 Peccatum speciem recipit ex intentione peccantis.
160 Peccata dimissa an & quando dicantur redire.
161 Peccata, quę sunt manifesta, an debeat quis confiteri.
162 Peccata venialia an debeat quis confiteri.
163 Nemo inuenitur sine peccato saltem veniali.
164 Peccata venialia in duob. casibus confiteri necesse est.
165 Confiteri quis tenetur semel in anno, etiam si non habeat mortale peccatum propter præceptum.
166 Pœnitentia pro peccatis venialibus an sit necessaria in hac vita.
167 In contritione non requiritur propositum non peccandi venialiter, sicut in contritione de mortali, debet tamen habere propositũ se præparandi ad peccata venialia vitanda.
168 Peccatorum venialium tres gradus.
Peccatum veniale quando fiat mortale, ibid,
169 Peccatum veniale non dicitur propriè vitium, & inhæret homini simul cũ virtutibus.
Et dicitur veniale, quasi venia dignum. num. 170.
171 In Purgatorio puniuntur peccata mortalia & venialia.
172 Peccatum veniale quandoque ducit ad perditionem.
173 Peccatum veniale dicitur, quod cõtinuè committitur, & quod prouenit ex originali peccato.
174 Iustus septies in die cadit: quomodo hoc intelligatur.
175 Peccata uenialia, quæ deducta sunt in consuetudinem, seu inueterata, confiteri debent.
176 Moriens cum peccato veniali non acquirit gloriam, nisi illud purget in Purgatorio.
177 Peccatum veniale quomodo discernatur à mortali.
178 Peccat mortaliter, qui venit contra promissum, & faciens scienter contra præcepta siue prohibitiones canonum. nu. 180.
Itẽ qui negligit seruare iuramentum. 179. & qui temerarie iurat. nu. 181.
180 Fornicatio cum concubina & meretrice est mortale.
182 Crimina omnia, per quæ testis repellitur à testimonio, dicuntur peccata mortalia.
183 Lex vel superior quando censeatur loqui præceptiuè vel de consilio.
184 Sacerdos, qui habet celebrare, nunquid etiam venialia confiteri teneatur.
185 Sacramentum Eucharistiæ quanta reuerentia & deuotione & mundicia sit sumendum.
186 Peccata venialia per quę remittantur. nu. seq.
187 Ieiunium viui liberat animam defuncti.
188 Peccata venialia quomodo remittantur. num. 191.
189 Peccatum mortale per confessionem fit veniale.
190 Peccata venialia non dimittuntur existenti in mortali, potest tamen vnum veniale remitti sine alio. 192.
193 Peccatorum circunstantiæ an debeant confiteri. nu. seq.
194 Peccator nunquam in confessione debet se excusare, sed accusare.
195 Peccatorum circunstantię, quæ pertinent principaliter & de necessitate ad confitentem, quę.
197 Peccata propter vsum aggrauantur.
198 Peccatis qualiter adhęreant circunstantiæ. nu. 197.
199 Confessor debet de circunstantijs inquirere, etiam si nil opponatur.
200 Confiteri obligatus quotannis esse debeat.
Puer vel puella septem annorum dicitur doli capax.
201 Leges adaptantur ad ea, quę in pluribus accidunt.
202 Annus discretionis qualiter sumatur in masculo & in fœmina, & num. precedenti.
203 Doli capax dicitur, qui iam discernit inter bonũ & malũ quò ad delicta.
204 Mendacium non semper est peccatum mortale.
205 Adultus dicitur quis post pubertatem.
206 Ad confessionem qui teneantur.
207 Papa confiteri tenetur, sicut & ceteri.
208 Fidelis quis dicatur, & vnde dicatur.
209 Cathecumeni an adstringantur præcepto confitendi, dicuntur enim baptizati baptismo fidei.
210 Hermafrodita an teneatur ad confessionem.
Pœnitentię actus est indifferens vtrique sexui, nec ponderabitur in quo sexu magis incalescat, ibid.
Mixta sub simplicib. etiam comprehenduntur. ibid.
211 Pœnitentię iniunctę ratione an quis excusetur non confitendo infrà annũ,
212 Peccata

212 Peccata mortalia an prohibeantur etiam per iura ciuilia.
Leges enim ciuiles sunt sacræ.
213 Peccatores quomodo decipiantur à diabolo.
Et quomodo se excusent à peccatis. num. 214. & quot modis.
215 Consuetudo mala non excusat à culpa seu pœna æterna: nam peccatum vnius pronocat alium ad peccandum. ibid.
216 Peccatum quid sit, & vnde dicatur.
217 Peccatum mortale actule dicitur, quod committitur ex volũtate propria.
218 Peccata criminalia omnia sunt mortalia, sed non econtra: & quæ sint peccata criminalia. nu. seq.
219 Homicidium est terribilius omni peccato.
220 Adulterium est detestabile in vtroque testamento.
221 Symonia quàm sit detestabile vitium.
Vsura est crimen in vtroque testamento detestabile.
222 Superbia quid sit.
223 Iracundia est propriè nomen criminis mortalis.
Ira transitoria est peccatũ veniale: si verò diù perseuerat, est mortale. ibid.
224 Accidia an sit peccatum mortale.
225 Peccatum mortale est, velle perpetuari in hac vita: velle autem prolongari propter delicias non est sine veniali.
226 Vitia omnia reducuntur ad vnum ex tribus, videlicet ad superbiam, auaritiam, aut luxuriam.
227 Peccatum mortale quomodo diuidatur, & quotuplex sit.
228 Deus solus delet reatum peccati, pœnam autem minuit sacerdos.
229 Peccator vnde dicatur: & quid sit. num. 331.
230 Peccatum vix potest vitari in curia rei familiaris. & plurib. modis vnum peccatum dicitur maius alio.
232 Consensus in delectatione peccati mortalis an sit peccatum mortale.
233 Peccatum an in sola cogitatione committatur: remiss.
234 Peccatum maius seu peius quod dicatur. nu. seq.
235 Peccatum carnis dicitur grauius, & quare.
236 Parricidium aut Fratricidium est grauius peccatum quàm sacrilegium, inspecto genere delicti: inspecta autem persona, cui specialiter fit iniuria sacrilegium est maius crimen.
238 Trinitati sanctissimæ cur patri attribuatur potentia, filio sapientia, & spiritusancto bonitas.
239 Peccatorum sex sunt species, quæ peccata in Spiritũsanctũ dicũtur, & quę.
240 Peccat quis in Deum trib. modis. & quomodo.
241 Confitendum cui sit.
242 Papa non posset committere non sacerdoti, q̃ absolueret à peccatis, nec q̃ celebraret: absolutionem aũt ab excommunicatione potest ei cõmittere.
Peccata remittũtur per ministerium sacerdotis, qui in tali casu est iudex, & dicitur comedere peccata populi.
243 Sacerdotes appellantur quandoque Christi, quandoque dij, & quandoque vicarij domini: quos lædens punitur tanquam pro crimine publico.
244 Diaconus in necessitate potest audire confessionem, non tamen absoluit.
245 Pœnitens an teneatur confiteri meliori sacerdoti quàm potest.
246 Confitendum quare sit homini: & cui sacerdoti sit confitendum, an necesse sit confiteri proprio sacerdoti. num. 247.
248 Sacerdos proprius, cui debemus confiteri, quis dicatur.
249 Sacramenta ecclesiastica quilibet ciuitatis & diœcesis potest recipere apud ecclesiam cathedralem.
250 Episcopus potest audire confessionem subditorum inuitis curatis.
251 Cura animarum quid sit, & quando dicatur inhærere beneficio. nu. seq.
252 Presbyter parrochialis de quib. tenebit reddere Deo rationẽ in die iudicij.
253 Parrochiæ limitatę fuerunt tempore Dionysij, in aliquib. autem terris non sunt distincti limites parrochiarum.
254 Presbyter parrochialis simpliciter institutus per episcopum non expresso, quòd possit audire confessionem parrochianorum, nunquid possit nihilo minus eos audire.
Et quis dicitur eius parrochianus, vt sic illi confiteri debeat. num. 255.
256 Sacerdos proprius nunquid possit vbique subditũ suũ audire & absoluere.
257 Confessio an possit alteri committi.
258 Religiosi non debent audire confessionem alicuius, licèt aliàs de iure vel priuilegio possent, sine licentia eorum superioris.
259 Episcopus habilitare potest religiosos ad audiendas confessiones, qui sunt in suo episcopatu, non autem alios, qui sunt in alijs episcopatibus.
260 Confessus alicui priuilegiato seu deputato per superiorem ad audiendum confessiones, an teneatur etiam confiteri proprio sacerdoti.
261 Confiteri nunquid possit quis in aliquo alteri quàm proprio sacerdoti.
262 Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate.
263 Peccator, qui confiteri vult debet quærere sacerdotem, qui sciat soluere & ligare.
264 Nemo potest in alium plus iuris transferre quàm ipsi cõpetere dignoscatur.
265 Confessio non est dimittenda propter imperitiam sacerdotis, quando nõ reperitur alius sacerdos.
266 Parrochianus si transferi domicilium suũ, sacerdos ad quem transit, dicitur proprius sacerdos, & desijt esse parrochianus primæ ecclesiæ.
267 Forum quis sortitur ratione delicti: quomodo hoc intelligatur. non enim habet locum in pœnitentialibus. nu. seq.
268 Forum sęculare & spirituale valdè differunt: item & forum iudiciale in spiritualibus, & forum pœnitentiale.
269 Consuetudo est optima legum interpres.
270 Parrochianum alienum nullus potest absoluere sub spe rati.
271 Dictio, prius, denotat ordinem.

272 Peregrini & Romipetæ an possint confiteri alieno sacerdoti.
273 Roma, vbi est sedes Papæ, in spiritualibus est omnibus communis patria.
274 Scholares, mercenarij, & alij incolæ annales cui sacerdoti confiteri debeant.
275 Parrochianus quis dicatur.
276 Peregrinus, qui habebat crimen, cuius absolutionem sibi retinuerat episcopus, nunquid in peregrinatione possit absolui à simplici sacerdote.
277 Communio potest ad tempus differri ex causa.
278 Sacerdos vnus parrochialis an possit absoluere alium sacerdotem.
279 Confitendum an sit laico: & nunquid in necessitate sit confitendum sacerdoti hæretico, scismatico, excommunicato, vel simili. nu. 280.
281 Sacerdos parrochialis nunquid debeat credere subdito dicenti se confessum alteri, vt sic Eucharistiam ei det.
282 Non confitens debet ab ecclesia coerceri, & Christiana priuari sepultura.
283 Fratres prædicatores & minores an possint confessiones audire, & absoluere.
Et quid si prælati in diœcesibus nolint eos admittere. nu. 284. & si admittunt, quousque duret concessio.
Coniecturis non est opus in his, quæ certa sunt.
284 Non confitendi suo parrochiali quæ potest esse iusta causa.
285 Sacerdos ignorans an & quando sit vitandus.
286 Curiales cui debeant confiteri. nu. seq.
287 Papa tenetur confiteri sicut & quilibet alius.
288 Cardinalis cui confiteri debeat: & quid quando est absens.
289 Pœnitentiarius summus est curatus omnium mansionariorum curiæ Papæ.
290 Prælati cui debeant confiteri.
291 Archiepiscopus an possit episcopum compellere, vt sibi confiteatur.
292 Beneficia principum latè sunt interpretanda.
293 Reges & alij domini temporales cui confiteri debeant.
294 Confiteri cui debeant ij, qui pro parte anni manent in vna parrochia, & pro parte in alia. supra nu. 272.
295 Confessorem nunquid possit sibi quis eligere absque sui superioris licentia, & hoc per consuetudinem induci.
296 Episcopus nunquid possit eligere diuersos confessores, & sæpius variare.
297 Eligere factis & mentis intentione plus est, quàm verbis.
298 Confessio sacerdoti facta, qui non de iure tenet beneficium, an valeat.
299 Veritas in foro conscientiæ præualet opinioni.
300 Officialis episcopi an habeat auctoritatem in pœnitentijs circa casus episcopales, & circa quæ possit se interponere.
Et quid differat à Vicario Episcopi.
301 Cura fori contentiosi an sit dignior quàm cura fori pœnitentialis remissiuè.
302 Officialis episcopi & vicarius etiam appellatur quasi alterius vices gerẽs.
303 Sacerdos proprius ad concedendum licentiam quis censeatur.
304 Episcopus potest dare licentiam sibi eligendi confessorem omnibus suis subditis: omnes enim de sua diœcesi sunt eius parrochiani, & concurrit etiam cum curatis in administrandis sacramentis diœcesis.
305 Licentia alteri confitendi quam proprio sacerdoti qualiter peti debeat: & quid si non potest haberi.
306 Peccata sine circunstantijs an & quando confiteri debeant.
307 Parrochianus petendo licentiam à proprio sacerdote de confitendo alteri, an debeat exprimere causam, quare vult ad alium accedere.
Forus pœnitentialis non sequitur morem fori contentiosi.
309 Licentia alteri confitendi nunquid sit necessarium quòd sponte cõcedatur.
310 Pœnitentia inuito dari non debet.
311 Sacerdos qui suo parrochiano non vult dare licentiam alteri confitendi nisi per pecuniam, symoniam committit.
312 Licentia alteri confitendi si sit alicui concessa ab episcopo, quòd possit confiteri toto tempore vitæ suæ, & moritur episcopus concedens, an hęc cõcessio duret in tempus successoris.
313 Pœna non confitentis vel communicãtis semel in anno quando incurratur.
Dictio, alioquin, facit conditionem. ibid.
314 Pœna quòd quis arceatur ab ingressu ecclesiæ, si non confiteatur semel in anno, quæ sit.
Et nunquid censeatur ipso iure imposita, an verò per sententiam. nu. 315.
356 Non confitens semel in anno nunquid moriens priuetur ecclesiastica sepultura ipso iure, an per factum hominis.
Et quid includatur in denegatione sepulturæ.
317 Mortem qui sibi consciuerunt, non in cœmeterijs, sed in campis sepeliuntur.
318 Pœnæ non sunt trahendæ ad alios casus.
319 Sepultura in quibus casibus denegetur, remissiuè.
320 Non confitens semel in anno nunquid incurrat pœnas ne sepeliatur in loco sacro, &c. si hoc statutum esse ignorat.
321 Ius notum ignorare non licet.
322 Ignorans id, quod scire potuit, licèt non excusetur à toto, excusatur tamen à tanto.
323 Dictio, quis, multis modis accipitur in scriptura.
324 In sacerdote quæ requirantur, vt possit ligare, & soluere, ad hoc vt dicatur sufficiens. nu. seq.
Ignorantia enim eius dicitur inexcusabilis. nu. 325.
326 Impossibilium nulla est obligatio.
327 Necessitas facit licitum, quid aliàs foret illicitum.
Confessio de necessitate potest fieri laico. ibid.
328 Scire, vel scire debere, paria sunt.

329 Confeßor existens in peccato mortali audiendo cõfessiones mortaliter peccat:& nunquid ei fieri possit confessio.nu.331.
330 Dæmon dictus à scientia:scientia enim per se inflat: addita autem charitati vtilis est.
332 Confiteri quòd potius debeamus consciẽtiato quam scientiato,qñ procedat.
333 Confeßor quid habeat considerare circa pœnitentes, & qua forma facere debeat confessionem.
334 Sacerdotes sunt vicarij Iesu Christi,& habent claues regni cælorum, & iudicant pœnitentes.
335 Confessor debet esse discretus in benignè admittendo pœnitentem, & debet semper in minorẽ partẽ declinare,maximè in imponẽdo pœnitẽtiã.
Et quòd sex qualitates in eo requiruutur,remißiuè.ibid.
Et quę præcipuè considerare debeat.
Vbi quòd meretur audiendo confessiones, si pura & bona intentione hoc faciat.nu.336.
337 Sacerdos simplex à quibus possit absoluere,& à quib.non nu.seq:
Casus episcopales de iure quatuor, & quinque de consuetudine. ibid. & qui sint,vide nu.341.& 344.
338 Pœnitentia solemnis & publica pro quib.criminibus sit indicenda.
339 Blasphemare publicè qui dicantur.
340 Clericus non debet publicè pœnitere.
341 Sacrilegium omne censetur casus episcopalis; item
Sortilegia & diuinationes.
342 Episcopi in suis episcopatibus possunt,prout eis magis expedire videbitur,casus reseruare,dummodò hoc malitiosè non faciant.num.seq.
343 Sententia erronea Papę non seruatur pro iure.
344 Pœnitentia solemnis imponitur solum ab episcopo, vel de eius mandato à sacerdote.
345 Excommunicatos maiori excommunicatione absoluere non competit nisi episcopo.
346 Votorum commutatio,maximè pro succursu terræ sanctæ,visitandi limina Apostolorum Petri & Pauli, & D. Iacobi, pertinet ad solum Papã.
Idem in voto intrandi religionem.
347 Dispensatio malè ablatorum an per tineat episcopo, quando non extant ij quib.est facienda restitutio.
348 Æquiparatorum eadem est dispositio.
349 Pœnitentia matrimoniorum clandestinorum an spectet ad episcopum.
350 Episcopi poßunt facere constitutiones synodales, vt parentes non teneant filios paruulos in lectis eorum.
351 Homicidium non est de casibus reseruatis episcopo, sed sacerdos potest à dicto peccato absoluere. quo ad officium autem requiritur dispensatio Papę.
Curia tamẽ Romana videtur reseruare huiusmodi absolutionẽ Papę.ibid.
352 Peccatum contra naturam est casus episcopalis, & est peius adulterio, & incestu.
353 Confeßor,vbicunque delictum est graue vel enorme, superioris consilium petere debet.
354 Ecclesia iudicat etiam de occultis in foro pœnitentiali.
355 Casus episcopales enumerantur.
356 Adulterium an sit casus episcopalis.
357 Pœnitentiarij Papæ non poßunt absoluere à casib. ipsi Papæ reseruatis sine speciali commissione.
358 Absolutio differt à dispensatione: vnde licentia Apostolica, quòd quis possit absolui à casib.Papalibus,non trahitur ad dispensationem super irregularitate,& similib.Et absolutio est necessitatis, dispensatio vero dignitatis.num.369.
359 Archipresbyter non potest absoluere à casib. episcopo reseruatis sine ipsius episcopi cõmissione:& quare superiores reseruẽt sibi aliquos casus.
360 Sacerdos quilibet in casu necessitatis est summus Pontifex quò ad potestatem ordinis & iurisdictionis.
361 Incestus spiritualis an sit casus episcopalis.
362 Episcopus si alicui committit vices suas circa confessiones audiendas, nunquid poterit talis circa casus maiores & episcopales.
363 Verba generalia generaliter sunt accipienda.
Et quandoque referuntur ad casus specialiter prolatos.nu. 364.
365 Confessor quid agere debeat,quando peccata sibi confitentur, à quib.non potest absoluere,
366 Saluti propriæ vnusquisque magis obligatur quam alienæ.
367 Confitens si fuerit excommunicatus,& non possit absolui à suo confessore, nunquid absoluetur ab alijs peccatis.
Et quid si non potest haberi recursus ad eum,à quo sit absoluendus.
368 Sacerdos vnus an possit audire confessionem,& alius absoluere.
369 Confeßor an possit illam absoluere,cum qua peccauit.
370 Sacerdos orientis nũquid audiet confessionẽ suę vxoris,& ipsam absoluat.
371 Confessor quid agere debeat,si credit,q̃ confessus non faciet pœnitentiam, aut aliud quod promittit.
372 Excommunicati in absolutione iurant:& non solum iurant, sed etiam antequam absoluantur,prius satisfacere debent,quando sunt excommunicati pro notoria seu manifesta offensa.
373 Confeßor an teneatur confitẽti reducere ad memoriam peccata, quæ audiuit vel scit eum commisißę.
Et an in aliquo teneatur confitenti,& econtra.nu.374.
Confeßor dicitur medicus animarum.ibid.
375 Sacerdos habens parrochianos surdos,cęcos,mutos,furiosos, vel dęmoniacos,quos scit eße in peccato mortali,quid facere debeat.
376 Negligentia in prælato est peccatum mortale.
377 Sacerdos parrochialis quid agere debeat,cùm videt parrochianum publicè peccare.
378 Confeßori an liceat inquirere à confitente specificationem personæ, cum qua peccauit.
379 In confessione nunqnid sint faciendæ interrogationes.
380 Circunstantiæ quæ dicantur.
381 Simbolum quare ita dicatur.
382 Fidei articuli secundum Decretistas sunt septem, secundum autem theologos, duodecim, & secundum aliquos quatuordecim, qui ad 12. reducuntur.
383 Confessor cautus esse debet,vt non plures interrogationes faciat quàm expediat.
Et quid sibi sit agendum,si ei occurrat dubium super confessione. numero 384.
385 Iudicandum in dubio est pro reo:secus in causa matrimonij,dotis, libertatis,seu testamenti,quando pro istis lata fuerit sententia.
386 In obscuris inspicitur quod est verisimilius,vel quod plerumque fieri consueuit,
387 Absolutio à peccatis nunquid fieri possit per litteram,vel per nuncium:& quid de absolutione ab excommunicatione.
388 Confessor nunquid debeat primò absoluere quàm pœnitentiam dare: & quem ordinem seruare debeat.nu.seq.
389 Ineße dicitur,quod fit incontinenti.
390 Ligandi & soluendi par est uis.
391 Absolutio à peccatis qua forma fieri debeat: & quid dimittat sacerdos in absolutione.num.400.
392 Quodcunque ligaueris,&c.quomodo hęc auctoritas intelligatur.
Et quam potestatem contulerit Dominus Petro per dicta verba.
393 Ecclesia Romana nunquam à recta fide erraui t.
394 Pœnitens dicitur confiteri Deo in presentia sacerdotis, & sic ipse sacerdos ministerio & non auctoritate dimittit.
395 Confessor quando dicatur absoluere:vbi quòd tribus modis ligat & soluit.
396 Absolutio à peccatis quid operetur.
397 Confessio frequens potest esse talis, quòd vis clauium deleat omnem debitam pœnam,& fieret augmentum gratiæ.
398 Sacerdotes Testamenti veteris non habuerunt claues regni cęlorum.
399 Confiteri spectat ad claues ordinis tantum, excommunicare, iurisdictionis tantum.
401 Manus impositio quare non requiratur super caput confessi.
402 Culpa quid sit,& quid pœna in peccatore.nu.seq.
403 Pęna perpetua remittitur à summo opifice, dum videt contritionem peccantis, & mutat eam in temporalem sustinendam in Purgatorio, numquam autem requiritur pęna ante culpam. ibid.
404 Homo peccando offendit etiam ecclesiam,idest totum collegium fidelium: & licèt per contritionem veram tollatur culpa vel reatus quò ad Deũ, non tollitur tamen quo ad ecclesiam militantem.
405 Papa quomodo possit absoluere à pœna & à culpa.
406 Confessor an possit absoluere habentem vsuras,seu male ablata, non facta restitutione.
407 Hæres defuncti non potest absolui,nisi restituat rem illicitè acquisitam, licèt defunctus impenitens decesserit.
Et an teneatur vltrà vires hæreditatis.remissiue.
408 Peccatum non tollitur per restitutionem,nisi sequatur pœnitentia.
409 Furto surripiens rem propriam furto subtractam,æquivalens in defectum probationis seu iustitiæ,non tenetur restituere, nec peccat, dumtamen scandalum non possit alij generari ex hoc.
410 Condemnatus ad restitutionem rei suæ quamuis de iure ciuili restituere teneatur,tamen quia dominus remanet,non peccat illam tenendo.
Idem si per errorem sit condemnatus.
411 Dominum aliquem eße alicuius rei difficilè est probare.
Præscribens tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, si superueniat scientia rei alienæ.
412 Recipiens aliquid symoniacè non potest pœnitere,nisi illud restituat.
413 Confessor accelerare non debet ad absolutionem, si timet, quòd per huiusmodi absolutionem fieret confitens negligentior ad restituendum.
414 Saluari vt quis possit de necessitate est peccatum vitare.
415 Sententiam iniquam obtinenti iniungi debet in confessione, quòd restituat.
416 Restitutio an & quando de malè ablatis sit facienda.
417 Restitutio est facienda & de bonis animæ: de bonis corporis: de fama: de honore.
718 Consulens an & quando teneatur.
419 Episcopus conferens beneficium indigno tenetur Ecclesię ad emendationem damni,& confessor hoc ei iniungere debet.
420 Ius positiuum vbicunque habet concursum legis & æquitatis naturalis,& disponit super restitutione, vel retentione, seruanda est talis lex etiam in foro conscientiæ.
Et vbicunque inter legem positiuam & naturalem datur discrepantia, seruanda est lex seu æquitas naturalis in foro animę.
421 Pœnitentia quęnam sit iniungenda infirmo,seu innotescenda.
423 Confessoris arbitrium in pœnitentia iniungenda quale esse debeat.
424 Pœnitentia debet esse talis,quòd aut crimen æquet,aut excedat.
425 Pœnitentia certa imponi non debet pro peccato occulto,ne per hoc,peccatum percipi possit.
426 Militi occidenti clericum quę pęna sit iniungenda.

427 Confessor

427 Confessor debet eße misericors & benignus in pœnitentia imponenda: & debet diligenter attendere circunstantias,aliàs pœnitentia esset falsa.
428 Pœnitentia est arbitraria:quomodo hoc sit intelligandum. & quomodo imponi possit.
429 Peccatum est non dicere ea,quæ ad suum spectant.
430 Fur non obstante quòd restituere debet rem, debet etiam agere pœnitentiam pro peccato.
431 Punito in foro temporali debet iniungi parua pœnitentia.
432 Iurans tempore maximę necessitatis non peccat, tenetur tamen ad restitutionem,cùm potest.
433 Pœnitentia nõ debet esse aspera,& peccant grauiter in hoc sacerdotes, qui nimis grauem imponunt pœnitentiam.
434 Peccatores sunt blandè trahendi.
435 Pœnitens non interpretatur pœnitentiam sibi impositam.
Confessor quas pœnitentias licitè imponere possit. ibidem.& nu.seq.
436 Confeßor semper cauere debet,ne ex pœnitentia,quam iniungit, alteri fiat præiudicium.
Elemosinam autem à pœnitente oblatam licitè recipit.num.437.
438 Mulieri prægnanti quæ pœnitentia sit iniungenda.
439 Confessor si alicui iniungit,q̃ missas celebrari faciat,non debet ipse capere ad celebrandum.
Clerico omittenti dicere officium quæ pœnitentia sit iniungenda.ibid.
440 Confessor non debet iniungere superiori, vt veniam petat ab inferiore de aliquali excessu correptionis.
441 Doctori erroneè consulenti debet iniungi quòd satisfaciat parti læsæ.
442 Pœnitentia non est iniungenda de malis sequutis ex peccato.
443 Testi falso quæ pœnitentia sit imponenda.
444 Iudex non interrogans testem vt debet, tenetur parti ad interesse in foro pœnitentiali.
Idem,si dictum testis malè redigit in scriptis in damnum partis.
445 Lex si imponit pœnam dupli,sufficit in foro conscientiæ reddere simplum.
446 Iudex iniquè pronuncians tenetur,etiam si pars non appellat.
447 Pœnitens nunquid completa pœnitentia sit totaliter absolutus.
448 Pœnitentiæ fructus.
449 Peccatum quandoque donatur,quandoque deletur,& quandoque tegitur: hinc enim dicitur,q̃ sacerdotes peccata populi comedunt.
450 Peccator si moriatur durante tempore pœnitentiæ,non obest quò ad vitam æternam.
451 Confessor si minus sufficientem pœnitentiam imposuit, à Deo supplebitur.
452 Confeßor quare pœnitenti dicat,Quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum.nu.seq.
Peccator est debitor satisfactionis dupliciter,& quomodo.
453 Opus,quod quis facit ex iniunctione sacerdotis,dupliciter valet pœnitenti: & qualiter.
454 Satisfactio pœnitentis ad duo valet, ad expiationem culpæ præteritæ, & ad cautelam futuræ.
Confessor potest petenti satisfactionem iniungere vel ex proprio arbitrio, vel ex consilio alieno.ibid.
455 Confessor nunquid poßit commutare pœnitentiam quam iniunxit.
456 Inferior nunquid possit pœnitentiam à superiore iniunctam alicui relaxare.
457 Pœnitere se dicens,sed non vult subire onus pœnitentiæ, dicens se tenerũ, & huiusmodi,quid sit agendum.Et quid si confessor dubitat illum non facturum pœnitentiam.
458 Satisfactio est de partib.principaliorib.pœnitentiæ.
459 Pœna mortis nunquid diminuat aliquid de pœna debita pro peccato.
460 Pacientia est virtus & radix omnium virtutum.
461 Pœnitentia solemnis & publica qualiter fieri debeat:& à quib.imponatur & pro quib.criminib.& quid operetur.
Quòd hodie non est in vsu.
462 Satisfactio quid sit.
463 Mala sunt radicitùs extirpanda.
464 Peccator nunquid possit satisfacere de vno peccato sine alio.
465 Satisfactio nunquid fieri debeat per opera penalia.
466 Eleemosinam non faciens existenti in suprema necessitate, cùm poßit, peccat mortaliter.
467 Satisfactio in quibus consistat.
468 Flagella,quib.in hac vita à domino flagellamur, an sit satisfactoria.
469 Satisfactorium quid magis sit,eleemosina,oratio an ieiunium.
eleemosina quàm sit proficua:& triplex est.num.470.
471 Eleemosinam dare an sit sub præcepto.
472 Eleemosinæ corporales quæ: & quæ spirituales.
473 Eleemosinæ corporales sunt potiores quam spirituales.
474 Eleemosina liberat à morte peccatorem:& quomodo sit facienda, & cui.
475 Eleemosinam faciens ad pompam,vel martirium sustinens demeretur.
476 Eleemosina an fieri possit de malè acquisitis.
477 Pauper potest implorare officium episcopi ad compellendum diuitem ad faciendum sibi eleemosinam.
478 Restitutio nunquid sit pars satisfactionis.
479 Satisfaccre nunquid possit vnus pro alio.
480 Pœnitentia perfecta cogit peccatorem omnia libenter sufferre.
481 Satisfacere nunquid possit viuus pro mortuo.
482 Peccator nunquid per satisfactionem possit dignè Deo recompensare: Et quare Deus requirat satisfactionem.
483 Satisfactio iniuncta,sed in peccato mortali expleta nunquid debeat reiterari.num.seq.
484 Debitum bis ab eodem exigere bona fides non patitur.
485 Satisfactio nunquid fiat per opera extra charitatem facta.
486 Opera viua quæ dicantur:& quæ mortua,& quæ mortificata.
487 Opera bona extra charitatem facta nunquid ad aliquid valeant: & ad quid valeant.nu.seq.
488 Mandatum ecclesiæ ita obligat sicut mandatum Dei.
489 Prosperitas huius seculi facit perdere spem vitæ æternæ.
490 Liberum arbitrium valet ad impetrandam gratiam.
491 Confessor an in omni casu teneatur confessionem celare.
492 Confessionis reuelator quis dicatur.
493 Confessio etiam fictè confitentis est celanda.
494 Sacerdos quando dicatur scire vt Deus.
495 Peccatum in confessione dictum potest argui in genere.
496 Confessor si ex confeßione scit aliquod malum seu periculum futurum, an teneatur celare.
Et quid propter publicam vtilitatem, si aliquid machinaretur in periculum Reipublicæ.num.497.
498 Non sacerdotes,qui interdum sunt interpretes confitentis,an teneantur celare confessionem.
499 Dicens alicui secretum sub sigillo confessionis,an teneatur illud celare.
500 Confeßor nunquid celare teneatur, si quis reuelat ei in confessione debita, credita,vel deposita, & posteà fit publica inquisitio de prædictis.
Quid autem, si iudex instet & inquirat, an aliquid de hoc sciat siue per confessionem,vel alio modo.num.501.
502 Laicus si audiuit in confessione crimen in casu necessitatis, non potest cogi testificari super illo,& dicere potest,nescio.
503 Confessori an liceat reuelare peccatum,quod aliàs præter cõfessionem scit.
Et si reuelat peccatum, quod scit in confessione, an probet eius testimonium.num.504.
505 Abbas si per confessionem sciat peccatum alicuius prioris sibi subditi, cuius peccati occasio est ipse prioratus,quid agere debeat.
506 Confessionis audientia nullum ius præbet in alio foro.
507 Pœnitens nunquid teneatur celare iniunctionem pœnitentiæ.
508 Confessionis sigillũ nunquid se extendat ad alia, quæ nõ sunt de cõfessione.
509 Prohibitũ qñ aliquid est,prohibetur etiã oẽ id,per qd̃ peruenitur ad illud.
510 Confitens an teneatur celare personam,cum qua peccauit.
511 Confessor nunquid possit reuelare bona opera alicuius, quæ fecit, si ea scit per confessionem.
512 Confessor nunquid debeat episcopo reuelare, quòd ecclesia fuerit polluta, puta quòd quis dormiuit cum muliere in aliqua ecclesia: & an Ecclesia per occultam pollutionem sit reconcilianda.
513 Peccator percipiens quòd episcopus certus est de suo peccato,& venit ad ipsum peccata sua confitens,vt ipsius correptionem illudat, an teneatur celare.
514 Confeßio an poßit reuelari de licentia confitentis.
Et quare celari debeat.nu.515.
516 Confessor si indiget consilio alicuius vel Episcopi de modo pœnitentiæ, vel huiusmodi,an possit dicere illud peccatum etiam reuelata persona.
517 Pœna reuelantis confessionem quæ.
Et quomodo probabitur,q̃ sacerdos reuelaserit crimen ei dictum in confessione.num.518.

VINTO Discurram de sacramento pœnitentię, in quo hoc ordine procedam. Primo quæram aliqua in genere de ipsa pœnitentia. Secundo in 13.q. & sequentibus de partibus pœnitẽtię, & per prius de prima parte,videlicet cõtritione cordis.Tertio de secunda parte, s.oris confessione,in 31.& sequentibus.Quartò, qualiter teneamur ad confessionem,in 42.q.& sequen. Quintò, qui teneantur ad confessionem,& de peccatis,in q.64.& sequen.Sextò, cui sit confitendum,in q.73.& sequentibus. Septimò, quo ad licentiam alteri confitendi,in 102.q.& seq.Octauò quo ad sacerdotem & ipsius potestatem,in quæst.113.& sequenti. Nonò quo ad absolutionem in 118. quæst.& sequen. Decimò quo ad tertiam partem pœnitentiæ in 133.quæstio. & seq. Vndecimò quo ad satisfactionem in q.142. & sequẽ. Duodecimò quo ad confessionis celationem,in q.155. & sequen.

1 ¶Primò quæro,quomodo † accipitur pœnitentia. Respõdeo quandoque sumitur pro passione & amaritudine peccati,de pœniten.dist.3. pœnitentia. vbi exponit Archi.i.passio. Quandoque ponitur pro remissione peccatorum ,50. dist.si quis præpostera.& per Archi.16.q.1.peruenit, Quandoque accipitur pro operis satisfactione, de pœn.& re.c.omnis.ibi, pœnitentiam iniunctam.& quod not.de pe.dis.1.in 14. col.in c.pœnitentia. Quandoque appellatur disciplina, de regula.c. fi.iuncta gl.vnde legitur in sum.fratris Asten.ord.minorum, quæ Summa Astensis nuncupatur, in quinto libro eiusdem summæ,tit.1.quòd pœnitentia secundum Riccar. & communiter alios doctores potest quatuor modis accipi.Vno modo pro remedio contra peccatum mortale actuale per sacer-

dotes ministrando,& sic pęnitentia est sacramentum, & non virtus. Alio modo pro habitu humiliante hominem ad pœnitendum sub debitis circunstantijs,& sic est virtus. Tertiò mõ pro actu pęnitendi,& sic nõ est virtus,sed virtutis actus. Quarto modo pro dolore sensibili pro peccato cõmisso, vt ibi latius,vbi etiam ꝙ ex seipso & suis viribus quis pęnitere non potest,ibi videas & ꝙ pęnitentia sit specialis virtus, per Pet.de Pal.in 4.dist.14.q.2.& an sit prior aliarum virtutum, per eundem ibidem,q.3.Item est actus voluntatis, & est in innocẽtibus,qui peccare potuerũt,& in beata † Virgine,quę ante conceptionem filij peccare poterat, licèt nunquam peccauerit,secundum eundem ibidem, q.4.ad hoc quod not.de hære.cle.ad nostrum.in verbo,impeccabilis. Et ꝙ pęnitentia sit sacramentum,per eundem Pe.ibidẽ.q.1.in prin.& dis.16. q.4.in 2.col.& est de septem sacramẽtis: ideo si quis sentiret aliter quàm teneat ecclesia,esset hereticus,vt in c.ad abolendam.de hære.& s̃.de sacramentis in communi,in prin.

3 ¶Secundò † quæro,quid est pęnitentia.Respondeo,secũdum Ambrosium,pęnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere,de pę.dist.3.in princ.cõcor.Gregorius dicens,pęnitere est ante acta peccata flere, & flenda iterum non committere: & sic dicunt Tho. & Petr.in 4.dist.14.Diffinitiones istæ datæ sunt per effectus pęnitẽtię, quę diffinitur per duplicem actum,vnũ qui est respectu peccati præteriti,s.præterita mala plãgere: alterum respectu futuri,s.plangenda non committere.Primus est in re : secũdus est in proposito , i.vt proponat talia de cętero non committere. Accipitur ẽt huiusmodi fletus communiter siue pro interiori siue pro exteriori:& hæ diffinitiones secundum Tho. completissimæ sunt,& ad has reducuntur aliæ,vt Augustini, quæ habetur in lib.de pęn.& de pœnit. distinct.3. cap. pęnitentia videlicet quòd pœnitentia est quædam dolentis vindicta puniens in se , quod dolet commisisse . Et alia diffinitio Ambrosij,Pęnitentia est dolor cordis & amaritudo animæ pro malis,quæ quisque commisit. Et dicitur pęnitentia, quasi † pęnę tentio,s.ad puniendum illicita,quæ sunt cõmissa.Idem in sum.confes.lib.3.tit. 34.q.1. Prædictæ autem diffinitiones sunt potius secundum effectus quàm s̃m essentiã: Secundum enim essentiam videtur sic posse diffiniri:Pęnitẽtia est vnum de sacris ecclesiæ,quo bene dispositis semper remittuntur peccata:probatur extra de sum.tri.& fi.catho. c.j. §.sacramentum.vbi dicitur,& si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum , per veram semper potest pęnitentiam reparari,secundum Fratrem Nic. Osim. in addi.post Pisa.in verbo,pęnitentia.§.1.& per Pe.de Pa.in 4.dist.14.q.3.ante fi.& in dicta sum. Astensi, libr.5.titu.1.vbi etiam ꝙ hæc diffinitio ꝙpletissima est,videlicet, pęnitẽtia est gratia vel virtus, qua cum emendationis proposito præterita mala plangimus & odimus,& plangenda iterum committere nolumus:vbi latius,& de hoc per Host.in sum. de pę. & remiss.§.j.& per Arch.de pę.dist.3.c.1.per Gui.de mõte laudu.in suo sacramentali,de sacramento pęnitentię 6.colũ. Sic ergo sufficit ad veritatẽ pęnitentiæ commissa plangre, & firmiter in animo proponere alia non committere , quæ si cõmittantur,apparet nunc ꝙ prima pęnitentia non fuit perfecta,nec prodest ad salutem, nisi homo per aliam pęnitẽtiam iterũ reparetur,de pę.dist.3.§.sed verba superius inducta. cũ sequentibus secundum Host.vbi.s̃.vnde ad verã pęnitẽtiam non requiritur,ꝙ aliquis vlterius non peccet , quia de essentia alicuius rei non est aliquid futurum , requiritur tamen ꝙ doleat de commissis,& proponat abstinere,& nõ faciat, quia si non deponit animum peccandi,non absoluitur , de pœ. & remiss.quod quidã . licèt imponatur tali quædam pęnitentia consultoria & pęnę releuatoria,non autem vera,vt ibidẽ per Doct.& Fran.de Zab.post glo.in c.ex tuę.in fi.de symo.& totum hoc debet sibi declarari secundum Tho.in quolibet. vn de non plene pęnitenti debet sacerdos pęnitentiam innotescere , non iniungere,de pęn.dist.3.nihil. secundum Fran. in cle.dudum.ver.ab olim.4.notabili.& facit quod not.de pęn. & remiss.c.officij.in verbo, pœnitentia. & quod not. de elec. c.2.glo.fi.Si ergo perseuerat in crimine,abest caritas , & non prodest pœnitentia,de pœ.dis.2.c.1.& c.caritas est a qua. & per totam.& dist.3.circa fi.& per totam , & in pluribus casibus pœnitentia dicitur falsa,vt per Arch.de con.dist.2.& dixit.ad quod vide j̃.q.5.& 7.vnde confitens† & non pœnitẽs non vere implet præceptum ecclesiæ de confitendo semel in anno,vt per Pet.de Pal.in 4.dist.15.q.5. & j̃. q. 34. & q. 139.

6 ¶Tertiò quæro, vtrum † de quolibet peccato possit agi pœnitentia.Respondeo secundum Petr. hæc est differentia spiritus vniti carni & separati, quia ille est susceptibilis pœnitentiæ,iste non,secũdum Damascenum:hinc est,ꝙ de omni peccato commisso a spiritu in carne existente potest agere pœnitentiam. post separationem non potest, secundum Pisa.Idem in sum.confes.lib.3.tit.34.q.2. vbi etiam additur secundum eundem.Sunt tamen peccata quædam,de quibus difficilius agitur pœnitentia,quæ scilicet nõ committũtur ex fragilitate vel ignorantia obnubulatæ rationis per carnem, sed ex malitia,ideo in his difficilius agitur pœnitentia:& sic
7 intelligitur illud Math.12.Qui peccauerit † in spiritum sanctum non remittetur ei &c.i.vix remittetur , secundum Fra. Nico.in addi.& in sum. Astensi.lib.5.titu.3.& facit j̃.q.72.

8 ¶Quartò quæro , An de quolibet † peccato debeat esse perpetua pœnitentia.Respondeo, secundum Pet. pœnitentia peccati exterior non oportet ꝙ sit perpetua saltẽ quantũ ad habitum,sicut de contritione dicitur,j̃.q.25.secundũ Pis. Idem in sum.confes.eod.tit.quæst.3.secundum Fratrem Ni. in addi.ad Pisa.

9 ¶Quintò † quæro,an uere pœnitens possit postea peccare mortaliter?Videtur ꝙ non,nam si peccet , videtur ꝙ non fuerit vere pœnitens : inanis est enim pœnitentia , quam sequens culpa commaculat:& facit de pœn. dist.3.circa princ. quod verum est,qñ eodem tẽpore , quo pœnitet peccat: secus si diuersis temporibus,secundum Ray.magistrum sentẽtiarum,Tho.Pet.& in sum.confess.eod. tit. q.4.secundũ Fra. Ni.in addi. & dixi s̃.q.2.in fi. cum ergo agitur pęnitentia de
10 vno,& non disceditur † ab alio , aut spretis pluribus de vno solo peccato agitur pęnitentia,talis pęnitentia dicitur falsa, de pęni.dist.5.fratres.Item vbi scelus non corrigitur , vt fuit in Iuda,de pęn.di.3.nihil.Item est falsa,cùm ignis alienus in corde retinetur,ea.di.inter hæc.Item est falsa , quæ non agitur pure sed simulate,quę potius Deum irritat quàm placet, ea.dist.inter hæc.Item si non desistit committere , ea.dist.ille.cum si.facit quod no.ea.dist.sunt plures.& de pę. di.5.falsas.& sequen.& §.fi.& dicitur ignis alienus mistice, ira, inuidia,& huiusmodi,d.c.inter hæc.secundum Archi. de consec.
11 dist.2.& dixit.Item† pęnitẽtia debet fieri humili corde,aliàs non valet,de pœn.dist.3.perfecta.& no.Ioan.And.in c.licet. circa prin.de voto.cum si.ad quod vide j̃.q.32.in prin.

12 ¶Sexto quæro,quot † sunt actiones pęnitẽtiæ.Respõdeo, secundum Ray.tres sunt.Prima,quæ fit ante baptismum , vt si baptizandus adultus sit, i.doli capax. Qui enim non pęni-
13 tet,nouam vitam inchoare nõ potest.Sed si pęniteat † & baptizetur,non tenetur ad exteriorem pęnitentiam, vt j̃.q.42. sed ab hac pęnitentia paruuli sunt immunes,sicut ẽt à peccato.Secunda actio pœnitentiæ est,quæ fit post baptismum de mortalibus.Tertia,quæ fit de uenialibus,de pœn.dist. 3.tres sunt.secundum Pisa.in verbo , pœnitentia.§.1. idem in sum. confess.eo. ti.q.6.s̃m Fra.Nic. in addi. & latius per Hosti.in sum.de pœ.& remi.§.quot.

14 ¶ Septimo quæro , vtrum ante † baptismum requiratur pœnitẽtia.Respondeo s̃m Pe. pęnitentia põt accipi dupliciter,vno modo prout est sacramẽtũ, & sic nõ precedit baptismũ,quia baptismus ianua est & fundamẽtũ oĩum sacramentorũ.alio modo ,put est virtus, & tũc distinguẽdũ est , qa inquantũ est virtus formata,nõ requiritur,quia sic culpa in tali non remitteretur virtute baptismi . Sed inquantũ est virtus informis,idest quædã peccati detestatio, quamuis non sufficiẽs cũ proposito emẽdãdi,requiritur, vt causa prohibẽs reciẽs cũ proposito emẽdãdi,requiritur, vt causa prohibẽs remoueatur:prohibens,quia voluntate remanente ad peccatũ non esset homo susceptibilis gratiæ,s̃m Pis. vbi s̃.idẽ in sum. con.lib.3.tit.34.q.144.Ad hoc ẽt facit,quod no. s̃m eũdem Pe.& Tho.in sum.eo.lib.3.tit.24.q.15.s̃m Fra.Ni.in addi.& per Pe.de Pa.in 4.dist.4.q.1.facit s̃.q.proxima, & j̃.q. 42.

15 ¶ Octauo quæro,vtrũ † pœnitẽtia tollat reatũ totũ,idest omnẽ obligationẽ ad pœnã.Respõdeo s̃m Pe. sicut ꝙ hominẽ sic & ꝙ Deũ offendit peccat dupliciter. Primo quidem ꝙ ęqualitatẽ amicitiæ,inquantũ debitũ affectũ nõ impẽdit.Secũdo contra æqualitatem iustitiæ, inquãtum rem honorem vel debitum obsequium subtrahit.oportet ergo vtrũque restituere, & quia restituta amicitia,non est propter hoc restituta res ablata.Ideo post remissionem culpæ remanet reatus pęnę:idẽ Tho.in 4.dist.20. s̃m Pisa. vbi s̃.idẽ in sum. confes. lib.3.tit.34.q.7.s̃m Fra.Ni. in additione. idẽ refert Arch.de pę.dist.j.si agamus.vũ dixit Pe.de Pal.in 4.dis.14.ꝙ pnia delet oĩm culpã actualẽ mortalẽ & venialẽ , cui applicat spãlet oĩm culpã actualẽ mortalẽ & venialẽ , cui applicat spãlet ter,inde Criso.de pę.di.3.taliter dicit,ẽt si ad sũmũ ꝙs puenerit

nerit malorum ; & inde reuerti velit ad virtutes, viam suscipit,s.Deus libenter amplectitur , & omnia facit quatenus ad priorem reuocet statum. Item pęnitentia tollit pęnam ęternam,tẽporalem autem,si perfecta sit,totaliter tollit,vel saltẽ minuit.item restituit omnes virtutes necessarias ad salutem: quod latius prosequere,vt in sum.fratris Anto.nunc Archi.
16 Florẽtini in c.de pęnitentia.& sic pro quolibet peccato † debetur duplex pęna,ęterna & temporalis , vt not.in c.1. circa princi.de vsuris.lib.6.& in regu.iur. peccati venia. & in c.2.
17 de rap.per glo.& doc.& j̃.q.45.in fi.Item æterna pęna† nunquam sine contritione,& per illam solam aboletur,vt no.Io. And.in c.cum tu.de vsuris.in 2.colũ.Item pęna est duplex , damni scilicet carentia visionis Dei, & pœna sensus , & hæc duplex,interior scilicet dolor animi de increato bono amisso,& exterior.s.ille perpetuus ignis & vermis,qui illos corrodit,secundum Guil.de monte laud.in sacramentali de sacramento Eucharistiæ,in 21.col.& in legenda sancti Grego. ad
18 fi.vbi etiam ꝙ † in purgatorio est duplex pœna , s.damni inquantum retardantur a diuina visione , & pœna sensus , inquãtum ab igne corporali instrõ iustitię puniũtur, s̃m theologos,& vide j̃.q.12.ante finem , & sic licèt per cõtritionem & confessionem tollatur peccatum , remanet tamen pęna in hac vita,vel in purgatorio:supple nisi esset in summa contritione,de cons.di.4.baptismi vicẽ.s̃m Arch.de pę. di.1.si peccatum.& facit j̃.q.28.& 29.circa medium,& q.130. circa me
19 diũ,& seq.& 135.Et nota,ꝙ per † remissiones releuatur quis à pęnitentia,vt per Ioã.And.in ru.de pę.& remi.in prin. vbi in fine dicit,ꝙ sum.confess.sumpsit originem à tractatu, quẽ copiose fecit Host.in sum.de pę.& remi. & de materia istarũ remissionum per Ioan.And.in c.quod aũt. de pę. & remi.ad quod j̃.q.53.dicit etiam Ioan.Ant.in d.c.quod autẽ.in prin.
20 & in 2.col.ꝙ Papa† potest remittere omnem pęnã peccati ei qui contritus est: similiter remissionem totius pęnę cõsequitur summe cõtritus,per supradicta,& j̃.q.30.& seq.& q.133. & duabus seq.Item totiens poterit quis confiteri, ꝙ tota pęna erit per illos sacerdotes remissa , j̃.q.22. post prin. & post
21 medium ibi.Item debet † esse frequẽs,vt j̃.q.34.in fi.& q.54. in fi.& 130.post medium.est enim quasi impossibile,ꝙ Deus non respiciat frequenter confitentem,vt dicit Ioan.An.in c. omnis.de pę.& remi.in 9.col.Item ducendo meretricem in vxorem consequitur quis plenam remissionem pęnarum,de spon.inter.& ibi per Fran. de Zab. in 3.opp. quia tamen homo de his proximis modis remissionum non potest esse bene certus, bonum est obtinere remissionem à Papa , vt s̃. vel accedere ad iubileum.per no.in simili j̃.q.28.& 29.ante fi.& in fi.& de iubileo habetur j̃.quæs.33.Item per professionem
22 † religionis approbatæ deletur omnis culpa, j̃.q.27.in fi.

23 ¶Nonò quæro,quot † sunt species pęnitentiæ. Respõdeo secundum Ray.tres,nam alia est solemnis : alia publica : alia
24 priuata.Solemnis est , quæ fit in capite † quadragesimæ cum solemnitate,quæ habetur l.dist.in capite.Publica verò , quæ fit publice,sed sine prædicta solemnitate,& de his habetur j̃. q.141. Priuata vero est , quæ secrete in confessione imponitur,de qua j̃.q.133.& seq.secundum Pis.vbi s̃. Pęnitẽtia priuata potius videtur dici illa,quæ quotidie fit singulariter,cũ quis peccata sua soli sacerdoti confitetur,secundum Ray. & Hostũ.& in sum.confess.eo.tit.q.8.secũdum Fra.Nic.in addi. & per Pet.de Pal. summum theologum.& canonistam in 4. dist.16.q.4.ar.1.conclu.2.vbi latius.

25 ¶Decimo quęro,vtrum pęnitentia†habeat partes, & quę sunt.Respondeo, secundum Pet.tres sunt partes pęnitentiæ, s.contritio cordis,confessio oris,& satisfactio operis: & sunt istę quasi partes integrales secundum perfectum esse pœnitentiæ:Nam licet in cõtritione dimittatur peccatum , oportet tamen confessionem & satisfactionem esse saltem in proposito , vnde de his partibus Chryso. in corde contritio, in ore confessio,in opere tota humilitas,hæc est fructuosa pœnitenria,de pę.dist.5.perfecta.concor. Tho. & Ray. secundũ Pisa.in verbo pęnitentia.§.1.Idem in sum.confes.eo.ti.q.16. secundum Fratrẽ Nic.in addi. & intellige de duabus vltimis partibus,si adsit facultas,secundum Hug.& Arc.de pę.dis.1. §.his auctoritatibus.& in sum. Astensi lib. 5.ti.8.& in summa fratris Anto.3.parte.cap.de pœnitentia.& plene per Petr.de
de ſenten.excom. §.quis poteſt. ver. ſed nunquid nudo ver-
bo.in fin.& ver.ſed nunquid ſi clericus.& ver.ſed quid ſi ex-
communicator.in fin.cum alijs ſimilibus.ſed attende,ꝙ frat.
Nicol.Oſim.in addi.ad Piſa.in ver.cõtritio. ad fi.refert Ray.
in tit.de pœn.§.19.qui incipit,qualiter &c.dicentem , quòd
opinio , quæ habet , ꝙ per contritionem tantum remittatur
peccatum , eſt celebrior : cuius veritas patet per exemplum
Lazari,

Lazari,& ſi ipſe aut frater Nico.dicit ſic : Putò autem,quòd-
duæ aliæ opiniones prædictæ ſaluari poſſent : nam licet cõ-
tritio ponat vere contritum in ſtatu ſalutis,tamen per illam
non videtur fieri ſimplex remiſſio,cùm contritus adhuc ma-
net iuxta poſſe ad confeſſionem obligatus : vnde quouſque
fuerit per ſacerdotem in confeſſione abſolutus, non videtur
dimiſſus, vt patet in Lazaro , qui licet fuerit reſuſcitatus a
Deo,adhuc tamen erat ligatus,quouſque fuit per diſcipulos
abſolutus , Io.11. Ideo plena remiſſio non videtur dari ante
confeſſionẽ,niſi impoſſibilitatis illam penitus excludat : vn-
de in lib.de Paradiſo,& de pœ.diſtin.1. non poteſt.dicit Al-
bertus, non poteſt a peccato iuſtificari quiſquam , niſi fuerit
peccatum ante confeſſus,ſecundum eum.& ſic hic etiã vult,
quòd ſaltem effectualiter ſit abſolutus, & in ſtatu ſalutis cõ-
cludit, ꝙ diuina gratia mediante contritione peccatoris de-
let omnia peccata,vt per Ioan.de Lign. poſt Docto.in dicto
82 c.omnis.vnde dicitur,quòd † remiſſio fit per contritionem,
de pœn.diſtin.1.quantumlibet.& c.quem pœnitet.ſecũdum
Ioan.And.in c.a nobis.2.in 2.colum.de ſenten.excommun.
& facit 17.q.1.qui bona.§.1.de conſecra.diſt.4.eccleſiæ cha-
ritas.33.quæſt.1.c.fin.26.q.6.his qui.& c.cognouimus. in fi.
cum ſim. ſi ergo confeſſio non contemnatur , ſola contritio
ſufficit,vt per Hoſtien.in ſum.de pœn.§.quis debet.& Arch.
de pœn.diſt.1.c.1.vnde firmiter eſt tenendũ, quòd ſola con-
tritio ſufficit ad deletionem peccati abſque oris confeſſione,
dummodo ſit cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi : re-
quiritur tamen confeſſio propter præceptum eccleſiæ,vt in
ſum.Aſtenſi,lib.5.tit.9.ad fi.& propter pręceptum diuinum
de quo infra q.47.& ſic ſatis eſt , quòd homo conteratur in-
continenti poſt perpetrationem , & per talem contritionem
cum propoſito confitẽdi tempore debito dimittitur pecca-
tum,per cap.magna.de pęn.diſtin.1. ſecundum Nico.in d.c.
omnis. 8. colum. Idem concludit frat. Antonin. in dicta ſua
ſum.3.parte.c.de confeſsione. dicens , quòd per ſolam con-
tritionem habetur remiſsio peccati:ſed nihilominus talis te-
netur poſtmodum confiteri tẽpore ſuo & ſatisfacere: & hoc
ſecundum Tho.& ratione dubij,quia certus non eſt ſi eſt cõ-
tritus,& ratione præcepti facti de confeſſione : ſi autem hoc
omittit facere tempore debito peccata quidem iam dimiſſa
non redeunt, ſed ſecundum Hug. tunc peccat mortaliter il-
lud omittendo , vt ibi latius : & his effectualiter concordat
Laud.de ſacramento pœnitentiæ , 5.colum .ver.4.an ſit om-
nino.dominus Nic.in dicto cap.omnis.penul.col.poſt multa
concludit,quòd tenendo ꝙ confeſſio ſit de iure diuino,pec-
catum intelligeretur dimiſſum per contritionem conditio-
naliter , vt ſentit Innoc. ſed tenendo quòd ſit de iure huma-
no,& tũc cum peccatum iam à Deo fuerit dimiſſum per ſo-
lam contritionem, d.c.magna. & habebat iſte propoſitũ cõ-
fitendi,ſi poſtea non confitetur , peccat mortaliter non pa-
rendo præcepto eccleſiæ , ſed peccatum iam dimiſſum non
redit,ſecundum eum.& adde infra q.proxi.

83 ¶ Trigeſimo quæro,an † ſemper ſufficiat cõtritio. Reſpõ-
deo non,ſi peccator habet tempus & copiam ſacerdotis: nõ
enim prodeſt contritio ſine confeſſione, ſi peccator tempus
& copiam habeat confitẽdi,vt per Ioan. And. in c.omnis. in
8.colum.de pœn.& remiſ.& dixi ſ̃. q.10. & proxima per to-
tam.vnde licet peccatum ſit donatum & deletum,non tamẽ
videtur eſſe tectum,immo nudum & apertum, quouſque ſit
congrua ſatisfactio facta : ſic ergo Deus donat peccatum, &
homo delet interius per confeſſionem & operis ſatisfactio-
nem,ſecundum Pet.vt refert Archi.de pœn.diſt.3. ille Rex.
in fi.nã vbi quis poteſt,confiteatur,aliàs ſi non vult, non ſal-
uatur : quod verum eſt,vt not.Archi. de pœn.diſt.1. porro.
84 §.cum ergo.ver.alij.ſi enim poteſt haberi † facultas, neceſſa-
ria eſt oris confeſsio,quæ non debet contemni , de conſe.di-
ſtin.4.baptiſmi vicẽ. & c.non dubito. & de pœn.diſt.1. agite
pęnitentiam.& ſic ſi facultas adeſt. Illud Iacobi eſt præceptũ
neceſsitatis,ſ.Confitemini alterutrum peccata veſtra. ſed cũ
facultas non ſuppetit,tunc ſufficit cordis cõtritio,ar.45.diſt.
duæ.de eo qui mi.in poſ.cum ſicut.& hoc eſt verum quo ad
culpam delendam,non pœnã : & quod dicitur, ꝙ poteſt eſſe
tanta contritio cordis,ꝙ ſufficit etiam ad pœnam delẽdam ,
cum erubeſcentia partem habeat remiſsionis, de pœ.diſt.3.
quem pœnitet.hoc non eſt ratione contritionis , ſed pœna-
litatis,ſecundum Pet.de Saluia.vt refert Arch. de pœ.diſt.3.
perfecta.ad fi.Eſt ergo confeſsio neceſſaria,ſi habetur facul-
tas, & prodeſt tum propter erubeſcentiam peccati , quæ eſt
magna pars pœnitẽtiæ, d.c.quem pœnitet.tum propter hu-
militatẽ & obediẽtiam, quæ exhibetur eccleſię gemẽdo co-
ram ſacerdote: tum propter gratiam per impoſitionem ma-
nus ſacerdotis,24.q.3.notandum, tum propter recõciliatio-
nem ,quia ſacerdos reſtituit cõmunioni & participationi ſa-
cramentorum,de pęn.diſtin.1.multiplex.& c.nonnulli. tum
propter commutationem pęnæ temporalis,quæ eſt in arbi-
trio ſacerdotis,de pœn.& remi.Deus qui.ſecundum Fran.in
d.c.omnis. licet ergo ante oris confeſsionẽ peccatum dimit-
tatur,tamen fit confeſsio ad oſtenſionem pęnitẽtiæ interio-
ris,vt per Archi. in d.§.cum ergo.vel dic ꝙ fit ex cauſis præ-
miſsis ſupra hac eadem q.& ſ̃.q.præcedenti in fi.præſertim ,
quia per contritionem non tollitur pęna regulariter,quæ tã
relaxatur per ſacerdotem,vt ſ̃.q.proxi. non tamen præmiſſa
intelligas,ꝙ regulariter teneatur quis confiteri, niſi ſemel in
anno,vt d.c.omnis.ad hoc ſ̃.q.50.

¶ Trigeſimoprimo quæro circa ſecundam partem pœni-
85 tentiæ,quid ſit † confeſſio. Reſpondeo ſecundum Tho.in 4.
diſt.17.cõuenientiſſime diffinitur ab Aug.ſic,Confeſſio eſt,
per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur. concor. Pet.vt
in ſum.confeſ.lib.3.titu.30.q.30.Ad cuius intellectum dicit
no.ꝙ confeſſio tripliciter fit : aut in foro animæ interius co-
ram Deo : aut in foro pœnitentiæ exterius coram Dei vica-
rio : aut in foro contentioſo coram iudice.In prima peccatũ
latens non aperitur , quia Deo apertum erat . In vltima non
aperitur ſpe veniæ:in media vero peccatum latẽs ſpe veniæ
aperitur : vnde confeſſio ſacramentalis,quæ eſt pars pęnitẽ-
tiæ conueniẽter deſcribitur,& per materiam, quæ eſt pecca-
tum,& per actum qui eſt aperire,& per finem qui eſt ſpes ve
niæ, ſ̃m Piſa.in ver.confeſſio . poteſt addi,ꝙ ideo dicitur ſpe
veniæ,quia ſi alia de cauſa aperiatur peccatum,non eſt ꝛfeſ-
ſio:nam ſi aperiatur cauſa conſilij,eſt conſultatio : ſi vero ex
laſciuia vel lenitate , eſt diſſolutio : ſi verò ad aliquem ma-
86 lum finem eſt malignatio.Et ex his ſatis† patet,quod pecca-
tum,quod dicitur non ex ſpe veniæ, ſeu ad impetrãdum ve-
niam,non põt dici dictum in confeſſione , nec tenetur ſacer-
dos illud tenere ſecretum,vt patet per Ray.ſub tit.de pęn.&
remi.§.pone ꝙ aliquis.& per glo.eius.eo.titu. §.de pœna ſa-
cerdotis.ſuper ver.peccatum.& quia non omnis, qui ſpe ve-
niæ aperit peccatum,conſequitur veniam, vt ſi non cõfiteat̃
ſacerdoti idoneo,extra de pęn.& remi.oĩs.& de pœn.diſt.5.
falſas.& c.fratres.ideo Ray.ſub tit.de pœn.& remi. §.ſecũda
dieta.diffinit , Confeſſio eſt legitima corã ſacerdote peccati
declaratio . Et ſubdit Ray.in d. §. ſecunda dieta. ꝙ confeſſio
dicitur, quaſi ſimul ex toto vel vndiq; faſſio : nam ille confi-
tetur,qui totum fatetur:glo.ſuper ver.vndique.ideſt de om-
nibus peccatis,quæ occurrunt memorię,& de circunſtantijs
eorundem aggrauãtibus in aliud genus peccati,vt ſi percuſ-
ſio vel furtum in eccleſia factum fuerit : quia hic locus trahit
ad ſacrilegium,ſ̃m Oſim.poſt Piſa.aliqua addẽdo. & de hoc
per fratrem Antonin.in ſum.c.de confeſsione.& Pet.de pal.
in 4.diſt.17.q.2.circa prin.& per Laud.de pœnitentia. 4.col.
vel dic, ꝙ confeſsio eſt canonica coram ſacerdote peccato-
rum facta declaratio,ſecundum Hoſt.in ſum. de pœn.§.qui-
bus.in fi.vel dic , Cõfeſsio eſt legitima coram ſacerdote ha-
bente vſum clauium quo ad illum, qui ei confitetur , pecca-
torum declaratio,ſecundum Archi.poſt Ray.de pœn.diſt.1.
porro.in prin.& in §.econtra.in prin.& vide in ſum. Aſtenſi,
lib.5.tit.10.& dicit Chryſo. ꝙ confeſsio eſt ſalus animarum,
diſsipatrix vitiorum,expurgatrix dæmonũ : quid plura, ob-
ſtruit os inferni,portas aperit paradiſi,vt refert Archi.de pę.
diſt.1.ſic tu. ad quod ſ̃. q.27. Et de iſta confeſsione oris ha-
betur Ioſue,71.ibi,Da gloriam domino Deo Iſrael,& confi-
tere atque indica mihi.vt per Arch.ca.diſt.non poteſt.Item
confeſsio eſt actus virtutis,vt per Pet.de palu. in 4.diſtin.17.
quæſtio.2.artic.3.

87 ¶ Vltimo quare fuit † inſtituta cõfeſsio,not.de pœ.diſt.1.
perfecta. nam in ea reperiunt̃ tria contraria & oppoſita pec-
cato : nam in peccato adeſt impudentia operis , perpetratio
& delectatio.confeſſio opponitur impudentię,contritio de-
lectationi,pœnitentia ſeu ſatisfactio operis perpetrationi:ſi-
cut in arte medicinæ contraria contrarijs curantur, de pœn.
diſtin.2.c.1.Item adde & aliam rationem,quæ forte videtur
obtinere primarium locum , & elici poteſt per c.per venera-
bilem.qui fil. ſint legi. nam peccator maximè ſimplex neſcit
diſcernere qualitatem peccati nec diſtinguere inter lepram ,
& lepram,vnde videmus multos peccare per ignorãtiam, &
minus æſtimare peccata quàm ſint, ideo vtile & quodãmo-
do neceſſarium eſt adire iudicem animarũ , qui ſciat diſcer-
nere,

nere,& pœnitentiam condignam iniungere, secũdum eum.
88 ¶Trigesimosecundo quæro, quot † sunt cõditiones quas debet habere confessio. Respondeo secundum Tho.in 4.distin.17.Sexdecim sunt,quæ in his versibus continentur,

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda:
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata:
Fortis & accusans, sitque parere parata,

Quorum expositio talis est: Sit simplex,scilicet vt non recitet in confessione,nisi quod ad quãtitatem peccati pertinet. Humilis,s.vt miserum se & infirmum confiteatur, ad hoc s̃. q.5.in fi. Pura,s.sit confitentis intentio. Fidelis,s.vera & sine vlla falsitate.secundum Pisa.in verbo,confesio.primo. & in sum.confes.tit.34.q.66.Dicitur fidelis,idest vt tam ipse confitens quàm sacerdos sint in fide catholica: & secũdum doctrinam ecclesiæ fiet non hæreticorum. Item ꝙ fiat sub spe veniæ,aliàs non valeret, sicut pœnitentia Caym, qui dixit, maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. de primo habetur secundum Aug.de pen. dist.6. qui vult. de secundo de pen.dist.1.quem penitet.& c.nemo. secundũ Osim.in addi.ad Pisa.atq; Frequens: istud est de bene esse confessionis, s.quòd homo frequenter confiteatur, secundum Pisa.in dicta quæst.66. dicitur, quòd duobus modis potest intelligi, vno, vt si frequenter cadit in peccatum mortale,frequenter resurgat per penitentiam,de pen.dist.6.c.septies: alio modo vt eadem peccata frequenter confiteatur: vnde Aug.Quanto plus confitebitur quis sub spe veniæ turpitudinem criminis,tanto facilius consequitur gratiam remissionis, de pe. dist.1. quem penitet.non tamen ad hoc tenetur quis, nisi in aliquibus casibus: est tamen de consilio ista frequẽtatio respectu venialium, ad quorum confesionem secularis nõ tenetur nisi semel in anno,si non fuerit in mortali, vt not. Bonauentura super 4.sentẽ.dist.17. secundum Osim.in addi.ad hoc s̃.q.8.Nuda,s.vt nõ inuoluat obscuritatem verborũ: vnde debet certum confiteri,ff.de confes.l.certum.& per Host. in sum.de pen.§.quibus,in fin.vnde si dicam de his,quæ tibi dixi in foro,absoluas me: nõ valet,nisi iterum dicam tibi,vt confessori,secundum Pet.de pal.in 4.dist.21.art.2.condu.2. in fi.quod declara,vt j̃.q.34.& q.54.ad fin.Discreta,s.vt maiora cum maiori pondere confiteatur, secundum Pisa. in d. q.66.dicitur.s.vt discretum quærat sacerdotem scientem ligare & soluere,de pen.dist.1.quem penitet.Item quia debet distincte & separatim singula peccata confiteri, ꝛm Osim. Libens,i.spontanea,non coacta: qui enim confitetur metu,
89 etiam qui caderet † in constantem,nullum sacramentum recipit: quia de iure diuino non humano interior penitentia, quæ est consensus liber,est pars sacramenti, sine qua non est sacramentum iure diuino, quod potest afficere actum interiorem: vnde talis tenetur iterum confiteri, & si nõ forte illo anno, quod est iuris positiui, tamen quandoq; ante mortem,quod est iuris diuini, quia etiam confesio secundũ nomen libertatem importat,secundum Pet.de pal.in 4.dist.29. q.1.art.3.ad hoc s̃.§.4.q.46.Verecunda,s.vt erubescat, & nõ se iactet de peccatis propter aliquam seculi vanitatem. Integra,scilicet vt non subtrahat aliquid de his,quæ manifestãda sunt,ad quod s̃.q.5. Secreta,scilicet quantum ad conditionẽ fori,in quo de occultis conscientiæ agitur,ad hoc j̃.q.proxi. Lacrimabilis,s.quo ad dolorem de peccato commisso, adde sup.q.18.Accelerata,s.vt non differat de die in diem, sed statim,vel q̃ citiùs potest,confiteatur:ad quod supra q.30.in fi. Fortis,vt s.propter verecundiam nihil dimittat.Ad hoc sup. q.21.Et accusans,s.seipsum,& non alium,ad quod inf.q.25. Et sit parere parata,s.sacerdoti.Ad quod infra q.139.& vide Ray.in sum.sua de pœ. & rem. §.sequitur, quæ sunt necessaria,& in repertorio aureo Gui.Durantis,seu Speculatoris in tit.de pe.& rem.§.2.in fi.& aliqualiter tangit Ioan.de istis cõditionibus in d.c.omnis.in 8.& 9.columnis. Item debet esse
90 cum dilectione seu charitate: Nam vbi † non est dilectio,nõ est peccati remisio,vt not.Ioan.And.in c.maiores.3.col. de bapt.ad hoc s̃.q.17.ad finem:& j̃.q.34.& secundum Bernar.
91 in sermone de confes. tres † sunt conditiones confesionis: videlicet ꝙ sit vera,pura, & propria,vt ibi latius. Aliqui dicunt,ꝙ ex illo versu Dauid, s.Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino,& tu remisisti impietatem peccati mei: colliguntur septẽ necessaria in confesione. Ad cuius integritatem primo debet esse deliberata: vnde dicit, Dixi, idest firmiter ꝓposui & deliberaui. Item debet esse integra. Vnde dicit, Confitebor,idest simul diuisim, Item debet esse aperta.Vnde dicit,Fatebor,idest aperte manifestabo. Itẽ debet esse amara siue accusatoria: Vnde dicit, aduersum me: Nam ea, quæ nobis aduersa sunt, consueuerunt nobis esse amara. Item debet esse propria: Vnde dicit,me,non contra alios.Item debet esse verecunda: Vnde dicit,iniustitiã. cum enim homo naturaliter ordinetur ad Deũ,quia ad eius imaginem factus est,facere iniustitiam est facere cõtra naturam suam,quod cuilibet debet esse verecundum.Item debet esse voluntaria. Vnde dicit,meam.non coacta, quia non placet Deo coacta seruitia, vt dicit Aug.ad quod s̃.in 20.notabili, in fi.ita dicunt theologi,vt refert Arch.de pen.dist.1.c.dixi. Ipse tamen Archi.plenius tractat de pen.distin.5.c.1.dicens, quòd penitentia debet esse discreta,idest separata, non in genere,arg.c.significantibus.de appel.ff.de rei vend.l.si in rem. ff.de iniur.l.prætor edixit.vel ne nimis se affligat,de consec. dist.5.non mediocriter. Item debet esse frequens,vt pluries confiteatur,de pen.dist.1.quem penitet.quod est consilij,ar. de emen.iusti.C.circa medium. vel vt totiens penitet quotiens peccat,de pœn.distin.1.multiplex.Item debet esse humilis in cinere & sacco, de pen. distin.1. prædixerat. & capitres.de pen.distinctio.3.sic Acab.C.de his qui deferunt.l.i. lib.10.Item debet esse integra quantum ad circunstãtias, vt in dicto cap.1.& 22. quæstio.8. occidit. ff.de ac.libellorum. ponitur 2.q.8. Item debet esse recta, idest sine vitio,de pen. dist.3.in salicibus.& c.inter hircum.de con.dist.2.si credis.ff. de cond.& demon.l.quãuis.Item dẽt esse accusans,quia misericordia illum excusat, de pœn.dist.3. illud vero. & de renun.c.nisi. Item debet esse verecunda, quia verecundia magna est pœna,& habet partem remissionis,dicto c.quem penitet.& commendatur a lege, ff.de al.iud.l.inter. §.penulti. Item debet esse volens,quia qui propter præsentem pudorẽ pœnitet,& rem & meritum perdit,23.q.6.§.vlti.de pœn.distin.1.quis. aliquando debet esse non casta, 15.q.1. merito. Item debet esse generalis,vt omnia cõfiteatur delicta, de pe. dist.3.inter hæc.de pœn.& remi.omnis.ff.de cond. & demõ. l.quãuis.Item debet esse amara.Petrus enim amaras lachrymas fudit,de pœn.distin.1.§.his auctoritatibus. Item debet esse prouida,vt quærat scientem soluere & ligare, d.c.quem pœnitet.& d.c.omnis.Item debet esse propria non per nuncium,vt d.c.quem penitet.& c.omnis.Item debet esse vera: Nam falsa dicere non debet,22.q.2.cum humilitate. Itẽ debet esse dolens,immo se non doluisse doleat,de pœn.dist.3. si Apostolus.Item debet esse indiuidualis; Non enim debet vnum vni,& alterum alteri confiteri,de pen.dist.5.c.1. Item debet habere quantum, quia qui diu peccauit diu penitet, de pe.distin.1.vide. Item debet habere quale, s.vtrum commiserit adulterium vel incestum,32.q.7.adulterij.& c. quid in omnibus.ff.de pœnis.l.aut facta. Item debet locus exprimi,vt d.c.1.Item persona,quod enim est laico fornicatio est sacerdoti adulterium, 23.q.5.qui viderit. 11.q.3. præcipue. C.de episc.& cler.l.presbyteri. Item scientia,3.q.9.iudicas. ff.de noxa.l.2.scientia enim facit dominum teneri, si ignorat,tenetur pro noxa.Item sexus: nã magis peccat vir quàm mulier:viri namq; debent regere mulieres,32.quæst.6.indignantur.Item ætas,quia impubes,qui non est doli capax,nõ facit iniuriam,15.q.1.merito.ff.de mino.auxilium.Item cõditio,quia excusantur serui parẽdo dominis, 86.distin. quid prodest.sed non in atrocibus,ff.de noxa.l.2.Item tempus,ff. de noxa.l. aut facta. Item numerus,quia dicere debet quotiens peccauit,6.quæst.1.imitare.Item modus,in d.cap.1.de pœni.distin.5.& 35.quæst.3.extraordinaria. Item ordo;32. quæst.5.qui viderit. vel ordo peccati, quia de minoribus ad maiora proceditur,de pen.dist.2. §.hæc quæ. Item euentus causa,de pœn.distin.1.aut facta. Item conditio praua,vt in dicto cap.1.ff.quod metus causa.l.metum.50.distin.presbyteros.secundum Archid.in allegato.c.1.de pœn.distin.5. Et de materia harum conditionum per Hostien.in sum.de pœ. §.qualis.& in dicto repertorio aureo sub rubrica de memoriali confessorum. & dicit inter alia Host. ibidem, quòd debet quis sigillatim & secreto per seipsum non per epistolam
92 vel nuncium confiteri.Nec est confitendum † verbis vel nominibus criminum palleatis, immo quantumcunque fuerit ipsum peccatum vel circunstantiæ horribiles, totum est specialiter exprimendum, vt sic tota sanies apostematis expellatur,vt ibi latius:& ad prædicta adde etiam in sum. Astensis, lib.5.titu.16.vbi plene de dictis circunstantijs,& melius etiã exponuntur in dicta sum. Antonina,quæ tamen recidunt in idem cum præmissis: & dum dixi,ꝙ debet esse amara, adde, quia

quia aliàs non esset vera pœnitentia, nota.de verbo.sig.nouimus.in fi.& de pœn.distin.3.in prin.glo.1.in fine.
93 ¶Trigesimotertio quæro, qualiter pœnitens debeat † se exhibere coram confessore.Respondeo quòd vna de conditionibus confessionis est, quòd sit humilis interius & exterius.Exterius quidem,vt flexis genibus & capite discooperto,si est vir: velato autem, si est mulier,& cum vestibus humilibus: vnde videtur de forma genua flectere, manus iungere, caput inclinare & se humiliare, vt not.Ioan.And.in c. Deus.in fin.de pœn.& remis.& in cap.omnis. eo.titu.9.col. per eundem.dicit tamen frater Anto.in dicta sum. in cap.de confesione.ver.11. conditio. quòd ista sunt de necessitate, seu congruitate quando possunt cõmode seruari. Nam aliàs & iacendo & sedendo & ambulando potest quis confiteri, secundum eum,facit in clem.si dominum. de rel. in glo.magna circa medium,ibi,incuruatio tamẽ &c.& facit j̃. q.113. & ad illud, capite discooperto. vide supra,5.notabili, & sic videtur quòd lachrymare non sit necessariũ,sed sufficit contritio in corde,facit quod not.de consec.distin.1.apostolica. in fi.de congruitate facit s̃. quæst.17. in fin. Item debet quis erubescere de peccato,non tamen quòd pudeat cõfiteri, secundum Ioan.And.in c.cum olim magister.de offi. deleg. & supra quæstio.30. Item textus in c.quem pœnitet.de pœni. distin.1.dicit,ꝙ peccatores debent ostendere ora sacerdotib. & dicit ibi Archi.idest ore ad os,vel dic; idest facie ad faciẽ, iuxta illud Ouidij: Os homini sublime dedit &c.Item tex.in c.omnis.de pen.& rem.dicit solus, pro eo quòd tunc cor hominis melius adhæret Deo, de pe.distin.2.quando.vel,idest secrete,per nota.in Specu.de denunciatione.§.1.post princ. vel dic facie ad faciem,idest familiariter,vt not.de pe.dist.2. item opponitur.quinetiã mulieres solent stare ex latere confessoris,& bene,j̃.quæst.113. Et licet textus in d.cap.omnis. dicat solus,tamen procedit nisi accedat casus, vt in anno Iu-
94 bilei,vbi † propter multitudinem possunt simul plures audiri.Si tamen aliquis nollet dicere nisi solus,non esset cogẽdus dicere cũ alijs,vt in dicto c.omnis. per quod reprobatur pessima consuetudo,de qua de pen.dist.1.§.quamuis.fuit enim
95 statutum,vt quis solus † confiteatur, vt sic liberius confiteatur, sic extra de elect. quia propter.de testi.c.2.& habet hoc locum etiam in manifestis: Nam licet pro illis sit imponẽda pœnitentia manifesta, de pen.& remi.c.1.non est tamen de necessitate facienda illorum manifesta confessio penitentialis. Si tamen penitens vellet hoc facere, posset etiam in occultis,de diuor.ex litteris. vt puta ex multa contritione, secundum Ioan.And.& Ioan.de Lign.in dicto cap.omnis.facit quod not.Ioan.And.in c.inter corporalia. post prin.de trãslat.præla.& quod not.in clemen.1.de sta.regu. ad fin.in ver. duobus.& quod not.Archi.in c.cum expediat.de elect. dicit
96 † autem annus Iubileus,idest quinquagesimus,& dicitur Iubilæus annus remissionis,quia eo anno debita remittebantur, serui hebræorum efficiebantur liberi, & omnia reuertebantur ad statum primum, vt not.Archid.de pen.distin.1. econtra. & 60.distin.in prin.& 7.distin.in prin. & olim concedebatur anno centenario,vt per Ioan.And.in dicto c.omnis.& no.in clemen.de pœn.& remis.in fin. Aduertant tamen accedẽtes ad Iubileum,quia oportet eos esse in tali statu quo ad culpã, quòd si morerentur,accederent ad purgatorium, quia aliàs non consequerentur indulgentiam penarum suorum peccatorum,quæ per Iubileum conceditur,per not.per Doct.in c. ad liberandam.de iudæis.facit supra q.8.& vide infra q.116. Et adde, quòd non requiritur simultanitas in penitentia seu confessione,supra q.16.sacerdos enim absoluit a pœna tantum,infra q.113.ante finem.
97 ¶Trigesimoquarto quæro,vtrũ confesio † facta sine contritione & sine charitate valeat, vt puta, quia non dolet de omnibus,vel non vult abstinere ab omnibus.Respondeo secundum Tho. in 4. dist.17. Confesio secundum ꝙ est actus virtutis,non valet sine charitate,quæ est principium merendi.Sed secundum ꝙ confesio est pars sacramẽti,ordinat hominem confitentem ad sacerdotem,qui habet clauem ecclesiæ,& per confessionem cognoscit conscientiam confitentis, secundum hoc potest esse etiam in eo,qui non est contritus, quia potest peccata sua nota facere sacerdoti, & clauibus ecclesiæ se subijcere: & quamuis tunc nõ percipiat absolutionis fructum,tamen recedente fictione recipere incipiet,sicut & in alijs sacramentis: vnde non tenetur iterare confesionẽ ad quam fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri,concord.Petrus: & ad istam opin.non solum prædicta ratio facere videtur, sed de pœn.distin.1.c.mensuram.§.non ita.vbi dicitur, ꝙ nõ est necesse quæ sacerdoti semel confesi fuerimus denuo cõfiteamur. Sed Ray.& Hosti. tenent,quòd talis tenetur confesionem iterare, quia prior confesio,quæ nõ fuit facta in charitate,non valuit, ad quod supra q.32.circa medium.Sed primum verius videtur,de pe. & remis. quod quidam. secundum Pisa. in ver. confesione. primo. quam opin.Ray.& Host. refert etiam in §. confesio. 2.ver.vtrum in aliquo &c. pro quorum opin. faciunt not. ꝑ Host.in sum.de pen.§.an peccata.ver.quartus. & j̃.§.quę remittit sacerdos.ver. ligat. & ver.est enim. hoc idem videtur sequi Tho.secunda secundæ q.9.art.2.q.10.art.5.Vnde Riccar.in 3.dist.27.art.8.dicit,quòd tenetur iterare,quia primo absoluit Deus per contritionem,secundo sacerdos. Idẽ Scotus in 4.distin.17.artic.1. Item frater Nico. Osim.in addi.ad Pisa.vbi s̃.dicit,ꝙ dictum c.quod quidam.non bene illud ꝓbat: Sed pro concordia potest dici secundum eum,ꝙ in tantum valet confesio, nec oportet specialiter illam iterari in quantum durat effectus illius expresionis, quæ est pars sacramenti,aliàs non. Nam intelligentia dictorum ex causa dicendi assumenda est,de verbo.signif.intelligentia. quare dic secundum glo. Ray.prout etiam not.in sum.confesso. lib.3. tit.35.quæstio.66. quod in his casibus si ille, qui est indebite confessus,confiteatur eidẽ sacerdoti,cui prius, & qui adhuc habeat in memoria peccata sua,quæ audiuit, nõ tenetur iterare confesionem.Si autem confiteatur nouo,qui aliàs non audiuit eum,aut etiam primo, sed oblitus est, debet iterum confiteri totum,secundum eum:& de hac quæstione vide in sum. Antonina,3.parte.c.de confesione.& per Pet.de palu. in 4.distin.17.quæst.7.& 8. dominus Franc. in dicto c. quod quidam.videtur sequi opinionem Tho.& Pisanellæ, ꝓ quo facit quod not. Archi.de pœn.distin.3. §.his auctoritatibus. Videtur posse dici, ꝙ aut quis cõfitetur sed nõ de omnibus, & sic non integre, & verum est quòd debet iterare confesionem,vt infra quæst.54. & isto casu indubitanter procedit opinio Ray.Hostien.& sequacium, vt supra, aut omnia fuit confessus,sed non fuit contritus, & videtur adhuc inhærendum concordiæ fratris Nicolai, quam etiam sequitur Arch. effectualiter,de consec.distin.3.c.fin.nec obstat ratio Thom. quia illud ideo,ex quo a principio impressus fuit character, supra §.1. quæst.50. aut hic non valuit confesio a principio deficiente contritione,quæ est pars pœnitentiæ, supra q.17. & sequentibus: facit supra quæst.32.circa medium. & supra §.5.quæst.19.& vide infra quæst.54.Securius tamen videtur etiam si confiteretur eidem sacerdoti habenti in memoria, quòd iteret confesionem.facit supra quæst. 32. post princi. & per not.supra quæst.8.facit infra quæst.54.in fin. & ex his not.quod ista pœnitentia sine contritione est potius monitoria & consolatoria,quàm salutifera quo ad vitam æternã, secundum Nic.post Host.in c.ex tuæ.in fi.de simo. cum sim. & ibidem de hoc per Anto.de But.

¶Vltimo adde, quòd per istam confessionem inualidam absque contritione non euitat quis peccatum mortale inobedientiæ de confitendo,per not.infra q.153. non enim videtur factum quod inutiliter factum est, Ioan. And. in cap. quod super.in princip.de vo.Hostien.in sum.de secun.nupt. §.an licitum.ver.sed quid si duo. facit quod not. Ioan. And. in c.auditis.de procur.& quod not.in l.1.ad fi.ff. ꝙ cui usque vniuer.no.& in l.quotiens.ff.qui satisda.cogan.
98 ¶Trigesimoquinto quæro,vtrũ liceat in confessione † dicere peccata aliena. Respondeo secũdum Tho.in 4.dist.16. Homo in confessione debet famam alterius custodire quãtum potest: sed suam conscientiam magis purgare debet.Et ideo si circunstantia,quæ ducit in cognitionem personæ, sit de necessitate confessionis, vt quia trahit in aliam speciem peccati mortalis,tunc debet confiteri, semper tamẽ si potest occultando personam.Si autem non sit de necessitate cõfessionis,debet dimittere,ne peccatum alterius prodat: vel petita licentia ab illo parrochiali confiteatur alteri sacerdoti, aut confiteatur superiori,qui personam ignoret, cõcor.Pet. & addit,quòd etiam quando circunstantia est necessaria, & non potest exprimi sine periculo alterius, omittenda est, & sufficit peccatum dicere sine huiusmodi circunstantia, vt in sum.confesso.titu.34.q.67. si tamen exprimat eam bona intentione, non vt prodat, sed vt pœnitentiarius oret pro eo, vel secreto emendet,non peccat,sed meretur,22.quæstio.5. hoc videtur.concor.glo.Ray.vt in sum.confes. eod.tit. q.87. secundũ Osim.post Pisa.in §.confessio.primo.& ideo tex. in cap.om-

cap.omnis.de pœn.& remi.dicit,sua. q.d.se non alium reuelet,de pœn.distin.1.quamuis. nisi forsam in hæresi, vel si cognouisset matrem,filiam,vxorem contra naturam,vel aliqd tale commiserit,propter cuius circunstantias,quæ aggrauãt, necesse sit alium reuelare, secundum Ioan.And. post Hosti. in dicto cap.omnis.post princ. vbi idem dicit dominus Nic. subdens,quòd istud facit contra mulieres improuidas reuelantes etiam participes, vt ibi per eum in secundo notabili. facit s̃.quæst.32.vnde aliena non reuelet regulariter,dicto c. quamuis.sed sua,idest per eos facta,vt dicit in simili Io.And. in c.bonæ.2.in princ.de postu.præla.vel sua, quia ex voluntate procedunt,15.quæst.1.§. sed & hæc. & ad præmissa per Host.de pœn.§.qualis.ver.discreta.Sic ergo reuelatio personæ necessaria est,cùm alteratur peccatũ, etiam si per hoc reueletur peccatum alterius, vt supra.& ad idem in sum.Astẽsi.lib.5.tit.12.ver.vtrum liceat.& in sum. Antonina.c.de cõfessione.ver.nonò vt sit accusatoria.& adde j̃.q.126.& vide j̃.q.165.ad fi.poterit etiam talis confiteri alicui priuilegiato, qui personam ignoret,ad quod j̃.q.92.

99 ¶Trigesimosexto quæro,vtrum † liceat confessionem diuidere.Respondeo secundum Tho.in 4.dist.17. nõ licet,sed integraliter debet quis omnia vni sacerdoti confiteri, de pe. distin.5.c.1.circa fi.& dist.3. sunt plures. Nam sicut in medicina corporali oportet,q̃ medicus non solum vnum morbũ, contra quem medicinam dare debet,cognoscat,sed etiã vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo q̃ vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauat: & medicina,quæ vno morbo competeret,alteri nocumentum præstaret.Similiter est in peccato, quia vnum aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniẽs medicina alteri incentiuum præstaret, cùm quandoque aliquis contrarijs peccatis infectus sit, & ideo de necessitate confessionis est,q̃ homo omnia peccata vni sacerdoti confiteatur,quæ in memoria habet: alioquin non est confessio sed confessionis simulatio: & si quid non habet in memoria, & postea recordatur, sufficit quod hoc peccatum confitens postea explicite dicat,& alia in generali dicendo, quòd cũ alia multa confiteretur,hoc oblitus fuit, secundum Pisa.in §.confessio,1.& hoc etiam si confiteatur alteri confessori, vt in sum.confess. co.tit.q.72.secundum eundem Tho. & Osim.in addi.& not. de pœn.distin.5.cap.1. in glo.not. confessionem. & de pœn. distin.3.sunt plures.super ver.sanari. facit supra quæst.32. & quod not.in c.quod sicut.in ver.diuidatur.in fi.de elect.& in sum. Anto.c.de confessione. ver. quinta conditio confessionis est. & de quinq; modis diuidendi confessionem per Pet. de pal.in 4.distin.17.q.5.arti.1.& in arti.2. quòd communis conclusio doctorum est, q̃ confessio est integre facienda illi, qui vult,& potest audire & absoluere de omnibus, & si non pro tũc saltem pro tempore debito, idest post remissionem, vt ibi plenè,& per dominum Nico.in dicto c.omnis.1.notabili,facit infra q.118.

100 ¶Trigesimoseptimo quæro, vtrum liceat † confiteri per aliam personam vel scripturam.Respondeo secundum Tho. vbi supra,quamuis ad cõfessionem, prout est actus virtutis, sufficit qualitercunq; fiat,tamen secundum q̃ est pars sacramenti habet determinatum actum,sicut alia sacramenta habẽt determinatam materiam, & sicut in baptismo assumitur illud elementum, cuius est maxime vsus, in abluendo, ita in confessione assumitur iste actus, quo maxime consueuimus manifestare, scilicet proprium verbum. Alij enim modi inducti sunt in supplementum: in illo vero, qui est mutus vel alterius linguæ,sufficit q̃ per scriptum aut nutum,aut interpretatiue confiteatur, quia non exigitur ab hoĩe plus quàm possit,sed non sufficeret si ipse dicere posset. In absentia verò proprij sacerdotis nõ oportet, q̃ per scriptum missum sacerdoti fiat confessio,sed põt etiam laico fieri,quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus quàm ille,cui fit cõfessio.Ad hæc facit c.quem pœnitet.de pen.dist.1.& j̃.q.85. secundum fratrẽ Nico.post Pisa.vbi supra,facit s̃.q.32.Dicit tamen Pet.de palu.q̃ cùm pœnitens est clausus, idest ire nõ potest,nec sacerdos ad eum venire,quia forte detentus,licet ei scribere peccata sua,si vult, & mittere sacerdoti, & sacerdos rescribere & mandare absolutionem,sed non tenetur ad hoc,immo aliquando posset esse scandalum, quia forte carta ab alio reperiretur: vnde non multum consulendũ secundum Riccar.& fratrem Anto.in sum. prædicta, c.de confessione.ver.7.cõditio est. sed si parrochianus est totus mutus, furiosus,vel dæmoniacus, potest cõfiteri nutu vel scriptura, vt melius fieri potest,secundum Host.in sum.de pœn.§.quæ pœnitentia.ad fin.Vnde Ioan.And. in c.omnis.2.colum.dicit sic,videlicet confiteatur per se,non per nuncium,de pœn. distin.1.quem pœnitet.in princ.si sit simplex potest præterea confiteri per scripturam,30.q.5.qualis.secundum Vin.Vnde dicit Inno.q̃ si esset † surdus vel mutus, vel alterius linguæ, vel sit æger,quòd sine periculo loqui non potest,cõfitebitur per scripturam,vel per alium,secũdum Ioan. And.vbi supra, quem etiam ad hoc vide in c.apud.5.colũ.de spon. & ibi per Fran.in 10.q.intellige tamen,quòd mutus vel similis sit presens in actu absolutionis, quia † absolutio requirit certã formam per manus impositionem, vt not.Hostiẽ.in c.cum desideres.de senten.excom.cum sim.ad hoc infra quæst.118.& dictum Pet.de Palu.in casu suo videtur procedere potius ad cautelam,quia loquitur, quando aliter fieri non poterat, & sola cõtritio sufficeret,s̃.q.29.& an absolutio fieri possit per litteram, infra q.128.in fin.Vnum adde,quòd confessio per interpretem de necessitate fieri nõ debet,vt per Riccar.in j̃. distin.17.facit j̃.quæst.89.

¶Trigesimooctauo quæro, quid si sacerdos † interroget pœnitentem,& ille respondeat.Respondeo secundum Gui. sufficit ad ea,de q̃bus interrogatur,nisi sit talis, quòd potius dimitteret confiteri quàm ore proprio confiteretur peccatum: hoc enim de superbia est,de pœn.dist.5.c.1.versus fin. hoc etiam not.in sum.confes.eo.titu.q.77. secundum Nico. Osim.post Pisa. vbi s̃. & de istis interrogationibus vide infra q.127.caueat tamen, ne aliter interroget & declaret, q̃ pœnitentem quodammodo discat, per not.in simili per Io.An. in c.licet.post princip.de crim.fal.& in c.fin.de purg.can.per eundem,qui etiam dicit in c.Deus qui.in fi.de pœn.& remi. q̃ sacerdos quærere debet a peccatore, prout expedit & nõ vltra,de quo etiam per Hostien.in sum.de pen.§.qualiter sacerdos.& facit optime quod not.ipse Ioan.And.in c.omnis. de pœn.& remi.in 6.col.in ver. cautus sit in interrogationibus.præsertim in peccato luxuriæ &c.subdens,quod cauere debet, ne ante factũ in facto vel post deprehendatur in culpa.Ad hoc de æta.& quali.ad aures.de homi.tua. secundum eum,ad quæ adde j̃.q.60.ad finem.

104 ¶Trigesimonono quæro,an liceat † cõfiteri peccata,quæ quis non commisit. Respondeo secundum Tho.in 4.dist.21. non licet: talis enim si non est peccator, mentiẽdo peccator efficitur,22.q.2.cum humilitatis.secundum Pisa.vbi s̃.Nam vt dixi s̃.q.32. confessio debet esse vera, & ideo falsa dicere non debet,vt notatur in d.c.cum humilitatis. & quod nota 8.q.1.in scripturis.in fi.si tamen illud crederet non prohiberetur,arg.40.dist.ante omnia.& 2.q.7.quamquam.Ad idem in sum.Antonina,c.de confessione.ver.6. conditio est.in genere tamen ex humilitate potest quis dicere se peccatorem, considerata sua fragilitate, secundum Archi.in d.c.cum humilitatis.facit quod not.5.dist.in fin.& vide conclusiones de hoc per Pet.de palu.in 4.dist.21.q.2.arti.3.sed in specie nullus debet dicere etiam causa humilitatis se perpetrasse aliqd peccatum,nisi hoc verũ sit. Sacerdos tamen in generali confessione,quam facit,non peccat si forte specificetur aliquod peccatum in specie,quod non commisit, sicut faciunt multi simplices, quia loquitur in persona ecclesiæ: & ideo forma competens hæc est,quam discreti seruant,Confiteor &c.me peccasse cogitatione,locutione,opere,omissione, in cuncti vitijs malis mea culpa &c.qui tamen alia sentit in se antequã celebret sigillatim & secreto cõfiteatur, vt per Hosti.in sum. de pẽni.§.qualis.ver. item cauere debet.& ad illud quod dicitur,cum bene feceris,dicite serui inutiles sumus. no.de pe. dist.2.si enim inquit.adde j̃.q.proxima.

105 ¶Quadragesimo quæro,an requiratur specialis † confessio de peccatis,vel sufficiat generalis.Rñdeo q̃ ad confessionem pro mortalibus requiritur confessio specialis,s̃m Host. & in sum.confes.lib.3.tit.33.q.80.Ad hoc s̃.q.36.& q.prox. sed venialia delentur per cõfessionem generalem, siue sit sacramentalis, quando.s.aliquis in secreto cõfitetur sacerdoti quædam,quorũ meminit,& alia venialia in generali, siue nõ sacramentalis,quæ.s.fit publice coram multis & cum multis, s̃m Pisa.in §.confessio,primo.& in sum.confes.eo.tit.q.156. vbi etiã dimissio fit quo ad culpam & pœnam. & concordat Pet. & subdit Pisa.q̃ generalis confessio sacramentalis cum ꝓtritione generali delet peccata oblita.Idem Ray.& in sum. conf.eo.tit.q.157.Et intellige ẽt si sint mortalia,facta tamen prius diligenti inquisitione & examinatione conscientiæ & confessione speciali de mortalibus, de quibus recordatur,vt per

per Thom.in 4.dist.17.in Pisa.vbi supra,& Pet.de Palu.in 4. dist.11.q.2.& fratrem Anton.in sum.confes.de confessione. ver.12. conditio. & Franc.in clemen.una, in uer.ideoque. de reliq.& ven.sanct.Ad hoc supra q.13.& 19.& infra quæst. 43.ad fi.& procedunt præmissa, etiam si talis distulisset confiteri, dum tamen postea vere pẽniteat etiam de hoc quòd distulit confiteri,vt per Host.in sum.de pen.§.de quibus. vbi etiam dicit,quòd secundum hæc intelligi debet c.omnis. de pen.& remi.qd̃ vult oĩa peccata cõfiteri debere,& dicit confitendum de peccatis præteritis non futuris,vt patet de cle. excom.mini.illud.ff.de vsuris.l.1.& facit ad hoc, quod not. de pen.dist.1.agite.in ver.apud Deũ.de peccatis tamen oblitis si postea recordatur,requiritur specifica confessio,de pen. dist.1.quem pẽnitet.& dist.6.c.1.circa princ.& supra q.36.& vide infra q.54.habes igitur de quibus peccatis sit confitendum,de quo etiam per Host.in sum.de pen.§.de quibus, per totum.& præsertim in fi.§.ad hoc infra proximis qõnibus.

106 ¶Quadragesimoprimo quæro, quando † aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale vel non, an teneatur illud cõfiteri. Respondeo,secundùm Thomam in 4. distin.21. tenetur, aliàs periculo se committit, si negligit confiteri,peccat, sicut & qui aliquid committit vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccatum: taliter tamen dubitans non debet in confessione asserere illud esse mortale, sed factum narret, & iudicio sacerdotis relinquat, secundùm Thomam,& Pisan.vbi supra, & in sum. confesso. titu.34. quæst.78. vbi etiam subditur, quòd autem Gregorius dicit, quòd bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est, distin.5.ad eius. intelligitur secundùm Thom. non de substantia actus, scilicet vt credat se commisisse quod non commisit, quia hoc est errare,sed intelligitur de cõditione actus, quia semper est in formidine, ne aliquis defectus sit ex parte sui, ut superbia vel vanagloria, aut huiusmodi, secũdum illud Ioan.9. Verebar omnia opera mea: nec etiam prædicta intelligenda sunt de dubio scrupuloso, quod repellendum est ad sui pastoris consilium, de senten.excommu.cap. inquisitioni.secundùm fratrem Nico.Osim.in addit.post Pisa.vbi supra, de hoc habetur in dicta sum.fratris Ant.2.parte.c.de confessione.ver.sexta conditio est, &c.& facit infra q.57.& facit,quia dubium operatur scrupulositatem cõsciẽtiæ,de symon.per tuas.2.in fi.& quod no.in Spec.de dispen. §.iuxta.in 4.col.ver.sed si talia bona fide.& quod no. in Spe. de præscrip.facit infra q.128. 110

107 ¶Quadragesimosecundo quæro, An † requiratur confessio de peccatis ante baptismum. Respondeo, secundùm Pet.triplex est peccatorum confessio: Prima mentalis,quæ fit Deo, & hæc requiritur a baptizandis adultis. Secunda vocalis, quæ fit homini, vt Dei vicario, & hæc de peccatis ante baptismum non requiritur, nec ante baptismum nec post, nisi a ficte accedente, secundùm eundem Pet.& in sum.confess. titu.34.quæst.145. Tertia, quæ fit homini tanquam sapienti consiliario propter consilium animæ, & hæc requiritur ex congruo non ex debito, vt in dicta quæst.145. secũdùm Nico.post Pisan. vbi supra, de hoc supra quæst.7. facit, quia per baptismum tollitur pena spiritualis & tollitur peccatum, quo ad Deum & quo ad legem promotionis, vt no.Archid. 32.q.1.quod autem.& facit quod nota.24.quæst.1.Subdiaconus.& de hoc de consec.dist.4.sine pẽnitentia. & de pœn. dist.3.si Apostolus.& in sum.Astensi,lib.4.titu.de baptizandis, circa medium, vbi dicit, quantum ad absolutionem & satisfactionem nec de necessario nec de congruo pœnitentia debet præcedere baptismum: nec obstat, quòd † iudæis 108
venientibus ad baptismum indicenda est pẽnitentia ac abstinentia xl.dierum, qua completa sunt baptizandi, de consec.distin.4. ne quod absit. quia illa pẽnitentia non indicitur propter sacramenti inefficaciam, sed propter eius reuerentiam & iudæorum recipientium baptismum probationem. Vnde eis non indicebatur post susceptionem baptismi, sed ante, & quamuis sic obseruaretur, modo non oportet hoc obseruari prout sentit glos.ibidem, quod est verum contraria consuetudine, secundùm Ricc.vt ibi latius. De peccatis vero commissis post baptismum requiritur pœnitentia,vt in dicta sum.lib.5.tit.3.circa principium.

109 Quadragesimo, An † requiratur confessio de peccatis ignoranter commissis. Respondeo sic, si ignorantia non excuset, vt supra quæst.12.circa quod dicas secundùm Alber.quòd duplex est ignorantia, quædam est iuris, vt si nescit furtum esse peccatum: quædam est facti, vt si nescit hanc rem, quam accipit, esse alienam, sed putat suam. ignorantia ergo iuris, aut est inuincibilis omnino, & inuoluntaria, vt quia scilicet aliquis non sua culpa scire non potest, ut in amentibus a natiuitate vel infantibus, & tunc excusat a toto: & eodem modo si quis de aliquo casu dubitans consulit peritos, a quibus tamen aliter habuit quàm veritas se habeat, excusatur propter talem ignorantiam, quia in se fecit quod potuit. Ad quod infra §.6. quæst.97. Si vero in 111
hanc inuincibilem ignorantiam incidit sua culpa, tunc aut hoc fuit per opus licitum, vt per vigilias & abstinentias deuenit ad amentiam, & tunc etiam excusatur a toto, etiam si feruoris excessus peccatum veniale fuerit. Aut fuit per opus illicitum, & tunc dicunt quidam quòd excusatur a tãto, licet non a toto, arg.50.distin.sæpe. 15. quæst.1. §.sed hoc. quidam autem dicunt, quòd peccatum sequens excusat a toto, si nullum habet vsum rationis, & hoc probabilius & verius, 15.quæst.1. aliquos. & cap.sequen. Si vero ignorantia iuris sit vincibilis & voluntaria, & tunc si fuit affectata, in nullo excusat, immo est speciale peccatum. Si vero sit ignorantia facti, hoc potest esse dupliciter: Nam vel ignorantia est causa agendi, ita quòd si sciret illam circunstantiam, quæ trahit in peccatum, non faceret, & se fecisse doleret, & hæc excusat a toto. vel ignorantia est concomitans actum, scilicet quòd si sciret etiam circunstantiam peccati nihilominus faceret, & hoc non excusat, concor. Pet.& Thom.in scripturis & in prima secundæ quæst.26.vt refert Pisanella in ver.ignorantia: & in sum. confes.lib.3.titu.32.quæst.17. & adde ad illud de ignorantia iuris, quòd si ignorantia non fuit affectata, sed solum neglexit addiscere, excusat a tanto, sed non a toto, videlicet secundum modum negligentiæ, vt tanto minor sit excusatio quanto maior fuerit in addiscendo negligentia, in tantum, vt lata negligentia æquiparetur dolo, ff.deposit. l. quod Nerua. & de constit. vt animarum.lib.6. quandoque etiam ignorantia facti a nullo excusat, videlicet si fuit crassa & supina, dicto cap. vt animarum. & in sum. confesso.dicta q.17.& per fratrem Nicol.in addit.vbi supra inde dicitur in sum. Astensi, lib.5.titu.3. articu.5.quòd aut ignorantia est inuincibilis, & de peccatis sic ignoratis non est necessaria pẽnitentia in speciali, sed sufficit quod de illis pẽniteat in cõmuni in quantum pẽnitet de omnibus mortalib.Si aũt ignota sunt † ignorantia affectata, q̃ est, qñ homo vult ignorare, vel crassa,quæ est qñ ignorans vellet scire, non tñ vult ita efficaciter indagare,q̃ ,put natura humana patitur velit facere quod in se est,ad hoc,vt sciat de mortalibus:istis duob⁹ modis de ignoratis necessaria est pẽnitentia in spãli, nec tñ sic ignorans perplexus est,quia põt facere quod in se est,ad hoc vt sciat,q̃ si fecerit,aut Deus sibi ea manifestabit aut indulgebit,vt ibi latius, subdens q̃ debet homo ,pbabiliter credere, q̃ in multis Deum offenderit, quorum non meminit: vnde debet dolere ex hac æstimatione sicut si esset certus,qd̃ not. & de his in sum.Anto.2.par.c.de ignorantia. & facit infra q. 54.ante fi.& q.112.& q.117.

111 ¶Quadragesimoquarto quæro, quæ sunt † illa, quæ cõiter retrahunt peccatorem a ꝓfessione.Rñdeo,pudor confitendi multos retrahit a pẽnitẽtia:s̃ quã s̃m Ray.est triplex remedium. Primum est rõ naturalis: Si.n.non erubuisti peccare, quod inhonestum & nociuum fuit,non debes erubescere cõfiteri, qd̃ honestum est & vtile.Secundũ est rõ diuinæ institutionis,cui nihil celari põt:oĩa.n.nuda & aperta sunt oculis eius,vt hr̃ ad Hebræos 4. Tertium est cõparatio futuræ confusionis,Naum 3. Reuelabo pudenda tua,& ostendam gentibus nuditatem tuam,& regnis ignominiam tuam, & Hieremiæ,20.Confundentur vehementer, quia non intellexerũt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur, s̃m Pisa.in ver.confessio. primo ad fi. Secundũ impedimentum est timor, s.cum quis timet, ne possit ferre pẽnitentiam,cõtra quod sunt tria remedia consideranda, s.pñtis pẽnæ modicitas, leuitas, & breuitas, & econuerso futuræ pẽnæ immensitas acerbitas & æternitas. Tertium impedimentum est spes diu viuendi, diuitias temporales acquirendi, & misericordiam consequendi. Quartum impedimentum est desperatio, scilicet veniæ vel perseuerantiæ, vt plenius per Pisan.in §.pẽnitentia.4. & in sum.confesso.lib.3.titu.34. qõ. 195. & per Hostien.in sum.de pen.§.quæ valent.& supra q. 16.in fi.& vide infra q.proxima.& q.68.

¶Quadragesimoquinto quæro, quibus persuasionibus peccator † allici & induci debeat ad confessionem & pœniten- 112

tiam. Respondeo, principaliter tribus remedijs. primum est diuersorum consideratio. secundum præsens status peccatoris. tertium acquisitio multorum bonorum. quo ad primũ principale, Primo considerari debet diuina gratia, quia quos prædestinauit hos per operationem euocauit horis modis & temporibus, sicut decuit, vt probat Aug. de pę. dist. 3. adhuc instant perfidi. & c. in tantum. & distin. 4. §. finis. saluat enim
113 Deus † ex gratia, quos ex iustitia damnare posset, 22. q. 4. Nabuchodonosor. non sis ergo ingratus gratiæ Dei, sicut nec apostolus erat. Secundo considerare anima peccatoris debet, quòd non solum Deus sed tota cœlestis curia cum ipso domino tam piè tam dulciter peccatorem hortantur ad pęnitentiam dicentes, Reuertere reuertere sonamitis, reuertere reuertere &c. & nota, quòd quater dicit reuertere, propter quatuor genera peccatorum: dicunt ergo, O sonamitis, id est, o anima captiua, quam, scilicet diabolus propter delicias huius mundi captiuã trahit ad inferos, reuertere a peccato prauæ cogitationis, Reuertere a peccato operationis, Reuertere a peccato prauæ consuetudinis. Item reuertere per cordis contritionem, Reuertere per oris confessionem, Reuertere per operis satisfactionem, Reuertere per bonę vitæ continuationem, quoniam qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matthæi. 10. vt intueamur te, id est, vt sic possimus videre in te imaginem & similitudinem Dei, quã feruenti desiderio optamus, vt dicit Archi. post Ray. de pę. distinct. 1. agite. & quartum genus peccati, quod omisit Archdia. posset dici de proposito malo persistendi in peccato, prout etiam ipse sentit, ad hoc infra q. 68. ad fi. Tertio consideretur diuina intuitio, quia omnia intuetur & nihil Deo celari potest. Quartò debet considerari illa imago diuina, quæ vocatur sinderesis, in qua homo factus est ad imaginem Dei. Vnde, Dauid, Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, qui quanto magis inspicitur tanto magis in mente christiani fidelis altior apparebit, secundùm Grego. de pę. distin. 2. dum sanctam ecclesiam. in fi. Quinto debent considerari quatuor dotes principales, quas Deus infixit in anima, scilicet Temperãtia abstinens: Prudentia discernens: Sapientia eligens: Fortitudo fulciens & muniens, 11. q. 3. æstimant. Sexto consideretur timor diuinus de perpetuato cruciatu, Psal. Initium sapientiæ timor domini. de pę. distin.
114 2. sicut. aliàs incipit, si quis in tantam. Nam etiam † timor seruilis valet ad introducendum gratiam seu caritatem, & procedit a Spiritusancto. Non tamen dicitur proprie donum Spiritussancti, secundùm Pet. vt latius refert Archi. de pę. dist. 2. sicut. Item debet considerari, quòd si per verecundiam vnius hominis timet confiteri, maior verecundia sequeretur inde, quia velit nolit, quicquid celauerit, oportebit ipsum confiteri in conspectu totius curiæ cęlestis & amicorum & inimicorum, de pę. distin. 1. §. ex his. ver. nunc autem. sed si confitetur peccatum, tegetur, iuxta illud, Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Et in psalmo, Ego dixi tibi ꝓiecisti post tergum tuũ. & facit de pę. dist. 3. totã. & c. illud vero. & de pę. dist. 1. quantũlibet. ibi, non enim habet quod erubescat cui peccatũ dimissum est: & ea. dist. §. Dauid quoq;. ibi, transtulit. & c. si peccatũ. & c. nunc aũt. & §. econtra. & quod no. Arch. in c. super eo. de hæret. lib. 6. in ver. pęniteant. facit ꝗ. q. 135. & ꝗ. q. 27. & q. 30. dicunt theologi, ꝙ nihilominus patebunt, non tñ ad verecundiã seu confusionẽ, immo ad reddendũ gratias Deo, qui de talibus eripuit, quod no. Octauo consideretur rõ na-
122 turalis: si enim nõ horruit peccare &c. ꝗ. q. proxi. Nono cõsiderari debet vitæ breuitas, vt recolat multos coętaneos suos mortuos & paucos viuos, certe plures pelles agnorum venales inuenies in foro q̃ ouium, & homo, ex quo attingit annum quinquagesimum, semper est in descensu, ꝓm Greg. 86. dist. tanta nequitia. ad idem 13. q. 2. illud. Decimo infirmitas corporis: Nã ægritudo carnis peccatũ repellit, de pœ. dist. 1. potest fieri. Vndecimo defectus potentiæ, quia vt in
123 visu & in alijs sensibus nisi dissimulet videt se deficere, videt se incuruari, & canescere, quæ oĩa ad pœnitentiam inuitant. Vnde maledictus puer centũ annorũ. & 1. q. 7. Paulus dixit. Duodecimo descensus mũdi, q̃a ꝓm Apostolũ perit siue trãsit mundus, & concupiscentia eius, de pę. dist. 3. si ex bono. Tertiodecimo scripturæ sacræ considerandæ sunt, q̃ apertè dicunt; peccatores debere cũ diabolo perpetuo cruciari, de pęn. dist. 3. inter hæc hirc 1. 1. & 2. & c. quid ergo. Quartodecimo, quia iugum Domini leue est, & cito potest a misericordiæ iudice impetrari, de pęn. dist. 2. talis est mihi Deus.

115 Sunt enim septem modi, quibus † peccata deleri possunt, Vnde versus.

Sunt septem deleri modi, quibus omnia possunt.
Fons, eleemosyna, martir, confessio fratrum,
In se peccata dimittere flere reatum.
Sanguinis & carnis Christi susceptio digna.

de pęn. dis. 3. ille Rex. & per Guil. in rationali diuinorum officiorum, de septuagesima, in 3. col. facit de pęn. dist. 1. medicina misericordiæ. & sequentibus. de conse. dist. 2. cum omne. in princ. c. ante benedictionem. de conse. dist. 4. non potest: & cap. proprie. in fi. Quintodecimo consideret, quia aliquam debet inuenire viam, qua tendat ad gloriam, 23. qõ. 4. obtinere nequaquam. & faciunt ea quæ habentur supra in 4. notabili.

¶ Venio ad secundum principale, & primo considerari de-
116 bet per peccatorem, quia † non confitendo est in peccato
117 mortali, de pęnit. & remis. c. omnis. secundo, quia † peccatum separat ipsum a Christo, ut nota. 24. qõ. 3. certum. Tertio, quia talis tanquam separatus a Deo traditus est diabolo, secundùm Ioannẽ, 11. q. 3. audi denique. Quarto, quia citò perit memoria eius, Psal. Vidi impium superexaltatum &c. de pęn. dist. 3. Achal. Quinto consideret, quòd peccatum impedit hominem & ipsius processum sicut inducit infirmitatem, de pęn. & remis. infirmitas. & mortem, de hoc de app. qua fronte. & adducit nouam vindictam, secundùm Ioan. And. in c. 2. de purg. vulg. vnde etiam si sciret homo Deum
118 ignosciturum peccatum suum † & homines ignoraturos, debet nihilominus dedignari peccare, ut per Io. And. in c. illud, de cler. excommu. Sexto consideret, quia timet vbicunque est, Psal. Timor & tremor venerunt super me, &c. 13. distin. nerui. post medium: ibi, vndique metuit &c. Septimò, quia
119 † pro peccato mortali debetur pęna ęterna, vt no. 14. dist. cap. 1. quæ pęna est grauior omni alia pęna, ut dicit Archid. de pęn. dist. 1. nullus. Octauò, quia peccator aliquando tollitur in altum, vt lapsu grauiori ruat, ut nota. de pęn. distin. 3. quod ergo: Nonò, quia perdit bona temporalia & minoratur vita, Psal. Fiant dies eius pauci &c. 23. distin. in nomine Domini. ante finem. & ideo citius moritur, no. 11. q. 3. Episcopi. in fi. & de appel. qua fronte. glo. 5. & 12. q. 1. dilectissimis. in ver. propter peccatũ. facit l. huic. §. 1. ff. ad leg. Aquil.
120 Decimò, quia † dum est in peccato est infamis, vt no. de cõsec. dist. 3. celebritatem: in fi. & per Archid. 2. q. 7. sicuti. in fi. Vndecimò, quia non dicitur homo immo animal, cui conuenit illud uicium, vt per Arch. de pęn. di. 2. principium. in fi. hinc dicitur, quòd Nabuchodonosor † ꝙersus fuit in be-
121 stiam, idest intellectum hominis amisit, 23. q. 5. §. hinc, secũdùm Archid. 2. qõ. 7. sicuti. Duodecimo, quia est hominibus odiosus, 23. q. 6. iam vero. Decimotertiò, quia remotus est ab actibus legitimis, 2. qõ. 4. consanguineorum. 2. q. 7. non potest esse hominibus fidelis. Decimoquartò, quia remotus est a sacramentis, 95. dist. illud. 33. q. 2. admonere. Decimoqntò, quia quanto maiori tempore quis est in peccato, tanto grauius peccat, quia quanto diutius inficiatur animo, tanto amplius a Deo elongaẽ, & debilitaẽ atq; corrũpiẽ, & tanto ꝑ ꝙñs difficilius releuaẽ, 24. q. 1. scisma. vbi hoc no. Archi. Decimosextò, q̃a habitat in babilone, ut ꝑ Arch. post Pet. de pę. di. 3. in salicib⁹. Decimoseptimò, q̃a ꝑ hoc ꝑdit vitã æternã, q̃ Chrianis ꝓmittiẽ, ut in c. cũ Marthæ. de cel. miss. Decimooctauò, q̃a sem ꝑ cadit de malo in peius, de pę. di. 4. c. 1. & 3. & seq. Decimononò, q̃a † ex quo est impęnitens peccat in
122 Spũm sanctũ, de pęn. dis. 3. inter hæc hircum. 1. & 2. in fi. & di. 1. §. quod aũt. ver. hæc est blasphemia. Vigesimo, quia sic moriendo sine fine torquebiẽ, de pęn. dis. 1. voluissent. & dis. 7. §. fi. in fi. & ꝑ talibus, qui sic mortui sunt, non est orandũ, 23. q. 5. placuit. 13. q. 2. ꝑ obeuntibus. Vigesimoprimò, quia non omnibus, sed quibusdam datur resurgere per confessionem, ut dicit Archi. de pęn. dist. 3. ille.

¶ Venio ad tertium principale, & primo debet considerari
123 † sanctorũ remuneratio, quæ & in uita quandoq; & in morte semper magna est, de pę. dis. 2. fi. n. inquit. de sum. Trin. c. 1. §. fi. Secundo remuneratio, quæ expectatur a Christo, quando dotabitur anima cum corpore. vnde versus:

Sensus, amicitia, concordia, plena potestas,
Pax secura, decus & gaudia sunt animabus:
Corpora sanctorum fulgebunt fortia, pulchra,
Libera, sana, sita, sine fine manentia læta.

de pęn. di. 4. §. finis. & §. sic itaq; peccata. Tertiò, quia per hoc illuditur diabolo, qui se suo morsu vulnerat & contra se armet

armet quem debilitandum putauit, de pęn. dist. 1. potest fieri, vt aliquis. in fi. Quarto, quia per pęnitentiam multa bona acquiruntur: efficitur enim cœlestis, de conse. dist. 4. nõ ex quo. ver. ab hac vetustate &c. Quinto, quia amodo de statu suo securus est. Nam dimisit incertum, & tenet certũ, de pęni. dist. 7. qui egerit. Sextò, quia anima sua respicit semper Deum, qui eam creauit, postquam non est pressa tenebris peccatorum, de pęn. dist. 1. & veniet inquit. & dist. 3. ille Rex. & dist. 4. si ex bono. Septimo, quia est particeps bonorũ omnium, quæ fiunt in tota ecclesia Dei, de pęn. distin. 6. qui vult. §. laboret. itaque pęnitens in ecclesia &c. & dist. 1. agite pęnitẽtiam &c. Octauo, quia recuperat omne bonum, quod amiserat per peccatum, de pęn. distin. 4. de pertuso sacculo. Vnde versus:

Quod per peccatum fuit in te mortificatum:
Fiet adhuc gratum fuerit si viuificatum.

Nonò, quia augmentantur tali bona temporalia & salus temporalis, 16. q. 6. decimæ: Vnde versus:

Te pudor emendet conuersi maior abundet:
Cautius instrueris suffragia plura mereris.
Hæc tribuit vires confessio ne recidiues.

Decimo, quia quicquid acquirit & operatur in tuto est, sed peccator sub casu perditionis existit, 23. q. 7. quemadmodũ. & labores impiorum iusti edunt, ea. q. quicunque. 23. q. 5. de liguribus. & §. notandum. Vndecimo, quia prolongatur vita, cùm econtra sit in peccatoribus. Psalm. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Eccle. 7. ne impie agas multum ne moriaris in tempore non tuo. Ad idem 11. q. 3. Episcopi si sacerdotali, in fi. immo facit ipsum dici mortuum, vt dicit Archi. de pęn. dist. 1. porro. §. ijdem. super ver. animæ. Duodecimo, quia vbicunque securus vadit, & nihil timet, cùm econtra sit in peccatore, 22. dist. de Constantinopolitana. ad fi. 25. q. 2. de priuilegijs. Decimotertio, quia facili⁹ addiscit, Sapientiæ, In maliuolam animam &c. Decimoquarto, quia si laicus est, multiplicatur in prole. Psal. Filij tui sicut nouellæ &c. Decimoquinto, quia semper diligitur a bonis, quamuis quandoque molestetur a malis, 23. qõ. 4. §. ex his. Surgat ergo peccator, & dicat, Domine peccaui, vt dicit Archid. de pęn. dist. 3. inter hæc. & importune pęnitentiam petat, no. de elect. cum post. in princip. & hæc declarant not. per Host. in sum. de pęn. §. quæ inducant. & facit supra q. proxima. & infra q. 50. & q. 125. Et adde ad prædicta in legenda circuncisionis, in penul. colum. & de ensenijs, & gloria beatorum per Laudu. in sacramentali de sacramento Eucharistiæ, in 16. col. & sequentibus. vbi etiam in 22. col. An mortui resurgant cũ deformitatibus, quia si proueniunt ex defectu alicuius mẽbri, auferuntur ab eis, de alijs refert opin. vt ibi, & subdit ꝙ de vera iustitia est, vt pro peccato quis in perpetuum puniatur, vt ibi latius; & de mõ & ordine, quos tenet Deus in curãdo infirmum, idest peccatorem per eundem in Rubri. de pęnitentia, 2. col.

¶ Quadragesimosexto quæro, si sacerdos non vult dare li-
124 centiam † suo parrochiano, quod confiteatur alteri nisi pro pecunia, an committat simoniam? Dic quòd sic, secundùm Pisanel. post Ray. in §. confessio. primo. in fi. dicit frat. Nico. quòd potius fuit dictum glo. Ray. in sum. confess. lib. 1. tit. 1. q. 36. pro hoc, quia pro habenda absolutione, seu pęnitentia committitur symonia, no. 1. q. 1. nullus Episcopus. & per Docto. in c. dilectus. 1. de symo. Et similiter pro connexis spiritualibus, vt per Franc. in c. ad aures. de symonia. & in c. 1. ne prælati vices suas. & per eundem in c. consulere. de symon. & sic committitur pro tali licentia habenda tanquam connexa sacramento pęnitentiæ, cum absque ea ille extraneus sacerdos absoluere non posset, vt in c. omnis. de pęn. & remis. pro hoc, quia ipsa licentia spiritualis est, & ex spirituali competit potestate: ergo est symonia, vt patet in eo quod legitur & nota. extra de symo. tua nos. primo responso, & in fi. faciunt no. per Arch. 37. dist. de quibusdam. circa mediũ, & infra q. 105. vel dicendum, ꝙ committitur quasi symonia, per notata per
125 D. Nicola. in similibus in c. 1. & 2. de magistris.

¶ Quadragesimoseptimo quæro, qualiter † teneamur ad cõfessionem: vtrum sit de necessitate salutis. Respondeo, secundùm Thom. in 4. distin. 17. confessio de necessitate salutis est in illo, qui in peccatum mortale actuale cecidit, ad quod supra quæst. 15. ad fi. Et proprie loquendo non est de iure naturali, sed diuino, & nouæ legis: Nam in lege veteri non tenebantur homines ad confessionem peccatorum specialem & distinctam, sed ad generalem & indistinctam, ad quam tenebantur per determinationem sacrificiorum, cõcor. Pet. in 4. dist. 17. secundùm Pisanel. in §. confessio. 2. idẽ in sum. confess. lib. 3. tit. 34. q. 31. & 32. Idem etiam Ray. in ti. de pęnit. & remis. §. 2. dicta. vbi dicit & probat contritionem confessionem & satisfactionem fore de præcepto legis diuinæ. Item Ricar. in 4. distin. 17. asserit confessionem fore de necessitate iuris diuini, adeo ut ad ipsam dicat teneri etiam infideles, tamen ecclesia eis non præcipit, quia propter eorum culpã eis inutilis foret. Frater Robertus optimus Theologus & prædicator prædicauit, quòd confessio non est de veteri testamento, nisi ex insinuatione & ordinatione, non
811 autem ex præcepto: fuit tamen ex institutione Christi, dum insufflando Apostolis dixit: Quorum remiseritis &c. & sic instituendo formam explicitè præcepit nobis de confessione. Ego crederem non improbandam opin. illorum, qui dicunt, ex solo præcepto ecclesiæ procedere, per capit. quidam. alleg. infra quæst. proxi. si enim Græci ad confessionem non tenentur, quia canones nostros non receperunt, ergo nec ipsi nec nos teneremur, si cap. omnis. de pęniten. & remis. non fuisset conditum: sic ergo ex solo præcepto ecclesiæ, glo. de pęn. distin. 5. in sum. videtur sentire, quòd cõfessio in speciali non sit de iure diuino etiam nouo: sed verius est, quod prædicti Theologi dicunt secundùm fratrem
811 Nicola. Osim. in addit. & de hoc not. in sum. Astensi, lib. 5. titu. 2. ad fi. vbi concludit, quòd pęnitentia instituta est quantum ad actum interiorem a lege naturæ, ad quod infra qõ. 50. & supra quæst. 16. Sed quantum ad actum exteriorem a lege mosayca, quæ præcipiebat pro peccatis quædam sacrificia, sed quo ad modum determinatum in vtroque a lege noua, quæ præcipit confessionẽ & satisfactionem ad arbi-
811 trium hominis proponere faciendam & facere: ab hoc autem ultimo habet quòd sit sacramentum, & causa remissio-
811 nis peccatorum, secundùm Petr. vt ibi latius, & plenius in eadem sum. titu. 10. & in sum. fratris Antonini in cap. de confess. ver. de necessitate confessionis. vbi in idem recidit, & per Pet. de Palu. in 4. distin. 17. quæst. 2. articu. 1. dicit Laud. quòd secundum aliquos introducta est confessio a iure naturali, non tamen considerando ius naturale inquantum ex principijs naturæ causetur, nec ante legem competebat, quia tunc sufficiebat interior peccati recognitio, vt habes de pęn. distin. 5. in summa. Adde, quòd præcepta iuris positiui
126 † non referuntur nisi ad ea, quæ sub iudicio humano cadere possunt, vt in sum. confesso. lib. 1. titu. 7. quęst. 18. vnde Paulus, Fidelis, Deus qui non exigit ab homine plusquam possit. Theologi dicunt, quòd de iure diuino positiuo supernaturali est, & ideo vocatur diuinum, quia ab ore proprio Dei: & ideo positiuum, quia per Christum positum & expressum: & ideo supernaturale, quia hoc Deus non commisit naturæ ministerio ordinario, vel mistico, sed sibi solo retinuit talia, sicut sunt operationes miraculorum, institutiones sacramentorum, & reuelationes, quæ opera sunt supernaturalia, quasi supra cursum naturæ operatiua, de testib. venerabili. de hæretic. cum ex iniuncto.
811 Vnde Christus instituit hoc, Ioannis, 20. Cùm dixit: Quorum remiseritis peccata. Nam intelligebatur de peccatis confessis, in hoc duo satis expressit, videlicet peccata confitenda, & sacerdotibus, quia loquebatur Apostolis & eorum successoribus, scilicet sacerdotibus, qui successores eorum sunt, quo ad sacramentorum dispensationes, 11. quæst. 3. absit. & not. 12. quæst. 1. videntes. vnde
811 Iacobus dixit, Confitemini &c. præsupponendo diuinam institutionem, & sic exequebatur eam, ut per Laudu. in sacramentali de sacramento pęnitentiæ, in 4. & 5. colum. Ioan. de Lign. post Docto. in cap. quod in te. de pęni. & rem. concordat opiniones, videlicet, quòd confessio simpliciter est introducta diuina institutione, sed quòd homini & taliter & tali tempore, procedit a constitutione ecclesiæ: probatur, quia si confessio hodierna fuisset a Deo intro-
811 ducta, tunc Græci tenerentur, qui † tamen soli Deo con-
127 fitentur, nec improbatur, quia constitutionem super confessione non receperunt, sicut nec super matrimonio receperunt, secundum eum: & sic confessio hodierna fuisset a Deo introducta: in speciali procedit de iure diuino nouæ legis: sed quòd proprio sacerdoti & tali tempore a constitutione ecclesiæ ꝓm eum. & de hoc no. de pęn. dis. 5. in sum. & ꝙ Doct. in d. c. omnis. & per Ioã. de Imo. in clem. 1. pen. col. de priuil. vbi dicit, ꝙ istud est ex præcepto ecclesiæ, secũdùm
811 Laudu. Sed vĩ concludendum, ꝙ confessio in speciali etiam

homini facienda est de iure diuino, & sic in hoc statutum d. c.oĩa.ꝓcedit de iure expositiuo declaratiuo seu executiuo iuris diuini, vt dicit in simili Archid.in cap.vt commissi.in princ.de hære.lib.6.& hoc patet, dum Christus dixit,quodcunque ligaueris &c.& quorum remiseritis.&c.quasi ordinando sacerdotes iudices voluerit,quòd confiteri teneamur homini, sicuti Rex ordinando officialem vult, quòd subditi ad ipsum tanquàm officialem recurrant, secundum opiniones theologorum, vt supra q.31.in fi.sed quòd confiteamur proprio taliter & tali tempore iuxta cap.omnis.& procedit opinio Ioan.de Lig.& glo.de pę.dist.5.in sum.& sequacium.
128 facit infra q.49.& sic Papa † astringitur homini confiteri, si vult saluari. Ad quod infra q.62.& inquantum confessio est de iure diuino, sufficit quandoque confiteri ante mortem, supra q.32.post princ.dicit Nico.in d.cap.omnis.6.colum. quòd multum sibi placet, quòd confessio potius sit instituta ex quadam generali traditione ecclesiæ, quia non est aliqua auctoritas aperta, quæ innuat Deum seu Christum aperte instituisse confessionem fiendam sacerdoti, hodie tamen cũ sit generalis apud nos illa traditio, peccaret mortaliter latinus nõ vtendo confesione,11.dist.in his.& in d.cap.omnis. secundum eum.Et ex his infertur,quòd confesio hodierna apud nos est sub præcepto peccati mortalis,& necessaria, quia textus in dicto cap.omnis.dicit confiteatur, quod videtur imperatiui modi, & præsentis temporis, & sic est præcepti, quare transgressor peccaret mortaliter, 14.q.1.quisquis.& cap.se.& quod no.10.distin.quis autem.& per Arch. 25.q.1.violatores.& 28.q.1.omnis.in fi.licèt enim in c.omnis.non sit aliquod verbum præcepti expresse,reputatur tamen præceptum, secundùm quòd dicit Pet.de Pal.in 4.dist.
129 7.q.1.art.1.conclusione.2.facit,quia traditio † ecclesiæ obligatoria est,vt præceptum,ar.11.distin.in his rebus.pro hoc,
130 quia textus in dicto cap.omnis.dicit, statutum.nam † decretum, præceptum,& statutum idem important, ar.nota.per Archid.4.distin.denique.in fi.immo non seruans hoc generale statutum, præsumitur infidelis, quia contemnit præceptum ecclesiæ, & de clauibus male sentire præsumitur, de pęn.cap. fina.& qui non obedit statutis præceptorijs peccat mortaliter, Ioan.And.in c.1.in fi.de maio.& obedi.& fuit statutum salutare, vt ibi dicitur, i.inductum pro salute animarum,secundùm Ioan.And.ibidem,& in cap.irrefragabili, ante medium, de offi.ordi.ex quo sequitur, quòd nec consuetudine nec præscriptione tolli potest:peccant enim in talibus transgressores,de maio.& obedi.illud.secundùm Ioan. And.in simili in cap.cum infirmitas.de pęni.& remi.quia ergo non seruans mortaliter peccat, permitti non debet contrauenire etiam de misericordia, vt dicit in simili Franc.in cap.ex litteris.2.de spon.Similiter & communicare videtur præcepti diuini & ecclesiæ, infra §.proxi.q.85.& q.72.& ad præmissa adde 33.q.1.si per sortiarios.dum dicit, & spiritu humiliato sacerdoti & Deo de omnibus peccatis suis puram confessionem faciunt.

131 ¶Quadragesimooctauo quæro, an græci teneantur † ad cõfessionem homini faciendam. Dic quòd non, quia ad ipsos non emanauit nec peruenit constitutio & traditio ecclesiæ, sicut nec conficiunt in azimis, vt no.de pę.distin.5.in sum. & est textus de pę.distin.1.cap.fina.& idem tenet Hosti.in sum.de pę.§.cui confitendum.versi.cui Papa.ibi, dicunt aliqui, idem Guil.duran. in repertorio aureo de reg.pęnitentiæ.§.vt autem scias.in princ.& supra q.proxi. Adde, quòd
132 ad grecos † calabrienses peruenit traditio & consuetudo cõfitendi presbytero,& ipsam seruant:præcipitur enim eis, vt nostris moribus se conforment, secundùm Hostien.in sum. de temp.ordi.§.1.in princ.alleg.de bap.cap.licet græcos.faciunt not.11.distin.in his.& in cap.ad apostolicam.de symo. & in cap.cum omnis.de constitu.Similiter græci alia forma vtuntur in baptismo, supra §.1.q.12.& similiter in Eucharistia, infra §.proxi.q.3.ad fin.& dicunt aliqui, quòd per hoc
133 † quòd græci non receperunt canones,non dicuntur hæretici, vt not.20.distin.de libellis.in fi.& per Archi.11.q.1.magnũ.facit quod not.in cle. vna, de magistris.in ver. hæbraice.vide tamen Arch.in c.1.in ver.damnamus: de sum.Trini. lib.6.& in c.in fidei.de hæreti.& Ioan.And.in c.1.post princ. de scisma.& quòd ecclesia græcorum sit subiecta Romanæ ecclesiæ, no.per glo.& Fran.in c.fi.de bapti.facit ĩ.q.120.vide.ĩ.§.proxi.q.3.in fi.& q.28.

134 ¶Quadragesimonono q̃ro, Vtrũ Papa † posit cũ aliquo dispensare, ne confiteretur. Respondeo, secundùm Tho.in 4. distin.17.non potest, eo quòd ipse necessitatem sacramentorũ nõ põt tollere,nec imponere noua,s.sacra.instituendo. Sunt enim ex dispensatione diuina, sed dispensare posset cũ aliquo,seu etiam generaliter circa tempus,vt scilicet differatur vltra tempus anni,secundùm Pisa.in §.confessio,secũdo. Idem in sum.confess.lib.3.tit.34.q.34.& de ista dispensatione circa tempus intelligendum est inquantum respicit terminum constitutionis ecclesiasticæ,vt scilicet per hoc quis non incurreret pęnam c.omnis.de pęn.& rem.non autem inquãtum respicit terminum legis diuinæ, per quam quis uidetur ad confessionem obligari statim habita cõmoditate post casum mortalis culpæ,secundùm fratrem Nico.Osim.in addit. qui refert ad notata per eum in sua quadriga.lib.2.tit.7.§.2. ad quod infra q.proxima.& adde supra q.47. Et ad primum dictum Pisa.concor.Arch.de pęnit.distin.5.in sum. & frater Anto.in sua sum.cap.de confessione.& per Pet.de Palu.in 4. dist.17.q.2.arti.6.& q.3.arti.1.& per Laudu.de sacramento pęnitentiæ. in 5. colum. ver. 4. & per Imo.in elemen.ne in agro.4.colum. super glos.mensibus. & in sum.Astensi.lib.5. titu.10.in fi.vbi concludit, quòd Papa non posset cum aliquo dispensare, ne homini sua peccata confiteatur:pro hoc, quia esset interuertere generalem statum ecclesiæ, vt nota. in simili 40.dist.si Papa.in glo.sed posset ne.in fi.& per Fran. de Zab.in c.1.in 3.q.ad finem.de bap.& supra §.1.q.12.Item
135 non potest † Papa ea,quæ scandalum inducunt toti ecclesiæ, & per quæ decoloraretur status ecclesiæ vniuersalis,1.q.7.& si illa.& per not.per Fran.in c.ex publico.de conuer.coniug. nisi ex magna causa,vt per eundem Fran.post Inno.in c.cum ad monasterium.§.fi.ibi,insuper circa prædicta.de sta.mona. Ad quæ no.per eundem in repetitione.c.perpendimus.in 6. col.de sent.excom.& quod not.glo.in c.a nobis. de decimis. & infra q.106.Prædictis adde, quòd vidi bullam Apostolicam,in qua Papa facientibus certam eleemosynam concedebat plenam remissionem peccatorum contritorum: ergo nõ requirebat confessionem sacerdoti faciendam in talibus personis & casibus,& sic ecclesia vr̃ velle quòd talis contritus lucretur indulgentiam absque confessione tunc facienda, quã tamen aliàs faciet, & ita concordat bulla cum Doct.

136 ¶Quinquagesimo quæro, vtrũ homo† statim teneatur confiteri.Respondeo,secundùm Tho. vbi s̃.ad ꝓpositũ cõfitẽdi & ad ꝯtritionem tenet̃,s.qñ peccata memoriæ occurrũt. Sed ad ꝯfessionem actualiter faciendam tenet̃, si debeat Eucharistiam accipere, ad quam nullus post peccatum mortale nisi ꝯfessus debet accedere copia sacerdotis oblata, & necessitate non vrgente, s̃m Pisa.in §.ꝯfessio.2. Idem s̃m Pet.si quis debeat sacrum ordinem recipere,vel hmõi,vt in sum. cõfess. lib.3.tit.34.q.69.Similiter ẽt tenet̃, si periculum mortis imminet, aliàs non tenet̃ homo ad statim ꝯfitendum, quãuis periculosum sit differre:ex præcepto autem ecclesiæ tenetur saltem semel in anno confiteri omnia peccata sua, vt in cap. omnis.de pęni.& remis.secundùm Pisa.& ad illud, quòd ordinandus debeat confiteri, vide supra §.3. quæst.33. frat. Nico.Osim.in additio.sic dicit Pet.in dicta quæst.69. dicit, quòd quis etiam tenetur confiteri ratione conscientiæ, vt si dictat sibi conscientia, quòd statim teneatur. Item ratione dubij, vt si non speret copiam confessorum sibi amplius illo anno occurrere, vt si habet casum de quo solus Papa potest absoluere, & habet modo copiam pœnitentiarij Papæ. Item dicit Thom.in quadam quæstione de quolibet, ꝙ laudabile est, quòd peccator peccatum suum quàm citius potest confiteatur,per accidens tamen posset dilatio esse meritoria,dummodo non differat vltra annum, videlicet si differat ad hoc vt prudentiori cõfiteretur & deuotius propter sacrum tẽpus.Item glo.de pęn.dist.5.in sum.dicit, ꝙ si peccatum est publicum, tenemur statim confiteri sub obligatione peccati mortalis. Innocen. etiam in dicto capitu. omnis. videtur tenere indistincte in peccatis non publicis, quòd statim teneamur confiteri habita rationabili commoditate: & subdit: Alij dicunt contra, sed primum tutius. Bonauentura etiam latè hunc passum tangit in 4.distin.17.& conclusiue sentit, quòd religiosi tenentur statim confiteri:& idem quasi sentit de clericis quibuscunque, sed sub dubio. de laicis vero asserit, quòd tenentur similiter quando est talis oportunitas, quòd nunquàm rationabilior maior expectatur, nec quo ad tempus nec quo ad sacerdo-
137 tem. Sed quia † tempus Quadragesimæ videtur ei magis oportunum, videtur, quòd illud tempus rationabiliter possint expectare. Sed hoc debet intelligi, quando per prius oportunitatem non habent,aliàs illud est tempus magis oportunum, quo primum possunt debite confiteri propter moræ periculum.Vnde ipse Bonauentura & omnes cõsulunt,ꝙ post lapsum mortalis culpæ quàm citius potest qui libet confiteatur,quorum consilium uanum foret, nisi esset de meliori. vñ Isidorus de summo bono,ti,2.dicit; Cito corrigatur culpa,quæ cito cognoscitur:tardius aute sanatur vulnus, quod iam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibetur. Præterea & ipse Bonauẽtura innuit, ꝙ religiosi ex vi sacramenti non teneantur plus quàm laici,nisi ratione occurrentis oportunitatis: ergo cùm laicis occurrerit oportunitas, eodem modo tenentur. Sic igitur licet religiosis verisimiliter citius occurrat confitendi oportunitas q̃ secularibus clericis, & ipsis clericis citius quàm laicis,tamen omnes etiam laici, cum eis congrua oportunitas aduenerit, videntur teneri ad statim confitendum, sicut etiam de laicis ostenditur in quadriga,lib.2.titu.7.§.2.& supra q.proxi.secundùm eundem Osimum vbi supra, & quòd homo teneatur cum peccat confiteri, inducunt quidam:Nã quando posibilitas adest,statim debet confiteri, sicut in restitutione dicimus,ar.de simo.Matthæ⁹.in fi.14.q.5. si Rex. in prin.& in fi.Nam quilibet tenetur esse in tali statu, in quo penitentiam agat,& peccatum sibi remittatur:vnde Eccle.7. Ne tardes cõuerti ad Dominum,& ne differas de die in diẽ, ar.ad hoc de simo.cum in ecclesiæ.de consue.c.ult. nam peccator est fur,quia animam suam furatur Deo, & fur semper est in mora: & ideo cùm detinet alienum, semper auget peccatum,ff.de condi.furtiua.l.in re furtiua.Præterea decretalis omnis.non dat licentiam differendi,sed prohibet negligentiam & dilationem,sicut ecclesia prohibet, ne quis vltra annum in excommunicatione remaneat,de hæreti.excommunicamus.§.si vero dñs.ver.& si satisfacere.Non tñ dat licentiam remanendi vsq; ad horam illam. Similiter si Imperator det alicui personæ infami priuilegium, vt non agatur cõtra infamem,non propter hoc liberat ab infamiæ nota, sed solũ a pœna,scilicet,vt cõtra ipsum non agatur: sic decretalis ista non liberat ab offensa,sed ne ecclesia neget alicui ingressum ecclesiæ,vel etiam sepulturam,sicut facit post:Nam ista decretalis non pro negligentia,sed ꝯ negligentes est inducta,sicut dr̃ de præscriptione,de præscrip.vigilanti.vnde dñs Do. in c.de homine.in fi.de celeb.mis. vr̃ sequi quòd quis statim debeat confiteri, nec sufficiat semel in anno. Alij dicunt & communius s̃m Pet.ꝙ cùm sit præceptum affirmatiuum,nõ obligat nisi pro loco & tempore:ecclesia enim in hoc præcepto potuit tempus determinare,cùm sit præceptum disciplinæ non naturæ:vnde regulariter non tenetur homo confiteri nisi semel in anno,s.in Pasca, quando etiam necesse habet communicare:& hanc opi.dicit Tho.esse probabiliorem: ita refert Arch.de pęn.dist.3.ille Rex.in princ.& dist.5.in sum. ad fi.hanc etiam opi.Pet.& Tho.vr̃ sequi de iure Ioã.And.in d.c.omnis.in ver.saltem,dicens sic,ac si dicat,quia sæpius homo cadit,esset sæpius confitendum,de pœn.dist.3.septies.& c.sequentibus.sed ad minus semel hoc faciat:quod intelligit de his,qui postquam pęnitentiam egerunt non peccauerunt mortaliter,quibus hoc consulitur,ꝙ licet nõ sint in peccato, tamen semel confiteantur in anno, quia non debet se nimis assecurare,5.distinct.ad eius.vel loquitur de his,qui peccant, qui ad minus semel in anno debent confiteri: sed per hoc non prohibetur, quin statim post peccatum confiteri debeat, dummodo copiam sacerdotis possit habere, quia nunquam ab eo absoluetur peccator, quo se ligauit peccato, nisi absoluatur a presbytero, cui dictum est, Quodcunque &c. Alij dicunt,ꝙ potest differre, sed primum securius, secundùm Ioan.And.post Inno.in d.c.omnis.2.col.facit qđ no.in c.statutum.§.cum vero.in ver.statim,de rescript. lib.6. & sic vltima opinio vr̃ de iuris necessitate, opinio.s.Io. And. vt dicit in simili Bal. in auth.ex testamẽto.2.col.C.de colla. & quod no.in l.qui filiũ.§.1.ff.de trebell. & per Ioan.And.in proemio Decretalium,post princ.vnde in opinionibus contrarijs quas ponit Inno.sua est vltima,secundùm Ioan.And. in c.1.de sent.excom.lib.6.in nouella.in antepen. colum. dicit etiam frater Anto.in dicta sum.3.parte.cap.de confessione, quòd hæc opinio communis est, quòd non tenetur nisi semel in anno, secundùm Thom.Pet.Dur.& Ricar.nisi in dictis duobus casibus, & in alijs duobus. Primus, si aliàs pro illo anno viderit se non posse habere copiam sacerdotis.Secundus, si de hoc faceret sibi conscientiam, quòd teneatur ex præcepto: sed quia periculosa est dilatio, debent homines induci persuadendo ad cito confitendum,secundùm eũ, & per Pet.de Palu.in 4.dist.17.q.2.articu.5. vnde dominus Fran.in dicto cap.omnis. dicit tutum esse pluries confiteri: possunt tamen peccatores expectare annum ad confitendũ:
138 monachi † vero tenentur confiteri singulis mensibus, de sta. mon.ne in agro.§.sane. & pro hac parte videtur textus in simili in clem.si dominum.ver.licet igitur.de reliq.& vene.sancto.facit de hæreti.cap.excommunicamus.§.adijcimus, pro hoc,quia confitendo semel in anno videtur satisfactum præcepto, ad quod supra quæst.47.aliàs sola contritio sufficit, supra q.29.& seq.& infra qõ.53. Vnde facere quod lex permittit non erratur,no.22.quæst.1.si peccatum:& de hoc etiã in sum.Astensi,lib.5.tit.11.vbi similiter sequitur opinionem communem dicens, quòd aliqui religiosi tenentur ratione statutorum suorum statim cùm peccant confiteri. Sic ergo concluditur, quòd confiteri non tenemur, nisi semel in anno de iuris necessitate,licèt aliud sit securius, & ita procedat opinio fratris Nico.& intellige regulariter,fallit in dictis quatuor casibus,in quibus confiteri tenemur: primò ratione ec-
139 clesiastici sacramenti recipiendi,vel exequendi.vnde† sacerdotibus,quibus incumbit collatio sacramentorum quotidiana,videtur necessarium statim confiteri, vt per Laud.de sacramento pęnitentiæ,in 2.colum.ver.6.quando sit confitendum &c.Similiter si habet audire confessionem, per not.ĩ.q. 113.post princ.nisi forte in necessitate,per no.infra §.proxi, q.75.vnde sacerdos peccator ingerens se diuinis peccat mortaliter, vt per Arch.& Domi.in c.1.§.sciturus. de re iud.lib. 6.& peccat sacerdos existens in peccato alijs pęnitentiam iniungendo,licet absolutio teneat,vt per Nico.in Rubr.de vita & hone.cle.vnde Nic.in c.omnis.8.col.concludit,quòd cum istud sit præceptum affirmatiuum,de cuius natura est vt obliget semper, sed non ad semper, sed loco & tempore debito, sufficit confiteri semel in anno, videlicet tempore ab ecclesia determinato,secundum eum.Secundo ratione conscientiæ,quam quis sibi de hoc faceret.Tertio ratione dubij,si nõ sperat postea confessorem habere,vt supra.Quarto ratione periculi instantis, vt quia volebat intrare bellum iustum,secundùm Ioan.And.in cap.sacris,de sentẽ.excommuni.vel si erat decolandus,aut in naufragio,ut per Pet.de Palu.in 4.di. 20.q.1.conclusione 3. vel si mulier prægnans propinquabat
140 † partui, quo casu etiam a casibus papalibus absolui poterit, vt per Ioan.And.in c.pastoralis.ad fi.de offi.ordi.& adde in-
141 fra q.84.ante fi.in ver.septimus.& qõ.89. Si ergo † peccator habet propositum confitendi s̃m mandatum ecclesiæ & moriatur, antequam confiteatur, non erit damnatus, ex quo habuit propositum & animum confitendi:dum tñ decesserit contritus,de pęni.dist.1. in sum. s̃m Imolã, post Matthes.in clem.ne in agro.super gl.in prin.de sta.mona.& pro dicta cõi
142 opi.facit,quia dictio † saltem, est aduersatiua nõ alternatiua, & natura ipsius est subsidiaria,vt vltimate recurrat̃ ad illud, cui iungitur,vt per Doct.in c.statutum.§.cum vero.7.col.& in fi.de rescript.lib.6.

143 ¶Quinquagesimoprimo † quæro, quo tempore anni confiteri debemus. Respondeo, textus in cap.omnis. non declarat, sed credo quòd in Pasca, quando & communicare tenemur, vt dixi supra quæst.proxima, post princip.& ante finem. & sic textus dicti cap.omnis.debet legi suspensiue vsque ibi in Pasca, quasi tunc debeant confiteri & communicare illi, qui tantum semel in anno confiteantur & cõmunicant, & ita seruatur. Si enim in Pasca debent communicare, & ante communionem debent confiteri, ergo vtrumque fiet eodem tempote, & ita interpretatur consuetudo, de consue.cum dilectus. Vnde si forte in princip. Quadragesimæ quis confessus fuerit, oportebit in Pascate denuo confiteri propter sumptionem Eucharistiæ, vt dixi supra q.proxima.quod etiam cautius est, quia illa vice recordabitur de illis,quæ forte prima vice in memoria non fuerunt, & de alijs postea factis, quod & seruatur per timentes conscientiam.

144 ¶Quinquagesimosecundo quæro,an singulis † annis confiteri teneamur.Respondeo sic,vt patet in simili in cle.si dñm. ver.licet igit̃.coniuncto ver.nos itaq;.ibi,annuatim,de reliq. & ven.san.& facit in ar.l.annua.§.fi.& l.cũ quidam.de an.lega.& no.ꝑ Bar.in d.l.cum quidam.facit de conse.dist.4. sabbato.in fi.& c.litteris.facit 18.dist.c.1.iuncto.c.propter.& c. peruenit.& sequenti. & cap.penult.& fi.& 10.quæst.1.Epi-
145 scopum.pro hoc, quia dictio, in, quandoque† ponitur augmentatiue, vt no.Archi.1.q.1.sacerdotes. & facit cap.vnicum,

cum,in fi.de reli. & vene.san.lib.6.& clemen.ne in agro.§.sane singulis.de sta.mo.& quod ibi no.

¶Quinquagesimo tertio quæro,an confessus semel in anno,
146 si † infra annum peccat & conteritur cum proposito confitendi, participet de indulgentijs concessis vere pęnitentibus & confessis, ita quòd dicatur confessus quo ad hoc.Respondeo, dominus Franc.in cap.omnis.de pęni.& remi.& in clemen.vna.ver.idcoque.aliàs ver.nos.n.Christi fideles &c. de reliq.& ven.sanctorũ. tangit hoc & ꝓmittit,ꝙ ēt peccãtes per illum textum cap.omnis.possunt expectare per annum ad confitendum, licet tutius sit, quòd statim cùm peccant confiteantur: & per hoc dicit præsumi contritum, qui obijt infra annum, quo confessus fuit, etiam si tunc non fuerit confessus,etiam si decedat in mortali, de quo non fuerit cõfessus, quia non dicitur decessisse in mortali, ita quòd sit reus gehennæ, cùm videatur habuisse animum confitendi infra annum,ad quod solum tenetur, dicto cap.omnis.& est ratio, quia si non esset præceptum confitendi, sola contritio sufficeret: præceptum autem, de quo ibi, dicit tantum semel in anno:est ideo,dummodo quis habeat animum confitendi semel in anno, si contingat quòd decedat sine confessione, quam tamen non contempsit, etiam si notum sit quòd in mortali decedat, debemus præsumere quòd decessit contritus, & præsumitur habuisse animum confitendi, si solitus erat confiteri omni anno: tutius tamen est confiteri sæpius, & per hoc etiam dicit, quòd is qui solitus est confiteri singulis annis participabit indulgentijs concessis his, qui sunt vere pęnitentes & confessi, etiam si aliqua peccata commiserit a die confessionis, dummodo intendat confiteri secundum præceptum cap.omnis.& dicit, quòd licèt hoc videatur nouum, tamen verum est, licèt vt dictum est tutius sit sæpius confiteri, secundum eum, idem tenet Nico. in dicto c.omnis. 8.colum.Sed contra hanc opin.arguitur, quia videtur contra textum dicti ver.ideoque: vbi dicitur, quòd in dominica præcedenti prælati debent exhortari subditos, vt confiteantur &c.vt sic fiant participes sacramenti 149 & indulgentiarum, vt in dicta clemen.in fi.ex quo colligit ibi Ioan.de Imo.ar.quòd dicto tempore omnis fidelis debet confiteri & communicare: ergo non sufficit fuisse aliàs confessum intra annum, nisi & tunc confiteatur: & licèt ille textus in conclusione simpliciter loquatur dicendo, confessus: tamen debet interpretari secundum præcedentia, l.fi.ff.de hæred. instit. Præterea talis non potest dici vere confessus, 150 cùm post peccatum commissum non fuerit actualiter con-
147 fessus: nam lex † loquens in casu vero non habet locum in casu ficto, not.l.3.§.hæc verba.de neg.gestis.ergo indulgentia concessa vere penitentibus & confessis non extenditur ad illos, qui confessi videntur. Item fateor, quòd talis vere contritus habetur vt confessus, & dicitur confessus, cùm semel in anno confessus est, tamen istud procedit quo ad quid, videlicet quo ad satisfaciendium huic præcepto: non ergo extendi debet ad aliud, ut not.in simili in l.bene a Zenone.in fi.C.de quadri.præscrip. & iuxta not.13.quæst.2. cap.fi.in glo.licite, in fi.Item non videtur dicendum, quòd vnus actus confessionis pariat effectus repugnantes, videlicet absolutionem a præcepto cap.omnis.& obligationem seu lucrifactionem indulgentiarum, videlicet quòd Deus quodammodo debeat acceptare hunc participem talis indulgentiæ: facit.l.qui hominem.§.penul.ff.de solu.& l.cum is.§.1.ff.de condic.indebiti.& quod not.de bap.maiores.in 151 glo.ar.hæc etiam pars videtur probari ex ordine indulgentiæ, dum dicitur, uere pęnitentibus & confessis: & sic patet, quòd post contritionem sequi debet actualis confessio quo ad talem effectum. Alia ergo est ista confessio quo ad participandum de ista indulgentia, quàm illa, quæ fit ad satisfaciendum præcepto, quod uidetur de mente indulgentiarum:& facit supra quæst.30.Sed uolens sequi opin.domini Franc.posset dicere, quòd in dicto uer.ideoque.loquitur de illis, qui non fuerant confessi in Quadragesima præterita:quin ēt Pet.de Palu.videtur sequi idem in 4.dist.20.q.4. ar.3.dicens, prima conclusio est,quòd indulgentiæ non ꝓsunt existentibus in mortali:vnde dicitur in eis vere pęnitē- 152 tibus & confessis:intelligo autem confessis in proposito,qa non oportet de facto:contra quod tamen est,quia in quibusdam exprimitur, vel qui infra mensem fuerint confessi: vnde uidetur ex mente & pactione ecclesiæ concedentis, quòd qui quando implet conditionem non est in statu,postea recedente fictione recipiat effectum secundùm eum, qui per hæc uerba plura dicere videtur. Primo,quòd sufficiat propositum confitendi, vt quis ex tunc temporis, quo implet conditionem ecclesiæ appositam, puta accedendi ad ecclesiam, vel huiusmodi, consequatur indulgentiam concessam vere pęnitentibus & confessis. Sed si concederetur vere pœnitentibus & confessis, adiecto, vel qui infra mensem &c. tunc si post impletam conditionem infra mensem confiteretur,illam ex post facto consequeretur, & ex hoc videtur inferre ad aliud, videlicet quando quis tempore, quo implet conditionem, non est in statu salutis, vt quia licet confessus non tamen contritus, vt scilicet tunc ex post facto recedente fictione recipiat effectum indulgentiæ: ad quod supra q.34.& infra proxi.& q.152.& de materia indulgentiarum plene tractat Pet.de Palu.in 4.distin.20.qõ.4.per totam.sed ad principale propositũ satis obstat, quia consuetudo christianorum interpretari & intelligere videtur, vt requiratur specialis confessio ad tales indulgentias consequendum,ad hoc infra §.proxi.q.116.

148 ¶Quinquagesimoquarto quæro, in † quibus casibus tenetur quis confessionem iterare. Respondeo,in quatuor casibus. Primus, si sacerdos nesciuit discernere qualitatem peccati. Secundus, si non potuit absoluere. Tertius, si contempsit vel neglexit satisfacere, & oblitus est satisfactionem iniunctam: nam si sciret & eam implere vellet, non oporteret iterare. Quartus, si confessio non fuit integra, vt qa scienter tacuit aliquod mortale, secundùm Pisan.in §.confessio.secundo.& alleg.Pet.& Thom.in 4.distin.17. Idem in sum.confesso.lib.3.tit.34.q.70.& per Petr.de Palu.in 4.dist. 17.quæst.5.art.3.& in sum.Astensi,lib.6.tit.4.artic.3.& istos quatuor modos habes de pęnit.dist.1.mensuram. §.non ita. in glo.in casibus. ibi tamen glo.dubitauit de prædicto vltimo casu, & non firmabat, sed non est dubitandum, vt ibi per Archid.post Ray.& quo ad primum casum sciendum,ꝙ ex quo aliqui inferunt, quòd propter ignorantiam sacerdotis perdatur auctoritas absoluendi, sed hoc non videtur ve- 149 rum, quia † potestas clauium consistit in iurisdictione & nõ in scientia, secundùm Ray.in titu.de pęn.& remis.§.itē queritur quid remittit sacerdos.sed dictum eorum potest intelligi, quando quis cum posset sacerdoti idoneo scientia & cõscientia confiteri, tamen eligit insufficientem, quia videtur de propria non curare salute: & sic ex sua mala dispositione confessio uidetur Deo non grata & inualida, de pœni.dis.6. 150 qui uult.sed in quocunque † casu confessio facta fuerit ignoranti sacerdoti non sufficienti, præsertim de multis,seu grauibus peccatis optimum est consilium illam iterare, cùm qs commoditatem habuerit sacerdotis periti scientia & conscientia,cùm ignorantia sacerdotis in confessione sit multum periculosa,ut colligitur per August.in d.cap.qui uult.& per Ray.in dicto uer.item quæritur. secundùm fratrem Nic. in addit.ad hoc infra q.93. Quo ad secundum casum,si sacerdos non potuit absoluere,intellige vt quia non habebat iurisdictionem ordinariam siue delegatam,de pęnitē.& remis. omnis.secundùm Nic.intellige tamen quod habebat iurisdictionem super alios,ut differat a sexto casu, de quo infra dicam.Si tñ ignorabat ꝛfessorem non habere potestatem,& fecit quod potuit & debuit,uidetur quòd sit absolutus ꝓpter bonam fidem ipsius credendo, quòd haberet potestatem, ut prædicauit frater Rober.ꝓ quo facit quod infra subijcio: facit infra q.100.Quo ad tertium casum, si contempsit,&c. est sciendum, quod ex contemptu † seu negligentia omittēs facere sibi iniunctam pęnitentiam peccat mortaliter, secundùm Scotum in 4.dist.15.quia facit contra præceptum vicarij Dei, idest confessoris, & etiam ecclesiæ, ut in alleg. cap. omnis.secundùm fratrem Nico.infra q.152. circa medium. Quo ad quartum casum, si confessio non fuit integra, dicēdum est quòd idem etiam est, si omiserit quis peccatum, de quo dubitauerit,vtrum fuerit mortale,supra qõ.41. uel eius circunstantiam necessariam, ut infra quæst.60.& non solum si fiat hoc scienter, sed etiam si fiat ex ignorantia seu obliuione procedente a propria culpa notabili, ut colligitur ex notatis per glo.Ray. sub titu. de pœnit. & remis.§.item circa principes.ad quod etiam facit, quia lata † culpa æquiparatur dolo,ut in cap.ut animarum.de consti.lib.6. & ideo si quis ex sua culpa ignorat, quæ confiteri debet, seu eorum oblitus est, debet de huiusmodi negligentia ex corde dolere, & firmiter proponere emendari, ut legitime ualeat confiteri, ut nota. in summa confessorum. lib. 4. titu. 34. quæst. 18. quando autem quis scienter omittit aliquid de

153 de pertinentibus † necessario ad confessionem, non solũ annullat confessionem, sed etiam nouum committit mortale peccatum, ś.q.39.secundum fratrem Nico.in addi.per quæ paret, quòd si non fecit suam diligentiam in recordando, debet reiterare totam confessionem,vt infra dicam,& ś.qõ. 40.& infra q.122.Et adde,quòd D.Fran.in d.c.omnis.vr̃ in-
154 clinare,quòd valeat † pœnitentia de vno peccato sine alio ad hunc effectum,vt non teneatur reconfiteri de illo,licet sit tutum confiteri,alleg.not.per Host.in sum.de pęn. §.an peccata.ver.quartus.Sed salua reuerentia ibi Hostiē. inclinat in primam partem, seu opinionem, s.ꝙ non valeat pęnitentia de vno peccato sine alio:& ideo iteranda est,vt ibi latius,pręsertim dum respondet ad illas auctoritates: & licèt ibi formauerit thema,quando quis vadit ad pęnitentiam ficte,non cum proposito abstinendi,vel quia retinuit & concelauit aliquod mortale,tñ non prosequitur primum,sed tantum ſm, scilicet qñ vnum concelauit, & sic inhæret primæ opinioni ibi positæ,s.ꝙ non valeat,quod cõius est,vt dictum est: & hr̃ in d.sum.Astensi,tit.16.in 5.lib.q ēt dicit eo.lib.tit.4.arti.3. ꝙ per pęnitentiam non potest remitti unum peccatum mortale sine alio,quia esset ō perfectionem misericordiæ Dei,cuius perfecta sunt opera,vt ibi latius,& in d.sum.Ant.3.parte. c.de confessione.& ś.q.5.& q.34. Ad idem D.Nico.in c.omnis. 1.notab. Addũt quidã quintum casum, qñ non contritus confessus,quia existebat in proposito non deserendi peccatum,vel non dolet de omnibus,vel non sufficienter,& sic ficte accessit ad confessionem,de quo in d.q.34. Addit frater Nic.sextum casum,s.cùm confessor in aliquo non habet iurisdictionem,oportet enim tunc,ꝙ pro illo pęnitens recurrat ad habentem potestatem,& ei illud iterum confiteatur, ar.de pęni.& remis.c.significauit.ad quod infra qõ.117.& sic tres casus sunt ex parte confessoris, & tres ex parte confitentis,secundum eundem.Et scias,quòd Pet.de Pal.in sum. Ant.3.parte. in c.de confessione. referendo eum addit alium casum, in quo quis tenetur iterare confessionem, videlicet impedimentum ex parte confitentis, siue scitum siue oblitum siue ignoratum probabiliter, puta quia erat excommunicatus maiori vel minori excõmunicatione, licèt nesciret, cùm postea sciuerit tenetur reconfiteri,quia excommunicatus absolui non potuit a peccatis, & probabilis ignorantia, licet præseruet a culpa & a pęna irregularitatis, non facit eũ non esse excommunicatum:est enim minus capax sacramentorum,a quorum participatione excluditur, & ideo absolu- 156 tio nulla,ſm eũ,ad hoc infra q.117.Sed aduerte,quia vult,ꝙ
155 etiam excommunicatus † minori excommunicatione absolui non possit a suis peccatis,nisi prius absoluatur a tali minori excommunicatione: pro quo facit, quia cùm suspensus sit a perceptione sacramentorum, nisi prius a tali suspensione absoluatur, non est particeps sacramenti pęnitentiæ, vt ꝓbari videtur in c.fi.de cle.excom.mini.iũcta gl.ibi in ver.nec eligere.in fi.Dicunt tñ ibi Inn. Host.& Docto. ꝙ excõicatus minori ꝓp participationem est principaliter a Deo suspẽsus & non a canone, nisi per approbationem: quod apparet ex eo, quia quanto cito vult pęnitere a quocunque confessore absolui potest, & postea celebrare,de sent.excom. nuper.in fi.& per no.in c.pen.eo.tit.ergo videtur dicendum, ꝙ si iste, qui tenebatur minori excõicatione,quam probabiliter ignorabat,absoluatur a proprio sacerdote facta cõfessione in speciali de scitis & in generali de oblitis suis peccatis, quòd teneat talis absolutio,etiam quantum ad talem minorem excõmunicationem,nec tenetur iterum confiteri, per prædicta: pro quo optime quod no.idem Pet.in 4.dist.18.q.4.ver.tertius effectus. vbi concludit sic, dicens, sed quòd homo sine culpa perdat beneficium sacramenti necessarij ad salutem videtur absurdum. Nam cum sacramentum pęnitentiæ sit necessarium,ille,qui non est in culpa aliqua,sed iniuste excõmunicatus,vel si est iuste excommunicatus, ipse tñ ꝓbabiliter ignorat se esse excommunicatum, & de culpa sua confitetur, & facit qd̃ potest:vr̃ quòd sit absolutus,& ꝙ nõ teneatur plus confiteri,aliàs esset iniusta snia ecclesiæ, si vellet aut innocentem punire,aut ignorantiam inuincibilem condemnare,secundùm Pet.de Palu.vbi supra,& sic vr̃ tenere,quòd absolutio teneat,ergo non tenetur reconfiteri, & facit infra q. 100.facit quod no.Host.in sum.de sent.excom.§.quis potest ab hac sententia.in 14.col.ver.sed pone quòd aliquis.vbi dicit, quòd si aliquis pro pluribus causis siue excessibus sit vna sententia ligatus,& faciat se absolui, vno excessu tacito, tenet absolutio, si ex negligentia vel ignorantia accidit secundum eum.& per prædicta forte idem videtur, si erat excommunicatus maiori excommunicatione, quam probabiliter ignorabat,si de suis peccatis firmiter confessus fuit, vt satis tenet Pet.de Palu.& facit infra qõ.117. quæ maxime procedunt, si talis excommunicatus maiori vel minori confitetur 871
habenti potestatem absoluendi ab excommunicationibus, & ille generaliter absoluit ab excõmunicationibus & a peccatis: loquitur enim Pet.quando a peccatis tantum absoluebatur: & facit infra q.130. quantum tamen ad ipsam excommunicationem maiorem vel minorem cum postea sciuerit, vel recordatur confessio & absolutio requiritur sicuti & de oblitis, supra qõ.13. 18. & 40. & similiter si improbabiliter ignorasset, quia debitam diligentiam non adhibuit, iuxta 871
not.in c.apostolicæ.de cler.excom.mini.vr̃ quòd non sit absolutus,& teneatur etiam de alijs peccatis reconfiteri, quasi sciuisset & tacuisset per supradicta, dum tamen viuat, aliàs forte ex Dei misericordia sola contritio suffecisset, per not. infra q.100.ad finem. Et præmissa faciunt, quòd si aliquis excommunicatus antequam celebret confiteatur habenti potestatem absoluendi ab excommunicatione ipsa,& de tali excommunicatione non recordatur, & sic non confiteatur, sed conteratur in genere de commissis, & absoluatur in forma ab excommunicationibus & peccatis, quòd si celebrat non efficiatur irregularis,cùm a dicta excommunicatione videatur absolutus, per prædicta, facit infra §.proximo. q.100.& nota aliud dictum eiusdem Pet.ut refert sum. Antonina vbi supra, quòd in casibus, in quibus tenetur reconfiteri, si confitetur eidem, non oportet reiterare peccata explicite, sed solum implicite, dicendo in illis, quæ vobis alias dixi: dilata enim absolutio per multos dies fieri potest, etiam si iste oblitus fuerit, dum tamen primò pęnitentia ei innotuerit, quia si non taxasset pęnitentiam, oporteret ad memoriam reducere, vt iuste moderetur secundũ 871
eum, ad quod supra q.32.post princ. & q.34. nec requiritur simultanitas in sacramento pęnitentiæ,supra q.16. sed si fieret confessio alteri sacerdoti, debet priora peccata iterum confiteri, quia prima confessio non valuit tamquam non facta in statu gratiæ & in charitate, quod tutius est tenere:pro quo facit textus dicti cap.omnis.dum dicit, omnia &c. non ergo satisfecit dictæ constitutioni, nec Deo, qui partem sibi retinuit, secundùm Nico.in dicto cap.omnis.primo notabili. Vltimo subdit Pisanella secundùm Thom.in 4. dist.17.
156 quòd quanto † quis pluribus sacerdotibus confitetur, tanto plus de pęna ei remittitur, tum ex erubescentia confessionis quæ in pęnam satisfactoriam computatur, tum ex ui clauiũ: vnde totiens posset quis confiteri, quòd ab omni pęna liberaretur, supra q.8.ad fi.pro quo de pęn.dist.3.quem pęnitet. ver.vnde patet. & nota.de pęnit.dist.6.in c.1. in princ.& infra quæst.proxi.

157 ¶Quinquagesimoquinto, si post pęnitentiam † quis nouiter peccat, an illa priora reconfiteri teneatur? Respondeo, 181
secundùm Thomam in 4.distin.22. quòd recidiuans non tenetur directe peccata dimissa confiteri, nec in generali nec in speciali, cuicunque confiteatur, sed indirecte sicut illud, sine quo sciri non potest debitus satisfactionis modus,tenetur recidiuans notificare peccata dimissa in quantum sufficiat, ad hoc vt sciatur, quæ satisfactio ei congrue iniungi possit, vt si ipse frequenter lapsum carnis passus est ex aliqua occasione, illa occasio per satisfactionem præcidatur: & similiter de alijs peccatis: & ad hoc uidetur sufficere confessio peccatorum dimissorum in generali, tamen quãdoque ad aliqua specialia descendere oportet, secundùm 181
quòd confitens viderit oportunum: non enim potest in his aliqua certa mensura præfigi, secundùm Pisa.in §.confessio.2.Innocen.in capit.omnis.de pęniten.& remis. sentit, quòd recidiuans teneatur confessionem iterare ratione ingratitudinis, pro quo videtur facere quod dicitur Matthæi 18. de seruo nequam.& de pęniten. distinct.4. qui diuini. Item glos. Ray. de pęniten. & remiss. §.item nunquid peccata semel dimissa. dicit, quòd recidiuans non tenetur dicere specialiter & distincte ea, quæ ante confessus est, sed sufficit confiteri in generali de illis exprimendo ingratitudinem suam, & dicendo de multis & magnis peccatis mortalibus liberauit me Dominus per pęnitentiam, & ego nihilominus ingratus existens sic offendi eum: & si forte nesciat exprimere aut non exprimat nomen ingratitudinis, non nocet dummodo talia verba dicat, ex quibus sacerdos ingratitudinem possit intelligere: & idem nota

in sum.con.lib.3.tit.34.q.71.hoc dictum glo.videtur intelligendum, quando ista circunstantia ingratitudinis venit ad particularem peccati speciem:Nam aliæ circunstantiæ regulariter non sunt de necessitate confessionis, vt ʒ.q.60.quan-
158 do vero † ingratitudo inducat particularem peccati speciẽ, not.Tho.in 3.parte,q.88.art.4.dicens,quod sequitur omnia peccata,non est speciale peccatum. Sed per quodcunq; peccatum mortale aliquis efficitur Deo ingratus, ergo ingratitudo non est speciale peccatum. Respondeo dicendũ, quòd ingratitudo peccantis quandoq; est speciale peccatum,quãdoq; autem nõ, sed est circunstantia generaliter consequens omne peccatum mortale,quod contra Deum committitur:
159 peccatum enim † speciem recipit ex intentione peccantis,vt Philosophus dicit.5.Ethicorum, ille, qui mechatur vt furetur,magis peccat quàm mechus.Si igitur aliquis peccator in contemptũ Dei & suscepti beneficij aliquod peccatum cõmittit,illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis, & hæc ingratitudo peccantis est speciale peccatum, vt autem Aug.dicit in li.de natura & gratia. Non omne peccatum est ex contemptu, & tamen in omni peccato Deus contemni-
165 tur in suis præceptis. Vnde manifestum est,quòd ingratitudo peccantis quandoq; est speciale peccatum, sed non semper secundum eum: patet ergo, quòd recidiuans non tenetur reconfiteri, nisi inquantum opus sit ad ostendendum satisfactionis debitum modum, secundùm Tho.ad demonstrandum ingratitudinis modum, secundùm Innoc.& glo. Ray.& hoc quando ingratitudo est speciale peccatum, secũdum fra.Nic.Osi. in addi.& vide ʒ.q.11.vnde dixit Hosti.in sum.de pęni.§.& vtrum peccata.quòd non redeunt:sed ideo dicuntur redire in aliquibus auctoritatibus eo ꝙ propter ingratitudinem ita reus & damnandus constituitur peccator, cum iterum in mortale incidit post pœnitentiam, sicut ante fuerat, vt ibi latius, legitur etiã in dicta sum.astensi.lib.5.tit.
160 4.ver.circa tertium. quòd peccata † dimissa prius per pęnitentiam dicuntur redire quo ad culpam, quæcunque peccata sint illa,siue originalia siue actualia,mortalia,vel venialia, per peccatum sequens,inquantum ex dimissione præcedentium peccatorum aggrauatur sequens peccatum, non ꝙ peccatum sequens sit æque graue sicut omnia præcedentia peccata, sed grauius est ex dimissione præcedentiũ propter præstiti beneficij contemptum:& sic redire dicuntur peccata non in se,sed in effectu aggrauationis peccati sequentis,vt ibi latius.Et bonum est, quòd si post pęnitentiam quis relabitur in peccatum, quòd omnia de nouo confiteatur: quia quanto fuit sibi maior gratia facta in dimissione peccati, tãto magis ingratus est, cùm relabitur in peccatum, de pęni. distin.4.in prin.& per totum,vt no.Arch.de pęni.distin.1.§. his auctoritatibus.& in dicta q.11. in fi.& adde ad prædicta quæstionem de continuante delictum seu recidiuante &c. quam ponit Imo.post Doct.in cle.1.de vsuris,ad fi.

161 ¶LVI. quæro,an debeat quis † confiteri peccata,quę manifesta sunt. Respondeo, secundùm Pet.& Tho.in 4.distin.17. Non sufficit aliquid esse notum iudici, nisi sit ei notũ in forma iudicij, & ideo quamuis peccata manifesta nota sint sacerdoti,quia tamen non in forma iudicij,oportet ea confiteri. Idem in sum.con.lib.3.tit.34.q.68.secundùm Nico.post Pisa.in §.confessio,secundo. Vel dic, quia aliàs confessio nõ esset integra,nec iste esset confessus omnia sua peccata, vt in cap.omnis.de pęni.& re.Præterea nihil eorum, quæ commisit,debet omittere, vt per hoc erubescat, de pę.dist.1.quem pęnitet.& adde.ʒ.q.172.ad fi.

162 ¶LVII. quæro, vtrum homo teneatur confiteri † peccata venialia. Respondeo, secundùm Tho. vbi supra, confessio ad hoc necessaria est, vt pęnitens satisfactionem accipiat secundum modum delicti: peccato autem veniali non debetur pęna taxata, quia pęna illa esset proportionata pęnæ peccati mortalis, a quo peccatum veniale in infinitum distat: vnde per solam contritionem interiorem peccatum veniale potest dimitti: Sed an saltem semel in anno confiteri teneatur, qui non habet nisi venialia? Dicunt quidam, ꝙ in hoc casu propter præceptũ ecclesiæ tenetur venialia confiteri. Alij autem dicunt quòd sufficit, quòd præsentet se sacerdoti, & quòd se immunem a peccato mortali ostendat, vt ad communionem admitti possit. Præceptum enim est ad obligandum illos, qui habent aliqua, quæ confiteri debeant: vnde si alicui per gratiam collatum esset, vt a peccato veniali immunis esset, sicut beatæ Virgini est collatum, non teneretur ad istud præceptum, secundùm Pisa.in §.confessio.secundo.dicit fra.Nic.ꝙ hoc verisimiliter contingere non potest, quia non est inuenta, nec inuenietur nisi vna virgo Maria, quæ sit sine venialj, & nul-
163 lus † est absque peccato,prima Ioan.1. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. vnde & primum verius dicitur, cùm etiam nesciam, quomodo quis audeat immunem a peccato mortali se æstimare infra annum, vel qualiter hoc valeat ostendere, cùm Psal.18. dicatur, Delicta quis intelligit &c.& ideo fatuus valde foret,qui sic dicenti & alicui non confitenti ministraret Eucharistiam: & ideo Bonauentura in 4.dist.17.dicit,quòd congruum est maxime uiris perfectis confiteri peccata venialia, regulariter tamen non est necessarium, nisi in duobus casibus, videlicet pro-
164 pter † dubium, & propter statutum.Propter dubium,videlicet cùm quis ꝓbabiliter dubitat de peccato,vtrum sit mortale vel veniale: & ideo si non pœnitet sicut de mortali.discrimini se exponit, ideo debet confiteri, sicut iacet in conscientia,& in iudicio sacerdotis relinquat,vtrum sit mortale vel veniale,concor.Thom. vbi supra. facit ʒ.q.41. Item ꝓ-
165 pter ecclesiasticum statutum quis tenetur, quia † omnis fidelis tenetur semel in anno confiteri, sed hoc non est ratione venialis,sed propter præceptum,concor.Innoc.in c.omnis.de pęnit.& remis.& ex hoc patet, quòd religiosi tenentur venialia confiteri semel, seu bis in mense, vel hebdomada, vel frequentius siue rarius, secundùm suarum constitutionum formam, quod intelligendum videtur de venialibus notabilioribus, quo ad confessionem specialem, reliqua vero vix vel numquam posset quis specialiter confiteri, cùm quasi omni momento committantur: vnde videtur sufficere illa confiteri generaliter: & quòd teneamur de veniali contritionem habere, aliàs non remittitur, per Pisan. in §.peccatum. 3.& infra ead.quæst.& quæst.73. secundùm fratrem Nico.Osim. in addit. qui per hoc videtur residere cum Innocen.quòd non habens nisi venialia tenetur ratione præcepti semel in anno confiteri, facit supra quæst.32.post princip. videtur tamen potius moueri, quia temerarium esset, quòd aliquis de se taliter æstimaret, & in hoc multum placet: sed si daretur pro certo, quòd aliquis esset sine mortali, & cum solis venialibus, non videretur quòd præceptum cap.omnis. ad talem se extenderet, nec talis obligatus esset confiteri semel in anno propter istas auctoritates, & primo Scotus in 4. distinct.15.dicit, quòd ad remissionem peccatorum venialium non tenetur aliquis ad aliquam contritionem de ipsis venialibus, immo in actuali voluntate, vel veniali actu moriens saluabitur: & quia etiam peccata mortalia dum confessa fuerint efficiuntur venialia, & tamen non requiritur de talibus venialibus noua contritio, secundùm eum, facit infra quæst.59. & sequenti, in princip.Item legitur in sum.Astensi.lib.5.titu.3.artic.8.post
166 Tho. quòd † quandoque necessaria est pœnitentia de venialibus in hac uita, scilicet ratione periculi, quando homo perpendit aliquam affectionem deordinatam venialem ita in ipso intendi, quòd probabiliter coniecturat,quòd nisi eam per pęnitentiam abijciat, trahat ipsum in peccatum mortale. Item ratione dubij probabilis, vt quando homo vehementer dubitat utrum peccatum sit ueniale uel mortale, tunc enim si de illo non pęnitet, exponit se discrimini tanquam contemptor suæ salutis. Item ratione statuti, scilicet quando homo non habet nisi peccatum veniale, cùm teneatur semel in anno confiteri per statutum ecclesiæ, ut in dicto cap.omnis. dicit tamen quòd istud ultimum non concludit, quòd sit necessaria confessio, licèt de quolibet ueniali sit necessaria pęnitentia in hac uita uel in alia, ad hoc quòd homo assequatur vitam æternam: quia nullum peccatum quantumcunque leue potest esse cum gloria, ut ibi latius, & sic non sequitur opin. Innocen. quòd ratione præcepti, seu statuti habens tantum uenialia astringatur ad confitendum ex tali præceptõ: hoc etiam sequitur Ioan.de Lign.post Docto.in dicto capitu.omnis.in 10. colum. licèt secundum eum opinio Innocent.securior sit: ad idem per Pet.de Palu.in 4. dicentem: adde, quòd uenialia forte ratione præcepti ecclesiæ confiteri tenemur semel in anno, si non habemus mortale, sicut Papa præcipit recipi Eucharistiam sacramentaliter, quod non erat necesse, sed solùm spiritualiter: & si dicatur, ergo ad plus tenetur carens mortali quàm habens mortale, quia ille non tenetur ad confessionem venialium? dicendum, quòd hoc est per accidens. Alij uero dicunt, quòd non est

est intentio Papæ ligare ad confessionem animam, nisi de illis,de quibus homo aliàs tenetur confiteri. Tertij dicunt, ꝙ nec Papa potest obligare ad confessionem uenialium, ꝙa hoc esset immutare sacramenta, scilicet facere illud necessitatis,quod est voluntatis,sicut nec mutat matrimonium, secundum eum in 4.distin.16.quæst.1.articu.3.conclusione.3. qui tamen sequitur,ꝙ non teneatur talis confiteri, ut per eũdem latius distin.17.quæst.2.articu.4.hanc etiam opi.quòd statutum ecclesiæ non astringat habentes venialia tantum, sequutus fuit Scotus reprobans opin.contrariam dicens, ꝙ non solum talis,qui non habet nisi venialia, non tenetur ad confitendum ex iure diuino, sed nec etiam ex iure humano, vt latius in dicta summa Astensi, uersicu.supra.& in titu.10. artic.4.quamuis autem non sit necessarium, tamen multum fructuosum non solũ semel in anno, sed pluries uenialia confiteri,vt plenius remittantur:& quia aliquando forte mortalia sunt,quæ creduntur venialia, secundum fratrem Anto.in sum.3.parte.cap.de confessione.vers.12.conditio est. & per eundem Pet.in 4.distin.17.quæst.2.artic.4.dicit, quòd tenetur quis confiteri de mortalibus non de uenialibus etiam si non haberet mortalia, ut ibi latius. dicunt etiam, quòd in
167 † contritione non requiritur propositum non peccandi venialiter,sicut in contritione de mortali exigitur, debet tamẽ habere propositum se præparandi ad peccata venialia vitãda,alioquin esset ei periculum deficiendi seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia, secundum Tho.& facit.ʒ.quæst.proxima.Hosti.tamen in sum. de pœn.§.de quibus. post princip.ponit tres gradus uenia-
168 lium:prima maiora † uenialia,& quæ nimis sunt inueterata, vel in consuetudinem iam deducta,quæ ex ipsa frequẽtatione & contemptu mortalia reputantur, vel sequuntur, de iureiuran.& si Christus.§.quædam.& secundum hoc intellige quod dicit August.nullum peccatum adeo ueniale, quòd nõ fiat criminale,dùm placet,25.dist.§.criminis.& §.seq.& ista debent confiteri,si fieri potest: Alia minora,& hæc in genere confitenda sunt, de pęn.dist.3.de quotidianis. Alia minima uenialia,quæ in sola cogitatione consistunt, & quæ ad consensum non perueniunt: & de his duobus generibus intelligit ipse,quòd multis modis mundantur, & delentur, de quo ʒ.q.59.& subdit,quæ dicantur uenialia,ibi uideas.& 25.dist. §.nunc autem.& §.alias.uers.q̃ aũt sunt minuta peccata: ſm eũ, qui latius loquitur, quòd ueniale aliqd̃ requirit specialẽ confessionẽ,aliqd̃ gñalem, aliqd̃ nullam, quamuis sit tutius ofa cõfiteri, & sic quo ad primum genus venialium vr̃ ꝛcordare cum Innoc.Sed dic, quòd tunc tenetur potius de consilio & securitate,quàm de iuris necessitate,ut dixi, dum tamen ipsa uenialia ex aliquo respectu non iudicentur mortalia: vnde innumerus actus venialis non potest fieri mortalis,nisi per occasionem, quia assuetudo venialium facit cadere in mortale,sicut assuefactio iurandi in periurium: & sic Augu.quòd nihil adeo ueniale &c.intelligitur in specie non in numero,secundum Archi.post Pet.de Pa.dist.1.tres sunt. ad fin.ad quod facit quod not.de sacra vnc.cap.1.in vers.in qua.& idem Ioan.de Lig.in dicto cap. omnis. ad idem quod not. Archi.in dicto cap.de quotidianis. Inde dicitur, quòd ueniale efficitur mortale ratione contemptus, vt no.in cap. fin.glo.2.de pœnis.& in cap.quod autem. glo.magna circa finem.de pœn.& re.& in cap.cum illorum.circa fin.de sent. excommuni.aliàs uerò venialia non sunt prohibita, vt not.
169 28.quæst.1.sic enim.in glo.ar.omne illicitum. nam † peccatum ueniale non dicitur proprie uitium, & inhęret homini simul cum virtutibus,vt not.14.dist.cap.1.ubi etiam not.an quis illud committere debeat, ut proximus euitet mortale: ibi etiam not. ꝙ pro ueniali debetur pœna temporalis, pro mortali æterna:inde dicitur,quòd nullus est sine peccato,sed sine crimine reperiuntur.18.dist.in princ.& cap.1.& veniale
170 dicitur † quasi uenia dignum, vt dicit Pet.de Ancha.in cap. cum quis.in 4.notabili, de senten. excommunic. lib.6.vel.i. purgabile,secundum Archi.32.quæst.7.adulteri.in fin.& vide de pœn.dist.1.serpens.in glos.2.& ideo in lege veteri dicebantur venialia, quæ morte uel mutilatione dimittebantur:mortalia,quæ mortem vel mutilationem exigebant, vt dicit Archi.de pœn.dist.6.cap.1.& not.in dicto cap.serpens. glo.2.& de pœn.dist.6.sacerdos.ver.nam uenialia, in glo.& per Host.in sum.de pœn.§.de quibus.ver.multis uero mo-
171 dis.Item in † purgatorio puniũtur peccata mortalia & etiã venialia,not.25.d.vnum.§.1.aliàs in gl.hac auctoritate.quã-
172 dolibet tamen † ueniale ducit ad perditionem, vt not.22.q. 2.si quælibet.in gl.uides ergo.& 25.dist.criminis.in uers.veniale.& quod not.de pœn.dist.1.medicina.§.altera uero. in
173 ver.collecta:dicitur † autem ueniale peccatum illud, quod continue committimus, quod prouenit ex originali peccato,cuius fomes remanet in homine quantumcunque baptizetur,& ideo de facili labitur:quare sine ueniali ista uita non ducitur,i.uix ducitur, secundum Gre.25.dist. qualis de hoc
174 † intelligitur illud,ꝙ septies in die cadit iustus,de pœ.dist.3. septies.vt not.Host.in sum. in dicto §.de quibus. in princip. sic ergo diuersi actus ueniales nõ possunt fieri mortale: similiter nec idem in specie,licèt possit trahere in mortale,seu occasionem præstare,ut quis cadat in mortale, seu mortale sequatur,ad hoc supra quæst.14.& hoc casu tale mortale confiteri tenemur per prædicta. Vnde bonum est consilium, vt
175 quis uenialia † confiteatur, si recolit, præsertim secundum Doc.si deducta sunt in consuetudinem seu inueterata, quia vt dicit Aug.nullum adeo est veniale, quod non fiat mortale,dum placet, i.dum assumitur in consuetudinem, 25.dist. criminis.secundum Nico.in dicto cap.omnis.3.colum. pro
176 hoc,quia † moriens cum ueniali non uadit ad gloriam, nisi primo illud purget in purgatorio,not.Franc.de iureiur. cap.
177 si uero. & ad discernendum † peccatum mortale a uenialibus,recipe has regulas secũdum Tho. Prima, peccatũ mortale est illud,quod contrariatur charitati,quę est uita animę, vt per Tho.secunda secundę.quæst.59.artic.4.& quæst.132. artic.3.Secunda regula est secũdum theologos, omnis transgressio diuini mandati, Psal.18.maledicti qui declinãt a mãdatis tuis.Tertia,omnis ttansgressio mandati ecclesiæ, Mathæi.28.Si ecclesiam non audierit sit tibi uelut ethnicus & publicanus:Quarta regula,omnis trãsgressio cuiuslibet mãdati liciti cuiusque superioris ecclesiastici uel secularis, Pau. ad Roma.13. Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi acquirit. Ad hæc notata per Archi.28. quæst.1.omnis.in fin.Quinta regula, quia quandolibet sola intentione peccatur mortaliter,Mathæi.3. Qui uiderit mulierem &c. & intellige de intentione deliberata ad peccandum.Sexta regula, quia sola delectatio peccati mortalis, vt per Tho.secunda secundæ.quæst.153.artic.4.& ideo qui deliberatè delectatur in his, quæ sunt peccati mortalis, sicut in tangendo, respiciendo milierem, & alijs actibus inhonestis, peccat mortaliter.Septima peccat mortaliter, si sua culpa ꝙs ponit se in periculo peccandi mortaliter,vt per Bonauenturam super 4.senten. dist.17. & hæ regulę pertinent ad illum, qui principaliter & per se peccat mortaliter.Sunt & aliæ tres regulæ spectantes ad illum, qui nõ principaliter sed ex quadam participatione,quarum prima & octaua in ordine est,ꝙ qui consentit peccanti mortaliter peccat mortaliter, ad Ro. primo. Digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed etiã ꝙ consentiunt facientibus. Nona,qui sua culpa seu indiscretione dat alij occasionem peccandi mortaliter, peccat mortaliter,l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aql.Decima regula, qui non obuiat in eo ꝙ obligatus est, est in vna & eadem culpa, vnde Grego.Psal.83.consentire videtur erranti, qui ad resecanda quæ corrigi debent non occurrit,&c.secundum fratrem Nico. Osim. ordinis minorum,ad hoc ʒ. quæst.69.an-
178 te finem.Item peccatur mortaliter † ueniendo contra promissum,22.quæst.1.prædicandum. ut not. Archi. in cap.detestanda.in uersic.adimplere.de conce.præben.libro 6. Item faciens scienter contra præcepta siue prohibitiones canonũ peccat mortaliter,& traditio ecclesię obligat vt præceptum, secundum Archi.in dicto cap.detestanda.in uer.damnabiliter.Item quicunque excommunicari debet, peccat mortaliter,Archi.cap.2.in fin.de sepult.& 11.quæst.3.cap.rogo. in
179 glo.quæritur per eundem.& negligens † obseruare iuramẽtum peccat mortaliter,Ioan.And.in cap.requisiuit.de spon.
180 Item fornicatio cum † concubina uel meretrice est mortale,vt plene disputat Pet.de palu.in 4.distin.33.quæst.1.art.3. Item transgrediens canones uel faciens aliquid cõtra honorem Dei uel ecclesię,Franc. in cle.1.de æta.& qualitate.in 8.
181 & 10.quæstio.uidelicet peccat mortaliter. Item † temerarie iurans,peccat mortaliter,Anto.de Butr.in cap.sicut ex litteris.post princi.de spon.& in cap.rursus.in princi. qui cle. uel vouen. Item committens crimen peccat mortaliter, not.in cle.ad nostrum.de hæreti.in uer.non est.Ad quod tamen vide 25.dist.§.criminis.& quod ibi not.Item transgrediens canones.peccat mortaliter,Ioan.And.in cap.vno.in fin.de rel. domi.libro 6.in nouella.& Franc.uer. supra. Itẽ transgrediẽs canones ex facilitate punitur tanquàm pro mortali,no.in c. generali.

-gñali.de elect.lib.6.Fran.in c.1.ad fi.de consti.Et nota, ꝙ oīa
182 † crimina,per quæ testis repellitur a testimonio, dñr morta-
-lia peccata, prout sentit D.Franc.in c.testimoniū.de testi.2.
-col. Verū vis causatiua etiã in præambulo peccati excusat a
183 mortali,de iureiur.c.verum. Sed ad † cognoscendum qñ lex
vel superior loquatur præceptiue vel de consilio, dic ꝙ tunc
tm loquitur de consilio,qñ id in ea exprimitur,vel qñ alia rō
euidens cogit sic intelligere.Non enim qui sic hortatur, &c.
ff.de his qui no.infa.l.ob hæc verba.fm Archid.post Lau.4.
distin.in fi.vnde dicunt Doct.in c.recolentes.in prin.de statu
mona.ꝙ vbi Papa humiliter loquitur,importat cōsiliū, quod
not.sltr si per interpretationem magistrorum sit interpreta-
tum,ꝙ sit consilij,standum est tali interpretationi Doctorū,
per id quod habetur in c.1.de postu.præla.facit quod no.Io.
de Imo.in c.clerici.in penul.col.de vita & hone.cleri.Simili-
ter si loquitur de honestate,non importat præceptum, secū-
dùm Innoc.& Doct.in c.1.de vita & hone.cleri.facit ʒ.q.61.
post medium.

184 ¶LVIII. quæro,an habens celebrare,etiam † venialia con-
fiteri teneatur.Rñdeo,vr ꝙ non,per dicta.s̄.q.proxi.& tenet
Host.in sum.de cele.mis.§.& qñ.ver.sed Aug.dicit.Nã mor-
talia tm impediunt cōionem, donec confiteantur, de conse.
dist.2.quotidie.& quod not.6.dist.testamentum.in glo.ergo
consilium.& quod no.Archi.in d.c.testimonium.post princ.
Est tñ consilium in casu speciali,s.cùm peccatum veniale no-
cturnæ pollutionis ex crapula procedente superuenit, ꝙ ab-
stineat illo die a cōione,vt no.in d.glo.ergo cousilium.super
qua refert Arch.aliquos tenere, ꝙ cùm tale consilium nō sit
perfectionis sed reuerētiæ,quod nihilominus celebrans pec-
caret venialiter,quod etiam vr tenere Arch.post Io.de Deo
in d.c.testamentum.super textu, dum dicit,ꝙ ideo debet ab-
stinere,quia in sacrificio sacerdos est corã Deo : & ideo ma-
xima mundicia exigitur,vt ibi plene,ad hoc quod no.de ęta.
& quali.ad aures.glo.fi.& de maio.& obe.solitæ.in ver.ani-
ma.& quod not.Io.And.in c.dilectus.2.in 5.col.de præben.
simile no.Hosti.in c.recolentes.in prin.de statu mo.& quod
no.in cle.1.de testi.in ver.exhortamur.sed vt dixi.s̄.q.proxi.
185 stultus esset talis presbyter † celebrando absq; confessione, si
haberet copiam sacerdotis, cum conscientia peccati venialis
notabilis & mordentis immo saltem sacerdoti se præsentet,
& confiteatur etiam de venialibus notabilioribus, & con-
scientiam aliqualiter stimulantibus, & recipiat generalē ab-
solutionem,& similiter in generali alia cōfiteatur, vt fieri so-
let,facit in simili de conse.dist.2.cum omne.circa princ.pro
189 hoc quod no.Pisa.in ver.eucharistia.4.vbi post Tho.dicit, ꝙ
ad hoc sacramentum requiritur actualis deuotio, nec debet
quis imparatꝰ accedere, &c. & facit ʒ.§.proxi.q.86.Pręterea
vt quis accedat ad corpus Christi, debet prius cōfortare bo-
nam conscientiam, de pę.dist.5.c.1.ver.caueat.& facit in le-
genda Sancti Aug.ꝙ nullus quantumcunq; excellentis meri-
190 ti sine confessione & Eucharistia debet transire ab hac vita,
vt ibi habetur in 12. col. quia ergo dicit excellentis meriti,
ergo loquitur in illo, qui est sine mortali, & nihilominus di-
cit de confessione propter reuerentiã Eucharistiæ, ad quod
s̄.q.50.ad fi.& in simili de cele.missa.ex parte.glo.fi.ad fi.fa-
cit,quia nullus nescit discernere an sit veniale non mortale.
Psal.Ignorantias meas &c.& alibi,Delicta quis intelligit &c.
& Salomon, Ne accrescant ignorantiæ meæ.& illud Iob, de
quo in c.fi.de purg.cano.& quia pluribus modis veniale tra-
hit in mortale,propter quæ arrogans presbyter ęstimari po-
test,qui celebraret absque confessione : facit in c.omnis.glo.
2.de pę.& remi.& quod no.Arch.25.dist.§.criminis.& Gof.
in sum.de pę.ver.sed nunquid veniale.vnde Guil.de Monte
Laud.in suo sacramentali,dicit,ꝙ habens veniale vel morta-
le peccatum potest celebrare, si immineat celebratio neces-
saria,& sit bene contritus,nec inueniat sacerdotem, aliàs nisi
sic omnia concurrerent, non posset, nisi plene esset confes-
191 sus, quia ne dum conciliatio quo ad Deum requiritur, sed
etiam quo ad ecclesiam, de celeb.missa.de homine.propter
reuerentiam sacramenti, vt ibi per eum in Rubri.de sacra-
mento Eucharistiæ, seu de cele.missa.in 17.colum.15.q.qui
etiam dicit, quòd dato quòd etiam simus sine peccato mor-
tali,vt satisfaciamus mandato Papæ, necessarium est saltem
venialia confiteri semel in anno, vel saltem præsentare corã
sacerdote: propter quod fuit ita præceptum, vt reuerentio-
res essemus Eucharistiæ, de pę.& re.omnis.secundum eun-
192 dem in Rubri.de sacramento pęnitentiæ, in 5.colū.5.q.& sic
loquitur secundum opi.Imo.de quo s̄.q.proxi.per quæ vi-
detur,quòd si esset aliquis sanctus vir, qui ex Spiritu sancto
cognosceret, ꝙ non haberet nisi venialia, cessaret talis præ-
sumptuositas, & sufficeret propositum vitandi talia venia-
lia,per ibi no.facit.s̄.q.41.& consulo presbytero celebranti,
ꝙ confiteatur, si fortè erat excommunicatus, vt euiter irre-
gularitatem,s̄.q.54.ad fi.

186 ¶LIX.quæro,per † quæ remittantur peccata venialia.Res-
pondeo vt no.in procem.6.lib.in verbo, benedictionem.&
25.dist.§.criminis.glo.quia facile.& per Hosti.in sum.de pę.
§.de quibus peccatis.& Spe.in Repertorio aureo, in Rubri.
de regulis pęnitentiæ.§.scire etiam debet.post princ.& not.
de pę.dist.3.de quotidianis.vbi dicit Archid.ꝙ delentur ista
venialia minora & minima per confessionem factam sacer-
doti:Item proximo, de pę.dist.1.quem pęnitet.& c.vlt.Item
per baptismum,de pęni.dist.1.tres.Item per ieiunia, ad hoc
187 33.q.6.c.1.ver.laboret.82.distin.presbyter.Nam † ieiunium
viui liberat animam defuncti, 13.q.2.animæ.Item per elee-
mosinarum largitionem,de pę.distin.3.sanè.& dist.1.c.mea.
& c.quamobrem. Item per orationem dominicam, i.pater
noster.de pę.dist.1.tres actiones.Item per deuotam pectoris
pcussionem in ecclesia, vt ibi. Item per generalem cōfesio-
nem in ecclesia factam, scilicet confiteor Deo &c. Item per
benedictionem episcopalem, 1.q.1.dictum.cum concor.Itē
per extremam vnctionem, 95.distin.oleo.de sacra vnct.c.1.
§.1.Item per cordis contritionem,ea.dist.c.fi.& de pę.dist.7.
c.vlti.Item per benedictionem quam dat sacerdos post mis-
sam, de qua habetur de conse.dist.1.cùm ad celebrandas.ad
hoc optimum ar.95.distin.ecce ego.& 1.q.1.dictum.nam ad
quid benediceret sacerdos populum, vt ibi dicitur, nisi ali-
quid ipsa benedictio operaretur, secundùm Archid.de quo
etiam per D.Fran.in cle.1.de priuilegijs.in 9.q.Item per in-
gressum ecclesiæ consecratæ,vt per Fran.qui allegat Tho.in
Rubr.de conse.eccle.vel alta.& intellige, quòd remittuntur
188 quantum † ad culpam, sed quantum ad pœnam reatus pena
remittitur secundum motum feruoris in Deum,qui per pre-
dicta excitat quandoq; magis quandoque minus, secundùm
Tho.vt in sum.astensi.lib.5.tit.4.q.6.subdens, ꝙ in purgato-
rio peccata venialia possunt remitti & remittuntur, quando
quis cum eis decedit,vt ibi, ad hoc s̄.q.57.per totam.& ʒ.q.
89.Item remittuntur per indulgentiam quo ad culpam, si-
cut & per confessionem generalem non sacramentalem, re-
quiritur tamen contritio,secundùm Pet.de Pal.in 4.dist.20.
q.4.in fi.& ad illud per episcopalem benedictionē.adde Io.
189 And.in c.omnis.penul.colum.de pę.& nota,quòd † mortale
per confessionem fit veniale, i.venia dignum seu vitale, de
pę.dist.1.quem pęnitet.propè prin.iam enim venię datus est
quis post cōtritionem vel confessionem, ea.dist.quamlibet.
in princ.& ad illud,quòd requiritur contritio ad remissionē
venialium, vide s̄.q.57.post princ.allegando Scotum.no.ta-
men, quòd venialia † non dimittuntur existenti in mortali,
190 nota.de pę.distin.1.c.perfecta.& in procemio.6.lib.in fi.Sed
mortalia possunt dimitti sine venialibus, quia mortalia se
habent ad venialia sicut habitus ad dispositionem : sublato
enim habitu pōt remanere dispositio. Sed veniale nō potest
remitti sine mortali, quia mortale opponitur caritati, ve-
niale feruori caritatis: sublato vero priori tollitur poste-
rius, non econuerso, ideo non potest restitui feruor chari-
tatis sine charitatis restitutione, potest tamen fieri econuer-
so, secundùm Tho.& Petr.illud tamen no.quòd vnum pec-
catum veniale potest remitti sine alio, quia non habent con-
nexionem ad inuicem ex parte auersionis sicut mortalia,
quia in eis nulla est auersio a Deo, nec etiam ex parte con-
uersionis, secundùm Tho.vt refert Archid.in dicto cap.per-
fecta. & Tho.in 4.distinct.16.& Pisa.in §.peccatum.3.& in
sum.astensi.lib.5.titu.4.in 3.colum.Et pro maiori declara-
tione materiæ dic, quòd veniale non potest remitti volun-
tate manente † ad illud actu vel etiam habitu, quia cùm re-
colit cōplacet, quia saltem implicite displicere debet. Si ve-
ro sic esset in habitu, quòd ex frequentia ipsius esset habi-
tus adgeneratus, dum tamen de hoc pęniteret, remitti pos-
set etiam durante habitu acquisito etiam mortale. Sed dif-
ficilius est de tali pęnitere. Item potest remitti unum ve-
niale sine alio, uel de mille unum nullo alio remisso, quia
ad uenialis remissionem sufficit displicentia de ipso cum
proposito abstinendi & satisfaciendi gratia informata : hoc
192 autem potest esse de uno sine alio &c. Item non † potest
remitti aliquod ueniale habenti mortale actuale, nisi illo
mortali remisso prius uel simile propter tres rationes: &
licèt

licèt ueniale non minuat lucem gratiæ,quam tollit mortale,
nihilominus tamen sicut dicitur obscurari sol per nubem,
quæ actu impedit ne illuminet aerem, qui tamen in se non
obscuratur,sic dicitur obscurari lux gratiæ per veniale, per
quod pro tunc non exit in actum, & sole subtracto non po-
test claritas restitui aeri per amotionē nubis, nisi sol redeat:
sic in proposito, ideo &c. Vnde pro veniali cum mortali
moriens in ęternum punietur. Non sic autem est de origi-
nali & ueniali: vnde dicitur,quòd sine gratia posset remitti
veniale in non habente mortale actuale,non tamē sine mor-
tali, quamuis aliqui dicant etiam quòd nec sine gratia sim-
pliciter,secundum Pet.de palu.in 4.dist.16.quæst.1.artic.1.
per totum. & de causa remissionis uenialium uide ibidem
2.articu.& ibi.3.conclusione.dicit, quòd etiam sine confes-
sione potest remitti veniale, & de modis in speciali, quibus
venialia dimittuntur, per eundem conclusioue.4. Et uide
eundem artic.3.quòd ueniale idem specie potest fieri mor-
tale tripliciter,primò propter conscientiam erroneam, quæ
iudicat mortale,quod est veniale.Secundo propter contem-
ptū. Tertio ꝓp finem ibi constitutum, cuius signū est,qñ fa-
ceret etiam si prohibitum secundum eundem,& latius ibidē.

193 ¶LX. quæro,vtrum teneamur † confiteri circunstantias
peccatorum. Respondeo secundum Thom.in 4.distin.7.non
sunt de necessitate confitendæ, nisi illæ circunstantiæ, quæ
ad aliud genus peccati mortalis traherent, quia venialia
non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia,
tamen & alias circunstantias confiteri perfectionis est, si-
cut & uenialia peccata, secundum Pisa. in §.confessio,
secūdo.Bonauētura in 4.dist.17.dicit, ꝙ circunstantiarū pec-
cati quædam sunt alleuiantes, quædam in aliud genus trahē-
tes:quædam sunt aliquo modo aggrauantes. Circunstantias
in aliud genus trahentes confiteri est necessarium, quia ge-
nus peccati confiteri oportet : circumstantias vero alleuian-
tes confiteri non est bonum,nisi vt satisfaciat alienæ inquisi-
tioni,uel ut prouideatur eius scandalo & perturbationi, vt
puta si timeat confessorem, ex hoc accipere occasionem ad
malum,uel se in tantum diminuat,ut sit in genere ueniali, vt
comedere carnes in Quadragesima propter infirmitatem,
ita tamen quòd aliter non sit gulositas aliqua: & ratio huius
194 est, quia † in confessione non debet peccator se excusare sed
accusare: De circunstantijs autem, quæ grauant, sed genus
peccati non mutatur, est inter Doc.opinio diuersa : quidam
enim dicunt,ꝙ pœnitēs tenetur confiteri,sed præceptum af-
firmatiuū est,& obligat non ad semper, sed pro loco & tem-
pore,scilicet quādo eas cognoscit siue per se siue p inquisi-
tionem alienam: vnde sapiens & intelligens tenetur confite-
ri absque inquisitione:simplex tenetur si ab eo inquirantur.
Alij dicunt,ꝙ non tenemur ad confessionem harum circun-
stantiarum ratione necessitatis,sed de bono & equo, & quā-
to magis perfecti sunt tanto magis eas distinctius explicare.
Sed non tenentur ad hoc, nisi fortè ex propria conscientia
obligantur, & hanc opin.credit Bonauentura probabiliorē:
vnde dicendum, quòd confesio circunstantiarum in aliud
genus trahentium spectat ad confessionem quo ad necessi-
tatem,confesio aggrauantium quo ad congruitatem, con-
fesio uero alleuiantium,potius facit in cōgruitatem: & hoc
intelligitur exceptis casibus prædictis.omnes igitur rationes
probantes circunstantias esse confitendas, sunt congruitates
quo ad aggrauantes, secundum eum:solum ergo de necessi-
tate confessionis sunt circunstantiæ trahentes in aliam spe-
ciem seu genus peccati,& hoc communiter tenent doctores,
vt not.in sum.con.libro 3.titu.34.quæst.81.licèt alij dicant
etiam alias fore necessarias,quorum dictum vt potest colligi
ex notatis in dicta quæst.81.potest saluari quo ad illas, quæ
licèt non trahant in aliam speciem, tamen sunt tales, ꝙ sine
eis sacerdos non potest discernere quid sit acturus,uel ratio-
ne iurisdictionis, puta si iniuria sit illata in clericum uel simi-
lem personam,quia est casus papalis, secundum qualitatem
iniuriæ uel personæ, extra de senten. excommunica. cum il-
lorum.Item quantum sit damnum datum, quia quandolibet
episcopi sibi retinent restitutionem incertorum usq; ad cer-
tam quantitatem, uel ut sciatur cui debet fieri satisfactio, &
qualiter,& idem in similibus:ideo confitens debet eas circū-
stantias confiteri si nouit:uel si a confessore interrogetur, ad
cuius officium uidetur principaliter pertinere de dictis cir-
195 cunstantijs interrogare,ut sciat qualiter sit suo functurus of-
ficio.Circunstantię ergo pertinentes † de necessitate & prin-
cipaliter ad confitentem, etiam si de eis non interrogaretur,
sunt quæ trahunt in aliam speciem peccati, seu ad aliud par-
ticulare peccatum mortale,quæ possunt esse circa octo,vide-
licet conditio rei,modus peccandi,locus, tempus, numerus,
qualitas,inductio,& accidens,fm fra. Ni.in addi. qui remit-
tit ad latius dicta per eum in quadriga.lib.2.tit.7.§.10.vnde
requiritur contritio & pœnitentia de omnibus circunstātijs
peccatorum mortaliū, quādo circunstanter trahunt in aliud
genus peccati : aliàs uero talis contritio est in consilio nō p-
cepto,vt in sum.astensi.lib.5.tit.3.art.7.& tit.12.in prin.& in
sum.Ant.3.parte.cap.de confessione.uer. Quinta conditio
196 est.& de circunstātijs † peccatorum & effectu circunstantia-
rum, & an sint confitendę per Pet.de palu.in 4.dist.16.q.3.
& ad præmissa quæ & quando circunstantiæ sint confiten-
dæ,per Ho.in sum.de pę.§.qualis.in pen.col.vsque in fi.& in
§.quæ interrogationes.in pen. & vlti.col.& faciunt not. per
Io. And.in c.apostolicę.secūda col.de dona.& facit tex.in c.
sicut dignum.de homi. uidelicet quantitas delicti, qualitas,
ętas delinquentis,scientia,sexus,conditio:An.s.sit seruus vel
liber,secularis uel religiosus : an in sacris constitutus uel in
minoribus. Item tempus delicti,an tempore orationum aut
ieiuniorum,uel ne:& locus,an in loco sacro seu religioso,vel
prophano,& sic de similibus.facit de conse.dist.5.in prin.Itē
principaliter debet attendi animus delinquentis : ad hoc qd
not.in cap.cum quidam.de iureiuran.& 40.dist.homo Chri-
stianus.secundum dominum Nic.in dicto cap.sicut. Item vi-
detur debere confiteri, quia aliàs idem peccatum confessus
197 fuit,cùm propter † vsum aggrauetur peccatum nouiter cō-
missum,iuxta not.per dominum Nic. post glo.in c.1.de cle.
percussore.& in c.1.in fin.de pœnis.& Bar.in l.si cui.ff.de ac-
cusa.& ꝙ sint confitendæ,probatur in c.omnis.de pœn.& re.
& dist.6.post princ.uer.caueat.& sequenti.dum dicit,cogni-
to itaque crimine uarietates eius non dubitet inuestigare &
locum & tempus.&c.not.de pœn.dist.6.in sum.ante fi.& in
cap.1.in glo.ideo.quæ gl.dicit, ꝙ circunstantias tenetur quis
confiteri, quia præsumuntur augere peccatum vel minuere,
si tamen eas subticuit per obliuionem,non dico ipsum tene-
ri,ut iterum confiteatur circunstantias, nisi essent tales cir-
cunstantiæ, ꝙ alterius generis peccatum facerent, vt locus
sacer facit sacrilegium,licèt aliàs esset furtum, vt ibi not.per
glo.& Archi.supplentem ad finem illius gl.& dicit ibi Arch.
ꝙ quædam circunstantiæ adhęrent propriè, vt detestatio in
sodomita,horribilitas in homicidio, secūdum Ray. Sed cer-
198 te † istæ sunt tales circunstantiæ, quæ ponunt ipsum actum,
scilicet coitum & hominis percussionem in genere peccati:
& ideo non proprie sunt circunstantiæ,secundum Archi.Itē
adhæret ipsi peccato qualitas,vt in peccato occulto vel ma-
nifesto.Item quantitas,vt in paruo uel mediocri uel enormi
& similes. Quædam uerò circunstantiæ adhærent propriæ
personæ confitentis,ut dignitas,libertas,ætas, sexus & simi-
les,& tales circunstantiæ debent confiteri. Quædam uero
circunstantiæ nec personæ ipsius peccantis nec peccato ad-
herent, sed extrinsecus considerantur, secundum Ray.vt re-
fert Archi.in dicto cap.1.super dicta glo.dicit etiam Archi.
de pœn.dist.6.ad fin.ꝙ istæ circunstantiæ sunt diligenter in-
uestigandæ,ad hæc sępe erratur,29.dist.sciendum.& c.regu-
læ.distingue ergo tempora & concordabis scripturas,2.q.1.
si peccauerit.& ꝙ de singulis circunstantijs sit quærendum a
peccatore, est ar.30.q.5.iudicantem.32.quęstio.8.cecidit.&
credit Pet.ꝙ stādum sit in genere,nec sit ad singularia descē-
dendum:ad quod s̄.q.38.ut refert Arch.de pœn.dist.6.cap.
1.ad fin.qui etiam dicit de pœn.dist.5.cap.1. in uers.confi-
199 tendi, quòd si confitens taceat, discretus † iudex seu sacer-
dos de his omnibus caute & subtiliter ab eo inquirat,secun-
dum Hu.vnde confessor de circunstantijs inquirit, etiam si
nil opponatur, vt no.Ioan.Andr.in cap.ex litteris.primo,de
homi.& circunstantia perseuerantiæ aggrauat,Io.An.in c.cū
laici.de iure patro.per Frā. in c.fi.in prin.de cōsue.sic & alibi
exprimi debēt circūstantię,de cle.ęgro.c.vno.li.6. & in clem.
cōstitutionem.§.1.de elec.& in his circūstantijs danť versus.

Quid,vbi,quare,quantum,quis,quomodo, quando,
Quilibet obseruet medicamenta dando.

Et probantur hi versus de pę.dist.1.aut facta.& dist.5.c.1.&
in c.sicut dignū.de homi.& in d.c.oīs.& per Doc.in c.& si q̄-
stiones.de simo.& no.26.q.7.in sum.& per Host.in d.§.quæ
interrogationes.ad fi.vnde solet dici, ꝙ circunstantiæ aggra-
uant peccatum,ut plene no.40.di.homo Christianus. & per
Pet.de Ancha.in cap.accusatus.§.sanè. in fin. de hæreti. lib.
6.adde supra quæst.32.circa fin.

¶LXI.

200 ¶LXI. quæro, quotannis esse debeat † quis vt ad confessionem obligetur. Rñd. tex. in c. omnis. de pœ. & rem. dicit, ꝙ omnis fidelis saltem semel in anno tenetur ex præcepto, postquàm ad annos discretionis peruenerit, confiteri omnia peccata sua & communicare: anni autem discretionis quo ad confessionem iudicantur, cùm est doli capax, vt no. glo. in d. c. omnis. super ver. discretionis. doli autem capax dicitur puer vel puella septem annorum, & supra, no. glo. in c. 1. de delic. pue. & sic puer vel puella septem annorum obligatur ad confessionem, secundum fra. Nic. in addi. ad Pisa. in §. confessio, secundo. qui etiam remittit ad plenius not. per eum in sua directoria, lib. 1. tit. 17. §. 65. sic ergo annus discretionis in ista materia intelligitur, i. post septem annos, seu septimum, secundum glo. cum qua pertransit Archi. 17. q. 1. c. 1. & 30. q. 2. in prin. & Io. And. post Hosti. in d. c. omnis. post
204 prin. facit quod no. in c. 1. de reg. & in c. super inordinata. de præben. Item in sum. astensi. lib. 5. tit. 10. vbi dicit, ꝙ intelligitur tempus, quo homo est capax doli, siue tempus, in quo discernit inter bonum & malum, quia tunc peccare potest, quod acceleratur citius in vno q̃ in alio, secundùm Hosti. in sum. de pę. §. quis debet. circa prin. & §. quæ pęnitentia. ver. si
205 sit puer. hoc etiam sequitur Fran. in d. c. omnis. dicens, quòd annus discretionis dicitur, cùm est doli capax, etiam si non sit pubes. & Fede. consi. 247. Incipit, Ad allegationes &c. vnde refert fra. Anto. in dicta sum. 3. parte c. de sacrameto Eucharistiæ. ver. quantum ad frequentationem sacramenti &c. Pet. de Pal. in 4. dicere, quòd annus discretionis dicitur duodecimus in fęmina & quartusdecimus in masculo. Sed cùm est doli capax, tunc scilicet potest mortaliter peccare, quia tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communione, quæ simul dantur secundum ipsum: ad hoc. j̃. §. proxi. q. 96. & ideo bonus confessor æstimabit per exteriora, an dici possit doli capax, vt per Hosti. de pę. §. cui confitendum. ver. cui pueri. qui etiam dicit, quòd annorum discretionis habemus tria genera: primum quo ad confessionem, intelligendo vt dictum est. secundũ puberis quo ad votum & matrimonium contrahendum, de reg. c. 1. lib. 6. & quod ibi per Arch. in ver. plenum. de spon. tuę. de despon. impub. c. 3. Tertium maioris 25. annis, & hoc quo ad ministrandum & disponendum de bonis pro velle & contrahendum, ff. de minori. l. 1. & de istis duobus vltimis, de probati. in pręsentia. secundùm Host. ibidem. & hæc opinio bene seruatur secundùm Nico. in d. c. omnis. 3. col. Et adde, quòd idẽ frater Ant. in dicta sum. 3. parte. c. de confessione. dicit, quòd cum communiter post septennium pauci reperiantur habere vsum rationis, & non habendo vsum rationis peccari non
201 potest, nec per consequens tenetur ad legem, & leges † adaptantur ad ea, quæ in pluribus accidunt, nec decretalis omnis. hoc dicit, & illud quod ante 14. annum potest peccare mortaliter. B, Riccar. Tho. in 4. sen. distin. 25. videntur dicere de 14. anno. vnde non obligatur quis ad confitendum post septennium immediate: videtur ergo censendus annus discretionis, vt aliàs communiter sumitur in iure, scilicet 14. in masculo, & 12. in fœmina. vel saltem quando habent pueri vsum rationis, bonum est tamen vt quàm citius possunt ad ipsam inducantur, vt in ipsa confesione assuefaciant secundum eundem, qui aliqualiter titubans non videtur recedere a communi opinione. Similiter nec ego auderem propter interpretationem tantorum magistrorum, prout in simili no. Archid. de re iud. c. 1. in ver. pontificem. lib. 6. sed si daretur audatia, posset attentari de iuris rigore, quòd annus discretionis etiam quo ad confesionem sumi debeat in 14. in masculo, & 12. in fęmina, per textum & glo. in c. cum virum. & c. cum simus. de reg. & in c. 1. eo. tit. lib. 6. & in cle. eos. glo.
208 3. eo. titu. & in c. vel non est compos. iuncta glo. penult. in fi. cum textu, de temp. ordi. facit. 30. q. 2. vbi non est. & per Io. And. in c. duo pueri. de despon. impu. in secunda col. vbi col-
202 ligit Ant. de Butr. quòd dicitur quis in annos † discretionis peruenisse, quando deuenit ad ætatem pubertatis: faciunt no. per Io. And. in c. exhibita. in prin. de homi. & in Rubri. de delictis puerorum. & in c. 1. & per totum, facit c. ex eo quòd. de elect. lib. 6. & videtur casus in c. cum illorum. in fi. de sent. excommu. vbi discretus dicitur, qui est adultus: & per ibi notata videretur, ꝙ etiam adultus, nisi sit discretus, non astringatur hoc præcepto, ad quod. j̃. q. proxi. Vnde ad propositũ hæc pars confirmari videtur per no. per Archid. post Hu. de pęni. dist. 2. citius. §. quod vero neq;. vbi sic dicit: Ecce aperte, dicit hic textus, ꝙ in pueris non est virtus neque vicium: quod vltimum intellige præter originale, vt ibi per Arch. facit quod no. de conse. distin. 4. cathecuminum. pro hoc, quia ætas legitima dicitur quatuordecim annorum, vt no. de reg. c. 1. & se. Præterea pueri non peccant, vt dicit Arch. 15. q. 1. in prin. & facit quod not. D. Fran. post Inno. in c. scripturæ. in
203 11. q. de voto. Item doli capax † dicitur, qui iam discernit inter bonum & malum quo ad delicta, vt not. Archi. 15. q. 1. illud. Nõ obstat, ꝙ in ista materia aliter sumi debeat annus discretionis, quia hoc iure non probatur. non ob. c. 1. de delic. pue. & quod no. Io. And. post Hosti. in c. cum contingat. circa princ. de iureiur. quia simpliciter dicit, ꝙ his plena est &c. Non autem dicit vicijs, scilicet ꝙ in pueris talia dicantur vicia, facit. j̃. q. 57. post medium, ibi, non dicitur proprie vicii. Item non obstat glo. quæ dicit, ꝙ doli capax potest mentiri,
204 quia † mendacium non semper est peccatum mortale, iuxta not. 1. q. 6. sicut his qui. 22. q. 2. si quælibet. in glo. vides ergo in fi. & 22. q. 5. iuramenti. pro hac parte videtur glo. ordinaria de conse. dist. 4. in c. non potest quis. dum textus dicit, per pęnitentiæ confesionem. & glo. dicit, quantum ad adultos: & sic vult, quòd adulti obligentur ad confesionem: adultus
205 enim dicitur † post pubertatem, de despon. impub. puberes. cum simi. pro hoc, quia Spe. intelligit c. omnis. in adulto, vt in suo repertorio aureo, de regu. pęnitentiæ. versi. quilibet adultus. &c. & videtur casus in c. exhibita. de homi. Præterea posito ꝙ impubes posit peccare mortaliter, tamen satis est ꝙ ecclesia non astringit ad confitendum, nisi post annos discretionis, sicut & infra annum pubes potest peccare, & tamen non astringitur ad confitendum nisi semel in anno, supra q. 50. quare vt in simili dicit Arch. volens reprobare Hosti. 17. q. 4. si quis suadente. circa prin. si daretur audatia concluderem contra communem opinionem, scilicet quòd impubes non teneatur ex præcepto confiteri, sed temerarium forte diceretur: ad quod supra §. 1. q. 40. in fin. & quæ dicta sunt quo ad confesionem, eadem dicta intelligantur quo ad communionem, quia vtrunque præcipitur in d. c. omnis. infra §. proxi. q. 96.

206 ¶Sexagesimosecundo quæro, qui † teneantur ad confesionem. Respondeo, ꝙ omnes homines etiam infideles, Insti. in proœ. §. omnis. C. de sum. Trin. l. 1. Papa tamen in d. c. omnis. intellexit solũ de fidelibus, vt supra q. 47. sic etiam aliàs hoc nomen omnis, etiam simpliciter prolatum restringitur, vt not. in c. dilecto. in princ. de sent. excommu. lib. 6. & in l. inter omnes. ff. qui satisda. cog. & de pęni. dist. 2. opponitur. & Archi. de conse. dist. 1. cõsulto. & similiter etiam in d. l. 1. Imperator se ipsum restringit, vt ibi patet, & sic christiani tantum astringuntur hoc præcepto, vt in simili dicunt Doct. in c. ad
207 abolendam. in prin. de hęreti. & nullus fidelis excluditur, 19. dist. si romanorum. Hinc est, ꝙ etiam Papa † includitur, qui confiteri tenetur; sicut & cæteri, secundùm Fran. in d. c. omnis. & in sum. astensi. lib. 5. titu. 10. ad fi. Intellige ex mente dicti c. omnis. & Ant. de But. in c. significasti. 2. col. de fo. comp. & j̃. q. 94. dicit tamen Ant. de But. in d. c. omnis. ꝙ non astringitur illo iure, vt ex necessitate teneatur confiteri, aliàs peccat mortaliter, potest tamen obligari præcepto diuino, s̃. q. 47. vnde dicit Host. in sum. de pę. & remi. §. quis debet. ꝙ siue quis sit in dignitate cõstitutus, siue priuatus, clericus, vel laicus, mulier, vel masculus, pauper vel diues, nobilis vel ignobilis, iuuenis vel senex, confiteri tenebitur per dictum concilium generale, nisi sit ita senex, ꝙ careat discretione, secundùm Host. in sum. §. quando confitendum. in prin. ad hoc vltimum j̃. q. 112. & s̃. q. proxi. & facit ad prædicta glo. in cle. 1. de sepul. & intellige, ꝙ etiam seruus christianus astringitur, per no. per Host. in sum. de coniugio ser. §. 1. & 2. in prin. vn-
208 de accipitur hic fidelis, i. † non infidelis, vt no. in simili 13. q. 2. nullus. & quod no. in cle. ne in agro. ver. sane. in ver. fideles. de sta. mo. vel dicitur fidelis a sacramẽto fidei, vt dicit Archi. de pę. distin. 3. de quotidianis. in prin. vel dicitur fidelis, quia non rebelliter viuit, 38. dist. nullus. vel fidelis quo ad mentẽ, no. de sum. Trini. c. 1. glo. 2. lib. 6. & ibi per Archi. in princ. vel fidelis, i. bene uiuẽs, de pę. dist. 7. baptizatus. ad hoc quod no. Arch. de pę. dist. 2. si enim. 3. col. & de pę. distin. 3. qui uult. in fi. de infidelibus autem nihil ad nos, 2. q. 1. multi.

209 ¶Sexagesimotertio quæro, an † cathecuminus astringatur hoc præcepto. Vt ꝙ sic, dum dici põt fidelis, per no. 28. q. 1. caue. & 30. q. 1. in prin. Itẽ incidit in excõicationẽ, no. Arch. de conse. dist. 4. eos quos. facit quod no. 28. q. 3. c. ult. Item dũ baptizatus baptismo fidei, de conse. dist. 4. baptismi. i. caritatis. de conse. dist. 4. eos quos. facit quod not. 28. q. 3. c. ult. i. de conse.

conse. dist. 4. non dubito. uel, i. flammis, vt no. de presbi. non bapti. cap. 3. vel, i. ignis, de conse. dist. 4. cathecuminum. & ibi dicit Archi. flammis, i. pœnitentiæ, vel, i. contritionis. not. 15. q. 1. firmissime. facit de pęn. dist. 7. nullus. & quod not. 30. dist. 213 præter. §. porro. in uer. baptismo. de conse. dist. 4. venerabilis. glo. 1. & per Doct. in c. maiores. facit s̃. q. 42. sed non credo, ꝙ Papa ipsum astringere intendat, cùm nõ sit vere baptizatus aqua, quod requiritur, s̃. §. 1. per totum. Præterea licet iste sit fide præditus, non tñ sacramentis imbutus, vt dicit Arch. de conse. dist. 2. quotidie. Vnde ei Eucharistia non ministrat̃, vt per Fran. in c. fi. de presbytero non bap. facit s̃. §. 1. q. 21.

210 ¶Sexagesimoquarto quæro, an † hermofrodita teneatur ad confessionem. Respondeo sic, quia tex. in dicto cap. omnis. dicit, vtriusque sexus. actus enim pœnitentiæ est indifferens vtrique sexui, nec ponderabitur in quo sexu magis incalescat, secundum Ioan. And. & Doct. in dicto cap. omnis. vbi per Anto. de But. in 3. colum. pro hoc, quia sub simplicibus etiam mixta compræhendũtur, vt no. in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. & ibi per Bar. & Ange. in l. quædam. §. fi. ff. de edẽ. & Bal. in l. certi condictio. §. quoniã. ff. si cer. peta. & j̃. q. 115. in fin. Et de istis hermofroditis vide aliqua 4. q. 3. §. item hermofrodita. per glo. & Archid. 27. q. 1. diaconissa. per Bal. in l. fi. C. de suis, & legi. & ad textum istum dum dicit, vtriusq; sexus, facit 16. q. 1. si quis laicus. satis tamen erat dixisse omnis, quia intelligebatur vterq; sexus, per no. s̃. q. 62. ad dictum c. si quis. expressit tamẽ & dixit ad maiorem declarationem, iuxta not. in l. hominis appellatione. & l. si quis. de verb. sign. vel expressit ad remouendum dubium, an masculinum includeret fœmininum, de quo in c. generali. de elect. lib. 6. & per Archid. 17. q. 4. si quis suadente. & Bar. in l. 1. ff. de verb. sig.

211 ¶ Sexagesimoquinto quæro, an ratione † pęnitentiæ iniunctæ excusetur quis non confitendo infra annum? Videtur quòd sic, nam ratione pœnitentiæ iniunctæ excusatur quis non seruando dictum capito. omnis. vt not. Archidia. in ca. 2. de consecratio. distinct. 2. alleg. 33. q. 2. ammouere. facit ea. quæst. latorem. & 15. q. vlt. ij qui. sed non credo, quòd sacerdos potest disponere contra dictum capito. omnis. quantum ad confesionem, licèt ex causa potest differre communionem, & ita loquitur Archi. & dicta iura, & dictum. ca. omnis. & sic a confitendo non excusaretur, ac etiam ridiculum esset imponere pœnitentiam, vt non confiteatur, & confessionem differre, vt in c. fi. de pœn. & remi. vt in simi. dicit An. de But. in c. quia circa. ante fi. de consan. & affi. facit. s̃. q. 49. & infra q. 78. & 87. circa principium.

212 ¶Sexagesimosexto, q̃ro, an peccata mortalia † prohibeant̃ etiam per iura ciuilia. Respondeo ꝙ leges ciuiles sacræ sunt, C. de legi. l. leges. 2. & per ipsas prohibentur septem peccata mortalia: & primo prohibetur superbia, C. vnde vi. l. si quis in tãtã. & in l. vna. C. si quis Impe. mal. & Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. per totum. & C. de dotis promi. l. fi. in fi. facit ad materiam 15. q. 7. si quis tumidus. & quod not. Archid. de pœn. dist. 1. prope fin. in §. item taciturnitas. & 25. dist. §. cri-
215 minis. in gl. sua, quæ incipit, superbia est. & quod not. 23. dist. his ergo. in ver. pecuniæ. Similiter per leges prohibetur auaritia. C. de inof. test. l. si qs in suo. & C. de offi. præfecti. ptor. Africæ. l. 1. penul. colum. & l. 1. C. de caducis tollen. pen. col. cum simil. facit secundum canones. 93. dist. diaconi. ppst medium. & 48. dist. sicut. 23. q. 5. quod autem. 1. q. 1. sicut vrgeri. in fi. & c. cum omnis. 26. q. 5. in prin. & quod not. de præben.
216 cum iam dudum. glo. 2. & ff. ad Vellei. l. sed si ego. in fin. cum sim. Similiter prohibetur per leges & luxuria, ff. de incen. rui. nau. l. penult. & C. & ff. de adulte. facit secundum canones, 35. di. c. 2. & de conse. dis. 1. ad nuptiarum. & de conse. dist. 2. si quis in terra. & de conse. di. 3. peruenit. & quod no. 32. q. 4. in eo. & de conse. di. 6. non dico. Similiter & ira. ff. ad l. Aqui. l. sed & si quemcunque. §. fi. & ff. loca. l. item quæritur. §. item
217 iul. facit ad materiam, 11. q. 3. ira. & quod no in c. dudum. de conuer. coniug. & per Arch. 55. di. si euangelica. & in dicto. c. ira. & 12. q. 1. indignę. facit 45. di. sed illud. similiter prohibetur per leges & gula, ff. de his qui no. infa. l. verbum. C. si quis impera. mal. l. vna. & facit secundum canones de conse. di. 5. legimus. cum si. Similiter inuidia. C. de aduo. diuersorum iud. l. si quis de togatis. C. de cad. tol. in prin. ff. de vsu, & habi. l. cęterum. C. de seditio. l. 2. & in l. propter. C. qui bo. cedere possunt. & Insti. de lege Fusia caninia. & quod no. in l. 1. in prin. C. de præscr. 30. an. facit ad materiam quod no. Arch. 23. q. 4. quam. cum si. Similiter accidia, ff. de offi. præsi. l. diuus. in fi. & si quis cau. l. 2. §. si quis tamen. & facit secundum canones, qd̃ no. Arch. in dicto. §. criminis. in gl. cum inter ista &c. ad quæ adde j̃. q. 127. verum omnia vitia & peccata reducuntur ad alterum ex tribus primis, infra q. 69.

Sexagesimoseptimo quæro † de peccatoribus, quomodo decipiuntur a diabolo. Respondeo, diabolus in decipiendo miseram animam, & ipsam corrumpendo hunc ordinem tenet: Primò alloquitur eam per suggestionem, sicut adulter primò alloquitur puellam, quam intendit corrumpere, & blãditur ei: sicut Sichen Dinam blandicijs deliniuit, vt legitur Gen. 34. & tangitur de hoc de pœn. di. 5. c. 1. iuxta fi. Secundo eam amplexatur, quod est cum diabolus rationes inducit ad suggerendum, quòd bonum est sic facere, Prouerbiorum. 7. Irretiuit cum multis sermonibus, ecce amplexus. Tertium est deosculatio, quod nihil aliud est quàm delectatio. Cùm enim anima delectatur in peccato, tunc osculatur eam diabolus, & istud est osculum fraudulentum, de quo dicitur Prouerbiorum. 27. Meliora sunt vulnera amici &c. 11. q. 5. non omnis. & c. non semper. Quartum est, commixtio, quod nihil aliud est quàm consensus in peccatum, tunc corrumpitur anima & inquinatur, Sapientiæ 3. Felix sterilis & incoinquinata. Quintum est conceptio, quod est propositum & deliberatio committendi peccatum, Osee 9. Generatio eorum ab vtero & partu & conceptu. Sextum est parturitio. quod est conatus & productio exterior ad perpetrandum peccatum, Psal. Ecce parturit iniusticiam, & Isaię. 37. Venerunt filij vsque ad partum, & non erat vis pariendi: quod aliquando contingit domino resistente. Septimum est partus, i. operis expletio. Octauum est lactatio partus cũ duobus vberibus, quorum vnum est species impœnitendi, aliud est comparatio aliorum, qui similia faciunt. de istis vberibus dicit Hieremi. in tren. lam. nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos. Eccl. 33. Peccator homo vitabit correptionem ad voluntatem suam, inueniet comparationem. Nonum est roboratio in peccatum per assuefactionem: ablactatio vero est in peccati defensione. Vltimum est deportatio & deductio, quæ est per iactantiam, Isaiæ. 3. Peccatum suum sicut sodoma prædicauerunt, secundum Arch. de pę. di. 2. sicut. & ad hoc. infra q. proxima.

Sexagesimooctauo quæro, quot † modis peccatores se excusant a peccatis. Respondeo quatuor modis, quos beatus
214 Bernardus compræhendit dicens: Multis modis fiunt excusationes in peccatis: aut enim dicit nõ feci, vel si feci bene feci: vel si malè, non multum male: vel si multum male, non mala intentione. Si autem de peccato, sicut Adam vel Eua conuincitur, nititur se excusare aliena suasione, contra quos dicit Hieronymus, Tolle excusationem, nullus peccat inuitus, secundum Arch. post Pet. de pę. di. 1. serpens. Adde vltimum refugium miserorum se excusantium dicendo, quia alij ita faciunt: quod non sufficit, etiam si omnes homines de mundo aliquid mali facerent, quia multitudo potius accusat, vt not. 30. di. c. 2. & in c. 2. glo. penul. de tempori. ordi. & in c. fi. glo. 1. de consuetu. unde mala † consuetudo non excusat a culpa seu pœna æterna, vt per Host. in c. 2. de tempo. ord. & facit. s̃. q. proxima. ad fin. peccatum tamẽ vnius prouocat alios ad peccandum. 11. q. 3. præcipue. de voto. c. magnæ. cum simi. & vide. s̃. q. 44. & facit ad præmissa illud Psalmi, Ad inueniendũ excusationes in peccatis.

¶Sexagesimonono quæro, de peccatis ac differẽtia & diuersitate ipsorum. Et primo quid sit † peccatum & vnde dicatur, per Archi. in c. decet. de immun. eccles. in ver. peccatis. quandoq; vero ponitur pro defectu, de rescrip. c. ad audientiam. Item peccatum est voluntarium, adeo ꝙ aliàs non est peccatum, 45. dist. de iudæis. 15. quæst. 6. c. 1. & per Ioã. And. in c. quod quidam. de pęn. & remi. Item dicas, quòd peccatũ aliud mortale aliud veniale, de quo supra q. 57. Sed actuale mortale † peccatum dicitur illud, q̃od committitur ex voluntate propria, vt supra, & per Hosti. in sum. de pœn. §. quibus. vers. actuale. & secundum Ambrosium diabolus neminem astrictum iugo seruitutis possidet, nisi se primo ex peccatorum ære vendiderit, 15. q. 1. non est quòd quicquam. & duobus cap. præcedentibus. Item quæcunq; † peccata sunt criminalia sunt etiam mortalia per consequens, sed non cõuertitur, multa enim mortalia sunt, quæ non sunt criminalia, idest capitalia inducentia decapitationem siue depositionẽ, vel exilium, vel intrusionẽ carceris: licet ergo quodammodo omne peccatum vocetur crimen, 25. distinct. §. criminis. Primum tamen peccatum criminale, est peccare in fide Trinitatis, 22. quæst. 2. cap. 1. & quæst. 7. quod in omnibus. Secundum

cundum est peccatum contra naturam, 32.q.7.flagitia.& c.
adulterij.& ea.q.4.in eo.Tertium est homicidium, quod est
219 † terribilius omni peccato, 50.distin.placuit. Quartum est
crimen lęsæ maiestatis, 79.distin.si quis.6.q.1.si quis cum.&
3.q.5.accusatoribus. Quintum est crimen sacrilegij, scilicet
cùm aliquis fregerit ecclesias violenter, 2.q.prima, in pri-
mis.17.q.4.si quis in atrio.& c.frater.& c.quisquis.& cap.si
quis suadente.cum simi.Sextum est incestus, 3.q.4.consan-
guineorum.35.q.3.de incestis.& ea.causa.q.8.c.hæc salubri-
ter. Septimum, conspiratio.2.q.1.conspirationem.& cap.si
220 qui clerici.& c.si qui clericorum.Octauum est † adulterium,
quod est detestabile in vtroque testamento, 32.q.7.quid in
omnibus.& ea.causa.q.4.nemo. Nonum est falsum testimo-
nium, quod lege diuina & canonica est prohibitum, proba-
tur.22.q.4.non periurabis.quod est tractum est Leuitico, &
6.q.1.quicunque.de fals. c.1. ista enim sunt criminalia ma-
231 iori accusatione & damnatione dignissima, 81.dist.c.1.De-
221 cimum est † crimen simoniæ, respectu cuius omnia crimina
pro nihilo reputantur, de sy.sicut.& c.tanta.1.q.7.cap.vlti.
Est enim damnatum crimen in utroque testamento, 1.q.1.
qui studet. Vndecimum est crimen vsuræ, quod est detesta-
bile in vtroque testamento: vnde Ezechielis, vsuram & om-
232 nem abundantiam non accipies, de vsuris.cap.quia.14.q.3.
plerique.& Dauid in Psal.Qui habitat &c.Alia enim pecca-
ta non vocantur recte criminalia, quia non sunt capitalia, li-
cet mortalia sint: sunt enim dispensabilia sine decolorati-
one status ecclesiæ, 1.q.7.dispensationes.& c.si illa.nisi essent
reordinati,1.q.2.saluberrimum.vel scienter rebaptizati, 50.
distin.confirmandum.secundùm Archid.in d.§.criminis.&
Hosti.in sum.de pę.§.de quibus.ver.illud autem quæri con-
sueuit.ad quæ adde no.per Archid.7.q.1.§.hæc tunc.in glo.
isti recte.& in repertorio Spec.in tit.de reg.pęnitentiæ.§.sci-
re etiam debet, in princ.& subdit Archid.in d.§.criminis.de
222 superbia dicens, quòd superbia est † elatio viciosa, quæ infe-
riorem despiciens superioribus & paribus satagit dominari:
& in libro Sapientiæ, Intolerabilis est omnis superbus ha-
bitu superfluus, incessu pomposus, ceruix erecta, facies vaga,
truces celeri de loco certat superiori, sententias suas & ver-
ba & facta iactat, & reuerentiam in obsequio non obseruat:
& alia etiam ibi dicit de superbia, quem etiam ad hoc uide
de pę.distin.1.econtra.& de superbia per Hostien.in sum.de
pęni.§.de quibus.& dicit Arch.in d.§.criminis.quòd iracun-
223 dia † proprie est nomen vicij siue criminis mortalis. Ira ve-
ro transitoria est veniale peccatum: si vero diu perseuerat,
224 est mortale, secundùm Hug.vbi etiam an † accidia sit pecca-
tum mortale:& post Tho.dicit quòd sic, quãdo contristatur
in his, quæ ei imminent facienda propter Deum, vt ibi la-
tius, & in Pisa.in ver.accidia.& per Hosti.in alleg.§.de qui-
bus.vbi etiam aliqua de luxuria, gula, inuidia, & auaritia, vbi
233 videas, qui etiam dicit, quòd non debemus esse nimis prom-
pti ad iudicandum aliquid esse mortale peccatum, nisi vbi
per certam scripturam constaret, quòd mortale sit: potes ta-
234 men quærenti respondere, peccatum est hoc, & inducere ip-
sum ad pœnitentiam: alioquin cito homines aliqui forsitan
desperarent: hoc tamen tradit Hosti. pro regula, ꝙ vbicunq;
aliquid committitur in præceptum Dei, sicut in hæresi, vel
ecclesiæ sicut in rebelli: & obstinata inobedientia vel in detri
mentũ proximi & certa sciẽtia sicut in rapina, vel in oppro-
brium sui, sicut in fornicatione, quia secundùm Apostolum
qui fornicatur in corpus suum peccat: mortale peccatũ po-
terit iudicari.ad hoc s̃.q.57.ad fi. Item peccatum mediocre
est mortale, Spe.de dispen.§.qualiter.circa mediũ.& de om-
nibus his mortalibus confiteri oportet, & sic intelligas totũ
235 istum tractatum secundùm Hosti.vbi s̃.& ꝙ quis non debet
esse nimis promptus ad iudicandum mortale, nisi hoc con-
stet per aliquam scripturam: idem Laud.de sacramento pœ-
nitentiæ, secunda col.Item velle perpetuari in hac vita non
225 † est sine mortali: velle autẽ prolongari propter delicias non
est sine veniali, secundùm Pet.de Pal.in 4.distin.21.q.1.in 6.
226 col.ver.ad argu.dicendum. Item nota, ꝙ † omnia vicia re-
ducuntur ad alterum ex tribus, videlicet ad superbiam, aua-
ritiam, & luxuriam, no.Io.And.in c.solitæ.2.col.de maio.&
236 obedi.& de peccato mendacij & adulationis per Host.de pę.
§.quæ interrogationes.in 4.& 5.col.Item dicit Archi.in d.§.
criminis.quòd nimis dormiendo peccamus: vnde versus.

Qui spectat in lecto &c.

227 Item scias, ꝙ † mortale aliud enorme aliud mediocre, vt in
Spec.de dispen.§.qualiter.ver.vt autem hic articulus. Item
quædam dicuntur peccatum, quædam pœna peccati, vt no.
228 15.q.1.§.fi.in glo.quædam. Itẽ reatum † peccati solus Deus
delet, sed pœnam minuit sacerdos, no.1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item peccat dans alteri occasionem peccandi, not.7.q.1.ad-
uersitas.§.1.Item peccatum mortale priuat a sacramentis,
229 no.23.q.8.pessima. Item † peccator dicitur a pedice, i.matri-
ce, quasi palicator, quod nomen antiquitus flagitiorum fuit,
postea vero transiuit in appellatione omnium iniquorum,
secundùm Papiam, vt refert Arch.de pę.dist.1.si peccatum.
& de peccato murmurationis no.33.q.2.hoc ipsum.& de de-
tractione quãdo sit peccatum, per Arch.6.q.1.detractores.&
no.44.dist.communia.& per.Imo.in cle.1.de priuil.in 8.col.
post glo.& Franc.in d.cle.versi.quibus.1.q.Item peccatum
230 † vix potest vitari in cura rei familiaris, no.86.dist.quando.
& pluribus modis vnum peccatum dicitur maius alio, Arch.
231 32.q.7.non solum. Item † peccatum dicitur opus iniquitatis,
no.de pęni.dist.3.ille Rex.vel perpetratio mali, no.de pęni.
distin.1.si peccatum: & in regula peccatum, lib.6.Est autem
res quasi contraria naturæ, vt quis sit sine peccato, nor.de
temp.ordi.ex tenore.& pro quolibet peccato debetur du-
plex pœna, supra q.8.
232 ¶Septuagesimo quæro, an cõsensus in † delectationem pec-
cati mortalis sit peccatũ mortale. Respondeo, dicit Thomas
secunda secundę, q.74.ꝙ consensus in delectatione mortalis
est peccatum mortale, sicut etiam theologi communiter di-
cunt: Nam & Aug.12.de Trinitate, dicit, quòd propter pec-
catum cogitationis etiam sine voluntate perficiendi cũ vo-
luntate tamen delectandi totus homo damnabitur: ꝙ enim
aliquis consentiat in delectatione, nihil aliud est, quàm ꝙ
consentiat ꝙ affectus suus sit inclinatus in fornicationem:
nullus enim delectatur nisi in eo, quod est conforme apperi-
tui eius: & notandum, ꝙ vt dicit idem Tho. non dicitur dele-
ctatio morosa diuturnitate temporis, sed ex eo ꝙ ratio deli-
berans circa eam immoratur, nec eam repellit tenens & vo-
lens libenter ea, quæ statim vt attingunt animum respui de-
buerunt, vt dicit Aug.12.de Trini.secundum eundem, vt re-
fert Pisa.in ver.delectatio. Idem in sum.confe.lib.3.tit.4.q.
271.vbi allegat Tho.in prima parte secundæ.q.84.art.8.&
vt ibi patet prędictis concor. Vltramon.& Pet.in aliquo cla-
rius loquendo dicens, quòd non solum est peccatum morta-
le, quando ratio expresse consentit, sed etiam quando non
expresse, dum negligit reprimere motus peccati, & manet ta
lis complacentia post sufficientẽ deliberationem & animad-
uersionem periculi, secundùm fra.Nic.in addi.ad Pisa.ibi-
dem. vnde dicit Arch.de pęni.dist.2.sicut.2.in fi.ꝙ delectatio
si diu perseuerat, & est ad mortalem actum, est peccatũ mor-
tale, aliàs est veniale, sicut & primus motus, qui semper pec-
catum veniale est, secundum eum ibidem.& vide s̃.q.57.circa fi. Et an peccatum † in sola cogitatione committatur, ple-
ne per Hostien. in sum. de pœni. versi. illud autem non est
omittendum.
234 ¶Septuagesimoprimo quæro, quod † dicatur maius seu pe-
ius peccatum. Respondeo, occultum dicitur deterius quan-
tum ad simulantem: cum enim quis publice peccat, corripi-
tur ab alijs, & sic erubescit & corrigitur: sed occulte peccans
non corrigitur ab alijs, & sic non erubescit, nec corrigitur,
quia creditur esse bonus, erubescit confiteri peccatum suũ,
& sic talis raro emendatur, & ideo peius est simulare quantũ
ad se, per not.81.dist.clericus.& 32.q.4.nemo.& in c.de ho-
mine.de cele.miss.& ibi per Nic.l.fi.ff.de ritu nup.& per Ar-
chi.12.q.1.certe.in fi.vnde dicitur, ꝙ in comparatione duo-
rum malorum leuius malum est aperte peccare quàm simu-
lare, & fingere sanctitatem. Io.And.in d.c.de homine. Item
235 delictum carnis † dr̃ grauius seu cõius, qa ꝑ ipsum perditur
bonum rectæ conscientiæ, Io.And.in c.fi.post prin.de purg.
cano. Itẽ quid sit maius peccatum ꝑ ignorantiam, an ꝑ scie-
tiam, no.6.q.1.qũo.in glo.2.facit.c.inter corporalia.ad fi.de
transla.& quod no.de pę.dist.2.sciendũ quippe. Itẽ quod est
maius in religioso vel laico, ꝑ Pet.de Anch.in c.accusatus.§.
sane.de hæreti.lib.6. Itẽ clericus plus dr̃ peccare q̃ laicus, 25.
dist.nulli.& ꝑ Hosti.in sum.de iure pat.§.fi.post prin. Itẽ cri-
236 mẽ † parricidij seu fratricidij dr̃ maiꝰ sacrilegio, in specto gne
delicti: sed in sacrilegio inspecta ꝑsona, cui specialiter fit in-
iuria, sacrilegiũ dr̃ esse maius crimen, ſm Arch.de pę.dist.1.
serpens.circa mediũ. Itẽ peccatũ fornicationis, qñ sit maius,
qñ cũ pulchra an qñ cũ deformi, not.14.q.6.c.fi.in fi. Itẽ qd
sit grauius, homicidiũ an adulterium, no.33.q.2.fi qd verius.
Itẽ qs plꝰ peccet vxoricida an matricida, no.33.q.2.ammo-
uere,

uere, in ver.existens. Item sacrilegiũ an sit maius homicidio
vel adulterio, no.17.q.4.sicut. Item quid sit maius fornica-
tio an mendaciũ, per Imo.post Math.in cle.fi.ad fi.de hæret.
237 ¶Septuagesimosecundo quæro, quæ † peccata dicãtur cõ
mitti in patrem filium vel spiritumsanctum. Respondeo vt
no.de pę.di.1.Deus.§.potest.in glo.dimittendam.& not.1.
q.1.ita fit.& de pę.di.1.homicidiorum.& c.serpens.glo.2.&
c.hæc etiam blasphemia.& clarius 25.di.qualis.per gl.& Ar
chi.qui dicit, quòd alia est offensa patris alia filij alia Spiri-
tussancti. Distinguuntur tamen tria genera peccatorum,
scilicet infirmitatis, ignorantiæ & industriæ siue maliciæ.
Peccatum in patrem dicitur illud, quod committitur ex in-
firmitate, idest, ex impotentia, i.per id quod est contrarium
potentiæ, quæ appropriato vocabulo attribuitur patri. Pec-
catum in Filium dicitur illud, quod committitur ex igno- 243
rantia, idest, per id, quod est contrarium ei, quod appropria-
to vocabulo attribuitur filio, scilicet sapientia. Peccatum in
Spiritumsanctum dicitur illud, quod committitur ex certa
industria, idest, malicia & per id, quod est contrarium ei,
quod appropriato vocabulo attribuitur Spiritusanctio,
238 quod est bonitas. Patres † enim solent esse senes & debiles
& impotentes: ne ergo Pater in Trinitate credatur esse im-
potens & infirmus, ideo appropriato vocabulo attribuitur
ei potentia: filij vero solent esse iuuenes & imperiti & in-
scij: ne ergo sic credatur esse in Trinitate, & ita filius crede-
retur esse imperitus & insipiens, ideo appropriato vocabu-
lo attribuitur ei sapientia. Spiritus nomen est arrogãtiæ ela- 244
tionis & superbiæ: ne ergo Spiritussanctus credatur habe-
re arrogantiam vel elationem, ideo appropriato vocabulo
attribuitur ei bonitas siue benignitas: est ergo sensus illius
auctoritatis: Qui peccat in Patrem, idest per infirmitatem,
remittetur ei quasi facile: Qui peccat in Filium, idest, per 245
ignorantiam, remittetur ei, quasi facile. Qui verò peccat in
Spiritumsanctum, idest, ex certa industria & malicia, non
remittetur ei quasi ita facile: peccata enim, quæ fiunt ex cer
ta scientia siue industria maiora sunt quàm quæ committun
tur ex infirmitate seu ignorantia, & ideo nõ ita leui satisfac-
tione dimittuntur, 25.dist.§.criminis. maiora enim pecca-
ta maiori indigent pœnitentia, de pœn.dis.1.Deus. & sic in-
telligitur illa auctoritas, de qua dictum est, & ponitur in di-
cto cap.qualis.secundùm Hug.ad quod supra q. 3. vel dic, ꝙ
probabilius est secundùm quosdam, quòd Dominus sic di-
stinguere voluit venialia à mortalibus, quoniam quæ per so
lam infirmitatem committuntur, frequentius sunt venialia.
239 Quæ vero per maliciam mortalia. Sex sunt † peccatorũ spe-
cies, quæ peccata in Spiritumsanctum dicuntur, scilicet, ob-
stinatio, quæ finalis impœnitentia dicitur: desperatio, præ-
sumptio, veritatis impugnatio, Spiritussancti abnegatio, &
vt quidam dicunt omne peccatum, quod ex pura malicia &
deliberatione procedit, secundum Archid.in d.ca.qualis. &
etiam talia peccata remittuntur si pęnituerit, 50.dis.ferrum.
de sum.tri.c.1.§.penul.& s̃.q.3.& Hostien.in sum.de maled.
§.qualiter.ver.blasphemantes. Sic & aliàs licèt opera Trini-
tatis sint inseparabilia seu indiuisibilia, tamẽ vnum opus at-
tribuitur vni personæ & aliud alij, quod prosequitur Arch.
23.dist.qui episcopus.in versi.incarnationem.& adde, quòd
240 peccare † in Deum dicitur tribus modis. s.cùm quis per mor
tale peccatum expellit Deum a corde suo, & ita odit Deum
& non proximum. Item quando mortaliter peccando offen
dit Deum & proximum. Tertio modo qñ in rem vel perso-
nam Deo dicatam peccatur, quo casu dicitur etiam sacrile-
gium, vt dicit Arch.17.q.4.sicut.2.
241 ¶Septuagesimotertio quero, cui † sit confitendum. Resp.
regulariter quilibet debet sacerdoti confiteri: nam solis sa-
cerdotibus dedit dominus potestatem ligandi & soluendi,
cùm Io.20.dixit, Quorum remiseritis peccata remittuntur
eis, &c. de pœn.dist.1.verbum Dei. & hoc intelligendum est
de mortalibus. Sed venialia non oportet, ꝙ aliquis sacerdo-
ti confiteatur, quia ipsa confessio etiam laico facta sacramẽ-
tale quoddam est, quamuis non sit sacramẽtum perfectum, 247
& ex ipsa caritate procedit, & per talia verũ est veniale re-
mitti, sicut & per tõsionem pectoris & aquam benedictam,
ſm Tho.in 4.di.17 ſm Pi.& fra.Ni.in addi.in §.confessio.3.
& in sum.astensi, li.5.ti.13.& per Pe.de palu.in 4.di.17.q.3.
art.1. vbi etiam ꝙ venialia possumus confiteri etiam nõ sa-
242 cerdoti. vnde Papa non posset † committere non sacerdoti
absoluere a peccatis, sic nec celebrare, licet nõ sacerdoti po-
tuisset cõmittere absoluere ab excõicatione, vt per eundem
in 4.di.20.q.1.circa princ. Et nota, ꝙ per ministerium sacer-
dotis peccata remittuntur, d.c.verbum.& 23.q.5.remittun-
tur. vbi Arch. ꝑ hoc exponit verbum Leuita, i.sacerdos: li-
cèt ergo aliàs appellatione sacerdotis possit intelligi de om-
nibus clericis, vt no.in c.2. de coha.cle. de consec.dist.1. hoc
quoque.& 1.q.1.qui per pecuniam.ibi per Arch.& per eun
dẽ clarius.4.q.1. sacerdotibus.tñ hic de sacerdotibus, i.pres-
byteris intelligitur, vt in d.c.omnis.& 22.q.1.c.fi. & de pœ.
di.1.quem pœnitet.& vtrobique per Arch.& sic exponit sa-
cerdoti, i.presbytero, ſm Arch.in ca.nemo.glo.5.de elect.&
per Host.in sum.§.cui confitendum. in prin. qui etiam dicit,
ꝙ sacerdos in hoc est iudex, d.c.verbum. cum sim. qui etiam
dr̃ comedere peccata populi, vt no.1.q.1.ipsi sacerdotes. &
melius est habere de ipsis paucos bonos, &c.23.distin.tales.
Item sacerdotes † quandoque appellantur Christi, quando-
que dij, quandoque vicarij dñi, & fi. vt per Arch.24.quest.3.
quisquis.& dicuntur vicarij Christi, vt per Arch. 27.q.1.vi-
duas.2.& debent esse nomine & opere, 30.di.c.fi.& ipsos læ-
dens punitur tanquam pro crimine publico, no.in cap.1.de
calum.& dicuntur esse de vniuersitate ciuitatis, vt per Pe.
de Ancha.in cap.fi sententia.in prin.de sen.excõ.li.6.& Bal.
in 10.col.de vasa.mili.qui ar.belli.depo.c.vno.& ipsorum fi-
lij an sit serui ecclesiæ, no.56.dist.dominus.& quando ipsorũ
filij dicantur esse filij sacerdotum, per Pet.de Ancha.in c.ne
aliqui. 2. notabili.de priuil.lib.6.& olim homicida poterat
esse diaconus sacerdos, no.21.dist. in prin. Item licet diaco-
nus in necessitate † possit audire confessionem, vt in c. 2.de
fur.non tamen absoluit, vt per Ioan.de Imo.in cle.1.de bapt.
in princ.& Fran.in pri.quæstione. Et notandum, quòd etiam
clerici habitantes in parrochia confitebuntur illi parrochia-
li, vt in c.cum ab eccle.de offi.ord.
¶Septuagesimoquarto q̃ro, an pęnitens confiteri † debeat
meliori sacerdoti quàm põt. Respondeo, sic, de pę.dis.1. quẽ
pęnitet.ad fi.intellige meliori quantum ad peritiam ligandi
& soluendi, vt in c.omnis.de pę.& remi, ad quod j̃.q.103. Et
sufficit si sit bonus, ne bonitas alterius alij afferat præiudi-
cium, quod esse non debet, 3.q.9.c.vltimo, secundum Arch.
post Pe.in d.c.quem pęnitet.ad quod adde Arch. in c. si epi-
scopus.de pę.& rem.lib.6.& quod no.de pę.di.6.c.1.in prin.
per glo.vbi etiam dicit Arch.ꝙ dum textus ibi dicit meliori,
ponitur cooperatiuum pro positiuo, idest bono, ad quem in-
ueniendum laboret inquantum potest, nec est ibi intelligen-
dum de bonitate morum & virtutum, quia illa nihil vel pa-
rum operatur in danda pęnitentia. Sed de bonitate, idest ido
neitate sciendi soluere & ligare: vnde debet sacerdos esse bo
nus, idest idoneus sciens soluere & ligare & discernere inter
lepram & lepram, vt ibi per eum post Hug.& sic potius con-
fiteatur presbytero idoneo quàm bono & simplici: & vide
j̃.q.113.& j̃.§.proximo.q.99.post prin. Itẽ prout aliqui opi-
nãtur potius religioso honesto quam clerico seculari, etiam
honesto, per no.per Ioan.And.in c.quia nõ.post prin.de ma-
gistris.& quia talis est professus, per no.per eundem de obli.
ad rati.c.vno, ante fi.
246 ¶ Septuagesimoquinto q̃ro, quare † confitemur homini.
Respõ. quia sicut oẽs creaturæ ostendunt & confitentur de-
fectus suos naturales homini eo modo quo possunt, vt dicit
glo.super illo versu: Confessio & magnificentia opus eius:
ita homo debet ostendere defectus suos voluntarios & con-
fiteri verbo vocali, in quo abundat, & etiam homini confite-
ri debet, eo enim ꝙ verbum diuinum ita humiliatum est pro
peccatis nostris delendis, ꝙ vnitũ est humanitati, in hoc obli-
gauit nos, quòd humiliemus verbum nostrum loquendo cõ-
tra nos non solum Deo sed homini, quod fit in confessione
facta homini: hodie enim peccamus contra Deum hominẽ,
& ideo confiteri debemus non tm̃ Deo sed etiam homini lo-
co ipsius Dei, secundum Pe.vt refert Arch.de pę.dist.3. per-
fecta.& in sum.Fra.Ant.3.parte.c.de confessione. circa prin.
& Pe.de Pal.in 4.dist.17.q.2.arti.2. in fine. Ad hoc s̃.q.16.&
quæst..47.per totam.
¶Septuagesimosexto quæro, cui sacerdoti † sit confitẽdũ:
an necesse sit cõfiteri proprio sacerdoti. Respõdeo, ſm Tho.
in 4.dist.17.cum sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliud
faciendũ, ille solus potest absoluere, qui potest per imperiũ
ad aliquid faciendum ligare: vnde oportet, quòd homo con-
fiteatur proprio sacerdoti, alienus enim eum non potest so-
luere vel ligare, vt d.c.omnis.de pę.dis.6.placuit. ſm Pis.in §.
confessio.3.& in sum.con.lib.3.tit.34.q. 38.& ꝙ quilibet sa-
cerdos non potest quemlibet absoluere, per Pe. de Pal. in 4.
dist.19.

dist.19.q.2.art.3. vbi etiam de submissione Papæ, vt non licet cuilibet se subicere, & confiteri cui voluerit, vt ibidem in 2.art.licèt ergo quis confiteretur proprio sacerdoti semel in anno, nõ tamen alijs vicibus in eodem anno confiteri poterit alieno sacerdoti sine licentia proprij sacerdotis, quia ab alieno iudice non potest quis solui vel ligari, vt in d.cap. omnis.per D.Nico.in secunda col.& in c.quod autem.post prin.eo.tit.per eundem.

248 ¶Septuagesimo septimo quæro, quis dicatur proprius † sacerdos quo ad hoc. Respondeo, omnis ille, qui curam ordinariam habet animæ illius, qui confiteri debet, sicut Papa, legatus, episcopus, Archipresbyter, & parrochialis intitulatus in beneficio curato principaliter, siue vicarius perpetuus, secundùm Pisa. vbi s.& in sum.con.d.q.38.& per Pet.de Palu. in 4.dist.17.q.3.art.2.& per Ioan. And.in c.officium.de offi. Archipresbyteri.& Imo.in clem.dudum.15.col.de sepult.de Papa, episcopo & Archipresbytero patet per no.in d.c.officium.de legatis Papæ & ipsorum pœnitentiarijs, de offi.leg. cap.1.de parrochiali patet in d.c.omnis.quia propter curam parrochialis ecclesiæ sibi commissam dicitur proprius sacerdos: & facit quod not.Hosti.in d.c.omnis.& in sum.de offi. Archipres.ver.ex hoc notabilis. Et dicetur proprius immediatus per not.per Pet.post Doct.in c.1.de rebus ecclesiæ.in 6.3.no.vnde quo ad episcopum quilibet de diœcesi est parrochianus, & sic potest episcopus principaliter exercere curam in quolibet de diœcesi, & ei dare ecclesiastica sacramenta, secundùm Ant.de But.in c.sicut.in prin.de spon.& Fran. in c.apostolicæ.de dona.in notabilibus.vide tamen in hoc Doct.in c.pastoralis.de his quæ fi.a præla.& Nico.in c.cum super.de sepult.Idem dicunt de generali vicario episcopi, ff. de iud.l.cum prætor.de offi.ordi.inter cętera.ad hoc quod no.de pęni.& remis.fi episcopus.lib.6.in glo.1.& in cle.1.de priuil.in ver.presbyteri. & j.q.102.Idem dicas de Archyepiscopo, dum visitat prouinciam, de censi.perpetuo.lib.6. & quod no.in cap.pastoralis.de offi.ordi.& 9.q.2.nullus primas.& de accusa.olim.ad hoc j.q.137.Nec ob.tex.in cle.dudum.ver.ab olim.ibi, prælatus superior, quasi Archyepiscopus habeat potestatem concedendi licentiam etiam in diœcesibus suffraganeorum. Nam ibi potest intelligi de superiore habili puta legato, de offi.lega.c.1.secundùm Fran.ibidem in 8.no.quin etiam cum visitat non absoluit Archyepiscopus ab excommunicatione etiam minori, vt per Arch.& Doct.in d.c.perpetuo.vel verius dic, quòd si visitat absoluit a minori, cùm potest, quæ sunt fori pęnitentialis, secundùm Ioan. And.in c.nuper.in 4.col.de sen.excommu.Item si consuetudo haberet, quòd alicui existenti in dignitate puta abbati archidiacono vel alteri prælato fieret confessio, tunc valeret consuetudo, quia iste nomine dignitatis suę potest prescribere hanc curam, & per præscriptionẽ efficitur proprius sacerdos, secundùm Hosti.& Doct.in c.conquerente.de offi. ordi.2.j.q.98.Si ergo alteri prædictorum vel ex alterius prędictorum licentia etiam generali quis confiteatur alteri q̃ proprio sacerdoti, tenet confessio & absolutio, quia a suo iudice facta, secundùm Io.And.in d.c.omnis.5.col.facit j.q. 82.& sequen.in fi vnde priuilegiatus a sede apostolica vel a iure non habet necesse postulare licentiam alteri confitendi, de pęni.& remi.cap.fi.secundùm Ioan. And.in d.c.omnis.5.

249 col.Et nota, quòd † apud ecclesiam cathedralem quilibet ciuitatis & diœcesis potest ecclesiastica recipere sacramenta, secundùm Archi.in c.1.de sepul.lib.6.in ver.de iure.ad finẽ. & quod no.in cle.1.de priui.in verbo, presbyteri.in fine glosæ.vnde ebdomadarij ęcclesiæ neapolitanæ sunt proprij sacerdotes omnium neapolitanorum de consuetudine, Archyepiscopus tamen est caput, iuxta no.in simili per Fran.in c.cum non ignores.in princ.de præben.Non tamen videtur proprius episcopus ratione beneficij, quia.c.cum nullus.de temp.ordi.lib.6.loquitur solum in danda licentia quo ad ordines, & ꝓ ibi per Archid.in verbo obtinet.& facit ad materiam j.q.83.post medium.& q.85.& 114.in fi & quo ad Metropolitanum, vide j.q.95.post prin.& ibi etiam habes, quòd prõprius sacerdos constringit subditum in foro pęnitentiali ad sibi confitendum ex causa, & inuestigat quis sit eius confessor: de quo ibi videas. Adde vnum, quòd si plures essent parrochiales presbyteri, quilibet potest in solidum procedere in foro pęnitentiali, vt per Fran, post Doct.in c.prudentiã.

250 2.col.de offi.deleg.Et nota, ꝓ † episcopus audiet confessionem subditorum inuitis curatis, no.Arch.11.q.3.qui resistit. & Fran.in cle.ne in agro.§.fane.1.op.de sta.mo.

251 ¶Septuagesimo octauo quæro, quid sit † cura animarum, & qñ dicatur inhærere beneficio. Rñdeo cura animarum a magistris sic describitur: Cura est vigil & onerosa ac sollicita custodia animarũ commissa alicui, vt curet, ne pereant sed saluentur, quæ competit ex lege vel commissione canonica aut consuetudine seu prescriptione per sedem apostolicam non improbata: hęc autem ex diuersis iuribus colliguntur, ita dicit Archi.18.q.1.cognouimus.& 8.q.1.qui episcopatum.& per Host.Io.And.& Doct.in d.c.omnis.Itẽ cura est sine moderatione, & dicta ꝓ cor vrat, Arch.in c.licet canon.de elect. lib.6.& plenius in c.1.de fi.presby.in ver.cura.per eundem: signum tamen curæ nõ necessario arguit beneficium esse dignitatem, vt per dominum Domi.in c.vno.in prin.de æta.&

252 quali.lib.6.& tenetur parrochialis † reddere Deo rationem in die iudicij, vt dicit Arch.in d.c.cognouimus.alleg.86.dist. duo.1.responso.facit de offi.Arch.c.1.& de officio primicer. c.1.similiter si ex culpa vel negligentia sua moriatur aliquis sine confessione vel pęnitentia, reus erit animæ illius, vt no. in c.4.de offi.Archipre.& de pę.& re.c.fi.glo.1.in fi.Idem si sine eucharistia illum mori faceret: facit de pę.& remi.quod autem.glo.in fi.& 27.q.1.quæ in Christo.in ver.ad pęnitentiam.& quod not.Archi.26.q.6.c.si presbyter.& in d.c.quæ in Christo.vbi exponit pęnitentiam, id est, fructum pęnitentiæ, id est, Eucharistiam.& facit j.§.proxi.q.118.Et notandũ, ꝓ quandoq; cura large sumitur siue in foro pęnitentiali curã habeat siue alio modo, de electi.dudum.2.& siue sit ecclesia baptismalis siue capella tm̃, quin etiam quandoque sufficit ꝓ habeat quis spirituale ius seu curam, licèt ecclesiam non habeat, vt per Inno.& Io.And.in c.de multa.de præb.& quod no.in cle.vna, cõclu.2.de offi.vica.& ibi per Doct.& quæ beneficia habeant curam, per Host.in sum.de fil.presb.§.fi.ver. Item quæro.& in titu.de offi.ordi.§.sunt autem distinctæ.in fi.ibi, hoc tamen.& per Io.And.in c.quia non nulli.de cleri. non resi.& Io.de Imo.in cle.1.de bap.in 2.col.post Pau.vbi idem Fran.in 4.q.& quod no.in cle.1.de offi.vica.in prin.& in Spe.de dispen.§.videndum.ver.sed quæritur quod beneficium: & dicit Fran.in d.c.omnis.ꝓ cura nil aliud est quàm potestas administrandi sacramenta ecclesiastica: quod nota: & facit quod no.in c.auaritiæ.ad fi.de elect.lib.6.dicit enim ecclesia parrochialis quasi curam habens, vt patet in d.c.de

253 multa.& limitatæ fuerunt † parrochiæ tempore Dionisij, vt in c.pastoralis.in princ.de his quæ fi.a præla.in aliquibus tamen terris non sunt distincti limites parrochiarum, vt per Host.Fran.& Doc.in c.2.de parroch.facit quod no.in clem. vna.glo.penult.de offi.vica.& tunc erit dare parrochias personarum, vt dicit Ant.de But.post Goff.in c.licet.in fi.de ferijs.facit quod no.in c.1.glo.2.de reli. domibus.Similiter & prælati religiosorum sunt iudices personarum & non loci simpliciter, vt dicit dñs Domin.in c.2.in 6.col.de consti.lib. 6.& Ioan.de Imo.in cle.dudum.in 4.col.de sepul.& ibidem per Fran.in ver.ab olim.1.q.

254 ¶Septuagesimo nono quæro, an presbyter † parrochialis simpliciter institutus per Episcopũ nõ expresso, ꝓ possit audire confessionem parrochianorum, possit nihilominus ipsos audire. Ray.dixit ꝓ non, nisi ei ab eꝑo super hoc specialis licẽtia data fuerit, vt per eũ in sum.de pę.& re.pro quo facit.16. q.1.c.cunctis. Alij dicunt, ꝓ eo ipso ꝓ instituit aliquis ꝑ epm̃ super populũ, intelligit habere gñalem licentiã ministrandi populo & officiandi ecclesiam, sicut cùm qs ordinat presbyter intelligit gñaliter habere licentiã vt possit missam cantare, sed nõ officiãdo vel ministrando populo: cùm ergo est institutus audebit talia facere, ſm Lau.& Hug.in d.c.cunctis. hanc sñiam sequitur Gof.in sum.de pęni.& re.§.debet quis. ver.quintus est &c.& Host.in sum.eo.tit.§.cui ꝓfitẽdũ st.in princ.& Arch.in alleg.c.cunctis.& de pę.dist.6.sacerdotes.in prin.per eundem.& idem in sum.astensi, lib.5.tit.14.in prin. vnde eo ipso ꝓ eꝑus instituit sacerdotem in ecclesia, vt sibi committere quicquid pertinet ad populi gubernationẽ, arg. de offi.deleg.præterea.ff.de susp.tuto.l.1.§.1.& ff.de condi. insti.l.qui sub conditione.§.vlt.secundùm Archi.ibidem.

255 ¶Octuagesimo quæro, quis † dicatur parrochianus alicuius presbyteri parrochialis, vt sic illi confiteri debeat. Rñdeo, qñ habitat in aliqua parrochia per totum annum, vel qñ habitat maiori parte anni, & ibi audit diuina, & a rectore ecclesię recipit ecclesiastica sacramenta, & qñ per rectorem ecclesiæ sibi spiritualia ministrantur, & ei rectori in foro pęnitentiali confitetur, & a tali rectore prædicationes audit, vt per Petr. de Pal.in tract.magno canonicæ parrochialis, in 7.c.in prin. allegat

allegat aliqua iura, & Innocen.de decimis.cap.nouum genus.in glo.mag.in ver. item non credimus. facit de parro.c. fi.& quod not.Pau.in clemen.dudum.ver.verum. de sepult. in ver.parrochialibus.& glo.in clem.2.de priuileg.in verbo, parrochialis.& qd̃ super ea per Ioan.de Imo.& Doct.& per Fed.consil.246.incipit, Quidam puer &c. & cons.sequen. & facit s.q.78.& j.sequentibus quæstionibus.vnde parrochianus dicitur, qui habitat in parrochia, etiam si sit clericus, de offi.ordi.cùm ab ecclesiarum.& ibi per Docto. vel si habitat parum minus anno, j.q.86.ad hoc j.quæst.95.

256 ¶Octuagesimo primo quæro, vtrum † proprius sacerdos possit vbiq; subditum suum audire & absoluere? Respõdeo secundum Hostien.vbique potest, siue intra territorium suę parrochiæ, siue extra parrochiam sibi commissam: pęnitentia enim est de iurisdictione voluntaria, & sic vbique potest expediri, ff. de offi.proconf.l.2.secus in contentiosis: vnde & de loco nihil exprimitur in c.omnis.de pęn.& remi. Idem in sum.confess.lib.3.tit.34.q.35.in fin.secundum Pisa.& Nico. Osim.in §.confessio.3.Idem Host.in sum.de pœn. & remi.§. cui confitendum sit.iuxta fi.princip.ver.sed nunquid &c. & Archi.de pęn.dist.6.c.placuit. & Franc.in d.c.omnis.facit in Specu.de pœni.& remi.ver.quidam autem.ibi in secũdo notã.Et quòd iudex ecclesiasticus in foro cõscientiæ possit soluere vel ligare extra territorium tripliciter, vide per Pet.de Palu.in 4.dis.19.q.7.in antepenult.colum.vsq; in finem. hęc intellige in confessore ordinario temporali vel perpetuo, vt est proprius prælatus, iste enim a quocũq; peccato, cuius absolutio spectat ad ipsum, siue sit commissum intra territoriũ, siue extra, potest absoluere etiam extra territorium, secus in confessore extraordinario, de quibus j.q.92. Nam demum intra territorium, in quo sunt deputati, possunt audire confessiones, de peccatis tamen vbicunq; commissis extra territorium, quia illa, quæ in foro animæ exercentur, sunt voluntariæ iurisdictionis, extra autem non poterunt absoluere, ẽt de commissis intra territorium, vt in clem.dudum.ver.extra ciuitates.de sepul.secundum Imo.ibidem in 15.colum. post Laud.ad idem per Fran.ibidem in 5.q.& per Imo.in clem.1. de iudi.super glo.vndecunque.& ex hoc respondi, ꝓ fratres ꝑdicti Neapolitani non possent in Putheolo absoluere Neapolitanos illuc declinantes propter balnea absq; licẽtia episcopi Putheolani: & adde j.q.92.

257 ¶Octuagesimo secundo quero, vtrum † audientia confessionis committi possit alteri. Rẽspondeo secũdum Tho.in 4. dist.17.si aliquis idcirco non possit audire confessionẽ alterius, quia non habet iurisdictionem, potest ei committi per quemcunq; habentem iurisdictionem in ipsos, qui audiendi sunt, vt proprium sacerdotem, siue episcopum, siue Papam: ad quod vide omnino quod j.dicam. Si vero aliquis nõ possit audire, quia non habet executionem ordinis, non põt sibi concedi, ꝓ confessionem audiat, nisi per eum, qui hoc impedimentum amouere potest, ſm Pisa. impediti in executione ordinum sunt interdicti, suspensi, degradati, & excommunicati, de quibus de cle.excom. mini. in rubro & nigro per totum.& fortius hæretici & scismatici, ſm fra.Nic.in addi.ad hoc j.q.90.Et nota hic, ꝓ etiam si per proprium sacerdotem committatur, non propter hoc oportet, ꝓ committatur tali, qui aliàs habeat iurisdictionẽ siue populum: Sufficit enim, ꝓ hanc iurisdictionẽ habet ipse, qui sacerdoti committit, ſm Pisa.vnde dicit Host.ꝓ si quis habet licentiam iudicis sui, ꝓ specialiter tali possit confiteri, immo etiam si licẽtiam haberet in genere, ꝓ possit confiteri cuicunq; voluerit, vel simpliciter ꝓ alteri possit confiteri, in his casibus si subditus recurreret ad discretum siue religiosum siue alium, vel ex causa ad non ita peritum, dum tamen peritum & honestum, secure confitetur, & alius secure audit, arg.extra, de pœn.c.ne ꝑ dilatione. secus qñ huiusmodi sacerdotes & religiosi vellent audire sine licentia iudicis peccatoris, vel sine licẽtia abbatis, nulla alia necessitate instante, vt per Hostiẽ.in sum.de pœn.& remi.§.cui confitendum. ver. Si vero sacerdos nullã

258 curã habeat.& seq.ibi tamen refert Ray.& Goff.tenere contrarium, scilicet ꝓ sacerdos parrochialis non possit committere audientiam confessionis non habenti aliàs iurisdictionem & potestatem audiendi confessiones, nisi ab episcopo illi tali sit data potestas, excepto articulo necessitatis: & duplex videtur ratio, vna, quia isti non sunt modi dandi iurisdictionem ei, qui aliàs non habet, nec propter hos casus datur iurisdictio illi, qui aliàs non habet. Alia ratio, quia licet ipsi pęnitentes sint licẽtiati, ꝓ possint cõfiteri alij quàm proprio sacerdoti, non tamen isti sunt licẽtiati, quòd possint audire: vnde proprius sacerdos non põt dare talibus iurisdictionem seu potestatem talẽ, sed episcopus solus, & sic sacerdotes nõ possunt audire cõfessiones nisi fuerint ab episcopo instituti siue licentiati, ſm eos: dicit fra.Nic.Osim.in addi.quam facit ad Pisa.eo.§.ver.vtrum in aliquo casu, ad fi.quod sibi nõ vr̃, ꝓ dictum Host.prædictis contrarietur, quia ipse loquitur de sacerdotibus ad confessiones habilitatis. Ray.vero, & Goff. de non habilitatis, qui habilitari non possunt nisi a proximo episcopo de consensu sui prælati, quando habilitandus est religiosus: & ex prædictis dicit constare, ꝓ sacerdoti non habilitato non posit committi audientia confessionũ nisi per eum, qui potest eum habilitare: quod not.& adde j.q.84.in fi.facit quod not.16.q.1.c.1.vbi glo.refert quosdam dicere, ꝓ nullus sacerdos siue monachus siue alter potest iniungere pęnitentias nisi ab episcopo sit commissa ei cura animarum, 16.q.1.peruenit.& c.cũctis.facit dictum c.peruenit.dum dicit, absq; proprij episcopi licentia.quare ſm Archid. ibi non sufficeret licentia sacerdotis, quamuis proprij, per illum tex. ad idem ea.q.§.ecce in hoc.& §.ecce sufficienter.faciunt no. per Archi.in d.c.1.& quod not.in clem.1.de priuileg.in ver. speciali.quã sequitur Imo.in cle.vna, de offi.vica.4.col. Pau. tñ super illa glo.intellexit hoc verum, qñ proprius sacerdos simpliciter concedit, quia tunc ille, qui audit confessionẽ, vr̃ facere iure suo, secus si deleget, quia tunc ꝓmissarius faceret nomine committentis, de sen.excõ.mulieres.facit quod not. Io.And.in d.c.omnis.pen.col.quod dictum Pau.est intelligẽdum in commissione speciali, non aũt generali: vnde posset curatus alteri committere curam ad tp̃s, vel assumere alium in suum adiutorium ẽt religiosum, vt ad certum quid agendum ẽt sine licentia superioris, non tm̃ generaliter committere posset omnem curã, quia debet per se exercere, de præben.extirpandæ.§.qui vero. ſm Fran. in d.clem. post Pau. & Zen.in 21.& 23.q.& in c.penul.de offic. archipresbyteri. dicens hoc notandum, quia communiter ignoratur, & allegat not.per Archidia. de electio. cum ex eo. lib. 6. & facit ff. de iurisdi.omnium iudi, l.solum. cum ibi notatis. Ad idem per Ioan.de Imo.post Pau.in dicta cle.6.colum. Si ergo simpliciter datur parrochiano licentia eligẽdi sibi confessorẽ, debet confiteri sacerdoti executionem habenti, secus autem si ipse proprius sacerdos cõmitteret vni vt audiat confessionem sui parrochiani, tunc enim non requiritur ꝓ ille habeat executionem, quia tunc cognoscit vt delegatus non vt ordinarius, secundum Doct.& Pau.quod est notandum pro cõsuetudine generali, ut sacerdos habens parrochiam amplam posit in suum adiutorium aduocare alium sacerdotem etiã non habentem curam in actu, secundum Nico.in dicto cap. omnis.5.colum.& similiter dicebat Franc.in dicto cap.omnis. ꝓ sacerdos curatus potest deputare loco sui alium non curatum tãquàm delegatum ab eo, ut ibi latius: nam si propter multitudinem nõ sufficit ad confessiones, alijs presbyteris committere potest, ut per Ioan. And.in cap.officium. de offi.Archipresbyteri.& intellige, ꝓ rector potest committere alteri presbytero curam suorum parrochianorũ ad tẽpus, scilicet modicũ circa tres septimanas ex iusta causa, vt per Ioan.And.& Domi.in dicto cap.cum ex eo.uer. porro.de elect. lib. 6.quare istud dictum Pisanellæ & Host.posset intelligi in speciali commissario, ut supra, in quo tamen securius puto dictum fratris Nico.quia forte episcopus, qui elegit industriam huius presbyteri parrochialis, non confideret de illo presbytero electo per talem parrochialem, & eo magis securius est si iungerentur istæ duæ opiniones in practica, & parrochialis delegaret in speciali alteri presbytero aliàs habilitato, ut supra, facit infra q.84.ante finem. Similiter si episcopus sciret & non improbaret, quòd parrochiales talia faciunt, præsertim in quadragesima, possent taliter uocati confessiones audire, vt per Archi. post Monaldum, 16.quæst.1.cap.1.Adde tamen, ꝓ religiosus non debet

258 † audire confessionem alicuius, licet aliàs de iure vel priuilegio posset, sine licentia sui superioris, quia non habet velle nec nolle, vt in sum.Anto.c.de confessionibus.5.not. quòd

259 religiosus. Nota tamen, quòd episcopus illos † solos religiosos seu non subditos habilitare posset ad audiendum cõfessiones, qui sunt in suo episcopatu, nõ autem alios qui sunt in alijs episcopatibus, argu.16.q.1.peruenit.& §.ecce in hoc.& §.hoc idẽ.vnde ſm Ray.non videtur, quòd episcopus posit habilitare non suum clericum ad audiendum confessiones, sicut & ipsum ordinare non posset, 17.distin.si quis. concor.

Goffr.vt in sum.confes.lib.3.tit.34.quæst.40.dicens generaliter non licere religiosis, nisi ab episcopo de consensu sui plati fuerint instituti: concordat etiam cum hoc glo. Ray. & per ipsum Ray.in sum.de pœn.& remi.§.debet quilibet.ver. sed nunquid.& fra.Nico.vbi supra,& Archid.16.quæstio.1. cunctis.Adde ad predicta in sum. Anto.3.parte c.de confessoribus.ver.quis autem potest cõmittere.& per Pet.de palu. in 4.distin.17.quæst.4.arti.3.vbi plura de materia. & facit ʒ. quæst.116.vnde nota, q̃ is,qui curam habet,potest alijs committere, si non sufficit ad cõfessiones audiẽdas propter multitudinem,vt per Ioã.And.in c.officium. de offi. Archipresbyteri,quod tamen intellige vt supra dixi.

260 ¶Octuagesimotertio quæro, an confessus † alicui priuilegiato seu deputato per superiorem ad audiendum confessiones teneatur etiam confiteri proprio sacerdoti. Respondeo secundum Thom. quando alicui sacerdoti committitur per superiorem quòd possit audire alienos parrochianos,nõ fit præiudiciũ proprio sacerdoti, eo quòd iurisdictionis potestas non est commissa in fauorem suum, sed in vtilitatem plebis, & ad honorem Dei: & ideo si superioribus prælatis videatur, q̃ alijs committant, in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis, nec tenetur subditus iterum petere licentiam a proprio sacerdote,licèt Bern.in quadam glo.sic dicat secundum Pisa.s.in c.omnis.de pœn. & remi. secundum addi.fratris Nic.quæ glo. postea per Clementem quartum tãquam omnino falsa damnata fuit in quodam priuilegio indulto prædicatoribus & minoribus, quod incipit, Quidam temerè.& fuit determinatum pro eo,quòd hi, quibus a superioribus committitur, possunt audire etiam parrochialibus sacerdotibus contradicentibus & inuitis:& hoc ipsum tenet Ioan.And.extra de pœn.& remi.si episcopus.lib.6. secundũ Pisa.satis concordat Pet. prædictis,vt in sum.confesso.lib.3. titu.24.q.46.secundum addi.& confessus sacerdoti habenti cõmissionem a superiore, vt dictum est,nõ tenetur confiteri proprio sacerdoti illa peccata,quæ iam confessus est,cùm dimissa sint,sed per statutum ecclesiæ de confessione facienda proprio sacerdoti semel debet eo modo se habere, sicut ille qui habet solum venialia & illa confiteri,vt quidam dicunt, vel profiteri se a peccato mortali immunem, vt in extrauaganti Ioan.22.quę incipit,Vas electionis.secundum Pisa.ibi dicitur,q̃ confessi religiosis seu sacerdotibns, quibus fuit facta a superiore commissio, non magis tenentur eadem peccata iterum confiteri,quàm si aliàs illa confessi fuissent proprio sacerdoti,& in hoc approbata fuit sententia Ioan.And. hoc affirmantis,& reprobata opinio Guil. & aliorum cõtrarium dicentiũ,de quo plene in directoria fratris Nico.Osim. lib.1.titu.15.§.77.ad quod ʒ. quæst.92.quia tamen proprius sacerdos tenetur de eo reddere rationem, & ei sacramenta ministrare, tenetur alteri confessus semel in anno ostendere se proprio sacerdoti, & declarare se confessum, vt patet ex notatis secundum Pet.in sum.confess.d.q.46. & sufficiet notificare cuicunq; proprio siue parrochiali,siue episcopo,siue alteri, quia in c.omnis. non fit distinctio de istis proprijs sacerdotibus secundum fratrem Nic. in addi. vbi s̃.ad quod s̃. q.77.& aduerte,quia Hosti.in c.omnis.de pœni.& remis.tenuit, q̃ si aliquis ex speciali vel generali licentia confiteatur alteri quàm proprio sacerdoti,vel quia cõfessus fuit religiosis priuilegiatis, tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti parrochiali,per dictum c.omnis. quia ad dictã confessionẽ semel in anno faciendam non præiudicatur statuto præfato,& sic iterũ confitebitur proprio sacerdoti,quæ prius confessus fuit illi p̃sbytero forte deputato ad audiẽdas confessiones,qui tñ non erat proprius,vt exemplificat Arch. de pen.dist.1.iudicet.dicit tñ Io.And.in d.c.omnis.q̃ ʒrium hodie terminatum est per constitutionem,Vas electionis.vt latius per Ioan.And.ibidem.hoc etiam not.in clem.dudum. de sepul.in ver.impartiri.vnde Ioan.de Imol.in dicta clemẽ. in 21.colum.& duabus sequentibus refert opin. Ioan.Mon. dicentis, q̃ semel confessus istis fratribus deputatis secundũ clemen.dudum.iteratò debet confiteri proprio sacerdoti.Et similiter refert opin. contrariam Paul.Zen. Guil. & aliorum tenentium cum dicta glo. quam dicit esse tenendam, & sic clemen.dudum.tanquam specialior derogat cap.omnis. generali,de constitu.cap.1.lib.6.vel clemen. dudum. determinat cap. omnis. quia ad id quod ibi dicitur de confesso parrochiali presbytero, additur idem esse si confiteatur fratribus deputatis secundum formam dictę clemen.vt ibi latius, facit quod dicit Franc.ibi in §.statuimus. 5.notab.& plenius in §.si vero.tertia quæstione,per eundem. Idem etiam tenet Nicol. in cap.omnis. 5.colum. scilicet quòd confessus fratribus prædicatoribus, Minoribus, Carmelitis, & Heremitis specifice priuilegiatis per clemen.dudum. non tenetur confiteri proprio sacerdoti: & contraria opin. glo. & Hostien. procedit in alijs religiosis. & in glo. in ver.libere, not.quod volentes talibus confiteri non tenentur prius petere licentiam a proprio parrochiali, licet aliter notatur in dicto cap. omnis.dicit Ioan.de Imo.in dicta clemen.dudum.in 21.col. quòd ibi loquitur, quando quis vellet confiteri alteri sacerdoti & non religiosis electis secundum formam dictæ clem. quia ipsis religiosis confiteri poterit parrochianus non petita licentia a proprio sacerdote parrochiali,vt ibi no.& idem ibi Fran.in §.statuimus.5.notabili.& in §. si vero.2. quæst.& idem Nicol. in cap.omnis. in 5.colum. dicens ita tenendum & practicari, & sic posset postea petere Eucharistiam a suo parrochiali,vt infra quæst.91.per totum.ad quod notata per Ioan.And.in cap.ex tuarum.circa medium.de auctoritate & vsu palij.& supra quæstio.proxima.& de ista repræsentatione vide infra quæst.proxima.ad fin. & his concordat Franc. & Docto.in dicto cap.omnis.& sum.Anton.3. parte cap. de confessoribus. vbi de audientia cõfessionum quomodo fieri debeat cum sequentibus.

261 ¶Octuagesimoquarto quæro,vtrum in† aliquo casu possit quis confiteri alteri,quàm proprio sacerdoti. Respondeo secundum Tho.in 4. dist.17. si subditus scit proprium sacerdotem esse hæreticum aut sollicitantem ad malum, aut fragilem,quia ad peccatum,quod quis ei cõfitetur, est pronus, vel si probabiliter æstimatur reuelator cõfessionis: vel si peccatum, de quo quis confiteri debet cõtra illum commissum sit,in his casibus & similibus,in quibus probabiliter timet pęnitens ex confessione facta periculum sibi vel sacerdoti imminere,debet recurrere ad superiorem, vel petere licentiam alteri confitendi,quem si habere non possit, idem sit iudiciũ q̃ de illo, qui non habet copiam confessoris: vnde magis debet eligere laico confiteri, nec in hoc transgreditur mandatum ecclesiæ, quia præcepta iuris non se extendunt vltra charitatem,nec etiam fit iniuria sacerdoti, quia priuilegium
262 † meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, de regu.licet. concord. Pet.Alan.Innoc.& Guil.& communiter addunt,quòd si nullo modo põt habere alium confessorem, & necessitas immineat, confiteatur peccatum in genere sine eo de quo posset malum prouenire, secundum Pisa.in §.cõfessio.3.Idem in sum.confess.lib. 3.tit.34.quæst.39. in princ. secundum fratrem Nico.in addi.& adde Specu. in aureo repertorio,in tit.de regul.pœnitentiæ.§.vt autem scias. ver.& scias.& Archi. de pœn. dist.6.placuit. ponit de hoc quinque casus: Primò, cùm ille extraneus peccauit in sua parrochia: ad quod vide infra.Secundo si mutauit ibi domicilium.Tertio,si est vagabundus. Quarto,si petijt & obtinuit licẽtiam, vt quia accipiebat longum iter. Quinto in articulo necessitatis. probantur hæc 6.q.3.placuit.de decimis. ad apostolicæ.ff.de iudi.l.hæres absens.de pœni.distin.6.placuit.prosequitur Pisa.dicens,Hostien.quoque magis explicat,& ponit octo casus, in quibus quis potest audire confessionem alterius parrochiani.Primo,quando proprius sacerdos indiscretus est,de pœn dist.6.placuit.nam f̃m Aug. qui vult cõfiteri,dẽt † quærere sacerdotẽ qui sciat soluere & ligare. de pę.
263 dist.6. qui vult.sed hoc non debet fieri sine licẽtia,vt in d.c. omnis.nec tamen semper expedit licentiam dare, immo deneganda,& si sacerdos se sufficientem reputat, & forte contemni verisimiliter se præsumit,caueat tñ de conscientia, & non nimis de se cõfidat neq; præsumat,& si forte parrochianus aliquam latentẽ causam vel odij contra ipsum sicut plerunq; accidit,vel quia est particeps criminis, vel aliam hẽat, nullatenus licentiam deneget, sed concedat,quam si dare nõ vult,non sufficit parrochiano petijsse,vt quidam dicunt,per c.licet.de reg.sed est ad superiorẽ recurrendum, vel vt eum compellat, vel ipse licentiam det, arg.de iure pat.nullus. f̃m Pisa.& Host.in sum.de pęn.§.cui confitendum.post prin.addit fra.Ni.tutius est hoc fieri,si põt,sed non est necessarium, cùm ratione ignorantiæ sacerdotis videatur ipso iure cõcessa licentia confitendi alteri,vt patet de pęn.dist.6.placuit.& multo magis si proprius sacerdos esset manifeste vitiosus,cũ malitia sit periculosior & grauior ignorantia, propter quod durius punitur, Luc.12.ibi, ille seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui &c.& illa sunt grauiora, quæ a Deo grauius puniuntur,24.quæst.1.non afferamus.Sed si proprius sacer-

dos dos esset hæreticus,scismaticus,vel excommunicatus, clarũ est q̃ ab istis licentia peti nõ debet, cùm etiam locutio cum talibus prohibeatur,11.q.3.cum excommunicato.Idem etiã
264 videtur si esset interdictus vel suspensus,quia nemo † potest in alium plus iuris trãsferre quàm ipsi competere dignoscatur,vt in c.nemo.de reg.iur.lib.6.sed si causa, propter quam aliquis vult alieno confiteri, nõ procedit ex defectu proprij sacerdotis, sed aliàs, puta quia aliud cõmissum est contra eũ vel suos,& verisimiliter timetur scandalum, si ei fiat confessio,debet peti licentia,de pœn.& remi. omnis. ver.si quis autem. & debet sacerdos credere petenti & alleganti saltem in genere iustam causam, quia non est verisimile q̃ cum fallacijs vadat ad pęnitentiam,vt not.in dicto c.placuit. & si licentia absq; rationabili causa denegetur, videtur q̃ sine alia licentia possit ire ad alium, quia non debet cedi indiscretioni & proteruiæ prelati,& priuilegium meretur amittere &c. 269
de regu.licet. vbi si hoc conceditur causa meliorandæ vitæ, quanto fortius causa recuperãdæ salutis,quod magis est necessarium: vnde & Luc.15.Gaudiũ ita est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Idem etiam putat Nico.scilicet q̃ deberet peti licentia modo prædicto,quãdo causa esset ex defectu proprij sacerdotis propter peccatum non manifestum, quia ex eo non debet quis a iurisdictione proprij prælati discedere,8.q.4.nonne.secundum fra.Nic.in addi.ad Pisa.adde supra q.54.in prin.& ʒ.q.90. & q.93. dicit tamen Nico.in d.c.omnis.6.colum.sic subdit tamen Inno.q̃
265 propter solam imperitiam † sacerdotis non dimitteret quin confiteretur: quod dicit Hosti.verum,si ad hoc potest suam conscientiam informare: aduerte,quia intelligo Inno.quando non reperit alium sacerdotem, vt tũc propter solam imperitiam non dimittat proprium, aliàs autem Inno.non bene diceret per textum apertum de pœn.distin.6. si sacerdos. vbi expresse fit mentio de imperitia sacerdotis, & plus probat ille textus a contrario sensu,q̃ etiam sine consensu sacerdotis proprij imperiti potest adire alienum sacerdotem, de quo ibi satis per Archid. sed satis credit illam litteram reducendam ad terminos cap.omnis.vt sic vna littera suppleatur per aliam,vt sit sensus, q̃ debet obtinere licentiam si potest, vt in dicto c.omnis.vel adeat alienum,vt in d.c.sacerdos.secundum eundem Nic.Secundus casus Host.est,quando par-
266 rochianus transtulit † domicilium suum: nam tũc ille sacerdos,ad quem transit,iam nõ est alienus sed proprius, de parro.c.fi. secundum Pisa. desijt enim esse parrochianus primæ ecclesiæ, per dictum c.fi.vt dicit Ioan. And.in c.de his.in fin. de sepul.& quod not. Hosti.in sum.eo.tit.§.cui confitẽdum. post prin.ibi,secundo fallit. Tertiùs casus Hosti. est,quando quis est vagabundus non habens nec petens domicilium, de iudi.l.hæres absens. facit ʒ.q.proxima. & q. 94. & sequen. in fi.talis enim est sine domicilio,vt dicit Ioan.And.de sepul.in nostra.3.colum.Quartus casus est,cùm quis quærit domicilium quo se conferat, quousq; alicui adhæreat relinquendo proprium,& iter faciendo vel nauigando:Nam & is sine domicilio est,ff.ad muni.l.Labeo.in princip.& l.eius. §. Celsus. Quintus,quando quis deliquit in aliena parrochia, extra de rapto.c.1.6.q.3.placuit. Si tamen peccatum occultum est & non sit excommunicatus, talis a prælato illius loci potest ẽt de hoc confiteri proprio sacerdoti: si autem sit excommunicatus a prælato illius loci,propter illud peccatũ sicut consueuit fieri in furtis & huiusmodi, quorum ignorantur auctores, mittendus est talis ad excommunicatorem absoluendus ab eo,secundum Pisa.concor.Goffre.Ray. & Tho.in eo
267 quod supra dictum est, quòd quis sortiatur † forum ratione delicti,vt in sum.confes.lib.3.titu.34. q.39. Sed glo. Ray. vt ibi patet,hunc passum nõ recipit,subiungens, quia quod dicit ius,q̃ ratione delicti sortiatur quis forum,intelligendum est quo ad pertinentia ad forum contẽtiosum,quia potest illic conueniri iudicari & puniri de crimine ibi commisso, secundum dictam glo. non fit ergo translatio fori in pœnitentialibus ratione commissionis delicti, aliàs oporteret q̃ quis diuideret confessionẽ confitendo diuersa delicta diuersis sacerdotibus,secundum quòd in diuersis deliquit parrochijs, contra id quod dicitur de pœni.distin.5. cap.consideret.ibi, cautus sit pęnitens,&c.pro hoc etiam facit, quia magna dif-
268 ferentia est inter † forum seculare & spirituale, quia spirituale non potest ita faciliter transferri, extra de fo.compet. si diligenti.& cap.significasti. vbi patet, quòd licet secularis possit se pro sua voluntate alieno iudici subijcere, clericus tamen non potest se subijcere iudici seculari, dicto cap.si diligenti. etiam nec ecclesiastico non suo, sine licentia sui episcopi,dicto cap.significasti. Item est magna differentia inter forum iudiciale etiam in spiritualibus, & forum pęnitentiale,quia pœnitentiale est minus transferribile, vt not. glo.in cap.ne pro dilatione.de pœn.& remi.& ideo cùm non reperiatur aliquo iure cautum, quòd ratione delicti quis sortiatur forum pœnitentiale, non videtur quòd hoc possit fieri, & quòd standum sit regulæ generali de proprio sacerdote, vt in cap.omnis.de pœni.& remi.& iura in contrarium allegata loquuntur in iudicialibus,vt satis patet intuẽtibus: hoc etiam approbat generalis consuetudo,quia videmus, quòd pœnitens confitetur vni sacerdoti vniuersa peccata,quæ cõmisit per totum mundum, & nunquam remittitur ad sacerdotes locorum, in quibus deliquit pro absolutione: & optima legum † interpres est consuetudo, ff.de legi.l. si de interpretatione.secundum fra.Nico.Osim.in addi.Pro opi.Host. facit quod not.de offi.ordi.pastoralis.glo.1.ibi, Item si deliquit.& in Spe.de lega.§.nunc dicamus.ver.illud etiam quæritur.& Archi.vt retuli supra,post prin.huius quæstionis:sed pro opinione huius glo. Ray. & fratris Nicol. optime facit, quod not.Fran.de Zab.in clem.dudum.ver.si vero,in fine.de sepul.dicens,quòd curati possunt audire & absoluere peccata commissa etiam extra territorium parrochiæ, dummodo confitentes possint eis confiteri, idest q̃ sint illius parrochiæ vel diœcesis, & sic parrochialis potest absoluere parrochianum de delicto commisso extra parrochiam. Nam hoc casu non contrahit delinquens forum pœnitentiale ratione delicti secundum Matthes. & quòd in foro pęnitentiali quis ratione delicti non sortiatur forum,tenet glo.16.quæst.1.c.1. & Ioan.And.& Fran.de Zab.in c.1. de rapto. & in clem.pastoralis.§.rursus. de re iudi. per eundem Fran.post Matthes. vnde ille,in cuius diœcesi aliquis deliquit, imponet pœnam delinquenti de iniuria facta & de satisfactione faciẽda damnum passo,sed ille,qui est ipsius delinquẽtis ordinarius, imponet pœnitentiam de peccato, vt not.Archid.in c.2.in fin. de consti.lib.6. de quo tamen dominus Dominicus ibi nullã facit mentionem: facit tamen, quod ipse not.post Archi.in c.2.in 3.colum.de tempo.ordi.lib.6.vnde Ioan.de Imo.in d. clem.dudum.in 16.colum.super glo.audituræ. dicit, quòd si parrochianus delinquat in parrochia alterius, sacerdos loci delicti habebit imponere pęnitentiam,secundum Ray.Ioan. contra,scilicet quòd sacerdos domicilij, vt not.16. quæst.1. cap.1.& hoc est verius, secundum Matthes.& eundem Imo. facit quod not.Feder.consi.32.quod incipit, Reuerende pater,&c.2.colũ.circa finem.Puto in hac varietate dicendum, quòd opinio præfatorum doctorũ,quòd extraneus non sortiatur forum pœnitentiale ratione delicti, intelligatur scilicet vt omnino ibi confiteri teneatur: potest ergo suo parrochiali confiteri per eandem opinionem,ac etiam parrochiali illius loci,in quo deliquit, secundum aliam opinionẽ Ray. Hostien.& sequacium,& hoc vult Pisa.& videtur de mente omnium præfatorum doctorum: propter hoc tamen talis forensis, qui Neapoli puta peccauit, Neapoli absolui non posset a peccatis quę in domicilio vel alibi commisit,nisi aliquo modo effectus esset parrochianus Neapolitanus, per not.infra quæst.proxima,& sequẽ.& sic melius est,vt de isto & omnibus peccatis faciat vnam confessionem proprio sacerdoti maxime propter notata per dominum Nicolaum in d.c.1.de rapt.& in c.quod autem.2.colum. de pœn. & remi. & in c.de his.2.colum.de accu. & in Specul.de lega. §. nunc dicamus.ver.illud etiam quæritur.& propter notata per dominum Fran.in cle.vna,de foro compe.§.1. quinta quæstione. prosequor casus Hosti. & sextus casus est ratione studij, vt cùm clerici de prælatorum suorum licentia accedunt ad studia: nam tunc efficiuntur de foro & ecclesia illius,ad quẽ accedunt, dum ibi manent, argumen.ff.de iudi. l.si longius. facit infra quæst.86.vbi vide de scolaribus, & fin. Septimus ratione necessitatis, vt quia infirmatur ad mortem, vel debet intrare iustum bellum siue mare, & deest proprius sacerdos, ita quòd etiam laico vel mulieri licet tunc confiteri, de pœn.distin.1.quem pœnitet.de pęn.distin.4.sanctum. ad hoc supra q.50.in fin.& infra q.prox.& 8.& intelligit Host. etiam si talis sacerdos nullam curam cõmissam habeat propter necessitatem: nam tempore necessitatis populus communis est, & ideo potest quis alienum parrochianum absoluere, immo hoc casu nõ incideret talis presbyter in excommunicationem latam in presbyteros ministrantes sacra-

menta alienis parrochianis, quia facit ex iuris permissione
secundum Arch.26.q.6.c.si presbyter. & facit ad præmissa,
inf.§.proximo. q. 117. vnde in necessitate potest quis confi-
teri alij quàm proprio sacerdoti, & absque illius licentia, vt
per Ioan.And.in c.in literis. de rapto. dum tamen necessitas 272
magna sit,adeo ꝙ non subsit tempus adeundi superiorem,&
poterit ab illo absolui, ex quo habet claues ecclesiæ, secun-
dum Nico. post veriorem opinionem Inno. in dicto. c. om-
nis.6.colum.& subdit, ꝙ si necessitas vrget, & iste non repe-
rit alienum sacerdotem, aut suum habet ex iusta causa suspe
ctum,ꝙ eligat potius mori sine confessione, & soli Deo con-
fiteatur,nec est sibi imputandum,ex quo non deficit pro eo,
cùm nec etiam laicum reperiat, secundum eundem vbi su-
pra. Et ad illud de intrante bellum,ꝙ possit absolui,vt supra,
habetur etiam per Io.An.in c.sacris.de sen.excom. & per Pe.
de Palu.in 4.di.20.q.1.conclusione.3.& retuli supra dicta q.
50.in fi.& sic esset dubitandum de intrante mare,cùm nõ vi-
deatur verisimiliter imminere periculum mortis, nisi forte
sufficeret auctoritas Pisan.quod tamen non dixit Host.in di
cto §.cui confitendum.ver.7.tempore necessitatis. & facit ꝛ̃.
q.14.in fin.Octauus casus est, si ponat spem in ratihabitione
sacerdotis proprij.9.q.2.Lugdunensi.secundum Hostiẽ. Sed
iste octauus casus communiter non tenetur,quia ratihabitio
in talibus non habet locum,extra de regu.iuris.actus.li.6.se-
cundum Pisa.facit reg.non firmatur.eo.lib.secundum Pe. de
Palu.dicit frater Ni.ꝙ dictum Host. posset intelligi, quando
ista ratihabitio non refertur ad futurum, ſ. si prælatus confi-
tentis contentabitur,sed super præsenti,quia contentatur vt
æstimari potest ex aliquibus coniecturis, ex quibus elicitur
ipsius prælati tacitus consensus,vt ꝛ̃.q. 88. & secundum hoc
intelligendum est,quod dicit glo.Ray.vt no.in sum.confe.li.
270 3.ti.34.q.45.videlicet ꝙ sub hac spe rati nullus † potest absol-
uere alienum parrochianum,& si de facto absoluat eum etiã
nomine prælati sui,non debet se gerere pro absoluto ante ra
tihabitionem proprij sacerdotis, nec ante intrare ecclesiam,
nec ingerere se communioni fidelium,si erat excommunica
tus excommunicatione maiori,aut etiam accipere Euchari-
stiam, si erat peccatum mortale, de quo confessus est alieno
sacerdoti,secundum eum in add.Et facit ad hæc,quia textus
in c.omnis.dicit,ꝙ prius debet petere licentiam,ergo nõ suf-
271 ficit si sequatur:nam ista dictio † prius, regulariter notat ordi
nem,vt no.27.q.2.priusquàm.ad ca.Lugdunensi. respondet-
ur, quia procedit quantum ad excusationem illius sacerdo-
tis confessionem audiẽtis,vt ibi patet,in simili facit ꝛ̃.q.106.
in fi.vel dicendum,ꝙ illud procederet in ratificatione papæ,
vel in ratificatione illius,cui⁹ nomine actus est gestus,de sen
ten.excomm.cum quis.li.6.quæ omnia hic cessant, ergo &c.
secundum Imo.post Pau.in clem.1.de fo.compe.super gl.an
te omnia. Idem dicit Pisa.addũt vlterius Host.& Ray.quòd
in omni casu,quo sacerdos potest audire parrochianum alie
num,consulitur ei,ꝙ iniungat, t se sacerdoti proprio repre-
sentet, ar. extra de sen.excom.de cætero.& c.ea noscitur.&
c.quod de his.in fi.dicit fra.Ni. ꝙ Hostien. simpliciter dicit,
iniungat,sed Ray.consulit.vnde & gl. eius super ver. cõsulo.
ait,ꝙ ex quo magister dicit,consulo,est argu. ꝙ non tenetur,
quia ad consilia nullus tenetur nisi obliget se ad illa: potest
dici, ꝙ quo ad simplicem repræsentationem omnino expe-
dit saltem semel in anno propter statutum ecclesiæ,ad quod
s̃.q.proxima.Sed quo ad iterandam confessionem, vel ad ac
cipiendam pęnitentiam non videtur necesse, ex quo semel
fuit legitime absolutus, vt s̃.q. 54. nisi forte ipsi sacerdotes
nullam haberent curam de suis parrochianis, vtrum confi-
teantur vel non, quia tunc illa præsentatio frustra fieret. Itẽ
nisi excommunicato, tunc enim absoluto debet iniungi, vt
quàm cito poterit se præsentet ei,a quo fuerat absoluendus, 273
ipsius mandatum humiliter recepturus, dicto c. ea noscitur.
cum si.& hoc argumento idem videtur dicendum de omni-
bus casibus specialiter papæ reseruatis seu episcopis maximè
circa implementum vel dispensationem votorum, vt iniun-
gatur pœnitentibus, vt quàm citius poterunt se repræsentẽt
eisdem ad accipiendam necessariam absolutionẽ,vel dispen-
sationẽ,ne in hoc a negligentia teneatur, secundum fratrem
Nic.in add.& subdit Pisa.Item dicunt,ꝙ non debet confite-
ri cuicunque sacerdoti,sed potius ei qui aliàs iurisdictionem
habet, secundum Pisa. hoc non videtur necessarium, vt po-
test colligi supra quæstio.82. nisi forte quo ad sacerdotes ad
confessiones audiendas non habilitãtos, sicut potest patere
in sum.confe.eod.tit.quæst.40. secundum fratrem Nicol.in
addi.dic vt in dicta quæst.82.Et ad premissa omnia adde per
fratrem Anto.in sua sum.3.parte.c.de confessoribus.& Pet.
de palu.in 4.distin.17.quæst.3. arti.3. & per Feder. de Senis
consilio 241.

¶Octuagesimoquinto quæro, an † peregrini & Romipe-
tæ possint confiteri alieno sacerdoti. Respondeo secundum
Guil.si acceperunt peram,& bacculum a proprijs sacerdoti-
bus,siue aliter de eorum licentia iter arripiant,præsumendu
est datam eis licentiam confitendi: si autem sine licentia sui
sacerdotis peregrinantur,non possunt absolui ab alio, nisi in
necessitate: & idem de alijs negotiatoribus & viatoribus,
concor.Innocen.& Host.secundum Pisa. & quo ad primum
addit idem Guil.ꝙ de his, quæ commiserunt in via,quæ per
obliuionem dimiserunt confiteri,confitebuntur proprio sa-
cerdoti, postquã redierint: sed hoc forte posset intelligi de
casibus reseruatis: nam de his cum semel fuerit legitime ab-
solutus & confessus, non oportet ꝙ iterum confiteatur, ſm
fratrem Nico. Sed vide s̃.q.13.sequitur in glo.Ray.vt no.in
sum.confess.eo.titu.q.39.Intelligo etiam talibus datam esse
licentiam recipiendi Eucharistiam in Pasca: Idem dicit In-
no.in dicto c.omnis.de reliquis sacramentis: quod intellige
de necessarijs,cùm ratione necessitatis intelligãtur hæc per-
missa & non aliàs,secundum fra. Nico.ad quod supra de sa-
cramentis in communi.q.5. & ad finem huius §. dicit frater
Nic.ꝙ immo hæc fuerunt dicta non Guil.sed Innoc.& addit
tutius esse semper in talibus habere licẽtiam speciale a pro-
prio sacerdote,vt dicit in d.cap.omnis.& patet in d.q.39.se-
cundum eundem. vnde posset distingui de istis Romipetis,
peregrinis,negotiatoribus & viatoribus, ꝙ aut iter arripue-
runt de licẽtia proprij parrochialis seu episcopi,aut nõ: pri-
mo casu aut licentia illa fuit tacite concessa,aut expresse: pri
mo casu,vt quia a proprijs sacerdotibus acceperunt bacculi
& perã,vel peregrinationis insignia,& videtur hoc ipso data
licentia,ꝙ possint alieno sacerdoti confiteri, ſm Docto.in d.
c.omnis. & per Host.in sum.de pœn.§.cui confitendum.Se-
cundo casu idem & fortius secundum Doc. immo etiam di-
cit frater Anto.vbi supra, in sua sum.3.parte.c. de confesso-
ribus.ꝙ quando de licentia episcopi arripuerũt iter, possunt
similiter confiteri de casibus episcopalibus & communicare,
quia episcopus non retinendo sibi talem auctoritatẽ ex hoc
ipso videtur eis dare licẽtiam de casibus episcopalibus, sicut
curatus de parrochialibus. Secundo casu principali,ſ.quan-
do sine licentia proprij sacerdotis iter arripuerunt, & tunc
subdistingue,quia aut necubi domicilium habebant, aut ali-
cubi: primo casu ex quo semper itinerando peregrinando
seu semper nundinas sequendo vadũt, idem est iudicium ꝙ
de vagabundis, & idem est si in loco suo teneant hospitium,
sed communiter in Pascate illuc non declinent: nõ enim vi-
dentur tunc ibi habere domicilium quo ad sacramenta secũ-
dum frat.Anto.vbi s̃.facit s̃.q.84.ibi,tertius casus.& ꝛ̃.q.87.
Secundo casu quando domicilium habebant, & iter arripue
runt absq; licentia, & tunc aut se transferunt habitando seu
manendo in aliqua parrochia, aut non: primo casu illi sa-
cerdoti confitebuntur,in cuius parrochia habitant,infra qõ.
proxima.secundo casu quando necubi habitant, & tũc nulli
poterunt cõfiteri,qui valeat absoluere,nisi esset legatus, vel
aliàs habens potestatem secundum Doct.& frat. Anto.post
Pet.de palu.vbi supra,facit s̃.quæst.77.& infra quæst.92.vel
nisi immineret necessitas,supra quæst.proxim.ibi,septimus.
non tamen sufficeret,quòd esset Pasca,vt tales absq; licentia
recedẽtes possint vere absolui a non proprijs sacerdotibus,
infra quæst.87. Licẽt tunc sola contritio cũ confessione cui-
cunque presbytero facta sufficeret, vt possint communica-
re,vt ꝛ̃.q.103.& ꝛ̃.§.proximo.q.74.& intellige prædicta,nisi
venirent ad sedem apostolicam: nam Roma † vbi est sedes
Papæ in spiritualibus est omnibus cõmunis patria, sicut ec-
clesia cathedralis omnibus de diecesi.Vnde in curia Romana
quilibet de omni parte muodi confiteri potest summo pœ-
nitentiario sicut curato suo, & pęnitentiarijs simplicibus si-
cut vicarijs sui curati,ad hoc infra q.94.secus de illis, qui de
diuersis mundi partibus conueniunt Parisium ad parlamen-
tum, quia non possunt ibi confiteri episcopo seu curatis, si
non habent licentiam a suis prælatis,vel ibi habitent, prout
dictum est,ad hoc infra quæst.95.in fine. & adde ad præmis-
sa.ꝛ̃.q.103. Et ex his infertur,quòd licet religiosus, qui non
habet priorem vel superiorem sui ordinis, confiteatur presbytero parrochiali, vt per Innocen.& Ioan.And.in c.nimis,
primo,de excess.præla.& per Host.in sum.de pęn.§.cui confi-
tendum.

tendum.ver.cui præpositus. tamẽ si ex sui culpa sit forte ex-
pulsus a monasterio,dicetur nihilominus habere superiorẽ,
si redire voluerit ad frugem melioris vitæ,& sic non poterit
confiteri parrochiali,quia potius sui culpa vagat. Item quo-
modo confitebitur,cum sit in peccato.

274 ¶Octuagesimosexto quero de scholaribus,† mercenarijs,
& alijs incolis annalibus,cui sacerdoti cõfiteri tenentur.Re-
spondeo,Inno.in c.omnis.de pœn.& remis.dicit,ꝙ confiteri
debent sacerdoti parrochiæ,quam incolũt per annum,& ab
eo poterunt absolui,arg.16.q.1.questi:vbi dicitur,ꝙ debent
ibi soluere decimas personales,quia ibi recipiunt ecclesiastic-
a sacramẽta per anni circulum,arg.de decimis.Apostolicæ.
vnde si aliquis de vna parrochia ponat se pro mercenario
vel nutrice in alia parrochia ad minus pro vno anno, illi sa-
cerdoti debet confiteri, & personalia munera soluere, vt in
dicto c.questi. Alij tamen dicunt, ꝙ idem est etiam si ad mi-
nus tempus conducant domos,arg.in d.c.apostolicę.& ma-
xime si prorogaretur sine fraude conductio vel habitatio vl-
tra Pasca,quia tunc ex præcepto dictæ decre.omnis. semper
debent confiteri & communicare,secũdum Inno. Videntur
prædicta posse concordari,vt secũda opinio intelligatur, qñ
quis licet non steterit in aliena parrochia, tamen deliberauit
ibidem stare. Nam eo ipso, ꝙ quis deliberat in aliquo loco
habere domicilium,ibi fortitur & forum, vt in c.fi.de parro.
& habitatio annalis videtur quoddam domicilium quo ad
sacramentorum perceptionem,d.c.questi.vel quando habi-
tare deliberauerit parum minus quàm per annum: nam id
quod modicum est ratio apprehẽdit quasi nihil,vt not.Tho.
secunda secundæ,q.66.art.6.vel quando sic habet consuetu-
do: nam consuetudo talibus confert iurisdictionem,vt not.
in sum.confes.lib.3.tit.34.q.57.circa fin. vel quando scolaris
accedit de licentia prælati sui ad studium, tũc videtur ei da-
ta licentia recipiendi sacramenta ibidem,s̃.q.proxi.& quod
dictum est in scolari, idem est & in quolibet alio, vt dicit
Inno.qui subdit etiam,ꝙ in omnibus præmissis tutius est, ꝙ
& viatores & alij semper a proprio sacerdote licentiam ha-
beant specialem, secundum fratrem Nico.in addi.ad Pisa.in
§.confessio.3.ver.vtrum in aliquo casu &c. s̃. q. 84.ver. sex-
tus casus est,& sic sufficit,ꝙ deliberauit ibi habitare seu stare
parum minus quàm per annum, vel ꝙ tanto tempore habi-
tauerit.Vnde Ioan.And.in d.c.omnis.6.col. & ibi per Fran.
& Ioan.de Lign.tenent, ꝙ eo ipso quòd tales se transferunt,
sunt de parrochia,etiam si per annum non steterint,argu.de
decimis.apostolicæ.de parro.c.fi.& per Host.in sum.de pęn.
§.cui confitendum.ad fi.facit quod not. Pet.de Anch. in c.is
qui.post prin.de sepul.lib.6. vbi refert dominũ Fede.tenuis-
se, quòd si aliquis propter guerrã se transtulit ad aliam par-
rochiam animo reuertẽdi ad primam, cessante guerra si in- 277
terim ibi decedat,illa erit sua parrochialis ecclesia, & non il-
la dimissa: alleg.pro casu de parro.c.fi.& clemen.causam.de
elec.ibi,habitare communiter consueuit. Idem dicit in mer-
cenario famulo vel nutrice,qui in alia parrochia seruiũt, illi
enim sacerdoti debebunt confiteri, & decimas personales
soluere non in sua, dicto c.questi.concludens, quòd ille di-
275 citur † parrochianus,qui habitat in parrochia animo manẽ-
di, facit quod not.Pet.de Peru.in tractatu canonicæ parro-
chialis,in 7.c.ad fin.in antepenul.quæst.& per Arch.13.q.2.
vbicunq;.in ver.domicilium.& in ver.quia ergo.& circa fin.
& infra quæst.97.facit de fo.competẽ. c.ex parte B. & quod
ibi per Fran.prima op.post Innocen. Ex quibus infertur, ꝙ
si quis se transfert ad aliquem locum animo ibi habitãdi seu
manẽdi aliquo tempore parum minus anno, & ibi audit di-
uina,illi sacerdoti confitebitur, per prædicta, fa.infra q.80.
facit quod not.de pœn.distin.6.cap.fi. vbi not.quòd scolaris
debet confiteri vbi audit diuina. facit dictum c. questi. dum
dicit,vbi eorum infantes baptizantur.facit glo.in clemen.1.
de priuilegijs. in ver. parrochialis. vbi dicit Fran. quòd sta-
tim quòd quis vadit ad habitandum in certa parrochia, in-
telligitur ibi fieri parrochianus, nisi accesserit causa recrea-
tionis, vel ob aliam causam temporalem statim reuersurus
ad propriam parrochiam, quia tunc secus,de sepul.c.is qui.
lib.6.vt ibidem per Fran.in 16.quæst.dicit, & idem Fran. in
cap. fin. ne cler. vel mona. quòd efficiuntur de iurisdictione
illorum, in quorum diœcesibus student, etiam in foro pœ-
nitentiali,vt ibi latius, & per Hostiẽ.in sum.de parro.§.quis
intelligat. facit quod not. Pet.de Ancha. post Ioan.And.de
nouitio,an possit ordinari ab episcopo, in cuius diœcesi stat
in probatione,& in cap.cum nullus. ad fin.de tempo.ordin.
lib.6.Et ad illud,si scolaris accessit ad studium de licentia sui
prælati, adde ꝙ intelligitur habere licentiam etiam ad om-
nia,sine quibus illud commodè fieri non posset,vt per Fran.
plenius in clemen.dudum.ver. & si ijdem.de sepul. & sic vi-
detur data potestas eligendi confessorem, vt per Imo. ibidẽ
in 14.colum.& idem dicit ibi Fran.post Laud.Item ex dicto
fratris Nic. sequeretur, quòd si deliberasset ibi stare per sex
menses vel circa, non procederet quod dixit, quod durum
esset per prædicta,nisi esset adeo tẽpus modicum,quòd pro
nihilo reputaretur,quod cõfessorum arbitrio relinquo, per 278
not.in simili in clemen.1.de reb.eccle.non alienan. ad fin. &
ad illud,vel quando sic habet consuetudo, adde quia quoti-
die videmus, quòd scolares & alij habitantes aliquo nota-
bili tempore in parrochia illi parrochiali confitẽtur: & sub-
debat dominus Fran. in dicto c.omnis. ꝙ scolares isti confi-
tentur etiam de peccatis commissis alibi,quàm in parrochia
illa: non enim in foro pœnitentiali fortitur quis forum ra-
tione delicti,vt ibi,tantum absolui possit: vt per eundem in
cap.sanè.de foro competen.facit supra quęst.84. ibi,quinto
facit infra q.proxima.in fi.dicit tamen dominus Nico.in di-
cto c.omnis.vlti.colum.quòd scolares,mercenarij,stipẽdia-
rij,& similes confitebuntur illi sacerdoti, in cuius parrochia
habitant de præsenti, cùm nõ possint commodè adire pro-
prium sacerdotem,vt not.in clem.1.de priuile.in ver.parro-
chialis.& ad prædicta faciunt not.per Nico.in c.in nostra.in
penult.& vlt.colum.de sepul.& in c.nullus.de parro.

276 ¶Octuagesimoseptimo quæro,vtrum † peregrinans, qui
habebat crimen, cuius absolutionem retinuerat sibi episco-
pus, in peregrinatione possit absolui a simplici sacerdote.
Respondeo secundum Guil.potest absolui,maxime si instet
tempus generalis cõmunionis, vt in Pasca: sed debet ei in-
iungi,ꝙ cùm habuerit copiam sui episcopi, iterum confitea-
tur,& ab eo accipiat pœnitentiam,secundum eum. Idem in
sum.confes.tit.34.in dicta quæst.39.post prin. verius videt,
quòd si tanta fuit necessitas, ꝙ iste potuit absolui ab alio, nõ
oportet ꝙ iterum confiteatur & absoluatur: sed tamen si est
aliquid satisfaciendum,oportet ꝙ satisfaciat, & etiam si nõ
ob dictam causam fuisset excommunicatus ab ipso sacerdo-
te fuisset absolutus,si postea nõ repræsentet se episcopo, re-
incidit in eandem sententiam,de sent.excom. eos qui.lib.6.
Si vero non fuit necessitas, nec absolutio valuit, de qua ne-
cessitate dictum est s̃.q.84.ver.septimus.secundum Pisa. Ibi
dicitur de necessitate periculi mortis, & sic videtur sentire,
ꝙ instans tempus communionis non sit iusta causa, quare
quis possit absolui ab alieno sacerdote,& specialiter de casi-
bus episcopalibus,& bene, quia hoc non videt reperiri cau-
tum,maximè cùm communio † ad tempus possit differri ex
causa,de pen.& remi.omnis.& interim potest redire ad pro-
prium sacerdotem, vel ab eo per nuncium seu litteram licẽ-
tiam postulare,qđ si non facit cùm ptõ, videtur potius ma-
litia quàm necessitas, vel si aliquo iusto impedimento pro-
tenderetur eius peregrinatio per annum efficitur fori loci
illius, & ibi potest recipere sacramenta,s̃.q.proxim.& q.84.
ver.sextus.secundum fra.Nic.Osim.in addi. & vide ꝛ̃.§.pro-
ximo,q.86.ver.si autem non dubitatur.ibi, aut si aliqua po-
tior causa.ibi tamen non vrgebat peccatum mortale, vt ibi
patet,vide omnino ꝛ̃.q.103.& s̃.q.85.ante finem.

¶Octuagesimooctauo quero,vtrum † vnus sacerdos par-
rochialis possit audire & absoluere alium sacerdotem. Re-
spondeo secundum Guil.non potest sine licentia superioris
generali vel speciali expressa vel tacita: nam & si episcopus
scit communiter sic fieri, & tolerat, eo ipso præsumendum
est tacite approbare & licentiam dare.Idem Hostien. secun-
dum Pisa.in §.confessio 3.Idem in sum.confes.lib.3.titu.34.
q.42.vbi additur secundum Host. ꝙ hoc non multum expe-
dit fieri. Idem eadem ratione videtur in alijs, qui confitẽtur
non suis sacerdotibus, suis scientibus & non contradicenti-
bus,cùm possent,arg.83.distin.error.& extra de verb. signi.
intelligentia.secundũ Nico.Osim.Ex quo nota,ꝙ sufficit ta-
cita licentia parrochialis, ad quod s̃.q.82.ante fin. & q.84.
ver.octauus. Hostiẽ.tamen in dicto §. cui confitendum.ver.
cui presbyter parrochialis.& ꝛ̃.q.95.ante fi.videtur velle, ꝙ
requiratur licentia, dũ dicit,ꝙ parrochialis confitebitur epi
scopo suo vel alij, cui forte subest spiritualiter & temporali-
ter, vel sibi adinuicem confiteri possunt de licentia prælati
sui:quod tamen non multum expedit,ne conscij similiũ cri-
minum sibi adinuicem deferant, ar.16.q.2.visis.ibi, humani
moris &c. & sic contingeret pœnitentiam euacuari, quod

vitandum est, & multum prouidendũ de pęnitentia sacerdotis, secundum eum, & sic non videtur sufficere tolerantia episcopi, per not. per Arch. 20. dist. de libellis. & per not. per glo. & Doc. in cap. cum iam dudum. in fi. de præben. & in regula, is qui tacet. & in c. 3. glo. penult. de cogna. spiritu. cum fi. Sed certe Pisa. & frater Ni. loquuntur, quando Episcopus non stat in finibus solius tolerantiæ, sed per aliquod signum apparet dare licẽtiam: ad quod supra q. 84. ante finem. ver. octauus casus, &c. & q. 85. & infra q. 103.

279 ¶ Octuagesimo quæro, vtrum † liceat cõfiteri laico. Respondeo secundum Pe. non licet, nisi in necessitatis articulo, vt si in extremis agens non haberet sacerdotem, & tunc secundùm quosdam tenetur laico confiteri, sed probabilius & verius est, quòd non tenetur de necessitate, sed de tali iudicandum est sicut de illo, qui non habet copiam cõfessoris: & ratio potest esse, quia solis sacerdotibus cõcessa est potestas ligandi atque soluendi, de pœ. di. 1. verbum Dei. & licet laico confiteri non sit de præcepto, est tamen de cõsilio, cõcor. Guil. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 43. vbi Pe. non dicit, quòd liceat confiteri laico, sed quòd non est sufficiẽs, nisi in necessitate, vel nisi respectu peccatorum venialium: quod 281 procedit in illis casibus, in quibus venialia sunt de necessitate confessionis, de quo supra q. 57. & adde quòd Hug. tenuit, ꝙ in necessitate tenetur confiteri laico, quia aliàs non videtur pęnitens, qui in articulo necessitatis peccata sua nõ confitetur cuicũque potest, si copiam sacerdotis habere nõ possit, quamuis laicus non habeat potestatem absoluendi. Idẽ Nic. Panormitanus in c. 2. de furtis. in fine. Alij dicunt, quòd nullus etiam in necessitate tenetur confiteri laico absente presbytero maxime peccatum mortale, vt per Archi. 25. di. §. criminis. vbi etiam remittit de hac materia ad no. in c. pastoralis. de offic. ordi. pro prima parte facit de pœni. dis. 1. c. quem pęnitet. ver. tanta. & de pœ. di. 6. c. 1. circa prin. vbi dicitur, confiteatur socio. & Arch. post Hug. supplet & laico. facit quod not. de fur. c. 2. & 26. q. 6. §. ecce quod. in fi. ꝓ secunda parte, quòd non teneatur de necessitate, sentit glo. in dicto. §. criminis. dum dicit, possumus laico confiteri: & ideo dominus Franc. in c. pastoralis. §. præterea. dicit quòd confiteri laico in mortis articulo solum fit ad ostendendam perfectam contritionem, quasi quod citius confiteretur sacerdoti, si haberet, vt ibi per eum: vbi etiam explicat, quando dicatur imminere necessitas mortis: & hæc pars ꝙ nõ te- 282 neatur de necessitate, verior est, vt in sum. Astensi, lib. 5. tit. 13. vbi etiam dicit, ad quid valet confessio facta laico, quia misericordia Dei supplet, vt ibi plene: vnde dicit fra. Antonin. in sum. 3. parte, c. de confessione. versi. septima conditio est. & ver. 15. est. Item nota, quòd vbi nullus adest, licet confiteri etiam mulieri, d. c. quem pœnitet. & di. 5. qui vult. & de conse, dist. 4. sanctum est. & in repertorio Spec. in tit. de reg. pęnitentiæ. circa prin. Et intellige, ꝙ istud fit ad ostendendũ fidẽ sacramenti, quia si sic moriatur, saluatur: sacramentũ tñ deficit, cùm non sit sacerdos, secundum Host. in sum. de pęn. §. cui confitendum. ver. 7. tempore necessitatis. ad hoc quod not. in c. si episcopus. de pęn. & remis. lib. 6. subdit tamen ibi Host. ꝙ si talis euadit, debet iterum proprio sacerdoti confiteri: & si moriatur, potest & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri, de sent. excom. a nobis. secũdo. idem Fran. in d. §. præterea. & facit §. proxi. ẽ. in q. 102. Et adde s̃. quæst. 37. in fi. & quando quis dicatur esse in necessitate seu mortis artic. per Doct. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord.

280 ¶ Nonagesimo quæro, an † liceat in necessitate confiteri sacerdoti hæretico, scismatico, excommunicato, vel simili. Respondeo secundum Ray. nullo modo, de pœn. dist. 6. c. 1. sed doleat de peccatis, & ꝙ distulit confessionem, & sufficit, concord. Host. & Tho. secundum Pisa. vbi s̃. & in sum. confes. lib. 3. tit. 34. q. 44. vbi dicitur, nunquid in articnlo necessitatis tenetur quis cõfiteri sacerdoti hæretico, scismatico, vel simili, si nõ potest inuenire catholicum. Respondeo ſm Ray. credo ꝙ non, immo saluo meliori iudicio consulerem, ꝙ nullo modo confiteretur ei, sed doleat de peccatis, & quia tantum distulit confessionem, & confiteatur in corde suo, & sufficit ei: tales enim ponerent eum de facili in aliquo errore, vel in desperationem, sicut pharisei Iudam dicentes, cùm confiteretur eis peccatum: Quid ad nos, tu videris, Matthæi 27. Et de pęn. dist. 6. c. 1. vbi hæc satis expresse dicuntur in textu & glo. Idem credo de excommunicato excõicatione maiori: Nam & illi in articulo necessitatis non est confitendũ: concor. Host. & Tho. Idem eo. li. tit. 24. q. 8. ꝙ ab hæreticis, scismaticis, vel excommunicatis nullum sacramẽtum debet recipi, nisi baptismus in necessitate mortis catholico deficiẽte, secundum Nico. Osim. in addi. vnde suspensus, excommunicatus, vel ab ecclesia præcissus nõ habet executionẽ clauium iurisdictionis, & sic absoluere non potest, quia absolutio requirit characterem absoluentis & subiectionem absoluti, & sic vtranq; potestatem requirit, vt per Pet. de palu. in 4. dist. 13. q. 1. arti. 2. conclu. 4. & plenius dist. 29. q. 2. art. 1. concl. 3. & optime s̃. q. 84. post princ. & ad idem per Hosti. in sum. de pœn. & remi. §. quis debet. in fi. & in §. cui cõfitendum. ver. 7. ratione necessitatis. & in repertorio aureo. Spec. de reg. pęn. §. vt autem scias. ver. quid si presbyter. & ẽ. q. 10. & q. 114. in fi. & fa. de pœn. dist. 6. c. 1. ver. ideoque. & dist. 1. his potestatis. in ver. pœnitentiam. & per glo. & Archi. 32. dist. §. porrò. facit ẽ. §. proximo. q. 101. ligatus tamen minori excommunicatione absolueret, de cler. excom. mini. si celebrat. secũdum Host. vbi s̃. adde ẽ. q. 95. in prin. & generaliter: si parrochialis sit peccator, vide ẽ. q. 113. post mediũ, & ẽ. §. proximo. q. 99. an autem sacerdos excommunicatus licẽtiet parrochianum, infra quæst. 103. in fin.

¶ Nonagesimo primo quæro, vtrum † sacerdos parrochialis debeat credere subdito dicenti se confessum alteri, vt sic Eucharistiam ei det. Respondeo secundum Tho. in quodam quolibet, in foro iudiciali credit homini contra se & nõ pro se, in foro autem pœnitentiali credit homini pro se & cõtra se. Si ergo sit impedimentum Eucharistiæ tale, quod ad forũ iudiciale pertineat, puta excõmunicatio, non tenetur sacerdos credere subdito, quem excommunicatum nouit, nisi ei constet de absolutione: si autem sit impedimentum, quod ad forum pœnitentiæ pertinet, s. peccatum, tenetur ei credere; & iniuste agit si Eucharistiam deneget, concor. Pet. & Hosti. secundum Pisa. & fra. Nico. in addi. glo. vero Ray. vt patet in sum. confes. lib. 3. tit. 34. q. 48. dicit, ꝙ non tenetur ei credere, etiam ꝙ confessus sit superiori, & absolutus sit, nisi cõstiterit ei de hoc per litteras superioris, vel alio modo legitimo: & subdit auctor summæ: sed hæc, ne contraria sint præmissis, intelligas de peccatis manifestis, vel qñ suum subditum probabiliter habet suspectum: nam de occultis nihil potest scire sacerdos, nisi per ipsum: satis videtur posse dici, ꝙ nõ teneatur ei credere etiam de occultis: licet enim peccata occulta sint solum fori pęnitentialis, tñ non confiteri pertinet ad forum iudiciale, cùm non † confitẽs debeat ab ecclesia arceri, & christiana priuari sepultura, de pęni. & remi. omnis. posset tamen credere fide dignæ & timoratæ personæ, quia verisimiliter huiusmodi persona non mentiretur, argu. 11. q. 3. qui omnipotentem. secundum frat. Nico. in addi. & facit ꝓ hoc, quod notatur 24. q. 1. miramur. in prin. & quod not. Archid. de pęn. dist. 6. placuit. In fi. in contrarium, ꝙ credi debeat, facit quod not. in cle. 1. glo. 5 de priuile. & d. c. placuit. & quod not. Hostiẽ. in sum. de pęni. & remis. §. qualiter sacerdos. circa medium, dicens ꝙ in foro pœnitentiali creditur absq; testibus &c. facit quod no. Ioan. And. in c. si vero. in fi. de iureiur. & in c. sicut. post prin. de homic. & ẽ. §. ꝓxi. q. 117. vnde forte relinquendum est sacerdotis arbitrio, de offi. dele. de causis. vt dicit frater Nico. attento etiam, quòd hic tractatur etiam de facto alterius, videlicet an ille ipsum absoluerit: facit infra quęst. 93. & 113. post prin. & circa fin. vnde Ioan. de Imo. in dicta clemen. 1. de priuileg. in 4. colum. post Ioan. de Lign. videtur inclinare in illam partem, videlicet ꝙ credendo illi parrochiano, & Eucharistiam ministrando sit excusatus: subdit tamen post Steph. ꝙ nõ sit nimis credulus, vt ibi plenius: ad idem per Fran. in dicta clem. 15. quæst.

283 ¶ Nonagesimo secũdo quæro, vtrum † fratribus prædicatoribus & minoribus liceat cõfesiones audire & absoluere. Rñdeo olim licebat eis ex priuilegijs, & specialiter ex cõstitutione Benedicti 11. quæ incipit, Inter cunctas. quę oĩa hodie vacant. Sed ad hoc vt possint audire, oportet ꝙ magister vel prouincialis prędicatorũ. vel eorum vicarij, & generales, vel prouinciales, ministri, vel custodes minorũ, primo quidã accedant ad pręsentiam ordinariorũ per se, vel per alios fratres. & petãt, vt fratres, qui electi fuerint in eorũ ciuitatibus & diœcesibus, confesiones audire valcãt & pœnitentias imponere, & pęnitentes absoluere: post hæc dicti prælati ordinũ eligant personas idoneas, & repræsentẽt vel faciant præsentari dictis prælatis ecclesiarũ, vt de ipsorũ licentia & gratia posint audire, qui tñ repræsentati non propter hoc poterũt audire in alio episcopatu, ſm Pisa. intellige nisi personas diœcesis, vbi fuerint constituti, quia cùm sit voluntariæ iurisdi-

iurisdictionis, potest vbique exerceri, supra q. 18. secundum addi. & debent ipsi electi esse in numero, prout vniuersitas cleri & populi exigit, & si prælati licentiam concesserint, tũc dictæ personæ dictum officium exequantur. Sed si ipsi prælati quemquã de præsentatis non admiserint, loco huius ponatur alter: si vero absolute licentiam dare recusauerũt, cõceditur eis licentia auctoritate apostolica, tamen per hoc nõ habent plus quàm sacerdotes parrochiales, secundum Pisa. scilicet habeant de iure communi, vt in tex. ẽ. allegato secũdum addi. nisi prælati ecclesiarum amplius dare vellent, hæc in clemẽ. de sepul. dudum. ſm Pisa. in §. statuimus. & intelliguntur de diœcesibus, in quibus sunt loca fratrũ, vel de propinquis, quando ibi non sunt loca: vnde in d. §. statuimus. dicitur, Statuimus auctoritate apostolica, vt in singulis ciuitatibus & diœcesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, & in ciuitatibus & diœcesibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magister priores &c. Similiter, vt ibi patet, fratres prędicti nõ possunt deputari ad audiendum confessiones per prouincias, sed per dictas tantum diœceses. Item ibi dicitur, ꝙ ista præsentatio debet fieri prælatis locorum: & secundum Guil. hic nomine prælatorum debemus intelligere episcopos & eorũ loca tenentes, qui de iure vel consuetudine sede vacante ecclesias regunt: & stricte hic accipitur nomen prælati, & sic extra de offi. ordi. si episcopus. & de tempo. ord. cum nullus. lib. 6. largius accipitur de offi. ordi. cum ab ecclesiarũ. sed quid si prę- 284 lati prima † oblatione facta respondeant prioribus prouincialibus seu ministris seu missis ab eis, non eligatis neq; præsentetis aliquos nobis, quia non admittemus eos. nunquid poterunt electi per eos sine aliqua alia præsentatione auctoritate Papæ cõfessiones audire. Respondeo, ꝙ sic, quia in eis, quæ certa sunt, non est locus coniecturis, ar. in clem. quamuis. de appel. nec refert, an prius an posterius hoc denegent, secundum fratrem Nico. in addi. qui etiam remittit ad suam directoriam, eo. titu. §. 72. & per Franc. in §. statuimus. 4. q. & secundũ aliquos petetur primo licentia eligendi fratres, postea alia licentia ad confessiones audiendas: si tamen prima licentia non petitur, ex quo postea conceditur secunda sufficit, secundum Imo. in d. cle. dudum. in 10. colũ. In contrariũ sentit glo. ibidem in ver. deinde. dicit Imo. ibidem in 12. col. ꝙ ante factum seruandum, quod dicit glo. sed post factũ procedat, quod prædictum est, secundum Matthes. & Alfarum: isti tamen non poterunt alijs committere tale ministerium, cùm sint nudi ministri, de offi. deleg. c. fi. facit quod no. Fran. in §. statuimus. 8. q. & in §. ac deinde. 5. q. & ver. & si ijdem. 4. q. Sed nunquid prælatus sine prædicta solemnitate potest dictos religiosos ad confessiones acceptare? Respondeo, certe potest committere eis iurisdictionem suam, s̃. q. 82. immo etiam ipsi ex priuilegio Clementis quarti habent, ꝙ si prelati hoc concedant, concessio ipsa durat ẽt post mortem prælatorum, donec ecclesijs prouisum fuerit de pastore, secũdũ Pisa. & fratrem Nicol. Osim. & in directoria. eo. titu. §. 73. Et scias, ꝙ illa clem. fuit prorogata ad heremitas sancti Aug. per Clementem & per Papam Ioan. ad Carmelitas, vt refert Io. And. in c. constitutionem. in nouella. de regul. lib. 6. & ibi per Pet. de Ancha. post prin. & idem refert Fran. in dicta clemẽ. dudum. in ver. ab olim. secundo notabili. vbi idem Lapus, & Anto. de But. & ibidem per Ioan. de Imol. super glo. de iure. & per Fede. consi. 149. incipit, Ioannes episcopus seruus &c. 2. colum. & s̃. q. 83. facit quod no. in dicto c. constitutionem. glo. 4. & in regula, quæ a iure. lib. 6. & licet Benedictus XI. priuilegiauerit eos, ꝙ non teneãtur nominare vel præsentare, tamen vt dictum est fuit reuocatum, vt not. in dicta clem. super cathedram. in princ. vbi textus dicit, cassantes omnino: quod intelligo, idest totaliter quo ad omnem suum effectum ac si impetratum non fuisset, per not. per Archi. in c. duobus. in fin. de rescript. & in c. quorundam. in fi. de elec. & in cap. si religiosus. eo. tit. in ver. omnino. & in cap. si beneficia. de præbẽ. lib. 6. per eundem. vnde derogatur priuilegijs, vt per Archid. in c. vno. in ver. personis. de reli. domi. & in c. cum ex eo. de elect. eo. lib. & sic hodie tenentur præsentare, prout dicitur in dicta clemen. videlicet personaliter non per nuncios & fratres sui ordinis, vt per Fran. ibidem in §. statuimus. in princi. & quandoque sine tanta solemnitate conce- 285 ditur, vt supra, & not. in dicta clemen. ver. ac demum, glo. 1. & talis concessio durat, vt supra, & not. in dicta clemen. ver. & si ijdem. vbi Ioan. de Imo. in 16. colũ. dicit, quòd talis concessio non expirat morte concedentis, quia est episcopalis approbatio de iure communi, sicut illa quæ habetur de elec. cum ex eo. in 6. & quod ibi not. secundum Guil. & Zen. nisi forte esset facta ad beneplacitum episcopi, vt per Fran. in d. clemen. ver. ac deinde. 5. notabili. & in ver. & si ijdem. in prin. per eundem. dic tamen ponderãdam formam deputationis, & quandoque ipsismet fratribus electionem & acceptationem committunt, prout eis videtur. Item ista licentia potest peti a prælatis extra diœcesim & intra, cum sit voluntariæ iurisdictionis, secundum Pau. in dicto §. statuimus. & ibi per Fran. in 4. quæst. vbi etiam dicit, quòd si sedes vacat, petetur a capitulo. Et notandum, ꝙ dicti fratres, de quibus in dicto §. statuimus. possunt audire confessiones eorum tantum, qui subsunt diœcesanis, a quibus fratres ipsi licentiam habent, sed 286 aliorum non subditorum audire non possunt, etiam si sint in loco, secundum Fran. ibidem post Pau. & in §. deinde. ver. 6. quæro. & in ver. & si ijdem. in 3. quæst. Sed ipse Franc. post Guil. de mõte Laud. in ver. si vero. per illum textum videtur sentire, quòd immo dicti fratres possunt audire cõfessiones quorumcunq; volentium sibi confiteri in casibus, in quibus absolui possent a suis curatis, cùm generaliter textus ille loquatur, & sit quædam gratiosa & specialis prouisio, quã Papa facit in fauorem animarum, secundum Guil. & Nic. in c. quid per nouale. de verbo. signi. sed ibi loquitur in casu, quo episcopi recusauerunt dare licentiam, quo casu cùm fratres habeant licentiam a Papa, possunt omnes audire, sed quando habent ab episcopo non audient non subditos episcopi, l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & in c. 2. de consti. lib. 6. & sic præsentati iuxta tenorem illius clem. & admissi non possunt audire subditos illius episcopi, in cuius diœcesi sunt deputati, nisi forte illi tales aliquo modo efficerentur subditi illius episcopi saltem quantum ad hoc, iuxta not. supra quæstio. 84. & sic solum illos, quos ipse diœcesanus audire posset & absoluere: & tunc absoluerẽt ipsos etiam de casibus episcopalibus concessis eis per episcopum, aliàs non possent absoluere in casibus episcopo reseruatis, vt in dicta clemẽ. dudum. §. pro huiusmodi. & per Fede. cons. 14. & bonum est etiam, ꝙ habeant licentiam & casus episcopales ab ẽpis vicinis: vnde si tali nõ subdito daret talis religiosus eucharistiam de licentia talis episcopi, non euaderet pœnam clemen. 1. de priuil. cum talis episcopus non erat illius proprius parrochialis, vt ibi patet. Audio tamen, quòd fratres minores spirituales habent a viuæ vocis oraculo, ꝙ possint tales deputati audire vndecunque venerint pœnitentes. Vltimo nota, ꝙ confessis à minoribus & prædicatoribus non potest negari Eucharistia, Pet. de pal. in 4. dist. 9. q. 4. conclu. 11. Idem si carmelitis & hæremitis, per supradicta: & notandum ꝙ in dicta clem. dudum. ver. extra ciuitates. deputantur per terminos diœcesis & ciuitatis non per terminos conuentuum vel custodiarum, secundum Pau. ibi: & sic videtur, ꝙ extra eorum loca per domos ciuitatis confessiones audire possint: vnde Io. de Imo. in d. clemen. dudum. in 16. col. dicit sic: quid si in eadem ciuitate & diœcesi sunt plura loca prædicatorum vel minorũ habentia determinatos confines, secundum eorum ordinationẽ: an conuentuales vnius loci poterunt audire intra terminos aliorum, intellige religiosorum, vel parrochianorũ? Dicit Pau. ꝙ sic, cùm deputẽtur hic per terminos ciuitatum & diœcesum, & non per terminos conuentuũ vel custodiarum: aliud esset, si constitutio Benedicti, quæ incipiebat, Inter cunctas. seruaretur, quia ibi dicebatur, vt audirent cõfessiones infra sibi assignatos terminos ad huiusmodi officium exercendum, & sic videbatur loqui de terminis conuentualibus ſm eum, & Anto. de But. & Frã. in ver. extra ciuitates, in 2. notabili, & 3. q. Sed Neapoli cõiter obtinetur licentia a domino Archiepiscopo seu vicario: propter quod videtur, ꝙ consuetudo interpretata fuerit illam clem. ꝙ extra eorum loca audire non possint confessiones, vel quod per dictã cõsuetudinem videatur renunciatum inquãtum forte per illã cle. extra eorum loca audire poterant: pro hoc facit, quia ẽ. septa domorum suarum restringitur territorium eorum, & exemptio eis concessa, & sic intelligitur locus exemptus, de quo de priuilegijs. c. 1. §. 1. lib. 6. ſm Frã. post Lau. in cle. dudum. ver. ab olim. 1. q. vide tamen eum in 14. q. quæ nota, ꝙ a in practica continuè accidũt: ad quod vide omnino s̃. q. 18.

¶ Nonagesimo tertio quæro, quæ † potest esse iusta causa confitendi non suo parrochiali. Respõdeo vt quia proprius sacerdos particeps est delicti, de sen. excom. si concubinæ. de test. veniens. vel quia latens odium est inter ipsos, vel parentes ipsorum, vel quia nimis est simplex, vt per Io. And. in d. c.

omnis.5.colum. Si tamen tunc nullum alium reperiret confessorem,cligeret mori sine confessione, & confiteatur Deo soli,vel confiteatur illi crimẽ in genere,& circunstantias periculosas omnino taceat,secundum Ioan.And.post Inno.in dicto cap.omnis.in vlti.colum.ad hoc supra q.84. post prin. dicit tamen Inno.q̃ propter solam indiscretionem sacerdotis non dimitteret,quin sibi confiteatur, vt latius per Io.An. in dicto c.omnis.circa fin.quod autem dicitur, q̃ si sacerdos est simplex & ignorans,potest dimitti,vt supra,videtur procedere, quando ignorãtia illius sacerdotis esset certa & manifesta,secus si ipse parrochianus ad modum suum illũ ignorantem iudicare vellet: dicit enim Archid.post Hug.de pen.
285 dist.6.c.vlt.quod incipit,placuit,q̃ si sacerdos † est ignorans in soluendo & ligando, in discernendo qualitatem & quantitatem & varietatem peccatorum, pro tali ignorantia licite vitatur sacerdos in accipiendo pœnitentiam ab eo, nec peccat,qui eum vitat,nec sacerdos qui dat penitentiam illi, qui propter hoc vitat sacerdotem. Sed in alijs sacramentis non sic, præterquam in baptismate, in quo propter ignorantiam licite etiam vitatur sacerdos,sicut in penitentia, & cùm certa est eius ignorantia, credit quòd honestius esset petere licentiam ab illo sacerdote,per c.omnis.de pœn. & remis. Si enim eo irrequisito accipiat pœnitentiam ab alio sacerdote, qualiter proprius sacerdos communicabit eum, cùm forte sciat peccata eius,& non sciat pœnitentiam. Si tamen sacerdos ignorans requisitus nollet dare licentiam,tunc auctoritate dicti c.placuit.libere vadat,& accipiat pœnitentiã a perito, secundum Archi.vbi s̃.& facit de parro. c.2.glo.fi.in fi. & probatur in dicto c.placuit.& quod ibi not. Si enim ignorantia non esset certa,sed opinata, non recederem a regula, q̃ debeat petere licentiam, vt in dicto c.omnis. & sentit Ioã. de Lign.& alij ibidem,& Archid.33.q.3.in fin.principij,dum dicit,q̃ confessio facienda est sacerdoti proprio,idest parrochiali,si est discretus,& sciat soluere & ligare,aliàs alij de ipsius licentia,dicto c.placuit.26.quæst.6.c.pen.& fin.& quod not.de pœn.dist.1.mensuram.in glos. hoc cum pœna. in fin. vnde frater Anto.post Pet.de pal.in sua sum.dicit, q̃ isto casu debet petere licentiam ab isto, & si non obtineat, potest ire ad alium,debet enim peti. Nam licet idoneus non sit in audiendo,non tamen est impotẽs committere, & ideo si tũc negatur licentia,libere potest ad alium accedere,secundum eum in c.de confessoribus.& in hoc casu extraneus sacerdos credet pœnitenti dicenti suum sacerdotem imperitũ, vt no. in d.c.placuit.& similiter credet, q̃ licentiam petijt per prædicta,ad quæ supra q.91. & quod ibi dixi, q̃ relinquatur arbitrio confessoris de tali credulitate,quod not.& ad prædicta adde j̃.q.103.& j̃.§.proxi.q.95.

286 ¶Nonagesimoquarto quæro, cui † debeant confiteri curiales. Respondeo secundum Hostiẽ.Papa potest sibi eligere
287 quemcunque vult: Papa enim ita tenetur † confiteri sicut & quilibet alius,notat Domi.in c. 1.in princ. de sum.trin.lib.6. & potest se subijcere dispositioni suæ legis,vt per eundem in cap.1.in fi.de renun.& intellige,q̃ absq; dubio Papa tenetur confiteri, tenẽdo q̃ confessio sit de iure diuino, similiter tenendo q̃ sit de iure positiuo,etiam si ex dicto Iacobi.s̃.q.47. Papa tenetur confiteri,cùm hæc confessio saltem inducta sit ex generali traditione ecclesię,& concernit vniuersalem statum ecclesiæ,contra quem Papa nõ potest,cum ab omnibus christianis etiam summis Pontificibus hæc institutio sit cõiter recepta,vt latius per Nico.in c.omnis.7.colum. & sacerdos tunc iudicat Papam iure proprio, vt per Nic.in c.fin.de
288 insti. Cardinalis absens † causa legationis eodem modo põt sibi eligere,arg.extra de pœn. ne pro dilatione. facit in Spe. de lega.§.supereſt.penult.colum.ver.sed quid econuerso. Si autem est in curia, confiteri debet Papæ vel pœnitentiario: Est tamen tutius,q̃ a Papa licentiam habeat,secundum Pisa. vt sibi possit eligere confessorem, cùm talis Papæ subsit immediate,& hoc dico exceptis episcopis,qui omnes sunt priuilegiati,d.c.ne pro dilatione. & in sum.confes.lib.3.tit.34. qõ.57. Capellani verò & cæteri curiales, qui sunt de familia 291
Papæ,confiteantur pœnitentiario & non alij : si sunt cũ Cardinalibus,possunt de licentia domini sui, qui curam eorum habet, de consuetudine curiæ etiam alij confiteri, ar.6.q.3. placuit.& extra de pen.& remi.omnis.secundum Pisa. Idem in d.q.57.vbi etiam immediate subiungitur, sed & pœnitentiario Papæ possunt omnes sine aliqua licentia confiteri,f̃m fratrem Nico.Osim.& per Host.in sum.de pœn.§.cui confitendum.ver.cui Papa.& sic Papa eligit quem vult,& hoc

superioris defectum,per not.in c.sanè.2.de offi.deleg.& in c. aliorum.9.q.3.& quia potest peccare mortaliter non intuitu lando commodis subditorum iustitiam denegaudo, vel ad consultationem non respondendo, secundũ Imo. post Doc. in clem.2.8.colum.de re iud.& adde per Hosti.& Doct.in c. magnæ.de voto.& ibi per Fran.in 1.q.tenetur cõfiteri,supra q.62. & talis sacerdos tanquã vices Dei gerens absoluet Papam tunc tanquam personam priuatam f̃m modernos in d. c.sane. & Doct.in c.cum ex eo.de pœn. & remi. facit in Spe. de pœn.in fi.& suo repertorio eo.tit.de pen.& remi.§.vt autem scias. in prin. & vide ad hoc Pet.de pal.in 4.dist.17.q.3. arti.2.Et ad illud de prælatis adde j̃.q.proxim. & ad illud de
289 † pœnitentiarius est curatus omnium mansionariorũ curiæ Papæ,secundum eum : qui etiam subdit,q̃ familia Principis vel balliui,qui nunquam in eodem loco & statu permanent, debent vagabundi censeri, licet enim teneãt alibi hospitium eorum,tamen illuc non redeunt,nisi ad horam,vt refert frater Anto.in 3.parte c.de confessorib.& in sum.Astensi,lib.5. titu.15.& ad istud vltimum adde j̃.q.proxima ante fi.

290 ¶Nonagesimoquinto quæro,cui † debent confiteri prælati.Respondeo secũdum Hosti. Patriarchæ,Archiepiscopi, Episcopi, & etiam omnes inferiores prælati exempti ex priuilegio possunt sibi eligere confessorem prouidum.de pœn. & remis.c.fi.secundum Pisa.etiam si isti prelati venerint siue sint in curia Romana, licet quidam cõtrarium dixerunt,f̃m Host.in sum.confes.dicta q.57. & vt habetur eod.titu.q.16. Ray.videtur hoc limitare dicens,potest episcopus ẽt exemptus eligere confessorem, hoc tamen intelligo nisi sit excõmunicatus maiori excommunicatione, arg.extra de cle.excom.mi.si celebrat.sed glo.eius exponens dicit,s.ille qui eligitur in confessorem, quia tunc nõ posset eum absoluere sic ligatum:si enim esset ligatus minori excommunicatione tũ, posset eum absoluere,arg.dicti c.si celebrat.ad hoc s̃.q.90.in fi. & quod hic dicitur de prælato exempto, restringitur per Host.in sum.in dicto §.cui confitendum.ver.cui abbas.q̃ locum habeat in exẽpto, qui immediate subest Papæ,secus de istis exemptis habentibus supra se aliquem superiorẽ,vt patrem Abbatem, Generalem : Nam isti debẽt confiteri superiori eorum,vel habere ab eis licentiam alijs confitendi, qd satis placet domino Nic.in c.fi.de pęni.Nam ratio cõcessionis fuit,quia isti nimis distabant a curia Romana. Item verbum,exemptis,debet intelligi in lata significatione,quando subsunt Papæ tantum,secundum eum, qui intelligit illũ tex. etiam de rectoribus parrochialibus. Item secundum gl.Ray. in dicta q.57.si aliqua ecclesia collegiata est, nõ propter hoc singuli de collegio possunt sibi eligere confessores, ex quo habent abbatem vel priorem,vel decanum,cui subsunt, sed huiusmodi abbati vel priori vel decano cõfiteri debent, vel alij de mandato eius. Si autem huiusmodi decanus vel præpositus de consuetudine non habet curam animarum illarũ, nec ordinarius, ipsa vniuersitas nec alius nisi solus Papa nec tunc singuli possent sibi eligere confessorem, quia illud c.ne pro dilatione.non loquitur nisi de prælatis tm̃ : vnde in hoc casu recurrẽdum est ad Papam, qui prouideat talibus de cõfessore,secundum fratrem Nico.Osim.in addi.& de hac materia per Host.in sum.de pen.§.cui confitendum.& per Pet. de palu.in 4.dist.17.q.3.arti.2. vnde quantum ad episcopos intellige de exemptis & de non exemptis,quia quod dicitur in dicto c.fi.exempti, refertur ad prælatos inferiores,secundum Host.& Doct.ibidem,& s̃.q.proxi. vnde licet archiepiscopus compellat episcopum, vt sibi confiteatur quo ad forum iudiciale,in quo agitur de manifestis tantũ, non tm̃ quo ad pęnitentiale,in quo principaliter agitur de occultis, vt in c.fi.de simo.& per Imo.post Laud.in cle.1.de rel.domi.pen. colum.dicit fra.Nico.q̃ in d.c.si episcopus.secundum fratrẽ Nic.Osim.in addi.ad Pisa.in §.confessio.3. super ver.cui debeant confiteri reges : vbi in fi.dicit sic, q̃ licet Archiepiscopus debeat scire † quis sit confessor episcopi,& etiam ipsum possit compellere,vt sibi confiteatur,si suspectũ habeat confessorem, quia ab ipso de anima eius ratio exigitur &c.f̃m Host.tamen illud nõ procedit quo ad forum pęnitentiale,vt sequitur f̃m eum,& illud dictum habes per Hosti.in sum.de pęn.§.cui confitendum.ver. cui Patriarcha.in fin.super quo credo, q̃ archiepiscopus põt velle scire cui cpo confiteatur, cùm non cõfiteri pertineat ad forũ iudiciale,per not.s̃.q.91. Et similiter ipsum episcopum compellere,vt sibi cõfiteatur, aut saltem alteri, per not.s̃.q.93.aut eligat sibi confessorem

idoneum & non suspectum, vt probatur per c.omnis. de pę. & remi.& sic dictum fratris Nic.procedit,quando vellet episcopum compellere pręcise ad sibi confitendum, quod non liceret:& vide j̃.q.137. Et prosequitur pisanella post Host. vbi s̃.sed tunc sic,electus non habet potestatem absoluendi à maiori excommunicatione,vel à casibus grauioribus,licet quidam contrarium dixerint,ar.de pę. & remi. si episcopus. lib.6.secundum Hostiẽ.& Pisa.dicit, quòd confessor electus ex licentia proprij episcopi non potest absoluere a casibus episcopo specialiter reseruatis,ideo non probat illud, ad qd allegat,sed hoc quòd confessor electus à prædictis de licentia Papæ non potest se intromittere de reseruatis Papæ, de alijs autem sic,sicut & sentit Ho.dicens, quòd vbi exemptus eligit,habet potestatem electus pœnitentiarij Papæ. Si vero alius eligit,habet potestatem iudicis illius,qui eligit, vt tamẽ semper publica & grauia excipias,vt in sum. confess. d.q.16. pro istis publicis & grauibus intelligo casus episcopales, per dictum c.si episcopus.Item vt patet in eadem q.16.glo. Ray.
292 dicit,quia beneficia † principum late interpretanda sunt, ff. de consti.prin.l.fi.potest dici,quòd illud c. ne pro dilatione. non loquitur tantum de absolutione peccatorum, sed etiam de absolutione maioris excommunicationis,dum tamen absolutionem huiusmodi sibi Papa nõ reseruauerit, vel nisi sententia lata sit ab homine,quia tunc ab ipso excommunicatore petenda est absolutio.& cum hoc videtur satis concordare dictum Host.s̃.positum, vt ibi etiam subditur secundum Nico.in addi.vnde aliàs dicebam, quòd in d.c. si episcopus. bene probatur,q̃ si episcopus concedit subdito licẽtiam eligendi confessorem,in tali generali concessione non venit, q̃ ab illo *absolui* possit à casibus eidem episcopo concedenti *specialiter* reseruatis,vt ibi:& sic fateor,q̃ præstat argu.quòd similiter isti prælati non poterunt absolui à casibus eidem Papæ concedenti specialiter reseruatis, & sic non negat de casibus episcopalibus prælatos istos posse absolui vigore talis concessionis,immo videtur permittere, inquantum prohibet solùm de casibus cõcedenti reseruatis:& sic videtur verior opinio contraria,licèt Nico.Osi.non firmet: pro quo facit ratio vitandæ dilationis,de qua in d.c.fi.vnde inquantum intellexit de casibus papalibus, bene diceret, sed inquantum intellexerit de casibus episcopalibus,nõ videtur bene dixisse per prædicta:& quod absolui possit ab eodem electo prelatus eligens à maiori excommunicatione & à voto & alijs nõ papalibus,tenet per alias rationes Fra.Anto. in dicta sum. 3. parte,c.de confessoribus.ver.de ordinario confessore vniuscuiusque &c.allegat etiam in hoc Pe.de Pa.in 4.dist. 17.q.3. & per eundem Pe.dist.38.q.4.ar.4.conclusione 5.& 8.& optime per Fed.de Senis consilio 10. incipit, Super dubitationum &c.ante finem.& sentiunt etiam dicti Doc. q̃ non obstante q̃ sit excommunicatus,eligat confessorem pro hoc,q̃a videtur potius quædam nominatio,iuxta not.per Bal. in l.id quod pauperibus.in 4.col.de episcopis & cle. licèt aliter dicat Fran.in cle.1.de rel.domi.§.prædictis.8.q. faciẽdo differentiam inter excommunicatum minori vel maiori &c. Et prosequendo dicta Pisanellæ subdebat sic post Host. Alij inferiores prælati non possunt sibi eligere nisi de licentia Papæ vel episcopi,vel etiam proprij sacerdotis:vnde abbas & quicunque prælatus non episcopus non exemptus confiteri debet episcopo,& monachi abbati,vel secundum statuta regulæ possunt etiam confiteri episcopo, si ei subsint,ad hoc s̃.q. 85.in fi.dicit dominus Nic.q̃ hoc videtur rationabile, tamẽ iure non probatur.Nam c.1.16.q.j.videtur conferre priuilegium eis,vt inter se possint confiteri,facit quod ibi not. Arc. vt per eundem Nic.in c.nimis.1.de exce.prela. quid autẽ de abbatissa.vide Fed.de Senis consilio 9.incipit,Super dubitationum articulis.Decanus,præpositus,thesaurarius, & quilibet canonicus & sacerdos parrochialis, & familia episcopi confiteri debent episcopo vel alteri de eius licentia,secundũ Pisa.& Host.vbi s̃.qui idem dicit de Archidiacono, Archipresbytero,magistro scholarum,& sim.Idem in sum.confess. lib.3.tit.34.q.57.vbi etiam de parrochiali dicitur,q̃ confiteri debet episcopo vel alij,cui fortè subest. Itẽ de familia episcopi nihil ibi dicitur,sed in q.60.dicitur secundum. Host. q̃ familia episcopi vel Archiepiscopi si sit de aliena dięcesi, idẽ de illa videtur,quod de familia alterius principis laici.Si vero sit de dięcesi propria, tunc ei confiteri debet, vel cui ipse mandauerit,sed & potest proprio sacerdoti, de cuius parrochia est, confiteri, secundum Fra.Ni. in addi. Item sacerdotes ciuitaten. confitentur Archipresbytero, si habet illorum curam,aliàs non,de pę.c.omnis. secundum Ioan. An. in c.2. de offic. Archipresbyteri.& in c.officium. eod.titu. Item rectores capellarum confitentur episcopo vel eius pęnitentiario,vel Archipresbytero ciuitatis,Ioan.And.in c.fi.de pęnit. & Nic.in c.ad audientiam.in fi.de eccle.ędi.Et subdebat Ho. vbi s̃. q. 48. excessus episcoporũ & quamplures etiam abbatum,super quibus habent aduertere quando confitentur, & similiter quam plures excessus monachorum,& similiter excessus decani,archidiaconi,prępositi,sacristæ, magistri scolarum,canonici, & parrochialis sacerdotis. dicit etiam, q̃ doctor confiteri debet illi,infra cuius parrochiam moratur: & enumerat ibi excessus doctorum:& similiter de aduocato & dante consilia in camera.& de his etiam latius in dicta sum. Anto.3.parte,c.de confessoribus.vbi post Pet.de Pal.limitat illud,quod dictum est de familia episcopi procedere, qñ essent de dięcesi ipsius episcopi,in cuius familia morant, aliàs secus,quia non sic talis episcopus habet ius in ea sicut cardinalis:si tamen per dięcesim alterius episcopi vagentur,respectu illius dięcesis vagabundi reputantur,& sic de licentia illius episcopi vel cuiuslibet curati, ad cuius parrochiam veniunt,confiteri possunt,secundum eum,ad quod s̃.q. proxima,& q.85.vnde vicarius episcopi alienigena, si non habuit licentiam à proprio episcopo, confiteatur episcopo, vel de eius licẽtia sacerdoti,præsertim si ille habet ab episcopo vel Papa potestatem audiendi confessiones omnium in dicto loco habitantium, intelligendo tamen quod ibi sortiatur forũ pęnitentiale,iuxta no.s̃.q.84.& 86.& ad illud de clericis adde.s̃.quæst.80.in fi.

293 ¶XCVI. quæro,cui† debent confiteri reges & alij domini temporales? Respondeo secundum Hosti.si rex habet domicilium principale in aliqua ciuitate, illi episcopo confiteri debet vel sacerdoti,nisi super hoc haberet priuilegium. Idem dicendum de duce, marchione, & omnibus habẽtib. latas iurisdictiones in diuersis episcopatibus : sed si habent domicilia in diuersis locis,& non apparet quod sit principalius,possunt confiteri ei,in cuius parrochia morantur, vel q̃ tutius est de licẽtia episcopi eligant,aut si loca sint in diuersis episcopatibus, de licentia vtriusque episcopi, secundum Pisa.in §.confessio.3.vt patet in sum.confess.eo.ti.q.57.Hos. aliter videtur loqui,dicens sic, Imperator vel Imperatrix de antiquissima consuetudine confitenẽ capellanis suis, qui habent curam animarum de consuetudine non reprobata per Papam,ar.extra de foro compe.cum contingat. Papa tamen si vellet talem posset consuetudinem reprobare : tutior est via,quòd tales pro se & familia sua impetrent licentiam confessorem eligendi,nisi aliquo priuilegio sint muniti. Rex si habet domicilium proprium & principale in aliqua ciuitate, illi episcopo confitebitur, nisi forte secus obtineat de cõsuetudine antiqua, quæ hoc priuileginm alicui ecclesiæ daret, vel nisi super hoc haberet aliquod priuilegium speciale: & quod dictum est de rege idem intelligendum est de omnibus habentibus latas iurisdictiones & in diuersis episcopatibus, siue sit dux,siue marchio,siue comes.Idẽ dico de procere, siue barone,si tantus est, quòd sub se habeat ciuitates : si tantum castra habeat, confiteri debet illi sacerdoti, infra cuius parrochiam proprium & principale domicilium babet, vel de ipsius licentia alij,extra eo.c.omnis.si tamen baro habeat domicilium in diuersis castris, nec apparet quod sit principalius,secundum Host.& in sum.confess.eo.ti.q.50.videtur, quòd possit confiteri cuilibet, quamdiu infra parrochiã suã moratur, vel quòd tutius est de licentia sui episcopi eligere vnum cõfessorem: quòd si castra & domicilia sunt in diuersis prouincijs,recurratur ad primatem,vel ad Papam, secundum Hosti.vbi, s̃.videtur tamen,quòd licentia primatis vel Archiepiscopi non sufficiat, cùm non habeat hanc iurisdictionem erga subditos suffraganeorum,nisi dum visitat prouinciam,extra de cen.c.perpetuo.lib.6.secundum Frat.Nic. ad hoc s̃.q.77.& de materia plene per Pet.de Palu. in 4. dist. 17.q.3.art.2.& in sum.Fra. Anto. c. de confessoribus. & per Host.in d.§.cui confitendum.vers.cui Imperator. & sequentibus.vbi etiam ponit de excessibus Imperatoris & regum : & per Doc.in c.omnis.de ma.& obe.Item miles,mercator & rusticus confitebuntur parrochiali,vel alij de ipsius licentia, secundum Host.vbi supra.& ibi ponit quamplures defectus eorundem,vt ibi videas.

294 ¶XCVII. quęro,quid de his † qui pro parte anni manent in vna parrochia,& pro parte in alia,cui presbytero cõfitebuntur.Respondeo secundùm Host.si se transferunt ani-

mo remanendi,fiunt parrochiani illius : si autem non intendunt relinquere domicilium antiquum , debēt antiquo presbytero confiteri.Et idem dicendum de familiaribus, qui cū eis morantur,secundum Pisa.Idem in sum.conf.lib.3.tit.34. q.59.& hæc videntur intelligenda,quando apparet ꝙ domicilium sit principalius,aliàs idem foret hic dicendum, quod proxime dictum de baronibus propter eandem rationem , vel nisi per annum morarentur in aliqua parrochia:tunc em omnino efficiūtur de foro illius parrochię , licèt non intenderent transferre domicilium primum,vt s̄.q.76.secundum Nic.sic ergo aut se transferunt animo ibidem remanendi, & primum domicilium relinquendi,& fiunt parrochiani illius , vt s̄.aut se transferunt animo ibi etiam domicilium constituendi , & vtrique presbytero confitebuntur , s̄.q.84.ibi secūdus casus.aut animo ibi ad tempus manēdi , & primo presbytero confitebuntur,per no.s̄. q.85. & 86. nisi forte nō ad modicum tempus,sed forte ad tempus notabile, licèt minus vnius anni vel circa, vt ibidem nota. per Hosti.in sum. §.cui confitendum.ad fi. & s̄.q.95. in fi. si tamen non constaret de animo constituendi domicilium , nec etiam quod domiciliū sit principalius,crederem debere attendi vbi magis assidue conuersatur,per not.in Spe. de rescripti præsenta. §. tatione autem vers.quid si vagatur.& sequenti.

295 ¶ Nonagesimooctauò quæro,an possit per † consuetudinem induci,quòd aliquis præter sui superioris licētiam possit eligere confessorem? Dic ꝙ non,vt in c.si episcopus.in fin. eo.tit.lib.6.non enim posset talis ipsum soluere vel ligare,vt ibi:nam istud fuit inductum pro salute animæ, ergo cōtraria consuetudo tollere non potest,vt dicūt Doc. in simili de pę. & remi.cum infirmitas. & per Pet.de Pal.in 4.dist.19.q.2. in 3.col.& Ioan.An.in d.c.omnis.4.col.de pęn.& rem. si tamen dicerent , ꝙ talis abbas vel similis possit de consuetudine ipsorum confessiones audire,talis cōsuetudo excusaret, vt per Io. And.in c.conquerente.4.col.de offi.ordi. & s̄.q.77. vnde procedit consuetudo dans hoc priuilegium alicui certæ ecclesiæ,vel simili dignitati , non autem in hoc ꝙ aliquis possit eligere quem velit,secundum Host.in sum.de pęni.§. cui cōfitendum.ver.cui rex.vnde potest metropolitanus,si de consuetudine sit,recipere ad confessionem subditos suffraganei, secundum Arch.1.q.5.præsentiū.ad hoc s̄.q.96. sed ipsi subditi nullam consuetudinem allegare possent , ꝙ eis liceat cōfessorem eligere,super quo notat Ioan.And.in d.c.si episcopus,in nouel.vniuersalem negatiuam , quæ omnem consuetudinem etiam longissimi temporis comprehēdit : vnde debet intelligi,etiam si sit tanti temporis , ꝙ non extet memoria in contrarium,per no.in cle.2.in fi.de reb.eccle.& per Io. And.de cen. cum instātia. in prin.& quod no.in c.putamus. de consue.lib.6.& in cle.1.de fo.com.ad fi.conclude, ꝙ subditus non potest sibi eligere confessorem prætextu consuetudinis , sed alius sacerdos seu prælatus in subditos alterius præscribere posset curam animarum nomine suæ ecclesiæ, si habet titulum & bonam fidem, vel cōsuetudo sit tanti temporis, cuius memoria de contrario non existat , vt in c.1.de præscrip.lib.6.secundum Nico.in c.fi.de pęn.& re.

296 ¶ Nonagesimonono quæro, nunquid episcopus † potest eligere diuersos confessores,& sæpius variare . Respondeo , secundum Host.non consulo , ꝙ hoc faciat , quandiu potest habere copiam illius,quem elegit : si tamen habeat diuersos confessores, quibus velit omnia peccata integre confiteri , commendandus est,secus si in fraudem hoc faceret,secundū Pisa.hoc enim esset detestandum,vt in sum.con. eo.tit.q.62. vbi idem ponitur,& ibi etiam dicitur secundum eundem , ꝙ potest alij in subsidium confiteri,nisi tamen si mortale sit cōfiteatur illi quem elegit,quam cito illius copiam habebit:secus autem est de venialibus , secundū addi. ad quod s̄.q.83. in fi.Et nota,quòd eo ipso ꝙ episcopus confitetur alicui, vi-
297 detur ipsum eligere,quia plus † est factis & intentione mentis eligere,quàm verbis,ff.de legi.l.de quibus. de mai.& obe. legebatur.16.q.6.c.1.ad fi.Idem in sum.confes.eo.titu.q.63. videtur enim eligere actum personaliter gerendo , per not. per Bal.in l.exceptione.C.de euict.& Ant.de Bu.in c. nōne. de præsump.& per Archi. in c.statutū. §.in nullo. in vers.earundem.de rescrip.lib.6.cum simi.vnde si emo beneficium à Papa,ipse dispensat in symonia, secundum Pet.de Palu.in 4. dist.25.q.4.1.col.& ad illud si in fraudē,scilicet ne vnus sciat totam eius malitiam & omnia sua peccata,quia malè faceret, tamen si totum diceret , valeret pęnitentia nisi forte eidem nullatenus confiteretur etiam in casu necessitatis , si alium confessorem non haberet: tunc enim esset fictus , vt in sum. fratris Ant.ver.11. conditio. in c.de confessione. ad quod s̄. q.35.& 37.& 84.in prin.

298 ¶ Centesimo quæro,quid † de cōfessione facta sacerdoti,qui non de iure tenet beneficium. Respondeo , secundum Hostiē.cùm talis sacerdos nec ligare nec soluere potest , decipiuntur animæ , extra de parroch. nullus. & licèt animæ habeant iustam causam ignorantiæ , tamen si amissæ essent, requiretur sanguis eorum ab his , qui eas perdere voluerunt : Innocen.addit , quòd si quis ignorans à tali pœnitentiam accipit , & postea sciat , debet ire ad sacerdotem verum , & ei confiteri , & ab eo absolui,extra de pęn.omnis. in princ.& de presbytero non bapti. veniens. secundum Pisa. hoc ponit Inno.in c.dudum.2.de elect. & postea subdit , vel potest dici ꝙ iste intrusus vere absoluit quamdiu toleratur à superiore,8.q.4.nonne.glo. not.in eo.c. sentit , ꝙ talis sacerdos non potest soluere vel ligare,licet excusentur animę iusta ignorantia,& hoc videtur verius, & forte etiam talis sacerdos tenetur manifestare defectum suum ad satisfaciendum animabus deceptis, vt accipiant verā absolutionem , & vt reddat ius alienum, quod male vsurpauit , nisi imminēret periculum,quia tunc forte non teneretur reuelare , sed aliàs prout posset satisfacere,extra de pę. & re. officij. & eadē ratione idem videtur in omnibus sine auctoritate de facto absoluentibus,licèt non affuerit tantum peccatum,& quandoque nullum,cùm non scienter hoc egerint , tamen tenentur notificare non vere absoluto quamcitius cōmode poterunt, vt in clemen.cupientes.circa prin.de pęnis. secundum fratrē Nic.Osi.in addi. dicit Tho. in quolibet , ꝙ si sacerdos nullam habebat potestatem,vel quia non erat sacerdos,quamuis reputaretur sacerdos , vel quia intrusus aut excommunicatus aut suspensus ab officio & huiusmodi , & absolutus à tali si illi hoc constat tenetur iterum confiteri,quia realiter non est absolutus,sed si errauit in facto excusatur in conspectu Dei, ac si esset absolutus , dum nescit secundum eum. & sic vult idem quod fra.Nic.ꝙ vere absolutus nō sit,idem frater Ant. in sum. 3. parte. c. de confessione. quod etiam tutius est , & ideo tenendum,de presby.non bap.c. vlt. secūdum Ioā.An. in d.c.dudum ad fi.& Ant.de Bu.in 4.col.& per Pe.de pal.in 4.dist.17.q.6.per totam. & per eundem dist. 12. q.5.versi.sic distinguit.aut istud impedimentum residens in persona sacerdotis est iuris diuini aut humani: si iuris diuini, puta quia non fuit baptizatus talis vel non ordinatus,& hoc casu absolutus à tali tenetur iterum confiteri hoc scito, nec Papa posset de contrario dispensare;si est impedimētum iuris humani,puta quia excommunicatus suspensus & huiusmodi, tunc aut impedimentum est notorium,aut occultum. Si notoriū, puta quia manifeste & publice verberauit clericum,propter quod notorie est excommunicatus , vel manifeste intrusus, puta per concessionem secularium positus in ecclesia curata non per canonicam concessionem, propter quod titulū non habet nec potestatem super parrochianos illius ecclesiæ:& à tali confessus tenetur iterum confiteri hoc scito. Secūdo casu quando impedimentum est occultum, tunc aut confitens scit ipse illud impedimentum,aut nescit:si scit,confitendo illi tenetur iterum confiteri , & peccat communicando illi in diuinis,si nescit impedimentum,quod aliàs occultum est, & hæc est ignorātia facti,& non tenetur iterare confessionē, ar. l.Barbarius.ff.de offi.præsi.sed si hoc nescit ignorantia iuris,puta scit illum percussisse clericum , sed credit nihilominus ipsum posse audire confessionem, & non excusatur propter hoc,quin teneatur iterare,vt in regula ignorantia.lib.6. secundum eum.& sic si fuit ignorātia facti,tenuit absolutio, secundum eum , per dictam l. Barbarius. sed non videtur ꝙ
299 lex illa rigorosa † procedat in foro conscientiæ , vbi veritas præualet opinioni:facit quod ibi not.in Spe.de tuto.§.generaliter.ver.quid si pupillus.& quod ibi per Bal.in addi.& no. per Inn.& Fran.in c.consultationibus. de iure pa. & ideo tutius est impetrari , quòd realiter absolutio non tenuit , cùm sit securior via,de homicid. ad audientiam. & per dominum Fran.in d.c.dudum.in 4.col.vnde si tales viuunt , iterum cōfiteantur:sed si defuncti sunt,censentur absoluti : facit quod in simili in c.1.de regul.iur. lib.6. sic ergo iste tutus erit quo ad Deum propter fidem sacramenti, secundum Zen. & Pau. non tamen erit absolutus ex vi talis absolutionis,per text.in cle.dudum.ver.extra ciuitates. de sepult. Item nec tutus esset quo ad Deum, si sciens eum non habere potestatē confi-
teatur

teatur ei, secundum Imo.in d.cle.dudum.in 15.colū.& Fran. in dicto.§. extra ciuitates.in 4.q.& adde not.per Host. in tit. de elec.§.qualiter. in fi.

300 ¶ CI. quæro , vtrum officialis episcopi habeat † auctoritatem in pœnitentijs circa casus episcopales . Respondeo secundum Hosti. non habet nisi expresse pateat , quòd hoc voluerit episcopus,& si habet & non est sacerdos, debet alteri delegare,de procur.petitio.Idem in sum.confess.eo.ti. q.55.& q.56.dicitur secundum eundem Host.ꝙ cùm episcopus ad regionem remotam se transfert,& alium episcopum generalem vicarium relinquit,talis vicarius potest omnia sicut ille,qui ipsum instituit posset,si præsens esset, secundum
304 Frat.Ni.post Pisa.in §.confessor.1.ad fi. facit quod not.Arc. in c.si episcopus.in glo.2.de pę.& remi.& Domi.in c. licet.5. col.de off.vica.lib.6.Adde j̄.q.116.Et dicitur vicarius in spiritualibus officialis in cognitionalibus etiam causarum matrimonialium & vsurarum,secundum Ioā. And. in c. quamquā.2.col.de vsuris.in nouella.& sic officialis & vicarius sūt diuersi,de tem.ordi.c.3.lib.6.& c.fi.de offi.vica.eo.lib. vnde officialis nō intromittit se de spiritualibus, vt not.in c.licet. glo.2.de offi.vic.lib.6.intellige extraiudicialibus.Nam bene potest audire causas spirituales & etiam excommunicare , de offi.ordi.c.1.in fi.lib.6.quod est iurisdictionis spiritualis: iuxta no.in c.auaritiæ.in ver.spiritualib.de electi. in 6. & 32. distinctio.præter hoc.§.verum.in in gloss.artic.quòd & dicit Host.in sum. de offic. vica.§.quis sit vicarius.quòd officialis non eligitur nec ad certum tempus instituitur,sed sicut quātum voluit episcopus.& ideo dicit Host.in sum.de pęn.§.cui confitendum in 3.col. ꝙ officialis episcopi habet potestatē in contentiosis tantum, non in pęnitentijs , nisi appareat , ꝙ hoc sibi committere voluerit,puta quia hoc expressit, vel de licentia superioris sui reliquit alium episcopum suum vicarium generalem ad aliam remotam se transferens regionē ,
306 vt s̄ secundum Host.in d.ver.quid de officiali . Quæ autem
301 sit dignior cura,an † cura fori contentiosi , an fori pœnitentialis,vide per Imo.post Gui.in cle.1.de prēben.2. col. si ergo in vicarium generalem vel in vicarium in spiritualibus transit potestas in pœnitentijs , quando episcopus habet se absentare,vt patet ex prædictis,& per no.per Pe.de Perusio. in tractatello de vicario.Idem si diceret constituo talem vicarium generaliter in spiritualibus: vel si adijciat , & in temporalibus:etiam non habens se absentare, præsertim vt fieri solet,si apponatur clausula generalis,ꝙ potest omnia , beneficiorum collatione dumtaxat excepta, vel simili per prædicta,& j̄.q.proxima.facit quod no.in c.1.glo.2.in fi. ne prælavices suas.& quod no.in c.nec episcopi. glo.1. de temp.ord. & in c.tua nobis.de offi.vica.potest tamen constitui vicarius simpliciter,vt in c.statutum.& c.vt officium.de hereti. lib.6. cū simi.& iste non videtur,ꝙ habeat aliam potestatem quàm
302 officialis:nam † officialis etiam vicarius appellatur quasi alterius vices gerens, vt no.in cle. 2.glo.3.de rescript.& sentit Ioan.Aud.in d.c.quamquam.de vsuris.& adde j̄.q.96.adde, ꝙ vicarius etiam temporalis habet curam,vt per Fran.in cle. dudum.ver.ab olim.ad fi.de sepul.Item nota , ꝙ Capellanus sede episcopali vacante potest dare potestatem absoluendi in casibus episcopo reseruatis, vt notat dominus Panor.in c. his quæ. in fi.& in c.cum olim.ad fi.de maio.& obed.& Fed. consil.20.incipit,An Capellanus sede vacante ante fi.

303 ¶ CII. † quæro , quis intelligatur proprius sacerdos ad dandum licentiam , de quo in d. cap. omnis. de pęn. & remi. Respōdeo proprius appellari potest presbyter parrochialis.Item episcopus loci,legatus in prouincia , & ipsius pęnitentiarius.Item vicarius generalis episcopi , ar.l.cū prętor.ff.de iud.& archipresbyter ecclesię cathedralis , quasi in hoc censeatur vicarius episcopi, de officio Archipresbyteri. in c.officium.secundum Doc.& Nic.in c.omnis.4.col.& in c. ad audientiam.in fin.de eccle.ędi.vnde dicit Pe.de Pa. ꝙ aliter accipitur proprius sacerdos, cùm dicitur ꝙ quilibet debet confiteri proprio sacerdoti,aliter cùm dicitur, ꝙ de licētia proprij sacerdotis possit alteri confiteri. Nā in primo casu dicitur proprius sacerdos , quicunque habet potestatem absoluendi ordinariam vel delegatam, siue sit communis siue singularis . Sed in secundo casu proprius sacerdos,de cuius licentia potest quis alteri confiteri,intelligitur strictius ille,scilicet qui iure suo ordinario hoc habet non ex commissione : vnde & si possit quis confiteri vicario curati , non tamen ipse vicarius dare possit licentiam illi ꝙ alteri confiteatur,secundum Pe. de pal. in 4.dist.17. & refert Fra.Anto.in d.sum.c. de confessoribus. & latius per eundem Pet.in dicta dist.17.q.4.arti. 1.& 2.& de effectu commissionis factæ de audientia confessionis per eundem arti. 3.& s̄.q.82. & facit j̄.q.proxima,in fin.& intellige in commissario seu delegato, non autem in vicario perpetuo , qui iure suo audit cōfessionem,per no.in cle.1.in verbo,presbyteri.de priuilegijs.& qd̄ ibi per Fran.in 19.q.& s̄.q.77. & quia talis vicarius ordinarius est quo ad iurisdictionem,no.de offi.vica.licet.li.6.& de appel.Romana.in prin.eo.lib.facit in c.extirpandæ.§.qui vero.de præben.& quod no.dominus Fran.in c.fi.§. quia vero. 2.q.ne cle.vel mona.& in cap.cum venerabilis. 1.q.de relig.
304 domi.nota tamen , quòd † episcopus potest hanc licentiam eligendi confessorem omnibus suis subditis dare , aliter videatur glo.quæ incipit,puto.in cle. 1.de priuil.& hoc probatur in c.si episcopus.de pę.& remi.lib.6.& ibi latius per Domi.Nam omnes de diœcesi sunt parrochiani episcopi, qui ēt concurrit cum curatis in administrandis sacramentis hominibus diœcesis.de purg.can.c.nos.per Ni. facit c. parrochiano.de sen.excommunicatio.

¶ CIII. quæro , quid si obtineri non † potest licentia alteri confitendi? Respondeo,licentia debet gratiose peti,vt in c.omnis. de pę. dum dicit postulet. ad hoc quod not. 51. di.Osius.§.sed aliud.& in cap.vno.glo.6.de postu.præla.cum simi.& quod no.Fran.in simili in cle. dudum. §.statuimus.3. notabili.de sep.& si ipsam dare non vult, non per hoc statim ad alium vadat:quia textus in d.c.omnis.dicit , obtineat : & sic non sufficit petere,nisi obtineatur,secundum Ni.in d.cap. omnis.2. col. ad hoc.s̄.q.84. post prin.& j̄.q.proxima.vnde distingue,quòd aut malitiose denegat licētiam,& debet subditus accedere ad superiorem , qui compellet , vt licentiam det,secundum Phi. ergo & c.per c.nullus.de iure pat.quādo periculum non est in mora , secundum Fran. in c. omnis. Si
306 vero † superior adiri nō posset, vel etiam est ęquè defectuosus,tunc quia ad Papam non est facilis recursus,potest liberè ire ad alium,& si non posset alium habere , & necessitas imminēret,confiteatur peccatum in genere absque eo , de quo posset malum prouenire, si forte sacerdos erat reuelator cōfessionum,vel poterat scandalum prouenire, seu malum cōfitenti , seu sacerdoti ex confessione : vnde tunc confiteri poterit crimen sine circunstantijs , secundum Fra. Anto. post Pe.de Pal.in sum.in c.de confessoribus.& s̄.q. 93. Sed si sacerdos iustam causam contradictionis haberet , non coget ipsum superior, per not.in simili in c.post translationem. gl. 3.de renunc.& in c.ammonet.glo.fi.in fi.eo.tit.& in c. si religiosus.in prin.de electi.lib.6.& per Arch.in d.§.sed aliud. & 63.dist.litteras.quo casu salua conscientia confiteatur superiori , vel ab ipso licentiam obtineat , aut confiteatur alicui priuilegiato,s̄.q.92.Et si fortè non haberetur copia proprij sacerdotis cui confiteatur,vel vt ab eo licentia petatur, dicit Fran.post Inno. in d. c.omnis.ꝙ in casu necessitatis talis potest alteri confiteri,sed non potest absolui ab illo, cum nō sit proprius sacerdos,tamen talis confessio , quia habet contritionem,quæ remittit peccatum , sufficit vt possit communicare,ex quo arguit ꝙ ante peractam pęnitentiam potest peccator sumere communionem:ad quod j̄.§. proximo. q.106. & vt verba Inn.habeas, dic secūdū eum in d.c.omnis. in ver. absoluere.ꝙ si contingat eum,qui peregrinatur,nouum peccatum incurrere,vel de veteri recordari , si accepit insignia peregrinationis à proprio sacerdote , hoc ipso videt dedisse licentiam & pęnitentiam & reliqua sacramenta recipiendi à quo maluerit.Si vero sine licentia sacerdotis proprij peregrinatur,tunc in casibus prædictis poterit confiteri cuicunque sacerdoti,sed absolui non poterit ab eo, quia nō est suus iudex nisi in necessitate esset,& cùm ex cotritione sola, licet non sit ei dimissa pęnitentia,dimissum sit ei peccatum,poterit communicare corpori Christi,secundum Inno.quod singulariter not.Ex hoc infert dominus Fran.ꝙ si quis non potest habere alium sacerdotem quàm proprium,& illi nō vult confiteri,quia verisimiliter timet ne reuelet , poterit ab illo sumere communionem , & hoc videtur probabiliter posse defendi,quia sunt duo præcepta,vnum de confitendo, aliud de suscipiendo Eucharistiam:quamuis aut alterum implere non possit,reliquum tamen implere debet,secundum dominum Fran.ad quod.s̄.q.85.& 87.& ad illud, ꝙ licèt alteri fuerit confessus , potest à proprio sacerdote recipere communionem, facit supra q.91.& 92. ad fi. Et ad illud , quod cum sola contritione potest quis communicare , vide j̄.§. proxi. q.74.Item circa illud,ꝙ in prēmissis casibus confiteatur pro-
prio

prio ſacerdoti peccatum in genere, aduertatur ne ſacerdos ſcandalizetur, quo caſu tutius videtur, vt ſupra dictum eſt. Vltimo nota, q̃ de licentia presbyteri excommunicati licitũ eſt audire confeſſionem parrochiani illius licentiam dantis, licet ipſe presbyter excommunicatus committere ſeu delegare non poſſet, vt per Pet. de Palu. in 4.diſtin.23.quæſt.2. artic.2.in fi.

307 ¶ CIIII. quæro, an † parrochianus petendo licentiam debeat exprimere cauſam, quare vult ad alium accedere? Videtur, quòd ſi cauſa ſit honeſta non denigrans perſonam ſacerdotis vel ipſius famam, debeat illam declarare & ſpecificare, per no. per Inno. in c.licet.in ver.poſtulandum, de regu. & quod ibi per Fran.in 5.q.alias videtur, quòd nõ teneatur, & ſufficiat dicere, iuſta de cauſa hoc peto. faciunt no. per Pe. de Anch. poſt Ioan. And. in c.pia. in 7.notabili. de excep. li.6. & Fran. in c.ſuſpitionis. 2.col. de offi. dele. & in c.cum ſuper. eo.tit. facit glo. in c.1.in ver. litteras. de temp. ord. lib.6. facit ſupra q.83. poſt princ. & q.93. & q.proxima. Intellige tamen ſemper ſalua cõſcietia, i. q̃ nõ mentiat nec figmẽta querat, d. c.2. de temp. ord. & ſcãdalũ vitandũ eſt, de no. oper. nũciat. vt ex iniũcto. §. ſuper. & nemo ſe ipſum prodere tenetur cui nõ vult, iuxta no. 50. diſt. ex pẽnitentibus. facit gl. 30.q.1.omnis. ibi, ſed nunquid ſacerdos. & tex. in c.omnis. dum dicit, iuſta cauſa. quaſi dirigantur verba iſta ad ipſum parrochianum. & ad hæc vide no. per Nicol. in c.cum ad monaſterium. in fi. de ſta. mona. vnde curatus qualiter ſe habere debeat, cum ab eo petitur licentia alteri confitendi, an ſcilicet dare debeat vel negare, vide Pe. de Pa. in 4. diſt. 17. & in ſum. Fra. Ant. 3. parte. c. de confeſſoribus. ver. quomodo vel quando curatus &c. & vt dixi non ſufficit licentia petita, niſi obtineatur. non ob. c.licet. de regul. quia illud fauore religionis, per not. per dominum Fran. in c.tuæ. de cle. non reſi. per dominum Domi. in c.ſi religioſus. 2.col. poſt Ioan. And. de elect. lib. 6. Si tamẽ vellet confiteri religioſis, non haberet neceſſe hanc licentiam obtinere, s̃. q.92. & adde j̃.q.proxima. Vnum nota, q̃ in foro

308 † pẽnitentiali dantur iudices incerti, ſecus in foro contentioſo, de reſcrip. ad hoc: & per hoc habes, q̃ forus pẽnitentialis non ſequitur morem fori contentioſi, de ſpon. tuę. ſecundũ Doc. in c.ſi epiſcopus. de pę. & remi. lib.6. & ſi detur licentia eligendi confeſſorem, bonum eſt exprimere, quòd quotiẽſcunque voluerit confiteri poſſet ſibi eligere, ſecundum eum ibidem poſt Ioan. And.

309 ¶ CV. quæro, an ſit † neceſſarium, q̃ talis licentia ſponte concedatur? Videtur q̃ ſic, quia aliàs non dicitur licentia, vt no. 15.q.1.merito. in glo. arg. in fi. & quod not. Arch. in cap. quorundam. in ver. obtenta. de elect. lib.6. & in verſ. licentia. & quod no. ibidem in ver. certa. Similiter inuitus non poſſet

310 abſolui à peccato ſeu culpa: per quod patet, q̃ † ſacramentũ pẽnitentiæ non debet dari inuito, 23.q.5.placuit. ſecundum Imo. in cle.1.de pę. & remi. poſt doc. Item regulariter vbi requiritur licentia, non ſufficit tacitus conſenſus, per not. per Doct. in c.ſi abbatem. de electi. lib.6. & quod ibi per Arch. in ver. tranſeundi. & per Lapum allegat 86. hic autem ſufficeret

352 rum, si peccatum contra † naturam sit casus episcopalis, cùm sit peius adulterio & incestu, 32.q.7.adulterij.cum tribus capitulis sequentibus:& ideo episcopo reseruatur, quia episcopo prohibitum non reperitur, ar.no.50.dist.miror.& infra q. 7.§.nisi.& in c.at si clerici.de iudi.facit de exces.præla.clerici. & ibi ponitur pęnitentia canonica, vt dicit Host.in sum. de pęn.§.quæ pęna.ver.tertius.facit quod not.32.qõ.7.omnes. in gl.videtur.& in hoc peccato satis delinquunt clerici, secũdum Host.in sum.de exces.præla.ver.communiter.immo loqui de tali peccato polluit os dicentis, & aures audientium offendit, 32. qõ.4. in eo. & de solo tali peccato polluitur aer, de pœn.dist.1.sed & continuo.vnde dicit Guil. in suo aureo repertorio, de reg.pęnitentiæ.ꝙ peccatum sodomiticum excedit omne peccatum, facit 32.q.6.flagitia.& quod not.in c. 4.de rapto.vbi D.Nico.dicit, ꝙ abuti fęminis & masculis iudicantur a pari : & facit quod no.in dicto cap.omnis. Inde sodomitæ pessimi peccatores, Genes.c.13.& 19. post princip. & in lib.Iudicum, cap.19. Et ad illud de incestu, intellige ꝙ si fuit, ut supra incestus, Episcopus non dispensat nisi ratione iuuentutis, vt per Nico.in c.1.de eo, qui cog. Et scias quòd Hostien.in sum. ponit omnes prædictos casus, & addit, si Episcopus audiuit confessionem de aliquo peccato. Et idẽ dicit de alijs enormibus, quæ consuetudo generalis & specialis episcopis reseruat: de hoc etiam per Hostien.in sum.de pęn.& remis.§.cui confitendum.in 3.colum. Guil.Duran.in dicto suo aureo repertorio, in §.vt autem scias.in penult.colum.vltra prædictos casus addit hos, videlicet de verberantibus patrem vel matrem, deflorantibus virgines vi oppressas, vel seductas, de baptizantibus proprios filios sine necessitate, de tenentibus ad baptisma vel ad confirmationem proprios filios sine necessitate, de contrahente post votum castitatis, de symoniacis in quocunque genere, de fornicantibus cum iudæa vel sarracena, de concipiente filium ex adulterio, quando vir crederet suum, de procurante aborsum vel sterilitatem, de contrahente matrimonium cũ alio post sponsalia iuramento firmata, de contrahente cum baptizata ab eo, vel cuius confessionem audiuit, de vsurarijs, de celebrantibus in altari non consecrato, vel sine ornamentis, vel sine indumentis : de celebrante non ieiuno : In fine verò ita dicit : tot casus ponere nil aliud est quàm potestatem sacerdotum astringere : vnde breuiter dico sacerdotes omnia posse in occulto, quo ad forum pęnitentiale, quæ specialiter non sint in iure Episcopis reseruata, & quæ non sint ipsis sacerdotibus directe vel indirecte per aliquam consequentiam interdicta, de senten.excommuni.nuper.hoc tamen fa-
353 teor, quòd † vbicunque graue delictum fuerit vel enorme, superioris est iudicium requirendum, vel etiam propter casus nouitatem vel ambiguitatem. Idem etiam fateor de omnibus casibus, in quibus sic est in qualibet ecclesia consuetum, secundùm eum, qui tamen non videtur firmare. Et ad illud de fornicante cum iudæa vel sarracena, viderur puniri morte, 23.q.5.reos.§.item Moyses.sed certe non omnia in veteri testamento facta sunt trahenda in exemplum nostræ actionis, vt per Ioan.And.in c.vt inquisitionis.de hæreti.lib.6.in nouella, circa medium.& ibi per Pet.in 7.notabili. & secundum hæc, quod supradictum est de casibus episcopalibus, ꝓcedit etiam si crimina sint occulta, quia in foro pœnitentiali
354 † etiam de occultis iudicat ecclesia, de voto.per tuas.& notat Ioan.And.in c.ex parte.de cen.facit c.porro.de sen.excõmuni.& quod no. Arch.in c.cum quis. de senten. excommu. & Ioan.And.in cap.cum non ab homine.eo.tit.Nam in mortali etiam occulto requiritur contritio & sacerdotis reconciliatio, secundùm Ioan.And.in cap.a nobis.2.3.colum.eo.tit. & quia constitutio militãtis ecclesiæ adstringit delicta occulta, vt in c.fundamenta.§.si secus. & ibi Domi.de elect.lib.6. facit quod no.de immu.eccle.cle.vna.ad fin.& in clem.1.de hæreti. in ver.eo ipso. facit 16.q.6. presbyteri. & §.ecce. in princ.& in Spec.de dispen.§.iuxta.in 5. colum.ver. 18. & in repertorio aureo, in §.ut autem.ver.priuata autem, nisi in blasphematore, vt no.Io.And.in c.si episcopus.de pęn. & remis.lib.6.& in c.2.de male.& supra hac eadem q.circa princ. vnde Guil.de monte Lau.in clem.dudum.§.si vero.& refert
355 Fran.ibi in ver.ac deinde.6.q.de casib. † ẽpalibus dat versus:

Qui facit incestum, deflorans, aut homicida :
Sacrilegus, cleri percussor, vel Sodomita :
Transgressor voti, periurus, sortilegusque,
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppreßor, blasphemus, hæreticus, adulter,
Omnis pontificem super his obtentis adibit.

356 Et † ꝙ adulterium sit casus episcopalis, probatur in c.at si clerici.de iud.de casibus papalibus dicunt ibi Doct.ꝙ reuoluendo iura colligũtur, & quàmplures ponit Host.in sum.de renunc.§.propter conscientiam.& Spec.de dispen. per totum. & maxime in §.nunc de episcoporum.cum duobus §.sequentib.& in tit.de lega.§.nunc ostendendum.per totum.& ꝑ gl. in c.sicut.de excess.præla.& in cle.1.de priuil. in verbo, sedi Apostolicæ.& per Fran.ibidem in ver.quibus.11.notab.& ꝑ Archi.de re iud.c.1.in verbo, Pontificem.lib.6.& per gl.in c. ꝙ translationem.de offi.lega.& per Bald.in l.rescripta. C.de preci.Impera.offer. vbi ponit de suprema potestate domini Papæ: de quo ẽt no.in c.quanto.de transla.pla.& in d.§.nunc
357 ostendendum.vers.89. Et nota, quòd penitentiarij † Papæ non possunt absoluere a casibus apostolico reseruatis sine speciali commissione, de quo per Ioan.And.in c.ex multa. de voto.& de cle.excom.mini. clerici. super glos.secundùm D.Dñicum in c.1.ver.omnibus.de temp.ordi.li.6. Ad quod supra q.50.post prin.Et quod no.Frã.in cle.ne Romani. ver. eo ipso.6.q.de elect. Nec ẽt ab episcopis absoluere possunt fratres deputati iuxta formam clem.dudum.quia nec a reseruatis epo, vt per Imo.post Pau.in d.clem.23.colum.& in cle. 1.post princi.de priuil.per eundem. Et adde, quòd simplex sacerdos quandoque super enormibus penitentiam imponit, in illis videlicet de quibus de tempo.ordin.capitu.fina.

& per Ioan. And. in cap. Deus qui. de pœni. & remissi. Ex his
nota, ꝙ casus episcopales sunt quamplures, & non possunt
bene particulariter sciri: vnde bonum uidetur, ꝙ accipientes
ab episcopis auctoritatem audiendi confessiones faciant sibi
ab eis declarari, quos casus sibi reseruant, & ꝙ in alijs ge-
neralem auctoritatem concedant absoluendi: & quia differt
358 absolutio † a dispensatione, si uolunt super aliquo uoto vel
alijs posse dispensare, de his faciant fieri specialem mentio-
nem, uel ꝙ auctoritate episcopi possint dispensare super om-
nibus ad forum pœnitentiæ pertinentibus, secundum fratrẽ
Nico. osim. ubi s̃. ad hoc j̃. quæst. 116. Et sic licentia apostō-
lica, ꝙ posit quis absolui a casibus papalibus, non trahetur
ad dispensationem super irregularitate & similibus, per not.
in cap. clerici. de cleri. excommunica. mini. & in Spec. de di-
spen. §. nunc de episcoporum. penul. colum. facit c. 1. de sent.
excommu. in 6. cum simi. vnde videtur, quòd nullo casu re-
seruato posset episcopus indefinite omnes casus concedere,
per not. per Pet. de Ancha. in cap. si episcopus. in secũdo no-
tabili. de pen. & remi. libro 6. & per cle. de sepul. §. per huius-
modi. facit de iureiuran. cap. 1. libro 6. & quod ibi per Pet. in
6. notabili. & quod not. dominus Franc. in cap. magnæ. in vl-
timo contrario. in fine, de voto. & in cap. ex multa. in fine
principij. eod. titu. & quod not. Pet. in cap. 2. in 3. quæstio. de
offi. vica. lib. 6. & in legenda sancti Andreæ in 9. colum. dum
dicit, mandat episcopus ut suo pœnitentiario confiteatur,
cui plenitudinem tradiderat potestatis. Ad hoc s̃. quęst. 101.
& non obstat §. quæsitum. ff. si quis caut. vt ibi per Ange. in
359 medio & in fine suæ lecturæ. Item in casibus episcopo † re-
seruatis non potest Archipresbyter absoluere sine commis-
sione episcopi, Ioan. Andr. in cap. officium. de offic. Archi-
presby. Quare autem superiores retinent sibi aliquos casus,
dicit Laud. quòd primo hoc faciunt propter imperitiam in-
ferioruṁ, propter quam in arduis causis volũt meritò ad ip-
sos haberi recursus, de pœni. & remission. omnis. Item quia
sunt quidam, quos non odium criminis sed timor infamatio-
nis, amissio ꝓprij gradus accessum ad pœnitẽtiam arcebãt,
& vt superiores sui tales cognoscant in propria persona, uo-
lunt audire eorum confesiones, ut magis grauentur, & ipsi
cognoscant quanta fides eis super illa contritione est adhi-
benda, & ideo subtrahunt eos ipsis inferioribus. 50. dist. quo-
modo. dũ tamẽ ipse sacerdos rite ordinatus sit, & nulla cau-
sa ecclesiæ ligatus & canonice institutus: & licèt tantæ uirtu-
tis sit character simplicis sacerdotis, sicut & episcopi, 16. q. 1.
§. ecce. & olim idem erant presbyter & episcopus, 96. distin.
olim. tamen possunt superiores inferiorum presbyterorum
potestatem restringere, subtrahendo & sibi casus retinendo,
vt per Guil. de monte Laud. in suo sacramentali in Rubrica
de baptismo. in 3. colum. facit, quia prælatis dicitur prouer-
biorum, 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque
greges considera: vt dicit Domini. in c. si episcopus. de pœn.
360 & remi. lib. 6. Adde, ꝙ in casu necessitatis † quilibet sacerdos
est summus pontifex quo ad potestatem ordinis & iuris-
dictionis, sic. s. ꝙ possit absoluere a vinculo & peccato quan-
tum Papa, licèt non possit dare indulgentias sicut Papa, se-
cundum Pet. de palu. in 4. dist. 24. quęst. 6. in 2. colum. & per
Guil. duran. vbi supra ad fin. qui dicit, ꝙ in necessitatis ar-
ticulo in prædictis casibus & alijs & sibi aliàs non concessis
potest per sacerdotem quilibet absolui, vt 26. q. 6. cap. si. cum
simi. Etiam absoluit ab omni sententia, de senten. excommu.
non dubium. & cap. quamuis. & de pœni. dist. 1. quem pœni-
tet. & 26. quæst. 6. cap. 1. 2. penult. & vltimo. & not. de offi. or.
pastoralis. glo. 5. & in clem. 1. de priuileg. in glo. nisi: & quod
ibi per Frãc. 2. colum. nisi in executione ordinis fuerint im-
pediti sacerdotes, vt in Specu. de sent. §. vt autem. vers. illud
quoque notandum est, & ad istud si sacerdos sit excommu-
nicatus, uide s̃. quæst. 90. & per Pet. de palu. in 4. distin. 24. q.
6. 3. colum. & dist. 25. q. 1. ad finem, vbi omnino videas.
361 ¶ CXV. quæro, iuxta proxime dicta, an incestus † spiri-
tualis sit casus episcopalis, vt quia non cũ consanguinea car-
nali, sed spirituali committitur? Videtur ꝙ non, ar. 30. q. 3. c.
1. & sentit Archi. 35. q. 3. coniunctiones. Nam incestus com-
mittitur cum consanguinea vel affine, 35. q. 3. de incestis. &
not. C. ad l. Iul. de adulte. in Rubrica, facit quod no. Arch. 30.
q 1. si quis sacerdos. super ver. adulterium. & facit ea. quæs. c.
omnis. & 33. quæst. 2. si quis cum matre. & quod not. Archi.
35. quæst. 1. cap. 1. & quæst. 3. coniunctiones. in contrarium,
quod not. Ioan. de lig. post Doct. in cap. 1. de eo qui cogno.
dicens, quòd dicitur incestus spiritualis. Ad idẽ notat Hosti.
in sum. de pœni. & remi. §. quæ interrogationes. in 4. colum.
ibi, commisisti incestum. vbi dicit, quòd incestus committi-
tur, vbi cognoscitur consanguinea uel affinis carnalis vel
spiritualis: vnde & ad religiosas personas extenditur, secun-
dum Host. Sed Pet. de palu. dicit sic: Septima conclusio, quòd
cognoscere cognatam suam legalem vel spi ritualem, vel ad
quam est publicę honestatis iustitia non est proprie incestus,
quia incestus non est nisi cum uera cognata vel affine. Sed
Papa vel Imperator non potest facere, quòd sit cognatus
vel affinis, qui non est, quia ista sunt iura sanguinis, quæ mu-
tari non possunt: sed licèt non sit incestus, est tamen spiritua-
le peccatum inobedientiæ ad ecclesiam. Item pari ratione nõ
est incestus, nisi in gradu prohibito lege naturæ, a qua est so-
la consanguinitas uel affinitas vera secundum Pet. de palu.
in 4. di. 42. quæst. 1. in fin. fac. quod dicit Imo. in simili in cle.
1. de offi. ordi. penul. colum. & in cle. fin. in fin. de hære. Pro
opinione canonistarũ facit, quia proximitas spiritualis ma-
ior est carnali, vt in Spe. de rescrip. præsenta. §. ratione autẽ
impetrantis. circa princip. Item spiritualia sunt dignora tẽ-
poralibus, vt per Host. in sum. de maiori. & obedien. §. quis
cui. Item sunt fortiora carnalibus, Hosti. in sum. de transla.
episcopi. §. cuius. circa medium. & in sum. de ser. non ordi §.
qualiter liber. propter quod videtur, quòd committatur in-
cestus spiritualis, & sic sit casus episcopalis pro hac parte, qui
similiter committitur cum moniali tãquàm sponsa Christi,
qui est pater omnium, 12. quæst. 2. qui abstulerit. & sic cum
affine spirituali, vt not. 27. quæst. 1. uirginibus. facit glo. in l.
2. in uerbo, filij. de episco. & cleri. facit de cogna. spirituali.
cap. 1. in uer. spiritualem. in princ. libro 6. & quod no. in cap.
cum causam. glo. penult. de rapto. & quod not. 20. quæst. 3.
in summa. & 81. dist. ministri. & quod not. Archi. 33. dist. eos
qui. in fin. facit optime 35. quæst. 7. cap. vno, iuncto rubro, &
quod not. Archi. 33. quæst. 2. si quis cum duabus. in fin. iun-
cto cap. si quis cum matre. ibi, posito. ubi dicit Archi. hic po-
nitur octaua pars quæstionis, in qua probat, quòd omnes in-
cestuosi &c. vnde cum in illa 7. parte sit situatum dictum c.
si quis cum matre. ergo cũ cognata spirituali cõmittitur in-
cestus: facit 35. quæst. 3. de incestis. 27. quæst. 1. quę Christo.
& in Specu. de cogna. spiritu. in princip. & idem videtur de
incestu legali cum cognatis adoptiuis, ff. de adopt. & Institu,
eodem titu. per totum. & ita in ecclesijs de dicto triplici in-
cestu tenetur & obseruatur, quòd ad episcopum absolutio
pertineat, facit j̃. quæst. 147. ante finẽ. Sed in adulterio & in-
cestu simul non uidetur, quòd episcopus posit dispensare
& absoluere, per not. per Anton. de Butrio post Ioan. Andr.
in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. Sed contra credo,
quòd posit, per not. per Ang. in l. quædam. §. nummularios.
ff. de eden. & Pet. de Ancha. in c. mandato. 2. quæst. de præ-
ben. lib. 6. ubi allegat Bart. & Doct. in l. 2. in princip. de ver-
borum oblig. & per eundem Pet. in cap. cum illis. ante finem
de preben. libro 6. & per Anto. de Butr. in cap. per venerabi-
lẽ. 23. col. qui filij sint legi. & satis est, quòd non reseruatur
Papę per no. in dicto §. de adulterijs, vbi hoc sentit Nico. &
videtur casus in cap. cum dilectus. lo 2. de purga. cano.
& quod ibi per Ioan. Andr. & dominum Nico. circa princip.
facit s̃. quæst. 64.
362 ¶ CXVI. quæro, si episcopus committit † alicui vi-
ces suas circa confesiones audiendas, nunquid talis po-
test circa casus maiores & episcopales. Respondeo, non po-
test nisi expresè ei committat, extra de regulis iuris. in ge-
nerali. & de pœniten. & remi. si episcopus. libro 6. is quoque,
cui commissum est, non potest committere alteri, extra de
offi. delega. quoniam apostolica. in fine. secundum Pisa. in §.
confessor. 1. Idem in summa confessorum, libro 3. titu. 34. q.
51. & intelligas, quòd non potest de iure communi, secus qn
exprimitur quòd posit, argum. extra de offic. delega. is cui.
libro 6. & per ea quæ ibi not. Ioan. And. secundum Fratrem
Nico. in add i. Item talis non dispensat in irregularitatibus,
in quibus poterat episcopus, notat Ioan. And. in cap. clerici.
ante finem. de cle. excommuni. ministran. Sed quid si dicat
episcopus, Committo vobis auctoritatem meã in foro pœ-
nitentiali, ut positis absoluere in omnibus casibus, in qui-
bus possum. Respondeo secundum glos. Ray. & in summa
confessorum, eodem titu. quæstione 52. licèt qui omnia di-
cit nihil excipiat, 19. distinctio. si Romanorum, non ta-
men est tutum propter huiusmodi commissionem gene-
ralem vsurpare ea, quæ a iure specialiter episcopo sunt
reseruata, nisi certũ sit, quòd huiusmodi episcopus propter
huiusmodi

huiusmodi verba generalia intenderit committere specialia,
& tamen quæ in synodo sua Episcopus reseruare consueuit,
satis credo ꝙ per huiusmodi generalia verba debeant intelli-
gi esse commissa: absolutiones tamen excommunicationũ, q̃
fiunt a sacerdotibus pro furtis & damnis, quorum ignoran-
tur auctores, cùm non solum pertineant ad forum pęniten-
tiale, sed quo ad quid spectant ad forum contentiosum, non
sunt intelligendæ delegari per huiusmodi verba generalia,
& multo fortius nec absolutiones eorum, quæ in forma iudi
cij excommunicati sunt pro contumacia, aut pro re iudica-
ta, aut pro offensa, quantumcunque etiam generaliter Episco
pus committat vices suas quo ad forum pęnitentiale alicui,
non propter hoc ille sine speciali mandato debet mutare vo
ta, aut relaxare iuramenta, de quibus certum est, quòd pos-
sint, vel de quibus est dubium, an possint licite obseruari: li-
cèt de transgressione voti iam facta & de periurio possint
pęnitentiam iniungere, secundùm gl. Et subdit in dicta q. 52.
in huiusmodi ergo confessor in dubio nõ procedat, sed a suo
Episcopo certificetur in speciali, in quibus casibus vult sibi
committere auctoritatem suam, & in quibus non, satis vide-
tur posse dici quod huiusmodi concessio sic generaliter acci
363 pienda sit sicut sonat. Nam verba † generalia generaliter sunt
accipienda, 1. q. 1. sunt nonnulli. & extra de pęnit. & remiss.
ne pro dilatione. & extra de decimis. ad audientiam. præser
tim in fauorem salutis animarum, quo nihil est fauorabilius,
24. q. 3. si habes. & dicto cap. ne pro dilatione. nisi forte fuis-
set aliquid tale, quod non fuisset delegans verisimiliter in
specie concessurus, extra de regul. iur. in generali. lib. 6. quæ
autem sint ista, cùm sint indeterminata, satis videntur relin
qui iudicio discreti iudicis & confessoris, de offic. delega. cap.
de causa. ad hoc supra q. 113. ante finem. secundùm fratrem
Nico. Osim. in additio. quo ad primum quæsitum concordat
Host. in summa, de pęn. & rem. §. cui confitendum. ver. quid
si quis Episcopus. vbi dicit, ꝙ si Episcopus commisit alicui
generaliter vices suas non ad pœnitentias iniungendas, talis
non habebit potestatem in casibus episcopalibus, quia in ge-
nerali mandato &c. quod sequitur Pet. de Anchara. in cap. si
Episcopus. eod. tit. lib. 6. Quo ad secundum quæsitum pro
opinione fratris Nicolai faciunt, quæ dixi in dicta q. 114. an-
te finem. facit, quia satis est habere mentem verborum, not.
Io. An. in c. consuluit. de ser. non ordi. & in c. inter corpora-
lia. in verbo, expressam. de transla. præla. & per Bal. in l. edi
364 ta. in 24. colum. C. de eden. Item verba † generaliter prola-
quandoque referuntur ad casus specialiter enumeratos, not.
Archi. in c. detestanda. de conce. præben. lib. 6. & quia vbi nõ
esset clarum de intellectu debemus verbis inhærere, notat
Archi. in c. cupientes. §. ad hoc. de electi. lib. 6.
365 ¶ CXVII. quæro, quid † agendum, cùm quis habet aliqua
peccata, a quibus ille, cui confitetur, non potest absoluere.
Respondeo, secundùm Thomam in quodam quolibet, sacer-
dos non absoluit aliquem, nisi qui diuinitus creditur absolu-
tus, secundùm Pisa. in §. confessor. 1. vel etiam de quo dubi-
tatur, nec dubitationis facile possit habere certitudo si pœni
tentiam petat, de pęn. dist. 7. si quis positus. secundùm fra-
trem Nicola. in addit. Sed postquam a Deo est absolutus, te-
netur adhuc ecclesiæ confiteri, & quia dispensatio absolu-
tionis non est tota commissa minori, tenetur totum confite
ri ei, & ipse debet absoluere ab omnibus, & quibus potest:
deinde tenetur eum remittere superiori de residuo absoluẽ-
dum, ar. 33. q. 2. latorem. & extra de pœni. significauit. Idem
in summa confessorum, eo. tit. q. 78. secundùm addit. post Pi-
sa. cæterum si inferior de facto absoluit, ponit idem Thom.
ꝙ non credit eum absolutum, tamen excusatur per ignoran-
tiam iuris, non autem sacerdos, cui hoc ius ignorare non li-
cet, secundùm Pisan. Idem in sum. confesso. eo. tit. q. 74. Sed
certe posset esse, ꝙ quandoque minus excusaretur confitens
quàm confessor, cùm confessor non teneatur scire omnes ca
sus, immo in communi nec multum subtilia, vt no. in sum.
confesso. lib. 3. titu. 5. q. 3. & vnusquisque magis obligetur
366 † proprię saluti quàm alienæ, de pęn. dist. 3. qui vult. secũdùm
367 fratrem Nico. in addit. Quid si confitens † sit excommuni-
catus, & non possit absolui a suo confessore, nunquid ab-
soluet eum ab alijs peccatis? Respondeo, secundum Thom.
in 4. distin. 18. sacerdos nullum excommunicatum absolue-
re potest a culpa, nisi absolutus sit prius ab excommunica-
tione, quia excommunicatus non est particeps sacramen-
torum ecclesiæ: quid ergo si non potest haberi recursus ad
eum, a quo fuerat absoluendus? vide in Pisan. in ver. abso-
lutio. 4. secundùm Pisa. in §. confessor. primo. frater Nico. te-
net, ꝙ si confitens sit bene dispositus ad petendum absolutio-
nem ab excommunicatione, possit per prius absolui a pecca-
tis: Est enim excommunicatus capax pęnitentiæ & absolu-
tionis: & ideo si est bene dispositus, potest a peccato absol-
ui, licèt confessor non teneatur absoluere a peccatis ante ab-
solutionem excommunicationis, nisi ex hoc maxime damni
ficaretur: regularius tamen fit, si absoluitur primo ab excom
municatione, & postea de cęteris peccatis, cùm excommu-
nicatio sit fortius vinculum, & hoc seruant quidam confes-
sores. Sed prius dicta sententia benignior est secundùm eum
in addit. vbi latius loquitur: communior tamen opinio &
regula tenenda est, si teneatur quòd propter huiusmodi ab-
solutionem a peccatis fieret negligentior ad petendum abso
lutionem ab excommunicatione, secundùm eundem. Si er-
go confessor inuenit pęnitentem ligatum aliquo casu, a quo
absoluere non possit, debet absoluere ab omnibus, a quibus
possit, & remittere ad superiorem de illo absoluendum, vt
not. de pęn. distin. 1. mensuram. §. non ita. in glo. in casibus. &
per Host. in sum. de pęn. §. cui confitendum. in 3. colum. ibi,
sic sunt. Et dicit, quòd ideo dictum fuit leproso mundato a
Domino Matthæi, 8. Ostende te sacerdoti in casibus, scilicet
suis inferiori. vnde cùm postea absoluit Episcopus de eo, ꝙ
sibi retinuit, hæ duæ particulares faciunt absolutionem in-
tegram, & vna est præparatoria ad reliquam, secundùm glos.
Ray. in sua sum. lib. 3. in ti. de excommunicatione. super ver.
sed nunquid. in verbo, ad illam &c. erit ergo vna perfecta ab
solutio, ut per Pet. de Palu. in 4. distin. 23. q. 1. arti. 3. conclu-
sione. 2. & sic non habet amplius ad primum confessorem
redire, a quo fuerat absolutus a casibus a quibus absoluere
poterat presbyter ille, secundùm Docto. Si tamen Episco-
pus concessisset huic presbytero casus suos, absoluet etiam
ab isto, supra q. 116. Si autem inuenit ipsum excommunica-
tum, debet prius absolui ab excommunicatione, & postea cõ
fiteri sacerdoti, seu postea ab illo absolui a peccatis suis, quia
alias absolui non posset tanquam priuatus participatione sa
cramentorum, de cleri. excommu. ministran. c. fi. & quod no.
in c. ex parte. de offic. ordi. ad hæc supra q. 54. post medium.
& nota, ꝙ excusatur pęnitens in illo, in quo absoluit confes-
sor non valens propter ignorantiam facti, vt in summa An-
to. in c. de confessoribus. Ad hoc supra q. 43. & facit infra q.
128. ante finem.
368 ¶ CXVIII. quæro, nunquid vnus † sacerdos possit audi-
re & alius absoluere. Respondeo, secundùm Guil. non, quia
sacramentum pęnitentiæ diuidi non potest, sicut nec alia sa-
cramenta ecclesiæ, 23. distinct. quorundam. Idem in summa
confessorum, lib. 3. titu. 34. qõ. 77. secundùm fratrem Nico.
Osim. post Pisa. in §. confessor. 1. facit quod not. in c. ꝙ sicut.
in verbo, diuidatur. in fine. de electio. & intellige etiam si
ambo presbyteri essent parrochiales illius, vt per Pet. de Pa
lu. in 4. distin. 21. circa princip. & fratrem Anto. in sum. c. de
confessione. ver. quinta conditio confesionis est. ad hoc s̃.
q. 36. vide infra qõ. 157. vnde ab eodem sacerdote præsente
impendi debet absolutio non per litteram, secũdùm gl. Ray.
& in summa confessorum, d. q. 77. ad hoc supra q. 37. & infra
q. 128. in fine.
369 ¶ CXIX. quæro, vtrum sacerdos † posit absoluere illam,
cum qua peccauit. Rñdeo, ſm Guil. non debet, quia tollitur
ei erubescentia, quæ est maxima pars satisfactionis: vnde de-
bet eam remittere ad alium sacerdotem, sicut not. Hug. 30.
q. 1. super c. omnis. & ibi no. & in sum. confess. eo. titu. q. 66.
& idẽ de omni peccato, in quo sacerdos fuit consentiens vel
cooperator. Si tñ in his casibus absoluit, valebit absolutio, cõ
cor. Tho. in 4. dist. 18. Idem in d. q. 66. vbi addit ſm eundem
Guil. nec est contra, ꝙ Episcopus non posit dispensare in sy
monia cum eo commissa, quia dispensatio est dignitatis, abso
lutio necessitatis, & ideo non tã facile amittit qs ptãtem ab-
soluendi, sicut dispensandi, ſm fratrem Nic. post Pisa. vbi s̃.
concordat in effectu Archid. in d. c. omnis. & Io. And. in c. 2.
de ordi. ab episcopo. & infra q. ꝓxima. & adde no. in Specu.
de lega. §. nunc ostendendum. versicu. 23. in fine. ibi, quod
autem dixi intellige, si sit vere pęnitens: secus si eligeret il-
lum, quia particeps fuit, ad hoc textus cum glosa, 39.
distinct. in princip. vt dicit in simili dominus Nicol. in di-
cto cap. omnis. 3. columna, vt quia forte alteri non diceret,
supra quæst. 99.
370 ¶ CXX. quæro, nunquid † sacerdos orientalis audiet con-
fesionem suæ vxoris & ipsam absoluat. Rñdeo, honestius

& tutius est,quòd illa ab alio accipiat pœnitentiã, quia plus verecundabitur coram alio, & quia marito forte non confiteret peccata,quod marito displiceret in vxore, vtpote fornicationem siue adulterium, tamen talis sacerdos potest dare ipsi mulieri pœnitentiam,cùm sit eius parrochiana,secundum glo.& Arch.30.quæst.1.omnis.ad quod s̃.quæst.proxima.& in summa confessorum, eod.tit.quæst.66.si tamen esset de generatione græcorum, uide s̃.q.48.licèt ergo vxor effecta sit vna caro cum viro,27.quæst.2.sunt qui.nihilominus absoluitur realiter a uiro, licèt honestius sit quòd alteri confiteretur. Similiter & filius licèt vna persona reputetur cum patre,l.fin.C.de imp ub.& ali.substitu.

371 ¶CXXI. quæro,quid agendum † confessori,si credit ꝙ confessus non faciet pœnitentiam, aut aliud quod promittit.Respondeo secundum Guil.non debet propter hoc exigere promissionem seu uotum uel iuramentum, sed sufficit si dicat se habere propositum faciendi, & sic debet absoluere simpliciter & sine contradictione, facta tamẽ protestatione, si suspectus habetur,ꝙ si non restituet quod abstulit, aut non faciet aliud, quod iniungitur,fructu confessionis carebit.Idem in summa confessorum,libro 3.titu.34.quæst.136.

372 Excipiuntur excõmunicati,qui † iurant, vt in Pisa.& ꝑ fratrem Nic.in addi.in §.confessor.2.no.ergo habes vnũ casum de excommunicato, qui non solum iurat, sed etiam antequam absoluatur prius satisfacere debet, quando est excõmunicatus pro notoria seu manifesta offensa, vt in cap.solet. de senten.excommuni.lib.6.& est singulariter expressum in multis excommunicationum casibus, sicut illos discurrenti potest patere.similiter etiam in alijs casibus a iure expressis, vt dicitur in dicta quæst. 136.licèt ibi specialiter non ponũtur.vnde secũdus post prædictũ est in incendiario, qui iniuste proximum damnificat in incendendo seu incendi faciendo,vel hoc facientibus auxilium seu consilium in his dando. Nam & hi nõ videtur debere absolui nisi prius satisfecerint, 23.quæst.8.cap.pessimam. vbi etiam ꝙ iuret ulterius ignem non appositurum &c. Tertius uidetur contra mutilantem proximum seu mutilari facientem, 24.q.6.si quis membrorum.Quartus est contra manifestos raptores & ecclesiæ violatores,qui nec absolui debent nec ad pœnitentiam recipi in vita uel in morte,nisi prius satisfecerint &c.de rapto. super eo.Est tamen aduertendum secundum Host.& in sum. con. libro 1.titu.16.ꝙ prædicta intelliguntur, quando raptor seu ecclesiæ uiolator fuit monitus de restituendo, & post admonitionem diu in contumatia perseuerauerit, aliàs dicta pœna non obtinet,vt in cap.fin.de sepult. & de rap.in litteris. Quintus est cõtra manifestos vsurarios, qui nec absolui nec ad confessionem admitti debẽt,nisi prius &c.de vsuris, quãquàm.libro 6.Sextus videtur contra sacrilegum, scilicet qui aliquid abstulit de loco sacro, seu qui iniuriatus est personis ecclesiasticis,qui non uidet absoluendus, si admonitus prius non satisfecerit,17.quæst.4.si quis inuentus.vt ibi dicitur secundum fratrem Nico.in addi.& istos casus ponit glo.11.q. 3.cum aliquis.& de purg.cano.c.inter.in uers.adiuret.& adde j̃.q.139.faciunt no.per Ant.de Bu.in c.2.q cle. vel vouẽ.

373 ¶CXXII. quæro,an confessor † teneatur ad memoriã confitenti reducere peccata quæ audiuit vel scit eum commisisse. Respondeo, secundum Gui.si scit vel habet probabilem opinionem, debet ei ad memoriam reducere, quia timere potest ne confitens super hoc crassam habeat ignorantiam,vel ꝙ non adhibeat debitam diligentiam,scilicet ad recolenda peccata sua,vt in sum.con.libro 3.titu.34.q.85.vbi hæc notantur secundum fra. Nic.post Pisa.& ut pœnitẽs bene recordet de peccatis suis,consideret & distinguat diuersa tempora ipsius, diuersa loca, diuersos status,diuersa officia,& de simi.facit supra quæst.113.in fin.& q.40.

374 ¶CXXIII. quæro,an † confessor teneatur in aliquo pœnitenti.Respondeo,bonum est,ꝙ in aliquo releuet pœnitentem,& cum eo onus pœnitentiæ portet, de pœni.dist.6. c.1.uer.cognito,s.compatiendo, orando pro eo,& etiam ieiunando: ad hoc .dist.50.põderet.& in aureo repertorio de reg.pœnitentiæ.ad fi.& debet condescendere peccatori per compassionem & misericordiam, secundum Archi.in d.ver. cognito.qui etiam dicit de pœn.di.1.serpens.post medium. ꝙ sacerdos discretus dẽt compati pœnitẽti & onus pœnitẽtiæ secum portare,& in omnib. quibus potest cõsolari & adiuuare,de pœ.di.6.q vult.s̃m Hug.& per Ho.in sum.de pœ. §.2.quo tenet.ver.2.tenet.& uer.sed & tenetur.& uer.fin.& econuerso ad quid teneat pœnitens confessori, vide per eũdme in sequenti §.vbi inter alia concludit ꝙ non tenetur, cũ confitetur aliquid de necessitate offerre presbytero etiã nõ parrochiali rõne confessionis seu pœnitẽtiæ, vt ibi latius: ad quod s̃.q.113.in fi.Inde textus in d.c.omnis.dicit, ꝙ sacerdos ꝓcedat more periti medici,i.vt paulatim medicina adhibeatur:Nam in multo contristatur natura, mediocri autẽ gaudet,vt per Archi.de pœn.di.1.medicamentum. & dicuntur medici animarum,ut ibi,& in c.cum infirmitas.de pœn.& remi.& tenentur pœnitentibus ad curam & diligentiam sicut & medicus carnalis,secundum Hosti.& Doct.in c.2.de cle. non ordi.mini.Item tenetur docere eum formam confitendi,vt dictum est supra q.113.ante finem.

375 ¶CXXIIII. quæro, si sacerdos † habeat aliquos parrochianos surdos,cęcos,mutos, vel furiosos, vel demoniacos,& similes,quos scit esse in peccato mortali, quid faciet. Rñdeo,secũdum Ray.debet facere posse suũ, vt inducat eos ad pœnitentiam,s̃m ꝙ est posibile, ꝙ si non posit proficere,oret & faciat orari,vt Deus illustret corda eorum. de cõsec.di.4.c.solet quæri.s̃m Pisa.idem in sum.con.eo.tit.q.88. ubi etiam dicitur,ꝙ licet sacerdos faciat nunc posse suum,tñ est casus,in quo non excusatur,videlicet si negligentia sua ꝑcessit huiusmodi casus:hæc ibi secundum fratrem Nic.& est sciendum, ꝙ furiosis seu amentibus in mortali existentibus nullum potest dare remedium, nisi reuertantur ad mentem, quia ipsi & dormientes ęquiparantur,& intelliguntur perseuerare in eadem volũtate & statu, quo erant immediate ante dormitionem uel amentiam, quousque dormientes existunt seu amentes, extra de bap.maiores.ad fi.ideo nõ restat pro eis nisi oratio,secundum fratrem Nic.in addi.& facit j.§. proxi.q.111.& ꝙ negligentia faciat aliquem teneri, vide no. de offi.Archi.ea.quæst.& qñ iudex dicat negligens, ꝑ Arch.

376 in c.1.glo.2.de iniurijs.lib.6. & negligentia † in prælato est peccatum mortale,not.in d.c.ea. q̃.& per Franc.in c.excommunicamus.in fin.de hære.& per Ioan.And.in cap.inter cętera.circa fin.de offi.ordi.& not.quòd paria sunt,lente & negligenter,Archi.in cap.cum plures.ad fin.de offic. delega.& adde j̃.quæst.proxima.

377 ¶CXXV. quero, quid agendum sit † per sacerdotem, cum uidet parrochianum publice peccare.Respõdeo, primo debet ipsum monere & inducere ad contritionem declarando illi,quòd cogitet commissa per eum,& similia, de quib.s̃. q 45.Item pudorem de peccatis cõmisis. Item detestationẽ peccati, propter cuius uilitatem ipse peccator factus est vilis & abiectus.Item timorem diei iudicij & pęnę gehennę. Item ammissionem patriæ cęlestis, & de multiplici offensa creatoris:& de spe veniæ, prout dictũ est s̃.q.45.& j̃.q.139. Non enim desperandum est de venia,ut fecit Cayn, qa plus potest Deus dimittere quàm homo peccare, nec est cũ Origene nimis præsumendum de Dei misericordia, si ita granum,i.animam uel cogitationem inter duas molas has,s.timoris & misericordiæ conterendum est,ut ex farina sic trita barutello discretionis mundata, aqua lacrymarum cõmixta, bonum panem & delectabilem in clibano cordis igne charitatis decoctum paremus & offeramus hospiti nobiscum cenare cupienti,ut per Host.in sum.de pœn.& remi.§.quibus. & in §.qualiter sacerdos.Si autem nec sic proficit, & parrochianus adhuc non vult confiteri, & publice peccat,& nullo modo induci posit, debet sacerdos præmissa monitione eũ excõicare uel superiori denunciare,32.q.5.præceptum.Et si habeat odium ꝗ fratrem debet eum ad pacẽ faciendã compellere,90.di.placuit.& c.si quis ꝓtristatus.22.q.4.qui sacro, debet etiã compellere ipsum ad pniam agẽdam de periurio, fornicatione,& alijs criminibus,de spon.ad audiẽtiam. in fi. & si inobediens fuerit, expellatur ab ecclesia, nec postea de facili admittatur, 11.q.3.qui iubente. latentia vero delicta vindictam non habent.22.q.5.c. Christiana.6.q.1.si omnia. de symo.sicut.1.in fi.vnde in foro pœnitentiali nõ cadit absoluta cõpulsio,no.Arch.in c.si pauper.de præben.lib.6.nisi publice peccaret, qa tũc posset sacerdos inuocare brachium seculare, ut per Io.And.in c.omnis.de pœn.& re.in 5.col. & vide eũ in 3.col. Verùm circa hanc compulsionẽ parrochiani doctrina Aug.& Gregorij est sequenda,s.quòd primo arguet oportune,s.ammonẽdo & corripiendo: secũdo importune suspendendo & interdicendo: tertio crescente contumacia excommunicando,23.quæstione 4.ita plene.& cap. forte. & 3. distin. sit rector. Sin autem hoc commode fieri non posit, forte propter multitudinem uel potentiã horiminũ,admoneat eos uerbis & terreat quãtũ poterit,& faciat quantum

quantum in se est, quicquid possit, & sic liberabit animam suam dicens cum Apostolo, Mundę sunt manus meæ a sanguine osum vr̃m,83.dist.Ephesis.87.dist.quod attinet.& 23. q.4.displicet.secundùm Host.in d.§.qualiter. & ad hoc vltimum vide in sum.per eundem in tit.de renunc.§.cui.ver.gra ue scandalum.& sequentibus.

378 ¶CXXVI. quæro,vtrum liceat sacerdoti † inquirere a cõfitente specificationem personæ,cum quia peccauit.Respondeo,secundùm Ray.sicut confitens non debet specificare nisi vt dr̃ s̃.q.35.ita nec sacerdos debet interrogare, nisi vt ibi dr̃.Idem in sum.ꝓfes.eo.titu.q.87. secundùm fratrem Nico. post Pisa.in ver.confessor,secundo. ad hoc infra q.proxima. & d.q.25.& vide omnino infra q.165.ad fi.

379 ¶CXXVII. quæro, an † interrogationes sint faciendę in confessione. Respondeo, secundùm Ray.ꝙ sic, dũmodo discrete fiant,de quibus habes plenè de pœn.dist.5.c.1.& dist.6. c.qui vult.in prin.& vltra medium.& extra de pœn.& remis. omnis.§.sacerdos aũt.& debent esse interrogationes principaliter de septem vicijs capitalibus,quæ sunt Superbia,Auaritia,Gula,Luxuria,Inuidia,Ira,& Accidia,s̃m Pisa.prędicta plenius dicunt in sum.ꝓfes.lib.3.tit.34.q.83.& nõ solũ interrogationes sunt faciendæ de his vicijs, sed ẽt de articulis Fidei, & de sacramentis Ecclesiæ, & de præceptis decalogi, & de operibus charitatis, & de peritia confitendi, & de multis alijs, & de circunstantijs eorum,quæ sunt,quis,quid, vbi, ꝑ quos,quotiens,cur,qũo, qñ, de quibus circunstantijs clarius dr̃ in d.q.83.& s̃.q.60.& q.113.in fi.secundùm fratrem Nic. in addi.& de interrogationibus habes s̃.q.38. & de istis circunstantijs considerandis & de cautelis pœnitentis de pœn.

380 dist.5.per totam.& dist.6.in princ. dicuntur † autem circunstantiæ illæ, de quibus substantia facti circuitur, & ad factũ circunstant,ut patet in cle.constitutionem.de elect. & debẽt fieri discrete,de pœn.dist.6.post prin.& ibi no.in gl.ar. ꝙ specialiter.vbi ẽt tex.dicit sic: Diligens igitur inquisitor,subtilis inuestigator,sapienter,& quasi astute interroget a peccatore,qd̃ forsitan ignorat,vel verecundia velit occultare &c.facit de homi.ex litteris.1.& quod ibi per Io.And. & de his interrogationibus plene in sum.Asten.lib.5.titu.17. & in sum. Ant.c.de ꝓfessione.ver.octaua ꝙ sit fortis. & in c.de bonitate ꝓfessoris.& per Host.in sum.§.quę interrogationes.vbi ẽt de interrogationibus faciendis circa peccata mortalia:de q̃bus peccatis mortalibus no.in c.4.de consti. & in repertorio aureo Spec.de reg.pœnitentiæ iniungendæ.§.scire etiam debet,circa prin.quæ sub hoc verbo,saligia,ꝓtinent.vñ versus.

Vt tibi sit vita semper saligia vita.

videlicet,Superbia,Auaritia,Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, & Accidia,siue tristitia,i.tædium boni:ad quod s̃.qõ.66. vnde 386
Laud.in sacramentali in Rub.de pœnit.dicit sic: Dat septem vitia dictio saligia. Et similiter interroget sacerdos de qnq; sensibus corporis,s.Visu,Auditu,Gustu,Tactu, & Odoratu: de quibus no.ff.de acquir.pos.l.quod meo.& per Io.And.in prin.Decretaliũ. in ver. Gregorius.ad fi. & in Prohœmio,in prin.& per Host.in sum.3.carta.Nam põt cum ipsis mortaliter peccari.Psal.In exitu Israel.&c.& quod no.de sum.Trini. gl.1.in fi. Item interroget de decalogo,i.decem mandatis & præceptis legis,quæ sub his versibus continentur.

Vnum crede Deum, ne vane iures per ipsum:
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes:
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus:
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Ad hoc quod no.in c.1.in ver.dispositionem.de sum.Trinit. & in c.fi.glo.1.de consue.& quod no.Io.And.in c.Deus qui. in fi.de pœn. & remis. Similiter interroget de articulis fidei, qui sint 12.& continentur in symbolo, de quo symbolo & ipsius partibus & auctoribꝰ eius plenè no.51.dist.c.1. in ver.

381 Apostolos.& ibi per Arch.dr̃ enim symbolum, quia † vnusquisque Apostolorum posuit bolum,i.particulam vnam, & fecerunt credo,&c.ad quod 10.qõ.1.placuit. & de isto & de alijs symbolis not.in Rubrica de sum.Trin.in glo.in fi. vbi ẽt

382 no.ꝙ articuli fidei secundùm † Decretistas sunt septem, sed secundùm Theologos sunt 12. immo secũdùm aliquos sunt 14.qui ad 12.reducuntur,vt per Io.Mo.de sum.Trin.lib.6.& Io.Cal.in summula sua eo.tit.debet tñ sacerdos esse cautus,

383 vt † non plures interrogationes faciat quàm expediat,& specialiter interrogationibus modi peccandi,& maxime in pec- 387
cato fornicationis & gulæ cauendum est, ne forte sibi modum,quem nunquam audiuit, aperiat, & sic ad peccandum, ꝙ nunquam fecerat, quodammodo instruat & inducat, ad qd̃ s̃. q.38. Si tamen aliquis non confiteretur nisi interrogaretur,non reciperet fructum confessionis,de pœn.dist.1.§.cõtra.ver.Item taciturnitas.& supra q.38.

384 ¶CXXVIII. quæro, quid agendum, si confessori † occurrat dubium super confessione. Respondeo,ꝙ hæc dubitatio aut procedit ex varietate opinionum doctorum, aut ex sua imperitia:in primo casu dicit glo.Ray.in titu.de matrimo.§. sed nunquid peccant vxores.super ver.abstinendum.ꝙ hoc casu non est præcipitanda sententia, nec deneganda absolutio,sed via tutior est consulenda,& terror incutiẽdus ex periculo,quod videtur verum,cùm pœnitens ex aliqua probabili ratione adhæret opinioni alicuius notabilis doctoris volens eam tenere: Nam hoc casu propter varietatem prudentium doctorum confessor consulẽdo sibi viam tutiorem,& quod sibi verius videtur secundùm Deum, si acquiescere nolit,illud supra suam conscientiam relinquat, quando verò aliquis non habet in se aliquam bonam rationem, quare magis debeat opinioni vnius quàm alterius adhærere, conuenienter remanet in dubio: propter quod si dubium sit super aliquo,vtrum sit peccatum vel non,omnino est necessarium quòd ab illo abstineat, & de illo debitè pœniteat eligendo partem tutiorem, ne aliàs discrimini se exponat, vt supra q.41. Si verò dubium non sit principaliter super peccato, sed vtrum quis teneatur ad aliud faciẽdum vel dandum, seu pœnam subeundam, debet benignior sententia eligi, videlicet in hoc dubio quis ad nihil obligetur. Nam in dubio regulariter pro † reo danda est sententia, nisi in causa matrimonij, dotis, vel libertatis, seu testamenti, quando pro istis data fuerit sententia, vt in cap.fina.de re iudi. & in cap. cum sint.& in c.odia.de regulis iuris.lib.6.& ff.de legi.l.benignius. nisi forte esset aliquid faciendum, quod posset faciliter expediri, vt si dubitetur, vtrum quis sit excommunicatus, & possit commode facere se absolui ad cautelam, tunc enim est consulendum pro tutiori parte, quòd hoc faciat, & sic potest intelligi quod dicit glo. Ray.& ponitur in summa confessorum.lib.3.titu.33.quæst.69. quòd si iudex ecclesiasticus dicit, scias te excommunicatum vel huiusmodi verba: quòd si de excommunicatione per talia verba agatur in foro iudicij, non reputabitur excommunicatus, nisi aliàs constiterit de intentione excommunicantis, vt quia semper solitus est sic dicere quando excommunicat, vel alio modo. In foro autem pœnitentiali eligenda est in dubio tutior via, ut scilicet talis reputetur excommunicatus & impetret absolutionem. Et idem consulit Host.in his & similibus, quando dubitatur de excommunicatione.Item quod dictum est, quando vehęmens vel probabilis coniectura nõ
386 esset in contrarium, quia inspicimus † in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerunque fieri consueuit, vt in c.inspicimus.de reg.iur.lib.6.vt si constet aliquem fuisse excommunicatum,& dubitetur vtrum fuerit absolutus, tunc enim habebitur pro excommunicato, donec de absolutione legitime constet, vt in summa confessorum.lib.3.titu.34. q.48. Item si sit publica fama de delicto vel excommunicatione,vt extra de senten.excom.cum desideres.§.secũdo. vbi dicitur, quòd si est publica fama aliquem verberasse clericum, quòd nec Episcopus nec aliquis ibi communicare debet, nisi ad arbitrium Episcopi de hoc se purgauerit, vel ad cautelam absolutus fuerit. Si autem procedit dubitatio ex imperitia confessoris,tunc quærat consilium periti, extra de pœnit. & remis.omnis.ꝙ si habere non possit, remittat confitentem ad confessorem scientia & conscientia prudentiorem, sicut medicus imperitus debet ad peritiorem ægrotum remittere,ar. de pœn.dist.6.qui vult.ꝙ si nec hoc fieri possit,exigat de cõfitẽte,ꝙ sit paratus facere oẽ illud,ad quod obligatur, & quærere diligenter illud noscere a peritis iuxta posse, & consulat ꝯfitenti quod tutius est, & in dubio absolutionem sibi non retineat, vt dictum est, sed ipsum inquantum auctoritas sua se etendit absoluat,de pœn.distin.7.siquis positus. vbi datur absolutio pœnitenti in extremis, licèt de eius salute penitus dubitetur, ut ibi, & eod.titu.cap.nullus. secũdùm fratrem Nico.Osim. in addit.ad Pisan.in §.confessor.2.nota tamen, quòd si quærit consilium, non debet nominare personam, nisi necesse sit, & cum licentia confitentis, vt per Petr.de Palu.in 4. distinct.21. articu.2. conclusione 2. post princip. & infra quæst. 107. An autem † absolutio fieri pos- 387
sit per litteram? Respondeo, secundùm glos. Ray. & in summa confessorum, lib.3.titu.34.quæst.77.quòd non,sed præsens confitens a præsente sacerdote potest absolui, facit

de pęni. dist. 1. quem pœnitet. Ex quo patet, quòd eodem modo non possit fieri per nunciũ: Similiter non posset vnus audire & alius absoluere, s̃. q. 118. absolutio uero ab excommunicatione fieri posset etiam in absentia, quia ignorans & inuitus ab ea posset absolui, vt in summa con. libro 3. tit. 34. q. 113. secundum fratrem. Nico. vbi. supra.

388 ¶ CXXIX. quæro, an sacerdos † primo debeat absoluere quàm pœnitentiam dare? Frater Nic. osim. in addi. vbi s̃. respondet, prout etiam notauerat in directoria, libro 1. tit. 15. §. 124. ꝙ non, quia cum in pœnitentiæ impositione appareat tertia pars principalis materiæ, idest satisfactio, quatenus ex parte peccatoris, sine qua saltem in effectu non est perfectum hoc sacramentum, nec posset debita forma apponi per ministrum, donec ipsa materia debita primo integre sit peracta, quæ in tribus consistit, scilicet cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione, ar. extra eo. quod quidam. ideo hunc ordinem debet confessor seruare in pœnitentiæ sacramento: primo debet audire confessionem: secundo imponere pœnitentiam: tertio absoluere sacramentaliter, vt in cle. dudum. §. statuimus. de sepul. ubi hoc not. Guil. & Ioan. And. hæc ibi: uidetur ergo, ꝙ nisi impositio pęnitentiæ præcedat absolutionem, ipsa absolutio sit nulla. Sed forte posset excusari, si statim post absolutionem antequàm diuertatur ad extraneos actus imponatur pęnitentia: Nam

389 † quod fit incontinẽti videtur in esse, C. de pactis. l. petens. tutius tamen est, ꝙ præcedat, vt ex prædictis patet secundũ fratrem Nico. ubi s̃. & ꝙ pœnitentiæ impositio præcedere debeat absolutionem, tenet glo. in dicta cle. dudum. in uers. audire. vbi idem Zen. & Laud. & Ioan. de Imo. in 11. colum. & sequen. super dicta glo. & idem Archi. in cap. ad Apostolicæ. in ver. satisfactionem. de re iudi. lib. 6. Aliqui tamen optimi confessores non curant de hoc, & primo absoluũt, & postea pœnitentiam imponunt, & satis est ꝙ habebat propositum satisfaciendi ad arbitrium confessoris: Nam absolutio spectans ad oris confessionem præcedit satisfactionem, & sic quo ad validitatem absolutionis non requiritur ꝙ præcedat impositio pœnitentiæ, licèt quo ad congruitatem satisfactionis & pœnitentiæ bona sit practica confessorum, qui primò imponunt pœnitenti vnum pater noster, & illud dici faciunt, cùm dicunt & faciunt absolutionem, & pœnitentiã subsequenter imponunt: talis enim paruula pœnitentia habetur pro parte pœnitentiæ, qua peracta posset presbyter in imponendo pœnitentiam & satisfactionem contra canones pęnitentiales dispensare, aliàs non posset, vt no. 31. q. 1. illud. & in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. in verbo, pęnitẽtiam. & in cap. ex litterarum. in fin. de eo qui duxit in matrimo. & in cap. fin. de fur. & in Specu. de dispen. §. nunc de episcoporum. uer. 74. & §. qualiter. in princ. & per Ioan. And. in capit. 1. qui cle. vel vouen. & in capitu. significasti. 1. de homi. & per Fran. in cap. ex tenore. de tempo. ordi. in principio. & in cap. dilectus. 2. in 3. colum. de symonia. & sufficit quæcunque pars pęnitentiæ primo actæ, per notata in dicto cap. illud. in clemen. 1. in uerbo, parte. de foro competen. & per supradicta facit in simili j̃. q. 152. per totam. & j̃. §. proximo. q. 105. sic ergo pars pęnitentiæ nõ habet præcedere absolutionem, sed integræ pœnitentiæ impositionem, & sic congrue sequitur dispensatio & pœnitentiæ integræ impositio, & vi-

390 detur omnibus satisfactũ, quod not. Et nota, ꝙ par ius † est ligandi & soluendi, vt dicit Spec. de pœni. & remi. uer. quidã allegant. de pœni. dist. 1. uoluissent. sed Archi. post Laud. dicit, ꝙ maius est ligare quàm soluere, quia prõptiora sunt iura ad absoluendum, vt ponit 21. dist. inferior. Conclude igitur breuiter ex prædictis, nam aut quæris, an impositio pœnitentię debeat præcedere absolutionem, & quàm plures Doct. dicunt ꝙ sic, quod uidetur tutius secundum alios, quia valebit absolutio non præcedente pœnitentiæ absolutione, ut s̃. Aut queris, an pars pœnitentię præcedere debeat absolutionẽ, & minime per prædicta: an verò dispensationẽ seu integræ pœnitentię absolutionẽ: & uidetur ꝙ sic, per dictas allegationes, nisi saluaretur propter propositum satisfaciendi ad arbitriũ confessoris, vt s̃. & quia imponitur aliqua pars pœnitentiæ incontinenti facienda per præmissa: ideo securior est uia & practica præfata, vt omnibus opin. satisfaciat.

391 ¶ CXXX. quæro † de forma absolutionis a peccatis. Respondeo, forma absolutionis in sacramento pœnitentiæ secundum Alan. & Tho. in 3. parte. quæst. 84. est: Ego absoluo te: expressis tamen illis, a quibus fit absolutio, aliàs super nullo absolutio fundaretur: & præmittitur oratio, Miserere mei. &c. ne forte defectus sacramenti impediatur ex parte pœnitentis. Item postea conuenienter apponitur, In nomine patris & filij & spiritussancti. & c. ut exprimatur, quòd sacerdos non propria auctoritate absoluit, sed quasi minister, & hoc relinquitur arbitrio sacerdotis, nec etiam requiritur impositio manus, quia hoc sacramentum non ordinatur ad consequendum aliquam excellentiam gratiæ, sed ad constituendum remissionem peccatorum, magis competeret crucis signatio, quia per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata, & tamen non est de necessitate sacramenti, secundum Pisa. in §. absolutio. 6. & refert Arch. de pœni. di. 1. verbum. Innoc. & Host. dicere absoluo, i. denuncio te absolutũ, quod non esses, nisi absolutionem peteres, vt in cap. omnis, de pœni. & re. vel absoluo te a pœna ęterna in temporali tamen mutata: ad hoc de pœni. di. 1. si peccatum. & c. sicut primi. & de pœni. dist. 7. cap. fin. secundum eos in cap. significauit. de pœni. & re. ubi etiam refert Ioan. And. & alij. ad idem per Imo. in cle. 1. de priuile. in fin. & ibi per Franc. in 35. q. in fin. & secundum hoc uerbum absoluo, stat proprie quatenus aliquid remittitur de pœna temporali, de quo j̃. q. 134. & super hoc uideas not. per Host. in sum. de remissi. §. 1. & per Ioan. And. in cap. ad liberandam. in 11. colum. de Iudęis. & adde not. per Archi. 23. q. 5. remittuntur. vbi sic dicit, dum quęritur, quid dimittit sacerdos: Quidam dicunt, quòd cum peccator dupliciter ligatus teneatur, i. cęcitate mẽtis, & debito ęternę damnationis, alterum, i. futuræ pœnę debitum dimittitur per sacerdotem, i. officio sacerdotis. Alterum verò operatione diuina dumtaxat, & vt dicunt alterũ facit per se, alterum per ministrum suum: Alij dicunt, quòd vtrunque per se dimittit Deus, quia & animam mundat a macula, & a debito mortis absoluit: sacerdotibus autem tribuit potestatem ligandi atque soluendi, i. ostendendi homines ligatos atque solutos: Nam ut dicit Hieronimus de sacerdotibus, ij dimittunt peccata uel retinent, dum dimissa a Deo, vel retẽta ostendunt vel indicant: ligant etiam sacerdotes, dum satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt: soluunt, cùm de ea aliud dimittunt, uel purgatos per eam ad sacramentorum communionem admittunt: vel ligant, cum excõmunicando ab ecclesia separant: soluunt, cum absoluendo ecclesiæ reconciliant. Sed quoniam nonnunquam soluunt vel ligant indignos, nimirũ si tunc ligari uel *solui in cœlo* dicuntur. Sed hoc intelligitur in illis, quorum merita solui uel ligari postulant, quoscunque ergo soluunt vel ligant adhibẽtes claues discretionis eorum meritis sententia carente errore, soluuntur uel ligantur apud Deum. Sed ad euidentiorem ueritatem præmissorum sciendum est, quòd illa auctoritas,

392 Quodcunque † ligaueris &c. 24. quæst. 1. quodcunque. quomodo intelligenda sit, dubitatur, & exponitur frequentius sic: Quodcunque ligaueris, scilicet iuste, claue non errante. sed obijcitur, si iuste soluit uel ligauit prelatus ecclesiæ, qui ligatur uel soluitur ab eo prius est a Deo ligatus uel solutus, 1. quęst. 1. vt euidenter. 24. q. 3. cap. 3. ergo ligatio uel solutio prælati non est causa, quare ligetur uel soluatur quis apud Deum. Quæ est ergo potestas, quam contulit dominus Petro per uerba prędicta? & videtur ꝙ nulla, ar. de pœni. dist. 1. verbũ. per hoc addiderunt quidam exponi ligaueris, i. ligatum ostenderis: solueris, i. solutum ostenderis. Non enim proprie ligat vel soluit prelatus, sed habet tantum potestatem ostendẽdi ligatum vel solutum, dominus autem per se ligat vel soluit, 11. quæst. 3. nemo. Sed adhuc obijcitur, quoniam hac ratione omnis iudex secularis habet potestatem ligandi & soluendi, quoniam habet potestatem ostendendi aliquem ligatum uel solutum. Sed respondent, quòd licèt iudex secularis habeat hanc potestatem, nõ tamen eam habet vt clauem a Deo datam, uel habent hanc potestatem secũdario, prelati uero ecclesiæ principaliter. Alij dicunt, quòd verius diceret, quòd prelatus non solum ostendit quem ligatum & solutum, sed etiam quẽ ligat & soluit quo ad ecclesiam militantem, & hanc potestatem habet a Deo: vnde in ligando & soluendo minister Dei dicitur, 15. quæst. 1. necis. & propter hoc dicitur, quòd nullius potestatis iura exercet, de pęnitentia. dist. 1. verbum. Sed adhuc restat obiectio prima, sed dicas, quòd ligatio uel absolutio prelati non est causa, quare aliquis ligetur uel soluatur in cœlo, sed sic dicitur, quia frequentius se concomitantur, uel quia debent se cõcomitari, 11. q. tertia. tunc uera. uel secundum eos precise dicas, ꝙ est, quoniam si ligatio vel absolutio prælati quo ad ecclesiã militantem facta contemnatur, ex contẽptu etiã si alia causa non

non subest, quo ad Deum ligatus habetur, ar. 11. q. 3. cum ergo. 34. quæst. 3. notandum. in fi. & secundum hoc plane sic aliqua expositione auctoritas, vt sonat intelligitur, vt & de iusta ligatione vel solutione loquatur. de hoc etiam not. in dicto cap. quodcunque. 24. q. 1. & q. 2. cap. 2. ita refert Archid. in dicto cap. remittuntur. 23. q. 5. & de dicto intellectu, scilicet iuste & claue non errante, habetur post Hostiẽ. in summa, de remissi. §. 1. & per Ioan. And. in cap. a nobis. 2. de sentent. excommunica. 2. colum. facit quod no. 24. qõ. 1. manet. & q. 2. cap. 2. & per Nicolaum in cap. fin. de excessibus

393 prælatorum. nunquam tamen probatur, quòd † ecclesia Romana a recta fide errauerit, vt dicit Hostien. in sum. qui cle. vel vouen. §. fin. penult. colum. vnde legitur in legenda Penthecosten, in 6. colum. quòd dum sacerdos absoluit a culpa, absolutum esse insinuat, & pœnam Purgatorij in tempus breuius commutat, & etiam de ipsa temporali partem relaxat: ad quod supra q. 113. ad fi. & supra q. 29. & facit ad prædicta de pœn. dist. 3. §. his auctoritatibus. & de conse. dist.

394 4. nemo. vnde pœnitens † dicitur confiteri Deo in præsentia sacerdotis, no. de pœn. dist. 2. si enim inquit. in ver. aduocatum. & sic sacerdos ministerio non auctoritate dimittit, de consecra. distin. 4. aliud. ut not. Archidia. de pęniten. & remiss. cap. fin. glo. 4. ad hoc supra de sacra. in communi. in principio. Et ideo dicit Laudu. in sacramentali, quòd sacerdos

395 † absoluit dum ostendit peccatum dimissum. Secundò, dum pęnam æternam in temporalem immutat. Tertiò, dum ex certa scientia de pęna ad instar periti medici propter debilitatem patientis virtute clauis dimittit. Quartò, dum restituit excommunicatum ad communionem sacramentorum, vel alia ligamina remouet, sed hoc in foro contentioso, secundum eum in dicto sacramentali, secunda carta. Et conclude, quòd sacerdos dicitur soluere vel ligare tribus modis. vno modo per ostẽsionẽ ostẽdendo solutũ vel ligatũ: ligatum dico, cum non absoluit: licèt enim peccator per cõtritionem sit a Deo absolutus, adhuc tamen in facie ecclesiæ manet ligatus, & sic intelligitur de pœn. distin. 1. quamtumlibet. Secundo modo ligat sacerdos dando pœnitentiam, ad quam obligat peccatorem: & soluit, dum de pęna sibi debita dimittit, vel ad sacramenta admittit, de pęn. dist. 1. multiplex. Tertio modo per excommunicationem & ab-

396 solutionem ab ea, 11. q. 1. nemo. fit autem absolutio a † peccatis realiter per ministerium sacerdotis: non quidem principaliter & auctoritatiue, quia hoc est proprium Dei, de pęn. dist. 1. verbum. nec tamen solum ostensiue, quia & hoc faciebant sacramenta veteris testamenti: nec solum deprecatiue, quia sic magis absolueret bonus laicus quàm malus sacerdos: nec solum per contritionem confitentis, quia tũc nunquam quis sibi efficeretur de attrito contritus: Sed operatur instrumentaliter absolutio ad remissionem disponendo ad gratiam, & sic nisi ponatur obstaculum, facit de attrito contritum, & iam contrito adauget gratiam, secundùm Pet. & Thomam. & fit hoc virtute clauium, quæ dicuntur plures in effectu, quia vna est potentia discernendi, alia diffiniendi, vna tamen est essentialiter, scilicet potestas iudicandi in foro animæ collata a Deo & in anima impressa indelebiliter per susceptionem sacerdotij, secundùm Petr. de Palu. vt refert fra. An. in dicta sum. 4. parte. cap. de absolutione. & de clauibus ecclesię seu sacerdotis, vide Pet. de Palu. in 4. dist. 19. q. 1. vbi etiam de effectu clauium quo ad remissionem culpæ, dicens quòd macula animæ nihil aliud est quàm priuatio gratiæ: & remissio, quo ad maculam non est aliud nisi restitutio gratiæ per pęnitentiam, sicut macula Lunæ est priuatio lucis, & pulchrificatio est illius illuminatio, & hic eadem est remissio quo ad culpam, quia culpa est defectus voluntarius. Sed omnis priuatio gratiæ est defectus quadam uoluntarius siue voluntate personæ, vt in mortali actuali, siue voluntate naturæ, vt in originali, ideo &c. Item ubi remittitur culpa mortalis, remittitur pęna æternalis. Cùm ergo Deus culpam remittit, & pęnam æternam: extendunt autem se claues ad remissionem culpæ ex dispositione sacramenti: Similiter extendunt se ad remissionem pęnæ, quia Deus remittendo culpam commutat pęnam æternam in tẽporalem, & ideo uis clauium non aliter valet ad remissionẽ pęnæ æternæ, quàm disponendo ad remissionem culpæ. Itẽ valet ad remissionem pęnæ temporalis secundum maiorem & minorem contritionem confitentis & erubescentiam, &

397 huiusmodi: posset tamen esse † tam frequens confessio, ꝙ vis clauium delet omnem pęnam debitam, & tunc nõ fieret nisi augmentum gratiæ: ad hoc supra qõ. 8. Item vis clauium est ad ligandum ad pęnam temporalem, quod fit secundùm quantitatem culpæ, & dolorem & huiusmodi &c. Non tamen est arbiter ad libitum, sed secundum rationem rectam, sicut latius per Pet. de Palu. in 4. distin. 19. q. 1. circa fi. Item

398 sacerdotes † veteris testamenti non habuerunt claues regni cęlorum, & in nouo testamento soli sacerdotes habent claues has proprie dictas, quia sunt ad aperiendum cęlum immediate, licet dispositiue, & dicũtur claues ordinis. Sed claues iurisdictionis, quæ mediate ad illud disponunt, posset habere non sacerdos, clericus tamen, non tamen bigamus, Papa tamen posset clauem iurisdictionis & laico & fęminæ committere, quamuis non deceat: & dic, quòd confiteri

399 † spectat ad claues ordinis tantum, excommunicare iurisdictionis tantum: soluere & ligare, quod est vtriusque, vt latius per eundem ca. dist. q. 2. & de clauibus ecclesiasticis & ipsarum virtute & similibus per Guil. de Mõte Laud. in sacramentali, 2. carta. & de forma huius sacramenti plene per Pet.

400 de Palu. in 4. dist. 22. q. 3. per totum. Ex cuius dictis † collige formam absolutionis, videlicet quòd primo post peccata specialiter enumerata sequatur generalis clausula, scilicet dico meam culpam, de omnibus alijs venialibus & mortalibus confessis & non confessis, oblitis & scitis: & postea sequatur absolutio hoc modo: Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis confessis & oblitis, seu ab omnibus peccatis, quæ confessus es in generali vel speciali, de quibus intendis. Pręmittitur autem communiter absolutioni ex congruentia, Misereatur tui, & Filius Dei te absoluat &c. ut scilicet per huiusmodi orationem tollatur, si quod esset obstaculum ex parte pęnitentis ad percipiẽdum fructum absolutionis: subiungitur etiam ad absolutionem congrue consignatio crucis super confessum cum inuocatione Trinitatis, ad innuendum secundùm Thom. in 4. quòd ipsa remissio peccatorum fit ꝑ auctoritatem sanctæ Trinitatis & per meritũ passionis Chri

401 sti, sed impositio manus † super caput confessi non cõuenit, secundùm Thomam, quia istud sacramentum non datur ad aliquam excellentiam gratiæ sicut illa, vbi fit manus impositio, & in fine multum vtiliter dicitur, quicquid boni feceris seu facere proponis, & mala quæ sustines sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, nõ quidem intendendo eũ obligare ad faciẽdũ, quæ ꝓponit facere, sed vt ipsum ꝓpositum faciendi sit tibi satisfactorium, & bona quæ facies, ad qd̃ infra q. 136. & 146. ſm Pet. vbi supra. qui etiã dicit, ꝙ debet sacerdos prius absoluere ab excommunicatione etiam minori, quàm a peccatis, si habet auctoritatem, aliàs non absoluat a peccatis nisi prius absoluatur ab excõicatione per eum, ꝙ posit absoluere: ad quod supra q. 117. & s̃. q. 53. post mediũ. & ad illud de manus impositione, vide de rapt. in litteris. & dicit D. Fran. post Laud. in clem. dudum. §. statuimus. 8. notabili. de sepul. & ibidem per Io. de Imo. in 11. col. ꝙ absoluens diceret sic: Ego auctoritate Dei omnipotentis & Apostolorum Petri & Pauli, officij mihi in hac parte commissi absoluo te ab his peccatis mihi confessis & ab alijs, de quibus nõ recordaris. vel sic: Et nos auctoritate dñi nostri Iesu Chri, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ ecclesiæ, & officij nobis commissi, & nra absoluimus te ab his peccatis & ab alijs, de quibus non recordaris. ſm Host. in sum. de pęn. & rem. §. qñ cõfitendum. ad fi. vel sic, Auctoritate Dei & beatorum Petri & Pauli, & sanctæ ecclesiæ & nostra, absoluimus te ab omnibus his, quæ confessus es, & ab alijs, de quibus nõ recordaris, inquãtum possumus & debemus, ſm Host. i sum. de pęni. §. q̃ pęnitentia. post prin. & ad hanc dubitatiuam absolutionem adde s̃. q. 128. & j̃. q. 139. & s̃. q. 29. circa prin. ibi alia fuit. vel dic, Ab omnibus his peccatis & alijs, de quibus non recordaris, absoluimus auctoritate Dei omnipotentis & Apostolorum Petri & Pauli, nobis in hac parte commissa, & volumus ꝙ facias hoc & hoc, si bene vult facere, bene quidem. si autem non vult facere, iniungat sibi minus et vsque ad vnum pater noster, ne dimittat ipsum recedere desperatum: ad quod infra q. 134. tamen ostendat sibi qualiter hic vel in purgatorio hoc complebit, secundùm Hostien. & Guil. de monte Laud. in sacramentali de pęnitentia: vel clarius, & Domin⁹ Iesus te absoluat, & ego auctoritate Dei omnipotentis & domini nostri Iesu Christi ac beatorum Petri & Pauli & sanctæ ecclesiæ ac officij mihi in hac parte commissi & mea, absoluo te ab his peccatis per te mihi ꝓfessis, & ab alijs venialibus & mortalibus, de quibus non recordaris, In nomine Patris, & Filij & Spiritussancti Amẽ. & qc-

quid boni feceris,ſeu facere proponis, & mala quæ ſuſtines ſint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, & hæc forma ex his collecta generalior eſt:Sed frater & magiſter Antonio de Bitonto optimus prædicator prædicando dixit,q̃ illa verba,auctoritate Dei:vel,auctoritate mihi commiſſa : vel, auctoritate qua fungor : vel ſimilia non debent interponi inter verba ſubſtantialia, videlicet ego abſoluo te : ſed poſsũt præponi aut poſtponi:facit s̃.§.1.q.7.

402 ¶CXXXI. quæro, quid † ſit culpa,& quid pœna.Rñdeo, macula animæ nihil aliud eſt q̃ priuatio gratiæ,s̃.q.proxima poſt medium.vel dic,q̃ pęna dicitur illa amaritudo ſeu afflictio,quæ ſequitur ex commiſsione peccati,& hęc durat perpetuò,dum durat peccatum:ſed illo per contritionem amoto,mutatur in temporalem menſurandam ſecundùm qualitatem reatus,de pęni.di.1.menſuram. Culpa eſt macula ſeu obfuſcatio,quę generatur in anima peccatoris,qui peccando mortaliter diuertit a bono incommutabili, i. a creatore p̃p bonum commutabile,i.propter rem creatam, 1.q.1.ventũ. & hic rancor ſeu offenſa non poteſt remitti ab aliquo Dei vicario,ſed a ſolo verbo Dei,de pęni. di.1. nemo poteſt. vbi p̃ Arch.& c.verbum,& de conſe.di.4.nemo.hinc dicitur,q̃ pęna poteſt demi,culpa perennis erit,vt no.C.de generali abo

403 li.l.indulgẽtia.Deus tamen † miſericors, dum videt contritionem peccatoris,remittit pęnam perpetuam, & mutat in temporalem ſuſtinendam in Purgatorio:& ex hoc ſequitur, q̃ fatue facit,qui tollit culpam niſi diuinitus ſibi inſpiretur: pœna autem peragenda in purgatorio nõ poteſt remitti,niſi per papam,qui poteſt remittere omnem pęnam vere contri-

408 to,facit de conſe. di.4.baptiſmi.quod concedit papa ſæpè,vt videmus ſ̃m Guil.de mõte laudu.& docto.in cle.1.de priu. & ibi per Io.de Imo.in antepenult. colu.& ſequentibus.& p̃ Fran.in 33.q.& ſequen.qui ſubdit triplex eſſe iudicium in remiſsione peccati,vt ibi latius in 35.q.vel dic pęna,ſ.quam p̃ peccato patitur,& ei colla ſubmittit culpa, quia cum peccat peccatum ei dominatur;ſ̃m Arch.2.q.7.ſecuti.in fin. vel dic culpam,i.dare licentiam peccandi ſeu permittere mortale, Fran.in c.ſacris,q̃ metus cauſa.3.col. & ſequenti. quãdoque ceſſat pœna ſed non culpa,no.in cle.1.de vi.& ho.cle.in glo. 6.vel dic culpa quo ad Deum;pęna quo ad legem,in Spe.de leg.§.iuxta.ver.facto autem.vnde dic culpa, i. ipſe reatus & ſordes peccati,ſecundum Laud.in ſacramentali, in Rubr.de baptiſmo.12.colum.facit quod not.23.q.7.c.ſi. per Arch.& in dicto c.verbum.vbi etiam notat,q̃ per quamlibet perſonã Trinitatis peccata remitti dicũtur : & facit s̃.q.8.& licet Hugo.vt refert Archi.33.q.2.de his, dicat q̃ per ſolemnem pœnitentiam ſoluitur quis a pęna & a culpa, tamen intelligi debet iuxta ea,quæ ſupra dicta ſunt,& per notata in dicta q.8. Quandoque pœna,i.culpa.ff.de fideicom.l.fin. & adde Petrum de palu.in 4.diſt.21.q.1.arti.2.ubi dicit, q̃ culpa mortalis non poſſit poſt hãc vitam remitti. Item q̃ peccatum dicitur remitti quo ad culpam vel maculam, quando reordinatur actus uoluntatis per debitam diſplicẽtiam quo ad offenſam,quando gratia reſtituitur quo ad reatum pęnę, quãdo pęna uel condonatur vel ſoluitur vt per eundem in 3.col. Pęna autem nunquàm remittitur ante culpam, quia tamdiu durat obligatio ad pęnam quandiu culpa, vt per eundẽ in 4.colum.& ibi plene de materia. Adde etiam, quòd ho-

404 mo † peccando offendit etiam eccleſiam,i.totum collegiũ fidelium.Et licet per contritionem veram tollatur culpa vel reatus quo ad Deum,non tamen tollitur quo ad eccleſiam

405 militantem: ipſe tamen Papa † ipſum reatum ſeu culpam in eccleſiam omiſſam vi clauis remittere poteſt:& ſic not.q̃ aliqua culpa eſt in peccato commiſſa, quam remittere poteſt Papa,de quo poteſt intelligi illud quod quotidie dicitur, q̃ Papa abſoluit a pęna & a culpa : ut per Laud.in ſacramentali in Rubr.de baptiſmo in 26.col.facit ſupra quæſt.29.poſt princ.ibi,& dicit Hoſti.vbi ſupra.

406 ¶CXXXII. quæro,an ſacerdos abſoluere † poſſit habẽtem vſuras ſeu male ablata,non facta reſtitutione. Reſpond. quòd tenetur reſtituere,etiam ſi remaneret pauper,& etiam ſi cederet bonis in foro pœnitentiali, ſecundum Nico.poſt glo.& Doct.in cap. cùm tu. de vſur.3.colum.& ideo Tho. Riccar.& aliqui theologi multum ſtricte intelligũt hanc materiam,ſcilicet quòd omnino teneatur reſtituere, etiã ſi adſit neceſsitas circa condecentiam perſonæ, dum tamen non ſit neceſsitas naturæ:vnde denegatur pœnitentia nolenti reſtituere alienum, uel cauere de reddendo cùm poterit, de rapt.cap.1.& cap.ſuper eo.ſecundum Steph.& Doct.in cle. 1.de pœniten.& remi.& per Hoſti.in ſum.de vſuris.§.ſi.ver. hoc in iudicio.immo pœnitentiam agere non poſſet illo retento,no.in c.per tuas.3.de ſymo.& uide in hoc dominum Nico.in dicto cap.ſuper eo.in fin.Sed Hoſti.in ſum.de pœn. & remi.§.fin.plenè tractat, quibus & qualiter & a quibus & inquantum facienda eſt reſtitutio male acquiſitorum vel damni uel intereſſe, & ſimili.de quo etiam per Doct.in cap. quia plerique.de immuni.eccleſi. Vltimo Hoſti.ubi ſupra in fine dicit vnum notabile,videlicet, ſed quia quaſi totus mũdus uel ferè libenter accipit & occupat alienum, & difficulter reſtituit,& hoc vitio quaſi totus mundus eſt irretitus,qa a maiori vſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudent, debet ſacerdos æquitatem rationabilem ſeruans per medium currere,ne ſeueritate vel remiſsione nimia aliquos ſibi confiẽtes deſperatos vel nimium ſecuros relinquat,& ſic perire faciat,quos ad rectam viam ab initio diſcreta æquitas poterat reuocare,ſecundum Hoſti.ad quod ſupra quæſtio.125.facit quod dicit Ioan. And.in ſimili in cap.fin.de pœnis.& in cap. quia in tantum.in princ.de præben.& quod no.Hoſt.in ſum. de vſuris.§.fin.verſ.quid ſi fœnerator.in fin.& facit in cle.ſi dominum.in fin.in verbo,confeſſis.de reli.& ven.ſanctorũ. adde not per Dyn.in regula peccatum.lib.6.adde, quod etiã

407 hæres † defuncti non abſoluitur,niſi reſtituat rem illicite acquiſitam,licèt defunctus impęnitens deceſſerit, not. Ioann. Andr.in cap.a nobis.2.in fin.de ſent.excommuni. an autem hæres teneatur ultra vires hæreditarias,per Hoſti.in ſum.de vſuris.§.alia pœna.uerſ.hac pœna cogitur,vbi latius.Et no-

408 ta, quòd emendato † damno oportet agi pœnitentiam de peccato, quod non tollitur per reſtitutionem damni, Ioan. And.in cap.ſi quis domum. de iniur. & quod not.in clem.1. de vſuris.circa fin.in glo.non eſt peccatum : & ibi per Imol. Nam faciens contra legem peccat mortaliter, etiam ſi in illa lege alia pœna imponatur, vt per Domi.in cap.perpetuæ.in princip.de electio.lib.6.& in cap.commiſſa.§.fin.eod.titu.& Feder.conſ.68.incipit,Quæſtio talis eſt,an vſurario. & infra

409 quæſtio.134. Item † nota, quòd ſi in defectum probationis ſeu iuſtitiæ ego furto ſurripio tibi rem meam furto ſubtractam vel æquiualens,non teneor reſtituere, nec pecco, licet aliqui aliter dixerint, dum tamen per hanc acceptionem, nec malum nec ſcandalum poſſit alij generari, vt puta contra vxorem vel alium, quia tũc deberet fieri reſtitutio in ſtatum priſtinum : & hæc colliguntur ex notatis per Anto. de But.in cap.olim tamen.in 8.colum.de reſtitu.ſpolia.vbi per Innocen.& Hoſtien.per Archid.23. quæſtio.2.cap.fin.licet aliter,videlicet quòd furto non liceat, videatur Archid.ſentire,24.quæſtio.5.cap.fin.in gloſ.ex iſta littera.& in cap.2.in ver.reſtitui.de reſtitu.ſpolia.lib.6.& quod notant Bal.& Salicetus in l. fin. C.cõmodati.Nam prius dictum verius videtur, quando poſſibile eſt recuperari niſi furto, quia licitum eſt etiam furto recuperare, ſecundum Bald. poſt Imo.in l.1. in fin. C. vnde vi. & ideo dicit Pet. de palu.quòd ſi quis furatus eſt mihi centum, & non poſſum probare, non ſolum poſſum tantundem de ſuo retinere, ſed etiam occulte accipere, ſicut Iſraelitæ commodata ab Aegyptijs ſine peccato aſportauerunt,vt per eundem in 4.diſtinct.35. quæſt.1. articulo 4.concluſione 3.& diſtinctio.15. quæſtio.2. articulo primo,concluſione 3.& ideo tenebat frater Petr. de Arimino,ordinis prædicatorum, quod multi Theologi ita tenent, quòd in defectum probationis ſeu iuſtitiæ pars fungitur uice iudicis,& ideo poſsit clam & furto conſequi & recipere rem ſuam, immo etiam & æquiualens retinere,& q̃ non dicitur verè furtum: & dicta Tho.& aliorum procedãt, quando ceſſat defectus probationis ſeu iuſticiæ, nec talis incideret in excommunicationem generaliter promulgatam contra illos,qui talem rem haberent, quia amodo res illa facta eſt illius creditoris,& ad illum debitorem nõ ſpectat amplius,ſecundum eundem:facit lex etiam,& quod ibi per Bal. C.de ſolut.& quod not. Franc. in cap.quia plerique.in 1.q. in fin.de immu.eccle.& in cap.penult. per fi.illius cap.in notabilibus,de accu.& melius per eundem poſt Innocẽ.in cap. penulti.de furt.facit cap.1.in fin.de uſuris.ſi tamen conſciẽtia titubaret,confiteri poſſunt de peccato ad cautelam, licet neceſſarium non ſit per prædicta,& ꝛ.in concluſionibus Pet.

410 de palu.Adde, quòd iniuſte † condemnatus ad reſtitutionem rei ſuæ,quamuis de iure ciuili reddere teneatur, tamen quia dominus remanet,non peccat illam tenendo, Ioan.And. poſt Compoſt.in c.quod ſicut.de electi.& ibi Fran.pen.col. facit ff.de ritu nup.l.palam.§.ſi qua.Item poteſt quis tenere

ſine peccato, ſi per errorem iudicatum ſit, &c. Fran.de priuil.cum olim.2.ver.facie. Item ſi forte fur rem ſubtractam alienauerit, & non habet vnde reſtituere, an debeat illam recuperare etiam dolo, & ſi ad eum peruenit. &c. per Ioan. And.in c.4.de furtis. Quid de conſiliario vel participe rapinæ vel vaſtationis, & de pluribus ſimul damnificantibus, an vno ſoluente. &c. per Inno.& Ioan. And.& D.Nico.Panor.penult.col.& in c.ſicut dignum. de homici. & infra qõ 134.ad fi. Item quicunque habet ex repreſalijs bona alterius quàm ſui debitoris reſtituere tenentur, Archi.in c.uno. in ver.ciuili.de iniur.& dam.da. lib. 6. Item eſt conſideran-

411 dum, quòd difficile † eſt conſtare aliquem eſſe verum dominum alicuius rei, ut per Bart.in l.rem alienam.ff.de pign. acti.& Bald.in l.cunctos populos.in 1.col.de ſum.Trin.& in l.decernimus.in prin.de ſac.ſan.eccle.cum ſim.& quia etiam præſcribens tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, ſi ſuperueniat ſcientia rei alienæ, iuxta no.per gloſam Ant.de But. & Docto.in c.vigilanti.de preſcript.ideo in his videtur procedendum ſecundum rationabilem æquitatem, vt dicit Hoſtien.pro hoc quod no. Bald.in prima Rub.Codic.in penul. col.ubi vult eſſe attendendam naturalem rationem & ius gẽtium : ad idem per eum in l.fi.ad finem princ.C.de iure deliber.Sic ergo cum bona conſcientia tenemus, quòd ſecundum naturalem & æquitatiuam,ſeu rationabilem hõminum imaginationem ac æſtimationem veriſimilem poſſidemus, ff.pro ſuo.l.homine.& l.fi.iuxta not.per Pet.de Peru. in tractatu canonicæ Epiſcopalis,c.penult.colum.2.& Ioan.And. in c.cum perſonæ.de priuil.in not. & per Fran.in ſimili in c. ex tranſmiſſa.de reſtitu.ſpol.facit quod no. Archi.in c.vno. in ver.vera.de ſum.Trin.lib.6.nec in talibus facienda eſt ſcrupuloſa conſcientia, vt in Specu.de diſpen.§.iuxta. in 4. colũ. ſatis enim videtur, q̃ veriſimiliter non conſtet, quòd alius ſit dominus, per no.per Ioã.And.in c.q̃ ſuper.de voto. in 8. colum.Item nota, q̃ circa reſtitutionem male acquiſitorum vel damnorum irrogatorum læſis faciendam ſi reperiantur, non poſſet ſacerdos arbitrari, quia de his non poſſet ſacerdos gratiam facere, ſed in alijs ſic, conſiderata contritione, ſecundùm Ioan.And.in c.omnis.9.colum.de pœni.& remiſ. & nota,q̃ ſi quis aliquid agit eo propoſito, vt ſibi proſit, licèt hoc alij noceat, non peccat, ff.de aqua plu. arcen.l.1.§. denique.ff.de damno infec.l.fluminum.§.vltimo. & l.ſequẽ. & not.11.q.3. ſi quis.nota ergo illud,imputari non debet,ſe

415 cundùm Archi.in c.ſi motu proprio, in ver.huius.de præb. lib.6.& quod not.in clem.dudum.in ver.cõceſſa. ad fi. de ſepul.& quod no.Fran.in clem.1.de priuil. ver. quibus. in prima oppo. & Cy.in l.quicquid.C.arbi.tute.& gl.in c.cum eccleſia.de electi.& quod ibi per Nico.ſicque de illo damno ſatisfacere non tenebitur : vnde facit, quòd ſi meum conſanguineum volentem ingredi religionem, qui nondum tamen intrauit, ſed meis prouiſionibus retraho ad mei utilitatem, & non odio monaſterij, quòd non tenear de male ablato, nec teneor ego religionem ingredi, & ita forte videretur intelligendum quod not.glo.1.q.1.cap.ſunt.cum ſimi.faciũt no.per Ang.in l.4.ff.de inoffic.teſtam.& quod no.Bal.in l.1. in fi.C.ſi quis aliquem teſta.prohi. fa.infra q.134. & infra in concluſionibus.Pet.de Palu.in ver.quantum ad ſecundũ.

412 ibi,4.concluſio. Item adde, quòd qui ſymoniace † aliquid recipit, non poteſt pœnitere niſi illud reſtituat, not. in cap. de hoc.de ſymo.Item adde, quòd qui ſemel luſit non reſtituendo, ut ſacerdoti promiſit, eſt ſuſpectus alia uice quòd ſimiliter non reſtituat, per not.per Archid. & in nouella, in c.ſi clericos, glo.2.in fi.de ſenten.excommu.lib.6. & in cap. ſi capitulo. in fine. de conceſ. præben. eod.lib. & quod not. Franc.poſt Hoſtien.in cap.2. in fi.de cohab. cler. & mul. & facit infra quæſt.134. poſt princip.& quæſt.142. in fi. Aliàs uero ceſſante tali ſuſpitione de non reſtituendo, ſi confeſſori videbitur, non videtur de ſubſtantia abſolutionis,quòd pœnitens primo reſtituat,ſi proponit reſtituere & ꝓmittit, ar.no.in c.quãquam.de vſur.lib.6.in gl.5.& in ver.denegẽt. in fi.licet ſecus eſſet, vbi canon primò requireret reſtõnem, per no.in c.quia ſæpe.in fi.de elect. in ver.reſtituerint. & in cap.præſenti.in ver.reſtitutionem.de offi.ordi.eo.li.& facit

413 ſupra q.17.circa medium,& q.129.debet enim ſacerdos † eſſe aliquantulum durus ad abſoluendum, ſi timetur quòd per huiuſmodi abſolutionem fieret negligentior ad reſtituendum,per no.in ſimili in dicta 17.q.& 121.in princ.& q.125. circa medium.vbi vero pęnitens eſſet omnino impotens, ſufficit quòd proponat ſoluere quàm cito poterit, per no.in c.cum tu.ad fi.de vſuris.& in dicto cap.quamquàm.de vſur. lib.6.& in c.ſicut dignum.de homi.in glo.in ver.ſi habent.& ſe.& in c.2.de rap.vbi etiam habes, quòd dicitur contritus, licèt non poſſit ſatisfacere, facit glo.in clem.1.ad fi.de decimis.lib.6.& Piſa.in ver.reſtitutio.ſecundo.vnde quàm plures optimi confeſſores & fratres prædicatorum in his ſic diſtinguunt, quòd aut pœnitens poteſt ſtatim reſtituere, aut non : Primo caſu regulariter non ſufficit, vt poſſit abſolui & communicare, quòd diſponat illud reſtituere, vel quòd in teſtamento relinquat, quòd hæredes ſoluant, quia non ſolũ ablatio rei aliquando eſt peccatum mortale, ſed etiã retentio,vtpote peccatum iniuſtitiæ, quia retinet cum iniuria alterius,id eſt, contra illius voluntatem: Fallit in duobus caſibus : Primus, cum retentio rei alienæ non eſt contra voluntatem domini, ut quia ab ipſo impetrat terminum vel dilationem ad ſoluendum : Secundus, quando retentio rei alienæ eſt contra voluntatem domini inordinatam, vt cum non redditur gladius furioſo, & ſimiliter quando aliquis vult rẽ ſuam ſtatim habere,quam detinens non poteſt dare ſine notabili damno ſuo, & econtra ille, cuius eſt talis res, poteſt ſine damno ſuo & incommodo carere ad tempus: vnde extra iſtos duos caſus non ſufficit ad ſalutem,niſi ſtatim reſtituat,

414 & eſt ratio, quia de neceſſitate † ſalutis eſt peccatum mortale vitare, ſecundum illud Eccle.22.Quaſi a facie colubri fuge peccatum : Sed extra dictos duos caſus eſt peccatum mortale non ſtatim reſtituere male ablata hoc potenti, vt patet ex prædictis, ergo de neceſſitate ſalutis eſt tali reſtituere, nec per conſequens ſufficit tali ad ſalutem ordinare in teſtamento,quòd hæredes reſtituant, ſecundum eoſdem: & circa illud quod dictum eſt in primo caſu, cum retentio non eſt contra domini voluntatem,intellige quando hoc eſt certum, vt in exemplis præmiſſis. Idem ſi quaſi certum ipſi detinenti, vt quia veriſimiliter credit quòd talis retentio non ſit contra domini voluntatem, facit ſupra q.84.verſi.octauo.vnde non pecco mortaliter, ſi tibi non ſoluo, dummodo te inuito non retineam, maxime ſi ignoro, not.Hoſtien.in ſum.de præſcri.§.quæ res præſcribi poſſunt.poſt prin.Similiter non pecco, ſi aliquo tempore ad mei cautelam teneam rem tuam, donec mihi ſatisfacias de eo,quod mihi debes,ex quo finaliter intendo reſtituere, ſecundùm Ant.de But.in c. ad noſtram.primo ante fi.de iureiuran.Item adde, quòd obtinenti ſententiam † iniquam debet iniungi in confeſſione,

416 quòd reſtituat,vt per Innoc,& Ioan.And.in c.quia plerique. de immuni.eccle.Secundo caſu principali, quando habet reſtituere vſuras † vel male ablata, ſed commode non poteſt ſtatim, quia non vult cum ſua familia egere vel mendicare, tamen proponit firmiter reddere, & incipit iuxta poſſe ſatisfacere, dicunt quòd ſi ſcit perſonas certas, quibus tenetur, tutum eſt quòd de cõſcientia illorum ſtet ad eorum terminum & voluntatem,ad quod de vſuris,quia fruſtra.glo.2. & ſi illi denegarent dilationem inordinate, non eſſet neceſſe ſtatim reſtituere, vt ſupra. Si vero ignorent illi damna eis illata, & reuelatio poſſet eſſe periculoſa huic, qui vult reſtituere, tunc non eſt reuelandum illis, ſed præſumendum eſt quòd confeſſor gerat vtiliter cauſam iſtius, & confitens intendat & promittat ſatisfacere quàm cito poterit, quod locum habet de bono & æquo, & tunc confitens poteſt abſolui & communicare, quia eſt in via ſalutis: Si vero iſte confitens ignoret omnino perſonas, quibus eſt reſtitutio facienda, tunc eſt liberè in poteſtate prælati vel deſcripti ſacerdotis dare & ſtatuere terminum confitenti ſicut neceſſitatem & cõtritionẽ eius ac voluntatem reſtituendi viderit promptam eſſe, & infra iſtum terminum talis poteſt abſolui & communicare, & ſic quando male ablata ſunt incerta, & pęnitens non eſt omnino impotens, poteſt componere cum epiſcopo, ad quem ſpectat horum diſpoſitio, & epiſcopus poteſt ei tanquàm pauperi aliquid remittere, dum tamen libere ponat ſe in manu epiſcopi, qui epiſcopus poſſet etiam dilationem dare, & quòd in temporibus particulatim ſoluat,ſecundum theologos, & in ſum.confe.lib.2.titu.5.q.85. & in quantum dixi, quando certi ſunt illi, quibus facienda eſt reſtitutio, procedit niſi illi ſimiliter ſint in neceſſitate, ita quòd non poſſunt ſine notabili damno re ſua carere, quia non eſſet rationabile, quòd iſti detinentes de rebus illorum in neceſſitate exiſtentium ſuis neceſſitatibus ſubuenirent, & in pari cauſa debet eſſe potior conditio illius, cui illud debetur,ad quod vide quod not.Hoſti.in ſum.de vſur.§.fina.ver. hoc in iudicio &c.& propter has æquitates poſſet attentari,

quòd

quòd licet vsurario non sufficeret remissio, si pecunia non sit restitutioni parata, de quo per Dy.in regula, peccatum.lib.6. & Pet.de Ancha.in c.statutum.§.assessorem.de rescrip.lib.6. nisi ex corde remitteret, vt per Hosti.in sum.de vsuris.§.fin. uer. quid si fœnerator. adde Do. in d.c.statutũ. §.si quid autem.& in c.quia sæpe.ad fi.de elect.lib.6.& Fede.consi.18. incipit, Quæstio talis est, an vsurario.& consi.22. An vsurario sufficiat.& per dominum Nic.in cap.cum tu.de vsuris.& Franc.in c.ad nostram.2.in fi.de iureiur.attamen in illo, qui præstitit occasionem damni, ad quem nihil peruenit, videretur sufficere talis remissio: faciunt no.per Ioan.And.in dicta regula, peccatum.in gl.& in Mercul.& Pet.de Ancha.vbi supra & in Pisa.in ver.restitutio personæ.in prin.Similiter videretur sufficere remissio partis ei, q. de iuris rigore ex quacunque causa tenetur, ad quem tamen illud non peruenit, cum penès eum non remaneat, & sic nihil indebite detinet, & satis videtur quòd oblatio remittatur, facit ĩ.q.134.ante fi.Item etiam pœnitetnti sufficit remissio, quando non est omnino clarum deberi, per no.per Hosti.in sum.de decimis. §.& vtrum.sub §.7.quæritur.post princ.& sub §.8.Item dicunt aliqui sufficere, quòd si testator in testamento mandat restitui male ablata, vt a peccato liberetur, licèt hæres non restituat, per no.per Inno.in c.in litteris.de rap.& per glo.in c.quamquàm. de vsuris.lib.6.in glo.dicebat.& se.facit 47. distin.c.quod ad nos.& quod no.per Ber.de renun.nisi cum pridem.in glo.iuxta illud.& quod no.in c.a nobis.2.glo.fi.de sent.excommu.& 11.q.3.quod prædecessor.in glo.ergo sufficit.in prin.In contrarium, 13.q.3.qui oblationes.& dictum c.quamquàm.in fi.quod procedit, si tenetur & potest statim restituere, debuit enim suis manibus restituere, & præuidere potuit, quod poterat hæres non restituere, sed si omnino præsumendum fuisset quòd hæres vel executor solueret, videretur excusari, prout dixi supra ver.Item adde, quòd qui semel elusit.ibi, alias vero cessante &c.ad hoc infra q.150.& circa istam materiam nota aliquas conclusiones Pet.de Pal. qui dicit sex sunt videnda: Primo, an sit restitutio facienda. Secundo, de quibus rebus sit facienda; Tertio, a quo sit facienda: Quarto, cui sit facienda; Quinto, inquantum sit facienda; Sexto, quando sit facienda: Quantum ad primum sunt quinque conclusiones: primo, quòd restitutio semper est facienda, nisi sit excusatio Primo propter impossibilitatem, in qua debet considerari si est æqualis necessitas in illo, qui est creditor respectu secundæ necessitatis, tunc iustius est illi subueniri de suo, quàm isti de alieno Sed si esset extrema necessitas, quæ facit omnia communia, melior esset conditio possidentis: Secunda conclusio est, quòd secundo excusatur, propter remissionem creditoris, si donare potest, vel talis remissio non sit a iure improbata, de rescrip.c. statutum.lib.6.& de censi.exigit.eo.lib.Tertia conclusio, ꝙ tenetur restituere, nisi compensatio excuset, vnde in foro conscientiæ, vbi omnia sunt liquida coram Deo, si res debitoris ad me peruenit etiam cum dolo possum eam retinere, quousque mihi satisfecerit, licet in foro exteriori requireretur sine dolo, sicut vt per modum pignoris retinere possit: Quarta conclusio est, ꝙ excusat præscriptio, si iusto titulo bona fide semper fuerit res aliena possessa, de præscrip.vigilanti. Quinta conclusio, ꝙ quinto excusat amissio, si tempore amissionis non fuit in mora, vel erat mora purgata, vt ibi latius: Quantum ad secundum sunt etiam quinque conclu-
417 siones: Prima, ꝙ etiã † de bonis animæ fieri debet restitutio, vnde qui mulierem ad peccatũ traxit, debet ortari eam per se vel per alium ad pœnitentiam, & qui retraxit aliquã a religione, renetur inducere ad ingressum vel regressum. Si autẽ ille nolit intrare vel redire, tenetur æque idoneum procurare, ꝙ si non possit tenetur pro eo intrare, quod fecit magister Raymundus, ad hoc vide s̃. Secunda conclusio de bonis corporis, puta de vulnere, & verbere, expensas emendando, vel de virginitate ablata ipsam dotando: Tertia conclusio de fama, quia si indebite eum diffamauit, tenetur ei restituere sicut melius potest, sine mẽdacio etiam cum sui diffamatione, si aliàs non potest, secus si debitè, quia nemini facit iniuriam &c, Quarta conclusio est de honore & præbenda, si animo lædendi faciat, secus si procurauit eã dari digniori, vel nondum illud erat tibi debitum, vel tuum. Quinta conclusio est, de rebus, & quidem de iniuste ablatis, & detentis sine iustitia, & si.sed si quis rem suam furatur, non subiacet restitutioni, licet peccauerit in modo: quando tamen probabiliter credit, quòd propter potentiam alterius vel iudicis iniustitiam vel defectum probationum vel expensarum nõ posset commode suum vel sibi debitum repetere accipiendo sine scandalo occultè, dicunt quidam quòd non peccat, quia in defectum iudicis potest sibi ius dicere, ita quòd filius & vxor & seruiens vel famula possunt accipere debitũ, quãdo peius sequeretur litigando. Item tenetur quis emendare damnum datum per seruum vel animalia ipsius. Quantum ad tertium non solum qui accipit restituere tenetur, sed etiã consentiens & mandans. Item consulens, etiam si consu-
418 luit, ꝙ † quis mutuet ad vsuram. Item cõsentiens, quando est in causa faciendi. Item adulator. Item receptans. Item participans. Item celans, vbi res est. Item non obstans, quando ad illud tenebatur. Item iudex nõ iudicans, nec valet distinctio iuristarum dicentiũ, ꝙ iniquè pronuntias facit litem suam: Non autem si a iure deficiat pars non appellando ad superiorem, quia in utroq; casu tenetur ad damni restitutionem. Circa quartum sciendum, ꝙ regulariter illi, cui ablata est res, restitui debet. Fallit primo, quando & ipse peccauit: Secundo, quando non expedit, ut furioso gladium, pupillo aurum, sed tutori aut curatori. Tertio quando incertum est, & tunc facta diligenti inquisitione pauperibus dandũ est, ad quod supra q.114.post medium. Quarto si ille desijt esse dominus. Item si erat dilapidator, & de si.quando autem ille, a quo est res accepta, tenebatur alij tertio, liberatur ille qui illi tertio soluit saltem ratione detentionis, dum tamen constet ad illum tertium spectare. Circa quintum est sciendum, quòd restitutio facienda est a principali inquantum accipit, id est, simplum non multipliciter: habetur tamen ratio damni etiã extrinseci & lucri, cum teneatur ex delicto. Item fructuum hæres non tenetur solum iuxta uires hæreditatis, etiam si nõ fecerit inuentarium, quousque condemnatus fuerit, tunc enim tenetur sicut in alijs pęnis legalibus: Circa sextum sunt tres conclusiones. Prima, quòd restitutio est statim facienda. Secunda, quòd est aliud speciale in usurarijs manifestis, de qua materia ibi plene: & de usuris.c.quia in omnibus.& in c.ulti.& in c.quamquàm.lib.6.& in cle.eos.de sepul.Item in raptoribus publicis & uiolatoribus ecclesiarum est aliud speciale, de rap.c.2.secundùm Pet.de Palu.in 4.dist.15.q.2. per totum.ubi latius de materia restitutionis huiusmodi. Si ergo hæ conclusiones in aliquo discreparent a primo dictis, tu lector ad concordiam reducas, & memento quòd utinam præmissæ æquitatiuæ uiæ sufficerent ad restitui faciendum: & adde omnino infra q.134.ad fi.& nota, quòd si quis teneretur ecclesiæ, sufficeret restituere prælato, 17.q.4.si quis cõtraxit.& quod ibi no.& per Doct.post Archid.in c.sciant.de elect.in 6.ubi quomodo quis dicatur spoliare &c.Item con-
419 fessor iniungat episcopo, qui scienter † contulit beneficium indigno, si ille non sit soluendo, quòd seruet ecclesiam indemnem de damno per illum ecclesiæ illato, ut in cap.commissa.§.fin.de elect.lib.6.& per Domi.ibi, qui etiam limitat glo.12.q.2.fraternitatis.quòd quis non teneatur soluere pęnam in foro conscientiæ, uidelicet ꝙ aliud sit de restitutione damni, quod non est pęna respectu recipientis, licet sit pęna per respectum ad solutẽem, quod nota, quia idem dixit Ni. in c.fin.de iniur. Alias uero proprie lucraretur cum alterius iactura, secundùm Nic.in c.suam. de pęn. facit infra q.134. ante fi. Vltimo Nic.in c.quia plerique.4.col. in uiam restitutionis ponit duas conclusiones. Prima, quòd ubicunque ius
420 † positiuum habens concursum legis & æquitatis naturalis, disponit super restitutione uel retentione, seruanda est talis lex etiam in foro conscientiæ. Secunda, ubicunq; inter l.positiuam & naturalem datur discrepantia, seruanda est l.seu æquitas naturalis in foro animæ &c.quod declara, ut ibi per eum post Innoc.& Doct.

421 ¶CXXXIII.quæro, quæ pęnitentia † pro singulis peccatis sit iniungẽda: Respondeo, pro quolibet peccato mortali esset septennis pęnitentia iniungenda, 32.q.2.hoc ipsum.& §. se.& no.22.q.1.prædicandum.& ut no.in sum.confes.lib.3. titu.34.q.125.huius rei duplex est ratio: Vna, quia præcepit dominus Numeri, 12. Mariam sororem Aaron lepra percussam poni extra castra per 7.dies, ut in d.cap.hoc ipsum.& sic accipitur dies pro anno. Alia ratio est, ut sicut propter peccatum septiformem Spiritussancti gratiam amisit, ita per septennem pęnitentiam gratiam recuperet: & ista pęnitẽtia uidetur agenda, ut plurimum in ieiunijs, ut 33.quæst.2.hoc quamquàm.& extra de fur.si quis propter.& ista septennis pęnitentia magis uel minus aspera debet imponi, prout maioritas uel minoritas criminis & circunstantiarũ exposcunt, quia apud Deum magis valet mortificatio viciorum quàm abstinentia ciborum, de pęn.dist.1.mensuram. & ideo magis contrito pęnitentia minor imponenda est, vt ibi: sed hodie omnes pęnitentiæ sacerdotis arbitrio taxandæ sunt consideratis circunstantijs personarum & conditionum, 26.q.7. tempora.& in d.c.mẽsuram.& extra eo.Deus qui.& in sum. confesso.eo.titu.q.120. vbi etiam notantur multiplices pœnitentiæ, quæ specialibus peccatis sunt statutæ secundum fratrem Nic.Osim.in addi.ad Pisa.in verbo, pęnitentia. Secundo ad primum, ꝙ pro peccato debeat imponi pęnitentia septem annorum, vide 22.q.4. qui sacramento. & 30. q. 4. c.si pater.& no.de pęn.dist.3.sunt plures.& de pęn. & remis. c.2.in prin.& c.quæsitum.in fi.& c.seq.& in c.tua.2.glo.1.in fi.de iureiur.& per Host.in sum.de pęn.& remis.§.quæ pęnitentia.in princ.de venialibus tamen regulariter non imponitur pęnitentia, nisi forte ratione periculi, vel si posset trahere in mortale, vel ratione dubij, vide supra q.67.& ad illud, ꝙ pęnitentia imponitur vt plurium in ieiunijs, vide infra q.proxi.& quod hodie sint pęnitentiæ arbitrariæ, not. 26.q.7.in sum.& c.tempora.& c.latores.in fi.de cler.excom. minist.& in c.suscepimus.de homi.in gl.pen.& in c.2.de sortil.& Fran.in cle.dudũ.§.statuimus.6.notab.de sepul.& Ant. de But.in c.si quis pp.de furt.ratione tñ duce in Spec.de dispen.§.nunc de Episcoporum.ver.28.& ꝙ sint arbitrariæ, pbat Io.And.post Host.in c.sicut.post prin.de homi.& intellige, quòd sint arbitrariæ consideratis his, quæ habentur in d. c.sicut.secundùm Io.And.in c significasti.de adulter. & in c. 3.in prin.de furt.& in c.Deus.de pęn.& rem.per eundẽ, aliàs vero si nuda voluntate dispensaret dicerẽt dissipatio, vt no. Io.And.in c.de multa.7.col.de præb. & in Spec.de dispen. §. qualiter.in prin.& faciunt not.per Io.And.in c.1.de voto.in certis tñ casibus certa pęnitentia a canonibus statuta est, vt per Guil.in aureo repertorio de regul.pęnitentiæ. in §.sciendum est.vsq; in fi.& nihilominus arbitrariæ sunt hodie, vt s̃. & quod no.Io.And.in c.2.extra de emp.& ven. ad hoc infra q.171.ad fi.& infra §.prox.q.58.& similiter vbi diuersæ pęnæ per canones imponuntur, iudicis arbitrio relinquitur, vt no.Io.And.in c.2.de coha.cle.& mulie.ad quæ optime quod no.Host.in sum.de maledic.§.qualiter.sub §.per temporalẽ. ibi, porrò in iudicio animæ.& duobus ver.se.& ĩ.§.px.q.95. in fi.sic ergo a pęnitentijs iure taxatis põt sacerdos recedere, & aliam pęnitẽtiam arbitrari, vt per D.Nic.in c.sicut dignũ. in prin.de homi.& in c.2.de pęn.& rem. & melius in c.Deus qui.eo.tit.debet tñ scire canones imponentes certas pęnitẽtias, de quibus per Host.in sum.de pęn.nam aliàs non posset moderari rectè pęnitentiã, cum a canonibus non sit sine causa recedendum, s̃m eundem Nic.in c.fi.in fi.de pęn.vnde dici non põt, ꝙ dicti canones de nihilo seruiant, ꝙ non debet de facili ab ipsis recedere, s̃m Nic.in c.2.de emp.& ven.fa. in Spec.de lega.§.nunc ostendendum.ver.84.& de dispen.§.dispensatio.ver.& scias.& ver.notandum est.ibi, sed rigor iste. & optime per Guil.in aureo repertorio de pęni.a canonibus diffinitis, in prin.Item tanta põt esse contritio, ꝙ nulla pęnitẽtia erit iniungenda, s̃.q.8.& ĩ. q.prox.& se.Item infirmo non
422 est † pęnitentia iniungenda, sed innotescenda, dicendo si tu esses sanus, talem pęnitentiam deberes agere, & vsque ad talẽ tẽpus, sed qa infirmus es, nõ iniungo, dico tñ si decesseris, facias fieri talem eleemosynam: si aũt conualueris, iterum cõfitearis, & facias pęnitentiam iniungendam, vt per Host.in sum.de pęn.§.qñ confitendum.in fi.& per Arch.26.q.7.c.1. & no.de pęn.dist.7.c.2.gl.1.& 26.q.7.per totum.& s̃.q.15.& q.84.ad fi.& adde infra q.150.& 152.post medium.

423 ¶CXXXIIII.quæro, de arbitrio † confessoris quale erit? Respondeo, sacerdos debet semper iniungere pęnitentiam per contrarium peccato, ut superbo iniungat humilem orationem, auaro eleemosynarum largitionem: accidioso peregrinationem, seu laborem: guloso abstinentiam: luxurioso carnis macerationem, & quandoque loci mutationẽ, vt dist.81.ualet.16.q.1.mulier.tamen semper cauere debet, ne per pęnitentiam, quam alteri iniungit, præiudicium faciat, ut viro in præiudicium uxoris, & familiæ aut seruo in præiudicium domini, & huiusmodi secundùm Pisan. vel quòd ex pęnitentia sequatur aliquod scandalum, seu periculum spirituale vel corporale, ar.c.officij.extra de pęn.& præsertim, vt sit pęnitentia quæ verisimiliter fiat, ne pęnitẽs nouis laqueis inuoluat̃, qa omittẽdo pęnitẽtiã mortalr peccaret, secundùm Scotum, 15.distin.Magistri Sententiarum. secundùm fra.Nic.in addi.& quòd per contrarium imponi debeat pęnitentia, probatur de pę.distin.2.c.1.& per Hosti. in sum.de pę.§.quis sit effectus.in 2.col.& in §.quæ pęnitentia.ver.consulimus.& in legenda passionis domini, in 8.col. de homi.c.2.ad fi.& de pęni.& remi.quòd autem.in versi. iudices: de voto. magnæ. ver. & circa.& quod ibi not. & per Hosti.in c.2.de his qui fil.occi.vnde is, quem corpus cœleste disposuit esse gulosum vel luxuriosum, submissus rationi sobrius & continens esse potest, & econtra, Ioan.And.in c.2. ad fi.de sortile.fa.ad additionem infra q.139.unde dicit Archid.26.q.7.§.alijs.quòd pęnitentia est secundum arbitrium confessoris ex causa moderanda, quod dicit tenendum pro regula, aliàs contra, de pę.dist.5.falsas.dicit etiam ea.q.c.2.ꝙ istud arbitrium debet esse discretum, de pęni.distin.1.quem pęnitet.& prouidum, de pę.dist.3.inter hæc hircũ.secundùm Laud.ad hoc quod no.de offi.delega.de causis.in fi.& quod not.per Ioan.And.in c.Deus.de pęni.& remi.Item pęniten-
424 tia debet esse † talis, quòd aut crimen æquat, aut excedat, Io. And.in c.quod autem.de pęn.& remi.vnde maiorem imponat pro incestu quàm pro adulterio, Ant.de But.in c.ex litteris.de eo qui cogno.& in c.fin.ante fi.eo.tit.Item imponat pęnitentiam, prout iniungit consueuit, de hære.vt officium. circa princ.lib.6.& in arbitrio prælati erit, an imponat pęnitentiã pro tanto tempore, quanto fuit in peccato, not.90. distin.si quis monachus.fa.de pęni.distin.1.vide benignum. & quanto tempore fuit in delicijs, tanto sit in tormentis, Io. And.in c.quòd autem.de pę.Item ꝙ totiens imponat pœnitentiam quotiens peccauit, no.6.q.1.imitare: & per Nico.in c.sicut dignum.3.col.de homi.& in c.1.de pęn. Item grauius imponitur præstantibus alijs scandalum, de despon.impub. duo.ver.cum vero.de eo qui duxit in vxorem.cum haberet. & ibi per Io.And.Item si contra proximum peccasti, oportet quòd satisfacias, Ioã.And.in c.sicut.de coha.cler.& muli. & in c.ea noscitur.circa medium.& in c.cum desideres.3.col. & in c.contingit. post princ.per eundem, de sent.excommu. vbi de petitione veniȩ & satisfactione debita.Item pro pec-
425 cato † occulto non debet imponi regulariter certa pęnitentia, ne per hoc peccatum percipi possit, vt in Specu.de pęn. in fi.& per Ioan.And.& Doct.in c.1.de pęni.& remi.Item si pęnitens semel promisit, & non adimplendo decepit, sacerdos sit magis cautus, vt in c.quæstioni.de appel.& quod not. in c.3.de adulte.& supra q.132.2.col.& infra q.142.in fi.& de regulis instruentibus confessorem in imponendo pęnitentiam in repertorio aureo Spec.de reg.penitentiæ.per totum. Item quandoq; imponit pęnas graues, 50.dist.si ille.& per Innoc.in c.qualiter.2.de accu.Item militi occidenti pre-
470 scias, quòd eleemosina est triplex, prima † consistit in cordis contritione, qñ aliquis seipsum offert Deo, iuxta illud, Miserere aiæ tuę &c. de pęn. dist. 3. qui vult. de hac cantatur in ecclesia, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatum. vnde Ecclesiastici, 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis. Secunda consistit in cõpassione proximi, qua compatimur alienis aduersitatibus tanquam nostris, de hac Iob, 31. Mecum creuit miseratio, & ab utero matris meę egressa est mecum. Tertia consistit in largitione manuali & aduocatione, scilicet quam debẽt præstare aduocati in causa miserabilium personarum cura corporali & spirituali, & habetur in quocunque consilio & subsidio, quod impenditur proximo: de hac dicitur in Euãgelio Lucę, 11. Date eleemosinam, & omnia munda sunt vobis, i. Date in eleemosinam superflua, quæ habetis, & sic ex alijs retentis nullam immunditiam contrahetis: ita solet exponi de eleemosina corporali. & Ambr. Pasce fame. 86. dis. pasce. Prima eleemosina maior est alijs, nam illa offert quis se Deo tanquam holocaustum, idest totum incensum, sed in alijs duobus offert se tãquam sacrificium, idest hostiam particularem: de hoc etiam legitur 45. dist. tria. & c. se. secundũ Arc. post Ray. in d. c. qui vult. & per Host. in sum. de pę. & remi. §.
471 quis sit effectus. in 2. col. & adde Ioan. And. in c. inter opera. de spon. Sed an dare † eleemosinam sit sub præcepto? Et videtur ꝙ sic, ex eo ꝙ dicit Dominus, Date eleemosinam &c. Luc. 6. & 12. q. 1. quia. 16. q. 1. c. decimas appello. in fin. quod verum est secundum Thom. omittens enim hoc ęternaliter punitur, vt patet Mathæi. 25. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare &c. ratio autem huius est, quia cum proximi dilectio sit in præcepto, necesse est illa omnia esse siue cadere sub præcepto, sine quibus dilectio proximi nõ conseruatur: ad dilectionem autem proximi pertinet, vt ei non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud Ioã. 3. Non diligamus lingua neque verbo, sed opere & veritate: ad hoc autem ꝙ velimus & operemur bonum alicui, requiritur ꝙ eius necessitati subueniamus, vnde Ioã. primo: Qui viderit fratrem suum necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua ab eo, qũo charitas Dei manet in illo? & ideo eleemosinarũ largitio est sub p̃cepto: sed qa præcepta dantur de actibus virtutũ, necesse est ꝙ hoc mõ donũ eleemosinę cadat sub p̃cepto, ſm ꝙ recta ratio requirit, ſm quã est aliquid cõsiderãdũ ex parte dãtis, & aliquid ex parte eius, cui est eleemosina faciẽda, ſm Tho. hoc tñ satis colligitur ex not. 47. di. sicut hi. & 86. dis. nõ satis. Dic ergo breuiter, ꝙ dare eleemosinã de superfluo est in præcepto, & similiter dare eleemosinam ei qui est in extrema necessitate, & de hoc loquitur 86. di. pasce. ad qd̃ s̃. q. 144. aliàs aũt eleemosinã dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur cõsilia: & dicꝙ superflua de necessitate precepti sunt eroganda, quia licèt istius sint quantũ ad proprietatẽ, tñ etiã aliorum sunt bona illa quo ad vsum, s. qui ex eis sustentari possunt, vt satis colligitur ex not. in d. c. sicut hi. & ibi dicit Archi. Itẽ scias, quòd
472 † quædam eleemosinæ sunt corporales, s. septẽ: poscere esuriẽtẽ, potare sitientẽ, vestire nudũ, colligere hospitẽ, visitare infirmũ, redimere captiuũ, sepelire mortuum: vnde versus:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Sunt & aliæ septẽ eleemosinæ spirituales. s. docere ignorãtem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccãtem, remittere offendẽti, portare onerosos & graues, & pro omnibus orare: vnde versus.

Consule, castiga, solare, remitte, ferre onera.

Ita ꝙ sub eodem intelligatur cõsiliũ & doctrina, ſm Tho. vt
473 refert Arc. 45. di. tria. subdẽs ꝙ simpliciter & absolute † eleemosinę spirituales sũt potiores quàm corporales. Primo qa id, quod exhibetur nobilius est. s. donũ spirituale, quia præeminet corporali, ſm illud Prouerbiorũ. 4. Donũ bonũ tribuam vobis, legem meam ne derelinquetis. Secũdo ratione eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Tertio quantum ad ipsos actus, quibus subuenitur proximo, qa spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, tñ cõparando has eleemosinas ſm aliquem particularem casum potest cõtingere, ꝙ corporalis eleemosina prefertur spirituali, puta magis esset pascendum fame morientem quàm docendum. sic etiam indigenti secundum Philosophum melius est ditari quàm philosophari, quãuis hoc sit simpliciter melius, ſm Arch. post Tho. & subdit, ꝙ dr̃ eleemosina spiritualis, qa per eã spiritus ad bonũ dirigit, qd̃ no. & facit de spõ. inter opera.
474 & qd̃ ibi ꝑ Ant. de Bu. & s̃. q. 115. adde, ꝙ † eleemosinę liberant peccatorẽ à morte, vt no. de pę. dist. 1. quamobrem. & c. medicina. gl. 1. Itẽ debet fieri cũ moderamine, vt nostra abũdantia sit ad pauperũ inopiã, & ꝑ uidẽdũ esse ne qd̃ libenter facimus semper facere nõ possimus, ſm Hieronimũ in legẽda sanctæ Paulę. & sic non est faciẽda vltra posse. Ioã. And. in c. de his. de eccles. ędi. qd̃ intellige vt s̃. Item nõ est facienda illi, ꝙ põt laborare, no. 82. dis. in prin. & Arch. 5. q. 5. nõ oĩs. & dr̃ magna dare vltra id qd̃ homo possit, no. 45. di. tria sunt. & an sufficiat dare ad remouendã importunã petitionẽ, no. 45. di. quæ sunt. Item dare ad vanã gloriã est peccatũ, not. 1. q. 1.
475 vide. vnde qui facit † eleemosinã vel sustinet martiriũ ad põpã demeretur, Ioã. An. in c. 1. de collusione detegẽ. ad fi. Item faciẽda est vltra decimas de nouẽ partibus, Ioã. An. in c. 1. de empt. & ven. Item cui magis debetur ꝑstari infideli an alteri fideli, no. 86. dis. ꝑfectã. & Spe. q. fil. sint legi. §. 1. ver. qd si pr̃. Itẽ an possit fieri ꝑ vxorẽ, no. 33. q. 5. qd̃ Deo. Itẽ an sit licitũ dare citharistis, no. 86. di. donare. Itẽ qñq; sufficit bona volũtas cũ charitate, 86. dis. nõ sat. & ibi no. de pę. dis. 1. si cui. §. 1. Item in ea multa sunt attendẽda, not. ibidem, & in c. ꝑfecta. Item an debet quis incipere a seipso, de spon. inter cętera. gl.
476 1. & in c. petitio. gl. fi. de iureiur. Item an possit fieri † de male acquisitis, no. 1. q. 1. non est putanda. per glo. & Arc. & 14. q. 5. in sum. & c. forte. & per Arch. 86. dist. qui venatoribus. & per Inn. & Doc. in c. quia plerique. de immu. eccl. & not. in c. causa. de verbo. sig. & in c. ex transmissa. de decimis. vnde videtur de meretricio posse recipi eleemosinam de conscientia episcopi, vt in simili dicunt Doct. in d. c. ex trãsmissa. Item an omnibus indistinctẽ sit danda, not. 24. dist. quiescamus. in glo. magna. Bar. in l. 2. de anno. ciui. lib. 11. & in se. rub. & de materia per Fran. in c. inter. de spon. & Hos. in sum. de temp. 1.
or. ver. septima regula, per totum. & plene per Ioan. de Imo. post Step. in cle. si dominum. in 8. colum. de reli. & ven. san. vbi etiam quæ sint consideranda in eleemosina, & de ordine adhibendo in ea. & ibi per Frã. in ver. ideoq;. vbi plura dicit.
477 Vltimo no. ꝙ † pauper põt implorare officiũ ẽpi ad compellendum diuitem ad faciendũ sibi eleemosinam, no. 47. dis. sicut. & per Panormitanum in c. cum causa. de elect. in 4. col.

478 ¶ CXLVIII. quæro, vtrum † restitutio sit pars satisfactionis. Respondeo, ſm Pe. in 4. di. 15. aliquid põt dici pars satisfactionis dupliciter: vno mõ omne illud, qd̃ ad debitum satisfactionis exigitur, & sic restitutio est pars satisfactionis. Secundò propriè id, in quo consistit satisfactio, & sic non est pars satisfactionis, quia restitutio dicit tñ cessationẽ ab iniuria, sed est fundamentũ & quasi præambulũ ad satisfactionẽ. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 124. ſm fra. Nic. post Pis. vbi s̃.

479 ¶ CXLIX. quæro, vtrum vnus possit † pro alio satisfacere. Respondeo, secundum Pet. in 4. dist. 15. duplex est

effectus ſatisfactionis, vnus ſoluto debiti peccatorũ commiſſorũ:alius exciſio cauſarum peccatorũ ſequentiũ ſeu futurorum:& quidem quo ad hunc ſecũdum effectum cõſtat, ꝙ vnus homo non poteſt pro alio ſatisfacere, quia per ieiunium vnius.nõ maceratur & refrenatur caro alterius: quantum vero ad primum effectum diſtinguendũ eſt, quia ſi quis impotens eſt per ſe ſatisfacere,tunc alius, qui eſt in charitate,poteſt pro eo ſatisfacere ſicut etiã confiteri, ſ.q.37.ſi verò eſt potens, tunc oportet ꝙ ipſemet ſatisfaciat pro ſeipſo apud Deum,poteſt tamẽ iuuari per alium, & addit hic Tho. ꝙ etiam ſi potens iſte ſit nihilominus alius poteſt pro eo ſatisfacere, ſed non eſt permittendum vt aliquis pro alio ſatisfaciat,niſi defectus aliquis appareat in pœnitente, vel corporalis,per quem ſit impotens ad ſuſtinendum,vel ſpiritualis per quem non ſit promptus ad portandum pœnitentiam, ſecũdum Piſ.in ver.ſatisfactio.& Arch. de pœni.diſt.3.pœnitentia.2.Dicit fra.Ni.ꝙ hoc caſu non videtur pœnitentia ſibi prodeſſe,niſi animum paratum habuerit ad ſatisfaciẽdum, quod ſibi à ſacerdote in pœnitẽtia iuſte fuerit iniunctũ, quia
480 ad hoc obligatur,de pe.& re.omnis.nam perfecta† penitentia cogit peccatorem omnia libẽter ſufferre, de pe.di.1.perfecta.Ideo clarior videtur ſententia Pet. quæ etiam ponitur cum dicto Tho.in ſum.eo.ti.q.129.nam neceſſe eſt,ꝙ homo recognoſcat peccatum ſuum ſaltem per aliquem actum ſatisfactionis exterioris,aliàs non videtur in veritate dolere, vnde & Ioelis,2.dicit dominus, Cõuertimini ad me in corde veſtro,in ieiunio & fletu & plãctu &c. ad hoc etiam facit de pe.diſt.1.non ſufficit.vnde & Richar. ſuper 4.diſt.15. dicit,ꝙ de lege communi ſecundum omnes nunquam dimittitur actuale peccatũ mortale ſine aliqua ſatisfactione, quia ſemper ad hoc requiritur actus pœnitendi, in quo principalior pars ſatisfactionis conſiſtit, & ꝙ de lege communi pro mortali actuali cum ſatisfactione meriti Chriſti requiritur aliqua ſatisfactio pœnitentis non propter infectionem meriti Chriſti, ſed quia Deus vult etiam propter ſui honorem & propter noſtrum bonum,vt pro his, quæ voluntate propria committimus vel omittimus volũtate propria ſatisfactionem aliquam faciamus:Item Scotus ſuper 16.diſ.4.ſen. idem ſentit ſubdens,ſi arguis, contritio poteſt delere quodcunque peccatum : igitur pro nulla correſpondet alia ſatisfactio propria,non ſequitur quia contritio includit aliquam ſatisfactionem ſaltem in voto, & licèt quandoque ſit intẽſa, ita ꝙ ſufficiat & ſatisfaciat pro tota pœna, tamẽ præceptum de pœna infligenda non eſt irrationabile, quia contritio nõ eſt niſi ſatisfactio particularis,præcepta vero generalia dantur propter remedia generalia, & ſecundum illas contradictiones,quæ inueniuntur in hominibus,vt in pluribus ſecũdum Fra.Ni.in addi.ad Piſa.vbi ſ.de hac materia tractat fra. An.in ſum.c.de ſatisfactione.vbi refert Pe.de Pa. in hac materia latius tractantẽ,& ſubdit poſt ipſum circa ſatisfactionẽ impoſitam in confeſſione,ꝙ ſi confeſſor imponit aliquid faciendum per ſe vel alium,& clarum eſt,quòd ſi per ſe poteſt, non poteſt per alium,ſecus ſi per ſe non poteſt, vt ibi latius: & ideo dñs Frã.in c.oĩs.dicit,ꝙ qs debet ꝑ ſe adimplere pœnitẽtiã,ſufficit tñ aliqñ per aliũ,qñ per ſe non põt, vel qñ eſt actus ꝑ aliũ expedibilis,82.diſt.presbyter.de pe. diſ.3.pœnitẽtia.in gl.ad idẽ ꝑ An.de Bu.in d.c. oĩs. in 8.col. ſimiliter ꝗ opi.Tho.videnẽ facere no.per Inn.& Frã.in c.licèt poſt glo. de voto.& facit 82.diſt.in fi.in glo.& ita poteſt cum ſi.& ade ſ.q.139.ad fi.& 134.circa medium.

481 ¶ CL. quæro,an viuus † poſſit ſatisfacere pro mortuo. Reſpõdeo ꝑ cõcluſiones:Prima, ꝙ ſi moriens imponat viuo ꝑ ſe ſatisfacere,& ille ſuſcipiat & faciat,prodeſt mortuo.Secũda,ꝙ ſi aliqs ꝑ mortuo faceret penitẽtiã ex ſe,nõ ei ꝓdeſſet ꝑ modum ſacri,ſed ſuffragij ſic.Tertia,ꝙ ſi ille,cui defunctus iniũxit,ꝑ aliũ faciat tñ valet.Quarta,ꝙ ſi ille,q ꝑ mortuo ſuſcipit,nõ implet, mortuus torquebitur in purgatorio quantũ miſericordia Dei requirit,nec impoſitio ſibi valebit ad ſatisfaciẽdũ,licèt valuerit ad merẽdũ. Quintò ꝙ q abſoluit moriẽtẽ,qñ ſibi pœnitẽtiã innoteſcit,debet ſibi imponere oĩa bona,q̃ per ipſum fuerint procurata, & oĩa ſuffragia quę ſibi fuerint impenſa & orta, vt heredibus & executoribus imponat quærere quãto plura poterit,ſm Pe.de Pal.in 4.di. 20.q.3.ar.2.requirit tñ,ꝙ iſte ſatisfaciens pro viuo vel mortuo ſit in charitate,vñ cõſulẽdũ eſt diuitibus & nobilibus,vt quærãt participiũ bonorũ,quæ in religionibus fiũt, vbi etiã ſunt plures pœnalitates quàm alibi, & magis acceptæ Deo quàm alibi,vt latius per eundem artic.3.

482 ¶ CLI. quæro,an peccator† poſſit digne per ſatisfactionẽ recõpenſare Deo:Reſpõdeo,nõ, qa creatura creatori digne & vere recõpenſare nõ põt,ſed inquãtũ poſſibile eſt,põtñ dici digne recõpẽſari habito reſpectu,qa ꝑ pniam fit vera amicitia,ſm Ioã.de Lig.& Doct.in c.oĩs. de pe. & re.non tñ intelligas, ꝙ Deus velit pœnitẽtias imponi pro ſui ſatisfactione,quia eſſet vindicta,ſed pro remiſſione peccati ipſius,ſm Doct. vel ſatisfacere poteſt per adiutoriũ paſſionis Chriſti, vt per Petr.de Palu.in 4.diſt. 15.q.1.artic.1.vbi latius: vnde quamdiu eſt transgreſſor præceptorum, non poteſt ſatisfacere,vt per eundem ibidem.

483 ¶ CLII. quæro,vtrũ † ſatisfactionẽ iniũctã ſed in peccato mortali expletã neceſſe ſit iterare?Rñdeo ſm Tho.vbi ſ. aliquæ ſatisfactiones ſunt, ex quibus manet aliquis effectus in ſatisfacientibus, ẽt poſtquã actus ſatisfactionis tranſuit, ſicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, & ex eleemoſinis largitis ſubeſt diminutio,& ſic de ſimilibus,& tales ſatisfactiones in peccatis factæ non oportet ꝙ iterentur,qa quãtũ ad illud qd̃ de eis manet per pœnitentiã ſequentẽ acceptæ fiunt:ſatisfactiones aũt,quæ non relinquũt aliquem effectũ in ſatisfactione, poſtquã actus tranſijt, oportet ꝙ iterentur, ſicut eſt de oratione & ſimilibus:actus aũt interior ideſt dolor de peccatis,qui totaliter trãſijt, nullo modo viuificatur, ſed oportet ꝙ iteretur.Idem Alan.addit autem Guil. ꝙ talis tenetur ad ſuſcipiendam poſtea pœnitẽtiam ſiue ſatisfactionem,non tñ imponẽda eſt ei tanta pœnitentia, quanta ſi nulla fuiſſet impoſita, quia præſumendũ eſt ꝙ propter illa iniũcta quæ fecit,licèt extra charitatẽ, dominus maiorem contritionem ei dedit,ſecundum Piſ.& fratrem Nic. & ſic Guil. videtur ſentire, ꝙ pœnitentia in mortali ſit indifferenter iteranda,ſed ꝙ propter rationem ab eo dictam poſſet diminui. Petrus etiã videtur ſentire,ꝙ ſimiliter ſit iteranda,vt in ſum. eod.tit.q.132.vbi ſecũdum eũ dicitur, ꝙ ſatisfactio in mortali peccato facta per ſequentem pœnitentiam non incipit valere,quia talia opera à charitate nõ ſunt elicita nec interpretata,& ideo ab ea non viuificantur. Item Richar. 15.di.4. ſententiarum.qui etiam non videtur approbare quo ad hoc differentiam qualitatis rerum, de quibus fit ſatisfactio, dicens ꝙ cum Deus bonorum noſtrorum nõ egeat, opera hominis nõ acceptat tanquã remunerationem dignam,niſi acceptet operãtẽ, vnde & Gene.4.prius reſpexit dñs ad Abel, & poſtea ſubiungit ad munera eius demõſtrãdo acceptionẽ munerũ, acceptionẽ ꝑſonę & reprobationẽ ex eius probatione,vt & dicit Aug.in lib.de pœnitentia.& de pe.diſt.5.cõſideret.ibi,ſemper offerat Deo mentem &c.ad hoc ẽt prima Corinth.13.ibi, Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c.Scotus vero ſuper ea.di.dicit, ꝙ iſta ſententia videtur nimis dura contra peccatores, & occaſio maioris obſtinationis: ſi enim iſte homo vere pœnitens & humiliter recipiens ſatisfactionem puta ieiunium trium dierũ cras recidiuet in peccatum mortale, & de illo non penitens ſecunda die ieiunet, quia ſibi impoſitum eſt, ſi dicat quis ꝙ ieiunium ſecundæ diei non eſt aliqua ſatisfactio exterior, magna occaſio eſt inducendi iam iſtum lapſum, vt tertia die non ieiunet,& per conſequens ad nouũ peccatum mortale, quia transgrediendo pœnitentiam illam à ſacerdote receptã videtur peccare mortaliter, cùm ſit tranſgreſſor præcepti eccleſiæ & vicarij Dei in iſto actu, ad quod ſ.q.54.poſt princ. Ex hoc poſſet formari talis ratio,ſi poſt lapſum & ante pœnitentiam nouam non exequitur ſatisfactionem priſtinam ſibi impoſitam, peccat mortaliter nouo peccato : igitur ſi exequitur,bene facit,quia facit actum obedientiæ, ſed hoc non facit illud quod eſt ſibi impoſitum, vt pars ſatisfactionis,ergo:dicit ergo ſine præiuditio,ꝙ ſi ſemel vere pœniteat & recipit pœnitentiam vel ſatisfactionem condignam ſibi impoſitam ab eccleſia claue non errante,quantumcunque poſtea recidiuet, nunquam tenebitur niſi ad illam vnicam ſatisfactionem adimplendam, & ſi eam impleat in charitate, melius eſt, quia non tantum ſoluit pœnam, ſed etiam meretur gratiam: ſed ſi implet eam voluntarie extra charitatem, ſoluit pœnã & non meretur gratiam. Si autem ipſa ab eo extra charitatem exigatur, ſoluitur quidem pœna, licèt ipſe non ſoluat, & in primo quidem eſt ſatisfactio ſimpliciter, quia reconcilians & placans: in ſecundo autem eſt ſatisfactio, quia voluntaria redditio ſed non ſimpliciter, quia nec reconcilians nec placans: in tertia eſt ſatisfactio, vltra quã nõ exigitur vlterior pœna: & hoc ſequitur, ꝙ ſi magnã partẽ ſatisfactionis impoſitę qs fecit extra charitatẽ, nõ eſt itera-

to imponenda pœnitentia ſeu ſatisfactio pro primo peccato, de quo pœnitẽtiam expleuit in peccato mortali, & poſt iterum pœniteat,quia de peccato ſatisfecit, licèt extra charitatẽ, ſed tantum de nouis peccatis,quæ fierẽt,quia ſatisfactio fuit mortua,ergo non ſatisfactio, nõ ſequitur niſi ꝙ nõ eſt recõcilians & placans in amicitiam: & ſi arguis, igitur non ſatisfactio:non ſequitur, quia ſufficit Deo, ꝙ aliquis voluntarie ſoluat pœnam debitam ad punitionem peccati commiſi, licèt non recõcilietur in amicitiam:quod patet in actibus humanis:ſi enim alicui offenſæ in regem correſpondeat præciſe ſecundum legem abſciſio manus, ſi iſte etiam inuitus abſcidatur,ſatis patitur,& regi ſatisfit ſufficienter, quia ſecundum iuſtitiam non ab eo exigere vult vlteriorem pœnam, & tamen recipit eum in gratiam & in amicitiam : multo magis poſſet ſufficere pro punitione culpæ, ſi aliquis debitam ſibi infligeret pœnam,licèt non ad gratiam vel amicitiam iudicis offenſi.Ex tertio membro poſſet dici,ꝙ talis ſi propter nouũ peccatum,in quod recidiuauit,damnetur, antequam totam pœnitentiam compleſſet, puniretur in inferno temporaliter pœna correſpondente illi quæ non fuit hic ſoluta,& poſt aliquod tempus non puniretur aliqua pœna pro illis peccatis, pro quibus fuit pœnitentia impoſita,ſicut & de veniali, quia moriens in peccato veniali ſimul cum mortali non punietur æternaliter pro veniali, ad hæc ſ.q.144. Et eodem modo in propoſito,ex quo enim ſm plenam iuſtitiam punitiuam ſemel eſt impoſita pœna tẽporalis iſti pro peccato, de quo verè pœnituit,nunquam iſti pro iſto peccato debetur niſi pœna temporalis, & illa ſoluta nulla alia ſm Scotũ. Ad concordãtiam omnium poteſt dici, ꝙ aut ſatisfaciendũ eſt proximo, aut Deo.primo caſu in quocũque ſtatu fuerit facta, ſufficit, non enim intereſt proximi, cuius meriti fuerit ſatisfaciens :
484 propterea & bona † fides non patitur,vt bis ab eodem idem debitum exigatur,ff.de reg.iur.l.bona fides. ſecũdo caſu dicendũ,ꝙ ſatisfactio pœnitentialis reſpectu quantitatis poſita eſt in arbitrio ſacerdotis,vt ſ.q.143.& ſeq.vnde poſt aliqualem pœnitentiam,ſine qua omnino fieri non poteſt, ſ.q.149. à voluntate confeſſoris depẽdet, vtrũ ſatisfactio extra charitatem facta debeat iterari vel non, & ſi de eius voluntate conſtat,ſtamus illi:ꝙ ſi non conſtat,recurrimus ad coniecturas.Vnde ſi iniuncta pœnitentia nõ relinquit poſt ſe aliquem effectum,ſicut eſt oratio, non præſumitur impoſita ad ſatisfactionem pœnę ſed ad impetrationẽ recõciliationis ſeu gratiæ remiſſiuæ,quæ haberi non poteſt, niſi per opera facta in charitate:ideo huiuſmodi pœnitentia debet tanquã inualida quo ad hoc iterari.Similiter videtur annullanda,quãdo peccatum annullat effectũ iniunctę pœnitentię, ſicut eſt viſitare loca indulgentię,ad quę inutiliter accedit, qui eſt extra charitatẽ,ideo illuc accedere vt̃ cui eſt taliter iniunctũ, vt nõ ſit inutile,ſed ex eo ſequatur effectus,niſi cõſtaret ſacerdotem illud iniunxiſſe potius ad pœnitẽtiam peregrinationis quàm indulgentiæ acquiſitionẽ.Si vero iniuncta pœnitentia relinquit poſt ſe aliquem effectum rerũ ſeu corporis diminutiuũ, præſumitur iniuncta ad ſatisfactionẽ pœnę,quæ poteſt etiam extra charitatẽ fieri,vt dicit Scotus, ideo nõ eſt neceſſe itera ri,ſm eũdem & Thomã,niſi pœnitentia huiuſmodi eſſet valde parua reſpectu perſonę pœnitẽtis & peccatorũ ab ea commiſſorũ:nã tã parua pœnitentia non vt̃ iniũcta ad ſatisfactionẽ pœnę,ſed ad impetrationẽ gratię remiſſiuę,quæ cum charitatẽ haberi nõ poteſt : propterea illã neceſſe eſt iterari, ſm Ricar.& ſic doctores cõcordãt.Et ex his poteſt colligi, ꝙ ad vitandũ dictas ambiguitates debet prudẽs ſacerdos pœnitẽ-
486 ti aliquã iniungere ſatisfactionẽ, quã ſtatim exequatur veriſimiliter in ſtatu gratiæ,exinde quo ad reliquã ſatisfactionẽ, quã ſucceſſiuè agere debet,ei declarare,vtrũ debeat illã intra re,ſi extra charitatẽ egerit, & licèt in aliquo caſu ſatisfactio iterari debeat,ſi extra charitatẽ fiat,vt prętactũ eſt,tñ hoc & quodcũque aliud bonũ ẽt extra charitatẽ factũ valet, & vtile eſt ad multa,de pœ.diſt.5.c.falſas.& Ricar.in 4.ſen.di. 15. ſm fratrẽ Nicolaũ ĩ addi.vbi ſ.Pet.de Pa.dicit ſic:Tertia cõcluſio eſt,ꝙ qñ homo de omnibus eſt contritus & confeſſus, & recepit pœnitentiam cum abſolutione,ſi recidiuãs in mor-
487 tali peragat eam,ipſe quidem ſe liberat ab iniũctione ſacerdotis,nec incurrit peccatum inobediẽtiæ,quod incurreret,ſi eam non feciſſet, quia non eſt fortius vinculum confeſſoris quam Dei vel eccleſiæ, ſed homo in mortali exiſtens impleẽdo præceptum Dei de honore parentum vel eccleſiæ iciunando abſolute ſe liberat, ergo & hic. Quarta concluſio eſt, quòd ſi pœnitentia habet aliqualem effectum derelictũ, vt eleemoſina priuationem ęris, ieiunium debilitationem corporis,vel huiuſmodi, ſi poſtea pœniteat & perſeuerat, ſicut character baptiſmalis habet effectũ fictione recedẽte,ſic & iſtud derelictum ex ſacramento quod operatur ex opere operato incipit valere ex ſubſequente ipſius approbatione & ſacerdotis ratihabitione, & nõ ex ſimplici viuificatione,quia opus operans mortuum nũquam viuificatur. Si autem non habet effectum derelictum, pœnitentia facta in mortali in nullo eſt ſatisfactoria,quin ex integro hic vel alibi oporteat ſatisfacere:& idem ſi habuiſſet effectũ derelictũ, nec fuiſſet ſubſecuta pœnitentia finalis,ſecũdum Pe. de Pal. in 4.diſt.15.q.1.artic.3.vbi latius hæc probat opponendo & ſoluẽdo,& ſic videtur ſequi opi.Tho.& Al. nihilominus determinationes fra.Ni.adhuc bonę videntur, & de materia in ſum.Antonina,in c.de ſatisfactione.qui etiam dicit, ꝙ illud, quod dictum eſt de ſatisfactionibus non relinquentibus effectum &c.videtur intelligendum in foro Dei, quia nec ratione ipſius operis cùm facit, nec ratione derelicti cũ poſtea pœnitet habeat effectũ derelictum, ſed in foro eccleſiæ ſatisfacit, quia non eſt neceſſe ipſam iterare, ſi vult eſſe in ſtatu ſalutis poſtea pœnitendo,ſicut neceſſe habebat ipſam adimplere,cũ fuit ſibi impoſita. Similiter ſatisfaciat in foro Dei, ſi labitur in mortale, ſed ſtatim pœnitet & proſequitur pœnitentiam,quia in ſtatu gratiæ eſt,vnde in nullo tenetur itera-
484 re:hoc etiam voluit Pet.de Pal.vt ſ.retuli. ad tollendum autem omne dubium tutius eſt,ꝙ confeſſor & ſi dat pœnitẽtias diutinas ieiuniorum,eleemoſinarum,peregrinationũ & huiuſmodi prout requirunt peccata,non tamen iniungat diutinas pœnitentias orationum,& præcipue his de quibus poteſt dubitare de recidiuo, ſm fratrem Ant. expedit ergo, ꝙ recidiuans ſtatim pœniteat & proſequatur pœnitentiam; vt ſentit,alij aliter ſentiũt,vt ſ.dictum eſt:& pro opinione Scoti facit,quia ſimiliter in oratione extẽſio intellectus ad Deũ debilitatem corporis parit,ſ.q.147.in princ. ſubdit piſanella,& not. ꝙ non eſt in peccato mortali, qui eſt contritus, ſ. quæſt.28.& 143.

485 ¶ CLIII. quæro, an ſatisfactio fiat per † opera extra charitatem facta.Reſpondeo,Pe.& Tho.in 4.diſ.15.dicunt, ꝙ non:Nam ſatisfactio eſt amotio offenſę & reſtitutio amicitiæ,hoc autem non poteſt fieri ſine gratia & charitate, vnde prima Corinth.13.Si diſtribuero in cibos pauperum &c. charitatem autem nõ habeam,nihil mihi prodeſt. talia enim opera non ſunt Deo accepta, ad hæc ſ. q.2. ad finem. & licèt homo non habeat certitudinem,ꝙ ſit in charitate, & per conſequens certus eſſe non poſſit de ſatisfactione, propter quod dr̃ Eccleſiaſtici,5.de propitiatu peccatorũ noli eſſe ſine metu.tamen ſufficit certitudo probabilis coniecturæ,ſm Piſ.in verbo,ſatisfactione.ad quod ſ.§.prox.q.73. pro hoc, quia gloria noſtra eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ,2. Corinth.primo,& idẽ no.in ſum.confeſſ.eo.tit.q.130.& addit Pet. ꝙ ſatisfactio ẽt fieri nõ poteſt per opera in charitate inchoata,ſed nõ perfecta,quia non poteſt eſſe aliquod opus meritoriũ vel ſatisfactoriũ ſine intẽtione bona:hic aũt bona intẽtio nõ continuatur,nec ſm actum nec ẽt ſm habitũ. Itẽ quia illud,qd̃ fit in peccato,opus mortuũ aſt,vt in ſum. con. eo.tit.q.131.ſm fra.Ni. in addi. Vnde mortale impedit meritũ cõdigni reſpectu oĩs prẽmij ęterni percipiẽdi, qa nõ decet Deũ dare gloriã niſi habẽti gratiã : ſed nõ impedit reſpectu prẽmij tẽporalis,vt per Pe.de Pal.in 4.diſ. 15.q.1.arti.3. per totum.& ſ.q.prox.ſ.q.proxima ante finem.Et dicuntur
486 opera † viua,quæ ſunt facta à uiuẽte vita gratię,& ſunt meritoria vitę ęternę, quãdiu nõ impediũtur. ſed dicũtur mortua illa,quę facta ſunt à carente vita gratię, vel quę non ſunt meritoria vitę ęternę ꝑꝑ defectũ debitę circunſtãtię, quę tñ ſunt bona ex genere,& per conſequẽs nata viuere, quæ vero ſunt mala ex genere nõ ſunt mortua priuatiue, quia nunquã ſunt nata viuere:quę autẽ à principio erãt meritoria & poſt ſuperuenit mortale,dicuntur mortificata,vñ nõ reuiuiſcunt q̃ mortua facta fuerũt, ſed illa ſolũ reuiuiſcũt, q̃ mortificata fuerũt,vt per Pe.de Pal.in 4.diſt.14.q.7.art.3.& ſ. proxime.

487 ¶ CLIIII. quęro, vtrũ † ad aliq̃d valeãt bona opera extra charitatẽ facta.Rñdeo,de hac materia tractat Pe.de Pa.ĩ 4.di.15.q.1.ar.5.& dicit,ꝙ ſi aliquis exiſtens in charitate aliqua bona opera facit ꝑ Deo, demũ incidit in peccatũ mortale,per qd̃ bona opera,quæ fecerat,extinguũtur, & q̃ facit mortua ſunt,ſi iterũ reſurgat per pœnitẽtiã & reuiuiſcat,certe reuiuiſcunt opera mortificata per peccatum ſuperueniẽs, & reſuſcitãtur,ſicut & ipſe, ſed non illa quæ in peccato facta

fuerunt,& ſic mortua, cùm nunquam ſpem vitæ gratiæ Dei habuerint, & ideo reſuſcitari non poſſunt: vnde verſus.

Illa reuiuiſcunt, quæ mortificata fuerunt:
Viuere non poſſunt, quæ mortua nata fuerunt.

Ad quod ſupra quæſt.29. & quæſtio.proxima. & ſecundùm hoc intelligendæ & exponẽdę ſunt auctoritates de hac materia loquentes, ut per Hoſtien. in ſum. de pœn. & remiſ.§. ſed an ficte.& ibi latius,ſubdens, ꝙ licèt non valeant quo ad vitam æternam,valebunt tñ ad alia: ſimiliter de operibus factis in charitate & mortificatis per ſuperueniens peccatum, nec poſtea reſuſcitatis per pœnitentiam, quia valent ad aliqua,vt ibi per Hoſt.& no.de pęn.& remiſ.quod quidam. vbi dicunt Docto.ꝙ clericus exiſtens in peccato mortali, ſi dicit officium,prodeſt tamen ad uitandum pęnam, quia aliàs puniretur:& facit de pęn.diſt.3.illud aũt Greg.in gl.magna, & ibi per Arch.in ſum. Aſtenſi.lib.5.tit.4.ad fi.& facit quod no. de ſent.excom.officij.in fi.& de pęn.diſt.4. in 11.col. in §.dicens opera mortua. & ibidem circa fi. nec obliuiſcitur Deus horum bonorum,de pęn.diſt.3.ſi quando videris. vnde ſaltem remunerat in hoc ſeculo,ut ibi, & in capitulis ſequentibus.dic latius quòd valent. Primo ad pęnæ æternæ diminutionem,quia faciendo opera pœnitentiæ minus peccamus, & in multis mandata Dei & eccleſiæ cuſtodimus, quæ non
488 faciendo tormenta maxima meremur: eccleſia enim † omnibus præcipit ieiunare ſemel in anno,confiteri,ad eccleſiã ire, & eleemoſynam facere,cuius mandatũ ita obligat ſicut mandatum Dei,Lucæ 10.Qui uos audit me audit,& qui vos ſpernit me ſpernit. & ideo ad omnia ſupradicta iuſti & peccatores tenẽtur in ipſa,obſeruando,a pęna tranſgreſſionis abſoluuntur,& qualiter intelligatur, ꝙ per iſta opera diminuitur pęna Inferni,per Pet.de Palu. vbi ſupra. Secundo valent ad bonorum temporalium cõuerſionem & multiplicationem, Exo.1.c. Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos.i.bona æterna in tpalia commutauit ꝓꝓ mẽdatium, quod dixerunt, ut dicit Auguſt.& inde eſt,ꝙ frequenter mali homines abundant, quia tribuuntur eis bona,quæ faciunt in hac vita.Iob,Abundat tabernacula prædonum.in cuius figura ſcriptura refert,ꝙ Abraham filijs cõcubinarum largitus
489 eſt: inde dicitur, quòd proſperitas † huius ſeculi facit perdere ſpem vitæ æternæ, vt no.22.q.2.ſi quælibet.in gl.vides ergo. Tertio valent ad periculorum tpalium euaſionẽ, extra de Achas de quo Dñs, Nonne vidiſti Achas humiliatũ corã me,ꝓꝓ quod nõ inducam malum in diebus eius.3.Regũ. hic cadit exemplũ illius potentis,qui totã vitam ſuã ſine periculo duxit, & poſtea in morte habuit tam honorabilẽ ſepulturã: & qdam ſanctus Heremita fuit comeſtus ab vrſo,& Angelus dixit, ꝙ omnia bona illius fuerũt illi remunerata in vita: & de iſtis talibus boni homines mirari non debent, de pęn.diſt.3.quid ergo. Quarto ualent ad cordis præparationem & diuinam inſpirationem: prouerbium eſt, Tu adiuuate & Deus adiuuabit te. Auguſt.qui fecit te ſine te, non viuificabit te ſine te. propter bona enim,quæ ſemper facit peccator, Deus dat compunctionem,& quandoque conuertit. huius exemplum habemus in Cornelio Centurione,ad quẽ miſſus eſt Petrus, de quo dicitur Actuum 10. Eleemoſynæ tuæ & orationes aſcenderunt in conſpectu Dei, & facit qd
490 not.de libero † arbitrio, quod valet ad impetrandam diuinã gratiam, vt not.de pęn.diſtinct.4.ſi ex bono.& de conſecra. diſtin.4.placuit vt quicunque. Quinto valent ad bonorum operum aſſuefactionem: Si enim homo,quando eſt in mortali, diſſueſceret omnino, poſtea quando conuerteretur, eſſet nimis durum iugum pęnitentiæ tolerare, quia cùm nõ haberet habitum bonorum operum difficulter operaretur: ſed qui eſt aſſuefactus faciliter operatur. Sexto valent ad diabolicę poteſtatis diminutionem: ſatis enim plus mali diabolus poteſt ſupra illum, qui quaſi nihil operatur boni, quàm ſuper illum qui multa bona facit, quamuis in mortali exiſtat: habemus exemplum in illo Iudæo, qui in templo Apollinis iacuit, & fecit de lapidibus crucem,quam dæmones tangere auſi non fuerunt, Greg.in dialogo, non veram crucem ſed quaſi de lapidibus crucem facit, qui in mortali exiſtens facit opera crucifixi, ſed iuſti crucem veram &
492 viuam faciunt de ſe ipſis, Gall.2. Chriſto confixus ſum cruci. Septimo valent ab bonorum operum ſuſtentationem, quia cum, ut dicitur Eccleſ. nemo ſcit, an odio vel amore dignus ſit, ſi ſolum iuſti bona facere tenerentur, perirent totaliter bona opera,& per conſequens mundus, qui propter bona opera vel merita bene operantium manutenetur, & ſubſiſtit, & ideo illæ quinque ciuitates, in quibus decem boni inuenti non fuerunt, ſubmerſæ perierunt, Gene. 18. Octauò valent ad naturę confortationem: ſicut enim iuſtus ad peccatorem ſe habet,ſic ſanus ad infirmum: cibus autem conuertitur in ſubſtantiam hominis ſani, ſed non conuertitur in ſubſtantiam infirmi,ſed ſolum eum confortat & obſtit calori febrili,ne conſummat humidum radicale. Similiter eſt in propoſito,quia bona,quæ facit iuſtus, in ſuam gloriam conuertuntur,ſed bona quæ facit peccator, confortãt eum, ne à malitia conſumatur, & ideo ſicut magis indiget infirmus confortari quàm ſanus, quamuis minus ei proſint cibus, ita peccator plus quàm iuſtus indiget bene facere, quamuis ei minus proficiat ad ſalutem,quæ nota.

491 ¶ CLV. quæro,vtrum ſacerdos † in omni caſu teneatur celare confeſſionem.Reſpondeo, ſecundum Tho.& Petr.in 4.diſt.21.ſic:nam in ſacramẽto illud,quod geritur exterius, eſt ſignum eius quod geritur interius: vnde ſicut Deus peccatum hominis tegit,ita confeſſor debet tegere exterius,& ideo tanquam violator ſacramenti peccat, qui reuelat: per celationem etiam homines magis ad confeſſionem attrahuntur,& ſimplicius confitentur,vnde etiam ſi aliquod periculum futurum immineret,& hoc ſciretur ſolum per confeſſionem,vt de hæretico, qui corrumperet fideles, vel de matrimonio illicito, quod aliqui velint facere, vel aliquo magno damno temporali,non propter hoc reuelare debet, ſed potius eos qui confitentur monere, vt obuient vel deſiſtant,& prælato dicere,ꝙ vigilet ſuper gregem, & huiuſmodi,ſine vlla reuelatione,de pę.di.6.ſacerdos. & extra de penit.& rem.omnis.ſecundũ Piſa.in §.confeſſionis celatio. Idẽ in ſum.confeſſ.lib.3.titu.34.q.91. Et hæc intelligenda ſunt, quando quis confiteretur vere,ſecus ſi fictè, vt operetur aliquod malum, vel vt à confeſſore impetret auxilium vel cõſilium ſuper aliquo peccato: hoc enim non poteſt dici fore auditum in confeſsione,cùm hæc non ſit confeſsio ſed confeſsionis deſtructio, ideo non videtur quòd ſacerdos obligetur ſecretum tenere, vt & Ray. ſentit in titulo de pęni.& remi.§.pone quod aliquis.& eius gl. & §.de pęna ſacerdotis. ſuper ver. peccatum. Innoc.etiam in d.c.omnis.ait, ꝙ ſi cõfitens dicat ſe ab aliquo peccato abſtinere non poſſe, & dolet,ꝙ & hoc pertinet ad ſigillum confeſsionis, & non debet aliquatenus reuelari,extra eo. ꝙ quidam. ſubiungens, illos autem non credimus vt miniſtro confiteri, qui non vt pęniteant ſed vt conſilium vel auxilium ab aliquo recipiant, dicunt ſibi peccatum ſuum,licèt dicãt, hoc tibi dico in confeſsione vel in pęnitentia, cùm non ſit verum ꝙ dicat in pęnitentia,vel Dei miniſtro, cùm animę conſilium nõ requirãt, & tales bene ſunt cogendi ſuper præmiſsis ferre teſtimoniũ, ſecundum frat.Nic.Oſi.in additione, & ſic primo obligatur ad ſigillum confeſsionis ſacerdos, qui iure communi audit confeſsionem in foro pęnitentiæ, & abſoluit, vt in dicto c. omnis.& iſte per ſe primo & directe aſtringitur ad ſigillum cõfeſsionis, & ad ſigillum quidẽ ſecreti ratione materiæ & rõne formæ,quia in ſecreto fit, & imponẽs ſibi pęnitẽtiã vt paciſci,non aliter ſibi imputare ad pęnã, quod eſſet ſi reuelaret:& ratione ſacri,qa ratio,quæ moueret delegãtem debet mouere delegatum: vnde cum ſit delegatus Dei,qui celat & tegit, vel ſacrm ad celandũ & tegendum inſtituit, iſte celare & tegere debet,ſecundum Pe.de Pal.in 4.di.21.q.3. in prin. ſic ſigillum confeſsionis eſt de iure diuino, & de neceſsitate ſacri: ꝙ aũt dr celationẽ eſſe de neceſsitate ſacri,nõ ſic intelligitur,ꝙ nõ poſſet eſſe verũ ſacrm ẽt ſi non celaretur,quia ſi ſacerdos reuelaret,nihilominus verum ſacrm fuiſſet,qa nec ſic de neceſsitate eſt ꝙ Deus tegat,qa ſi nõ ſatisfatiat, Deus nõ tegit,ſed reuelat ad pęnam: aut ſi fictus accedat Dus non tegit, & nihilominus ſacerdos celare tenetur: ſed dr de neceſsitate ſacri ꝙ celet,qa natura ſacri eum neceſsitat ad celãdũ. Nã dico & quãtũ ad id,qd eſt ſacrm tñ, qa fit in occulto ſolus cum ſolo,& quantũ ad id quod eſt res & ſacrm, ſ.interior pęnitẽtia,quæ eſt occulta,& quantũ ad id qd eſt res tñ, ſ.remiſsio,per quã tecta ſunt peccata,& ex cõformitate miniſtri & principalis agẽtis ſm Pe.de Pal. vbi ſ.arti.3. in prin.
492 Eſt aũt reuelator † cõfeſsionis non ſolũ, qui in ſpãli nominat crimẽ & criminoſum,ſed etiam qui in generali perſonã,quæ ex hoc poteſt cognoſci, vel crimen, ſicut ſi parrochianus cõquereretur,ꝙ negaret ſibi Euchariſtiam, & ſacerdos publice diceret,ꝙ hoc faciebat, quia ille habebat peccatum, de quo non poteſt abſoluere,nec ille voluit ire ad cpm: vñ dr reuelator,quia grauitatẽ peccati expreſsit,ſm Pet.vbi ſ. in prin.& nota,

493 nota, ꝙ etiam † confeſsio ficte confitentis celanda eſt, quia fictio non facit, quin ſit verum ſacramentum, ſed euacuat tantum fructum, & ſic fictio confitentis non liberat ſacerdotem à ſigillo confeſsionis. Similiter ſi quis dimidiaret confeſsionem,ſacramentum non eſſet,& tamen ſacerdos obligatus eſſet ad celandum, quia & ſi totum ſacramentum completum non eſt,pars tamen ſacramenti eſt: ſicut enim ſi differtur abſolutio, adhuc non eſt integrum ſacramentum, & tamen celare tenetur ante abſolutionem,ſicut poſt ſecundum Petrum vbi ſupra articulo tertio,concluſione tertia, in fi.& ad illud,ſi immineret aliquod periculũ, vide infra quæſtione proxima.& ad illud fratris Ni.adde,quia tunc dicitur
494 ſacerdos † ſcire vt Deus, cùm peccator quærit ſalutem animæ ſuæ:ſecus autem ſi cauſa amicitiæ vel ſimili dixerit quis peccatum ſacerdoti dicendo,dico in pœnitentia: tunc enim non dicitur in pœnitentia, cùm non teneat in hoc locum Dei,ex quo ad eum non recurrit vt ad Deum:hoc notanter ſenſit Inno.in dicto c.omnis.quod eſt notandum ſecundum dominum Panor.in cap.ſi ſacerdos.de officio ordina. qui ſimiliter dicit in c.qualiter. 1.in fi.de accu. ꝙ non dicitur peccatum reuelatum in cõfeſsione ex eo,quòd quis dicat,Amice & hoc dico tibi in confeſsione, vel per ſimilia verba, ſed oportet quòd dixerit in confeſsione quęrendo ſalutem animæ ſuæ, vt ſingulariter dixit Inno. vbi ſupra, ad quod vide per Mar.in dicto c.ſi ſacerdos.ſecunda columna. & per Ioã. And.latius in dicto c.omnis.in 7.columna, & ſupra quęſtione 31.circa principium.& infra quæſtione proxima.& adde, quòd ſacerdos tenetur etiam peccatum tacere, vnde ſi peccatorem vel peccatum reuelaret, incurreret pœnam dicti c. omnis.vt ibi per Nicolaum in 2.columna, & 8.columna.ad 497
hoc infra quæſtione 162. & ſequen. cum ſimilibus Nota tamen, quòd † peccatum in confeſsione dictum poteſt argui
495 in genere,vt per Mar.in cap.2.de offi.ordin.vbi etiam quòd in caſibus tenetur reuelare confeſsionem,vt ibi per eum.

496 ¶ CLVI. quæro, ſi ex confeſsione ſacerdos † ſcit aliquod malum ſeu periculum futurum, an teneatur celare. Reſpondeo,tenetur celare, ſecundum Piſa. ſed contrarium ſentit frater Nic. vt dixi ſupra quæſtione proxima. Sed certe aliud eſt accedere ad ſacerdotem principaliter cauſa petendi conſilium vel ſimilia, & procederet quod dicit Innoc. & frater Nic.aliud in forma eccleſiæ confiteri ſub ſpe venię vel abſolutionis conſequẽdæ:& tunc etiam ſi ficte confiteatur,obligatur ſacerdos ad celandum ex vi ſacramẽti, prout ſentit Inno.& dixi ſupra quæſtione proxima: vnde Hoſt.in ſum.de pœn.& remiſſ.§.in quo tenetur. in prin.dicit, quòd ſi aliquis confitetur,quòd velit aliquem occidere, vel aliud maleficium committere,vel ſimilia,ſacerdos tenetur illi,cuius confeſsionem audiuit, vt ipſius peccatum abſcondat & teneat occulte, ita quòd nec proximis nec extraneis aliquo modo recitet, etiam ſi ſcandalum oriretur, ſi reuelaret, de pœnitentia diſtinctio.6.ſacerdos. ſi tamen ſciat multa homicidia parata,niſi hoc recitauerit, debet reuelare talibus, qui non poſſunt obeſſe,caute tamen non ſpecificando perſonam,ſed ſi tale ſit,quòd non poteſt reuelari ſine confitentis proditione,niſi de conſenſu pęnitentis fieret, neceſſe habet abſtinere,& tenetur ſacerdos ſecretum tenere, adeo ꝙ conſulitur,quòd nec verbum nec ſignum nec nutum nec geſtum inde faciat nec in genere nec in ſpecie, nec etiam bona fide,quia lingua de facili labitur, & aſtantes poſſent coniecturari,ſecundum Hoſt.qui in c. omnis. dicit, nos concedimus, & quicquid poterit bono modo circa hoc facere, vt peccatum impediatur ſine expreſsione perſonæ & ſine proditione confitentis hoc faciat,ar.22.quæſt.5.hoc videtur.& quæſt.4.ſi aliud.& c.non ſolum.& c.ſequenti.& 2.quæſt.1.ſi peccauerit.proditionem verò confitentis quantumcunque malum exinde ſequi poſſit eidem omnino denegamus, de offic.ord.ſi ſacerdos.& de exceſsib. præla.dilectus.& de pęn. & remiſſ.omnis.ver. caueat. vbi tamen Ioan.de Ligna. poſt Ioan.Andr. in 7. columna dicit in prædicto caſu poſſe dici contrarium,cùm non ſit vera confeſsio, vbi non confitetur peccatum commiſſum,ſed committendum,de quo nec pœnitẽtia dari poſſet,& quòd quilibet impedire tenetur,vt notari conſueuit de iureiur.quemadmodum.§.vlt.de ſen.excõ. ſi vere.& c.quãtę.ff.de pac.l.ſi vnus. §. peccata. Itẽ ſacerdos tenetur celare peccata iam commiſſa,non idem de committendis, quia ſi quis confiteretur ſacerdoti, ꝙ vult hominem interficere,vel aliud nequiter operari, non tenetur ſacerdos omnino celare, ſed tali perſonæ reuelare debet, quæ poteſt prodeſſe & non obeſſe,22.q.2.hoc videtur.ſecũdum Rodo. vt refert Archi.in d.c.ſacerdos. ad hoc ſupra quæſt. 40.ſed primum ſequitur Fran. in d.c.omnis.& dem Ant. de But.in 12.col.ſcilicet vt prodat his, qui poſſunt prodeſſe, ita tamẽ quòd non prodat peccatorẽ,& ſi videt fieri non poſſe, quin prodat, omnino taceat, & confitens quamuis dicat ſe non poſſe abſtinere,tamen auditur in confeſsione, & imponitur ei pęnitentia pro præterita voluntate,de pęni.& remi.quod quidam.ſecundum Inno. quod verius videtur. vnde Nic.in dicto c,omnis.vltima colum.poſt Inn.dicit, quòd ſi confeſsus dicit omnino velle aliquem interficere, ꝙ tale peccatum non dicitur detectum in pœnitentia,tum quia peccatum eſt committendum & non commiſſum, tum quia non habet contritionem:vnde ſacerdos debet quantum cautius poteſt reuelare,vt peccatum impediatur, quod dicit menti tenendum, quia peccatum commiſſum & non committendũ dicitur detegi in pęnitentia ſecundum eum,nam etiam ſecundum opi.Rodo.& prædictorum ſequeretur, quòd ſacerdos tunc reuelaret prauam intentionem confitentis contra diſpoſitionem c.omnis.ad hoc quod not.Arc.17.q.1.quia bona.& videretur etiam prodere in quantum diceret eum impęnitentem,& non habere propoſitum deſiſtendi ab iniqua deliberatione,ergo &c.facit ſ.q.prox.& ideo Pet.de Pal.vbi ſ.articulo 2.poſt princip.dicit,quòd ſacerdos tenetur celare omne illud ſibi dictum in confeſsione, quo confitens prodi poſſet,vel mala ſuſpitio generari: & ſubdit, quòd ſi conſtaret confeſſori,quòd confitens non pęniteret, & ex cõſequẽti quòd Deus ſibi non indulgeret eam celare,tenetur ſecundum eum: dicunt tamen aliqui magiſtri, quòd ſi ſacerdos
† videret magnum periculum reipublicæ, licèt de iure reuelare non deberet,tamen propter publicam vtilitatem poſſet ſubijcere ſe pęnis cauonicis & reuelare: ſed aduertat, quia peccabit mortaliter,ſ.q.158.& poterit etiam ex hoc irregularitatẽ incurrere:& ad præmiſſa adde quod not. Hoſti.in d. §.in quo tenetur, ꝙ ſi aliquis confitetur ſe incidiſſe in hereſim,à qua vult ceſſare,ſed non vult ſocios nominare,vel etiã dicit nolle deſiſtere, debet ſacerdos adire epiſcopum, & dicere ei,cuſtodi vigiles ſuper oues tuas,quia lupus eſt in grege,quod dicit eſſe tutius, licèt Ray.aliter dicat, & idem etiã Arch.in d.c.ſi ſacerdos.

498 ¶ CLVII. quæro,vtrum † non ſacerdotes, qui interdum in neceſsitate ſunt interpretes confitentis, teneãtur celare confeſsionem.Reſpondeo,ſecũdum Tho.vbi ſ.ſic, quãuis enim proprie ſigillum confeſsionis non habeant, tamen participant aliquid in hoc caſu de actu ſigilli confeſsionis, concor.Inno.& Hoſt.ſecundum Piſ. vbi ſupra, idem in ſum. confeſſ.lib.3.eo.tit.q.97.vbi etiam additur ſecundum Ho. ꝙ ſi peccatorem talis prodat,licèt non habeat locum pœna dicti c.omnis.quia nec ſacerdos eſt, tamen talis arbitrarie punietur,extra de offic.deleg.de cauſis.in fi.& idem eſt, quando non ſacerdos etiam laicus audiret cõfeſsionem in neceſsitate, quia tenetur celare ſicut & ſacerdos, ſecundum Inn. in d.c.omnis.ſecundum fra.Ni. in addi.& ideo dicit Pet. de Palu.in 4.diſt.21.quæſt.3.artic.1.quòd ad celandum confeſsionem tenetur is,ad quem cõfeſsio peruenit, ſiue licite ſiue illicite,ſiue mediate ſiue immediate:licitè quidẽ & immediate non ſacerdos,qui audit confeſsionem in neceſsitatis articulo de mortalibus vel aliàs de venialibus,vel interpres,quẽ confitens pro ſe adhibet.Itẽ qui caſu audit,vel cui de licẽtia confitentis reuelatur. illicite autem, ſicut qui ſe confeſſorẽ fingit,vel qui latenter abſconditus confeſsionem audit, qd eſt ſacrilegium & iniuriam facere ſacramento:cùm enim cõfeſsio facta ex eo quòd confeſsio eſt ſit celanda ad quẽcunque confeſsio peruenit,illum obligat ad celandum: nec obſtat quòd iſte abſoluere non poteſt, quia etiam ſacerdos antequam abſoluat vel ſi abſoluere non poteſt ſed habet remittere interim tenetur celare:dicunt tamen quidam in caſu illum qui ſic audit poſſe abſoluere, vt ſi ſunt in vna parrochia duo ſacerdotes, quilibet in ſolidum ſi vnus à caſu vel à propoſito audiat confeſsionem alicuius parrochiani communis ſuo ſocio confitentis,quòd poſſet illum abſoluere, quamuis ille non intenderet confiteri ſibi, quia officium eorum eſt vnum, & illi duo vnam perſonam repræſentant. Sed contrarium verũ eſt,cùm ad pęnitentię ſacrm requiratur intẽtio & ex parte confitẽtis & ex parte abſoluẽtis: cùm ergo confitẽs vni nullo modo intẽdat confiteri alteri, alius nullo modo ſoluere vel ligare põt pro cõfeſsione facta alteri,vt ibi latius per eũ, & ſ.q.118. quinctiã tenetẽ celare, licèt

pęnitens non integre confiteatur, s̃. q. proxima, & in sum. Antonina, 3. parte. c. de celatione confessionis. & per Doct. in d. c. omnis. & Fran. in c. 4. de furtis. & per eundem Pet. de Pal. de his ibidem articulo 3. ad finem. vnde si vnus reuelat peccatum amico laico dicendo, hoc tibi dico in pęnitẽtia: si ille reuelat, productus in testem non dicitur reuelare confessionem, cùm non sit sacerdos, nisi assumatur loco sacerdotis in necessitate, & fiat ei vera confessio, sicut sacerdoti, tũc enim non debet reuelare etiam tanquam testis, aliàs puniętur, secundum Nic. post Inno. in c. omnis. ad fi.

499 ¶ CLVIII. quæro, quid † cum aliquis dicit alicui secretum sub sigillo confessionis. Respondeo, secundum Tho. in 4. dist. 21. homo non de facili debet recipere aliquid hoc modo, si tamen recipiat, tenetur ex promissione hoc modo celare, ac si in confessione haberet, concor. Host. secundum Pis. vbi supra, idem in sum. confes. eo. tit. q. 96. vbi dicitur, q promittens sic tenetur, quamuis sub sigillo confessionis nõ habeat: & sic ex his patet, quòd non obligatur ex confessione, sed solum ex promissione, & ideo cogente necessitate bene poterit reuelare, vt j̃. q. sequenti. sine necessitate autẽ reuelans non incurrit pęnam reuelantis confessionem, cùm hoc non habuerit in confessione, sed bene posset peccare mortaliter ratione fractæ fidei & mendacij pernitiosi, secũdum no. per Tho. secunda secundæ. q. 110. artic. 4. secundum fratrem Ni. Osim. in addi. & per Doct. in dicto c. omnis. & sic iste, qui recepit quasi in confessione, videtur promittere celare, ac si esset confessor, & ideo tenetur celare, non tamen ex sacramento, cùm non sit sacramentum, sed ex promisso: facit de iureiur. c. penult. pro hoc, quia verba non possunt facere sacramentum de non sacramento, licèt posit se obligare quo ad obiectum & effectum tantum, sed non quo ad vinculi modum: videtur autem irreuerentiam facere sacramento, qui tradit vel recipit in confessione illud, quod non est confessio, cùm nihil sit ęqualiter celandum ei quod in confessione scitur, secundum Pe. de Pal. vbi hæc procedunt si recipiat & promittat expresse seu tacite per aliquod signũ, aliàs si omnino taceret, & de tenẽdo secretum nil assereret, seu assentiret, non videtur sub quasi confessione recepisse, nisi ratione materiæ secretè: ideo dicit Pe. de Pal. in 4. di. 21. q. 3. ar. 2. in fi. Sciendum est autem, q sigillum secreti & sigillum confessionis se habent sicut superius & inferius: sigillũ enim confessionis est sigillum secreti, sed non omne sigillum secreti est sigillum confessionis: cùm enim vnus ab alio petit consiliũ recommẽdans vt hoc celet vel ecõuerso, obligatur qui hoc accipit ad celandum per sigillum secreti, nõ confessionis: & quamuis frangens quodlibet istorum sigillorum mortaliter peccet, tamen grauius frangens sigillum confessionis, nec solum est fractor sigilli & proditor cui est aliquid expresse commissum vt archanum, sed etiam ex natura facti, si videat materiam talem, q reuelatio noceret, minus tamen cęteris paribus quàm si ad hoc se obligasset secundum eum: & nota, q sicut sigillum confessionis est de iure diuino, sic sigillum secreti, quia reuelare archana est contra sacram scripturam, secundum Pe. vbi s̃. artic. 2. conclu. 2. circa medium. Si tamen tu reuelasti mihi crimen tuum circa sigillum secreti & confessionis, propter quod quidem crimen causatũ est impedimentum in matrimonio, teneor istud reuelare sacerdoti facienti bãna, 22. q. 5. hoc videtur. quia potest prodesse & non obesse, & quia hic non agitur nisi de cõmodo tuo: secus si iudex procederet contra eum per inquisitionem criminis, quia in his quæ de se mala sunt non excusat iussus superioris: vnde qui per talem modum scit alterius delictum, sic se debet habere, sicut ille qui scit per confessionem, & sic potest iurare se nescire, scilicet modo licito ad reuelandum, & Pe. de palu. in 4. dist. 27. q. 1. in 10. col. idem videtur sequi, licèt alias referat opi. in 4. dist. 28. q. 2. artic. 5. ad hoc s̃. q. 155. circa medium, & j̃. q. proxima.

500 ¶ CLVIIII. quæro, quid si quis † reuelat sacerdoti in confessione debita, credita, vel deposita, & postea fit publica inquisitio de prædictis? Respondeo dicendum secundum Guil. q si quis hoc modo reuelat sacerdoti id, quod habuit per furtũ, vel aliàs cũ peccato, sacerdos tenetur celare, si aũt absolute dixerit ea, quæ debet vel sibi debentur, & sub sigillo confessionis non debet recipere, qd̃ si receperit & fiat inquisitio per episcopum, vel alium, qui habet super hoc potestatem, tenetur dicere, quia qui sic recipit, de hoc casu nõ cogitauit, vel si cogitasset vel promisisset, seu etiã iurasset non reuelare illicitum esset promissum vel iuramentum nec obseruandum in præiudicium iuris alieni: secus si iniuste vel per tyrãnidẽ inquireretur, quia tunc subterfugere debet tacendo vel sophistice respondendo, f̃m Pis. concor. his Tho. & Host. in sum. confes. lib. 3. tit. 34. q. 98. f̃m Ni. in addi. vide s̃. & j̃. q. prox. & j̃. q. 165. Vnde si iurans non reuelare secretũ producatur in testem, tenetur reuelare, f̃m Inno. in c. qualiter. 1. de accu. aut enim agebat extendere iuramentũ ad istũ casum, & fuit temerarium, cùm non potest quis se astringere ad hoc iuramentum, cùm sit contra iura publica: aut nõ cogitauit istum casum, & iuramentum adhuc non extenditur, arg. c. 1. de iureiu. lib. 6. secundum Guil. in c. dilectus, in fi. de excesibus præla. & j̃. q. prox.

¶ CLX. quæro, quid si † iudex instet & inquirat, an aliquid de hoc sciat siue per confessionem siue alio modo. Respondeo, secundum Guil. si sacerdos non potest alio modo iniquum iudicem declinare, respõdere posset nihil inde scio, quia subintelligitur ut homo, vel nihil scio etiam per cõfessionem, quia subintelligitur nihil, s̃. tibi reuelandum, sicut dicitur Matthæi. 13. de die illo & hora nemo scit, neq; Angeli in cęlo, neque filius. & subintelligitur q filius nihil inde scit reuelandum nobis, f̃m Pis. idem in sum. confes. eod. ti. q. 91. & vt patet eodem titulo, q. 91. Tho. & Pe. dicunt, q etiam si prælatus præcipiat alicui dicere crimen alicuius, quod solũ scit per confessionem, non tenetur obedire, nec excommunicatio in eum propter hoc lata teneret, nec in testem adductus tenetur de hoc dicere, & potest iurare q nihil de hoc sciat, quia nõ scit vt homo, sed vt Deus, concor. his Ho. in d. q. 92. dr̃, credo q huiusmodi quæstio, qñ. s̃. expresse quæreret de scientia per confessionẽ, cõdẽnanda esset, & quęrens tanquã tyrannus ad idolatriam vel ad aliud peccatũ mortale inducens obiurgandus, & ei esset in faciem resistendum, f̃m fra. Ni. in addi. Distingue ergo in hac materia, aut sacerdos in confessione scit aliquid crimen alicuius & sic vt Deus, & interrogatus per iudicem securè dicere potest nescio, vt per Ho. in sum. de pęn. & remis. §. in quo tenetur. in prin. & in ti. de ma. & ob. §. & ad quid. in principio, & Arch. de pę. dist. 6. sacerdos. & Ioan. And. in c. si sacerdos. de offic. ordi. Vnde in hoc conclusio est, q non licet reuelare cõfessionem propter superioris licentiam, vel præceptum, quia sigillum confessionis est de iure diuino & de necessitate sacramenti, vt s̃. quod etiam Papa non habet potestatẽ, qui in hoc dispensare non põt, & ita est de præcepto diuino confessionem celare, sicut facere: vnde sicut Papa non potest dispẽsare in secundo sic nec in primo: ad quod s̃. q. 49. & talis sacerdos in hoc quod audit confessionem est vicarius Christi ratione characteris, & ideo &c. & sic etiam iuratus potest dicere nescire illud, quod nescit nisi per confessionem, quia nescit vt subditus alicui, ẽt si sponte testificaretur, vel in cõi locutione loqueretur: vnde Bernardus, Nihil minus scio, quàm quod per confessionẽ scio, vt per Pe. de Pal. vbi s̃. ar. 3. conclusione. 1. dominus Franc. in c. Matthęus. de sim. dicit per illum tex. q immo potest reuelare Papæ sub sigillo pęnitẽtię & in secreto, ibi, secreta, & postea Papa potest reuelare alij ex causa, vt ibi per eum, sed certe prout dicit ibi Ioan. And. ibi fuit reuelatum de voluntate confitentis, quod ibi patet in versi. quia agitur. ergo aliàs non licuisset: pro quo optime quod ipse idem not. in c. veniens. ad fi. de eo qui cogno, & in c. tua. circa prin. de spon. aut sacerdos in confessione scit aliquid circa crimen seu peccatum, & iuratus cogitur testificare, s̃. q. proxima, prout ibi dicitur, idem si sacerdos sciret peccatum alicuius, non tamẽ vt Deus, supra q. 155. vnde sacerdos scies non vt Deus etiam cùm scit in secreto, & etiam si iurasset nõ reuelare, si producitur in testẽ debet dicere veritatẽ non obstãte illo secreto & iuramẽto, vt sentit Inno. in c. qualiter & qñ, de accu. f̃m dñm Pan. in c. si sacerdos. de offi. or. & qd̃ not. dñs Fran. in c. queris. circa medium, de eta. & quali. per Ant. de Bu. in d. c. omnis. in 12. col. 3. q. quod procedit præsertim si reueletur ad commodum illius, per not. s̃. q. 158. in fi. & sic sacerdos non potest compelli etiam per iudicem ecclesiasticum ad reuelandum peccatorem in pœnitentia sibi cõfessum, quinimmo nec peccatum, nam & respectu peccatoris & peccati prohibetur talis compulsio: & nota bene, quia non poterit compelli, etiam si talis reuelatio tendat ad vtilitatem proximi & vtilitatem animæ ipsius confessoris: nihil enim debet detegi per sacerdotem, etiam si concernat claritatem conscientiæ ipsius peccatoris, nisi ipse peccator sacerdotẽ ducat in testẽ, ar. in c. significasti. de adul. & c. ois vtriusq;. & qd̃ ibi not. Inn. f̃m Doc. & Nic. in c. dilectus.

ctus. de excessibus præla. & ibi latius, & Fran. in c. qualiter. primo, penul. columna de accu. si vero talis non sit sacerdos,
502 sed laicus, qui fortè audiuit † crimen in confessione in casu necessitatis, vel si. & similiter non potest cogi testificari, & dicere potest nescio, cum loco sacerdotis videatur, per no. per dominum Fran. in c. 4. de furtis. & s̃. q. 157. facit c. traslato. de consti. si vero sacerdos vel laicus recepit sub sigillo secreti, videtur q debeat se habere & celare, ac si habuisset in cõfessione, & sic potest iudici inquirenti iurare se nescire, per no. s̃. q. 158. in fin. quod videtur intelligendum, si iniuste & per tirannidem inquireretur, aliàs iuratus teneretur deponere, per no. s̃. q. 158. in prin. & q. sequenti, vbi hæc probantur, & adde j̃. q. 162.

503 ¶ CLXI. quæro, an liceat sacerdoti † reuelare peccatum, quod aliàs præter confessionem scit? Respondeo, secũdum Tho. & Pe. in 4. dist. 21. si alio modo scit, dicere potest, sed non deber dicere, quòd audiuit in confessione, & nihilominus propter scandalum debet abstinere quantum potest, & etiam nec de hoc loquetur, nisi necessitas immineat: idem in sum. conf. eo. tit. q. 93. secundum Fra. Nic. post Pis. vnde si confessor scit peccatum alicuius non solum per confessionẽ, sed etiam per alium modum, puta quia vidit vel audiuit, potest dicere quòd illud vidit vel audiuit per talem & talem modum, dum tamen non dicat id scire per confessionẽ, nec refert vtrum prius confessionem audierit, & postea per aliũ modum sciuerit vel ecõuerso, in quo casu, cùm scilicet prius sciuit peccatum ante confessionem, non oportet q protestetur se non recipere illud in confessione, quia etiam sine protestatione dicere potest quantum extra confessionẽ scit, nec tamen hoc dicere debet sine magna causa & rationabili: & tota ratio horum est, quia quæ nouit vt homo siue ante siue post dicere potest, secundum Pe. de Pal. vbi s̃. art. 2. conclusione. 3. in prin. & per Inno. in dicto c. omnis. & ideo dominus Ni. in d. c. dilectus. dicit, quòd si sacerdos scit vt Deus & vt homo, quia vidit tanquam homo, & audiuit vt Deus 507
in confessione, quòd hoc casu tenetur reuelare virtute iuramenti, aliàs autem, vt dicit Inno. in d. c. omnis. prope finem, nunquam debet reuelare, nisi subesset maxima vtilitas vel necessitas, vel immineret scandalum, tunc enim potest dicere, ex quo etiam scit vt homo, secundum eum: similiter si sit dubium, an de presbytero fuerit reuelatum loco confessionis, an non, debet sacerdos tacere, j̃. q. 169.

504 ¶ CLXII. quæro, si sacerdos reuelat peccatum † quod scit in confessione, an probet eius testimonium. Respondeo, non, vt no. Bal. in l. 5. C. de episcopa. aud. & in quodam suo paruulo ordine iuditiario, in fi. facit quod not. Ioan. And. in c. ex tuæ. de simo. & in c. vno. post princ. de rescript. & facit quod no. de pę. dist. 6. sacerdos. in glo. 1. & in c. significasti. de adult. & quod notat Inno. & Ioan. And. in fi. in c. qualiter. de accu. non enim causam scientiæ reddere posset, ergo nõ valet eius dictum, in Spe. de teste. §. 1. versi. item quòd deposuit de credulitate &c. & ver. sequenti. nec obstat in legenda natiuitatis Virginis Mariæ ad finem: quia ibi factum refert, & vide s̃. q. 160. per totam. facit quod no. Ioan. And. in cap. quamquam. super glo. 2. de vsuris. lib. 6. & quod not. Imo. in cle. 1. de sepul. super glo. manifestos. circa prin.

505 ¶ CLXIII. quæro, quid si abbas sciat † per confessionẽ peccatum alicuius prioris sibi subditi, cuius peccati occasio est ipse prioratus. Respondeo, secundum Tho. in 4. dist. 21. dicendum, quòd absque lęsione conscientiæ potest prælatus impunitum relinquere peccatum, quod scit vt Deus, nec vllum tenetur adhibere remediũ, nisi eo modo quo ad ipsum defertur, vnde tantum in foro pęnitentiali debet remedium adhibere, monendo eum vt resignet, vel potest ex aliqua alia occasione absoluere eum, ita tamen q omnis suspitio de cõfessione vitetur: idem in sum. confess. eo. tit. q. 94. vbi etiam idem faciendum in similibus dicitur, secundum Fra. Ni. post Pis. & no. q confessio non aufert confessori ius suum: vnde quicquid videtur confessori faciendum vel omittẽdum pro bono confitentis vel communi, potest facere vel omittere, dum tamen per hoc non reueletur confessio, ad quod solum obligatur, licèt aliàs non esset illud facturus: vnde in casu proposito expectet prælatus, quousque sine nota reuelationis posit amouere, & tunc statim amoueat, quem etiam
506 sine hoc amouere poterat, sed si erat talis, qui sine iusta causa amoueri non poterat, cùm confessionis † audientia nullũ ius prębeat in alio foro, in quo non constat sibi vt iudici, ipsum amouere non potest, tamen in occulto semper illũ, qui confessus est, monere potest, nec hoc est confessionem reuelare: similiter curatus propter cõfessionem nõ potest negare communionem, quãdo aliàs eam dare tenetur, puta in Pascate, aliàs sic dicens, Non teneor nunc tibi dare, & non obijciens de crimine confesso, ad hoc j̃. §. prox. q. 151. similiter si nouit per confessionem affinitatem in occulto, monere potest & negare benedictionem illis, quibus aliàs non tenetur, si per hoc confessio nõ reuelatur, sed si aliàs tenetur, etiam si per hoc confessio non reueletur, non propter hoc habet ius negandi: similiter de episcopo, qui nouit per confessionem corruptionem monialis, quæ petit benedici, quia aut est casus, in quo tenetur, & tunc negare non debet, quia si per eiusdem confessionem sibi constat, tamen si non constat vt iudici in illo foro, in quo sicut ab ordinario monasterij petitur benedictio: si autem hoc scit per confessionem alterius, qui vidit, vel illius qui eam corrupit, nõ sufficienter constat, etiam si extra confessionem dixisset: vnde negare non debet: si autem aliàs nõ tenetur benedictionem impartiri, & potest sine reuelatione confitentis negare, potest cõfitenti negare sicut non cõfitenti: & quod dictum est de benedictione monialium, idem est de benedictione abbatissarum in monasterio, vbi communiter virgines benedicũtur, facit c. indemnitatibus. de elect. lib. 6. similiter quia homo liberam electionem habet, licèt per confessionem sciat aliquẽ indignum ad prælaturam, ad quam eligitur, quem aliàs putabat dignum, debet non eligere ex conscięntia sibi sic dictãte, quia in eligendo scit scienter dignum, vel indignum negotium geritur inter ipsum & Deũ, vnde potest ex his, quæ etiam scit vt Deus iudicare in proposito, sed talis non pateretur pęnas iuris, puta q esset priuatus voce eligẽdi, & si. q. de his, quæ homo scit vt Deus solum Deum habet vltorem, & non hominẽ, l. 2. C. de iureiuran. secundum Pet. de Palu. ibidem arti. 3. conclu. 3. & frat. Anto. in sum. c. de celatione confessionis.

¶ CLXIIII. quæro, an pęnitens † econuerso teneatur ad celandum. Respondeo, q pęnitens tenetur celare iniunctionem pęnitentię, si ex reuelatione probabiliter crederet confessorem lędi, alioquin esset maledictus sicut Chain, qui
507 discooperuit vel non operuit, sed derisit verẽda prĩs: si enim ex hoc sequeretur vel derisio confessoris vel offensio, quia prohibuit loqui cum persona suspecta, non debet dicere, talis mihi hoc iniunxit: quia forte ille interficeret eum, secundum Pet. de pal. in dicta conclu. 3. ad fin. & facit supra quæs. 22. ibi, secreta.

508 ¶ CLXV. quæro, an † sigillum confessionis extẽdat se ad alia, quæ non sunt de confessione? Respondeo, secũdum Tho. vbi s̃. sigillum confessionis directe non se extendit nisi ad illa, quæ cadunt sub sacramentali confessione, sed indirecte etiam id, quod non cadit sub sacramentali confessione, ad sigillum confessionis pertinet, sicut sunt illa, per quę posset peccator vel peccatum deprehendi, nihilominus etiam
509 alia, quæ interdum in confessione dicuntur non pertinẽtia ad confessionem, summo studio sunt celanda, tum propter scandalum, tum propter pronitatem, quæ ex consuetudine posset accidere, idem in sum. conf. eo. ti. q. 95. secundũ fratrẽ Ni. post Pisa. ad hoc s̃. q. 159. Pe. de Pal. latius explicans in 4. dist. 21. q. 3. art. 2. dicit, prima conclusio, q illa, ad quæ primo & principaliter se extendit sigillum cõfessionis, sunt peccata cõfessa & circunstantiæ, inquantum huiusmodi: vnde & tertia persona, cum qua confitetur se peccasse, cadit sub sigillo: sicut enim est ex parte confessoris, q principalis & accessorius tenẽtur cõfessionẽ celare, vt sacerdos & interpres, sic ex parte confitentis debet celari & principalis, idest pœnitẽs, & accessorius, cũ quo dicit se peccasse, siue bene faciat dicẽdo siue non: cùm enim sigillũ sit annexũ sacramẽtali cõfessioni, illa directe sunt celãda, quæ sunt directe materia sacramẽti: huiusmodi autẽ sunt peccata & circũstãtię eius, quę sunt de necessitate vel bonitate cõfessionis, inquantũ huiusmodi, & tertia persona reuelata, vt dictũ est: & arguit, q tertia persona non cadat sub sigillo, sed cõcludit, vt s̃. s. q accipiẽdo cadere sub sigillo cõfessionis pro eo q est nõ licere reuelare, persona cum qua confitetur pęnitẽs se peccasse cadit sub sigillo cõfessionis, nec potest dici q per hoc sigillũ confessionis sit in prejudiciũ ecclesiasticę disciplinę, quasi tunc posit corrigi mala persona accusata in confessione, cùm tũ cõfessor posit loqui de peccatis cõfitẽtis nõ referẽdo se ad ipsum: ergo multo magis de peccatis non cõfitẽtis, quia hoc falsum est, scilicet qñ per locutionẽ de peccatis cõfessio po-

test deuenire per se vel per accidens directe vel indirecte vel per quemcũque modum in aliquam cognitionem vel suspitionem vel opinionem vel dubitationem de confesso, vel in quantum per hoc sibi potest prouenire detrimentum in anima vel corpore vel possessione vel fama vel amicis, vel in quantum per hoc potest in populo scandalum generari, vel confessio magis odiosa vel minus dilecta vel magis onerosa vel minus preciosa reputari. Rarò autem vel nũquam potest contingere, quin ex reuelatione peccatorum in confessione auditorum per viam aliam non scitorum possit contingere aliquid de prædictis inconuenientibus, quamuis fortè quã- 511
doque nullum contingat: vnde multum debet cauere, ꝙ non dicat, vel quomodo dicat, secundum Petrum de palude, vbi supra, & fratrem Antoninum vbi supra. & sic melius est, ꝙ nullatenus dicat peccata audita in confessione, quantumcũque generaliter loquatur: quod nota. & magister Vbertus dicit, quòd cauendum est, ne vnquam dicat quis in sermone vel aliqua locutione, ego audiui hunc casum in confessione: nec vnquam debet dicere, in illa abbatia vel villa vel castro, in quibus audiuit confessionem, fiunt multa peccata, & huiusmodi: quia per hoc credunt simplices, quòd hoc sit reuelare confessionem, quamuis hoc non sit reuelare, secundum Petrum, nisi ex huiusmodi locutione posset peccatum alicuius deprehendi: dicendo autem, iste confessus est mihi peccata sua: non est reuelator, quia nihil ponit in palàm, & quia si dixerimus, quòd peccatum non habemus &c. sed dicendo fuisse confessum de magnis & multis, hoc est reuelare, secundum Pe.d palude: & dicit, quòd confessor debet etiã cauere, ne vnquam propter aliquod genus peccati confitenti ostendat minorem familiaritatem vel signum minoris dilectionis, ad quod supra quæstione 156. alia quæ dicuntur in confessione, quæ non sunt peccata nec circunstantiæ peccati, nec potentia deducere in manifestationem confitentis, vt quòd in tali terra sunt bona blada, vel huiusmodi, non ca- 512
dunt sub sigillo, nisi de congruitate, secundum Petrum vbi supra: & subdit, quòd secunda conclusio est, quòd sub sigillo confessionis cadunt etiam non peccata, sed alia in quantum per ea posset directe vel indirecte peccator prodi, quia quã-
509 docunque † prohibetur aliquid, prohibetur omne id per qd peruenitur ad illud, ff. de spon. l. oratio. ita quòd si homo nõ posset confiteri peccatum proprium, nisi reuelet confessionem, non debet confiteri illud peccatum, quia fortior est obligatio ad celandum quàm ad confitendum: vnde si accideret iste casus, quòd sacerdos haberet aliquod peccatum mortale, de quo non posset confiteri, quin reuelaret illi, cui confiteretur, confessionem sibi factam, nõ deberet illud peccatum confiteri: durante enim tali casu sufficeret sibi contritio de illo peccato cum voluntate confitendi illud, quando hoc facere poterit sine reuelatione illius personæ, quæ sibi confessa est, & sine quocunque præiuditio sigilli confessio-
510 nis. Sed circa hoc si quæritur, vtrum confitens † teneatur celare personam, cum qua peccauit, distingue: aut expressio illius personæ necessaria est ad expressionem peccati, & tunc tenetur reuelare: vnde mulieri confitenti incestum cum fratre vnico, non sufficit dicere cõcubui cum viro, sed cum fratre meo, quamuis per hoc sacerdoti manifestetur peccatum 513
alterius. si autem expressio personæ nõ est necessaria ad expressionem speciei peccati, aut est vtilis ad præseruandum confitentem à recidiuo, & tunc expedit quòd illam personã exprimat confessori: potest enim contingere, quòd cõfessor per cognitionem personæ solet iniungere pẽnitentiam talẽ, & talia documenta dare, & tales monitiones facere, per quæ meliùs & secretius pẽnitens poterit præseruari a recidiuo: aut non est vtilis nec ad expressionem magnitudinis peccati, nec correctionem, nec præseruationem pœnitentis: & tũc debet celare, quia quilibet tenetur non generare malam opinionem de proximo suo in corde alterius sine rationabili & vtili causa: si enim aliquis ad proximi correptionem extra confessionem peccatum eius dicat tali personæ, quæ velit & possit ei prodesse & non obesse, bene facit, sed pro hac causa non debet eum nominare in confessione, quia per talem confessionem non posset confessor procedere ad eius correptionem: sed cùm non sint facienda mala vt veniant bona, videtur mirabile, quòd pro necessitate vel vtilitate confessionis debeat homo alterius crimen prodere cõtra ordinem charitatis, & præceptum Euangelij: vnde videtur, quòd pro necessitate confessionis debet alium nominare non pro vtilitate, idest si non potest aliter speciem peccati exprimere, tunc dicat, quia illud quod tenetur facere nõ debet omittere pro damno alterius: cùm plus teneatur suæ conscientiæ quàm famæ alterius: si autem potest dici species peccati sine expressione tertij, sed melius remedium adhibebitur exprimendo tertium, tamen non est nominandus, quia consilia intelliguntur saluis præceptis, & prepta minora saluis maioribus secundum Petrum de palude, in 4. dictione. 21. Arch. 2. & cõclusione secunda. & videt recedere ab eo quod dixerat, quando expressio personæ est vtilis ad præseruandum &c. & facit supra quæstione 136.

¶ CLXVI. quero, an † bona opera alicuius quę sacerdos scit per confessionem, dicere possit? Respondeo dicit Petrus de palude in 4. dist. 21. quæstione 3. conclusione. 3. tertia conclusio est, quòd peccata, quę possunt dici sine reuelatione peccatorum, nec directè nec indirectè cadunt sub sigillo confessionis, ex quo cessante causa cessat effectus, ideo potest dicere: vnde bona, quibus laudatur, puta quia est virgo, & quia nunquam peccauit mortaliter, & huiusmodi, dicere licet, nisi quando per hoc ꝙ vnus laudatur alterius peccatum reuelatur, quia quod de vno dicitur de alio negatur, vt dicit Gregorius super illud Ioannis: Ego dęmonium non habeo. vnde duobus confitentibus, si postea diceret confessor de vno, iste est virgo, vel iste nunquam mortaliter peccauit, statim esset suspicio contra alium, si idem non diceret secundum eum, vnde & Vbertus dicit simpliciter abstinẽdum ad huiusmodi locutionibus, vt refert frater Antoninus vbi s. & dicit Host. in sum. de. & pęn. §. in quo tenetur. circa prin. ꝙ peccat sacerdos, qui dicit, hic cõfessus est optime, quia hic potest esse periculum: quid enim ad sacerdotem. Deus scit & nullus alius: ergo nisi illum sacerdotem ille qui confessus est producat in testem debet tacere, de symon. nemo. de frig. & male, c. fi. §. 1. vt ibi latius per Hostien. facit supra quæst. proxima circa medium.

¶ CLXVII. quæro, quid si quis tibi † cõfiteatur quod dormiuit in ecclesia cum aliqua muliere, nunquid debes hoc episcopo denudare? Dic quòd non, nisi forte mulier hoc publicè confiteatur, & in hoc ad instantiam eiusdem super hoc testificari poteris quo ad ipsam, dũ tamen celes nomen adulteri: sic intelligi potest de adul. significasti. Nec obstat, ꝙ ecclesia semine polluta reconcilianda est, quia illud potest intelligi quando est diffamatum, aliàs presbyter qui hoc scit tanquam Deus potest ibi salua conscientia celebrare, argumento de sen. excomm. cum non ab homine. vel dic ꝙ tutius est vt hoc reueles in genere episcopo, sic dicendo, talis ecclesia eget reconciliatione: non quæratis à me vltra, argu. in d. decretali significasti. & de offic. ordina. si sacerdos. Nam in talibus non consueuerũt testes induci, & decretalis loquitur indistincte de consecra. eccle. si ecclesia. secundum Hostien. in summa de pęniten. §. in quo tenetur. & de consecra. eccle. §. & an sit iteranda. versiculo, & hoc quod prætermissum est. sed certe episcopus dicet presbytero, taceas & nil vltra sit, cùm propter occultam pollutionem non reconcilietur ecclesia, vt not. in capitulo primo, glo. prima. de cons. eccle. lib. 6. vbi idẽ Archi. maximè cùm scitur in confessione, quo casu haberi debet ac si omnino nesciretur, supra q. 160.

¶ CLXVIII. quæro, quid si subditus † percipit, quòd episcopus suus certus est de peccato suo, & venit ad ipsum episcopum peccata sua confitens, vt ipsius correptionem eludat? Respondeo cautus sit episcopus, & respondeat, hoc peccatum non recipio in pęnitentia, nec istud, cùm de ipsis sis publice diffamatus: non debet tamen absolutionem denegare, quia ipsa non obstante poterit contra ipsum inquisitionem facere, & eundem punire, dummodo non dispensset. si autem hæc omnino occulta essent, hæc omnino in pœnitentia accipere deberet, esto quòd ipse sciret, 6. quæstione secunda. si tamen. & c. placuit. secundum Hostiẽ. in capitulo omnis. de pœ. & rem. in verbo, aliquatenus. in fine, & ibi per Ioannem And. in 7. col. & seq. & per Arch. de pœn. distinctio. sexta. sacerdos. vel dic, quòd licèt confiteatur ei tanquam episcopo, non intelligitur tãquam sacerdoti, per notata per Ioan. And. in cap. quæris. de æta. & qual. vel dic, quòd etiam si episcopus in primo casu nõ protestaretur, & quamuis audierit vt confessor, nihilominus poterit vt iudex procedere contra eum non habito respectu ad illam confessionem: absolutio enim fori pœnitentialis non excludit processum iudicialem, not. de accu. de his. secundum dominum Fran. in d. c. omnis. & in dicto cap. de his. vbi plenius, & per Martinum in c. si sacerdos. de offic. ordin. & facit de simo. licet in glo. in verbo,

verbo, inscriptio, circa princ. & in cap. vlti. de tempo. ordi. in glo. & adde his notata per Ioan. And. in c. clericos. de cohab. cler. & mulierum: aliàs enim episcopus ex confessione facta sibi in foro pœnitentiali non posset illum inuitum ab officio cohercere, quia illud scit vt Deus non vt homo, vt per dominum Nico. in c. ex tua. de simo. & Hosti. in sum. de æta. & qualit. §. ordo. in 3. col. ver. sed quid si episcopus. & adde Frã. in c. 3. in fi. de cohab. cleri.

514 ¶ CLXIX. quæro, vtrum † confessio possit reuelari de licentia confitentis. Respondeo secundum Thom. & Pet. in 4. distin. 21. dicere potest, nihilominus debet scandalum vitare, & inquantum potest non vti tali licentia, vbi scandalũ timetur: ille quoque, cui sic reuelatur de licentia confitentis, tenetur illud celare, nisi forte peccator velit, quòd ille absolute & libere sciat, scilicet hoc ipsum quod dictum est, & idẽ in summa confesso. eo. titu. quæstio. 100. vbi etiam ratio assi-
515 gnatur, videlicet quòd confessio † celari debet propter duo, scilicet propter sacramentũ, quia quasi de essentia sacramenti est confessionem celare, & propter scandalũ: primum tollitur per licentiam confitentis, sed secundũ nihilominus manet, secundum fra. Nico. post Pisa. vbi supra: Pet. de palu. in 4. distin. 21. quæst. 3. arti. 2. conclu. 2. dicit, secunda conclusio est dubia, an scilicet de licẽtia confitentis possit sacerdos dicere illud, quod audiuit in confessione, & dicitur communi- 516
ter quòd non, quia si non valet licentia Papæ nec totius ecclesiæ, multominus licentia priuatæ personæ, maxime cùm celatio confessionis sit de iure diuino, verumtamen confitẽs põt facere, ꝙ illud quod scit sacerdos per confessionem sciat per alium modum, & sic posset reuelare absque reuelatione confessionis exprimendo alium modum per quem scit: ad hoc autem quòd sacerdos sciat per alium modum, sufficit secundum quosdam, quòd confitens licentiet eum ad dicendum illud, quod in confessione audiuit: primum cõceditur, & secundum a quibusdam impugnatur, præsertim quia si talis licentia sufficeret, esset via ad reuelationem confessionis & suspicionis criminum, quia iudex habens aliquem suspectum de aliquo crimine poterit ei dicere, da licẽtiam sacerdoti dicendi quod audiuit a te in confessione: si dat licentiam, & data valeat, habebit testem contra se: si non dat, & dare potest, vt ponit hæc opinio, meritò habebitur magis suspectus, & non erit vsquequaq; secretum quod dictum erat in confessione, cùm oporteat talem licentiam dare ad reuelationem confessionis, vel incurrere notam grauis suspicionis: ergo melius est vt dicatur, quòd talis licentia non valeat, nec prædicta verba, quæ sonant in talem licentiam, sufficiunt, sed oportet quòd pœnitẽs dicat confessori extra cõfessionem in generali vel speciali peccatum, quod vult reuelari: sed Petrus ipse vbi supra sustinet opin. communẽ præsertim Tho. quia sicut interpres cõfessionis, cui dicitur cum intentione vt dicat sacerdoti, potest illi dicere, nec est hoc confessionem reuelare, sed facere: similiter cùm cõfessor dicit pœnitenti, non possum de tali casu te absoluere, sed si vis mittam casum superiori, & ille dicit, placet: tunc potest superiori scribere, & similiter ille, qui per interpretem audiuit, potest absoluere, ergo &c. nec licentiare confessorem ad reuelandum est in præiudicium sacramenti magis quàm licẽtiare coniugem ad castitatem vouendam vel religionem intrandam sit in præiudicium matrimonij: & respondit ad rationes illorum, & præsertim ad illam de iudice, quia immo si non obtemperet iudici dicenti, da sacerdoti reuelandi licentiam: nulla suspicio oriretur, quia hoc facere non tenetur, & quia alia de causa potest hoc nolle, quàm ꝙ sibi conscius: & etiam si daret licentiam, & sacerdos diceret, posset ipse dicere ꝙ hoc tibi non dixi in confessione, & etiam vnus testis non probat, nec tunc etiam sacerdos tenetur dicere, licet possit, secundum Petrum de palude vbi supra, & latius, qui etiam facit secundum aliquos contra hoc alias quinque apparentes rationes, & ipsis respondet: sic ergo si prælatus præciperet confessori, vt dicat sibi peccatum alicuius, quod est omnino occultum, etiam si confessus dedisset licentiam ipsi, quòd diceret, non tenetur obedire vt reuelet illud, quia prælatus non est iudex occultorum, immo etiam si cõfessus esset diffamatus de illo peccato, & per infamiam pertineret illud ad cognitionem iudicis, quamuis ipse pœnitens interrogatus a iudice siue prælato teneatur se manifestare, tamẽ confessor eius etiam habita licentia ab eo dicendi non tenetur dicere iudici sibi præcipiẽti, vt dicat, si scit, nec etiam dicere debet, quia fori non sunt miscendi, scilicet contẽtiosus & pœnitentialis, secundum fratrem Anto. in summa, 3. part. c. de celatione confessionis. quia, vt dictum est, confessor nõ debet vti tali licentia, nisi ad bonum & ad vitandum scãdalum, seu malum, vt per Ioannem de Lign. in cap. dilectus. de excess. prælatorum. & Franc. in cap. significasti. de adulterijs. & Specu. in titu. de proba. §. 1. in fi. & Petrus de palu. vbi supra, qui dicit ad finem conclusionis, quòd licentia nunquam dat confessori, quòd possit hoc reuelare, nisi ad medendum & bonum confitentis non aliter, quod nota. & quòd de licẽtia confitẽtis possit sacerdos denudare & reuelare, dicit Io. And. in cap. veniens. de eo qui cogn. alleg. de simonia, nemo. & per eundem in cap. Mattheus. de simonia. & in cap. significasti. de adulte. & in cap. penulti. de renun. in prin. & Host. in summa de teste. §. quis possit. vers. sed quomodo sciam. & supra quæst. 160. vel si forsitan confitens se publicaret, & cõfessorem induceret in testem, de simonia, nemo. de adulte. significasti. secundum Host. & Ioan. And. in cap. vno. in princ. de cle. per sal. promo. adde supra, & nota. per glo. & Ioan. And. in cap. dilectus. de excessi. prælatorum. & per eundem Ioannem Andr. in dicto cap. omnis. in 6. colum. de pœnit. & remissio. quo tamen casu si plures fuerint sibi confessi idem crimen, quamuis possit exprimere illum, qui ipsum induxit in testem, alios tamen omnino celare debet, vt ibi per eum.

¶ CLXX. quero, si confessor indiget † consilio alicuius vel episcopi de modo pœnitentiæ, vel huiusmodi, an possit dicere illud peccatum etiam nominata persona? Hug. credit ꝙ sic, & si habita confessione ille nollet desistere ab illo peccato, credit quòd dicere possit illud peccatum in secreto talibus personis, quæ possunt prodesse & non obesse, vt matri, vel patri, episcopo, vxori, & si. argu. 22. quæst. 5. hoc videtur. sed Ioan. notauit contrarium de pœniten. distin. 6. sacerdos. & verius est secundum Petrum ibi, quia littera ibi dicit, ne alicui recitet: ergo nulli, cùm negatio præcedat signum vniuersale siue terminum infinitum. Præterea hoc peccatũ scit vt Deus, de offic. ordi. si sacerdos. facit de reg. iur. omnis res. & de hoc etiam not. de excess. prælatorum. dilectus. ita refert Archid. in dicto cap. sacerdos. ad hoc supra quæst. 128. vnde dicit frat. Antoninus vbi supra, ꝙ sacerdos nisi habeat licentiã à confitente de persona manifestãda, debet loqui ita obscurè & cautè & a remotis, vt nullo modo possit consultus imaginari de persona, vnde debet considerare horam & tẽpus idoneum: nam si quis audit vnum clericum, quẽ vidit, qui habet consulere, ad pedes istius sacerdotis pro cõfessione, nec alius potuit aduenire, si cõfessor vadat subito ad interrogandum illum de aliqua simonia, & huiusmodi, nonne satis probabiliter & quasi violenter habebit ille suspicari de illo clerico? & ideo in huiusmodi magna cautela est adhibẽda secundum eum in summa cap. de celatione confessionis. vnde si confessor nesciret vel non posset casum exprimere, super quo indiget consilio, quin ille consultor intelligeret personam, & ipsa non vult sciri, debet tunc ire ad alium pro consilio: ꝙ si alium sufficientem habere non potest, non se intromittat, vnde Pet. de palu. in 4. distin. 21. art. 3. conclu. 2. post prin. dicit, ꝙ si non potest aliter facere, vt quia necesse est nominare personam, & tunc de eius licentia potest, ad quod supra quæst. 165. & q. proxi. & vide supra dicta q. 128. vbi de similibus.

¶ CLXXI. quæro, quæ sit pœna † reuelantis confessionem. Respondeo, de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari, de pœn. distin. 6. sacerdos. sed secundum decretalem de pœni. & remi. omnis. debet deponi, & ad agendam perpetuam pœnitẽtiam in arctum monasterium detrudi, secundum Pisa. gl. in dicto cap. omnis. dicit hodie hæc imponitur, quasi innuat, quòd pœna capit. sacerdos. sit sublata: sed vt patet in summa confesso. lib. 4. titu. 34. quæst. 99. Hostien. super eodem cap. omnis. dicit, intelligas pęnitentiam Gregorij, scilicet peregrinationẽ, quamdiu est in pœnitentia temporali, puta vsque ad septẽnium vel decẽnium, vel plus vel minus, secundum quòd est pœnitentia limitata, 30. q. 1. si quis sacerdos. quo elapso est in monasterium detrudendus, vt ibi perpetuam agat pœnitẽtiam, vt in d. c. omnis. & sic vnum ius suppletur per aliud. Item dicit Host. ibidem, quòd hanc pœnam ordinariam patietur sacerdos, si conuincitur in iudicio, si autem sacerdos neget proditionem, nec ille probare potest, quòd aliunde ad ipsum peruenerit, nec cõuincere possit ipsum parrochianum de crimine, tunc arbitrarie punietur, 6. quæst. 2. si tantum. & cap. placuit. videtur intelligere Hosti. de crimine, de quo

quo ſacerdos accuſauit vel infamauit parrochianum, vnde & ſubiungit, caueat ergo ſibi ſacerdos, ne parrochiano vel alteri detrahat, ſicut nec vult quòd ab altero ſibi detrahatur, 6.quæſt.1.deteriores.& cap.ſequenti. ſecundum frat.Nico. Oſim.in addi.& aduerte liber, debebat dicere parrochialem, per not.infra quæſt.ſeq. adde de dictis duabus pœnis vtraq; locum habeat modo præmiſſo, tenet Hoſtien.in ſum.de pœ. & remi.§.in quo.dicit dominus Nic.in cap.omnis.6.colum. quòd glo.ibi ſentit, quòd hodie ſolum imponatur dicta pœna c.omnis. & hæc opinio videtur placere Ioan. And. & idē Nico. ſatis placet, quia pœna antiqua confunditur in iſta: nā cùm iſte incontinenti debeat detrudi in monaſterium, non poteſt agere aliam pœnitētiam peregrinando, ſicut dicebat text.in illo cap.ſacerdos, licet quidam velint vtranque pœnitentiam imponi, ſecundum eum: dicit etiam & not. quòd in laico reuelante confeſſionem non eſt ſtatuta certa pœna, & ideo arbitrariè punitur: Ioan.And.in cap.omnis.in 6.colum.de pœn.& remi.& ſupra quæſt.157.& quæſt.158. Item talis ſacerdos peccat mortaliter, vt in dicto c.omnis. ibi, caueat omnino. & ſupra quæſt.156. ad fi. & frat.Anto.in ſum. cap.de celatione confeſſionis. quòd in foro pœnitentiæ imponēt pœna arbitraria pro huiſmodi peccato, ſicut pro alijs, licet in iudicio quando conuinceretur de hoc, vel fateretur, eſſet imponenda pœnitentia, de qua in dicto cap.omnis. in fin.ſecundum eum poſt Pet.de palu.vbi ſupra, ad hoc ſupra quæſt.133.& quod not.Fran.in ſimili in c.accepiſti.de ſpon. du.& videtur, quòd ſub pœna dicti cap.omnis. veniat etiam priuatio a beneficijs, quia etiam ſacerdos ipſe debet perpetuò detrudi in arctum monaſterium, vt ibi dicitur, & ſic beneficijs, ſi quæ haberet, ſeruire non poſſet, per no.in clem.2. glo.magna.de pœnis.& per not.per Anto.de But.in cap.paſtoralis.in fi.de appel.& Archi.in cap.2.in ver. ab offi. de re. eccle.lib,6.& quod not. Fran.poſt Goffr.in cap.cum inhibitio.ver.ſanè, in fin.de cland.deſpon.& quod not.in cap.quia ſæpe.in ver.beneficijs.de elect.lib.6.& quòd no.Fran.in cap. cum bonæ.de æta.& qualita.& quod not.per Anto. de But. in clemen.1.de priuileg.& quod ibi per Imo.in 12.colum.& per Fran.in ver.cæterum.8.quæſt.& per not.per Imo.in clemen.1.de rebus eccle.non alien.ſuper glo. pœnam.in fin. & not. quod prædicta pœna non poteſt adaptari contra frangentem ſigillum ſecreti, ſecundum fra.Anto.vbi ſupra, & ſ̄. q.157.& ſequen.vnde puniri poterit arbitrarie per predicta, & de pœna proditionis not.22.q.5.de forma. in glo.illi qui. & adde infra q.proxima.

¶CLXXII. quæro, quomodo probabitur ſacerdoti, 518
quòd † crimen ei dictū in confeſſione reuelauit. Ad hoc reſpondet Vin.quia ſacerdos confeſſus eſt coram pluribus, licet extra ius dicendo fuiſſe ſibi dictum in cōfeſſione, cui ſtabitur in eius præiudicium, de exceſ.præla.quam ſit, de accuſi conſtiterit. ſed ſi ſacerdos negat ſibi fuiſſe dictum in confeſſione, non eſſet locus pœnæ cap.omnis.de pœn.& remiſ. & ſic exiſtēte dubio, an ſibi dictum fuerit in confeſſione, reuelando non incurreret pœnam dicti cap. omnis. ſecundum Doct.niſi ex coniecturis poſſet conuinci, ſecundum Fran.in dicto cap.omnis. & per Lapum alle.94. vbi etiam quid ſi ſacerdos dicat, quòd de licentia pœnitentis reuelauit &c. & poterit conuinci hoc modo ponēdo caſum, q̄ fui confeſſus epiſcopo meo peccatum occultum, & impetraui ab eo corā aliquibus diſpēſationem, vt inde poſtea accuſari nō poſſem, de fil.presby.ex tua.ſi epiſcopus reuelauit, poſſum ei probare per illos, qui præſentes fuerunt, de proba.quoniam. ſecūdum Vin.in dicto cap.omnis. & Archid.de pœn.diſtin.6.ſacerdos.& in Specu.de proba.§.1.ad fin. & Ioan. And.in d.c. omnis.in 10.colum.& Ioan.de Ligna.quòd probari poterit, vt quia confeſſus eſt in præſentia plurium, vt fit interdū anno Iubilęi propter multitudinem concurrentium: ad hoc ſ̄. queſt.33.vel ſi in publicum eſt quis confeſſus propter diſpēſationem probandam: nam iſtis modis poterit probari reuelatio confeſſionis per illos, qui peccata confeſſa audierūt, ſecundum eum: ſi ergo cōſtat, quòd illud ſacerdos dixit, ſed negat ſibi in pœnitētia reuelatum, & conſtare non poteſt vel per propriam confeſſionem vel per illos, qui interfuerunt, non erit plus credendum parrochiano quām ſacerdoti, & ideo niſi ſacerdos doceat aliunde habuiſſe illud, præſumendum eſt illud habuiſſe in confeſſione, ar.6.quæſt.2. cap. placuit. non tamen punietur ſacerdos pœna ordinaria dicti c. omnis. ſed pœna extraordinaria, quia aperte non cōuincitur de delicto, ſecundum Niço.in dicto cap.omnis.in fi.& Ioan. de Lign.poſt Hoſt.in dicto cap.omnis. quod intellige, quando eſſet præſumptio, quòd ad ipſum peruenerit in cōfeſſione, vt quia peccatum eſt occultum, & ille viſus fuit confiteri illi presbytero parrochiali, & hoc conſtat per illos, qui viderunt eum in actu confeſsionis, & ſecundum do.Fran. ex hoc intantum præſumitur contra ſacerdotem, quòd propter tales coniecturas ſubijcietur tormentis, per no.de regu.iur.cū in contemplatione.& in l.presbyteri. C.de epiſco.& cle.ad. uertas tamen, ſi taliter probetur, q̄ ſit ſufficiēs indicium ad torturam per not.in l.3.in prin. C.ad l.Iul.maie. & in l.fi.C. fami.herciſcun.cum ſi. & puto, quòd ſuper pœna ordinaria c.omnis. in foro contentioſo diſpenſare non poſſet per prædicta, & ſupra quæſtio.109. Item ex his not. quòd poſito q̄ confeſſio pœnitentis facta fuiſſet publice, nihilominus confeſſor tenetur celare, ſ̄. quæſt.155.& ſequen. idem videretur de peccatis manifeſtis & in confeſſione dictis, per prædicta, facit ſupra quæſt.56.&c.

¶Sequitur §. 6. de Sacramento Euchariſtiæ.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia nunquid ſit ſacramentum.*
Quare appelletur ſacrificium, quare communio, & quare viaticum, & quare Euchariſtia.
Et quare dicatur ſacramentum.
2 *Sacramentum Euchariſtiæ nunquid ſit vnum.*
Forma eius quæ ſit.num.3.& quæ forma conſecrationis ſanguinis.ibid.
4 *Chriſtus fuit ſacerdos, cùm conſecit ſacramentum Euchariſtiæ.*
5 *Pronomen, hoc, prolatum in conficiendo Euchariſtiam nunquid ſignificat panem, an corpus.*
6 *Euchariſtiæ nunquid vna an duę ſint formæ conſecrationis.*
7 *Corpus Chriſti non debet confici ſine ſanguine, etiam in neceſſitate.*
Et an potuiſſet confici poſt mortem ante reſurrectionem.num.8.
9 *Forma conficiendi corpus Chriſti non debet mutari, quia aliàs non conſecretur, etiam ſi verba eundem ſenſum haberent: nec debet aliquid diminui.*
Et quid ſi addatur aliquid. ibid.
Et ſi fiat magnum interuallum in prolatione verborum, nunquid vitietur ſacramentum.num.10.
11 *Chriſtus qualiter ſit in ſacramento Euchariſtiæ.*
12 *Corpus Chriſti realiter, præſentialiter, & eſſentialiter eſt in altari: & qualiter ſit in ſacramento.nu.15.& in qualibet parte hoſtiæ.ibid.*
13 *Contraria contrarijs curantur.*
14 *Chriſtus imolatus in ſacramento Euchariſtiæ.*
15 *Chriſtus veram carnem mortalem & paſſibilem de corpore Virginis aſſumpſit, & quare.*
16 *Euchariſtiæ mirabilia quæ & quot.*
17 *Fides noſtra rationibus probari non poteſt.*
18 *Chriſtus nunquid in ſacramento Euchariſtiæ aliquando videatur oculo corporali.*
Et quid ſit agendum, quando corpus Chriſti ſic apparet in alia ſpecie. numero 19.
20 *Corpus Chriſti qua conſideratione dicatur confici.*
21 *Euchariſtia nunquid ſit maius ſacramentum alijs.*
Et an fuerit præfiguratum in veteri teſtamento.
23 *Melchiſedech cur ſic dictus.*
Fuit rex Salen, & verus ſacerdos ſummi Dei.ibid.
Et obtulit panem & vinum in figuram ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti.ibid.
24 *Corpus Chriſti quare appelletur corpus ſpirituale.*
25 *Fugiens ad corpus Chriſti, dum forte presbyter portet illud ad aliquem infirmum, an gaudeat priuilegio confugientis ad eccleſiam.*
26 *Sacerdos nunquid virtute verborum poſſit quantamcunq; materiam conſecrare.*
27 *Sacerdos ſi intenderet conſecrare non ad ſumendum, ſed ad vtendum in veneficijs, vel ad deriſionem, nunquid fiet conſecratio.*
28 *Alexander de Ales doctor irrefragabilis.*
29 *In ſacramentis nihil agitur ſine intentione.*
31 *Sacerdos ſi conficit corpus Chriſti, & aliquæ hoſtiæ remanent in altari ex obliuione, aut aliqua pars vini, nunquid ſint conſecrata omnia.*
Et quid de accidentibus, quæ videntur in ſacramento Euchariſtiæ, nūquid ſint adorandi. num.32.
33 *Euchariſtiæ materia quæ.*
34 *Euchariſtia quare ſolum ſub ſpecie panis detur populo, & non ſub vtraque ſpecie.*
Et quare offeratur vinum & aqua.
Et in quid tranſubſtantientur panis, vinum & aqua.nu.35.
36 *Deum eſſe in loco poteſt intelligi tripliciter, & quomodo.*
37 *Chriſtus qualiter ſit totus in hoſtia, & totus in cœlo, aliter tamen & aliter.*
38 *Euchariſtia de quo pane confici debeat.*

Et ſi

Et ſi granum ſeu frumentum ſit natum de lolio, nunquid conficiatur. numero 39.
Et an poſſit confici de pane facto de ſpelta vel de farre.nu.40.
Quid ſi grana alterius generis admixta ſint tritico, nunquid confici poſſit.numero 41.
Et quid ſi panis fieret ex aqua roſacea, & huiuſmodi.nu.42.
Quid ſi hoſtiæ, quæ conſecranda eſt, tandiù ſtetit, quòd incipit corrumpi. numero 43.
44 *Euchariſtia an poſſit confici in pane fermentato.*
Et de quo vino confici poſſit.
Et an poſſit confici de aceto uel huiuſmodi.nu.46.
47 *Hoſtia conſecrata ſi tandiù ſeruaretur, quòd corrumperetur ſpecies panis non eſſet amplius ibi corpus Chriſti: ita ſimiliter de ſanguine.*
48 *Sacramentum Euchariſtiæ an poſſit confici de aggreſta.*
Et an poſſit confici de nectare, ſeu clareto, & ſimilibus.nu.49.
Et an confici poſſit de muſto.nu.50.
Et nunquid aqua debeat apponi vino.nu.51.
Et quare aqua miſceatur vino.num.52.
Et quantum aquæ apponi debeat.nu.53.
Et nunquid conficiatur, ſi apponatur vino aqua roſacea vel alia artificialis.numero 54.
Et quid ſi apponeretur aqua, quando vinum eſt in dolio.nu.55.
Et nunquid in terris, vbi non eſt vinum, poſſit confici de aqua rubea, in qua lotus eſt pannus vino rubeo intinctus.nu.56.
Et nunquid in hoc ſacramento poſſet aliquis liquor permiſceri ſpeciebus vini.num.57.
Et quæ requirantur ad eſſe huius ſacramenti.nu.58.
59 *Sacerdos ſi non intendat ſpecialiter conficere corpus Chriſti, vt quia hæreticus, & non credit q̄ ad talia verba conficiatur, intendit tamen generaliter facere quod facit eccleſia, nunquid conficiat.*
60 *Euchariſtiæ ſacramentum cuius virtute conficiatur.*
Et à quibus confici poſſit.num.61. & qui non poſſint illud conficere. ibid.
62 *Sacerdos hæreticus, ſciſmaticus, ex communicatus, aut degradatus celebrās nunquid conficiat.*
63 *Sacerdotes plures nunquid ſimul poſſint eandem hoſtiam conſecrare.*
64 *Euchariſtiæ ſacramentum à quibus miniſtris poſſit diſpenſari.*
65 *Sacerdos an poſſit conficere partem hoſtiæ.*
Quid ſi habet ante ſe 11. hoſtias & intendit conſecrare decem, nunquid poſſit.num.66.
67 *Sacerdos conſecrans nunquid ſemper ſumere debeat.*
Et ſi deficit in miſſa, nunquid debeat per alium ſuppleri.nu.68.
Quid autem ſi ſacerdos poſt conſecrationem corporis, ſed ante conſecrationem ſanguinis percipiat vinum aut aquam non eſſe in calice. numero 69.
70 *Sacerdos ſi non recolit dixiſſe ea, quæ in conſecratione dicuntur, quid agere debeat.*
Quid ſi propter frigus vel ex negligentia hoſtia dilabitur in calicem. numero 74.
Quid ſi infra miſſam aduertat hoſtiam non eſſe triticeam, vel eſſe corruptam.numero 72.
Quid ſi muſca, vel arena in calice ceciderit, vel venenum mixtum fuerit.numero 73.
74 *Sacerdos nunquid poſſit hoſtiam ſeruare.*
75 *Hoſtiæ diuiſiones, quas facit ſacerdos, quid ſignificent.*
76 *Corpus Chriſti ad fractionem hoſtiæ non frangitur.*
77 *Sacerdos quid agere debeat, ſi ſtilla ſanguinis extra ceciderit.*
Quid ſi quis Euchariſtiam vomit.nu.78.
Quid ſi animal comederit Euchariſtiam, quid ſit faciendum de animali. numero 79.
80 *Sacerdos ſi infra miſſam recordatur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, vel habere aliquod mortale nondum confeſſum, quid agere debeat.*
81 *Presbyteris an ſit præceptum quotidie celebrare.*
82 *Miſſa vnde dicta, & quid ſit, & quantum proſit.*
Et quare ordinata, & quomodo olim cantabatur.nu.83.
Et quæ ſolennitates in ea fiant..ibid.
84 *Miſſæ quatuor partes, quorum ſecunda habet quatuor diſtinctiones.*
Et quis dicatur canon miſſę. nu.85.
86 *Verba canonis miſſæ quare dicantur ſecretè.*
87 *Miſſa quare quotidie celebretur in eccleſia.*
88 *Miſſam audiens illa die ſine pœnitentia decedere non poteſt.*
89 *Chriſti paſſionem quid proſit commemorare: vbi quòd manus dextera & poſtea ſiniſtra Chriſti fuit crucifixa, ad denotandum qualiter Crux fieri debeat.*
90 *Sacerdos quare ante receptionem Euchariſtiæ, immiſſa parte hoſtiæ in calicem, pacem dat.*
91 *Euchariſtiæ quis ſit principalis effectus.*
Quod per eius aſſumptionem efficimur vnum corpus cum Chriſto.
Et pœnitenti non eſt deneganda.
Et an peccata venialia poſſint impedire eius effectum. nu.92.
Et nunquid deleat peccatum veniale.nu.93.
Quid operetur dignè ſumentibus.nu.94.
95 *Miſſa offerri debet ſolum pro illis, quos credimus in purgatorio.*
96 *Euchariſtiæ ſacramentum nunquid deleat mortalia peccata.*
Et qui teneantur ad eius ſumptionem.nu.97.
Et an ad eius ſumptionem quis accedere poſſit cum conſcientia peccati mortalis.numero 98.
99 *Conſcientia peccati mortalis quotuplex.*
100 *Contritio ſola nunquid ſufficiat ad confeſſionem.*
101 *Peccator adſpiciendo corpus Chriſti nunquid peccet.*
102 *Peccatum mortale non priuat aliquem ingreſſu eccleſiæ.*
103 *Communicari nunquid debeat quilibet ſub vtraq; ſpecie.*
104 *Euchariſtia qualiter ſit ſumenda.*
105 *Chriſtus quare diſcipulis ſuis tradidit ſacramentū Euchariſtiæ poſt cœnā.*
Euchariſtiæ ſacramentum fuit inſtitutum pridie paſſionis, & quare ita tardè: & Apoſtoli receperunt iſtud vt puri laici.
106 *Chriſtus quare ſumpſerit ſeipſum, ſeu ſuum corpus.*
107 *Euchariſtia quando ſumitur, nunquid ſumatur non ſolum caro & ſanguis Chriſti, ſed etiam anima & deitas ſeu diuinitas.*
Et quare ſumatur ſub ſpecie panis & vini.nu.108.
109 *Chriſtus nunquid deſcendat in ſtomachum ſumentis.*
110 *Euchariſtię ſacramentum qua reuerentia ſumi debeat.*
Et quomodo conſeruari debeat in loco honeſto.
Et quot modis ſumatur, ſeu manducetur.nu.111.
Et an quis poſſit cogi ſemel in anno illud ſumere.nu.112.
113 *Peccator poteſt compelli ad pœnitentiam: ſecus in peccato occulto.*
In foro pœnitentiali non cadit abſoluta compulſio.
114 *Euchariſtia non eſt de neceſſitate ſalutis, quaſi quòd eius effectus ſit neceſſarius ad ſalutem: ſecus ratione præcepti diuini, & præcepti eccleſię.*
115 *Pollutio nocturna nunquid impediat communionem ſeu celebrationem: & ad hoc vt homo dignè ad ſacramentum accedat, quę & quot requirantur: & quę illum impediant.*
116 *Euchariſtia nunquid ſumi debeat tantum à ieiunis.num.ſeq.*
117 *Ieiunium duplex, naturę & eccleſiæ.*
118 *Eccleſia incipit diem naturalem à media nocte, & quare.*
119 *Celebrare quis poteſt bis ex iuſta cauſa, dummodo ſit ieiunus.*
120 *Sacerdos ſi celebret non premiſſa digeſtione cōficit, ſed mortaliter peccat.*
121 *Comedere nunquid liceat ſtatim poſt factam communionem.*
122 *Communicans debet diligenter multum cauere, ne ſubditò diuertat ad fabulas & vanitates.*
123 *Interdictus, ſuſpenſus, aut excommunicatus etiam iniuſtè an poſſit communicare.num.ſequen.*
124 *Excommunicatio etiam minor ſeparat à perceptione ſacramentorum: & Excommunicatio iniuſta timenda eſt & ſeruanda.*
125 *Suſpenſio non egreditur terminos ſententiæ datę: quomodo hoc intelligatur.*
126 *Actus matrimonialis nunquid impediat a communione.*
127 *Immunditia corporis purè nunquid impediat communionem.*
128 *Mulier menſtruata an debeat accedere ad Euchariſtiam: & vnde dicatur menſtruata: & quàm ſit execrabilis & immundus ille ſanguis, quem per ſingulos menſes profert.*
129 *Homo nunquid debeat frequenter corpus Chriſti ſumere.*
Et an qualibet die liceat ei communicare.nu.130.
131 *Communicare nunquid liceat pluries in die.*
132 *Cauſa aliqua rationabilis an poſſit eſſe, quę excuſet à præcepto cap. omnis. de pœnit.& remiſ.quòd quis non ſumat Euchariſtiam in Paſcate, vel non confiteatur.*
133 *Communicare an quoto anno quis teneatur.*
134 *Euchariſtiam nunquid ſufficiat ſumere in die cœnę Domini, & ſit ſatisfactum præcepto c.omnis.de pœn.& remi.*
135 *Errans in iure male intelligendo ius poſitiuum non peccat mortaliter.*
136 *Paſca in iure accipitur pro die reſurrectionis: & interpretatur tranſitus.*
137 *Euchariſtię ſacramentum à quibus recipere debeāt communicantes: vbi q̄ etiam à muto poteſt conferri.*
Et ſi ſacerdos parrochialis exiſtat in peccato, nunquid ab eo poſſit ſumi. numero 138.
138 *Sacerdos reperitur quandoque peior populo.*
139 *Sacerdos criminoſus regulariter non eſt ſuſpenſus a collatione ſacramentorum.*
140 *Presbyter notoriè fornicator nunquid celebrando incurrat irregularitatem.*
141 *Euchariſtiæ ſacramentum nunquid in caſu neceſſitatis poſſit ſumi à preciſis ab eccleſia, ſi deſint alij presbyteri.*
Et an poſſit ſumi à laico in dicto caſu neceſſitatis.nu.142.
Et nunquid poſſit ſumi de manu diaconi. num.143.
144 *Subdiaconus nunquid poſſit miniſtrare Euchariſtiam in caſu, quo poteſt diaconus.*
145 *Ad Euchariſtiam nunquid ſtatim quis accedere poſſit poſt confeſſionem.*
146 *Sacerdos nunquid poſſit dare corpus Chriſti ei, quem ſcit eſſe in mortali peccato.*
Et quid ſi peccator dicat ſe confeſſum, an debeat ei credere.
147 *Malum minus de duobus malis eſt eligendum.*
148 *Euchariſtię ſacramentum nunquid debeat dari ſuſpectis de crimine.*
149 *Meretrices publicę ſunt omnino ab altari arcendæ.*
Idem de publicis vſurarijs: niſi pœnitentiam egerint.
150 *Fornicatores publici ſi pœniteant, non tamen ſe ſeparantes, an ſint in publico communicādi per confeſſorem preſertim ſi dicant matrimonium contraxiſſe.*
151 *Euchariſtię ſacramentum nunquid dari debeat propter aliquam purgationem infamię, vel huiuſmodi.*

Et nunquid

Et nunquid dari debeat histrionibus.num.152.
Histrio quis dicatur.ibid.
153 *Eucharistia nunquid debeat dari amentibus.*
154 *Testi vnico creditur, cùm nulli sit præiudicium, etiam sine iuramento.*
155 *Eucharistia quando muto possit dari.*
Nunquid autem debeat dari ijs, qui pro criminibus sunt suspendendi vel decapitandi.num.156.
Et an excõmunicato in mortis articulo, si pœniteat.ibid.
Et nunquid detur pugnantibus in torneamentis, si lethaliter percussi fuerint.num.157.
158 *Hostia non consecrata nunquid aliquo casu possit dari pro consecrata.*
159 *Moriens an teneatur communicare.*
160 *Eucharistia quare dicatur viaticum.*
Et omittens eam recipere in Pascate peccat mortaliter.ibidem, secus si non posset.
Et qui sumpsit eam in Pascate, si illo anno sit moriturus, an iterum teneatur illam sumere.num.162.
163 *Sacerdos parrochialis nunquid debeat credere parrochiano dicenti se alicui legitimè confessum.*
164 *Religiosus nunquid absque licentia parrochialis possit in necessitate aliquem communicare.*
165 *Sacerdos nunquid possit prorogare tempus Pascatis ad sumendum sacramentum Eucharistiæ.*
166 *Pœna non communicantis semel in anno.*

EXTO veniam ad materiam sacramẽti Eucharistiæ, quam diuido per has quæstiones. Primo quæram de forma & essentia Eucharistiæ vsque ad vigesimam quæstio. Secundo quæram quo ad materiam Eucharistiæ. Tertio quo ad ministrum, in 41.q. & sequen. Quarto quo ad effectum Eucharistiæ in quęst.58. & sequen. Quinto quo ad communionem in q.72.& sequẽ.

1 ¶Primo quæro, vtrum † Eucharistia sit sacramẽtum. Respondeo secundum Pet.in 4.dist.8.est sacramentum, & modo communi cum alijs sacramentis, scilicet sanctificando, siue causando sanctitatem: & modo speciali, scilicet continẽdo totius sanctitatis auctorem, propter hoc excellentissimũ est omnium aliorum sacramentorum. Idem Tho.in sum.cõfessõ.lib.3.titu.23.quæst.54.secundum fratrem Nico.Osim. post Pisa.in verbo, Eucharistia.& per Pet.de palu.4.distin.8. quæst.1.in prin.& quòd sit sacramentum, probatur de pœn. & remis.omnis.1.quæst.1.multi.ver. sunt autem. de consec. distin.2.in sacramento.& in cap.in illo.cum sim. facit 25.distin.ecce.de consecr.distin.2.nihil. Item inquantum est signũ rememoratiuum passionis Christi, quæ fuit verum sacrificium, denominatur seu appellatur sacrificium. Secundũ verò ꝙ est signum demonstratiuum ecclesiæ vnitatis, cui homines aggregantur per ipsum, dicitur communio. secundũ autem quòd est præfiguratiuum diuinæ fruitionis, quæ est in patria, dicitur viaticum, quia præbet nobis viam perueniendi ad illam, vel etiam quia datur transeuntibus, de hac vita ad ipsum. secundum verò ꝙ realiter continet Christum, qui est plenus gratia, dicitur Eucharistia, idest bona gratia, vt in sum. fratris Asten. ordinis minorum. quæ summa Astensis nuncupatur, lib.4.titu.8. Ad quæ adde dominum Fran.in c. cum Marthæ.ver.distinguendum.in princ.de celeb.missa.& sic sacramentum panis & calicis græce dicitur Eucharistia: latinè vero bona gratia interpretatur, dicto c.multi.dicitur enim bona gratia ab eu, quod est bonum, & caros ꝙ est gratia, secundum Archid.23.distin.accolitus. & Hostiẽ.& Ioan. And.in cap.sanè.de celeb.miss. & Ioan.And.in cap.1. de custo.Eucha.& quod not.in clemen.1.glo.3.de priuileg. & ibi per Ioan.de Imo.in 3. colum. & debet scribi sine h in princi. orationis, quia tunc esset interiectio dolentis, secundũ Doc. in dicto c. sane. Item corpus Christi absque sanguine sacro similiter appellatur Eucharistia, 93.distin.presente.& in hoc sacramento est corpus Christi, cui Angeli assistunt, de cõsec. distin.2.in quibus.cum tribus cap.sequentibus.& debet comedi in ecclesia, de pœn.distin.3.inter hæc hyrcum 2. Et ad prædicta adde, quòd dicitur sacramentum, quia corporaliũ sub tegimẽto rerum diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum, 1.quæst.1.multi.de cõsecra.distin.2.ego Berengarius. Item dicitur mysterium, de consecra.distinct.2.liquido.& hoc ideo, quia secretam & reconditam habet dispensationem, vt dicto capit.multi. facit quod not.de vita & honest.cler.cap.1.per Ioan.And. secundum Imol.in dicta clemen.4.colum. & per Franc. ibidem in notabilibus.

2 ¶Secundo quæro, vtrum sacramentum † Eucharistiæ sit vnum. Respondeo secundum Thom.& Pet.vbi supra, vnum quidem est in vnitate perfectionis, quia ad eius integritatẽ plura requiruntur, sicut & domus perfecta dicitur vna, non autem est vnum vnitate indiuisibilitatis vel continuitatis: Vnde quando pluraliter dicitur, Proficiant nobis quæsumus domine tua sacramenta quod continẽt, & huiusmodi: intelligitur illa pluralitas solum naturaliter. Idem in dicta q.54. secundum fratrem Nicol. post Pisa.vbi supra, & per Pet.de palu.in 4.distin.8.quæst.1. artic.1. conclu.2. & licet istud sacramentum sit vnum perfectione & ordine, est tamen diuersis nominibus nuncupatum, vt ibidem 3.conclu.& quòd debuerit institui hoc sacramentum & tali tempore, ibidem artic.3.& ad principale quæsitum vide de consec. dist.2.comperimus.& cap.qui manducant.iuxta fi.& c.panis. in princi. vbi de hoc, & in cap.cum omne.in princi.& in cap.vtrum.in fin. & secundum hæc intellige quod dicitur in dicto c.comperimus.per Laud.& Ioan.in glo.hic de speciebus, secũdum Archid.in dicto c.comperimus. vel ponitur plurale pro singulari, secundum Archid.de consecra. distin.2.qui manducat.& facit ad prædicta de consec.distin.1.vasa.in fi. & quod not.in dicto cap.panis.glo.2.& in c.quid sit.in fin.& ideo dicitur in dicta sum.Astensi, lib.4.tit.8.ꝙ hoc sacramentũ Eucharistiæ est vnum sacramentum ab vna perfectione finis: licet ergo plura sint materialiter, est tamen vnum simpliciter, propter quod Grego.in quadam collecta, quæ dicitur, post sacramenti sumptionẽ, primo dicit pluraliter, Purificent nos sacramenta quæ sumpsimus: & post singulariter subdit, Prẽsta vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam.dicunt etiam sacerdotes, Corpus tuum domine quod sumpsi, & sanguis quem potaui, adhæreat, &c. non enim dixit adhæreant, in plurali, ad hoc supra §.3. quæst.28.& vide infra quæst.5.

3 ¶Tertio quæro, quæ sit † forma sacramenti Eucharistiæ. Respondeo secundum sanctos & Thom. vbi supra, hæc est forma consecrationis panis: Hoc enim est corpus meũ: coniunctio autẽ non est de substantia formæ, tamen apponi debet secundum vsum ecclesiæ, qui vsus a beato Petro initium sumpsit, quod autem præmittitur, Accipite & manducate ex hoc omnes. pertinet ad vsum sacramenti, & non est de substantia formæ. Forma autem consecrationis sanguinis hæc est: Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: secundum Pisa. vbi supra, idem in sum.confes.eod.titu. quæst.55. vbi etiam additur & sentit Pet.quòd tantum illud sit de substantia formæ, Hic est calix sanguinis mei: & idem dicit Alan. in libro de missa. Vdalricus etiam dicit, forma verborum hæc est, & non plus. Hoc est corpus meum: & Hic est sanguis meus, de consecr. distinctio.2. quia corpus. sed vt patẽt in dicta quæstio.55. Thom. dicit, quòd quia conditiones adiectæ ad subiectum vel prædicatum sunt de integritate locutionis alicuius, ideo alij probabilius dicunt, quòd totum quod sequitur est de forma, cùm totum hoc, quod additur, non sit locutio per se, sed sit terminatio prædicati: hæc ibi. Alij vero sentire videntur, quòd totum sit de substantia, vsque ad, Vnde & memores: cum totum videatur cõnexum: propterea putat fra.Nico.Osim.ꝙ pars tutior sit eligenda, extra de homi.ad audientiam. videlicet vt non fiat adoratio sanguinis, nisi peractis verbis vsque ad, Vnde & memores. Si vero aliquis dicto tantum, Hic est calix sanguinis mei: vel, Hic est sanguis meus.& alijs omissis processit ad vlteriora, habeatur potius pro consecrato, secundum eum in addi.ad Pisa. facit infra quæst.40.ante fin.& sic verba, per quę conficitur corpus, sunt hæc tantum, Hoc est corpus meum. Ioan.And.in c. cum Marthæ.in 5.colum.de celeb.miss.facit 1.quæstio.5.secundum.Pet.de palu.pertransit cum opinione Thomæ.in 4. distin.8.quæst.3. penul.colum. nullam mentionem faciẽs de ista alia opinione. Vnde Laud.in sacramentali, de celeb.mis. dicit tenendum, ꝙ omnia verba formæ dicantur de forma Eucharistiæ, vt ibi latius, & de hoc habetur in cap.panis est. de conse.dist.2. Vnde in summa Astensi, lib.4.tit.8.§.postea considerandum.in princ.dicitur, vt dicit Tho.subdens, ꝙ illa verba, Accipite & comedite, vel bibite: non sunt de substantia formæ, sed designant vsum materiæ consecratæ, qui non est de necessitate sacramenti: dicitur etiam ibi, ꝙ illa cõiunctio, enim, non est de substantia formæ, sed additur ibi ad notandum ordinem consecrationis ad vsum materiæ cõsecratæ, qui tamen non est de necessitate sacramenti: vnde coniunctio similiter, enim, scienter omitti non debet, vbi vsus

antiquus

antiquus illius ecclesiæ hoc habet: secundum vero Scotum ponitur ad coniungendũ, ne scilicet verba formæ sine præcedentibus proferantur, vt ibi latius. Ad idem per Franc.in cap.cum Marthæ.in fine principij, de celebra.miss. facit 11. distinct.in his.& l.3.§. sed enim. ff.de incen. rui.nau. Similiter illa verba, Hæc quotiescunque feceritis &c. licet pertineant ad vsum huius sacramenti, tamen non sunt de necessitate sacramenti, vt dicit frater Antoninus Archiepiscopus Florentinus in summa 3. parte, in cap.de missa. post Thom. Vnde Specul.in prohœmio secundæ partis libri dicit, quòd solum illa verba, quibus species in corpus & sanguinem trãsubstantiant, scilicet Hoc est corpus &c. vt substantialia, cætera vero sunt de solemnitate. Et not.secundum Laud.in sacramentali, in rubri.de celeb.missa. quòd verba prædicta effectum habent ex diuina virtute supernaturali, & ideo presbyter in hoc sacramento non loquitur in propria persona, sed in persona Christi, dum dicit, Hoc est enim corpus meũ: quod secus est in alijs sacramentis, licet etiam in alijs sit simplex minister, vt ibi latius Archi. tamen refert aliquos dixisse, ꝙ Christus confecit, cùm benedixit, construẽtes illam litteram hoc ordine, Accepit panem, benedixit, subaudiẽdum est dicens, Hoc est corpus meum, & tunc fregit & dedit, & ait, Accipite & comedite: & iterauit, Hoc est corpus meum: prius ergo protulit illa verba, vt eis vim conficiendi tribueret: deinde protulit eadem, vt apostolos formam conficiendi doceret. Alij verò dixerunt, ꝙ & sacramentum confecit & formam instituit post benedictionẽ, cùm dixit, Hoc est corpus meum. intelligentes illam benedictionem fuisse vel ad verbum, quod super panem expressit, quibus illud videtur obsistere, quod prius fregit, quãdo dixit, Hoc est corpus meum. nec incredibile, ꝙ prius dederit quàm confecerit: vnde dici potest secundum eundem Archid.ꝙ Christus diuina virtute confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent: ipse namq; per se virtute propria benedixit, nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis, secũdum Inno.quartum, vt refert Archid.de consecra. dist.2.timorem. Ibi tamen sentit Arch.ꝙ credibile est, ꝙ & Christus eadem verba dicendo confecit: Vnde communiter theologi tenent, ꝙ etiam Christus confecit sacramentum sub forma, qua & nos conficimus, vt ex scriptura patet. Vnde tenet Laud.vbi supra 6. quæst. ꝙ Christus exprimẽdo eadem verba confecit, quia in conficiendo ministrauit, & in ministrando confecit exprimendo hæc verba, vt sic duplicem actum in vno instanti efficiat, ar.de elect.cum inter vniuersas. Vnde

4 notabis, ꝙ † in hoc sacramento Christus fuit sacerdos in eo, ꝙ confecit. Item sacrificium in eo ꝙ corpus suum. Item minister in eo ꝙ ministrauit apostolis, de sum.trin.cap.1.§.vna. vt ibi latius. Et subdit Archi.vbi supra, exponendo verbum, pro multis, idest prædestinatis, & ꝙ Christus dixit, In meam commemorationem: exponit, idest in memoriam meæ passionis & mortis, de consecr.distin.2.scriptura. Et scias, ꝙ ista verba consecrationis vini fuerũt sumpta ex diuersis scripturæ locis, vt in dicto §. postea considerandum. vbi etiam de forma græcorum videas post Pet.& Riccar. Græci tamen videntur hæretici, quia animo inducendi hæresim aliter conficiunt, vt sentit Ioan.And.in cap.cum Marthę.in 11.colum. de celeb.missa.ad quod supra §.proximo. quæst.48.& quod not.Archid.in cap.quia.& cap.iteratur. de consecr.distin.2. & vide infra quæstio.76. Et not.quòd ecclesia potest addere circa formam Eucharistiæ etiam in canone, vt not.Io.And. in cap.porrectum. de regularibus. Item græci Calabrienses alijs eorum formis vtuntur. Et ad præmissa adde per Pet.de palu.in 4.distin.8.quæst.3.arti.1.& 2.& vide infra q.5.

5 ¶Quarto quæro, quid † demonstratur per hoc pronomẽ, hoc, an panis an corpus. Respondeo, dicit glo.de consec.distin.2.timorem. ꝙ panis non, quia ille non est corpus Christi: Item nec corpus, quia non videtur, ꝙ ante totius formæ prolationem fiat transsubstantiatio: vnde dicit glo. ꝙ per hanc dictionem, hoc, nihil demõstratur, sed materialiter ponitur, dicit Archi.ꝙ idem dixit Hug.& Io. de Fan.sed theologi dicunt, ꝙ errauerunt Ioan.& Hug.nam sacerdos in persona Christi verè intẽdit dicere, Hoc est corpus meum: aliàs non esset vera commemoratio eius, quod fecit dominus: & dicunt, ꝙ hæc verba significatiue ponuntur, & intelligũtur, quia hæc oratio totalis, ita ꝙ nulla pars per se ex domini institutione & sacerdotis prolatione habet virtutem conuertiuam panis in corpus Christi, ita ꝙ simul est prolatio cõuersio & demonstratio, secundum Pet. vt ibi refert Archid. vel dic secundum Riccar.hoc, scilicet illud, in quod hoc trãssubstantiandum est, secundum quosdam, & de hoc etiam not.in dicta sum. Astensi.lib.4.§.postea considerandũ. ver.quid demonstret, in dicta sum. Antonina.3.parte.capit.de missa. vbi dicit, ꝙ consecrans & vtens his formis ostẽdit per istud pronomen demonstratiuum, ꝙ materia consecranda sit coram ipso sacerdote, cum aliàs non conficeretur, vt infra q.17.& sic demonstratio rei præsentis ad oculum, l.nemo.ff.de hæredibus insti.& ibi per Bar.& adde supra quæst. proxima.& quod not.in cap.fin.ad fin.ne cle.vel mona. Et de hac materia per Pet.de palu.in 4.distin.8.quæst.3.arti.1.& per Laud. in sacramentali.de sacramẽto Eucharistiæ, aliàs de cele.mis. in 3.col. in 7. q. vbi etiam ꝙ ex quo non est corporis Christi innouatio vel transmutatio non dicitur sic, sed est præsentis temporis, quod not.

6 ¶Quinto † quæro, an vna vel duæ sint formæ consecrationis Eucharistiæ. Respondeo ꝙ duæ sunt formæ illorum verborum, vna videlicet, Hoc est corpus meũ: per quę verba panis in corpus transsubstãtiatur. Alia vero illorum verborum, Hic est sanguis &c. per quæ verba vinum in sanguinem transsubstantiatur, de consecra.distin.1. panis est in altari.& sequenti capit.quid sit sanguis.ad hoc supra q.2. & 3. Simile dicitur, ꝙ duæ sunt species possessionis, vt per Dyn. in regula, sine possessione.de regul.iur.lib.6. Vnde mora naturalis & compendiosa, vt in spuendo, tussiendo, & respirãdo interposita inter vnam formam & aliam non vitiaret, vt per Host.in sum.de baptismo.§.& quæ sit. ver.quid si in prolatione.idem not.de consecra.distin.2. cum omne.scilicet ꝙ sint duæ formæ: & in c.quia corpus.in glo.1.verbis.& quod not.in clemen.si dominum.de rel.& ven.san.in verbo, poculum. & super ea per Ioan. de Imo. & ibidem per Franc. in 2. oppo. Et subdendo arguit ibidem Hostien. nonne sanguis est in corpore, corpus in sanguine, ergo vna forma superfluit ꝑ aliam. Respondet, verum est per commixtionem, non per transsubstantiationem seu translationem secundum eum: idem not.in dicto cap.quia corpus.vbi dicit Archi.ꝙ quælibet forma per se propriam habet virtutem & completam significationem, & propriam determinatam materiã, & propriam operationem, & quęlibet forma per se complet suam operationẽ, nec se mutuo expectant, nihilominus sub vtraq; specie est ibi totus Christus, quia semper corpus cum sanguine, & hoc ex generali concomitantia sed non vi sacramẽti: & hoc est quod ibi sequitur in glo.secundum Arch.ibi & dominum Fran.in cap.cùm Marthæ.§.quæsiuisti.de celeb.mis. & Laud. in sacramentali, de sacramento Eucharistiæ. in 11. colum.ad hoc infra quæst. 8. Et sic in corpore Christi est ibi corpus vi sacramenti & sanguis per immediatam concomitantiam, & anima per mediatam concomitãtiam, & diuinitas per remotam concomitantiam. Similiter in calice est ibi sanguis per sacramentum, corpus per immediatam cõcomitantiam, anima per mediatam & diuinitas per remotam, secundum Fran.de marrono, in 4. Vnde quod dicit glo.in d.c. quia corpus.per commixtionem, exponit Archid.idest per concomitantiam, & his cõcordat sum. Antonina post Alber. Pet.& Tho.cap.de missa.& Pet.de palu.in 4.distin.8.q.3.artic.3.& facit ad prædicta de consec.distin.2. comperimus.in glo.quæ incipit, hoc de speciebus ipsis. Et similiter in dicta sum. Astensi.in dicto §.postea considerandum. Ex his sequitur, ꝙ † conficeretur corpus sine sanguine vel econuerso, de

7 conse.distin.2.quia corpus. Sunt enim hæc diuisa, vt not. in dicto c. comperimus. & per Laud. in sacramentali de sacramento Eucharistiæ, 4.colum.10.q.& dominum Fran.in d.c. cum Marthæ. post prin. licet qui scienter hoc faceret peccaret: similiter sine verbis præcedentibus formam, vel sequentibus verum esset sacramentum, non tamen celebrari debet etiam in necessitate, si deficiat aliquod illorum, quæ de præcepto ecclesiæ & generali vsu seruantur, siue sint vestimenta siue huiusmodi, quæ tamen non sunt de essentia, secundum Pet.de palu.in dicto arti.3.& distin.11.q.1.artic.6. conclu.3. in fi.& sic per sola verba formæ conficeretur, si presbyter cũ intentione consecrandi proferret, sic tamen conficiens grauiter peccaret, quia ritum ecclesiæ non seruaret, vt in sum. Astensi.lib.4.titu.8.§.postea considerandum.& per Archid. post Pet.in dicto cap.quia corpus. ad fin. pro quo facit præallegatum cap.quia corpus.& quod notatur de consecra.distin.1. Iacobus.& in dicto cap. panis est. glo.1. & adde supra q.3.& infra quæst.50.

8 ¶Sexto quæro, an † corpus Christi potuisset confici post

mortem

mortem ante resurrectionem. Respondeo, glo. de consec. distin. 2. cap. timorem. tenent ꝙ non, quia corpus Christi tunc erat mortuum, vt quia forma data fuit, vt tãtum post resurrectionem fieret, propter illud, Hoc facite in meam commemorationẽ, & ideo non cantatur missa in illo triduo, de consec. dist. 3. sabbato. Idem Laud. dicẽs, ꝙ ante resurrectionem nullus conficere potuit, vnde corpus sub pixide positum in die cœnæ fuisset mortuum die sequenti sicut mortuus fuit in cruce, quia omnes passiones intrinsecæ competũt corpori Christi sub sacramento, quæ ei competunt sub specie propria, sicut mori, dolorem pati, & similia: passiones autem extrinsecæ sicut verberatio, laceratio, & alia non competũt sacramento, quare non potest dici ꝙ sub sacramento verberet aut crucifigatur, vel frangatur sub hostia, j. q. 57. vel similia. vnde corpus administratum Apostolis pridie passionis fuit tale, quale habuit, s. passibile, quod tũc habebat, licet dicatur ꝙ tunc assumpsit dotem impassibilitatis, 1. q. 7. Dai bertum. de iure patro. quod autem. vt latius per eum in sacramentali de sacramento Eucha. in 11. col. & sequẽ. Ex his nota, quod si in triduo consecratum fuisset, fuisset ibi corpus exanime, quale erat in sepulchro, & non aliud: Nam sanguis dispersus erat, & anima accesserat ad infernum, vt per Pet. de pal. in 4. dist. 11. q. 1. in fi. verum cùm ibi fuisset diuinitas communicata, potuisset adorari adoratione latriæ, secus in sanguine tunc consecrato, quia non fuisset in eo diuinitas, secundum quosdam theologos, & Fran. de marrono in 4.

9 ¶Septimo quæro, quid si mutentur † istæ formæ. Respõdeo secundũ Alb. in libro de missa, non debent mutari, aliàs non conficeretur, etiam si eundem sensum habere videãtur. Similiter non debet aliquid diminui, quia si dicatur: Hoc est meum. remaneret indeterminatum quid meum sit: & si dicatur, Hoc est corpus: nõ significat proprium corpus Christi. ꝙ si aliquid addatur, quod significationem non mutet, nec errorem inducat, nihilominus fit consecratio, vt si dicat, Hoc
13 est corpus meum dilectum & sanctum, tamen qui hoc faceret, valde increpandus esset, secundum Pisa. vbi supra. Idem in sum. confes. eo. tit. q. 5. & in sum. Antonina, vbi s̃. intellige, nisi forte ex mala prolatione adderet in fine alicuius dictionis aliqua littera, vt, m. vel huiusmodi. de quo plene in simili s̃. §. 1. q. 2. & sequen. vbi vero scienter adderetur, vel esset tãta corruptio latinitatis, quæ auferret vsum loquendi, nõ cõficeretur, & in dubio verba reiterentur, de baptismo. c. 2. secundum Fran. in d. c. cum Marthæ. in prin. post Laud. qui ẽt dicit, ꝙ si verbis canonis aliquid additur ex deuotione, nec immutat sensum verborum, non nocet: aliàs secus, quia tũc videtur induci noua forma, quod not. Vnde nõ nocet, si aliquando inserantur verba, quæ ad sacramentum corporis referũtur, sicut illa, Panem sanctum vitæ æternæ. & illa, Sacrosanctum filij tui corpus. vt per Ioan. And. in dicto c. cũ Marthæ. in 4. colum. de celeb. missa. Et si fiat interuallum magnũ
10 in prolatione † verborum, vitiat, dẹ elec. quia propter. secus si paruum, iuxta naturalem actum: vt si spuit, vel tussit: simile in testatore de testa. cum antiquitas. f̃m Fran. vbi s̃. intelligẹ de interuallo intus vnam formam: secus si inter vnam & alteram. s̃. q. 5. & facit quod not. Archi. post gl. de conse. di. 4. si non sanctificat. & per Laud. in sacramentali, de sacro Eucharistiæ. in 4. col. 8. q. & seq. facit s̃. §. proxi. q. 48. & j. q. 52.

11 ¶Octauo quæro, qualiter † sit Christus in hoc sacro. Respondeo f̃m Tho. & Pet. in 4. dist. 10. Christus idem, qui de Virgine natus, & pro nobis passus est, in hoc sacramẽto continetur, & sicut est ibi verè Christus, ita etiam est ibi sub sua quantitate, sed non vtitur ea occupando locum. Sicut ẽt non vtitur claritate sua illuminãdo aerem. Item põt esse simul in pluribus locis, inquãtum plura indiuidua, idest plures panes transsubstantiantur in ipsum. Item in qualibet parte hostiæ est totus Christus etiam in minima, s. quandiu species panis & vini manet. Et idem dicendum, quandiu manet in stomacho sub dictis speciebus, ad quod j. q. 82. Et eodem modo qñ hostia consecrata diu seruatur, dummodo species panis non mutaretur: aliàs contra. Item licet ex virtute sacramenti sub specie panis sit tantum corpus, & tantum sanguis sub specie vini, tamen propter naturalem concomitantiam sub vtraq; specie est totus Christus, scilicet f̃m corpus & animã & diuinitatem: quia hæc tria separata non sunt: ad quod s̃. & in sum. confes. eo. titu. q. 85. Vbi etiam, ꝙ plures homines diuersis partibus vnius hostiæ communicari possunt, secundũ fratrem Nico. in addi. & in sum. Asten. lib. 4. §. deinde. Vnde firmiter fide tenendum est, ꝙ † corpus Christi realiter præsen-
12 tialiter & essentialiter est in altari, & in hoc sacramẽto, & absurdum est dicere, ꝙ efficiatur rotundum sicut hostia, & dicere, ꝙ corpus Christi in loco specierum seu in altari non est circumscriptiue nec diffinitiue, nec per consequẽs localiter, sed præsentialiter per exhibitionem suæ essentiæ, & est vbicunq; est quantitas panis vel vini in se conuersi circũscriptiue quo ad diffinitionem sacramentalem. Vnde si in vno solo altari est conuersio facta sacramentaliter, in illo loco solo est sacramentaliter, si in mille, in mille sacramentaliter. Item totus Christus est in sacramẽto, & totum quod est in Christo, totum. s. quod est personæ naturæ diuinæ & humanæ substantialis & accidentalis. sed solum corpus Christi est sub specie panis ex vi sacramenti, & solus sanguis sub specie vini: reliqua vero vtrobiq; sunt ex naturali cõcomitantia, vt per Pet. de palu. in 4. dist. 10. q. 1. & q. 2. Item quòd mouetur & quiescit per accidens ad motum specierum, & quietem localem per se secundũ esse reale & sacramentale, quod habet in speciebus, vt per eundem ea. distin. 10. q. 3. & ideo refert frater Antoninus in sum. de missa. ꝙ ibi est totus Christus realiter qui est in cœlo, & non vt signatum tantum siue in figura, qd̃ est hæreticum dicere, de consecr. dist. 2. ego Berengarius. secundum Pet. & Thom. subdens ad illud de diuisione hostiæ, videlicet ꝙ si fieret diuisio in tantas partes, ꝙ ibi non remaneret species panis, tunc desineret ibi esse corpus Christi. & idem de sanguine Christi f̃m eum post doctores. Vnde dixit Archi. in d. c. ego. in prin. hic incipit 16. pars distinctionis. in qua probat per nouem capitula, ꝙ in sacramento altaris non solum est sacramẽtum, sed verum corpus Christi, & verus sanguis, tamẽ sub speciebus panis & vini adopertum: est tamen idem corpus, quod est de virgine natum, f̃m Doct. & scias ꝙ ille Berẽgarius fuit hæreticus, & ad maiorem expressionem suæ credulitatis cum postea conuersus fuit, dixit illa de quibus ibi, sicut expresse prędicauerat contraria. Nã contraria † contrarijs curantur, de pœn. dist. 2. c. 1. vt ergo manifeste hæresi contradicat, vsus fuit illis verbis tam expressis, secundum Archid. ibi. & ꝙ sit idem corpus, quod de virgine natum est, patet de consec. dist. 2. quid sit. & c. re vera. ad fin. Est ergo in hoc sacramento Christus, qui in vtero virginis fuit formatus, & igne passionis decoctus, secundum Doc. nõ tamen ꝙ sumatur in illa forma, in qua passus fuit: sumitur tũ corpus, qd̃ eandem formam habet, f̃m Arch. de cõse. dist. 2. dum frangitur. Nam caro seu corpus Christi dupliciter intelligitur, s. in ea forma, in qua fuit crucifixus, & secundum ꝙ latet operta seu opertum sub specie panis & vini, secundũ
14 Archi. de conse. dist. 2. dupliciter. & ꝙ † ipse Christus imolatus sit in hoc sacramento, patet in d. c. dum frangitur. & c. nõ hoc. & c. hoc est. in fi. & sequen. & c. re vera. in fin. & ad illud, quod potest esse in pluribus locis, facit de consec. dist. 2. quid sit. circa medium. & ad illud quod non occupat locum, idem not. de conse. distin. 2. ver. panis. quia in loco, in quo est species panis vel vini, est Christus localiter, non tamen cõmensurando se partibus illius loci, sed est in loco sicut in continente, non sicut in commensurante. Nam loci multiplex est proprietas, s. continentiæ quantum ad istam partem, est ibi. Item commensurantis, quantum ad istam non est. Vnde di-
15 cas, ꝙ † verum est sine dubio, ꝙ Christus est in sacramento, sicut locatum in loco. Et ideo licèt illa species sit valde parua, non est dicendum, ꝙ vbi sit manus ibi sit pes: quia non cõmensurat illi speciei, nõ excedit illam speciem quo ad aliquã partem, vt manus eius sit extra, vel pes, sed est totum in specie sicut signatum in signo, & sicut in sacramento, & hic est vnus modus essendi, f̃m Hug. de sancto Victore, Pet. & Archi. in d. c. vbi. & c. 1. in fin. per Archi. & per glo. in d. c. vbi. Et ad illud, ꝙ in qualibet parte hostiæ sit Christus totus, patet de conse. dist. 2. vbi. & c. in Christo. 1. in glo. quia. & ideo dixit Archi. ꝙ sub qualibet portione speciei est totus, vt per eũ ea. dist. singuli. & intellige etiam antequam frangatur hostia consecrata, iuxta not. ca. dist. dum frangitur. quæ dat exẽplũ de speculo, quia resplendet in eadem forma antequam frangatur, & post fractionem in qualibet sui parte, & ita dicit de hostia fracta. Idem dicit Host. in sum. de consecr. ecclesiæ & alta. §. & quando. ver. hostia quã vides. & sic in qualibet particula hostiæ est totus Christus, ita ꝙ possent plures communicare, nisi fieret tanta diuisio ꝙ desineret esse corpus Christi, vt dixi. facit j. q. 114. & j. q. 21. Et quòd corpus Christi integrum sit in hoc sacramento etiam fracto & diuiso, patet de consec. distin. 2. qui manducat, & in tantum ꝙ f̃m quosdam sanguis, qui in cruce fluxit de eius latere, & caro, quæ in circuncisione

cuncisione abscisa est de eius carne, nusquam est hodie nisi in eius corpore, secundum Archi. ibi, ad quod j. q. 10. Et ad illud, ꝙ istud sacrificium fit rotundum, adde glo. in d. c. dum frangitur. quod credo pro eo, ꝙ Deus non habet principiũ, neque finem, pro quo in legenda cathedræ sancti Petri in fi. vel quia caret angulo, i. sorde, iuxta not. in clemẽ. quoniam. in ver. talem. de vita & hon. cleri. Et dicitur hostia ab hoste, quia illud sacrificium hostiam vocabant, quod victis hostib. faciebãt: vel dic hostia, quasi oblata, vt dicit Archi. 23. dist. ministrum. & dic oblatio, idest sacrificiũ missæ, in quo fit oblatio, vt dicunt Doct. in c. 2. de stat. mona. & facit in psalmo, Dominus illuminatio mea. Et de hostia habetur 24. q. 1. qa ex sola. & 25. q. 1. §. his ita. de pœni. dist. 3. inter hæc hircum. 2. & de conse. dist. 1. c. fi. & de conse. dist. 2. c. 4. & c. dum frangitur. & c. semel. & c. de hac. cum sim. & ad illud, ꝙ assumpsit carnem de Virgine, & sic habuit veram carnem nostram, de conse. dist. 2. in quibus. secundum Arch. ibi dicit, caro nostra idest habens carnem nostram, idest similem nostræ, secũdum
15 Hug. & Pet. Nam Christus veram † carnem mortalẽ & passibilem de corpore Virginis assumpsit, vt not. de cõse. dist. 1. consultum. Et not. quod forte filius Dei assumpsit carnẽ humanam, ex quo homines communiter errando colebãt homines pro dijs, vt in legenda sancti Valẽtini, & sic aptior via fuisse videtur ad redimendum humanũ genus, vt sic facilius induceremur ad credẽdum ipsum fuisse verum Deum. Pręterea vt ipsa diuinitas iũcta cum humanitate pro vero Deo adoranda annihilaret cultum simplicium hominum, qui pro dijs colebantur: & facit in legenda de passione domini, in 6. colum. & ad prædicta adde Laud. in sacramentali, in rub. de sacramento Eucharistiæ. in 8. colũ. 6. quæst. vbi plura dicit, qualiter sit Christus in hoc sacramento, vbi etiam quòd est totus in cœlo & totus in qualibet parte hostiæ, & quòd non diminuitur per sumptionem &c.

16 ¶Octauo quæro de † mirabilibus huius sacramenti. Respondeo, aliqua colligunt s̃. q. proxi. sed Ioannes de sancto Geminiano in quodam sermone colligit duodecim mirabilia in hoc sacramento, quæ tamen sunt sententiæ beati Tho. in 4. de quo etiam not. in clem. si dominum. circa prin. de rel. & venera. sanct. in glo. mirabilia. & ibi per Ioan. de Imo. post Pau. & Stephanum, & ibidem per Frã. in ver. in institutione. & dominum Domi. in c. cum Marthæ. §. quæsiuisti. in penul. colum. de cele. mis. Primum est, ꝙ corpus Christi in cœlo localiter existens incipit esse in altari absq; hoc, ꝙ de cœlo descendat. Secundum, ꝙ nihil remanet de panis substãtia facta conuersione in corpus Christi, & tamen nõ est corrupta neque annihilata. Tertium, ꝙ quamuis materia panis cõuertatur in materiam corporis Christi & forma in formam, non tamen conuertitur in animam rationalem, quanquã anima rationalis sit forma corporis Christi: conuertitur ergo forma panis in formam corporis Christi, f̃m ꝙ dat esse corporeum, non autem f̃m ꝙ dat esse animatum tali animæ, & sic anima non est ibi ex vi sacramenti, sed cõcomitantiæ, ad qd̃ s̃. q. 5. Quartum, quia quotcunq; hostiæ cõuertantur in corpus Christi, ipsum tamẽ nullo modo augetur nec minuitur, ad quod s̃. q. proxi. in fi. Quintum mirabile, ꝙ quanquam in multis altaribus multæ sint hostiæ consecratę, & in qualibet hostia consecrata sit integrum corpus Christi, nihilominus corpus Christi nõ multiplicatur, sed vnum tantũmodo corpus in hostijs & altaribus omnibus. Sextum, quia in tã parua hostia totum corpus Christi cõtinetur cum carnibus, ossibus, & neruis. Septimum, quòd in qualibet particula hostię siue continua siue diuisa est totus Christus indiuisus. Octauum, quia totum corpus Christi integrum cũ omnibus mẽbris suis est in qualibet particula hostiæ sine membrorũ cõfusione, scilicet non obstante distantia membrorum, quæ est in corpore Christi. Nonum, quia in hoc sacramento accidẽtia sine subiecto subsistunt, scilicet dimensiones panis, quæ remanent conuersa substantia panis. Decimum, quia cum frangitur illa hostia, non propterea frangitur corpus Christi, quod continetur in ea, supra quæst. 6. Vndecimum, quia licet ibi non sit substantia panis, tamen ita nutriunt & confortant istæ hostiæ consecratæ sicut ante conuersionẽ quando erat panis, & sic vinum inebriaret & calefaceret, si poneretur in quantitate, cùm tamen post conuersionem non sit ibi substantia vini, ad quod infra. Duodecimum, quòd quãuis hostia cõsecrata putrefieret vel abuteretur, vel in vaporem resolueretur, ad quod infra quęst. 30. & vide infra q. 82. tamẽ corpus Christi, quod est in ea, nihil harum pateretur, vt plenius hæc referuntur in sum. Antonina, in 3. parte, & adde dominum Fran. in cap. cum Marthę. §. quæsiuisti. in 11. quæst. de decem miraculis, quæ sunt in hoc sacramento, de quibus non possunt assignari rationes, & ibidem per eũdem in 12. quæst. de fructibus huius sacramenti. Attende tamen,
17 quòd † fides nostra rationibus probari non potest, 24. q. 1. non turbatur. in fin. de pẽn. distin. 4. in domo patris mei. ibi, vt sit fides, quæ non est de visa re: ad hoc infra q. 37. in fin. vnde dicit Ioan. And. quòd circa mirabilia corporis Christi deficiunt rationes, sed verisimilitudines seruiũt, vt per eum in dicto cap. cum Marthæ. de celeb. missa. in 9. & 10. colum. vbi plene. Et ad vndecimum mirabile adde, quòd illa accidentia possunt naturaliter nutrire inquantum diuina virtute vertuntur in substantiam, secundum aliquos, vel inquantum substantia aliqua similis subiecto, quod prius fuerat, ibi creatur a Deo sub accidentibus illis sacramento peracto, & hoc fit ne sacramẽtum discooperiatur, vel repræhẽdatur secundum Laud. de acramento Eucharistiæ, 17. colum. 12. q. vel dic, quòd est ex diuina virtute, vt supra, & infra q. proxi. Vnde dicunt theologi, quòd sicut miraculose accidentia illa remanent sine subiecto, ita miraculose retinent primæuas operationes, & operantur effectus sicuti operabantur ante consecrationem, vt supra clarius patet: sic ergo species sacramentales nutriũt & impinguant, non autem ipsa substãtia corporis impinguat corpus sed animam, vt in clemen. si dominum. 5. colum.

18 ¶Decimo quæro, vtrum Christus in † sacramẽto Eucharistiæ aliquando videatur oculo corporali. Respondeo secũdum Tho. & Pet. vbi supra distin. 10. in specie quidẽ propria non videtur ibi, sed tamen quandoque illa species panis circunfunditur quibusdam accidentibus carnis vel pueri, quæ non sunt propria accidẽtia corporis Christi: vnde quamuis ibi expressiori signo videatur, non tamen videtur in specie propria. Idem in sum. confesso. lib. 3. titu. 24. q. 85. secundum fratrem Nicol. post Pisa. & quòd Christus visibiliter oculo videri non possit, vide plene per Pet. de palu. in 4. distin. 10. q. 4. & per Laud. in sacramentali, in rub. de sacramento Eucharistiæ. in 11. colum. q. 7. & sic caro Christi glorificata ab homine non videtur, nisi miraculose. Vnde in sacramẽto nõ
19 comprąhenditur visu sed fide, vt dicit Archi. de consec. distin. 2. nos autem. in princip. angelis tamen & alijs incorruptibilibus est visibilis & palpabilis, ea. distin. hic est. & ibi per Archi. quid autem sit de carne Christi abscisa in circuncisione, vide in legenda circuncisionis ad finem, & supra q. 8. vide omnino infra q. proxima.

19 ¶Vndecimo quæro, quid fiendũ, quando † corpus Christi sic apparet in alia specie. Respondeo secundum Tho. vbi supra, cum vsus sacramenti sit per manducationem, ideo qñ apparet in specie pueri vel carnis cruentæ vel simili, non habet rationem cibi, nec debet assumi ab eo, cui sic apparet: ꝙ si omnibus appareret, debet cum reliquijs reponi, secũdum Pisa. Idem in sum. confesso. eodem titu. quæst. 87. vbi subditur, idem dicit Alber. in scriptis: Et si sic apparet sacerdoti in altari in missa, dicũt quidam quòd debet iterum celebrare, & corpus Christi sumere, quia secundũ canones qui consecrat etiam sumere debet, de consecra. distin. 2. relatum. & si secundo hoc acciderit, tertiò celebrare debet, & sumere: quidam tamen dicunt, quòd in tali casu sufficit spiritualis manducatio, nec per hoc efficitur transgressor constitutionis ecclesiæ, quia ad ea quæ frequentius accidunt leges adaptantur, secundum fratrem Nicol. in addi. & in sum. fratris Antonini, vbi supra, & in sum. Astensi, lib. 4. §. deinde. & in §. postea cõsiderandum de ritu. ver. vtrum si corpus. Ad idem per Pet. de palu. in 4. distin. 10. quæst. 4. in fi. vbi etiam quòd non sumendo propter horrorem excusatur a præcepto ecclesiæ, quòd celebrantes communicent, quia ad insolitum non refertur, vel conficiat in alia materia secundnm eum: si ergo Deus faciat, vt appareat sanguis in calice, vel humana caro in altari, si omnibus vel pluribus appareat, in aliquo mundo vase conseruabitur, & pro reliquijs habebitur, aliàs si soli sacerdoti vel communicanti, non est sumendum ab eo, sed in baptisterium cum aqua infundatur, ita quòd nullum vestigium de eo appareat, vel in secreto loco comburatur, & eius cinis in baptisterium vel alium locum, ad quẽ nullus accedat, inferatur, de consecra. distinct. 1. altaris pala. vt patet ex prædictis, & ex notatis per Archidia. de consecra. distinctio. 2. de hac. & per Ioan. de Ligna. in cap. primo. ad finem, de cele. mis. & Fran. in cle. si dominum. ver. hoc est memoriale.

memoriale, in fi. de rel. & per dñm Dominicum & Ioã. And. in rub. eo. tit. vbi ẽt de aliquibus miraculis Eucharistiæ. Et dicit Laud. q̃ species carnis, sub qua apparet quotidie, non est propria species corporis, licẽt sub illa specie sit corpus Christi, vt per eum in rub. de sacramento eucharistiæ. 12, col. q. 8, subdens, q̃ si appareat caro vel puer, nõ debet adorari vt corpus Christi, sed sub conditione põt, quia sẽpe angelus sathanæ se transfert in lucis angelum in talibus, ne cle. vel monane in agro. & per talem modũ illudit hominibus, 22. q. 3. eẽpi. f̃m eum; & subdit, q̃ si celebranti seu vni sic apparet, tunc alius debebit sumere, ar. de consec. dist. 2. tribus. sed si oĩbus appareat, & tunc non debet sumi ab aliquo; sed sanctuario inter reliquias poni, quia Deus non sic ordinauit hoc sacramentum, vt esset horror sumentibus, ea. dist. fortè. in glo. & cap. vtrum, circa finem secundùm ipsum, facit ẽ. quæst. 81.

20 Duodecimò quẽro, qua consideratione † dicatur corpus Christi confici. Nam cum semel corpus Christi formatũ fuit in vtero Virginis a tota Trinitate, non vĩ amplius posse confici, de consecr. dist. 2. re vera. in gl. j. hoc corpus. Respondeo q̃ non ea ratione dĩ corpus Christi confici, q̃ ipsum corpus in vtero Virginis formatum denuo formetur, sed dĩ pro eo, q̃ Christus in cẽna corpus suum cõfecit, & similiter q̃ sacerdos conficiat ea rõne, quia substantia panis & vini, quæ non fuerat corpus Christi, & sanguis transsubstantiantur, & hoc respectu sacerdotes dicũtur conficere corpus Christi & sanguinem, quia eorum ministerio substantia panis trãsfubstantiatur in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem: & si dicatur, q̃ de specie panis fit corpus Christi siue sacramentum efficitur, quod q̃nque inuenitur, intelligitur sic, idest, ad prædicta verba substantia panis sacr̃m efficitur f̃m Pet. vt refert Arch, in d. c. re vera. in fi. ad hoc supra. q. 3. post mediũ. & adde gl. 1. q. 1. multi. in verbo præce. Inde dicitur panis angelorum, idest manna angelorum ministerio formatum. Dicitur autẽ panis angelorũ, quia gerebat figuram illius, quem desiderabant angeli prospicere, qui est eorum vita, vel quia eorum ministerio filijs Israel præparabatur in aere secundùm Laud. vt refert Archid. in d. cap. re vera. vnde per illud manna, significabatur corpus Christi, not. de consecrat. dist. 2. corporeum. & per Archidia. ead. distinct. in illo.

21 Decimotertio quæro, an sacramentum † Eucharistiæ sit maius alijs. Respondeo q̃ pro eo, q̃ continet totius sanctitatis auctorem, dicitur excellentissimum omnium aliorum sacramentorũ, supra q. j. & patet de consecr. dist. 2. nihil, & intellige simpliciter maius, idest maiori reuerentia dignum habendum, tractandum, suscipiendum, conseruandum, & conferendum: nam alia sacra prohibẽtur conferri vel recipi ab indignis, sed istud sic: hinc est, q̃ sacramentum Eucharistiæ prohibetur sumi de manu hæretici, sed non sacr̃m baptismi, vt no. 24. q. j. §. sed illud. nulla enim oblatio seu hostia est potior idest maiori reuerentia digna, quare sequitur in d. c. nihil. in textu in quibusdam ei exhiberi reuerentia, vnde nullũ sacr̃m dignius est isto, vt per doct. post gl. in d. c, nihil. facit j. q. j. multi. in gl. certè. & 95. di. ecce. & per Io. de Im. post Zen. in cle. si dñm. 5. col. super gl. preciosum. de rel. & venera. san. vbi bene declarat, & ibidem per Fran. in primo contrario, & ibi text. dicit summum sacramentum & præcelsum & maximum. Et dic, q̃ quatuor modis vnum sacr̃m est dignius altero, s. ratione efficatiæ, vt baptismus. Rõne sanctitatis, vt eucharistia: nullum enim sacr̃m dignius est isto, vt supra. Ratione significationis, vt ꝯiugium. Ratione cõferentis, vt confirmatio, vt no. in d. c. nihil. in gl. j. nullum. & supra de sacramentis in cõi, q. 13. Et adde, q̃ in isto sacramento tria sunt subtiliter discernẽda. Primum est forma visibilis. Secundum est veritas corporis. Tertium est virtus spiritualis. Forma aũt visibilis est panis & vinũ, veritas caro & sanguis Christi, virtus, vnitas, & caritas. Sed primum. s. forma visibilis nõ est res, sed est sacramentum geminæ rei. s. veritatis corporis Christi, & virtutis vnitatis & caritatis, & ita est signans tm̃. At f̃m. s. veritas est sacr̃m virtutis vnitatis, & est res formæ visibilis, s. panis & vini, & sic est signans & signatum verũ. Tertium, s. virtutis vnitatis nõ est sacr̃m sed res tm̃, s. duorum sacr̃orũ præcedentium, videlicet formę panis & vini, ad quod supra q. 5. & veritatis corporis & sanguinis Christi, & sic est signatum tm̃ & non signans, de cele. mis. cum Marthæ. §. distinguendũ. secundùm Ho. in sum. de consecr. eccl. vel alta. §. & quando. ver. verum in hoc sacramento &c.

22 Decimoquarto quæro, an istud † sacramẽtũ fuit præfiguratum in veteri testamento. Respondeo sic, vt per Pe. de Palu. in 4. dist. 8. q. j. artic. 2. & dic, q̃ sicut Melchisedech panem & vinum obtulit, sic & Christus vt repræsentaretur in veritate sui corporis & sanguinis, de consec. distin. 2. accipite. Et adde, quòd istud sacramentum fuit præfiguratum quatuor figuris, scilicet per sacrificium Melchisedech, per manna, per agnum paschalem, & per sanguinem qui profluit de latere Christi, vt in sum. Astensi, lib. 4. tit. 8. & scias de isto Melchisedech, quia dicunt hebræi fuisse Sem filium Noe, qui Sem fuit Rex Salen, siue Hierusalem: & exponunt, tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech, &c. quia sicut Melchisedech Abrahæ, qui interpretatur pater excelsus cœlestis, obtulit panem & vinum, ita ipse Christus in suo aductu solum offerret panem & vinum, & tunc omnis cerimonia cessabit aliorum sacrificiorum: & prædictam opin. recitat Pet. in historijs scholasticis in lib. Gene. Rub. de victoria † Abrahę &

23 occursu Melchisedech a merchos vel merchi rex, & Sadoch quod est iustus vel iustitia: Rex dicitur quia imperauit Salem: iustus, pro eo quia discernens sacramenta legis & euãgelij non pecudum victimas, sed oblationem panis & calicis in sacrificium obtulit. Sed melcha interpretatur regina, secundum Papiam. Et not. q̃ in epistola Pauli ad hebræos, c. 7. in prin. ita dicitur, q̃ Melchisedech sine patre sine matre sine geneologia neque initium dierum neq; finem vitæ habens: ergo videtur secundum hoc, quòd mala sit alia opinio, quæ habet, quòd fuerit filius Noe, sed de hoc dicunt theologi & exponunt illa verba sine patre sine matre &c. non quia non habuerit, sed quia scriptura prouide non memorat eum habuisse patrem vel matrẽ nec filios, hoc est dicere sine geneologia: Nam illud dictum fuit secũdum relationem historiæ, quia scriptura non memorat ortum & occasum eius, vel patrem vel matrem vel filios, sicut de alijs, ita refert Archi. 21. dist. deniq;. Et nota, quod Melchisedech fuit verus sacerdos summi Dei, qui obtulit panem & vinum in figurã sacramenti corporis & sanguinis Christi, quod quotidie offertur in altari, secundum Imo. in clem. 1. de iudæis. in fi. post Matth.

24 ¶ Decimoquinto quæro, quare † corpus Christi appellatur corpus spirituale. Respondeo, quia spiritum seu animam alit, vel quia operatione & auctoritate Spiritusãcti formatum, secundum Pet. vt refert Arch. de conse. dist. 2. in illo. & ibi per glo. vel dic spirituale, quia nihil habuit, quod ei obstaret, sicut Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos, & se palpabilem exhibuit, ad cuius similitudinem corpora nostra agilia erunt, vt licet clausa essent in solidissimo corpore ferreo vel marmoreo, possent inde exire, vt plene no. de cõsec. distin. 2. c. 2. in verbo, spirituale.

25 ¶ Decimosexto quæro, an fugiens † ad corpus Christi, dũ forte presbyter portet illud ad aliquem infirmum, gaudeat priuilegio confugientis ad ecclesiam. Respõdeo, de hoc no. per glo. & Archi. 13. q. 2. c. fin. & per Host. Ioan. And. & Doctores in c. sane. de cele. mis. videlicet quòd non prodest. Ad idem per Ioan. de Imo. in clem. 1. de pœn. & remis. sed Fran. videtur tenere cõtrarium, de quo videas in dicto c. sane. per Host. & Doct. & per ipsum Fran. post Pau. in clem. si dominum. ver. in institutione. in fin. de rel. & vene. san. & idem q̃ liberet confugientem ad ipsum, tenet Fran. post Laud. in dicta clem. 1. de pœn. & remis. in 6. q.

26 ¶ Decimoseptimo quẽro, vtrum † virtute verborum possit sacerdos quantamcunque materiam consecrare. Respondeo secundum Tho. in 4. distin. 11. quantitas magna vel parua nihil ad hoc facit, sed tamen ipsa forma pronomine demonstratiuo vtens ostendit, quòd materia consecranda debet esse coram ipso sacerdote, vnde sacerdos existens in domo sua non posset consecrare panem, qui est in altari, & etiã in foro, neq; totum vinum quod est in cellario, sed quantacunque sit quantitas panis & vini, quæ coram sacerdote ponitur, potest ab ipso consecrari, secundum Pisa. addit fra. Nicol. Osim. dummodo quantitas sit sumibilis ab hominibus, vt in sum. confess. lib. 3. tit. 24. q. 8. aliàs 108. secundum eundem Tho. vnde & secundum Alexã. de Ales in materia Eucha. super 4. quæst. quæ incipit, consequenter quæritur, vtrũ dicta verba &c. dicit, respondeo sine præiudicio, quòd non est data virtus verbis conuertendi elementa cuiuscunque quantitatis, sed solummodo alicuius quãtitatis, scilicet quã rationabiliter conuerteret intentio ordinata: dico intentionem ordinatam, quæ conformis est aliquo modo intentioni ecclesiæ: Ecclesia autem nullo modo intenderet consecrare totum panem, qui est in foro, sed solum qui posset sumi a fidelibus; dicit ẽt Hug. ex quo quodlibet sacramentum cõtra institutio-

institutionem celebratum irritum reputatur: vnde mihi videtur, hoc tamen non affero, quòd in hoc sacramento requiritur intentio conficiendi, vt sumitur in vsum, nec sufficit intentio consecrandi simpliciter, sed requiritur intentio cõsecrandi, vt sumatur in vsum, quod vĩ ex forma tradita a dño dicente, Accipite & manducate &c. Vñ sicut intentio domini dantis formam conficiendi fuit, vt sumeretur, ita ẽt intentio ecclesiæ & debet esse vniuscuiusq; sacerdotis, quare igitur si aliquis intenderet consecrare totum panem, qui est in foro, nullo mõ conformaret intentionẽ suã intentioni ecclesiæ: Dico, q̃ non consecraret, sed ꝯ hoc opponitur: Ponaẽ quòd aliquis intenderet solũ, vt posset corpus Chr̃i collatũ aliquo loco honorare & venerari, & nõ ut sumeret in vsum, nunquid non consecraret? Rñdeo, sine præiudicio quòd sic, quia intendens circa venerationem corporis Chr̃i spũaliter sumit, licẽt non sacramentaliter, hæc ille f̃m fra. Nico. Osim. vbi s̃. & hanc limitationem no. Sed cum Pisa. simpliciter p̃transit sum. Asten. lib. 4. tit. 8. §. postea cõsiderandum. in fi. & in sum. Anton. vbi s̃. & Pet. de Pal. in 4. dist. 11. q. 1. ar. 3. ꝯclu. 1. dicens, quòd põt sacerdos consecrare certã finitã & determinatã materiam, vltra quã simul non posset, si nõ est ab homine, seu sacerdote determinata, vt ibi latius. & intellige de materia p̃niti, & ante sacerdotem posita, aliàs esset falsitas in sacro veritatis ꝓ pronomen demõstratiuum, hoc, f̃m Pet. de Pal. ibidem, 3. conclu. & cum dicto Pisa. pertransit Ioã. de Lig. in c. 2. de cele. miss. & Laud. in sacramentali, de sacra. Eucha. in 11. col. ver. 2. an sacerdos. & sic satis est, quòd materia consecranda sit determinata & p̃ns, seu in eius cõspectu, secus si absens per prędicta: Et subdit Pisa. quin ẽt si sacerdos

27 intenderet † consecrare non ad sumendum, sed ad vtendum in veneficijs vel ad derisionem, nihilominus consecratũ eẽt, f̃m Pisa. vbi s̃. dicit fra. Nic. q̃ huic dicto ꝓriatur Alexan. de Ales, vt proxime patuit: similiter & Pet. dicit, quòd sacerdos potest consecrare quamtamcũque materiã, dũmõ intendit consecrare ad vsum & alimentũ fideliũ, sed dimittendo hãc intentionem non põt, quia deest intentio faciẽdi, quod facit ecclesia, ut in sum. cõf. eo. tit. q. 108. Idem Ala. vnde in suo cõpendio Theologiæ dicit sciendum, quòd non solũ requiritur intentio consecrantis, sed ẽt intentio istud sacr̃m instituẽtis: vnde si aliquis sacerdos staret in foro, & super oẽs panes p̃ferret verborum formã cũ intentione consecrandi, nõ fieret ibi transsubstantiatio, & hoc non esset p̃ defectum virtutis verborũ, cùm una vice sacerdos posset ꝯsecrare tot hostias, quot toti mundo sufficerent, si esset necessitas ecclesiæ, sed p̃ defectum intentionis illius, qui hoc sacr̃m instituit, q̃ nõ intendit quòd cum tali ludibrio & stultitia fieret consecratio, sed pro utilitate vel necessitate ecclesiæ gñalis vel particularis, f̃m fra. Nic. & cõiter dicunt isti fratres minores, quòd

28 Alexan. de † Ales est doctor irrefragabilis per bullas Apostolicas: sed frat. Anto. vbi s̃. vĩ sequi opin. Pisa. dicit. n. in d. sum. in c. de missa. sic, videlicet oportet q̃ sacerdos intendat conse crare, non. n. verba solum sunt necessaria ad ꝯficiendũ, sed ẽt

61 ¶Quadragesimoquarto quæro, quis † potest sacramentum Eucharistiæ conficere? Respondeo, secundùm Thomam, 4.distin.13.solus sacerdos potest, laicus vero quantumcunque sanctus celebrando nihil ageret, concor.Hostien.Alber. Pet.& cęteri Theologi communiter,ut in sum.confess.eo.titu.q.303.secundùm fratrem Nic.post Pisa.in §.Eucharistia. 3.facit supra q.41.Vnde non sacerdos per quamcunque sanctitatem aut potestatem a Papa commissam non potest corpus vel sanguinem Christi conficere, vt per Petr.de Palu.in 4.dist.13.q.1.in principio per totum primum articulum.licẽ sacerdos etiam Papa prohibente potest consecrare, secundũ eundem articulo secundo,& 4.& in dicta summa astensi, lib. 4.tit.8.§.deinde considerandum de ministro.facit textus in c.panis est.de conse.distin.2.dum dicit,non suis sermonibus sacerdos &c.& in cap.vtrum.cum si.& patet in imolatione corporis Christi, dum dicit,quòd solis presbyteris &c.& sic non omnis homo, sed sacerdos rite ordinatus tantum est idoneus minister huius sacramenti, cùm hæc potestas procedit a presbyterali caractere, & sic non cadit in non baptizato, nec in muliere, nec inordinato in presbyterum ex præcepto Papæ, quia non rite ordinatus est secundùm Laud.in sacramentali, de sacramento Eucharistiæ.5.colum. qui subdit, quòd hanc potestatem habent presbyteri a solo Deo per ministerium Episcoporum Christo hoc statuente, dum dixit,Hoc facite in meam commemorationem,de consec.distin.2.c.2.& distin.4.alius.secundum eum, ad quod supra q.proxima.& intellige,vt dixi de sacerdote baptizato & rite ordinato in sacerdotem secundum formam ecclesiæ, vt dicit Archid.1.q.1.sacerdotes.& not.de summa Trini.c.1.in ver.secundum claues.& in c.2.glo.2.de cle.non ordi.mini. Sic ergo nec Virgo Maria nec angeli Dei conficere possent, cum non sint sacerdotes, secundùm Docto.quin etiam nec diaconus de licentia & mandato Papæ, vt no.95.distin.peruenit.& sic non sacerdos non conficit, licèt pro presbytero habeatur,vt per Fede.in consi.13.pen.col.

62 ¶Quadragesimoquinto quæro,an † sacerdos hæreticus, scismaticus, excommunicatus aut degradatus celebrans conficiat: Respondeo sic,quamuis ad suam perniciem, cõcordant communiter omnes, vt in summa confess.eo.titu.q.103.secundum fratrem Nico.post Pisa.vbi.s̃.sed obijcitur,huic sacramento conficiendi angeli assistunt,sed ministerio hæreticorum angeli non assistunt,ergo &c.sed dic cõtra secundùm Hugu.nam cùm conficit, conficit solum quia sacerdos, sed propter hæresim non desinit esse sacerdos,quia vt dicit August.de hæreticis loquens, sicut in eis manlit baptismus,sic ergo ordinatio integra: ergo potest conficere,dummodo seruetur forma ecclesiæ. Item ad sacramentum istud non plus exigitur ex parte ministri quàm ordo,intentio, & actio debita, scilicet verborum prolatio: ista omnia potest facere hæreticus, ergo & conficere potest: quod verum est secundùm Petrum: conficit tamen malus ad damnationem sui & ad vtilitatem deuotè audientium, vt colligitur 15.q.vlt.c.fi. secundùm Archid.de consecra.distinct.2.quid sit.& supra q. proxima.& facit 24.q.1.scisma.in fi.& quod ibi not.& §.his auctoritatibus.& sic presbyter degradatus conficit, vt in c. 2.de sac.non iteran.ibi,celebrauerũt. vt per Ioan.And.in c. 2.de cleri.excommuni.minist.& Franc.in dicto c.2.de sacra. non iteran.pro hoc,quia caracter sacerdotalis, in quo consistit potestas celebrandi & consecrandi, ab homine tolli non potest, quia non datur ab homine sed a Deo, licèt mediante homine,scilicet Episcopo,qui operatur instrumentaliter, licèt vsus talis potestatis per ecclesiam prædictis aufertur. Vnde nihilominus consecrant, vt dicunt communiter theologi, & Doct.canonistæ, licèt Magister Sententiarum in 4. dicat contrarium & non bene, vt in summa astensi, vbi supra. Idem Pet.de Palu.in 4.distinct.13.q.1.artic.2.conclu.3. Idem Ioan.And.in dicto c.2.de sacra.non iteran.de materia hæreticorum, scismaticorum, apostatarum, iudæorum, & sarracenorum per Pet.de Palu.distin.13.q.3.sic ergo hæreticus, & quilibet præcisus ab ecclesia si sacerdos, & in forma ecclesiæ celebrat, conficit, pro hoc quod no.1.q.1.si fuit iustus.& c.nos dicimus.& c.aurum.§.1.in verbo, distribuendi. & c.si quis a symoniacis.& facit quod not.11.q.1.in prin.& 9.q.1.ordinationes. in verbo, ꝓbare.& c.2.gl.1.& quod no. 1.q.1.qui perfectionem.& ad idem per Archidia.Ioan.And. & Pet.de Anch.in c.2.ad fi.de pęnis.lib.6.& quod no.Arch. 1.q.1.sacerdotes.& 15.q.vlt.c.fi.per glo.& quòd presbyter degradatus conficiat, tenet Laud. de sacramento Eucharistię.

ristię.5.col.4.q.quia caracter semel impressus non potest tolli,licèt extra presbyteratum sit quo ad debitam exceptionẽ, 50.dist.accedens.& tenet etiam Anto.de Butr.in cap.1.in fi. qui cle. vel uouen. similiter symoniacus in ordine celebrans conficit, vt per Anto.de But.in cap.tanta.de symo. & quòd degradatus etiam actualiter conficiat,tenet dominus Nico. in c.1.& 2.de cle.excommu.mini.& Fran.in cap.non potest. de sent.& re iudic.& ideo conficit sacerdos cantans missam, vt Deus perdat aliquem,no.1.q.1.dictum.& per Ioan.And. & Dominicum cap.2.de cele.missar.nam etiam per malum sacerdotem conficitur,no.1.q.1.prophetauit. & de consecr. dist.2.quid sit.in ver.catholicus. & ideo celebrans, vt inimicus trucidetur,conficit,vt dicit Ioan.de Lign.in dicto cap.2. de celeb.missa.nam etiam prece iniusti presbyteri fit transsubstantiatio virtute Spiritussancti, non merito sacerdotis, vt no.in dem.si dominum.glo.magna.circa fi.de reliq.& venera.sanct.per quod vltimum respondetur ad obiectum in principio factum,& ad prædicta infra q.101.

63 ¶Quadragesimosexto, vtrum † plures sacerdotes possint simul eandem hostiam consecrare? Respondeo, Alber. tenet q̃ non,sed probabilius videtur secũdùm Thom.in 4. dist.13. vbi dicit,q̃ secundùm morem quarundam ecclesiarum sacerdotes, quando ordinantur, concelebrant Episcopo ad repręsentandum,quòd dominus hoc sacramentum instituit & potestatem consecrandi discipulis dedit,quando simul cum ordinatis presbyteris celebrat, & tunc omnes debent intentionem referre ad illud instans,in quo Episcopus verba profert,& sic est ibi tantum vna consecratio, concor.Inno.vt in sum.confes.lib.3.titu.24.q.207.sed vt ibi patet Alber. quod sine præiudicio dicit melioris sententiæ,dicendum videtur, quòd plures sacerdotes simul non possunt nec debent simul vnam conficere hostiam,quia pro certo secundùm Augustinum iniuria fit sacramento:adhuc autem vanum est a pluribus facere,quod melius ab vno fieri potest:vanum autem nõ est in operibus naturæ,& multominus in operibus gratiæ,& quòd aliquando plures sacerdotes assistunt Papæ, hoc fit ꝓpter obsequium, non propter consecrationem:& si obijcit, quòd illi assistentes faciunt signa & dicunt verba,dicendum, quòd iudicio meo fieri non debet, nec etiam fit,quia iniuria fieret sacramento; & si obijcitur de sacerdotibus de nouo ordinatis,quòd illi assistunt & concelebrant Episcopo:dicendum,quòd illi verba non pronunciant, sed assistunt propter reuerentiam sacramenti, & propter doctrinam, & ideo signa faciunt ad imitationem Episcopi,vt discant signare:hæc ibi secundùm Alber.pro hoc etiam facit, quia illa cęna facta cum discipulis satis repræsentatur in communione, quam accipiunt ordinati absque alia consecratione, cùm discipuli tunc non consecrauerunt, sed solum communionem acceperunt,secundùm fratrem Nico.in addi.Pet.de Palu. sequitur Tho.dicens sic: Tertia conclusio est,q̃ plures possunt simul celebrare & eandem hostiam consecrare, & licitum est, vbi hoc est de consuetudine, de elect. quia sicut. secundùm eum in 4.dist.13.q.2.artic.1.conclu.3.quod plenius explicat ea.dist.q.4.per totum.& opiniones has Tho. & Alber.refert Arch.de consecra.dist.2.panis est.& concludit,quòd melior est sententia Tho.& Inno.qui hoc dicit in cap.quod sicut. in fi.de electi.vbi Host.tenet,quòd prẽueniens solus consecrat, sed si concurrant omnes,consecrant secundùm Io.de Lig.in c.2.de celeb.missa.subdens,quòd si sacerdos distat ab altari, & profert verba cum intentione consecrandi, licèt non seruet modum introductum ab ecclesia, nihilominus conficit de iuris rigore,secundùm eum post Doct.& sic sacerdos etiã non celebrans missam dicens verba formæ conficit secundũ Laud.licèt Fran.aliter sentiat,vt per eum in clemen.si dominum.ver.hoc est memoriale.circa medium,de reliq.& venera.sanct.& ideo dicit Laud.in suo sacramentali de sacramento Eucharistiæ.6.col.quòd plures conficiunt eandem hostiã, dum tamen expectẽt se in prolatione verborum, aliàs si vnꝰ præueniat alium,vel etiam si ille,qui audit missam, præueniret celebrantem,tunc alter nihil ageret,quia semel consecratum non potest reconsecrari, de sacra vnct.c.1. cum simi. secundùm eum: ad idem faciũt notata per dominum Panormitanum in dicto cap.quod sicut.licèt Franc. aliter ibi sentire videatur.

64 ¶Quadragesimoseptimo quæro,quis minister† possit sacramentum Eucharistiæ dispensare? Respondeo, secundùm Thom.in 4.dist.13.solus sacerdos est proprius dispensator, vnde laicus non debet etiam in necessitate aliquem communicare, quia hoc non est sacramentum necessitatis, ad quod infra q.102.diaconus autem quando possit, vide infra qõ. 103. Idem in summa confess.eod.titu.q.131.& religiosus dispensans corpus Christi incurrit excommunicationem, de priuil.cle.1.secundùm Frat.Nico. post Pisa.& idem per Pet. de Palu.in 4.dist.13.q.1.art.4.& adde infra q.118.

65 ¶Quadragesimooctauo quæro, an sacerdos † possit conficere partem hostiæ. Respondeo sic, vnde Guil.de mõte Laud. in clemen.1.de celebra.missa.dicit, quòd potest sacerdos partem puta dimidiam hodie consecrare, & aliam non, dũmodo signet partem, quam vult consecrare, aliàs non: & per eundem in sacramentali de sacramento Eucharistiæ, in 11.colum. ver.4. an possit. Idem habetur in dicta summa Astensi, lib.4.titu.8.§.postea considerandum. in fi.& dicit Ioan.de Lign.in cap.cum Marthæ. quòd credit, quòd talis conficeret etiam in minima parte hostiæ, peccaret tamen sic conficiens: quod nota. & sufficeret, quòd fiat ista signatio, seu determinatio partis hostiæ consecrandæ etiam ad intellectum & imaginationem, licèt non sensu seu tactu, quia intellectus partem diuisibilem comprehendere potest, puta si de hostia plana intendat solam medietatem ex parte superiori, & non aliam vel huiusmodi, secundùm fratrem Anto.in dicta summa. Idem Pet.de Palu.in 4. distin.11.q.4. artic.2.vbi plenius, quia si partem vult consecrare non designans nihil agit, ut ibi per eum. & adde, quòd sicut dictum est de quantitate continua vnius & eiusdem hostiæ, sic dicendum videtur de quantitate discreta, scilicet de numero hostiarum. Vnde pone, quòd sacerdos habeat ante

66 se† 11. hostias, & intendit consecrare decem: quæritur, quot sint consecratæ? Dicendum quòd si numerus est solum in opinione, non in intentione, quia intentio sit consecrare quicquid est coram ipso: Verbi gratia, si aliquis habeat coram se 11.hostias, & opinetur esse decem, ipse tamen intendit consecrare quicquid est coram ipso: patet, quia eius opinio fertur ad numerum, sed quia effectus consecrationis sequitur intentionem & non opinionem, omnes 11.sunt consecratæ: sed si non opinio sed intentio feratur ad numerum, ita scilicet quòd non velit consecrare plus quàm decem, sed tantum decem, & tunc si scit veritatem numeri, quia sunt 11. & ipse tantum decem consecrare intendit, aut distinguit decem hostias, quas consecrare intendit ab vndecima, quam non intendit consecrare, & istæ decem tantum de quibus intendit sunt consecratæ, sed illa undecima non. Aut non distinguit quas decem intendit, & quam vndecimam non intendit consecrare, & tunc nulla est consecrata, eo quòd intentio non fuit ad aliquam determinatam. Si verò sacerdos ignoret veritatem 11.hostiarum, & intendit decem hostias tantum consecrare, & tunc eodem modo distingue, vtrum determinet quas decem intendit, vel non determinet: & respondendum est sicut in proximo præcedenti casu: sed dubitatur quomodo hoc, quòd numerus ignoretur: cui dubitationi respondetur, quòd potest contingere quòd decem hostias videat extensas, & vna ibi lateat, ipse autem intendit omnes quas videt, & nullam aliam consecrare, secundùm Docto.sed certe hoc casu videtur indistincte, quòd illæ decem extensæ cõficerentur: vel exemplificant aliter, quia potest esse quòd ipse decem posuit, & ibi erat vna quam nesciuit, ipse vero intendat solum quas posuit, & redit hic casus in casum supra positum, quia tunc illa non est consecrata quam nesciuit ibi esse, & omnes aliæ sunt consecratæ. Si autem ipse vnam plus ibi posuerit q̃ crediderit, vel alius vndecim posuerit,& ipse mandauerit poni decem,& nõ intendit nisi decem consecrare,tunc non est determinata eius intentio,& sicut s̃.nulla est consecrata secundùm fratrem Anto.in dicta summa post Durandum & Ioãnem Neapolitanum in quolibet.& Thom.in 3.par.Sed Pet.de Palu.dicit sic: Circa hoc notandum, quòd si sacerdos intendit omnes hostias simul consecrare, licèt ignoret quot sint, nulla est ambiguitas qn omnes consecret, sed posito quòd uelit tot consecrare,tunc est distinctio, quia si credit quòd sint quatuor tantum, & sunt quinque, sed non vult præcise nisi quatuor consecrare, aut vult quidem omnes præsentes consecrare, tamen non credit q̃ sint nisi quatuor, & si sciret quintam amoueret eam, nihilominus omnes sunt consecratæ, quia ponitur, quòd vult omnes consecrare,licèt deceptus sit. Aut non vult consecrari omnes quæ sunt ibi, sed tantum quatuor nec plures, nec signat eas, & tunc nihil est consecratum pro-

pter defectum determinationis intentionis, secundùm Pet. de Palu.in 4.distinct.11.q.4.in fine.& in idem recidunt notata de hoc per Ioan.Cal.in cap.si sacerdos.de offi.ordina.& Laud.in sacramentali de sacramento Eucharistiæ.in 11.col. versi.3.an possit.

67 ¶Quadragesimonono quæro, vtrum † sacerdos consecrans semper debeat sumere. Respondeo,secundùm Tho.in 4.distinct.12.dicendum quòd sic,vt de conse.distinct.2.relatum. totiens autem sumat quotiens celebrat, quia ipsum sacramentum in sumptione & complementum suæ significationis accipit & intelligit,nisi impediatur per violentiam,infirmitatem, mortem, aut aliquid huiusmodi: ꝙ si plures missas celebret, solum in vltima percipiat perfusionem, & non in præcedenti, quia tunc non esset ieiunus, nec aliam missam posset celebrare, extra, de celeb.miss.ex parte.ꝙ si sacerdos post consecrationem infirmetur, & non habeatur alia hostia, nihilominus debet alius sacerdos hostiam diuidere, & vnam partem ipse sumere, aliam infirmo dare, secundùm Pisa.Idē in sum.confessorum,lib.3.titu.24.q.122.Vbi etiam patet, quòd idem est & si alius quicunq; infirmetur ad mortem,& non reperiatur nisi vna hostia consecrata in missa,secundum additionem in sum.Asten.lib.4.tit.8.§.postea considerandum de ritu.& fra.Anto.in sua sum.tertia parte.c.de missa. Idem.Pet.de Palu.in 4.distinct.11.q.1.art.1.conclu.3. vbi dicit,quòd celebrans debet vtranque materiam sumere, ad hoc supra q.20.Idem dicit d.12.q.1.circa finē, nisi in Parasceue, vbi non sumit nisi sub specie panis, ex quo non celebrat, vt ibi per eum, & disposito melius est sumere quàm abstinere, vt ibi per eum in fi.& concordat his Archidia.in d.cap.relatum.& not.in cap.consuluisti.in fi.de cele.missa.& adde supra q.40.

68 ¶Quinquagesimo quæro, an vno † sacerdote deficiente in missa,debeat per aliū suppleri? Respondeo, secundùm Thomam in 3.parte,q.83.si sacerdos morte aut infirmitate graui occupatur ante consecrationem corporis Christi, nō oportet quòd per alium suppleatur: si vero consecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam consecrato utroque, debet missæ celebritas per alium expediri, vt 7.q.1.nihil.secundùm Pisa.in §.Eucharistia.3.idem Archid.in d.cap. nihil.& idem habetur in sum.confes.eo.titu.q.59.videlicet lib.3.titu.24.q.59.vbi dicitur, quòd sequens sacerdos debet inchoare,vbi primus dimisit,secundùm Petrum & Thomam si sciatur:si autem nescitur,debet a capite incipere, & sic innuitur, quòd licèt ante consecrationem non sit necesse missam suppleri,tamen potest ad prædictorum maiorem declarationem in summa,eo.titu.q.60.sic dicitur: not.secundùm Alber.in lib.de missa.circa fi.quòd si sacerdos ante canonem in missa deficiat aliquo casu, tunc pro certo alius sacerdos debet reincipere & totum rite peragere, quia ea, quæ ante communionem in missa fiunt, non sunt de sacramenti confectione, sed potius de populi instructione. Si autem in canone deficiat, factis iam aliquibus signis super hostias oblatas, ante tamen transsubstantiationem, videtur mihi quòd alius sacerdos nō ab initio debet missam reincipere, sed potius vbi iste dimisit debet supplere,quod omissum est,& hoc propter duas causas, quarum vna est ex parte sacramenti, alia ex parte populi:Ex parte sacramēti, quia quamuis ex illis signis substantia panis & vini nō transsubstantietur, tñ ipsa materia ex verbis & signis recipit sanctitatem,ex qua efficitur magis idonea, ꝙ in corpus Christi transsubstantiet, & hoc non est repetendum super istam hostiam, ne iniuria fiat virtuti verborum, q̄ tanquàm sacramentū habentur, qñ iterum verba eadem super hostiam iterantur tanquàm priora verba a priori sacerdote dicta, nullam virtutem habuissent: Causa aūt ex parte populi est, qa populis ex hoc minus verba & signa canonis appreciaret, si videret ea de facili repeti, quasi prius dicta uiderent annullata:nā signa licèt non transsubstantient,tñ passionē Christi in ministerio repræsentant, & passio Christi nūquàm debet irrita reputari:si tñ sacerdos in ipsa ꝓlatione uerborū,q̄ sunt forma sacramenti, deficiat, uerbis iā in parte ꝓnunciatis,saluo iudicio sñæ maiorū consulerē, ꝙ illa hostia ꝓ reliquijs in altari conseruaret,& missa alia celebret:sed Inno.in c.presbyter.de sacra.nō iteran.dicit, ꝙ in hoc casu alius sacerdos debet incipere ibi, Qui pridie q̄ pateret,&c.dicit enim ibi Innoc.ꝙ si qs intra conficiendum sacrm Eucharistiæ dū est in uerbis illis, Hoc est corpus meū, deficiat, alius incipiat a capite, scilicet ibi, Qui pridie &c.& idē dicimus in baptismo: immò idē putarem,si dubitaretur vtrum primus sacerdos compleuerat verba consecrationis, vt etiam tunc reincipiatur, Qui pridie &c.non enim intelligitur iteratum,quod ambigitur esse factum &c. de presbyt. non bapti.apostolicam.secundùm fratrem Nic.Osim. in addi. Vnde si presbytero celebranti superuenit impedimentū, aut ille peruenerat ad verba consecrationis Eucharistiæ, & non iterabitur illud, sed supplebitur consecratio sanguinis, & illud quod restat: Aut nondum peruenerat, ut quia inceperat partem verborum communionis, & non perfecerat, & reiterabitur a principio,7.q.1.nihil.& fit iteratio per eundem, si fieri potest, aliàs per alium, vt ibi nota. secundùm Fran.in c.fi.de sacra.non iteran. Sed quando per alium expletur ab illo loco, vbi dimissum est,si scitur, non intelligas de verbis formarum, quia si prior dixisset partem verborum consecrationis corporis vel sanguinis, & secundus residuū, nullus eorum consecraret, sed oportet quòd vnus dicat totam formam corporis vel sanguinis consecrandi secundùm Petrum de Palu.& fratrem Ant.in dicta summa,vbi supra,ꝙ Ioan.And.in cap.quod sicut.ad fi.de electio.& facit supra q. 21.Vnde dicit ipse Pet.sic, Si sacerdos moritur in missa, & nescitur ubi dimisit,inchoandum est a capite. Si autem certū est ubi dimisit, inchoandum est ubi certum est ipsum dimisisse,secundum eum in 4.dist.8.q.3.ad fi. Et dicit Laud.in sacramentali de sacram.Eucha.6.col.8.qō.quòd si constat ubi dimisit, alter abinde incipiet,nisi dimiserit in parte indiuisibili,vel si non constat ubi dimisit, quia incipiet a principio sub conditione, simile de baptismo,c.2.secundum eum.

69 ¶Quinquagesimoprimo quæro,quid si sacerdos † post consecrationem corporis, sed ante consecrationem sanguinis percipiat aut vinum,aut aquam non esse in calice. Respondeo,secundùm Tho.in 3.parte.q.83. debet statim apponere & consecrare, si uerò post omnia consecrationis uerba percipit, quòd aqua desit, nihilominus debet procedere, quia appositio aquæ non est de necessitate sacramenti,nullo autē modo debet aqua vino iam consecrato misceri: si vero post ipsam consecrationem percipit,quòd uinum non fuerit positum, siquidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua,si ibi fuerit,ponere vinum cum aqua,& resumere a verbis consecrationis sanguinis:si uerò hoc percipit post sumptionem corporis,debet apponere aliā hostiā iterum cum sanguine simul consecrandam,& in fine sumere hostiam iterum consecratam & sanguinem, non obstante etiam si prius sumpsit aquam,quæ erat in calice, quia præceptum de perfectione sacramenti est maioris ponderis quàm præceptum quod a ieiunis sumatur,secundùm Pisa. Idem in summa confes.lib.3.titu.24.q.60.ad fi. secundum addi. & in sum.Anto.3.parte.c.de missa.& in sum.Astensi,ubi.s.p Pet. de Palu.dist.11.q.1.art.2.conclu.5.Vnde dicit Io.And.quòd si aqua sit in calice sine vino, non est calicis sacramentum,& ideo quandocunq; hoc perpendet sacerdos,antequā sumat, debet reincipere verba,ꝑ quæ fit consecratio calicis, illa uidelicet,Simili mō postquā cēnatū est &c.cū oībus sequentib. orationib.q̄ ī canone missæ sequunt,ut ꝑ eū in c.cū Marthæ. 4.col.de cele.missa.ita tñ ꝙ si nondum sumpsit corpus Christi,qñ remittit,non debet super hostiā consecratā signa facere,q̄ iam facta sunt ꝓ eum,vt per D. Fran. in d.c.cum Marthæ.§.quæsiuisti ubi in 4.q.refert Inno.dicere,ꝙ si deglutiuit aquam,non debet illa die reiterare sacramentum, quod sequitur Gui.in rationali diuinorum officiorum,lib.4.in 6.parte missæ.ad fi.& Ioan.And.in d.c.cum Marthæ.in 5.col.Sed aliqui Theologi dicūt,ut supra. Ad quod infra qō.54. quod admitterem, nisi fieri non possit, quando populus scandalizaretur, & daretur materia male loquendi de presbyteris attenta opinione contraria, ut infra q.54. & q.60.Vnde huiusmodi de facto, quòd ex culpa minister presbyter sumpto corpore postea sumpsit aquam credens sanguinem, alius sumpsit acetum,alius uero posuit primo aquam credens vinum in maiori quantitate, & postea parum de uino, supra q.36. Si tamen superest pars corporis, puta intincta in calice,non uideretur necessaria noua cōsecratio corporis Christi,per prædicta.facit infra q.53.& 55.

70 ¶Quinquagesimosecundo quæro,quid si sacerdos † non recolit dixisse ea,quæ in consecratione dicuntur? Rndeo, ꝓ Tho.in 3.parte.q.83.non debet ex hoc turbari, nō enim qui multa dicit, recolit omnium quæ dixit: tamen si probabiliter sibi constet se aliqua omisisse, quæ non sunt de necessitate sacramenti, non debet resumere immutando sacrificij ordinem, sed debet ulterius procedere: si vero certificetur

ticetur omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti,scilicet formam consecrationis, debet resumi forma ipsa & cætera per ordinem reiterari, secundum Pisa. Idē in summa confe.eodem tit.quæst.61. Similiter etiam si quis ex lapsu linguę vel imperitia omitteret vel mutaret vel non bene proferret aliquam sillabam a parte post, nihil est iterandum, argumen. de consecra. distin. 4.retulerunt.secundum Nico. in addit. & in summa Anton. tertia. parte. cap.de missa.

71 ¶Quinquagesimotertio q̄ro,quid si propter † frigus vel ex negligentia hostia dilabitur in calicem. Respondeo secūdum Tho.ubi s̄.quòd solum minima pars hostiæ mittatur in calicem hoc respicit corpus Christi misticum, & ideo huius prætermissio non facit imperfectionem sacramenti, vt per hoc sit necesse aliquid iterari,secundum Pisa. & siue dilabatur ante fractionem siue post, quia similiter nec omissio fractionis facit imperfectionem sacramenti, vt in summa confes.eodem titu.quæst.62.secundum eundem Thomam secūdum fratrem Nic.in addi.sed si medietas hostię labitur potest & debet alia medietas, quę remanet, diuidi in duas partes,cùm apte possit hoc fieri,vt sit significatio. si autem tota dilabitur, si non est tota madida, sed aliqua pars, & potest commode extrahi de calice, & adhuc diuidi sine multa contractatione partis madefactæ debet fieri prout melius potest:Item si sumendo sanguinem remanet pars hostiæ in calicem missæ in fundo calicis,potest digito ad labium calicis adduci, & sic sumi secūdum fratrem Antoninum post theologos vbi supra.ad hoc ȝ.quæst.56.

72 ¶Quinquagesimoquarto quæro, quid si sacerdos † infra missam aduertat hostiam non esse triticeam vel esse corruptam? Respondeo, secundum Pet.dicendum, quòd si ante consecrationem aduertit, remota illa hostia aliam ponat, & a canone reincipiat:si uero post consecrationem, idem fiat ponendo aliam hostiam & eam sumendo,sed & nihilominus postea illam primam hostiam sumat, uel alijs sumēdam tradat,aut reuerēter reseruat:si uerò aduerterit postquam sumpserit,in isto casu variant doctores secundum Pisa. nam idē Pet.& glos.Ray.sentiunt, ꝙ hoc casu sacerdos non celebret iterum,quia ieiunus non est,vt in summa confe.eodem titu. quæst.93.secundum fratrem Nic.in addi.Thom.tamen in 3. parte.tenet, quòd debet ponere aliam hostiam & consecrare & sumere,quia pręceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis quàm præceptum quod a ieiunis sumatur, vt s̄.q.51.secundum Pisa.Riccar.dicit, quòd si sacerdos iam sumpsit hostiam dictam, idest non consecratam, secuudum quosdam debet nihilominus sumere calicem consecratum, idest sanguinem Christi,quamuis nō sit ieiunus, quia necessitas eum cogit, ne sanguis remaneat sic inassumptus: Sed si iam sumpsit utrumque, scilicet hostiam non consecratam & calicem consecratum, uel econuerso, dicit ꝙ non debet illa die aliam hostiam consecrare, quia ieiunus non est.dicit frater Antoninus ꝙ opin.Tho.uidetur in hoc notabilior, scilicet ꝙ aliam consecret propter rationem ab eo assignatam, vt per eum in dicta summa, cap.de missa.& per Pet.de palu. in 4.distin.11.quæst.1.artic.2.conclusione 4.& vide s̄.quæst. 51.& quod ibi dixi.

73 ¶Quinquagesimoquinto quæro, quid si † musca vel arena in calicem ceciderit,aut venenum mixtum fuerit.Respōdeo secundum Tho.in 3.parte.q.83.si sacerdos hoc ante cōsecrationem deprehenderit,debet calix ablui,& aliud vinum consecrādum poni:si vero aliquid horum post consecrationem acciderit,debet animal caute capi,& diligenter lauari & conburri, & ablutio in sacrarium mitti simul cum cineribus, secundum eundem Tho.vt in sum. conf.eod.titu.quæstio.7. Quod si venenum vel animal venenosum esse deprehenditur,nullo modo debet sumere,nec alijs dare, ne calix vitæ in mortem vertatur, sed debet diligenter in vasculo conseruari,& ne sacramentum remaneat imperfectum, debet vinum apponi,& sacerdos denuò resumere consecrationem sanguinis,& sacramentum perficere:nihil enim abhominabile sumi debet occasione huius sacramenti,argu.de consecra.dist.2.si per negligentiam.vbi de hoc not. secundum fratrem Nico. osim. post Pisa.& in dicta summa fratris Anton.3.parte,cap. de missa.& per Petrum de palu.in 4.dist.11.quæst.1.articu. 1.conclusione.5.& per Archidia.in dicto cap.si per negligētiam.vbi sequitur glo.Similiter & prælatus non imponit cēsuram,nisi videat expedire, vt per Doct. in cap.1.de senten. excommu.lib.6.& in cap.requisuit.de spon.

74 ¶Quinquagesimosexto quæro,vtrū sacerdos † possit seruare Eucharistiam?Respondeo,non ad opus consecrātium, sed ad opus morientium sic,vt not.de consecra. distin.2.tribus.& de senten.excommuni.permittimus. vt per Hostiē. in sum.de offic. Archipresbyt.versicu.7.debet. & debet sacerdos conseruare plures hostias considerata multitudine populi & loci infirmitate,nec illam reseruet vltra ebdomodam, ne putrescat,& si non occurrerit infirmus vltra ebdomodā, sumat sacerdos antiquam cum altera noua, quam conficiet, & alteram innouatam reseruet secundum An.& Nico.in dicto cap.permittimus. Vnum nota secūdum Petrum de palu., quòd si sacerdos post sumptam perfusionem aduertat aliquā particulam eucharistiæ, quantumcunque minimam in calice,nullo modo debet ipsam accipere, si ibi sit species panis, cùm ibi sit Christus,& ipse non est ieiunus, sed debet in crastinum seruari, uel alij ieiuno & disposito ad communicandum tradere:& sic est intelligendum quod dicitur in dicto cap.tribus.de ministris, qui debent sumere portiones sacramenti remanentes,scilicet quòd sint ieiuni, secundum fratrē Nico.in dicta summa,vbi supra,ad hoc s̄.quæst.53.

75 ¶Quinquagesimoseptimo quæro,quid significent † diuisiones hostiæ,quas facit sacerdos.Respōdeo,secundum Tho. in 4.distin.12.triplicem habent significationem:nam primò quidem significat diuisionem, quæ fuit in corpore domini post eius passionem: Secundo post distributionem redemptionis per diuersa membra ecclesiæ: Tertiò significatur quòd in corpore Christi mistico scilicet in ecclesia, quædam pars adhuc est in hoc mundo,& eius tribulationibus, & hoc significat pars commesta. Illi autem,qui iam sunt in cœlo & corpore & anima,vt Christus & beata Virgo, significantur per partem missam in calicem, quia inebriantur ab vbertate domus Dei:sed illi,qui sunt in cœlo sola anima,& expectant gloriam quo ad corpus:Similiter & qui sunt in purgatorio significantur per partem tertiam, quæ olim in primitiua ecclesia seruabatur vsque ad finem missæ secundum Pisa. licèt hodie non seruetur, remanet tamen eadem significatio partium, vt in summa confess.eodem titu.q.112.& ad prædicta facit de consecra.distin.2.triforme secundum Nic.in addit.vel dic,quòd ex quo Trinitas continetur in tribus partibus,vna pars de siccis sumitur ad laudem Dei pro animabus bonorum,sicut sunt animæ sanctorum:altera pro illis, qui in purgatione sunt:tertia pro viuentibus in sanguine, idest in peccatis,secundum Archid.in dicto cap.triforme. Vnde ecclesia ter pro suis orat vel laudat Deum, quando scilicet dicit,Sanctus Sanctus Sanctus:quasi dicat, Sanctus pro ijs qui regnant in cœlo:Sanctus pro ijs, qui patiuntur in purgatorio:Sanctus pro ijs,qui peregrinantur in mundo: Et propter hanc eandem rationem hostia sacrata diuiditur in tres partes in altari secundum Hostien.in sum. de pœnit.& remis.§. quibus mortuis.versicu.3.& in qualibet parte hostiæ diuisæ est totum corpus Christi,Ioan. And.in cap.consuluisti.in fi. de cele.missa.ad quod s̄.quæst.8.adde etiam clarius in dicta summa Anto.3.parte.cap. de missa.& per dominum Franc. in Rubri.de cele.missa.versicu.etiam.post Tho.quid significat fractio hostię. Et nota, quòd corpus Christi ad fractionem † hostię non frangitur, quia nō est in hostia modo quātitatiuo,ideo hic non frangitur nec frangeretur, etiam dato quòd esset in se frangibile aut passibile in cœna secundū Petrum de palu.in 4.distin.12.circa principium.ad quod supra quæst.6.sed species bene franguntur, tamen nō est de essentia manducandi, quia quod colando vel forbendo sine diuisione traijcitur manducari dicitur,etiam solidum,quod integrum deglutitur, & sic corpus Christi vere traijcitur secundum eundem: vbi etiam de signatione fractionis hostiæ: & sic not.pro illis,qui non masticant corpus Christi.

76

¶ Quinquagesimooctauo q̄ro, quid sit agendum, si stilla sanguinis † extra ceciderit? Respondeo, si per negligentiam aliquid ceciderit de sanguine,siquidem super tabulam, scilicet quæ solet esse sub pedibus sacerdotis, secundum glo.lingua lambatur, & tabula radatur:sed & si non fuerit tabula, locus ipse radetur & comburetur, & cinis iuxta altare condetur,& sacerdos quadraginta diebus pœniteat: Si verò ceciderit super lapidem altaris, scilicet quia non erat interposita palla, secundum glos.forbeat sacerdos stillam, & tribus diebus pœniteat:Si super linteum altaris, & ad alium linteū stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat: Si superuenerit ad tertium,nouem diebus pœniteat: Si vsque ad quartum, 20.diebus pœniteat, & abluat ipse sacerdos tribus vicibus

77

lintcamina,

linteamina, quæ ſtilla tetigerit calice ſuppoſito, aqua iuxta altare condatur, de conſecra.diſt.2.ſi per negligentiam.poſſet,etiam ſumi a ſacerdote,niſi propter abhominationem dimitteret, vt ponit Tho.in 3.parte,& vt idem dicit in 4.diſt. 13.cautum eſt,vt pars illa lintei ſiue pallæ abſcindatur & cõburatur, & cinis iuxta altare condatur. Idem dicit etiam in 3.parte.ſecẽdùm Piſa.& q̃ illa aqua ablutionis poſſet ſumi, vt s̃.ſequitur & Hoſti.in ſumma de pẽni.§.quæ pœnitentia. verſi.tricesimuſquartus.& de conſecra.eccle.§.& quãdo.ver. ſi per negligentiam.& Io.And.in c.1.de cuſto.Eucha.& Lau. de ſacramento Euchariſtiæ.in 12.col.8.q.& ad illud, q̃ pars lintei abſcindatur, dicit Vbertus, q̃ ſufficit q̃ lauetur modo prædicto ſecundum fratrem Antoninum vbi. s̃.nec enim aliud voluit Tho.dum dicit, cautum eſt &c.& dicit Archid. poſt Hugu.in d.c.ſi per negligentiam.quòd in dictis caſibus erit pẽnitentia,vt tot diebus ieiunet,vel tot diebus abſtineat a communione ſacramentorum:& idem dicit ibi glo.arg.45. diſt.c.2.dicit frater Antoninus vbi ſupra, quòd beatus Thomas in ſcripturis dicit, quòd alij dicunt,quòd his diebus debet iniungi pẽnitentia arbitraria penſatis cõditionibus perſonæ & negotij, & hoc dicit videri probabilius, quia poteſt hæc pẽnitentia minui & addi ſecundum conditiones perſonæ & negotij, s̃.§.proximo.q.133.facit in Spec.tit.2.§.nunc de epiſcoporum.ver.123. & quod not.de verb.ſignifi.c.nouimus.in fi.Et idem videtur, ſi ob negligentiam presbyteri hoſtia conſecrata vetuſtate corrumpatur, vel ſi vermis vel canis illam corrodit vel comedit, vt ſcilicet pẽniteat, ut ſupra dictum eſt,faciunt not.in c.1.de cuſto.Eucha.& de conſe.diſt.2.qui bene.

78 ¶Quinquageſimonono quæro, quid ſi quis † Euchariſtiam vomuit? Reſpondeo ſi ſit laicus,& per ebrietatem vel voracitatem vomuit, 40.diebus pẽniteat:clerici vero vel monachi, presbyteri vel diaconi 70.diebus pẽniteant. Epiſcopus 80.diebus. Si vero cauſa infirmitatis euomuit, ſeptem diebus pẽniteat, de conſe.diſt.2.ſi per ebrietatem.& debet vomitus cremari, & cinis iuxta altare recondi,s̃.q.proxima.ſecundùm Piſa.& per Hoſti.in ſum.de pẽni.§.quæ pẽnitentia. verſi.35.& ad illud, ſi propter infirmitatem:intellige, ſi præceſſit culpa,vt no.in d.c.ſi quis.& facit quod no.de conſecra. diſt.2.acceſſerunt.in verbo adorauerit.& in c.qui bene.eo. tit.& qualiter intelligitur pẽnitentia tantorum dierum,vide

79 s̃.§.proximo.q.134.Quid autem agendum de † animali comedente Euchariſtiam. Refert frater Antoninus opiniones in dicta ſumma,& concludit, quòd ſi credatur ſpecies ſacramenti alterata, debet animal comburri; & cinis iuxta altare recondi: Sed ſi factum eſt ita recens, quòd adhuc creditur ſpecies ſacramenti permanere in ſtomacho animalis, & tũc debet animal exenterari & comburri, ſed pars hoſtiæ ibi repertæ debet ſumi,ſi eam non horret ſacerdos,aliàs reponi & dimitti,quouſque naturaliter conſumatur, ad hoc quod no. Hoſti.in ſumma de pẽni.§.quæ pẽnitentia.ver.43.& ſic mus ſeu brutum ſumit hoc ſacramentũ,vt plene per Pet.de Palu. de hoc in 4.diſt.9.q.1.ad fi.& j̃.q.82.

80 ¶Sexageſimo quæro, quid faciet ſacerdos, qui † infra miſſam recordatur ſe eſſe excommunicatum,vel ſuſpenſum,vel non ieiunum, vel habere aliquid mortale nondum confeſſum?Reſpondeo,de hoc no.per glo.& Doct.7.q.1.nihil.& in c.de homine.in fi.de celebra.miſſa.dicunt Tho.in 3.parte.& Petr.de Palu.in 4.diſtin.11.q.1.articulo 1. quòd ſi poſt conſecrationem iam factam horum recordatur,nullo modo debet dimittere, ſed proſequi, quia vbi difficultas occurrerit, ſemper accipiendum quod minus habet de periculo, argu. ad hoc 13.diſtinct.nerui. maximè autem eſt periculoſum, quod eſt contra perfectionem huius ſacramenti, quia hoc eſt immane ſacrilegium: minus autem eſt, quod pertinet ad qualitatem ſumentis: debet ergo, ex quo iam conſecrauerat, prædictis non obſtantibus perficere & ſumere ſacramẽtum, & dolere de eo quòd non eſt ieiunus, vel de peccato quod menti occurrit, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi, & ſic non indigne ſed fructuoſe ſumit: Si meminerit ſe excommunicatum, debet aſſumere propoſitum petendi abſolutionẽ,& ſic p̃ inuiſibilẽ pontificẽ Chriſtũ abſoluit̃ quantũ ad hũc actũ,ſ̃m Thomã.Si vero recordat̃ aliquius horum ante conſecrationem, ſiquidem illud ſolum eſt peccatum nondum confeſſum,tunc ſecundum Petrum de Palu. etiam ſi ſine ſcandalo poſſet dimittere miſſam inchoatam non debet,ſed ſufficit contritio cum propoſitione confitendi,cui concordat Tho.ſed ſi poſſet commode habere confeſſorẽ & ſine nota quo ad aſtantes & ante ſecretas,credit Pet. q̃ deberet quærere: Si autem illud ſit, quia eſt excommunicatus, vel non ieiunus, dicit Tho.q̃ tutius putaret,q̃ dimitteret miſſam inchoatam,niſi graue ſcandalum oriretur: Petrus dicit,q̃ debet dimittere omninò,ſi poteſt ſine ſcandalo: in nullo autem caſu ſimulet conſecrationem, quia daret occaſionem idolatrandi quantum in ipſo eſt, d.c.de homine. & per fratrem Antoninũ in dicta ſumma,3.parte.c.de miſſa. & per Pet.de Pal.vbi.s̃.& nota, quia dicitur quantum in ipſo eſt, quaſi velit q̃ populus peccatum non incurreret,iuxta no. per glo.in c.vno,de reli.& venera.ſanct.in glo.magna.ibi nihilominus preces. & per Franc.poſt Inno.eo.tit.c.1.in 6.q. dicitur autem miſſa proprie inchoari poſt himnum angelicum, vt dicit dominus Franc.in cap.quod ſicut.de elect.& ad præmiſſa vide infra q.74.& ſequen.

81 ¶Sexageſimoprimo quæro, an † ſit præceptum presbyteris quotidie celebrare. Videtur quòd ſic, 31.diſtinct.tenere.in fin.dicunt quidam, quòd dicere miſſam quotidie non eſt præceptum, nec etiam audire quotidie, quia non eſt poſſibile ſemper: peccat tamen ſacerdos, qui nunquàm vult celebrare, cùm tamen poſſet, quia in vacuum gratiam Dei recepit, ſecundùm Archid.de conſecra.diſtinct.1.ſufficit.pro quo facit cap.fina.de priuileg.lib.6.& adde Anto.de Butr.in cap.veſtra.verſi.nota quòd ſacramenta.& in 3.carta. vnde frater Antoninus in dicta ſumma, 3. parte.cap.de miſſa.refert dicta doctorum & inter alios Tho.in 3.parte,dicentem quòd ſaltem tenetur celebrare in præcipuis feſtis, & maximè in illis diebus, in quibus fideles conſueuerunt communicare: ſic ergo peccat ſacerdos, qui nunquàm celebrat, licèt non habeat curam animarum: cum enim conceſſa ſit ſibi poteſtas nobiliſſima, reus erit negligentiæ: ſecus erit de alijs actibus ordinum, qui pertinent ad corpus Chriſti miſticum, vt ligare, ſoluere, baptizare, & docere: nam qui non tenetur aliàs prælatione vel ſubiectione, poteſt ab iſtis actibus ſine peccato ceſſare, vt ibi plene, & per Pet.de Pal. in 4.diſtinct.13.q.2.in principio. Vnde quòd in omni die dicatur, non eſt prohibitum, vt in cap. conſuluiſti.de celebra. miſſa.tamen quòd quotidie celebretur, nec laudat nec vituperat Auguſt.de conſecra.diſtinct.2.quotidie. ſecundum dominum Dominicum in dicto cap.conſuluiſti. Vnde debet celebrare miſſam quanto frequentius poteſt ſalua honeſtate, vt per Innocen.& Franc.in cap.ſignificatum.de præben.decet tamen Epiſcopum omni die intereſſe miſſæ, vt in dicto cap.fina.& quod no.in dicta clemen.1.in verbo, canonicas.de celebra.miſſa.& in clemen.1.de exceſſi.præla.in fi.& ad prædicta facit infra quæſt.93.& not.quòd presbyteri ſeculares debent celebrare in die Iouis ſancti, vt colligitur 31.diſtinct.tenere.& de conſecra.diſtinct.1.viſum.& diſtinct.3.cap.ſabbato.cum ibi notatis per glo.& Archidia.& per not.per Petrum de Palu.in 4.diſtinct.13.q.2.artic.3.concluſione.2.licèt religioſi vnam miſſam tantum celebrent in qualibet eccleſiarum ſuarum.

82 ¶Sexageſimoſecundo quæro † de miſſa? Reſpondeo proprie dicitur in tempore ſacrificij, quando cathecumini foras mittuntur, quando leuita clamat, ſi quis remanſerit cathecuminus exeat foras: & inde miſſa, quia ſacramentis altaris intereſſe non poſſunt, quia nondum regenerati noſcuntur, ſecundùm Hug.& Papiam, vt refert Archidia.de conſecra.diſtinct.1.Epiſcopus.2.vbi etiam dicit, quòd poteſt dici miſſa, ideſt nuntia, quæ preces noſtras feret & mittat ad Deum,vel dic, quòd miſſa græce latine interpretatur interpellatio pro plebe, ideſt interceſſio pro populo,vt not. Archidia.ea.diſtinct.omnis.vel dicitur miſſa, eo quòd miſſus cœleſtis ad conſecrandum viuificum corpus Chriſti adueniat, ſecundùm Archidia. de conſecra.diſtinct.2.quid ſit.& adde, quòd qui celebrat miſſam non dictis matutinis peccat, qui autem celebrat antequàm primam dicat non peccat mortaliter, niſi conſuetudo contraria ſit, aut contra ſtatutum ſynodale, aut prouinciale, ſecundùm Rodo. vt in ſumma aſten.lib.4.titu.8.§.poſtea conſiderandum de ritu.in 5.colum.ſi tamen ceſſante conſuetudine, de qua ſupra, presbyter diceret miſſam ante ortum ſolis, non dicta prima, videtur quòd non peccaret, quia nondum venerat hora primæ, & ſic de alijs, arg.capit.1.de celebra. miſſa.Et nota, quòd quando miſſa pro alio celebratur, etiam mortale, quod in illius conſcientia delet non per modum ſacramenti, quod ſolum prodeſt ſuſcipienti, ſed per modum ſacrificij ex merito paſſionis Chriſti, quo ſibi venia impe-

tratur,

tratur,id eſt gratia contritionis: vnde nec maius donum poteſt homo homini facere quam ſibi miſſam dare, aut pro eo celebrare: hoc enim eſt ſingulare in hoc ſacramento, quòd pro alio poteſt offerri & ſuſcipi,non ſic autem de alijs ſecundum Petrum de palu.in 4.diſtin.12.queſt.1.articu.3.concluſione.2.vnde educit vinctos de lacu, vt patet p̃ exẽpla Gregorij plura.4. dialogo. & beatus Bernardus ĩ uita beati Malachiæ narrat ſororem illius per miſſas eius de purgatorio liberatam,ſecundum eundem in 3.concluſione in fin. Si ergo in purgatorio aliqui exiſtentes ſic ſunt diſpoſiti, quòd vnus vna miſſa & non minori ſuffragio liberandus eſt,& ſint multi tales, vnde miſſa pro omnibus iſtis dicta neminem eripit, ſed dicta pro quocunque ſtatim eum eripit,& ſic diutius ſinguli tenerẽtur:vnde promittens ſigillatim diuerſis vnã miſſam,non liberatur celebrando vnam pro omnibus ſcilicet a toto,licèt liberetur a tanto,ad quod ſupra.§.proximo.queſt. 112.cum minus ſoluit quàm debeat:poſſet tamen talis excuſari,ita quòd in totum liberetur quinque modis:Primo propter impoſſibilitatem celebrãdi pro quolibet ſpecialiter, puta ſi collegium ſaluo officio,ad quod eſt inſtitutum, non poteſt ſoluere plus q̃ tres vel duas miſſas, aut religioſo poſtquàm promiſit imponantur a ſuperiore aliæ miſſæ, quia difficultas ſolutionis & ſi non liberat tamen excuſat: Secundo propter conſuetudinem maxime apud eum, qui ſcit vel ſcire tenetur, quia ſcienti dolus non infertur, ſicut de parrochianis,qui petunt miſſas a curatis, aut relinquẽtes anniuerſarium canonicis:Tertio propter conuentionem,ſi expreſsè hoc dicat promittens, quia contractus ex cõuentione legem accipiunt: quod etiam ſufficit dicere executori, quia cui cõmiſit teſtator diſtributionem pecuniẽ pro miſſa,videtur etiã commiſſum de ordinatione miſſæ procurandæ:Quarto propter recompenſationem, quia non refert quid ex ęquipollentibus fiat, vt ſi in alijs miſſis uel ſuffragijs recompenſetur, ſicut apud prædicatores miſſa dicenda pro conuentu imponitur vni fratri.Quinto propter ſuppletionem Dei,miſſa tamen dicta pro pluribus ſimul non tantum ualet cuilibet illorum quãtum ſi pro illo ſolo diceretur, niſi ſummus ſacerdos ſuppleat,ad quod ſupra in notabilibus,5.notabili, qui autem ſpecialiter petit miſſam pro ſe vel amico ſuo viuo vel mortuo,intendit habere per ſe totam miſſam ad ſatisfaciendum, cum non poſſit habere eam totus ad merendum, quia nullũ meritum poteſt eſſe ſingulariter, quin omnes boni participent,ſed ſatisfactio ſic, vt plenius per Petrum de palu. in 4. diſt.46.quæſt.2.articu.2.concluſione.4.& 5.ergo tutior modus eſt, quòd intimetur illi, quòd cùm alias miſſas habeam ego faciam in tantis miſſis commemorationem de te vel illius anima, quod multi faciunt per prædicta.

83 ¶Sexageſimotertio quæro † de ordinatione miſſæ: Reſpondeo,vide per Fran.plene poſt Tho.in Rubr.de cele miſſa.& aliqua dicam, & primo quòd olim miſſa non cum tanto apparatu nec cum tanta ſolemnitate cantabatur Primo enim ab apoſtolis dicebantur illa verba tantum in celebratione miſſæ,quæ dominus dixit,Hoc eſt corpus meum, ſed poſtea apoſtoli addiderunt dominicam orationem, & hæc conſuetudo apoſtolorum adhuc repreſentatur ſingulis annis in ſancto die veneris,eo excepto,quòd illo die nõ conſecratur:poſtea tertio ijdem apoſtoli vel eorum ſucceſſores inſtituerũt, vt epiſtola & euangelium legerẽtur ante ſacrificium: Primo enim epiſtola legebatur,& poſtea euangelium.Tertio dominica oratio: Quarto dicebantur uerba domini, & tunc officium miſſæ inchoabatur a lectore,qui mos in ſabbato ſancto Pentecoſten adhuc retinetur: poſtea ſancti patres & apoſtolici viri illas ſolemnitates,quas nunc habet miſſa, addiderũt, vt Alexand.Gelaſius, Gregorius, Leo, Celeſtinus,Damaſus, & cæteri:canonẽ miſſæ dicit Greg. eſſe cõpoſitũ a quodam ſcholaſtico: Apoſtolici tamen ibi multa addiderunt: Alexander enim ibi dominicæ paſſionis commemorationẽ fieri iuſſit:Gregorius primus addidit,dies, quæ noſtros &c: vſque per Chriſtum.magnus Leo addidit,ſanctum ſacrificiũ immaculatam hoſtiam.Celeſtinus addidit introitum miſſæ, & ſic diuerſi diuerſa diuerſis temporibus addiderunt ſecundum Hug.Et nota,quòd octauum concilium Africanum,cui beatus Auguſtinus interfuit,ita conſtituit: Nullæ preces vel orationes vel miſſæ vel præfationes uel commendationes vel manus impoſitiones dicantur,niſi in concilio fuerint approbatæ,ſecundum Innocentium tertium, vt refert Archid. de conſecra.diſtin.1.Iacobus.adde,dicit textus de conſecra. diſtin.1.de himnis.in fin.obſecro igitur primo omnium fieri obſecrationes,orationes, poſtulationes,gratiarum actiones, pro omnibus hominibus &c.per quæ verba apoſtolus tradidit omni eccleſiæ formam,qualiter debent miſſarum ſolem-

84 nia celebrare,& aperte † diſtinguit quatuor partes miſſæ: & dic primo,omnium,ideſt ante omnia in ſerie miſſę,cuius prima eſt pars vſque ad offertoriũ: obſecrationes & orationes, hæc eſt ſecunda pars miſſæ, & extẽditur vſque ad finem dominicę orationis, & dicitur miſſa orationis: poſtulationes: hæc eſt tertia pars miſſæ, & extẽditur vſque ad communionem,& dicitur miſſa poſtulationis:gratiarum actiones: hæc eſt quarta pars miſſæ,& protenditur vſque ad finem, & dicitur miſſa gratiarum actionis: Et nota, quòd obſecrationes ſunt, quæ dicuntur in miſſa uſque ad offertorium;quæ exinde dicuntur vſque in finẽ dominicæ orationis, ſunt orationes:quæ exinde dicuntur vſque ad communionem, dicũtur poſtulationes,quæ poſtea dicuntur uſque in finem, ſunt gratiarum actiones,vel dic, quòd obſecrationes ſunt adiurationes pro malis vitandis uel remouẽdis: orationes ſunt p̃ virtutibus & bonis ſpiritualibus vel bonis temporalibus habẽdis:poſtulationes fiunt pro cœleſti gloria habenda: actiones gratiarum ſunt de perceptis bonis uel uitatis malis, ſecundũ Hug.Item nota, q̃ ſecunda pars miſſæ quatuor habet diſtinctiones.Prima dicitur ſecreta.Secũda dicitur præfatio. Tertia dicitur canon. Quarta dicitur dominica oratio cum ſua præfatione,ſcilicet Præceptis ſalutaribus &c. & protenditur pars iſta uſque,Sed libera nos a malo: exinde ſequitur tertia pars,& dicitur miſſa poſtulationis vſque ad communionem, vt ſupra dictum eſt,ſecundum Hug.ut refert Arch.de conſe.

85 diſt.1.de himnis.Ex his nota, q̃ † canon miſſę dicitur ab illo loco,uiclicet Te igitur clementiſſime pater &c. vſque ad p̃fationem dominicæ orationis, videlicet Præceptis &c.ſtrictius dicitur canon miſſæ ſolum pro verbis, quibus fit tranſſubſtantiatio, ut dicit Ioan. And.& dominus Dominicus in cap.cum Marthæ, in princ.de celebra.miſſa.& quod not.Innoc.de canone,in cap.nuper.de ſenten. excommu.facit s̃.q. 5.in fin.& 51.quæſtio.& j̃.quæſtio.proxima,& quæſt.74.vbi videas.

86 ¶Sexageſimoquarto quero, quare † verba canonis miſſæ dicantur ſecretè:Reſpondeo,ſex de cauſis:prima,quia Deus cordis non vocis clamorem attendit. Secunda, ne ſacerdos longo clamore deficiat. Tertia, ne impediatur populus orare. Quarta, ne verba tanti miſterij quotidiano vſu vileſcant.Quinta,quia hæc ad ſolum ſacerdotẽ pertinent. Sexta, ne verba canonis ſæpius audita diſcant̃ a laicis, & locis incõgruis recitenrur,ſecundũ Fran.& Doct.in c.cum Marthæ. in principio,de celebra.miſſa. & ibi etiam per Ioann. Andr.in principio,& ſupra quæſt.proxima in fin.& in rationali diuinorum officiorum de miſſa.§.poſt acclamatum præconium. in 3.colum.& per Hoſti.in ſumma,de celebra.miſſa.§.& qſi. verſicu. ſed in canone. & gloſ.& Archidia. 11.diſtin. eccleſiarum.

87 ¶Sexageſimoquinto quæro, quare † miſſa quotidie celebratur in eccleſia? Dicit Thom.quòd ſecundum Inno. quartum quinque de cauſis:primò,quia ſemper debet eſſe parata medicina contra quotidiana peccata. Secundo, vt lignum vitæ ſemper ſit in medio paradiſi. Tertiò,vt nobis Chriſtus quotidie vniatur ſacramẽtaliter,& nos ei ſpiritualiter.Quartò,vt ſit apud nos iugis memoria paſſionis. Quintò, vt vero agno loco tipici quotidie vtamur ad ueſperam, quem Iudæi ad ueſperam conuertendi eſuriant,ſecundum illud Pſal.Cõuertãtur ad ueſperam &c.ſecundum Archid.de conſec.diſt.

88 2.ſemel.& quia ſecundum aliquos die illa,qua quis † miſſam audit, ſine pœnitentia decedere non poſſet,vt no.Ioã. And. in cap.2.de celebra.miſſa.& dic tipicum, ideſt in figuram eorum,quæ circa Chriſtum facta fuerunt in cruce, vt dicit Archid.de conſe.diſtin.2.non oportet.facit 21.diſtin.in nouo. in fin.& cap.1.ad fin.& 50.diſtin.Ieſus. & quod no.Archi.3. quæſt.7.poſtulatus.& facit cap.cum oporteat.de accu.& vide ibi Ioan.And.facit quod not. Hoſtien.in ſumma de tranſla.epiſcopi.§.cuius auctoritate. ad finem.& quod not.in clemen.ſi dominum.de reli.in verbo,frequenter.& quod ſuper ea per Ioannem de Imo. & per Frã.in verſic.hoc eſt memoriale.in princip.

89 ¶Sexageſimoſexto quæro iuxta præmiſſa,ad† quod prodeſt nobis memoria paſſionis? Reſpondeo,ad multa, obſcurat enim grandia mundi: vnde Lucæ vigeſimotertio: Dum ſol obſcuratus eſt,ſcilicet in paſſione,quod uerum fuit ad litteram: & moraliter ſignificat, quòd obſcurat in nobis proſperitatem

ſperitatem huius ſeculi, quam paruipendimus, cùm de paſſione cogitamus. Item incutit tremorem: vnde Matthęi 27. Terręmotus factus eſt magnus, per quod ſignificatur, quòd corda noſtra timent & trement, cùm dominus illa reſpicit, & cogitant de paſſione eius: vnde in pſalmo, Qui reſpicit terram & facit eam tremere &c. Item duritiem cordis emollit, Matthęi.27. Petræ ſciſſæ ſunt. Item a peccato ſuſcitat, Matthæi 27. Monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum quæ dormierant ſurrexerunt. Item a morſibus dæmonum ſanat, quod ſignificatum fuit Numeri, 21. vbi dominus dixit Moyſi, Fac ſerpentem æneum, & erige eum in palo, quicunque aſpexerit eum viuet. Item labores pœnitentiæ dulcorat, quod ſignificatum fuit Exodi, 15. vbi dicitur, quòd oſtendit Moyſes lignum, quod cum miſiſſet dominus in aquas marach dulcorati ſunt. Item liberat a morte æterna, quod ſignificatum fuit Ioſue, 6. cap. vbi dicitur, quòd Raab meretrix per filum coccineum, quod rubeum eſt, ſignificat paſſionem Chriſti, ſecundùm Archid. de conſecra. diſtinct. 2. iteratur. & ideo in memoria huius paſſionis erigitur crux, vt not. de ſumma Trini. in clemen. vna. in verbo, cruci. vbi plura de cruce, de quo habetur de conſecra. diſtinct. 4. poſtea. & diſtinct. 5. nunquid. & quod not. de offi. ordina. ſi canonici. ad fi. lib. 6. & an crux inuenta fuerit de veteri teſtamento, not. 11. diſtinct. eccleſiaſticarum. vbi dicit Archidia. quòd debet confici tribus digitis, & terminari in ſiniſtram ad modum crucifixionis Chriſti, quia primo dextra & poſtea ſiniſtra manus Chriſti fuit crucifixa, ſecundum eum, & quare non celebremus feſtum Azinæ ſicut crucis, not. de conſecra. diſtin. 3. crucis.

90 ¶Sexageſimoſeptimo quæro † quare ante receptionem Euchariſtiæ per ſacerdotem immiſſa parte hoſtiæ in calicem datur pax. Reſpondeo, quia Chriſtus reſurgens pacem populo dedit, cuius reſurrectio per immiſſionem ſignificatur: per appoſitionem enim ſanguinis ad corpus vel econuerſo ſignificatur reditus animæ Chriſti ad corpus, & ſic eſt reſurrectio: & eſt triplex ratio, quare datur pax: vna eſt, quia fideles poſt Chriſti mortem & reſurrectionem domini ſui pacem & concordiam angelorum ſe promeruiſſe gratulantur, cuius ſignum eſt oſculum. Item quia cùm ſint filij Dei patris & eccleſiæ matris, 12. q. 2. qui abſtulerit. fratres ſunt Chriſto, & ideo ſunt reficiendi vno pane, & ditandi communi hæreditate, quod ſimiliter notatur per oſculũ. Itẽ, q. a in oſculo caro carni & ſpiritus ſpiritui coniungitur, vt nos, qui carnis propagine de Adam deſcendente coniungimur, etiam caritatis vinculo connectamur: qui ergo connectuntur ſe odientes inde proditoris oſculum imitantur. deinde poſt oſculum ſumit presbyter Euchariſtiam, quaſi dicat, qui in vnitate pacis non eſt non accedat, quia non eſt dignus ſumere Euchariſtiam: & primo datur homini ſiue uiro, quia caput eſt mulieris, 33. qõ. 5. cum caput. vir non dat fœminę, ne ſi caro viri & fœminæ propius acceſſerint ad libidinem accendantur, ſecundùm Hug. & Pet. vt refert Archi. de conſecra. diſtin. 2. pacem. Et adde, quòd iſtud oſculum ſuccedit loco communionis Euchariſtiæ, vt dicit Archid. 33. q. 5. vir cum propria. & de iſto oſculo per Doct. in c. olim, de iniurijs.

91 ¶ Sexageſimooctauo quæro, quis ſit principalis † effectus Euchariſtiæ? Reſpondeo, ſecundùm Thomam in 4. diſt. 12. proprius effectus eius eſt conuerſio hominis in Chriſtum, vt dicat cum apoſtolo, viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chriſtus, Gal. 3. & hunc ſequuntur duo effectus, ſcilicet augmentum virtutum, & reſtauratio deperditorum, ſcilicet per peccata venialia vel alios præcedentes defectus, ſecundùm Thomam vbi ſupra, ſecundùm Piſa. quaſi idem dicunt Pet. & Alber. ſub diuerſis verbis, vt in ſumma confeſſo. lib. 3. tit. 24. q. 114. ſecundum fratrem Nic. in addi. & formalius dic de effectu huius ſacramenti per Thomam, 3. parte. q. 79. articulo primo, & ſeptem ſequentibus. & facit quod not. de pęniten. diſtinct. 1. magna. in verbo, pronuntiauit. facit, quia per ſumptionem huius ſacramenti efficimur vnũ corpus cum Chriſto, de conſecra. diſtinct. 2. in Chriſto patri. & per Archidia. ea. diſtinct. quia paſſus. dicit etiam dominus Franc. in cap. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. in 14. q. poſt Laud. quòd effectus huius ſacramenti ſunt plures: Primo enim deuotionem inflammat: Secundo deducit, paſſionem Chriſti ad memoriam: Tertio fidem confortat: Quarto ſpem auget: Quinto caritatem accendit: Sexto dat vitam gratiæ: Septimo vnit Chriſto: Octauo ſpiritualiter æterna conſolatione reficit. Nono ad optationem ſuſtentat: Decimo contra caſum prouenientem ex propria infirmitate munit: Vndecimo contra impulſum dęmonis remittit ardorem concupiſcentiæ: Duodecimo purgat peccatum veniale, vnde verſus.

Inflammat, memorat, ſuſtentat, roborat, auget,
Hoſtia ſpem purgat, reficit, vitam dat & vnit:
Confirmat fidem munit, fomitemque remittit.

Item datur Euchariſtia ad robur, nec eſt neganda pœnitenti, de elect. cap. 2. & cap. ſignificaſti. Ioan. And. in cap. officium. de offi. Archipresb. & adde infra proximis quæſtionibus, & 85. q. ad fi.

92 ¶Sexageſimonono quæro, vtrum peccata † venialia poſſint impedire effectũ Euchariſtiæ? Reſpondeo ſecundùm Thomam in 4. diſtinct. 12. ad hoc vt ſacramentum hoc plene effectum ſuum habeat, oportet quòd adſit actualis deuotio: & quia interdum actualis deuotio impediri poteſt abſque mortali peccato, poteſt effectus huiuſmodi ſacramenti impediri, ita quòd aliquis augmentum gratiæ non conſequatur, nec tamen reatum mortalis peccati incurreret, ſed forte reatum venialis, quia imparatus accedit: non enim omne peccatum veniale impedit effectum huius ſacramenti, ſed ſolum quod tollit actualem deuotionem, quæ in hoc ſacramento requiritur. Idem in ſumma confeſſ. lib. 4. titu. 24. q. 115. ſecundum fratrem Nic. poſt Piſa. vbi ſupra, adde infra proximis quæſtionibus:

93 ¶Septuageſimo vtrum per † hoc ſacramentum deleatur veniale? Reſpondeo ſecundùm Thomam vbi ſupra, ſic: non tamen oportet quòd ſemper omnia venialia deleantur, ſed ſecundum menſuram deuotionis: poſſet tamen feruor eſſe tantus, quòd omnia venialia deleret. Idem Petr. idem in ſumma confeſ. eo. titu. quæſt. 110. ſecundum eoſdem: ficit quod not. de pęniten. diſtinct. 1. magna. in verbo, pronuntiant. ad idem per Petr. de Palu. in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. arti.

94 2. concluſione. 3. & artic. 3. concluſione. 1. Et nota, quòd † digne ſumentibus operatur reparationem feruoris deperditi, augmentum virtutum, fortitudinem earum, multiplicationem bonorum operum, quia ſacramentum efficit ſpiritualiter illud, quod ſua materia repræſentat, & reficit corporaliter. Item ſanctis, ad quorum honorem offertur, vt quando pro eis celebratur, nihil confert quantum ad præ-

95 mium eſſentiale: vnde miſſa cantari † debet ſolum pro illis, quos credimus eſſe in purgatorio, ſecundùm Petr. de Palu. in dicta quæſtio. 1. articulo. 2. concluſione. 1. & 2. & de duodecim fructibus huius ſacramenti per Laudu. de ſacramento Eucha. in 17. colum. & q. 4. & dixi ſupra q. 68.

96 ¶ Septuageſimoprimo quæro, vtrum † per hoc ſacramentum deleantur mortalia. Reſpondeo, ſecundùm Thomam vbi ſupra, non delet mortalia, niſi oblita: vnde quod dicitur, Sit ablutio ſcelerum. dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet quòd vel dicitur crimina abluere in quantum ea impedit, vel de his quæ ſunt in hominis conſcientia vel memoria. Idem in ſumma confeſ. eod. titu. quæſt. 117. ſecundum eoſdem, facit de conſecra. diſtinct. 2. didicimus. & ſupra quæſt. 62. & infra quæſt. 73. & per Franc. in clementi. ſi dominum. ver. hoc eſt memoriale, poſt principium. & adde, quòd ſi ſit mortale in anima, & non ſit in conſcientia, & non ſit ignorantia craſſa & ſupina, & præmiſſa inquiſitione diligenti, & ſi non ſufficienti, & elapſum eſt a memoria, tunc remittitur, ſecundùm Petr. de Palu. in 4. diſtinct. 14. quæſt. 1. artic. 3. concluſione. 2. Item valet Euchariſtia ad remiſſionem pœnæ actualis peccati mortalis & venialis, ſecundum eundem ibidem in 3. concluſione.

97 ¶ Septuageſimoſecundo quæro, quo † ad communionem ſeu corporis Chriſti ſumptionem. Dicas, quòd quilibet fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, communicare tenetur ſaltem in Paſcate, niſi de conſilio proprij ſacerdotis, & propter aliquam rationabilem cauſam ad tempus abſtineat, de pęniten. & remiſsio. omnis. ſecundùm Piſ. in verbo, communicare, ad hoc infra quæſt. 95. in fi. rationabilis cauſa eſt ad faciendam debitam præparationem, quam negligenter omiſit, iuxta illud prima Corinthiorum, 11. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat. non enim conuenit, vt qui multis ſeu magnis peccatis fuerit inuolutus, ſtatim etiam poſt confeſsionem accedat: ad quod infra quæſt. 105. Sed ſi tempus patitur, debet pluries confiteri, & orationibus & ieiunijs & eleemoſinis ſe mundum & odoriferum reddere, pro quanto tempore ſuo ſacerdoti, qui eius nouit conſcientiæ ſecreta, viſum fuerit expedire,

expedire, de pœni. diſtin. 1. non ſufficit. cap. in actione. non autem eſt iuſta cauſa differendi, quia dicat quis ſe non poſſe indulgere, vel non vult alienum reſtituere, vel aliud, ad quod obligatur facere: hic enim niſi pœniteat excommunicandus eſt, de conſecra. diſtin. 2. ſi quis intrat. ſecundum fratrem Ni. Oſim. in addi. per Petrum de palu. in 4. diſtin. 12. quæſt. 1. art. 5. ubi etiam dicit, quòd non communicans ſemel in anno per hoc non ligatur uinculo irregularitatis vel excommunicationis: & adde ſupra. §. proximo. q. 107. ubi de pœna huiuſmodi: & nota, quòd etiam lege euangelica quilibet communicare tenetur, vt in clemen. ad noſtram. de hæreti. in ver. 8. in glo. ad quod j. quæſtio. 85. & ad præmiſſa vide ſupra. §. proximo. quæſt. 62. & an ſufficiat ſemel in uita communicare, j. quæſt. 116. Et notandum circa communionem, quòd aliqui tenentur credere tantum, ut ſi non ſit facultas communicandi: aliqui etiam venerari, vt audientes miſſam diebus feſtiuis, qui dicuntur ſpiritualiter manducare: aliqui etiã communicare, vt in cap. omnis. de pœni. & remiſ. aliqui etiã celebrare, vt ſacerdotes, vt infra quæſt. 84. & ſupra quæſt. 61.

98 ¶Septuageſimotertio quæro, an † ad communionem quis accedere poſſit cum conſcientia peccati mortalis? Reſpondeo, non, immo mortaliter peccat, prima Cor. 11. Qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat, & hoc ipſum ponit Tho. in 4. diſtin. 9. & addit ſic, quòd aliquis ſit a peccato omnino immunis, nõ poteſt per certitudinem ſciri, prima Cor. 3. nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum: poteſt tamẽ de hoc haberi aliqua coniectura, pręcipue per quatuor ſigna, ſicut Bernar. dicit: Primo, cum quis deuote audit uerba Dei, vt Ioannis 8. Qui ex Deo eſt verba Dei audit: Secundo, cùm quis ſe promptum ad bene operandum inuenit, quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, vt dicit Grego. 3. cùm quis a peccatis abſtinendi in futurum propoſitum habet. Quarto, cùm de præterito dolet, q̃ a in his vera pœnitentia ſecũdum Gregorium conſiſtit: vnde ſi aliquis per huiuſmodi ſigna facta diligenti diſcuſſione ſuæ conſcientiæ, quamuis forte non ſufficienti, ad communionem deuote accedat, aliquo peccato mortali in ipſo remanente, quod eius cognitionem præterfugiat, non peccat, immo magis ex vi ſacramenti peccati remiſſionem conſequitur, ſecundum Piſa. & ẽ. q. 71. concordat prædictis Pet. vt in ſumma confeſſ. libro 3. tit. 24. q. 69. Ibi etiam dicitur ſecundum Vdalric. quòd tale peccatum, de quo proxime dictum eſt, in contritione generali dimiſſum eſt, licèt non ita plene ſicut ea, quæ in ſpecie 100
confeſſus eſt: Ibi etiam dicitur, ſecundum eundem, conſcien-

99 tia peccati † mortalis poteſt eſſe multiplex, quia aut illa cõſcientia ſurgit ex certitudine ſufficienti, vt quia ſcit fornicatum uel ſimili: aut probabili, vt quia moroſe delectatus eſt, & timet affuiſſe conſenſum mortalẽ: aut ex leui, vt homo ſcrupuloſus, qui timet de leui delectatione, an fuerit peccatum mortale. In primo caſu ad communionem accedens peccat mortaliter: ſimiliter in ſecundo: Nam in primo contemnit, in ſecundo diſcrimini ſe exponit: In tertio non: hoc intellige verum, ſi conſcientiam ſcrupuloſam deponat, ſeu illi nõ cõſentiat, extra de ſenten. excommuni inquiſitioni. aliàs non debet accedere, quia quicquid fit contra conſcientiam ędificat ad gehennam, extra de ſymo. per tuas. 2. & ſubdit Pet. ſi autem non habet quis conſcientiã peccati mortalis, aut hoc eſt quia præparauit ſe, & diſcuſſit præparatione ſufficienti diligentiſſime conſcientiam examinando, & peritos conſulendo: aut probabili, ſcilicet conſcientiam ſuam probabiliter examinando & confitendo. aut negligenti. In primo caſu nõ peccat, ſed remiſsionem peccatorum, etiam ſi qua latent, accipit, & meretur. In ſecundo non peccat, ſed tamen remiſsionem non accipit, nec meretur. In tertio uero peccat mortaliter, & demeretur, maximè ſi negligentia ſit magna: hæc ille: & debent intelligi ſecundum prædicta, ſcilicet quòd meritum communionis & effectus non perdatur propter quãlibet leuem negligentiam, ſecundum fratrem Nico. Oſim. in addit. & conclude, quòd peccator ſumens hoc ſacramẽtum, aut eſt ſibi conſcius de peccato mortali, aut nõ: primo caſu peccat mortaliter ſumendo nõ ꝓtritus & non confeſſus, ſi haberet copiam ſacerdotis: Secundo caſu, qñ nõ eſt conſcius de peccato mortali, & poteſt eſſe dupliciter: vno modo, quia neſcit ſe hoc commiſiſſe peccatum. Secundò, quia ſcit ſe commiſiſſe, ſed reputat ſibi dimiſſum fuiſſe, quia credit ſe contritum eſſe. Primo modo ſi non recolit de facto, & conſcientiam diligenter diſcuſſit, & tamen non recolit, non peccat accedendo ad ſacramentum, immo forte veniam obliti conſequitur ex vi ſacramenti: ſed ſi nõ diſcuſſit, peccat mortaliter: ſi autem recolit de facto, ſed non credit eſſe peccatum, non excuſatur quin peccet accedendo, nec ignorantia excuſat. Qui autem ſcit ſe commiſiſſe peccatum, credit tamen ſibi eſſe dimiſſum, quia credit ſe eſſe contritum, & ſcit ſe confeſſum, non peccat ſi ſacramentum ſumat, ſed ſi homo non habet niſi venialia, nunquam impedit, de conſecra. diſtinct. 2. ſi non tanta. Si autem homo eſt contritus, ſed non confeſſus de mortali, non debet communicare quouſq; cõfeſſus fuerit, niſi neceſſitas vrgeat, vel quia eſt dies Paſcatis qua tenetur communicare, ad quod infra quæſt. 99. vel parrochianus tenetur celebrare, nec habet qui poſſit abſoluere, ad quod infra quæſtio. proxima. vel parrochianus habet caſum epiſcopalem, a quo curatus non poteſt abſoluere; ad quod ſupra §. proxi. q. 117. tunc enim poteſt communicare cum ſpe confitendi poſtea. Si autẽ dubitat, vtrum ſit in mortali, & aut ex conſcientia ſcrupuloſa & temeraria, & communicare non debet, quouſque deponat talem conſcientiam. Si ex probabili coniectura, debet conteri & confiteri, aliàs periculo ſe exponit. Si verò credit ſe non habere mortale, & fecit quod debuit, non peccat, ſed ſibi dimittitur vt dictum eſt, ſi non fecit quod debuit peccat, ſed minus quàm ſi ſecus, ſecundum Pet. de palu. in 4. diſtin. 9. q. 2, vbi latius loquitur. Aut ergo communicat, cùm ſcit eſſe in peccato, aut cùm errat, aut cùm ignorat per prædicta: vnde talis peccator communicans cum conſciẽtia peccati mortalis grauiter peccat, pluſquã crucifixores Chriſti, eo reſpectu, quia iſte ſcit Chriſtum, illi non ſciuerunt, ſecundum Pet. ibidem: nam indigne ſumens peccat mortaliter, de conſec. diſtin. 2. ſi quis intra. in glo. cui arguitur. ibi, mortali peccato, ſubaudi, quod cõmitteret, ſecundum Archid. ibi: & ad illud, ꝙ iudicium ſibi manducat &c. de conſe. diſtin. 2. timorem. intellige ex eo ꝙ ſic ſumit, damnationem meretur, quia peccat mortaliter ſecundũ Archid. ibi, & optime ea. diſt, & ſancta. vbi dicit Arch. ꝙ non corpus Chriſti ſed temeritas ſua ſibi obeſt, ſecundum Hug. vt ibi, & facit ſupra §. proximo. queſt. 57. & ſequenti: non ergo debet ſumi, niſi ſit in propoſito abſtinendi ab omni peccato, vt in dicto c. quotidie: de conſec. diſtin. 2. & ibi not. de pœn. & remiſ. quod in te. & nota, quod non eſt in peccato mortali, qui eſt contritus, ſupra §. proxi. quæſt. 152. in fi. non tamen habeat odium, ſupra q. 67. & an ſola cõtritio ſufficiat ad communionem, infra q. proxima.

¶Septuageſimoquarto quæro, an ſufficiat volenti † communicare ꝙ ſit ſolũ contritus? Reſpondeo non, immo ſi habeat copiam ſacerdotis, qui eum poſſit abſoluere, peccat cõmunicando ſine confeſſione: ſi verò non habet copiam, tũc ſi imminet neceſſitas communicandi vel celebrãdi, aut quia timetur ſcandalum populi, vel iam incepit myſterium ſacramenti, vel aliquis infirmus amiſit loquelam, & eſt in propoſito confitendi quamcitius poteſt, non peccat communicando: hæc Pet. Alber. & Tho. & Ray. ſecundum Piſa. Idem in ſumma confeſſo. eo. tit. queſt. 70. & incipit myſterium ſacramenti, ideſt canonem antequam ſacerdos conficiat, ſecundũ Ray. & ſic vt videtur, poſt offertorium, ſecundum fra. Nico. in addi. ad quod ſupra quæſt. 33. in fi. vnde ad principale ꝓpoſitum dicit Petr. de palu. decima concluſio eſt, quòd ſi eſt contritus & confeſſus, ſed ſacerdos non poteſt abſoluere, nõ propter hoc debet ei Euchariſtiam negare in Paſcate, niſi eſſet vinculum ſententiæ excommunicationis, pro hoc quia non debet ſe ingerere communioni hominum, nec celebrationi diuinorum, vt not. in cap. dilectis. 1. de reſcrip. per Hoſtien. in ſumma, de ſenten. excommunicationis. §. fin. penult. colum. per Doct. in cap. illud. in fin. de cleri. excommu. mini. & in cap. reſponſio. de ſenten. excommuni. & in cap. clerici. de exce. præla. & quia non ſufficit ſola contritio quo ad eccleſiam, per not. per Hoſtien. in ſumma, de ſentẽ. excommu. §. quis poſſit. ſub §. ſed quis abſoluet. ver. ſed nunquid ſi clericus. & Ioan. And. in cap. cum deſideres, ad fin. eod. tit. cum ſim. facit optime cap. alma. de ſenten. excommuni. lib. 6. quia ſicut ſacerdos contritus, quando non habet cui confiteatur, propter neceſſitatem poteſt celebrare, ſic iſte communicare ſecundum eum in 4. diſtin. 9. quæſt. 4. ad quod optime ſupra quæſt. proxima. ante fin. & ſupra §. proximo. quæſt. 85. ante finem. & omnino videas eo. §. quæſt. 103. in fi. & ſic nota pro peregrinis & itinerantibus & forenſibus, vt etiam ſi licentiã parrochialis non habuerint confitendo alteri & communicando poſſunt in Paſcate confitendo cuicunque presbytero cum debita contritione recipere corpus Chriſti ab ipſis presby-

presbyteris non ſuis parrochialibus propter inſtans tempus
neceſſariæ communionis : cùm tamen vere ſeu realiter ab-
ſoluti non ſunt, debent poſtea confiteri proprijs ſacerdoti-
bus, per not.in dictis quæſtionibus, 85.& 103.& quæſt.54.
Si tamen declaretur per Papam ſufficere cõmunicare qua-
cunque die anni, vt fertur eſſe factum, videretur ceſſare ta-
lis neceſſitas communicandi in paſcate : ergo &c.quia tunc
communicare non poſſent, & ita poſſet intelligi quod di-
xit Imo.poſt Pau.in cle.1.de priuile.ſuper glo.3.

101 ¶Septuageſimoquinto quæro, an peccator aſpiciẽdo † cor-
pus Chriſti peccet? Reſpondeo, quòd quamuis exiſtenti in
peccato mortali non liceat communicare, vt ſupra, tamen 104
videndo corpus Chriſti non peccat, attamen ſi interdum
per humilitatem abſtinet a videndo, laudandus eſt ſecun-
dùm Thomam in 4.diſtinct.9.concor. Alber.dicens, quòd
peccator non debet videre multo aſpectu : hæretici verò ſe-
cundum eundem Thomam arcendi ſunt omnino a viſione,
ſecundùm Piſa.Idem eſt etiam de omnibus infidelibus, vt
patet in ſumma confeſſ.eo.titu.quæſt.71.vbi etiam ſupradi-
cta notantur ſecundum addi.ſimiliter non peccat quis tan-
gendo cum timore & reuerentia, vt quia erigit hoſtiam de
terra, & huiuſmodi, aliàs peccat, vt Iunocen.dicit ſecun-
dùm Piſa.Idem in ſumma confeſſo.eo.titu.quæſt.72.vbi di-
citur ſecũdùm Pe. quòd peccator his caſibus excuſatur pro-
pter neceſſitatem: & idem Innocen.in cap.quòd in te.de pe-
niten.& remiſ.& addit, quòd idem ſi ſacerdos peccator ali-
cui in neceſsitate conſtituto Euchariſtiam tribuat : hæc vi-
dentur intelligenda, quando peccator eſt vere cõtritus cum
propoſito confitendi, aliàs eſt quod ſibi poſsit imputari : &
ideo non videtur excuſari, vt poteſt colligi ex dictis ſupra
quæſt.73.ſecundum fratrem Nico.in addi.dicit frater An-
toninus in dicta ſum.q̃ peccator aſpiciendo corpus Chriſti
non peccat, niſi ſit prohibitus a viſione eius, vt ſunt excom-
municati & interdicti, & quamuis peccator bene faciat ſi ex
deuotione, qua ſe indignum reputat, eo viſo inclinet caput
in terram, quem non ſit dignus aſpicere, & non velit ſa-
cramentum aſpicere, melius tamen facit, ſi ex deuotione 105
intuetur, ſecundùm Pet.de Palu.in 4.diſtinct.9.quæſt.2.ad
102 fi.& nota, quòd † peccatum mortale non priuat aliquem in-
greſſu eccleſiæ, vt per Ioan.Andr.in cap.vno.de puri.poſt
partum.ſed ad vltimam addi.aduerte, quia ſi oporteret q̃
eſſet contritus, non eſſet dubium, per id quod dixi ſupra
quæſt.73.in fi.& eſſet de indubitabili.præterea talis pecca-
tor vt non peccet dimitteret hoſtiam in terra, quod eſſet
malefactum, & in dedecus Euchariſtiæ, vt in ſumma
confeſſo.lib.3.titu.22.q.25.& ſupra,ergo &c.facit infra q.102.
vbi videas.

103 ¶Septuageſimoſexto quero,an quilibet † communicans ſu-
mere debeat vtrumque, ſcilicet corpus & ſanguinem Chri-
ſti? Videtur quòd ſic, quia textus in cap.omnis.de peniten.
& remiſ.dicit Euchariſtiam: ad hoc de iudę.cap.& ſi iudæos.
& ſ̃.q.1.ſed hoc intelligendum eſt de ſacerdote celebrante
& conficiente : nam infirmus vel ſanus non celebrans hodie
ſumit corpus ſine vino ſeu ſanguine:nam Chriſtus ſub vtra-
que ſpecie eſt, cùm impoſsibile eſt corpus Chriſti ſine ſan-
guine ſumi, & no.de cõſec.diſt.2.comperimus.ad quod ſ̃.q.
5.& ideo dicit Archid.poſt Petrum in d.c.comperimus.q̃ in
ſacramento eſt ratio ſignificationis,& ratio cauſæ :ſignifica-
tio pertinet ad ſapientiam,ſed cauſalitas ad gratiam;quia er-
go gratia communiter omnibus eſt neceſſaria,ſed non ſic ſa-
pientia, efficatia vero æqualis eſt ſub vtraque ſpecie,ſed non
ſignificatio, ideo omnibus traditur ſub altera ſpecie, in qua
poteſt tradi cum reuerentia & cautela maiori : a maioribus
vero tantum, ideſt presbyteris ſumitur ſub vtraque ſpecie :
& dicit Petrus, q̃ licèt græci bene faciant ſumẽdo ſub vtraq;
ſpecie, tamen latini melius faciunt ratione prædicta ſecundũ
Arch.vbi ſ̃.ad hoc ſ̃.q.20.& q.49.& faciunt no.per Arch.de
conſec.diſt.2.in quibus.& in c.cum omne.& in c.& ſancta.&
dicit Laud.q̃ non celebrans nõ communicatur cum ſangui-
ne propter periculum effuſionis, & quia recipiendo corpus
veritatem eius recipit,licet nõ totum ſacramentum, de con-
ſecra.diſtinct.2.relatum.& capitu.ſequen.& capit.ſi per ne-
gligentiam.in multis tamen locis communicatur cum pane
& vino, ideſt toto ſacramento, ſecundum eum in ſacra-
mentali, de ſacramento Euchariſtiæ, 12.colum.7.quæſtio.
in die tamen ſancto veneris ſacerdos, ex quo non cele-
brat, recipit corpus per priùs conſecratum abſque ſan-
guine, licèt infundat partem in vino, & ſic presbyteri non
conficientes communicant abſque ſanguine, abluendo os
cum vino, & vltimo communicanti ſacerdos dat lotionem
digitorum ſuorum cum vino, quia abſtergit cum digito pa-
tenam ſupra calicem, & lauat digitos cum vino intus cali-
cem, & illud vinum tribuit vltimo communicanti : cùm
enim ipſe ſacerdos ſumpſerat perfuſionem, & ſic non eſſet
ieiunus, non poſſet illas particulas, quæ fortè remanſerint,
ſumere, de celebr.miſſa.ex parte.de conſecra.diſtinct.2.tri-
bus.& 23.diſtinct.miniſtrum.cum ſi.ſupra quæſt.56.cum ſi,
& infra q.87.poſt medium.& ad præmiſſa vide omnino ſu-
pra quæſt.49.

104 ¶Septuageſimoſeptimo quæro † de cautela communican-
tis : Reſpondeo, quòd caueat maſticare Euchariſtiam, ſicut
de alio cibo facit, ſed diſcrete moderate & leuiter anterio-
ribus dentibus terenda & lingua mollificanda, ne qua eius
particula dentibus adhæreat, quam forte poſtmodum ſpui
contingat, vt in li.rationali diuinorum officiorum, quarta
parte miſſæ,de communione ſacerdotis ad finem.ibi etiam
dicitur, quòd poſt ſumptum ſacramentum non eſt ſpuen-
dum : ſed Petrus de Palu.dicit, quòd conuenienter ſumi-
tur per modum manducationis, in 4.diſtinct.9.q.1.artic.1.
ſed vide ſupra q.57.ad fi.vbi quòd manducari dicitur abſq;
fractione ſeu maſticatione : vnde ſi communicans lingua
mollificaret, & ita deglutiret, diceretur manducare,& non
eſſet neceſſarium abſtinendum a ſputo, cùm nullum peri-
culum ſubſit per prædicta : vnde ſacerdos in receptione ſan-
guinis Chriſti ſugendo decenter & ſine ſtrepitu debet ca-
licem euacuare quantum poteſt, vt not.Ioan.And.in cap.
cum Marthæ.7.colum.de celebra.miſſarum.& facit ſupra §.
proximo, quæſt.127.& ſupra q.proxima.& facit infra q.83.
Item dicat ſumens Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, me-
cum ſit in vitam æternam, vt in legenda ſancti Andreæ :&
illa quæ dicuntur, Domine non ſum dignus &c.quæ tamen
non ſunt ſubſtantialia, vt per Ioan.And.in cap.cum apud,
de ſpon.in 5.colum.& adde ad præmiſſa ſupra §.proximo.
quæſt.33.

105 ¶Septuageſimooctauo quæro, quare † Chriſtus hoc ſacra-
mentum tradidit diſcipulis poſt cęnam? Reſpondeo, vt per
hoc ſacramentum conſummationem omnium ſacramento-
rum veteris teſtamenti & agni paſcalis, quem ante mandu-
cabant, & cęterorum monſtraret, vt not.de conſecra.diſtin.
2.liquido.& dicit ibi Archidia.poſt Hug.quòd in illo cap.in
ver.namque.non redditur ratio, quare poſt cęnam corpus
ſumi dedit, ſed quare poſt omnia, ſcilicet vltimo loco : vel
dic, quòd Chriſtus voluit primò adimplere legem veterem,
& ſic ſumpta cęna, ideſt adimpleta lege veteri voluit nobis
declarare agnum paſcalem fuiſſe præceptum in figuram ſui
corporis : & adde, quòd ſacramentum iſtud fuit inſtitutum
pridie paſsionis, de conſecra.diſtin.2.panis.ultra medium.
& fuit inſtitutum ita tarde, vt tanquàm vltimum maiori
memoriæ traderetur, de conſecra.diſtinct.2.liquido.in fin.
ſecundùm Laud.in ſacramentali de ſacramento Euchariſtiæ,
in 8.colum.& plenius per Ioan.de Imo.poſt eundem in cle-
men.ſi dominum.3.colum.de reliq.& vene.ſanct.& nota,
quòd apoſtoli tunc receperunt corpus Chriſti vt puri laici,
vt ſupra §.3.q.7.& ad idem per Franc.ibidem in ver.tranſi-
turus.in notabilibus, & in 1.quæſtione poſt Pau.& Laud.&
an ſemper Chriſtus remanſit cum apoſtolis, per Franc.poſt
Pau.in dicta clemen.ver.hoc eſt memoriale.in tertio nota-
bili, videlicet per gratiam &c.& no.in d.cap.liquido.an ſa-
cramenta conficiat pranſus, de quo etiam not.de conſecra.
diſtin.1.ſacramenta.

106 ¶Septuageſimonono quæro,quare † Chriſtus ſumpſit ſe ip-
ſum ſeu ſuum corpus? Reſpondeo, vt daret illis exemplum
ſumendi, ſicut baptizatus eſt, licèt non indigeret, vt daret
exemplum baptizandi, non autem ſumpſit ſe quo ad effe-
ctum, quia non indigebat, vt no.de conſecra.diſtinct.2.nec
Moyſes.vbi glo.dat verſus :

Rex ſedet in cœna, turba erat duodena :
Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

vnde Chriſtus in cęna celebrauit, & ſe ipſum ſacramentali-
ter communicauit, de quo per Petrum de Palu.in 4.diſtin.
11.q.1.arti.7.vbi de iſta communione Chriſti, & per Laud.
in ſacramentali de ſacrameuto Euchariſtiæ, in 12.colum.
ver.vſum,&c.ſubdens,q̃ verum corpus ſuũ dedit &c.& not.
vnum ſm Arch.poſt Laud.in d.c.nec Moyſes. dicẽtẽ,ſi di-
cas, Deus comeditur, uel Chriſtus comeditur : has con-
cedo, ſi dicas, Deitas comeditur : nego, quia in primis ſup-
ponitur,

ponitur perſona,ad hoc ſ̃.q.ſeq.& ſequẽti:facit in ſimili diſt.
16.extra.poſt principium,& ver.5.in conſtantinopoli.

107 ¶Octuageſimo quæro, an cùm ſumitur † iſtud ſacramen-
tum,ſumatur non ſolum caro & ſanguis Chriſti,ſed etiã ani-
ma & deitas ſeu diuinitas.Hug.dixit q̃ non, quia illa nõ per-
tinent ad eſum & potum.Alij,vt Ber.dicunt contrarium, q̃a
ſumendo corpus ſumo deitatẽ,ad quod ſ̃.q.proxima. & ani-
mam Chriſti. Nam ſumens diuinæ ſubſtantiæ Chriſti in illo
participat alimento, de conſecra.diſt.4.ſicut verius.has opi.
refert glo.in c.quid eſt.ea.diſt.& videtur inherere opinioni
Hug.ſed opinio Ber.eſt melior etiam ſecundum theologos,
quin & ſi non ſit ibi diuinitas per tranſſubſtantiationẽ,eſt ta
men per concomitantiam,vt no.ea.diſt.comperimus. ſecun-
dum Archid.eod.c.quid ſit.ad quod ſupra q.5.& ideo dici-
tur in ſumma Aſtenſi, libro 4.§.deinde.poſt principium,q̃ in
ſacramento eſt totus Chriſtus non ſolum caro ſed etiam oſ-
ſa & nerui, & anima eſt ibi ratione coniunctionis, ſcilicet cũ
corpore: eſt enim inſeparabiliter corpori coniuncta: quanti-
tas autem & alia accidentia ſunt ibi ratione inſeparationis a
corpore:deitas autem eſt ibi ratione vnionis,quę nota:& ſic
materia conſecratur in ſolum corpus & ſanguinem Chriſti,
& corpus Chriſti eſt ibi per ſacramentum,anima autem dei-
tas & trinitas ſunt ibi per concomitantiam, ad quæ ſ̃.q.5.8. 110
& q.9.ibi,tertium.& q.21.& ſ̃.q.82.

108 ¶Octuageſimoprimo quæro, quare Chriſtus ſumitur in
alia ſpecie, ideſt carnem † & ſanguinem Chriſti ſuſcipimus
ſub ſimilitudine ſeu ſub ſpecie panis & vini? Reſpondeo, ne
ſit alicui horror cruoris, & quia contra ius naturale eſt ho-
minem in ſpecie ſua comedere, & ne infideles nos irrideant:
vnde ſi paganus quæreret a me, quid ſumis cum corpus
Chriſti & ſanguinem ſuſcipis:nonne teneor reſpondere,hu-
manum corpus & ſanguinem ſuſcipio: quare ergo dicit Au-
guſtinus, quòd taliter non ſumatur, quia ridiculum fieret a
paganis.ad hoc ipſe reſpondet, aliud eſt quando ſic ſumitur
ſub ſpecie panis & vini,aliud quãdo apertè ſub humana ſpe-
cie ſumeretur, vt uideretur caro humana & ſanguis huma-
nus.& ſi quærat hęreticus, quid ſumo ſumendo ſanguinem
Chriſti,non reſpondebo ei,ſumo ſanguinem: & hoc propter
horrorem:nec dicam ſumo vinum,quia mentirer:ſed dicam,
ſumo ſanguinem Chriſti ſub ſpecie vini, ſecundum Laud.& 111
Doct.vt refert Archidia.de conſecra. diſtin.2.& vtrum. & c.
ſequenti.& ſupra q.20.& de hoc not.in c.penultimo,de cele.
miſſa.& in c.1.de ſumma trinitate,ad finem, & dicit Math.q̃
ideo ſub figura panis & vini fit,quia non habemus in vſu car-
nem crudam comedere & ſanguinem bibere,de conſecra.di.
2.quid ſit ſanguis.vt p Fran.in cle.ſi dominũ.ver.hoc eſt me-
moriale.1.quæſt.in fin.facit ſupra q.11.in fine.

109 ¶Octuageſimoſecundo quæro, an Chriſtus † deſcendat
in ſtomachum ſumentis? Reſpondeo, ſic, & ibi eſt quandiu
manẽt ſpecies panis & vini,ſecundum Piſa.in §. Euchariſtia.
1.§.qualiter,ad quod ſupra quæſt.8.glo.tamen in c.non iſte.
de conſecra.diſt.2.dicit, q̃ ſpecies panis & vini bene vadunt
in corpus,& ſubdit, ſed nunquid eſt ibi ſacramentum : & re-
ſpondet non, quia tamdiu eſt ibi ſacramentum, quandiu eſt
corpus,ſed quandiu hoc ſit,ideſt vſque ad quem locum pro-
cedat per gulam, neſcio, ſed licèt non ſit ſacramentum dum
eſt in corpore, ſi tamen quis vomit illud, cum veneratione
eſt ſeruandum,quia ſacramentum fuit,ſm fratrem Ni.Oſim.
in addi.de hoc no.in c.& ſi Iudæos.de Iudæis,& de conſecra.
di.2.trib.& in d.c.nõ iſte panis.vbi refert Archi.Hug.crede-
re,q̃ tamdiu ſit ſacramentum, & tandiu corpus Chriſti ſit in
ſumente,donec ſpecies ſit in ore,& ſapor eius nõ ſentitur:qd
fit,ex quo tranſglutitur, ſtatim deſinit eſſe ſacramentum, &
corpus Chriſti deſinit eſſe in ſumẽte:ſed Hug. de ſancto Vi-
ctore dicit,q̃ quandiu manent illæ ſpecies, ſub illis eſt Chri-
ſtus integer:vnde ſi intrant ventrem, ſub illis manet quãdiu
ſunt ibi, ſicut ſub ipſa ſpecie eſt in pixide : & verũ eſt ſm Pe-
trum,q̃ non uadit in corpus vt illud nutriat,ſicut cæteri cibi:
ad quod ſ̃.q.9.Intrat tamen & eſt ibi ſub ſpecie ſacramenta-
li,quandiu illa durat,ſm Petrum : & hoc etiam tenent theo-
logi ſecundum Archid. in d.cap.non iſte.qui etiam dixit ea.
diſtin.ſi quis per ebrietatem. quòd aliqui vt ij voluerunt di-
cere, quòd corpus Chriſti non intrat ventrem,quod falſum
eſt,cùm ſpecies intrent, & quandiu ſpecies manent Chriſtus
integer latet ſub eis,& hoc probatur in d.c.ſi quis.& dictum.
c.non iſte.quod allegatur non obſtat,quia pro tanto dicitur,
q̃ iſte non eſt panis qui vadit in corpus, quia non intrat cor-
pus ſicut cibus materialis,vt ipſum nutriat:Intrat tamẽ & eſt
ibi ſub ſpecie ſacramentali, & ſic poteſt euomi, vt dicitur in
dicto c.ſi quis.ſecundum Pet.& Archidiaco.idem in ſumma
aſtenſi,lib.4.§.deinde conſiderandum eſt de vſu, dicens non
obſtat quod habetur de conſecra.diſt.1.tanta.vbi dicitur, q̃
quandiu ſpecies dentibus atteritur,tam cito in cœlum rapi-
tur,ſcilicet corpus Chriſti, quia intelligitur quando ſpecies
tamdiu maſticatur, q̃ per digeſtionem quæ fit in ore non re-
manet in ſua forma,ſecundum Richardum & Laud. in ſacra-
mentali,de ſacramento Euchariſtiæ, in 12.col.ver.4.quæro.
idem frater Anto.in dicta ſumma, tertia parte.cap.de miſſa.
idem Ioan. de Imo. in clemen.ſi dominum.in 7.colum. poſt
Laud.de reli.& uenera.ſan.dicens, q̃ deſcendit in ſtomachũ
etiam muris illud comedentis : Deus tamen non de facili p-
mittet,quòd animal comedat illud,ar.not. in ſimili in capitu.
licèt.de cle.ad idem per Fran.poſt Doct.in dicta clem. ſi do-
minum.verſicu.ſingularis,in fin.vnde dicit Petrus de palu.
dic,quòd in ſtomachum traijcitur, & ſic emittuntur ſpecies
per ſeceſſum ſicut emitteretur ſubſtantia panis & vini, non
aliter, propter quod non eſſet danda Euchariſtia habenti
fluxum,qui emittit integrum quod ſumit, ſicut nec habenti
vomitum,ſecundum eum in 4.di.9.q.1.arti.2.& facit ſ̃.q.59.
& ſ̃.q.prox.& ad illud, dentibus atteratur.ſ̃.q.84. ad fin.

¶ Octuageſimotertio quæro, an ſit ſumendũ † cũ reuerẽ-
tia? Reſpondeo,ſic,de peni.& remiſſ.omnis.ibi, reuerenter.
& de conſec. diſt.2.qui ſcelerate. vbi per Arch. & quod not.
in clemen.ad noſtram. ver.octauo.de hęret.ad hoc de celeb.
miſſa.ſane.ſecundo reſponſo.per quod videtur, q̃ debet fle-
ctere genua, licèt regulariter genua corporis flecti non de-
beant,de ferijs.c.2.& in c.decet.de immuni.eccle. & facit de
conſ.diſt.prima.nullus epiſcopus. & quod not.Archidia.25.
di.c.1.vbi dicit,quòd cùm legitur Euangelium, ſtamus reue-
renter,non autẽ cùm legitur Epiſtola, pro quo de conſecra.
diſt.1.Apoſtolica & quod not. Ioan.Andr.in d.c.ſane. Item
debet deferri ad infirmũ reuerenter ante pectus cum lumine
præcedente,eſt.n.candor lucis ęternę,d.c.ſane. Itẽ debet cõ-
ſeruari in loco honeſto & mundo, & firmiter clauſo cum lu-
mine lampadis vel cerei,ſecũdum Petrum de Pal.in 4.di.13.
q.2.in fine, & Docto.in dicto c.ſane.Item non debet poni in
altari loco reliquiarum;Hoſt,in ſumma,de conſecra. eccle.§. 111
& qualiter.

¶Octuageſimoquarto quæro, † quot modis manducatur
Chriſtus? Dic quòd duobus modis ſecundum Auguſtinum.
Vno ſacramentaliter,& iſto modo boni & mali manducant.
Alio ſpiritualiter, & ſic ſoli boni edunt : Nam ſpiritualiter
manducat,qui in vnitate Chriſti & eccleſiæ, quam ſacramẽ-
tum ſignificat, manet, vt patet per magiſtrum ſententiarum
in 4.diſt.9.idem in ſum. confeſſ.eod.tit. q.67.& illi dicuntur
manere in vnitate Chriſti & eccleſiæ, qui ei cordiali fide &
opere adhęrent, 24.q.3.de illis. & de conſecra.diſt.2.crede-
re.in quo c. patet, q̃ duplex eſt modus manducandi, vnus
ſpiritualiter deuota fide tantùm:vnde ibi dicitur, qui credit
manducat. alius eſt fide & debita ſacramenti perceptione,
ſecundum fratrem Nicolaum Oſi. poſt Piſ. in verbo, cõmu-
nicare.& per Laud.in ſacramentali, de ſacramento Euchari-
ſtiæ.12.col.ver.3.an mali.facit quod no.de conſe. diſ.2.quid
eſt.vnde dicit Pe.de Pal.Secunda concluſio eſt, q̃ eſt duplex
modus manducandi,ſcilicet ſpiritualiter & ſacramentaliter,
de conſe.diſt.2.quia paſſus. & c.qui manducat, cum ſi.vnde
aliquis manducat ſacramentaliter & ſpiritualiter, cõmuni-
cans in fide & charitate. Secundus neutro modo, nec ſacra-
mentaliter nec ſpiritualiter, ſicut peccator nõ communicãs :
Tertius ſacramentaliter nec ſpiritualiter, ſicut peccator fide-
lis cõicans : Quartus ſpiritualiter & non ſacramentaliter, vt
iuſtus non cõicans, ſed ſi habet actu deuotionem ad ſacra-
mentũ,vt deuote audiens miſſam, tunc magis : ſi aũt deſide-
ret cõicare aut celebrare nec poſſit,tunc maxime,ſm eum in
4.diſt.9.q.1.art.primo.Et ſubdit in ſecundo articulo, q̃ pec-
cator ſumit corpus Chriſti verè & ſacramentaliter, ſi habet
fidem, vel ſaltem id quod res eſt & ſacramentum, ideſt cor-
pus Chriſti verum,ſiue habeat fidem ſiue non, & quod dicit
glo.de conſe.di.2.c.tribus. q̃ niſi ſpecies dentibus atteratur,
ad cœlum rapitur, hęreticum eſt, & ſibi ipſi contradicat &c.
ſecundum eundem. Item ſancti patres manducauerũt Chri-
ſtum ſpiritualiter ſecundum ſe, non autem de ſacramento
nec de Chriſto, prout eſt in hoc ſacramento ſecundum eum
ibidem ſecunda concluſione : nullus autem Angelus nec
bonus nec malus poſſet manducare hoc ſacramentum, vt
ibi per eum.

¶Octua-

¶ Octuagesimoquinto quæro, an quis cogendus sit semel in
112 † anno communicare? Videtur quòd non aliter quàm dispo-
natur in cap.omnis.de pęniten.& remiss.si enim esset pec-
cator, sumendo peccaret mortaliter, supra quæstio.73.de
hoc etiam no.de pen.dist.1.qui sanctus.in verbo, remordet.
posset tamen cogi,vt faceret se dignum,idest vt pęniteat,de
conse.dist.2.si quis intrat.& per Ant.de But.in c.oĩs.in 8.col.
facit quod not.30.distin.in fi.vbi hoc videtur sequi Archid.
allegans etiam ad hoc de consecra.distinct.2.hi qui.pro hoc,
113 quia existens in † peccato compellitur ad pęnitentiam, not.
6.quæst.1.omnis.& 27.q.1.actio præsentium.& in capit.ad
audientiam.de spon.& in capit.fina.de tempo.ordin.& per
Ioan.And.in cap.1.de cleri.coniug.& Ioan.de Imo.in clem.
1.in principio, de pęniten.& remiss.& quod not.24.quæst.
3.quicunque.cum si.& per Franc.in dicta clemen.prima op-
po.vide tamen Anto.de But.in cap.requisiuit.in fi.de sponſ.
nam compellitur quis in peccato manifesto, secus in occul-
to, vt per Anto.de Butr.in cap.omnis.in 8.colum.nec enim
in foro pœnitentiali cadit absoluta compulsio, vt not.Ar-
chid.in cap.si pauper.de præben.lib.6.sic & aliàs nolens co-
gitur, vt fiat volens, not.7.quæst.1.omnis.& de bap.maio-
res.in verbo, contrarium.& 23.quæstio.6.vides.& in l.3.§.
idem Cassius.ff.de tutelis.& in cap.quæris.glo.fina.in fin.de
æta.& quali.& in cap.cum inter.glo.3.de elect.& quod not.
in capit.tuas.de vsuris.& nunquid suspectus, quia in anno
non communicat, cogendus sit communicare? Ioan.And.
in cap.omnis.5.colum.remittit ad not.30.distinct.cap.vlti-
114 mo. Ex his videtur, quòd Eucharistia † non sit de necessi-
tate salutis ratione sui, quasi eius effectus sit necessarius ad
salutem, cùm eius effectus sit confirmatio in bono & in gra-
tia, quod pertinet ad perfectionem magis quàm ad necessi-
tatem, ad quod infra quæst.115. est tamen de necessitate
salutis ratione præcepti diuini: Item præcepti ecclesiæ, quæ
statuit, quòd semel in anno sumatur in Pascate, de pęniten.
& remiss.omnis.secundùm Petrum de Palu.in 4.distinct.9.
quæst.1.in 2.colum.& nota ex hoc, quòd communio proce-
dit ex præcepto diuino, dum dixit, Hoc facite &c.& supra
quæst.72.in fi.

115 ¶ Octuagesimosexto quæro, vtrum † nocturna pollutio im-
pediat communionem seu celebrationem? Respondeo, se-
cundùm Tho.in distinct.9.ad hoc vt homo digne ad sacra-
mentum accedat, tria requiruntur: Primo mundicia con-
scientiæ, quæ non nisi per peccatum tollitur: Secundo re-
quiritur eleuatio mentis ad Deum per actualem deuotio-
nem, & hæc interdum sine peccato amittitur; vt per men-
tis hebetudinem vel occupationem aut euagationem: Ter-
tio munditia corporalis: vnde celebrantes vel etiã tractatu-
ri aliquod sacramentum propter reuerentiam, lauant ma-
nus: Itaque primò & principaliter peccatum impedit: Se-
cundo indeuotio seu hebetudo mentis: Tertio corporalis
immunditia: & hæc tria quandoque concurrunt in aliqua
nocturna pollutione, quandoque duo ex his, quandoque
vnum tantum: & secundum hoc homo magis vel minus im-
peditur: & ideo distinguendum est de pollutione,quæ mul-
tipliciter potest contingere, & primo quidem contingit ex
sola dispositione naturę & non ex præcedenti cogitatione:
& tunc non est signum alicuius peccati, sed potest hebetu-
dinem mentis inducere; si simul cum imaginatione contin-
gat, immunditiam vero corporalem habet, & ideo si neces-
sitas immineat vel deuotio exposcat, non impedit, præci-
pue quando sine imaginatione contingit: tamen si propter
reuerentiam abstineat quis, laudandus est, & maxime quan-
do talis naturæ dispositio perpetua non est secundùm Tho-
mam. Secundò uero potest contingere ex præcedenti co-
gitatione, & hic dicendum, quòd cogitatio hniusmodi tur-
pium quandoque potest esse sine peccato, sicut cùm est co-
gitatio tantum, vt cùm quis disputando de talibus oportet
quòd loquens cogitet: quandoque est cum peccato veniali,
quando scilicet cogitatio pertingit ad affectionem & in sola
delectatione finitur sine vllo deliberatiuo consensu: quan-
doque autem est mortale, quando scilicet consensus adiun-
gitur, & quia cogitationi tali de propinquo est delectatio,
& delectationi consensus, & ideo in dubium verti potest,
vtrum sequens pollutio ex peccato acciderit vel non, & an
veniali vel mortali: quando ergo sic dubitatur de præce-
denti consensu omnino abstinendum est. Si autem non du-
bitatur, sed expresse inueniat quis consensum non præces-
sisse, & necessitas vrget, aut si aliqua potior causa potest ac-
cedere aut etiam celebrare, quòd si necessitas vel causa non
sit, & tamen celebrat, non peccat mortaliter, sed veniali-
ter, melius est tamen abstinere propter reuerentiam sacra-
menti. Tertiò potest contingere ex cibo vel ex potu præ-
cedenti, & tunc idem est iudicium sicut ex illa pollutione,
quæ ex turpi cogitatione processit, nisi in tantum quòd non
ita de facili contingit peccari mortaliter in susceptione cibi
sicut in cogitatione turpi. Quartò potest contingere ex il-
lusione, & quidem si illusionis causa in nobis præcessit, idem
est iudicium quod de cogitatione præcedenti. Si autem in
nobis causa non præcessit, imo potius contraria causa, &
hoc frequenter accidit, & præcipue in diebus in quibus de-
bet communicare aliquis, & signum est quòd diabolus ho-
mini fructum Eucharistiæ auferre conatur, vnde in tali ca-
su consultum fuit cuidam monacho, ut in collationibus pa-
trum legitur, quòd communicaret, & sic diabolus videns
se non posse consequi intentum, ab illusione cessauit: ge-
neraliter tamen quia causa, ex qua contingit, non ita de fa-
cili potest percipi, tutius est semper abstinere, nisi necessi-
tas imminear, & debet abstineri, vt dicitur secundùm Tho.
vsque ad vigintiquatuor horas, quia in tali spacio natura,
quæ per corporalem immunditiam & mentis hebetudinem
deordinata fuerat, reordinatur secundùm Pisa. in §.com-
municare. idem in sum.confesso.lib.3.titu.24.quæst.73.vbi
etiam dicitur secundùm Thomam, quòd pollutus, nisi pol-
lutio habeat ortum ex peccato mortali, deberet celebrare
pro alio qui est in peccato mortali, ne ille celebrando pec-
caret mortaliter, secundum fratrem Nico.in addi.vnde di-
cit Petrus de Palu.Secunda conclusio est,quòd pollutio im-
pedit sumptionem Eucharistiæ & ratione delicti, si ex deli-
cto procedat, & ratione immunditiæ, quæ semper est, si ci-
tra mediam noctem accidit, vel forte si citra vigintiquatuor
horas, secundùm Thomam.impedit etiam ratione distra-
ctionis mentis, quousque sit contritus & confessus, nec etiã
eodem die peccati mortalis communicandum est, quamuis
confessus & contritus, si tamen faceret non peccaret mor-
taliter: similiter immunditia & distractio impediunt, nisi
deuotio recompenset, aut scandalum immineat, si tamen
cum celebret, ex quo mortale non adest, mortaliter non
peccat: & si homo probabiliter credat, quòd ex illusione
dęmonis sibi contingat, non dimittat communionem nec
celebrationem, vt per Petrum de Palu.in 4.distinct.9.quæst.
3.vbi plene.& hanc materiam latè explicat frater Anton-
nus in summa,3.parte.cap.de missa.tandem colligit, quòd
in tribus casibus absque dubio erit in sua libertate comu-
nicare vel celebrare,& præcipue cùm accidit sine turpi ima-
ginatione nec mentis distractione: Primus casus, si euenit
ex casu, vbi nullum credit probabiliter fuisse peccatum ex
auditu turpium in collatione & simi.Item si ex superfluitate
naturæ. Item si ex illusione diaboli: subdit etiam dictam
opi.Pet.de Palu.dicentis abstinendum esse in casu, quo ab-
stineri debet, quando pollutio accidit citra mediam noctem,
vt supra: & ad illud quod dicit Pisa.quando cogitatio per-
tingit ad affectionem &c.intellige, quòd non moretur in ta-
li delectatione, sed quando delectatio fuit venialis, vt quia
affuit complacentia sensualis, non morosa, aliàs esset pec-
catum mortale secundùm Magistrum in 4. distinct. 24. & in
lib.compendij Theologiæ, c.de luxuria.& per Alexandrum
de Ales in 2.in titu.de peccato veniali.quæst.8.& dixi supra
§.proxi.quæst.70.& dicit Laud. quòd nocturna pollutio de
se non est peccatum, quia abest voluntas,6.distinct.testa-
mentum.quia cùm prouenit ex triplici actu,videlicet cogita
tione, gurgitatione, & debilitatione naturæ superflua ex-
pellentis,& talis immunditia licèt conscientiam non vrgeat,
inducit tamen hebetationem deuotionis, maxime si cum
imaginatione concussionis eueniat, & ideo abstinendum est
a celebratione, nisi magna necessitas immineat, de quo ple-
ne in d.cap.testamentum.& sequentibus, vt latius per eum
de sacramento Eucharistię, in 13.colum.10.quæst.& de pol-
lutione nocturna per Hostien.in summa, de adulterijs.§.si-
na.& de celebratione missarum.§.1.& de consecra.eccle.§.
a quo celebranda.& de hoc prolixè not.Tho.secunda se-
cundę.quęstio.154.artic.5.& solet talis nocturna pollutio
naturaliter accidere vel in mense, vt dicit Hostien.in sum-
ma, de pęniten.& remissio.§.quę interrogationes.in quarta
colum. ibi, peccasti contra naturam &c. aliquibus tamen
plus:

116 ¶ Octuagesimosexto quæro, an Eucharistia † sumi debeat a
ieiunis?

ieiunis? Respondeo,corpus Christi a ieiunis tantum percipi
debet,7.quæst.1.nihil.de consecra.distin.2.liquido. quod in
reuerentiam tanti sacramenti institutum est,nisi propter ne-
cessitatem imminentis mortis, ne contingat sine viatico ex
117 hac vita transire: Est autem † sciendum, q duplex est ieiu-
nium,scilicet naturæ & ecclesiæ: Ieiunium naturæ est,quod
importat priuationem cuiuscunq; præassumpti per modum
cibi vel potus: tale ieiunium requiritur ad hoc sacramentũ,
& ideo neq; post assumptionem aquæ vel alterius potus aut
cibi vel etiam medicinæ in quantumcunq; parua quantitate
licet hoc sacramẽtum accipere, nec refert vtrum aliquid nu-
triat vel nõ,aut per se,aut cum alijs, dummodo sumatur per
modum cibi vel potus: reliquiæ tamen cibi remanentis in
ore si casualiter transglutiantur, non impediũt sumptionem
huius sacramenti,quia non traijciuntur per modum cibi vel
potus,sed per modum saliuæ,quod euitari nõ potest: Aliud
est ieiunium ecclesiæ, quod instituitur ad carnis maceratio-
nem, & tale ieiunium non soluitur per prædicta, quia non
multum nutriunt sed magis ad alterandum sumuntur, secun
dum Pisa.in §.communicare. Idem in summa confes.eo.tit.
quæst.64. vbi etiam dicitur secundum Thomam, q similiter
non impediunt communionem, si casualiter recipiantur re-
liquiæ aquæ vel vini,quibus os abluitur,dummodo nõ traij-
ciantur in magna quantitate,secundum fratrem Nico.in ad-
118 di.porrò ecclesia † diem naturalem incipit a media nocte,&
ideo si post mediam noctẽ aliquis aliquid sumpserit per mo-
dum cibi vel potus, non potest ea die sacramentum hoc su-
mere,potest vero si ante mediam noctem, nec refert vtrum 120
post cibum vel potum dormierit,aut etiam digestus sit quã-
tum ad *rationem* præcepti, refert autẽ quantum ad pertur-
bationem mentis,quam patiuntur homines propter insom-
nitatem vel indigestionem, ex quibus si mens multum per-
turbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sa-
cramenti: hæc Tho.3.parte. q.80. secundum Pisa.vbi supra.
Idem in summa confes.eod.tit.quęst.65.vnde corpus Chri-
stia ieiunis tantum recipi debet,vt supra in principio,vt sci-
licet prius in os & stomachum Christiani intret corpus do-
mini, quàm alius cibus pro illo die, dicto c.liquido.nisi im-
minente morte,vt supra: & quod dicitur de consecra.dist.1.
sacramenta a ieiunis sumantur excepto die cœnæ,habuit lo-
cum antiquitus, sed nunc est abrogatum & non seruandum,
secundum Petrum,& glo.in dicto cap.sacramenta. & in d.c.
nihil.in glo.pranso.facit dictum c.liquido.& quamuis in ali-
quo casu liceat non ieiuno communicare, vt supra,nunquã
tamen licet non ieiuno celebrare, nec propter infirmum cõ-
municandum, nec propter vitandum scandalum quodcũq;,
nec propter pręceptum,nisi Papę,qui solus posset in hoc di-
spensare,cùm sit præceptum positiuum: vnde dicitur in d.c.
nihil.nullus post quantumcunque minimum sumptum cibũ
aut potum missas facere præsumat, sed bene liceret non ie-
iuno prosequi inchoatã, prout dicitur supra quæst.51.& 54.
celebrando autem vel communicando non ieiunus peccat
mortaliter,vt dicit frater Anto.in dicta summa,3.parte.c.de
119 missa.& illud,quòd † quis ex causa possit bis celebrare, pro-
cedit tamen dum sit ieiunus,de celeb.mis.ex parte. & ibi per
Doct.& Fran.eo.tit.c.1.in 8.notabili.& in c.consuluisti.in 2.
& 3.q.cum sim.Et ad illud, est autem sciendum q duplex est 121
supra quæst. 99. & generaliter an sacramenta possint recipi
ab hæreticis, excommunicatis & depositis, vide per Innocẽ.
& Doctores in cap. fraternitatis. de hæreticis. & in cap. 1. de
scismaticis. vbi etiã an audiantur ab eis diuina, & an Eucha-
ristia recipiat in necessitate, & simil. vnde Pet. de palu. quòd
ab istis non debent talia recipi etiam in necessitate, nec pu-
blice, si sit manifestum, nec occulte si sit occultum, dum ta-
men sine proditione occulti, possunt talia omitti, secundum
eum latius in 4. distin. 13. quæst. 1. artic. 4. conclu. 5. & supra
quæst. 99. Item si sacerdos sit fornicarius vel simoniacus, nõ
in ordine occultus, vel non notorius, vel si est irretitus quo-
cunque alio crimine occulto vel publico, dum tamen non sit
irregularis, qui per consequens est suspẽsus, sicut homicida,
ab omni tali licet recipere Eucharistiã & missam audire, sed
si est fornicarius notorius per confessionem in iure aut sen-
tentiam aut facti euidentiam non licet a tali missam audire,
nec per consequens ab eo sacramenta recipere publice vel
occulte, sed si non est notorius, tunc licet: & idem est de si-
moniaco non in ordine: simoniacus vero in ordine est su-
spensus quo ad se & quo ad alios, sicut & excommunicatus
maiori: vnde etiam si isti sunt occulti, in occulto non in pu-
blico sunt vitandi: sed in omnibus talibus, si quis in occul-
to, vt ruborem ad pœnitentiam sacerdoti peccanti incutiat
non recipiendo sacramenta vel eius missam non audiendo,
si hæc ex despectu non faciat, bene facit, & sic intelligitur de
cle. excom. minist. Apostol. sedis. & c. vlti. fm Pet. de palu. in
4. distin. 13. q. 1. in fin. ad quæ videas supra q. 99. per totam,
præsertim in fine. vnde non tenet sententia illius, qui nõ ha-
bet gratiam sedis apostolicæ, Ioan. And. in c. vno. 3. colum.
de litis contesta. lib. 6.

¶ CII. quæro, an in casu † necessitatis possit recipi Eu-
charistia de manu laici? Respondeo non, supra quæst. 47.
vnde refert frater Antoninus in sua summa Thomam & Pe-
trum de palu. simpliciter tenere, quòd in nullo casu debet
Eucharistia ministrari vel sumi per laicum ad communican-
dum, quia non habet manus consecratas, & hoc non est sa-
cramentum necessitatis. Idem dicit Archidia. 24. quæstio. 1.
cepit. cum sufficiat contritio, de consecra. distin. 2. vt quid.
vt ibi latius, ipse tamen Archidia. de consecra. distin. 2. per-
uenit. refert Laud. & Hug. tenere contrarium, nil tamen al-
legat: vnde verius est quod prædixi, & sequitur Ioan. And.
in c. quanto. de consue. pro hoc optime glo. in dicto c. cepit.
quæ dicit, ꝙ de omnibus, quæ spectant ad officium sacerdo-
tis, illud solum licet laicis etiã in necessitate, de quo expres-
sum reperitur: cum ergo istud non reperiatur cõcessum, er-
go prohibitum, de hoc etiam not. in c. 1. de custo. Euchariſt.
dicit tamen frater Antoninus vbi supra, ꝙ quamuis non li-
ceat laico Eucharistiam ministrare, scilicet ex officio, reper-
tam tamen in terra licet reuerenter eleuare, licet nõ habeat
manus consecratas, quia hoc non facit ad dispensandum,
ad quod

ad quod requiritur consecratio, sed ad custodiendum, ad qd
non requiritur: vnde pixis, in quo conseruatur Eucharistia
in tabernaculo, non consecratur nec benedicitur, quod tamẽ
fit de corporali & calice, secundum Pet. de palu. in 4. dist. 13.
q. 1. art. 4. & sic pixis, idest la bossula, s̃. q. 6. & q. 82. & ad prę-
dicta facit s̃. q. 75. & j. q. proxima. & q. 114. & supra proximo
§. quæst. 89.

143 ¶ CIII. quæro, an † in necessitate liceat sumere corpus
Christi de manu diaconi. Respõdeo sic, iussu presbyteri vel
presbytero absente, 93. distin. diaconos. & c. præsente. & no.
de consecra. distin. 2. peruenit. vbi Archid. dicit, quòd si ne-
cesse est, vt quia ipse presbyter infirmatur, potest per diaco-
num ministrari facere Eucharistiã, & si magna necessitas im-
mineret, communicare potest infirmum etiam per purũ lai-
cum, dum tamen catholicum, aliàs non, 24. quæst. 1. cepit. se-
cundum Archi. post Laud. & Hug. qui tamen ad illud de lai-
co nil allegant, ideo videas supra quæst. proxima. & ad pro-
positum nostrum idem glo. & Archi. in dicto c. diaconos. &
s̃. q. 47. & no. in c. 1. de custo. Eucha. & ibi per Doc. vnde di-
cit Petr. de palu. ꝙ diaconus habet ex officio dispensare san-
guinem & non corpus domini, nisi scilicet in necessitate, sci-
licet quando infirmus moritur, & presbyter nõ est præsens,
vel quando presbyter mandat ei, & est impeditus, vel quia
est infirmus, vel quia in Pascate non sufficit omnibus mini-
strare, vnde in Pascate Iosiæ & Ezechiæ Leuitæ adiuuerunt 147
sacerdotes: laicus autem in nulla necessitate nec se nec aliũ
communicare debet, secundum eum in 4. distin. 44. q. 4. ver.
sextus. & dist. 13. q. 1. arti. 4. & s̃. q. proxi.

144 ¶ CIIII. quero, an † subdiaconus possit ministrare Eu-
charistiam in casu, quo posset diaconus? Videtur ꝙ sic, per
notata s̃. q. proxima, & videtur probari de consec. dist. 2. tri-
bus. in prin. vbi tex. iuncta gl. 1. & iunctis notatis per Archi.
vbi dicit, ꝙ per ministros trium graduũ corpus Christi tra-
ctatur, idest per presbyterum, diaconum, & ministrum, idest
subdiaconum, prout exponit ibi Archi. & glo. 23. dist. mini-
strum. & 31. dist. lex. in glo. 1. diaconis. pro hoc, quia subdia- 148
conus & diaconus pari passu ambulant, & eodem priuilegio
gaudent, vt dicit Archi. 15. q. 7. §. solus. & not. in c. ad hæc. de
relig. domi. & in c. in decorem. de æta. & quali. & in c. præte-
rea. & in c. a multis. eo. tit. & in c. super eo. glo. penul. de biga-
mis. facit quod dicit dominus Fran. in c. 1. in verbo, ministris.
ne cleri. vel mon. & quod not. Hostien. in simili in summa de
pœnis. §. quæ. ver. interfectoribus. & Archi. 23. q. 5. sunt quę-
dam. Iura tamen non clare exprimunt de subdiacono, nisi
vt supra dixi. Idem tamen videtur, vt dixi, & cautum fuit nõ
concedi diacono indifferenter, sed vt supra, tum ob reuerẽ-
tiam huius sacramenti, tum ne ob hoc se extenderent, vt no.
in simili in cap. 1. de sortileg. & in cap. 2. de celebr. mis. & 26.
quæst. 2. cap. 1. & quod not. per Fran. post Hostien. in cap. si-
cut. 2. oppo. ne cleri. vel mona. & similiter bonum est non
concedere subdiacono.

145 ¶ CV. quæro, an ad † communionẽ quis accedere pos-
sit statim post confessionem? Respondeo, consulitur, ꝙ pri-
mo se præparet, & se ipsum probet, s̃. q. 72. & pro parte sa-
tisfaciat, de tempo. ordi. ex tenore. & s̃. §. proximo. q. 129. & 149
j. q. 107. non tamen est necessarium, nec peccaret talis statim
communicando, vt per Inno. & Ioan. And. in d. c. ex tenore.
facit s̃. q. 86. circa fin. & q. 88. faciunt not. per Ioan. And. in c.
sicut. de cohabi. cleri. & mulie. Sic ergo ante peractam pœ-
nitentiam potest confessus communicare, supra §. proximo.
quæst. 103. circa medium.

146 ¶ CVI. quæro, an sacerdos † possit dare corpus Christi
ei, quem scit esse in mortali peccato? Rñdeo fm Tho. in 4.
dist. 9. Si est occultũ peccatum, puta per ꝛfessionem, vel aliàs
secrete scitum, & ille in occulto petit, dẽt ei denegare & mo
nere eum, ne in publico petat: Si aũt in manifesto petat, dẽt
ei dare, de conse. dist. 2. non prohibeat. Si vero peccatum est
manifestũ, tunc siue in occulto siue in manifesto petat, dẽt ei
denegare: ꝙ si dicat se confessum & absolutũ, an credere ei
debeat, vide s̃. §. proxi. q. 91. secundum Pisa. & in summa cõ-
fes. lib. 3. tit. 24. q. 78. secundum fratrem Nic. in addi. & not.
per glo. & Archi. de consecra. distin. 2. pro dilectione. & per
Ioan. de Lign. post Docto. de simo. per tuas. 2. & Laud. in sa-
cramentali, de sacramento Eucharistiæ. in 13. colum. 9. q. fa-
cit quod not. 86. dist. donare. Petr. de palu. in 4. distin. 9. dicit,
ꝙ etiam si peccatum sit occultum, si peccator in publico pec
cat, non debet illi dare, si sacerdos non tenetur ei ministrare,
vt quia non est eius curatus, vel si sit curatus, non tenetur ei
tunc ministrare, quia non est dies Pascatis, nec est infirmus
ille peccator: vnde sacerdos talis debet tunc in his casibus ei
denegare, quia debet proximum prohibere à peccato mor-
tali quando potest, vt ibi plenius: sed frater Antoninus in
summa dicit, ꝙ Tho. simpliciter dicit absque distinctione, ꝙ
pro peccato occulto non est neganda communio petenti in
publico, de conse. dist. 2. non prohibeat. & hoc, tum quia pro
peccato occulto pœnam publicam inferens esset reuelatio
criminis, tum quia scandalum esset, si negaret, tum quia qui-
libet Christianus habet ius in perceptione Eucharistiæ, nisi
illud per mortale amittat: vnde cùm non cõstet in facie ec- 221
clesiæ illum amisisse ius suum, nõ debet ei negari in facie ec-
clesiæ: concor. Alber. & Pet. secundum eum: facit s̃. §. proxi.
q. 163. Sed forte Pet. de pal. loquitur in extraneo sacerdote,
qui remittere potest ad curatum, vel etiam in curato, quãdo
dicere posset, non habeo hostiam cõsecratam, vel similia, ta-
liter ꝙ nullatenus videatur prodere, nec scandalum oriatur,
& hoc ne det causam peccãdi, s̃. q. 99. cum sim. aliàs videtur 221
ꝙ dare debeat, nam & Christus tradidit Iudæ Eucharistiam
simul & alijs discipulis, 23. q. 4. tu bonus. 1. q. 1. Christus. vbi
de hoc, & postea etiam tradidit panem intinctum, de cõsec.
dist. 2. cum omne. & c. sicut. vt not. Archi. de conse. dist. 2. vt
ecclesia. Posset aliquis objicere, cùm minus malum sit reddi
aliquem de crimine suspectum, quàm crimen committere,
& de duobus † malis cum alterum vrget minus est eligendũ, 147
vt 13. dist. duo mala. cùm ergo discretus sacerdos nõ negat
Eucharistiam criminoso occulto, quatenus minus malũ in-
currat, vt maius euitat, idest ne credatur suspectus, nonne
mãducat indigne? dicas quia nemo debet vnum mortale cõ-
mittere ne proximus aliud mortale cõmittat, ideo sacerdos
potius eligere debet non prodere peccatorem, quàm vt ille
non peccet: ille vero potius debet eligere vt abstinẽdo red-
datur suspectus, quàm communicando manducet indigne, 221
secundum Inno. 3. vt refert Archi. in d. c. non prohibeat. ad
hoc j. quæst. sequenti. & sequen.

148 ¶ CVII. quæro, vtrum † corpus Christi debeat dari su-
spectis de crimine? Respondeo secundum Tho. in 4. dist. 9.
Triplex est suspicio: quædam violenta, quæ pro facto repu-
tatur, vt si inueniatur suspectus cum suspecta, & in eodem le
cto, & huiusmodi, & propter hanc sicut propter peccatum
mortale negãda est communio, ita videlicet, ꝙ si talis suspi-
cio procedit ex publica fama, non debet cõmunio dari, neq;
petenti publice neque secrete: Sed si talis suspicio sit soli sa-
cerdoti nota, tunc debet dari, si petatur in publico, non autẽ
si in occulto, sicut supra quæst. proxi. Quædam vero suspicio
est probabilis, vt si inueniatur solus cum sola tempore & lo-
co suspecto colloquens & frequentans: propter hanc ergo
non debet negari, quia pena non infligitur vbi culpa igno-
ratur. Quædam est leuis, vt si appareant aliqua signa non ta-
men omnino certa, & propter hanc negari non debet, secun
dum Pisan. in verbo, communicare. Idem Petrus, vt in sum-
ma confesso. eo. titu. quæst. 80. secundum fratrem Nic. in ad-
di. de hac materia per Petrum de palu. in 4. distin. 9. quæst. 4.
vbi etiam † dicit, quòd publicæ meretrices & publici vsura- 149
rij sunt omnino ab altari arcendi, nisi pœnitentiam egerint,
ita quòd post pœnitẽtiam priuatam possunt admitti ad Eu-
charistiam secretò, non autem in publico, nisi post publicam
pœnitentiam propter scandalum: nam manifesta delicta nõ
sunt occulte corrigenda, sed debent ædificari de pœnitentia
qui fuerunt scandalizati de culpa: vnde vel sacerdos debet
iniungere pœnitẽtiam publicam, vel debet publicare ꝙ ipse
est verè pœnitens, arg. de pœn. & remis. c. 1. de vsuris. c. quia
in omnibus. secundum eum ibidem, præsertim in 6. conclu.
vide j. q. proxi. & s̃. §. 4. quæst. 60.

¶ CVIII. quæro, si publici fornicatores pœniteant
† & confiteantur, non tamen se separantes, an sint in publi- 150
co communicandi per confessorem, præsertim si dicant ma-
trimonium contraxisse? Respondeo quòd non, per not. su-
pra duabus proximis quæstionibus, præsertim quia possent 221
simulare, ne cum iniuria a communione abstinerent, supra
quæst. 106. pro hoc, quòd alij scandalizati fuerunt, vt dixi
supra quæstione proxima, & supra §. 4. quæst. 48. post prin.
& quæst. 60. facit de homi. sicut dignum. in glo. magna. ibi,
nisi scandalum graue esset &c. pro hoc de no. ope. nunc. cum
ex iniuncto. §. super eo. cũ sim. præterea isti quo ad alios pro
infamibus habentur, per nota. de consecra. distin. 2. pro dile-
ctione. vnde sacerdos prius publicet, vt supra quæst. proxi-
ma, & postea ipsos communicet, facit s̃. §. proximo. q. 132.

in 2.col. & q.142.in fin. Cùm enim isti tales, licet matrimonium contraxerint in secreto,nolunt publicare,non videtur contriti,cùm non proponant remouere scandalum proximi ex ipsorum culpa procedens : facit supra §.proximo.q.134. post princip. Si tamen proponant scandalum remouere, & ad tempus matrimonium publicare, cum pro tunc ex causa illud taceant, videtur quòd absolui possent, & etiam communicare in secreto, non in publico,arg.cap.omnis.de pen. & remiss.& per not. supra quæst. proxi. vnde malefecit amicus &c.facit supra q.28.in fin.

151 ¶CIX. †quæro,vtrum corpus Christi debeat dari ad sumendum aliquod experimentum siue propter aliquam purgationem infamiæ & huiusmodi? Respondeo secundũ Tho. in 3.par.q.80.non,quia tales purgationes inhibitæ sunt, extra de purg.can.ex tuarum. secundum Pisa. Idem in summa confesso.eod.titu.quęst.81.secundum addi.licet aliter olim, 2.quæst.5.sæpe.

152 ¶CX. quæro,vtrũ † corpus Christi debeat dari histrionibus? Respondeo non,quia nec diuinæ maiestati nec ecclesiæ disciplinę competit, de consecra.distin.2.pro dilectione. & intellige de histrionibus illis,qui illicite artem illam exercent, vt in Pisa. in ver. histrio. Idem in summa confes. lib.3. titu.24.quæst.82. secundum addi. vbi autem ars histrionum sine mortali exerceretur, non videtur eis propter venialia communio deneganda, secundum Pet.de Palu. in 4.dist.9. quæst.4.conclu.4.Itē intellige si sit notorius seu manifestus, & perseueret,quia est infamis, aliàs videtur ꝙ possit dari,argu.not.86.distin.donare. & optime in d.c.pro dilectione. & seq.& s̃.q.106.dicitur autem histrio aliorum gestorum recitator,seu repræsentator,vt dicit Archid.76.dist. c.ieiunium. circa medium,& idem videtur de athletis & arenarijs , ff.de his qui not.infa.l.athletas.cum sim.

153 ¶CXI. quero,vtrum † corpus Christi debeat dari amẽtibus. Respondeo secundum Tho.in 4.distin.9. distinguendum est,quidam enim dicuntur large amentes,quia debilem habent mentem, & tamen sunt aliquo modo docibiles eorum, quæ ad fidem & deuotionem sacramenti pertinent, & 158 talibus non oportet corpus Christi negare. Quidam enim sunt omnino carentes iudicio rationis, & isti si fuerunt tales a natiuitate,non debet eis dari, quia nõ possunt ad deuotionem induci,quę requiritur ad hoc sacramentum. Si verò inciderunt in amentiam post fidem & deuotionem sacramẽti, vt quia prius erat bene dispositus, & sacramentum petierat, tunc debet ei dari,nisi timeatur periculum de vomitu,vel de expuitione,aut aliquo huiusmodi, 26.q.6.is qui.Idẽ Petrus, vt in summa confesso.eod.tit.q.83. vbi etiam dicitur secundum Thomam, ꝙ dæmoniacis non est deneganda communio,nisi fortè certum sit,ꝙ pro aliquo crimine a diabolo torqueatur,vel nisi timeatur de periculo,vt dictum est secundũ fratrem Nicolaum post Pisa.sed ad illud, si a natiuitate omnino caruerunt iudicio : adde, quia contrarium not.26.q.6. qui recedunt.in fine.Thomas tamen tenet, vt supra, & ideo perpetuo furiosis & amẽtibus non debet dari, quia nunquã habuerunt actualem vel habitualem deuotionem ad sacramentum, licet sint baptizati & confirmati : hoc enim sacramentum deuotionem requirit,dicẽte Apostolo, Probet autem se ipsum homo &c.secundum Pet.de palu.in 4.distin.9. 159 q.4.in fine. Si verò non fuerunt amentes perpetuo seu a natiuitate, vt quia furiosi habẽtes dilucida interualla, vel propter infirmitatem facti sunt frenetici,& tunc si credũtur esse in mortali peccato, non est eis dãdum corpus Christi,vt no. in dicto cap.qui recedunt.Sed si habita fide & deuotione sacramenti illud petat,& casu Dei, dum sacerdos inuitatus ad 160 eum venit, oppressus infirmitate obmutuerit, seu in frenesim conuersus fuerit, recepto testimonio illorum, qui eum audierunt,infundatur ori eius Eucharistia, quãuis continuò credatur moriturus,26.q.6.is qui.vbi not.quod tunc vni testi creditur,& clarius istud dicit Archid.de pœn.dist.1. mul- 161
154 tiplex.vbi dicit,ꝙ cùm nulli † fiat præiudicium, creditur vni testi etiã sine iuramento,arg.de consec.dist.4.cum itaque. & facit text.in dicto c.multiplex. secundum Hug.& Archid.& quod not.Ioan.And.in c.a nobis. de senten.excommu.in 3. colum. quia ergo antequam intrarent frenesim furiam vel amentiam habuerunt deuotionem ad sacramentum & pœ- 162 nituerunt, non est neganda communio, 26.q.6.si quis infirmitate.etiam si tales in sanitate non petierunt sibi dari,quãdo scilicet ex bona eorum conuersatione præterita verisimile est, quòd si præuidissent hunc casum Eucharistiam petijssent,habent enim tales deuotionem habitualem interpretatiuam,quæ sufficit. Hoc tamen intelligendum est,quando potest eis dari sine periculo expuitionis, vel alterius irreuerentiæ contra sacramentũ,vnde in istis inspicitur status mentis,quem habebant, cum in amẽtiam vel frenesim inciderũt, vt not.de consec.distin.4.hi qui apud. ad fi. & ad illud quod infundetur ori,facit quod not.in dicto c.hi qui.glo.fi.nisi timeatur vt supra,vt not.in dicto cap.is qui.in gl.1ed qualiter. & ibi per Archi.& his concordat Pet. de palu. in effectu vbi supra,& Laud.de sacramẽto Eucharistiæ, in 13.colum.q.11. 155 vnde datur muto,si signa appareant † de ipsius contritione, Ioan. And. in cap. cum apud. de spon.5. colum. & ibi idem Franc. in 9. quæst. ex quibus videtur, quòd si aliquis fidelis propter senectutem sensum perdiderit, nihilominus cõmunicetur,nisi timeretur vt supra : facit 2.q.7.Paulus. & 34.distin.c.1.& supra §.proxi.q.62.& q.124.

156 ¶CXII. quæro, vtrũ † còrpus Christi debeat dari his, qui pro criminibus sunt suspendendi vel decapitandi? Respondeo,si sunt confessi & pœnitent, non debet eis denegari,13.q.2.c.fi.secundum Pisa.& habetur in clemen.1.de pœniten.& remiss.& quod ibi not.Sed ob reuerentiã sacramenti debet officialis cauere, quòd non subito interficiat post communionem, facit supra quæst.82. & similiter non negatur communio excommunicato in morte, si pœniteat,cùm in pœnitentia viaticum includatur, de pœniten. & remiss. quod in te.& supra quæstio.68.in fin. & similiter non est deneganda dæmoniacis,nisi constet eos pro crimine torqueri, quia tunc pro excommunicatis sunt habendi, secundũ Thomam & Petrum de palud.in 4.distin.9.quæst.4.conclusio.9. & supra quæst.3.

157 ¶CXIII. quæro,an † detur pugnantibus in torneamẽtis,si lætaliter percussi fuerint : Respondeo sic, si pœniteant, vt not.in c.1.de torneamẽtis.& superioribus proximis quæstionibus : aliàs si non pœnituerint,non daretur,de consecr. distin.2.non prohibeat.cum sim.Idem Pet.de palu.in 4.dist. 9.quæst.4.conclu.8.& 9.

¶CXIIII. quæro, an aliquo † casu possit dari hostia non consecrata pro consecrata? Respondeo secũdum Tho. in 4.distin.9.in nullo casu, tum quia in sacramento veritatis non debet esse aliqua fictio, tum quia cùm manducans adoret quod manducat, vt dicit Aug. daret sacerdos ei occasionem idolatrandi, vnde & decretalis dicit in casu consimili, quia falsa sunt abijcienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora,extra de celeb.mis.de homine. secundum Pisa. Idẽ in effectu Fran.in cle.1.de priuil.in 12.q.post Laud.& Matt. etiam si daret panem benedictum:ad idem per Ioan.And.& Domi.in d.c.de homine.& Imo. in d.cle. in 3.col. vnde talis sacerdos committit idolatriam, inquãtum videtur adorare, Fran.post Tho.in d.c.de homine.& ibi per Doct.Idem Petr. de palu.in 4.dist.9.q.4.conclu.5.vnde si repente infirmantur tot,ꝙ non sufficit Eucharistia reseruata, poterit vnam inter plures diuidere, Ioan.And. in c.permittimus. de senten.excommu.facit s̃.q.8.post medium.& q. 49. vnde Papa publice celebrans sumit dimidiam hostiæ,reliquam diuidit diacono & subdiacono cardinalibus ministrantibus, secundum Ioan.And.& Domi.in c.3.de celeb.mis.

¶CXV. quæro, an † moriens teneatur communicare? Rũdeo sic, 26.q.1.qui recedunt. & c.si quis de corpore.& c. seq.& de pœn.& remis.is qui.in fi.& c.quod in te.& per no. s̃.q.106.& s̃.§.proxi.q.50.& q.54.& patet in legenda sanctę Luciæ in fi.& appellatur viaticum,secundum Archid.in d.c. qui recedunt. quia ad Deum viam dirigit,si digne sumatur, ad hoc s̃.q.1. vel dicitur viaticum a † via, quia recipiens est in via recedendi de hac vita, vt not.in d.c.quod in te. & viaticum non negatur illi, cui alias cõio denegatur, 27.q.1.virginibus.& c.si quis sacro.& cap.virgines.& c.de filia.33.q.2. amonere.post medium.& c.de his.& nota, ꝙ istud sacrm nõ est necessitatis,vt no.in d.c.quod in te.verum omittens † recipere,cũ posset,peccat mortaliter,sed si non posset non obesset,vt not.de transa. veniens.& Fran.in d.c.quod in te. ad hoc supra q.85. & adde, ꝙ ad in infirmum debet deferri per presbyterum, non per laicum,de consecr.distin.2.peruenit. vide supra q.83.& q.103.

¶CXVI. quæro,vtrum ille,qui communicauit † in Pascate, si illo anno moriturus sit, teneatur tunc iterũ cõicare. Videtur ꝙ non,quia a precepto diuino liberatus est semel in vita cõicando,sicut semel confitẽdo.Itẽ a præcepto ecclesię cõicando in pascate isto anno:sicut ergo non tenetur iterum confiteri,

confiteri, ita communicare:vnde videtur, quòd satis est rationabile, si diu non est quòd communicauit,tamẽ propter generalem consuetudinem Christianorum morientium,qui viaticum petunt,teneretur petere,secundum Pe.de Pa. in 4. di.9.q.1.3.colum.facit s̃.q.prox.& s̃.§.proximo. q.53. in fi. & j.§.proximo. q.4.

¶CXVII. quæro,an sacerdos parrochialis † debeat credere parrochiano dicenti se alicui legitime confessum, vt 163 scilicet ei eucharistiam ministret?Respondeo, vt dixi supra §.proxi.q. 91. quòd sacerdos habebit hoc arbitrari attenta conditione personę & alijs attendendis,vt latius de hoc tractat Pet.de Pal.in 4.dist.17.q.4. antepenult. colum. ibi, tertius effectus est &c.

164 ¶CXVIII. quæro,an religiosus † absque licentia parrochialis possit in necessitate aliquem communicare? Videtur quòd sic, arg.notato.16.q.1.c.1.in glo. dicunt quidã.vbi dicitur, ꝙ in tali casu posset religiosus pœnitentiam iniungere,ergo & Eucharistiam ministrare, quæ fructus pœnitentiæ dicitur,iuxta no.17.q.1.quæ in Christo.in gl.9.& in c.quod autem.glo.fi.in fi.de pę.& remi.& quod no.Arch.in d.c.quę in Christo.& 26.q.5.si presbyter. facit, quia textus in cle.1. de priuile. dicit, præsumpserint. quod verbum denotat temeritatem & dolum,vt per Arch.10.q.2.c.fi.& 5.di.ad eius. post principi.cum si.Sed dominus Fran. in dicta clem. sentit contrarium,dicens quòd illud,quod dicitur, quòd in morte omnibus datur viaticum, intelligitur dum tamen per illos, qui hoc possint, & sic per habentes potestatem dandi sacramentum Eucharistię:secus in pœnitentia, quæ tempore necessitatis sumi potest à quolibet sacerdote, per no.de off.or. pastoralis.& per allegata in contrarium, vt per Fran.in dicta cle.post Pau.& Lapum.11.q.nota bene,quia vult Pau. quòd etiam in casu necessitatis non licet sumere Eucharistiam ab alieno sacerdote,ar.de conse.dist.5.vt quid paras.secundum Ioan.de Imo.in dicta cle.3.col.contra quod est supra quæst. 74.cum si.& intellectus Pauli videtur fuisse, quòd pœnitentia in necessitate dari potest per religiosum,per no.16.q.1.in prin.in glo.dicunt quidam vt supra.sed Eucharistia non per dictam cle.& sic non excludit sacerdotem secularem posse Eucharistiam dare in necessitate non suo parrochiano per supradicta, & supra q. 98.& videas ibi de materia dictæ cle. in qua multæ quæstiones fiunt per Doct. vbi etiam quòd ex priuilegio Apostolicæ sedis vel ordinarij possent religiosi ministrare ecclesiastica sacramenta familiaribus suis domesticis & pauperibus degentibus in suis hospitalibus, vt per Ioan.de Imo.ibidem in 2.col.& quod ibi no.in verbo,Apostolica.& super ea per eundem.

165 ¶CXIX. quæro, an † tempus Pascatis, de quo in c.omnis.de pę.& remis.possit per sacerdotem prorogari? Respõdeo sic, vt ibi dicitur, iusto tamen arbitrio.l.1.in princ.ff.de lega.secundo. faciunt no. in cle.1.de rebus eccle. non alie.& in l.fin.ff.si ager vecti. vnde non posset sacerdos intra tempus differre,quod euacuaret dispositionẽ d.c.omnis. nisi forte ex causa iusta contingente aliud oporteret,supra §.proxi. q.65.aliàs diceretur dissipatio, non dispensatio, vt in Spec. de dispen.§.qualiter autem.in prin. & vide omnino.s̃.q. 95. & videtur, quòd si in die Pascę non communicaret quis de consilio sacerdotis propter causam ex sui culpa non procedentem,quòd non peccauerit,per dictum c. omnis. quia qd' fit lege permittente &c.l.Grachus.C.ad l.Iuli.de adult.& de conse.di.2.si quis intrat.& c.hi qui.ibi allegato, & quod no. 22.q.1.si peccatum.cum si.

166 ¶CXX. quæro,de pęna † non cõmunicati semel in anno iuxta præceptum c.omnis.de pę.& remi. Respõdeo ꝙ ab ingressu ecclesiæ viuens arceatur, & moriens christiana careat sepultura &c.prout ibi patet:quod declara,vt s̃.§.prox. q.107.cum 5. seq. quæstionibus. & s̃.q.72.& quia confessio & communio ex eodem præcepto d.c. omnis. descendunt, ideo multa, quę in dicto proximo superiori §. dicta sunt, & hic repeti possent, prout lector poterit intueri.

¶Sequitur §.7. de Sacramento extremæ vnctionis.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio extrema an sit sacramentum.*
A quo fuit institutum.nu.2.
Tria in eo sunt,& quæ.nu.3.
Et quid operetur.ibid.
4 *Vnctio extrema quid sit.*
An sit sacramentum necessitatis.nu.5.
Quę sit eius materia.nu.6.
Et quæ eius forma.nu.7.
Et quib.detur.ibid.
Quis sit eius effectus.nu.8.
An imprimat characterem.nu.9.
A quibus conferri debeat.nu.10.
11 *Episcopo non licet vngere infirmum crismate.*
12 *Sacerdos si in conferendo extremam vnctionem infra vnctionem deficiat, quid agendum.*
13 *Vnctio extrema quib.sit conferenda.*
Et quare pueris non detur.ibid.
Et nunquid detur damnatis ad mortem, vel in furcis suspendendis.ibid. remiss.
Nunquid debeat dari freneticis & amentibus.nu.14.
Et nunquid imprimat characterem.nu.15.
Et quæ partes corporis inungi debeant.nu.16.
Et nunquid iterari possit.

1 SEptimo Restat de extrema vnctione tractare: & primo † quæro, an sit sacramentum: Respondeo sic,quia pertinet ad effectũ, qui est curatio morbi peccati, vt ex verbis Iacobi patet: Et est vnum sacramentum, licèt plures actiones sint de eius perfectione, quæ tamen conueniunt ad vnum significandũ & causandum:hæc est sententia Tho.in 4.dist.23.secundum Pisa.& sic vnum sunt vnitate perfectionis & finis etiam secundum Pe.& Alber.vt in sum. conf. lib.3. tit.24.q. 139.secundum fra.Ni.Osi.in addi.& de materia no.de conse. dis.5. c.1.& per totum.& de sacra vnct.c.vno.ver. sed etiam sacramentum.& 95.dist.illud. & quòd sit sacramentum per se distinctum,per Pe.de Pal.in 4.dist.23.q.1.artic.3.vbi etiam de triplici vnctione, & supra communia de sacramentis. q.4.& per Arch.95.dist.presbyteros.

2 ¶ Secundo quæro, quis † instituit hoc sacramentum. Respondeo, fuit institutum per Iacobum, secũdum canonistas, sed theologi sunt diuersi,aliqui idem dicũt, aliqui quòd per Christum,vt per Lau.in sacramentali, de sacra vnctione, 3. q.ad quod supra §.proximo.q.44.& seq.& supra communia
3 de sacramentis. q.3.Item † in hoc sacramento sicut in ceteris tria sunt,vnum est sacramentum tantum, scilicet vnctio extrema.aliud res tantum,scilicet effectus duplicis sanitatis. tertium est sacramentum & res, scilicet quædam vnctio spiritualis interior, idest mentis iocunditas & solacium, quia per hoc delentur venialia,de sacra vnct.c.vno. §.1. Item secundum Zen.præstat augmentum virtutum,ar.dicti.c.vnici. & de conse.dist.5.c.1.& 2.Item per hoc citius liberantur infirmi ab infirmitate corporali,ar.95.di.§.sed istud.vt plenius per dominum Fran.in cle.1.de priuile.post Lapum,& Doct. in 9.q.& facit ibi glo.2. & adde infra q.7. vnde fuit inuentũ hoc sacramentum vt fortificaretur debilitas vel quasi impossibilitas resistendi peccatis,quæ prouenit homini ex reliquijs peccati originalis,& sic ad fortificandum hominem,vt per Laud. vbi s̃.in 4.q.& per Ioan. And. de sac.vno, in ver. infirmum.ad idem per Ioã.de Imo.post Lapum in dicta cle. 3.col.vbi etiam quòd Iesus, idest saluator vocatur Christus in quantum vnctionis habet gratiam in alios effundere, vt ibi per Imo.de materia huiusmodi.

4 ¶Tertiò quæro, quid sit extrema † vnctio? Respondeo,est olei benedicti cum verbali oratione materialis delinitio,qua spiritualis infirmitas eneruatur, 30. distin. §. si quæritur. vt per Laud. de sacramento vnctionis in sacramentali suo in principio.

5 ¶ Quartò quæro, an istud † sacramentum sit sacramentum necessitatis.Respondeo non simpliciter,vt per Pet. de Palu. in 4.di.23.q.1.vel potest dici, ꝙ sit necessarium ratione pręcepti ex consuetudine generali morientium in fide ecclesię, vt per eundem Pe.ead.dist.q.2.arti.2.conclu.2.ad quod s̃.§. prox.quæst.116.

6 ¶ Quintò quæro, quæ sit † materia huius sacramenti? Respondeo,secundum Tho.in 4.dist.23. materia est oleum oliuæ ab episcopo consecratum,& tale oleum & eius consecratio sunt de necessitate sacramenti huiusmodi,concor. Pe.vt in sum.conse.eod.tit.q.141.secundum Pis.& fra.Ni.in addi. & per Pe.de Pal.in 4.dist.23.q.1.art.1. & Laud.in sacramẽtali,in rub.de extrema vnct.q.6.vbi subdit, ꝙ non valeret si crismate vngeretur ob defectum olei, licèt contrarium dicat Fran.post Math.in dicta cle. 1.de priuile. in 10.q.& fa.s̃. §.prox.q.20.& 22.& 29.q.cum si. & quod not. 95.dist.§.sed istud.

istud.non ergo tenet vnctio,si fiat crismate.Ioan.de Imol.in dicta cle.1.3.colũ.aliqui tamen dicunt ꝙ episcopus in extrema vnctione vngit crismate,95.dist.illud.vbi de hoc, & per Ioan.And.de sa.vnct.cap.vno.in ver. oleo. & ibi per Doct. sed domi.Fran.tenet contra,vt infra quæst.8.& istud oleum appellatur infirmorum.

7 ¶Sexto quæro,quæ sit forma huius † sacramenti. Respõdeo,secundum Tho. vbi s̃.forma est oratio deprãcatiua dicendo,Per istam vnctionem & suam pijssimam misericordiã indulgeat tibi Dominus,quicquid per visum &c. Verba autem indicatiui modi,quę secundum morem quarundam ecclesiarum prẹmittuntur orationi, non sunt de substantia sacramenti,vt præmitto sic: Vngo hos oculos oleo sanctificato,In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, secũdum Pis. concor.Pe.& Al.vt in dicta q.141. secũdum addi. & per Pe. de Pal.dist.23.q.1.art.2.& per Laud. vbi supra q.7.vnde vnctio cum forma illa,Per istam vnctionem &c. sunt solum de essentia huius sacramenti,secundum Pet.ea.q.1.art.2. adde, ꝙ de substantia huius sacramenti sunt quinque: Primum, ꝙ eam tradens sit sacerdos.Secundum est intẽtio: Tertium est materia,scilicet oleum infirmorum.Quartum forma verborum,quę est,Per istam sanctam vnctionem &c.Quintum locus inungendus, quia fit ad oculos,ad aures,ad nares,& non datur nisi adultis,qui videntur habere venialia, contra quæ institutũ est, nec datur alijs quàm infirmis in periculo mortis constitutis:sanis autem non datur, quia habent aliud remedium,scilicet pęnitentiam,nec debet dari nisi postulanti, qui deuotionem sursum erigit,vt per Fran.post Lapum in d. cle.9.q.& Imo.in 3.col.

8 ¶Septimo quæro, quis sit effectus † extremæ vnctionis. Respondeo, secundum Tho. vbi supra,est quædam sanatio spiritus,quia datur contra quandam debilitatem seu ineptitudinẽ,quę in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum, & quia hoc robur gratiam facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod veniale vel mortale, quo ad culpam tollit peccatum,dummodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius etiam effectus est sanitas corporalis, hanc tamen non inducit, nisi secundum ꝙ expedit ad finem principalem scilicet spiritualem sanationem, & tunc semper eã inducit,dummodo non sit impedimentum ex parte recipiẽtis:& licèt in ipso fiant multæ vnctiones, vltima tamẽ est formalis respectu omnium pręcedentium,& agit in virtute earum,& ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effec-
9 ctum sacramenti prębet. Characterem † autem hoc sacramentum non imprimit, quia per ipsum non deputatur homo ad aliquod sacrum agendum vel suscipiendum, secundũ Pisa.ad quod infra q.12. Idem in sum. conf.eo.tit.q.142.secundum fra.Ni.in addi.& per Pet.de Palu. in 4.dist.23.q.4. per totum.& s̃.communia de sacramentis. q.13.& s̃.q.2. vbi videas de effectu huius sacramenti,& vide quod not. 95.di. presbyteros.in glo.in verbo,significat.& per Doct.in c.vno. §.1.de sacra vnct. vbi dicit Frã. ꝙ fit ex duplici causa, scilicet ad corpus sanandum & saluandum,de pę.& remi.cum infirmitas.Item quo ad animam saluandam, quia purgat venialia,& si nihil inuenit ad purgandum, prodest ad securitatem præbendam & maiorem constantiam,de consecra. di.1.c.1. & 2.secundum eum,est tamen verum sacramẽtum, licèt fiat cum intentione consequendi sanitatem, ar.de conse.dist.4. non illud.cum si.

10 ¶ Octauò quæro,à quibus† conferri debeat extrema vnctio.Respondeo,secundum Tho.vbi supra, à solis sacerdotibus,nec alijs potest iniungere etiam in articulo necessitatis: sacerdos autem conferre potest præsente vno clerico,& etiã solus in necessitate,secundum Ber.& Ho. vt in c.quæsiuit.de ver.signi.Idem in sum.conf.eo.titu.q.143.vbi etiam dicitur, quòd laicus quoque posset in necessitate auxiliari in hoc sacerdoti ei respondendo,secundum fra.Ni.in addi. post Pisa. nec oportet,ꝙ sit episcopus,vt per Pe.de Pal.in 4.di.25.q.2. arti.primo. vbi etiam quòd diaconus non posset in necessitate inungere nec laicus, vt ibi plenè. Item debet esse sacerdos suus, licèt aliàs nihilominus vnctio teneret, nisi in casu necessitatis,& quòd non sit suspensus,aliàs irregularis efficeretur,Pet.ibidem in 2.art.Item vnus sufficeret cum vno ministro,si tamen sunt plures, vnus tantum sit minister proferens formam & afferens materiam, vt ibi per eum in 3. arti. & ad illud,ꝙ sufficit vnus presbyter, patet in dicto c.quæsiuit. Nec obstat dictum c. vnicum.§.1. quia pluralitas ibi refertur ad pluralitatem vnctionum, ad hoc de priuile.vt priuilegia.secundum Fran.in dicto §.1. & ibidem Ioã. An.post prin.in ver. presbyteros. & sic proprius sacerdos & episcopus si voluerit se tãtum humiliare erit minister huius sacramenti,95.dist.illud, secundum Laud.de sacramento extremę vnctionis.q.5.& si episcopus vngeret,debet vngere oleo non crismate,vt quidam dixerunt,secundum Fran.in c.vno.
11 §.1. de sacra vnct. ad quod s̃. q.5. vnde non licet † episcopo propter suam excellentiam infirmum crismate vngere,secũdum Hu.& Arch.95.dist.illud.& ad prędicta adde Ioan.An. Ioan.de Lig.& Doct.in dicto c.quæsiuit.

12 ¶ Nonò quæro, quid faciendum, si sacerdos † infra vnctionem deficit?Respondeo, secundum Tho. in 4.dist.23.si iam aliquæ partes inunctę sunt,quod factum est iterari non debet,sed vnctiones,quæ restant, per alium sacerdotem cõpleantur,Idem Alber.& Pe.idem in sum. conf.eo.tit.q.140. secundum eosdem,& Pet.de Palu.in 4.dist.23.q.2.in fi.vide tamen s̃.§.proxi.q.50.

13 ¶Decimò quæro,quibus † cõferẽda sit extrema vnctio? Respondeo,secundum Pet.non nisi adultis infirmis in periculo mortis constitutis in ipsa infirmitate, vnde nec datur euntibus ad bellum,nec nauigantibus,seu his,qui mox occidendi sunt,quia talis mors non imminet ex defectu naturę, sed ex euentu fortunæ:his autem, qui præ senio deficiunt, etiam sine actuali infirmitate datur: pueris non,quia nõ habent infirmitatem spiritualem cõtractam ex peccato actuali,nec dispositionem deuotionis habere possunt ad hoc sacramentum,concor.Tho.vbi s̃. quia sicut ne Eucharistia debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum secũdum eosdem, vt in sum.conf.eo.tit.q.144.secundum fratrem Ni. post Pis. Idem Pe.de Pal.in 4.dist.23.q.3.ar.1.& 2.& adde s̃.§.proxi. q.96.Item datur mutis & surdis, Ioan.And. in c.cũ apud.6. col.de spon.& vide s̃.q.6. Item datur baptizatis in articulo mortis,Pe.de Pal.dist.23.q.3.art.2.Et sic dari debet existentibus prope mortem,secundum Arch. 95.dist. presbyteros. §.sed istud.& ꝙ pęniteant,ea.dist.illud.& per Laud.in sacramentali de extre. vnct.circa prin. Et an detur damnatis ad mortem,vel in furcis suspendendis,Ioan.de Imo.arguit pro & contra,& non soluit,sed dicit cogita. in cle. 1.de pęnit.& remiss.sed dic,ꝙ non,vt s̃.Item quod dictum est, ꝙ deficientibus præ senio datur, intelligo si appareat ꝙ petierint, per no.s̃.q.6.in fi.& ʒ.q.prox.in prin.

14 ¶Vndecimo quæro,vtrum extrema vnctio debeat† dari freneticis & amentibus.Respondeo,secundum Pet.si in sana mente constituti non petierunt,non debet dari,si tamen petierint debet dari, tamen hic addendum secundum Tho.& Alb.ꝙ illis furiosis & amentibus præcipue dari non debet, qui verisimiliter sacramento possunt facere irreuerentiam per aliquam immunditiã,nisi ipsi haberẽt dilucida interualla,in quibus sacramentum recognoscerent. Idem in summ. conf.eo.tit.q.146.secundum eosdem per Pe.de Pal.in 4.dist. 23.q.3.ar.2.& vide s̃.§.prox.q.3.

15 ¶ Duodecimo quæro, an † istud sacramentum imprimat characterem?Respondeo,non,quia character imprimitur illis tantum,qui recipiunt aliquem statum in ecclesia militanti,sed istud sacramentum datur potius illis de ecclesia recedentibus, vt per Laud. in sacramentali de extre.vnct. q.8.& vide supra quæst.7.

16 ¶Decimotertio quæro,quæ partes † corporis inungi debent.Respondeo, secundum Pe.& Tho. inunguntur instrumenta quinque sensuum tamquam primæ radices peccandi:oculi propter visum : aures propter auditum: nares propter odoratum:labia propter gustum: manus propter tactũ, qui maximè viget in pulpis digitorum : pedes vero propter vim motiuam : renes vero propter vim appetitiuam à quibusdam inunguntur.in mutilatis autem & cęcis debent inũgi loca magis propinqua,secundum Pis. idem in sum. conse. eo.tit.q.146. secundum add. & adde s̃.q.6.

17 ¶ Decimoquarto quæro, utrum † extrema vnctio possit iterari? Respondeo,secundũ Tho.in 4.dist.23. iterari potest sine aliqua iniuria sacramenti, quia non habet effectum perpetuum, eo ꝙ sanitas animæ & corporis & mentis, qui sunt effectus eius, possunt amitti : in eadem quoque ęgritudine iterari potest,si primo quidem sit in periculo mortis & euadat, ac etiam postea recidiuum patiatur, quia erit quasi alia infirmitas.& similiter si sit ęgritudo diuturna,vt hydropisis, quia tunc debet fieri, quando videtur procedere ad periculum mortis,& si illum articulum euadat, eadem infirmitate durante & postea ad similem statum reducatur, iterum potest inungi,quia iam est alius infirmitatis status, quamuis sit eadem infirmitas,secundum Pis.Clarius dic secundum eundem Tho.ꝙ si infirmitas est breuis,non debet iterari, nisi infirmitate curata,quia aliàs non dicitur à statu illo recedere: si verò infirmitas est diuturna,fit quod hic dicitur, & cõcor. Pe.Al.autem dicit sic,sine præiuditio puto,ꝙ si vltra annum remanet morbus post acceptam vnctionem, iterari potest vnctio,& causa est huius, quia non iudicatur idem morbus numero, qui est secundum perfectam immutationem superiorum.Si tamen ab aliquo sancto patre vel à domino Papa aliter in hac quæstione determinatum inuenitur, magis iudicarem illi sententiæ standum quàm meę,vt in sum.confes. eo.tit.q.148.secundum fra.Nic.Osi. in addi.quo ad istud vltimum dicit Fran. ꝙ si eadem infirmitas protrahitur vltra annum, non debet post annum iterum inungi, quia lapsus anni non facit censeri nouam infirmitatem, vt per eum in de.1.in 9.q.de priuile.& dicit Lau. ꝙ vnctio extrema potest iterari,quia non habet effectum perpetuum, si superueniat alia infirmitas, sed durante prima infirmitate non iteratur, quia videretur iniuriam facere sacramento,1.q.1.quod quidam.quia videretur,ꝙ non habuisset fidem ad primam, & ꝙ crederet ꝙ magis valeret secunda quàm prima, quod esset facere iniuriam primæ,ar.de condi. appo. c.2. secundum eũ in sacramentali,de extre.vnc.in fin. ver.octauo. & sic sentit idem qd̃ Frã.vnde si in alia infirmitate diu est inunctus, fuit nihilominus in noua infirmitate diu & postea superuenente,debet iterum inungi,secundum Pe.de Pal.in 4.dist.9.q.1. 3.col.Item si fiat per sacerdotem etiam extraneum non debet iterari,quia vera vnctio fuit, nisi in casu in quo iteraretur à sacerdote proprio facta : si autem esset facta à non sacerdote,iterum facienda esset à sacerdote, sicut de ordinato a non episcopo,Pe.de Pal.in 4.di.23.q.2.arti.2. conclusione prima,in fi.adde supra quæst.8.

REPETITIO
IN CAP. MISSAS. DE CONSECR. DISTIN. I.
Circa præceptum de audienda Missa.

Præclariss. I. V. C. D. Ferdinandi Paaez.

SVMMARIVM.

1 *Dimissio huius c.& eius littera.nu.2.*
3 *Missæ institutor & auctor quis fuerit.*
4 *Missa quid sit,& qualiter constet duab.partib.*
5 *Missa,verbum,vnde propriè deducatur.*
Et varię eiusdem verbi ethimologiæ.nu.6.
7 *Christus primo missam celebrauit,eamque celebrandam iussit.*
8 *Apostoli qualiter missas celebrauerint, addita solùm dominica oratione.*
9 *Petrus Apostolus primam missam Antiochiæ celebrauit,in qua tres tantum orationes dixit.*
Referuntur autẽ breuiter loci,qnib.alij Apostoli missas celebrarunt.ibid.
10 *Missæ secunda pars quid contineat.*
11 *Orationes,vestes,& alia missæ solennia quis instituerit, & quid ea omnia significent, remissiuè.*
12 *Orationes nullæ in missa dici debent,quæ non sint approbatæ in concilio.*
13 *Intellectus c.Iacobus.de consecr.distin.1.nu.14.*
15 *Missam propriam diei nunquid audire teneamur,an priuatam, & de qua intelligatur verbum hoc,missas,vsque ad nu.18.*
16 *Intellectus c.& hoc attendendum.de conse.dist.1.*
17 *Intellectus.c.2.de celebra.miss.reiectis alijs.*
19 *Dies Dominica quare dies Domini nuncupetur.*
Et quare dicatur dies solis.nu.20.
Et quare obtineat principatum inter alia omnia festa, eiusque diei dotes remissiuè recoluntur.nu.21.
22 *Missam die dominico tenemur audire ex præcepto,cuius ratio & finis latissimè corroboratur.& nu.23.& 24.*
23 *Verbũ, die Dominico,intelligitur de omnib.alijs festis ab ecclesia receptis.*
24 *Dies sanctorum festiui à iure expressi remissiuè recitantur.*
Et apponitur notab.conclusio ad cognoscendos dies festos, quib. obligamur hoc præcepto de audienda missa, vsque ad nu.41.
28 *Episcopi singuli possunt in suis episcopatibus festum diem instituere, licèt olim non,sine cleri & populi consilio.*
29 *Dies aliqui si præcipiantur seruari à principe seculari, an in illis teneamur ex præcepto audire missam.*
Et quid si cessamus aliquo die ob requiem corporis, vt in scholis feria quinta.nu.30.
31 *Missam quotidie audire quantę sit vtilitatis,ex propria deuotione.*
32 *Missam an audire obligemur,si in parochia tantum nostra obseruatur dies eius inuocationis.*
Et quid si seruari præcipiantur dies vsque ad meridiem tantum, vel vigilia,num.33.& 34.
35 *Vigilia quid olim significabat,& quare hodie pro iciunio accipiatur.*
36 *Missam audire an teneamur diebus Rogationum.*
37 *Litaniæ ante Ascensionem iure cõi præcipiebantur ab omnibus obseruari, licèt de consuetudine contra.ad intellectũ. c.rogationes.de conse.dist.3.*
Et quis fuerit litaniarum primus institutor.ibid.
38 *Missam an audire teneamur in quatuor Temporibus anni,ex præcepto.*
39 *Missam non audiens in diebus quadragesimalib. quomodo non dicatur ieiunare,ad intellec.c.solent.supra ead.distinc.*
40 *Intellectus nouus c.solent,supra ead.distinc.*
41 *Missam audire tenemur diebus,quos ex deuotione obseruamus,si legitima præscriptione muniantur.*
42 *Præceptum de audienda missa certis & constitutis diebus non obligat, vt altera die non possis satisfacere.*
43 *Diei Dominici obseruatio an sit introducta de iure diuino,vel positiuo, ad intellectum cap.licèt:de ferijs.& num.44.*
45 *Præceptum dominicum an pugnet cum lege diuina de sabbatho sanctificando:& eius translationis ratio.nu.46.*
Et reprobatur Ioan.opinio dicentis hoc præcepto non comprehendi clericos,num 47.
48 *Clericis ex officio competit orare.*
49 *Seculares olim non poterãt esse in ecclesia inter clericos,nec inter feminas.*
50 *Religiosi habentes curam animarum maiori adstringuntur obligatione ad diuina officia celebranda.*
51 *Episcopi non tenentur quotidiè audire missam ex præcepto, licèt bene ex honestate,& ita intelligitur tex.c.fi.de priuileg.lib.6.*
52 *Clerici,qui die Dominica celebrant, satisfaciant præcepto de audienda missa,licèt ab alijs non audiant missum.*
53 *Verbum,secularib. comprehendit in hac materia tam clericos quam laicos,liberos & seruos,& omnes regulariter.*
Limitatur non habere locum in infidelibus, etiam si inter christianos habitent.num.54.
Limitatur 2.non habere locum in cathecumenis, qui nec possunt excommunicari,nec tenentur constitutionibus canonicis.nu.56.
54 *Verba Ioan.10.Alias oues habeo,quæ non sunt ex hoc ouili. explicantur.*
57 *Intellectus c.episcopus.infra eadem distin.& omnium iurium, quæ faciunt mentionem de missa cathecumenorum.*
58 *Cathecumeni tempore sacrificij eijciuntur foras, intereße enim non possunt nisi vsque ad offertorium.*
Et an id procedat,iure communi inspecto, in catechumenis diuina charitate flagrantibus,noue tentatur.nu.59.
61 *Cathecumenus quis dicatur.*
62 *Seculares,qui annos discretionis nondum adepti sunt, an obligentur præcepto de audienda missa.*
63 *Patres debent infantes filios secum ducere ad ecclesiã, & ad missam audiendam quadam etiam vi inducere, aliàs eorum peccata suis accumulant.*
64 *Verbum,totas,quare à Gratiano hic additum fuerit, cùm non reperiatur in originali.*
Argumento huius verbi putarunt quidam,plures de præcepto audiendas fore missas:& alij tot, quotquot in ecclesia dicuntur.nu.65.
Exponitur autem,idest integras.nu.66.& 67.
Et in quo consistat ista integritas,manifestè ostenditur.nu.68.
Et declaratur, an dicatur integram audire missam, qui lecta iam epistola venit.ibid.
69 *Intellectus cap.vnum orarium.col.3.ver.quotiens. 25.distinctio.& numero 70.*
71 *Missam integram audisse an dicatur is, qui intrat lecto Euangelio, si postea illud legat.nu.72.*
Et an adimpleat præceptum,qui partem illam notabilem omissam, audit in alia missa.nu.74.& 75.
76 *Intellectus huius tex.in ver.speciali ordine.*
77 *Intellectus glo.in c.quorundam.23.distinc.*
78 *Seruitores & ministri ecclesię hinc inde discurrentes pro expedientib. missæ,an pro eo tempore satisfaciant integritati præcepti.nu.79.*
80 *Thesaurarius vel sacrista,qui tempore eleuationis.*
Eucharistiæ se confert in capannariũ ad mouendos nollarum pulsus an satisfaciat pręcepto de missa audienda,& quando.
81 *Præcepto de audienda missa an satisfaciat,qui exit finita communione.*
82 *Missas tres Natalis an totas audire teneamur.& num.84.*
Et quid significent illę tres missæ.nn.83.& seq.
85 *Missa in audienda quæ attentio requiratur. nu. 86.& 87.& 90.91.& 92.& 93.*
88 *Oratio illius,qui est in peccato mortali, nil prodest ad consequendam vitam ęternam.*
Et exponitur auctoritas Leuith. nu.23.ibid.& tripliciter soluitur nu.89. in fine.
Et reprobatur eorum opinio, qui nullam omnino attentionem requiri in audienda missa firmarunt.ibid.& nu.90.

Et respondetur cuidam obiectioni.nu.91.
94 *Attentio virtualis quæ dicatur.*
95 *Mens hominis non potest semper propter fragilitatem fixa esse in Deum.*
96 *Consolatio eorum,qui ad missam non possunt vt oportet attendere,& quid faciendum.*
97 *Orans intra cubiculum, & finem præcepti diligenter obseruans diebus festiuis,si ob id omittit missam,peccat mortaliter, cessante causa legitima.*
98 *Missæ maiori parti qui confabulatur,vel confabulantem attentè audit, an infringat præceptum.*
99 *Attentio exterior quare requiratur in missa,licet interior deficiat.*
Et reprobatur Med.opinio circa attẽtionem istam, de qua agitur.nu.100.
101 *Intentio virtualis requiritur, vt adimpleatur præceptum de missa audienda.*
102 *Ecclesiam intrans intentione videndi amasiam, an ibi audiendo missam satisfaciat precepto.*
103 *Pueri, qui principaliter intendunt deducere dominos ad ecclesiam, licèt principalem non habuerint intentionem audiendi missam,si tamen audiunt,satisfaciunt contra aliquot.*
104 *Intellectus verus verbi,Audire.*
105 *Præcepti finis non est in precepto.*
106 *Verbi,audire,varie referuntur significationes ex bonis auctoribus.*
Et intelliguntur varie sacre pagine auctoritates, quib,ex verbo, audire, magnam de necessitate requiri attẽtionem probari videbatur.nu.107.
109 *Litterati maiori attentione ad missam tenentur, & qualiter hoc sit intelligendum,& quæ debeat esse attentio ignorantium.num.110.*
111 *Fœminę in ecclesia confabulantes an in requisita attentione ad missam deficiant.*
Quas in ecclesijs loqui turpe est.nu.112.
113 *Clericus recitans horas canonicas tempore missæ, an vtrique satisfaciat obligationi.*
Et admonetur lector,quando vtrumque fieri expediat,idque eleganti exẽplo comprobatur.nu.114.
115 *Sacerdos dicendo quinquies in missa,Dominus vobiscum: & sursum corda:qualiter nos semper attentos præsupponit,& quid illa significent.*
Attentio intima & vera quæ sit in missa.ibid.
116 *Verba,speciali ordine,quid importent.*
117 *Præceptum de missa audienda an obliget ad mortale peccatum: & quorundam opinio in hoc reprobatur: vsque ad nu.120.*
118 *Præcipimus,verbum ex sui natura quid importet.*
119 *Missa obligatoria si concurrat cum predicatione, ita vt vtrumque non possit audiri,præferenda est missa,contra Ang.*
Et referuntur Doctorum auctoritates, ex quib. preceptum hoc peccatum mortale induc ere indubitatum est.nu.120.
121 *Benedictio à sacerdote qualiter fiat.*
122 *Benedicere competit solo episcopo,& referuntur varia iura, quibus hoc probatur.*
Et proponitur notabilis circa solemnem benedictionem resolutio, ex qua constabit verus intellectus c.ministrare.23.q.5.nu.123.
124 *Benedictio solennis que dicatur.*
125 *Sacerdos simplex non potest benedicere in fine missę presente episcopo, immo episcopus debet benedicere.*
Obijcitur autem contrarius vsus, quo sacerdos benedicit presente Cardinali & episcopis, idque iure etiam inniti ostenditur.nu.126.
127 *Exeuntes ante sacerdotis benedictionem an infringant preceptum de audienda missa.vsque ad num.131.*
128 *Verbum,presumat,quid importet.*
129 *Intellectus nouus huius tex.in ver.ante benedictionem.*
130 *Conueniri in Dominica,quid significet.*
131 *Benedictio sacerdotis facta in fine missę quid significet:& quòd multis de causis semper est expectanda.*
132 *Ite missa est,in fine missę quid significet,eiusque vocis origo,remissiuè.*
133 *Missam an teneatur quis audire in propria parrochia.num.seq.*
134 *Intellectus.c.2.de parrochijs.*
135 *Priores & curati quare excommunicent non venientes ad parrochiam.*
136 *Missam audire in propria parrochia vtilissimum semper est consilium, & aliquando etiam hodie preceptum varijs de causis.*
137 *Parrochię interesse quis tenetur in precipuis anni festiuitatibus,et ibi audire missam,& quare.*
138 *Intellectus huius tex.in ver.sacerdotis.*
139 *Confundantur,verbum quid denotet.nu.141.& 142.*
140 *Sacerdotes curati admonentur circa publicandos statim non venientes ad missam.*
143 *Oblationes facere ad missam an teneamur dieb.dominicis:*
Intellectus c.Christianus.infr.ead.dist.
144 *Oblatio qualis esse debet,quando fit.& nu.145.*
Et nouiter admonetur non bene inferi quatuor illos casus à Panorm.& communi in ea re adiectos num.146.
Idque falsò imponi D. Thomę ostenditur manifestè ex eius verbis numero 147.
148 *Quinam excusentur à precepto de audienda missa, enumerantur nu. 26. casus:& nu.seq.quorum aliquot ex frequentiorib. altius discutiuntur: aliquot verò vltra omnes adduntur vsque ad finem.*
Et omnes illi casus reducuntur ad breuissimam & compendiosam regulam.nu.150.
Et decimusquintus casus,scilicet infirmitatis altius intelligitur & ventilatur, reprobata quorundam nobilium infirmitate.nu.151.& 152.
153 *Infirmus tertiana vel quartana febri an & quando excusetur à præcepto de missa audienda.*
154 *Mulieres grauidæ cùm dicantur infirmæ an & quando excusentur à precepto de missa audienda.*
155 *Seruientes infirmis quo casu excusentur à præcepto de missa audienda,*
Et proponitur noua opinio in d.quæstione.nu.156.
157 *Turbati ægritudine patris familias qualiter & quando excusentur à precepto de missa audienda.*
158 *Intellectus c.communis.23.dist.*
159 *Serui & famuli obediendo dominis aliud iubentibus tempore missæ, eamque ob id relinquentes,an excusentur.nu.seq.& nu.162.*
161 *Intellectus c.an putatis.86.distin.*
166 *Patrisfamilias vel domini obligatio circa pueros & famulos non audientes missam latissimè ostenditur.vsque ad nu.176.*
Et quæ sit ratio huius obligationis, horrendaque D. Pauli verba patresfamilias respicientia notantur.nu.167.
168 *Patresfamilias qualiter debeant ordinare de famulis.*
169 *Intellectus c.si quis etiam.supra ead.distin.*
170 *Domini mittentes pueros tempore missæ ad nuncia perferenda quam grauiter peccent,si ob id non audiant missam.*
Et malè ab eisdem ordinari pueros à pedib. tenentes equos toto tempore missæ.nu.171.
172 *Dominus, vel paterfamilias non obligatur, licèt pueri non audiant missam & rebelles sint,si eos admonuerunt.*
173 *Agi cum seruis & ancillis cur deterius dicatur.*
174 *Filij,si non audiunt missam, quando parentes ex hoc obligentur, & quæ cura in eis competat.*
175 *Domi remanens pro custodia domus an excusetur à precepto de missa audienda,& quando.*
176 *Excusationis 18.casus ventilantur de audienda missa.nu.177.& 178.*
Et discutitur 19.casus,quanto scilicet tempore excusentur viduæ permanentes ob viri mortem.nu.179.& seq.
181 *Intellectus c.quia alij.13.q.2.*
182 *Hominib.quanto tempore liceat domi remanere propter mortem propinquorum.*
183 *Defunctorum animabus vtilissimum esset nullo tempore relinquere missam præ tristitia,vt multis exemplis ostenditur.nu.184.*
185 *Puellæ nubiles non euntes ad missam an & quãdo excusentur ratione cõsuetudinis,quidve eorum parentes considerare debeant,quib. totum incumbit peccatum.nu.186.& 187.*
188 *Ignorantia an & quando excuset à precepto de missa audienda.nu.189.*
Et quid de ignorantia quæ consistit in facto.nu.190.
191 *Habitans in villa vel oppido ab ecclesia distanti,si magnę oriantur pluuiæ & tempestates,ita vt sine graui detrimento non possit accedere ad missam,an excusetur à precepto de ipsa audienda.nu.192.*
193 *Nauigantes ad Indos an excusentur à precepto de missa audiẽda: & quid significet missa sicca.nu.194.& 195.*
196 *Piscatores,qui die dominico relicta missa proficiscuntur, non excusant ut tanquam nauigantes. & ad hoc ponderatur tex. in cap. licèt. de fer. num.197.*
198 *Missam si quis non audit ob id,quòd nullam aliam reperiat, quàm clerici notoriè concubinarij,excusatur.& nu.200.*
201 *Pastores qui ita pauperes sunt,vt nullum seruitorem habeant,cui tutè pecus committant,an & quando excusentur à precepto audiendæ missæ. num.202.*
204 *Confessorum inaduertentia refertur,& admonetur.*
205 *Excusati à precepto missę audiendę an teneantur domi aliquo tempore orare de precepto.& nu.206.*

EXPLICATVRVS solemnis huius Concilij decretum circa obligationem,qua ad missas audiendas tenemur Christiani. Christi Opt. Max. numen imploro, vt ea det dicere quæ in illius obsequium & gloriam cedant.

1 Textus istę † famosus est, quotidianus,& in materia originalis: Verba continet summe prægnantia,& in quibus omnia fere dubia exponuntur & elucidantur.

Diuiditur in duas partes secundum Card. sancti Sixti, & alios in præf.In prima ponitur præceptum: in secunda(vers. qđ si fecerint) transgressorũ pęna describitur. Qua ratione facti species cõmode adaptari nõ potest. Verba ita se habẽt.

Missas die dominico sæcularibus, totas audire speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

1 QVæ quidem † verba fideliter transcripta sunt ex Originali Concilij Agathensis c.47. vol. 1. Concil. excepto verbo(totas)quod inibi non legitur. Et rursus loco verbi,Au-

bi,Audire,apponitur verbum tenere:licet hodie B. Carrãza in summa Concil.omnia transcribat vt in tex. leguntur. Ad cuius præcepti faciliorem explicationem, opus hoc nostrum diuidimus in duas partes:Quarum prior singula verba tex.explicabit:atque ibidem eiusdem præcepti obseruãtia dilucidabitur.Posterior,& vltima pars,summatim describet omnes ferè casus,quibus quis non obligetur hoc precepto de audienda missa: quorum aliquot ex frequentioribus paulo altius discutientur:aliquot verò,(vltra doctores) non minus vtiles,quàm quotidiani breuiter addentur.

MISSAS.

¶ Vt igitur (Deo auspice)ab eo, quòd in limine se se offert,exordiamur verbo scilicet Missas: opere prætium, nec inutile erit,pro expositione eiusdem verbi, breuiter meminisse: quis author fuerit tanti huius sacrificij. Deinde quid significet verbum Missa,& vnde deducatur.Tertio quis primus missam celebrauerit,& ordinem celebrandi, nec non & alia solennia introduxerit. Quarto & vltimo loco, de qua missa text.iste intelligatur:an obliget ad missam publicam, & diei propriam:vel priuatam seu particularem.

3 Author igitur,& institutor † huius tanti sacrificij, & Misterij (in quo student Angeli, miratur tota sanctorum Cohors, totiusque ecclesiæ vnitas recolitur & vnitur)fuit Dominus & Redemptor noster IESVS Christus,qui in illa vltima cęna pro nobis immolatus, se quoque immolandum dedit discipulis suis:vt ex ipsius verbis notissimũ est Mat.26. refert Hieronymus in c. accipite & comedite hoc est corpus meum.de conse.dist.2.& Aug. in c. liquido. eadem dist. inquit in ver. [Nanque saluator quo vehementius commẽdaret Misterij illius altitudinem,vltimum hoc voluit infigere cordibus,& memoriæ discipulorũ, à quibus erat ad passionem digressurus,]facit elegans tex.omnino videndus (,vt alia omittamus) in clem. vnica vers. transiturus de reliq. & vener.Sanctor.ibi [in memoriam mortis suæ instituit summum,& magnificum sui corporis,& sanguinis Sacramentũ] & rursus ibi,[vt præcipuum & insigne memoriale sui amoris eximij,quo nos dilexit,esset nobis hoc præcelsum, venerabile,stupendum,delectabile,suaue,tutissimũ, ac super omnia præciosum Sacramentum.] Accedant & alia quæ elegãter in hanc rem adducit Tilmanus vir bene doctus in lib. de septem sacramentis.c.5.per totum, vt moroso lectori omittam,quæ late contra Lutheranos adducit Alphons. Cast. in summa in verb.missa,in principio:& quæ latius per 12. pag. ex sanctorum patrum dictis refert in hac materia Ioannes faber lib.1.de missa euangelica.c.3.per totum.

4 Ad secũdum, † quid significet verbum missa, & vnde deducatur.Respondeo,Missam duabus cõstare partibus.Prior, substantia ipsa est vti à Christo celebrata, instituta, & promulgata est.Posterior pars ab Apostolis alijsque sanctis patribus adiecta fuit, vt infra dicemus num. 8. Missa igitur est sacrificium ipsum, & verum Corporis, & sanguinis Domini nostri IESV Christi holocaustam: in quo proprie missa consistit,& prior,potior,totaque pars principalis; vt ex Augustini verbis constat in c.vtrum,prope finem & in c.nihil in sacrificijs. de conse.dist. 2.quod ita firmarunt Archid.nu.2. Belam.nu.1.& omnes in c. episcopus nullum. infra eadem dist.Nico.Ploue in tracta.de sacrificio missę cap.1. in princ. Rophensis lib.2. contra Aecolampadium cap. 10. littera.A. & clarius lib.4. cap.29.littera. G.in fine, eleganter Colon. Concil.in lib.de sacramentis noui testamenti,in tract.de Sacram.Eucharistiæ cap.ceteros fo.mihi,93.verso,optime Tilmanus de 7.sacram. c. 5. Idq; solum denotare expressit Castro in summa aduersus hereses in verb.Missa, in princ.litera C.denique (vt alios omittamus)in ipso sacrificio consistere principaliter Missam, reliqua verò omnia accessoria esse, dixit R.religionis & pietatis vnicum exemplar Frater Ludouicus de Granada (cuius sola authoritate alios excusamus)in Compendio doctrinæ Christianæ cap. 17.ante.§.1.

5 Vnde & ipsam hostiam Sacram, † Missam vocari posse: quia trãsmissa est prius à patre nobis, expresserunt Thomas in 4.dist.13.q.2.art.3.ad quintam quæstiunculam vers. secũdo ipsa hostia,& eo non citato Ioan. de Turre Cremata in c.Iacobus.nu.1.in fi.ver.consequenter. supra hac dist. & nouissime Frat.L.Granada vbi supra c.17.in princ. Et inde deduci, originemq; traxisse verbum istud missa. quòd à patre mittatur ibi filius Dei, missus cœlestis ad consecrandum & viuificandum,sine dubio resoluunt vltra prædictos Spiegel in suo lexicon iuris verbo missa.Alciat.lib.7.Parerg. cap.10. Anto.Hõcala vir in sacra Theologia bene instructus in trac. de valore missæ art. 1. & nouissimè Frater Hericus in Apologia contra Archiepiscopum Tole.2.parte.c.21. col.antepfo.69.littera.F.notabiliter asserens ꝙ nisi Angelus venerit, missa nequaquàm iure vocari potest. Cui adstipulãtur Gregorij verba notatione digna in c. quid sit sanguis. de conse. dist.2.ibi[quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cęlos aperiri? In illo IESV Christi mysterio Angelorũ choros adesse? Summa & imma sociari? Vnumque ex inuisibilibus, atque visibilibus fieri?&c.

6 Ex quibus omnibus † constat, nec ab eo deriuari verbum missa,quòd in ea per sacerdotem mittantur preces ad Deũ. Nec à missione facienda excommunicatorum, & Cathecuminorum,qui admittebantur olim vsque ad offertorium, & inde foras mittebantur: prout etiam posse deriuari putarũt Belam.in d.c.episcopus nullum.Nic.Ploue. vbi supra. Cosmas in Pragmat.tit.de his qui in missa, verbo Missam, pag. mihi.152.vol.2.& omnes summistæ in verb.missa. Nec etiã ab alijs acceptionibus,de quibus late per Ioã.de Turre Cre. in d.c.Iacobus.nu.2.post Alex.de Hal.in 4. & alios. Per Gabriel.in Canone missæ lect.15.col.pe.ver.missa vero, & lect. 89.ver.ite missa est,per Spiegel.Alciat.& alios vbi supra. Nãlicèt illæ possint esse latæ acceptiones,& ęthymologiæ: prædicta tamen propria & strictissima est.

7 Ad tertium respondeo, † Christum (qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech.) primo missam celebrasse, cum sacramentum hoc instituit in illa vltima cęna, in qua gratias egit,benedixit,fregit,deditque discipulis suis, dicẽs, [Accipite & comedite,Hoc est corpus meum. Accipite & bibite, Hic est sanguis meus.] Math.26. Missamq; celebrandam iussit statim,cum dixit Apostolis suis Lucæ.22.Hoc facite in meam commemorationem, quia vt inquit Ambros. in c.in Christo.de conf.dist.2. [Ideo per singulos dies offerimusvt recordemur mortis eius:] & Greg.notabiliter in c. quid sit sanguis.eadem dist.in ver. [Prouidens enim Dominus,nobis dedit hoc sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus,& ille iam mori non potest, per istud sacramentum remissionem peccatorum consequamur. Quòd & August.sentit in c.vtrum.col.2.ead.dist.denique (ne diuertamus) Christus primam missam celebrauit, eamque celebrandam iussit discipulis suis:& latius aduersus Lutheranos conuincunt Alphons. Castr.in summa in ver. missa in princ. elegãter Tilmanus de 7.sacramẽtis. c.5.ver.missa.pag.mihi. 118.Ioannes faber lib.1.de missa euangelica.c.1.& 3. Cuius

8 siquidem iussionis non immemores Apostoli, postea † missam celebrarunt: hoc est,substantiam ipsam, & sacrificium: prout accipiendam esse diximus supra nu. 4. addita solummodo dominica oratione vt expressit D.Greg.lib.7.epistola.63.dum inquit,Mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solũmodo orationem dominicam oblationis hostiam consecrarent. Atque ita expresserunt Archi. nu.2. in c. Iacobus de conse.dis.1. vbi secundum DD. Theologos & Canonistas id verissimum firmat Ioan.de Turre cremat.col.2.ver. notãdum:& eis non citatis Nicolaus Ploue. in tractat. de sacrificio missæ.c.1.nu.3.quo loco refert missam non cũ tanto apparatu,nec cũ tanta solẽnitate quondã dici.Nuda etenim ab initio erãt omnia misteria à Christo Apostolis tradita, nuda omnis cęremoniarum ratio, plus pietatis habens, quàm apparatus,vt exorditur vir doctissimus Polidorus Virgilius lib.5.de inuentoribus rerum.c.10.

Nam vt affirmat Gabriel in Canone missæ lectione. 15.

9 ver.te igit post prin.Diuus Petrus † primus omniũ(vt Apostolorũ princeps) Antiochiæ primã missã celebrauit, in qua tres tantũ orationes protulit: qđ & fatentur Isid.Remigius, & alij relati per Castr.d.verbo missa. col.1.in fine, Polidor. vergil.d.c.10. in princ. & tanquam indubitatũ præsupponit Tilmanus de 7.sacramentis.c.5.p.136.ver. nunc ad rem: & oẽs agnoscunt. Postea verò Ioacobus Hierosolymis, Marcus Alexãdriæ,Andreas in Achaia,Matthęus in Aethyopia, Ioannes Ephesi,Thomas in India,Philippus in phrygia, Bartholomęus in India,Simon in Hierosolymis,Sixtus denique Romæ, missas celebrarunt. Cuius rei testis est omni exceptione maior Diuus Ambrosius, quem refert & latius declarat Ioannes faber libro primo de missa Euangelica. ca.2. ad finem.

Qui quidem omnes, & postea alij sancti patres addide-

10 runt † alias orationes,& omnes solennitates, quas nunc habemus,

bemus:quæ ſecundam miſſæ partem conſtituunt, vt probat Auguſti.in cap.vtrum.de conſec.diſt.2.in fine ibi. [Reliqua omnia quæ ſacerdos dicit,aut clerus chori canit, nihil aliud, quàm laudes & gratiarum actiones ſunt, aut certæ obſecrationes, & fidelium petitiones :] quæ antea pręcedere debēt & poſtea ſubſequi , vt obſecrat Paulus in priori ad Timoth. epiſtola cap.2.relata in cap.de hymnis.in fine verſicu. [obſecro igitur primum fieri obſecrationes,orationes,& poſtulationes &c.] de conſecr.diſt.1.ſenſit & Auguſti.in cap.eccleſiaſticarum. ver. Sed alia plura adijcimus magnam quaſi vim commendantia myſterij.11.diſt.

11 ¶ Quæ omnia† reuerentiæ,deuotionis , atque etiam pietatis excitandæ cauſa , compoſita & inſtituta ſunt à ſanctis patribus:diuerſiq́ue diuerſis temporibus , diuerſa ſtatuerūt: vt ordine refert circa orationes Platina in uita Sixti primi pontificis.8. & Tilmanus de.7.ſacramentis cap.5.p.136.& circa ueſtes, (quis quamlibet addiderit,) ſigillatim enumerat Polidorus Vergilius libro 5.de inuentoribus rerum cap. 10.per totum,& Ioannes faber libro 4.de miſſa euangelica cap.1.& 2.vbi totius miſſæ ſignificationem eleganter perpendit,quam tamē prius ſpiritualiter declarauit Frater Frāciſcus Titelmanus in tractat. expoſitionis miſteriorum miſſæ per.60.cap.& moraliter alij quos (ne diuertamus) omit-
12 to.Relinquitur ergo,quòd adeo † multiplicatæ ſunt (ex varijs authoribus & ſanctis patribus) orationes, & ſolemnitates:vt in Cōcil.Aphricano ſtatutum fuerit,quòd nullæ orationes dicantur in miſſa,niſi approbentur in Concilio:prout referunt Archid.in fin.Belam & omnes communiter in cap. Iacobus.de conſecr.diſt.1.ubi latiſſime Ioan. de Turre Cremat.per.8.colum.

¶ Sed obijcies & merito , hactenus dicta non uideri uera
13 nec conſona textui aperto in d.cap. Iacobus : ubi † in ſexta ſynodo habetur Iacobum & Baſilium addidiſſe nobis miſſæ celebrationem.i.ordinem celebrandi miſſam, & exponit ibi glo.fi.communiter recepta: & eos miſſæ ſolemnia introduxiſſe explicat optime Nico.Ploue.in tractat. de ſacrificio miſſæ.cap.1.num.3.refert Riualius in hiſtoria iuris pontificij libro ſingulari pag.268.ad finem , conſentiunt Platina in vita Sixti primi, & alij omnes paſſim credentes Iacobum & Baſilium ordinem celebrandi miſſam inſtituiſſe ex eo text. Nā reſpondeo quòd ex ſuperius dictis liquidò conſtat, apoſtolos,& alios ſanctos patres,eam miſſæ actionem executos fuiſſe,ita ut Dominus imperauerat : eosq́ue multo ante Iacobum & Baſilium conſuetudine & vſu miſſæ ſolemnitatē
14 peregiſſe:non enim † Iacobus miſſæ ordinem primus inſtituit, ſed in ſcripta redegit:quo ſenſu intelligendus eſt text. (contra omnium ſententiam) in dicto cap. Iacobus.ſupra hac diſtin.& eo ſenſu eum accepit Ioanner Faber ſingularis prudentiæ uir libro 4.de miſſa euangelica.c.3.fol.mihi.180. verſo.Cui intellectui (licēt ille non perpendat) adſtipulantur verba text.clara in dicto cap.Iacobus,ſi aliter punctuentur, & melius quàm vulgo, in hunc modum. [Iacobus & Baſilius Cæſarienſis epiſcopus , cuius claritas per totum orbem refulſit, in ſcripturis addiderunt nobis miſſæ celebrationem.] hoc eſt,ad ſcripta redegerunt.Quæ punctuatio neceſſaria eſt , ſi aduertas communem punctuationem factam in fine verbi in ſcripturis,nil ſignificare : cum Baſilij claritas per totum orbem refulſerit (vt inquit tex.) non verò in ſcripturis.

15 Ad quartum † & vltimum reſpondendo (qualem ſcilicet miſſam,an propriam diei,vel priuatam teneamur ex præcepto audire diebus dominicis : de qualiue intelligatur verbū hoc miſſas)diſtinguo. Aut quęris,iure cōi attento , aut conſuetudinario & hodierno. Iure cōi , verius putat & teſtatur Pan.in c.1.nu.8.de vit.& hon.cler. omnes teneri de præcepto publicā diei miſſam audire,nec illam dimittere propter aliam miſſam peculiarem:idq́ue probat ex tex. notab.in c.& hoc , attendēdū.ſupra hac diſt.Vltra quem pro eius ſentētia videtur tex.in c.2.in fine ibi[de eadem]de celeb. miſſ. & vrget neruoſiſſime tex.ignotus in extrauag. fi.col.1.in fine ibi, [cum iure ſit cautum illis diebus parrochianos teneri audire miſſam in eorum parrochiali eccleſia,] de treug. & pace.inter communes:Iunctis quæ late dicemus infra in verbo ante benedictionem ſacerdotis,in fine.

Sed tamē ea iura(licet prima facie rē cōtrouertere videātur)non probant neceſſario eam Panor.ſententiam , ſi recte
16 intueantur. Textus enim † in d.c. & hoc attendendū.loquitur conditionaliter per verba , [non ita in publico fiant , vt propter eas &c. & ſic non procedit eius deciſio regulariter vt Pan.putat, ſed ratione ſcandali , vt placet Nauarr. in Manual.c.21.nu.7.& prius Turre Crem. in eo.tit.c.& hoc attēdendum.ver.Sed nunquid,ſentit Cal.in conſi.6. nu.2.de re-
17 ligioſ.dom.Præterea tex.in d.c.2.† varios habet intellectus: Primus eſt,vt procedat ex congruitate & honeſtate , vt voluit Anton. inf.citādus,& Roſel.in ſum.ver.miſſa col.5.ver. vtrum quis teneatur.Secundus,ratione defectus miniſtri, vt intelligit glo.ibi in poſitione caſus:quem intell.probat Ang. verb.miſſa.§.33. eumq́; magis ſequuntur D.D.teſte Pan.ibi notab.2.Qui tamen nullibi ex tex.probatur, immò ꝯriū, vt ponderat Ancar.nu.3.Quibus, & alijs omiſſis , verius eſt ſolū ibi reprobari ſuperſtitionē illorū qui putabāt nullatenus audire miſſam, niſi & eā audirēt in qua recitarēt euangeliū, in principio erat verbū &c.vt intelligit Hoſt.ibi in prin.ſentit Pa.notab.1.Vnde conſtat illū tex.nō ſuffragari prædictæ Pan.ſententiæ.Prout nec vrget dicta extrauag.fin.quia non valet conſequentia,tenetur quis in propria parrochia (iure cōi attēto)audire miſſam,ergo & eodē iure tenetur propriæ diei adeſſe : cum in eadem parrochia poſſit quis particulari miſſæ intereſſendo,ſatisfacere.Ex quibus omnibus (ita curſim p̄libatis , ne in diſputatione hodie inutili diuagaremus) conſtat dubiā eſſe Pa. opinionem , nulloq́; iure ſuſtineri,dū
18 putat iure cōi attento teneri omnes audire miſſam publicā propriamque diei. Immò verò † ſi ad generalitatem noſtri tex.reſpiciamus in hoc verbo Miſſas, ꝯrium vī verius : non enim tex.expreſſit de publica,vel priuata, ergo qualibet audita(etiam Iure communi)ſufficiebat. Vtcunque tamen ſit, hodie & conſuetudine , & totius eccleſiæ tolerantia ſatisfit huic noſtro præcepto,audita qualibet miſſa priuata,ſeu particulari:atq; ita intelligiē verbū iſtud Miſſas, teſte Antoni.2. parte ſummæ tit.9.c.10.§.1.col.2.verſ.quartū dubiū.Angel. verb.miſſa.§.33.Sylueſt. eod. verbo 2. num.4. & omnibus ſummiſtis ſecundum Nauar.in Manual.c.21.nu.7.in medio, & ſic debet intelligi Cald.d.conſ.6.de relig.dom.

DIE DOMINICO.

19 Dies dominica , ideo † dies Domini dicitur , quia licēt omnes dies domini ſint Geneſ. cap. 1.dies tamen dominica proprius & ſpecialius attribuitur Domino:quoniam eadē die pleraq́;,eaq́; inſignia ab eo geſta ſcribuntur. Mūdus etenim ab ea die ſumpſit exordiū,in hac p reſurrectionē , & mors interitū,& vita accepit principiū:quę ſunt verba Leonis Papæ pulcherrima in c. ꝙ die dñico.73.diſt. per quē tex. ita firmarūt Hoſ.in c.1.in prin.de fer. vbi Antonin.oppoſ.2. idē Hoſ.& Ant.in c.licet.per tex.ibi in principio eo.tit.& ibi Pan.nu.4.& omnes communiter, & in c.1.& 2.14.q.5. Idq́;
20 †adeo,vt firmarit Ant.de But.in c.quoniam .in prin. de fer. diem hanc dominicam poſſe quoque dici diem ſolis, quia ſicut Sol inter cęteros planetas refulget , & alijs dominatur, ſic & dies dominica inter alios dies:quod & clariſſime probat tex.notab.(cuius nō meminit Ant.) in l.omnes dies.ver. in eadem die ibi; [dies ſolis quot dominicas rite dixere maiores.] C.de fer. Quin & eandem diem inter alia feſta obti-
21 nere principatū † notauit Pan.notab.4. & oēs per tex. ibi in d.c.quoniam.& alibi paſſim. Eiuſq; rei nulla alia deſcribitur ratio,niſi propter illius diei Dominici feſtiuitatem,lętitiam, atquæ dominicæ reſurrectionis memoriam. c.ſcire.75.diſt. notarūt Ant.Ancha.& omnes in c.1.de treug. & pac. Cuius intuitu quàmplurima in iure ſpecialia reperiuntur quæ vti extranea libēter omittimus.Id ſolum meminiſſe liceat, quāplures diei dominici dotes(quas pius lector videre poterit) religioſe referre Nauarr. in additione. c.quando,de conſec. diſt.1.ex nu.43.

22 Atque ideo merito † (ne huius religioſæ diei ocia relaxātes obſcænis quiſque patitur voluptatibus detineri, vt verbis Imperat.vtar,litteris aureis deſcribendis, in l.fi. verſ.nec tamen.C.de fer.)conſtitutum fuit in præſ.Concilio , vt omnes tenerentur miſſas die dominico audire : quò memores tanti beneficij in nos collati per reſurrectionem,gratias reddamus Deo Opt.Max.Mentem in miſſę miſteria eleuemus: ſpecialiter in paſſionē Chriſti , quæ in miſſa repræſentatur, ſanctis ſacramētis cōicemus,mirabiliaq́; Dei opera erga nos exhibita recolamus , & ſaltim hoc modico tēpore vacemus
23 diuinis.Quē fuiſſe finē † & rationē huius præcepti affirmarūt Tho.2.ſecundę.q.122.ar.4.ad tertiū.Ant.2.par.ſummæ tit.9.c.10.§.1.ver.ratio aūt,Pa.in c.1.nu.5.de fer.Roſela ver. Miſſa.col.4.ver.vtrū quilibet,Silueſt.eod.ver.20.§.1.verſ.dī tertio.

tertio.vbi omnes ſummiſtæ cōiter,Paul.Burgenſis in ſcrutinio ſcripturarum.1.par.diſt.8.cap.14.col.pe.verſ.ratio quare,Med.in C.de confeſſ.c.de pęnitentia iniūcta tēpore quo miſſa celebratur, col.1.ver.prēterea,faciunt quę notant doctores in c.placita, per tex.ibi, [quatenus adeūdi eccleſiam, orationibus vacandi liberius habeatur facultas.] 14.q.5.quę latiſſime Ant.Hōcala in tract.de pia feſtorum celebratione fol.57.& 58. quæ deniq́ue ſummiſtæ omnes notarunt in verb.feriæ.

24 Huc pertinent † pijſſima D. Apolonij verba c. Ieiunia.de conſe. diſt.3. ver. die autem dominica . inquit , nihil aliud agendum eſt niſi Deo vacandum , nulla operatio in illa ſancta die agatur,niſi tantum hymnis & pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur,&c. & quæ leguntur in Aurelian.Cōcil.3.c.27. Huc tendit illa Scotiaſſertio dicētis in tertio diſt.9.ꝙ hoc pręceptum eccleſiæ de audiendo miſſam integram in die dñico,eſt ſpecificatio illius præcepti diuini affirmatiui,diliges dñm Deū tuū.Huc deniq; tēdūt quæ notabiliter congerit circa digne feriātes diebus dñicis & feſtiuis Ioan.de Turr. Crem. in c.1.nu.8.de conſe. diſt.3. quē omnino vide . Ex quibus omnibus fulcitur prædicta huius noſtri tex.decidendi ratio.

Cæterū quāuis ea fit diei dominici inſtitutio, pertineatq́; illius pia, & Chriſtiana obſeruatio ad hoc præceptū : nō tamen credendū eſt,ſolū hic præcipi (ex hoc verbo die dominico)vt tantū hic dies ſanctificetur: imò verò neceſſe eſt in-
25 telligamus præceptū iſtud , ad omnia feſta † cōi eccleſiæ cōſenſu recepta obligare,in quibus.ſ.reçoluntur mirabilia Dei opera in ſanctis ſuis exhibita. Nā cū & huiuſmodi feſta fuerint principaliter ab eccleſia inſtituta ob reuerentiā Dei , & vt eorū commemoratione Dñs laudetur. c.fi.in prin.de fer. Clem.ſi Dominum in ſanctis ſuis laudare iubemur, vbi omnes notatunt, de reliq.& vener. ſanct.nihil mirū ſi & ea feſta hoc præcepto includantur. Licet enim tex. hic diem dominicum tm expreſſerit : neceſſario tm de omnibus feſtis eadē ratione intelligendus eſt,bonus tex.in c.licet.de fer.ibi,tā eū quàm alios dies maieſtati altiſſimæ deputatos &c. clem.1. ver.nonnulli.de celebr. miſ.tex. clarus in c. vt dominicis vel feſtiuis diebus,de parroch.vbi omnes ita cōiter intelligunt, & ſummiſtæ omnes verb.Miſſa,poſt Ant.Pal. & alios,Lapp. alleg.58.nu.1.in fi.Nullus eſt enim tam ignarus , qui neſciat præter dies dominicos ab ipſis fermè Apoſtolorum temporibus,in eccleſia celebres etiam fuiſſe plures alios dies ad recolendum mirabilia Dei opera:quòd cum iure, & vniuerſali eccleſiæ vſu omnibus perquàm notiſſimum ſit , plus immorari non eſt conſilium.

26 Verum enimverò † quæres à me , qui ſunt iſti dies feſti , quibus tenemur ſub pręcepto audire miſſam:nam dies dñici nulli(quātumuis ignaro) latēt. At verò dies feſti aliquando etiam prudentibus abſconditi,quanto magis ruſticis .

Cui interrogationi reſpondeo , ꝙ licēt pleriq́; enumerētur dies feſti in c.1.de conſe.diſt. 3.in c.fi. de fer.& in c.2.de obſer.ieiun.in c.1.de reliq.& venerat.ſanct.lib.6.Quin & alij multi poſtea in iure reperiantur expreſſi, vt eſt feſtum Conceptionis immaculatæ Virginis in extrauag.1.de reliq.& vene.ſanct. inter communes,itē & feſtum omniū ſanctorū nouiter introductum in clem.vnica colū.5.iuncta glo.verb.reuelatum,de reliq.& ven. ſanct. Poſtea tm & ab eccleſia vniuerſali,& ab ep̄is,& prælatis, alię multę ſanctorū feſtiuitates fuerūt additę:alię diminutę,& immutatę , alię verò ex cauſa omnino ſublatę:atq́; ideo in hac re (iure cōi inſpecto) certa non poteſt dari regula.Quare breuiter reſoluendum putaui vnica duntaxat concluſione quæ ſic habeat : Feſtiuitates
27 † illę obligabūt audire miſſam, quę ſub præcepto ſeruari iubentur ab eccleſia , vel prælatis , in ciuitate, loco, vel parrochia in qua habites:quāuis vigilias nō habeant in pręcepto .

Cuius concluſionis probatio ex ſeq.conſtabit. Primo nāque dicitur , vel à prælatis , quia ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopatibus poſſunt diem feſtum † conſtituere.c.1. prope finem de conſe.diſt.3.bonus tex.in c.fi.verſi. ſolemnitates.de fer.Quæ tamen iura licet illud epiſcopis concedant , non tamen ſimpliciter,ſed cum cleri & populi cōſilio,vt clare oſtēdunt verba eorum iurium,[cum clero & populo,]ex quibus id ibi firmarunt Anto.Pan.nu.4.& 5.& omnes communiter. Roſel. (poſt Fed.& alios) in verb.ferię col.2.verſ.an autem , vbi Ang.nu.5.& omnes ſummiſtę,& concordantibus populis expreſſit Innoc.in c.licet.de fer. At verò cum hodierno vſu non fiant illæ populi congregationes,de quibus olim in c.2.de elect.cū ſimilib.crediderim eſm ſolū cum capitulo poſſe diē feſtū cōſtituere obſeruādū: quo pacto ꝓcedet glo. ſententia in verb.ſedis. ver.videtur tamen,in c.1.de reliq.& vener. ſanct.lib.6.vbi Peruſ.nu.3.& Card. nu.1.in d.c.fi.ita debēt intelligi.Quapropter feſtiuitates quæ ab ep̄is,vel prēlatis ſeruari iubentur,cōprehenduntur in hoc pręcepto.Nec
29 ſine miniſterio†adieci,ab ep̄is vel prælatis , quia ſi aliqui feſtiui dies ſeruari iubeātur à principe ſeculari, vel ꝓpter eius victoriā,ſeu nuptias,vel quia filius naſcatur , ſiue in honorē diei in quo natus fuerit,vel coronatus:quibus de cauſis & ſimilibus ſeruari iubentur iuxta notata in l.à nullo,& in l.omnes dies,in fine.C.de fer.& cumulata per Hoſt.in c.fi.poſt gl. ibi eodem titu. non vtiq́ue in talibus feſtiuitatibus obligabimur hoc præcepto de audienda miſſa.

30 Prout nec eadē ratione cogimur † ſub eodē præcepto de quo agimus,ſi de conſuetudine , aliquo die vacemus : putà, ſcolaſtici à lectionibus Conimbricę,Salmanticæ , & reliquis omnibus vniuerſitatibus feria quinta ob requiem corporis . Nā cū tales dies ſeruari nō præcipiātur nec ab eccleſia, nec à prælatis , ſed ſolum ex laudabili conſuetudine à lectionibus ceſſetur,nihil mirum ſi de pręcepto non ſimus obligati:licēt
31 vtiq́; † de honeſtate,& conſilio,propriaq́; deuotione(ſi poſſemus) expediret quotidie miſſam audire. Cum exinde ſpirituale lucrum, conſolatioque interior nō minima oriatur : teſte Beato Chriſoſtomo homilia.69. Inno.& alijs citatis à Gabr.in canone miſſæ, Lect.29.in prin. teſte & (omni exceptione maiori)experientia,ſm Nauar.in Manual.c.21. nu.j. in fi.Conducuntque late Caſtr. in ſumm. verb. miſſa, verſi, tertia hęreſis, & Anto.Honcala in tract.de valore miſſæ,art. 6.notarūt:& quæ deuote conſiderat(deuotionis Chriſtianæ magiſter)Frater L.Granada in cōpendio doctrinæ Chriſtianæ.c.17.§.1.vt omittā horrēdā Antonin.hiſtoriā quā per te videas 2.parte ſummæ titu.9.cap.10.§.2.in fi.

Addidimus & ſuperius,(in ciuitate,loco,vel parrochia,in
32 qua habites.) nā † multæ ſunt feſtiuitates quæ ſeruari iubētur à prēlatis ſub præcepto in aliqua ciuitate , quæ tm alibi nō ſeruātur,nec obſeruari præcipiūtur.Quædā, quę in loco, non tm in ciuitate.Alię verò in parrochijs particularibus,nō verò in ciuitate vel oppido eiuſdē parrochiæ. Quare habitationis,& domicilij ſequeris conditionem:etſi in parrochia tua ſeruari præcipiatur illa dies,vel quia ſacer eſt ſancto eius inuocationis, vel alia iuſta de cauſa , quam epiſcopus talem iudicauit, teneberis vtiq́ue ſine dubio ſub pręcepto peccati mortalis audire miſſam .

33 Quod adeò verum † exiſtimo , vt quamuis ſeruari iubeatur ab eccleſia,vel prælatis,ille,vel alius quilibet dies vſq; ad meridiē tantum includatur ſub hoc præcepto de audienda miſſa. Putà ſi (vt cōiter fit) in parrochijs ſeruari iubeantur Diui earum inuocationū vſq; ad meridiē tantū. Vel (vt moris eſt)ab eccleſia obſeruari feria ſexta maioris hebdomadæ vſque ad meridiem dūtaxat. Aut ſi pręciperentur obſeruari dies cinerum , vel dies defunctorū poſt feſtū omniū ſanctorum,vel conſimiles vſq; ad meridiē:eo vtiq; ſine dubio tenebimur ex hoc præcepto audire miſſam . Cuius rei ratio ex prædictis deſcendit, quia cum eo tempore vacare iubeamur ab oībus operibus ſeruilibus,merito ſpiritualibus, ſanctificationi.ſ.& glorię Altiſſimi per auditionē miſſæ obligamur eo meridie.In cuius item ſententię corroborationē (ne alia indigeamus probatione) allego totius eccleſiæ vniuerſalis cōſuetudinem,quę ita obſeruat & iudicat:igitur nō inſiſtendū.

34 Adijciemus vltimo†prædictę concluſioni(quāuis vigilias non habeant in pręcepto)ne quis putaret in pręcipuis tantū feſtiuitatibus,& habentibus vigilias obligare pręceptū iſtud de audienda miſſa. Cum notiſſimum ſit multos ſanctorum dies,& eos omnes qui non exprimūtur ſpecifice,pręcipi obſeruari ſine vigilia : atque ideo tenemur etiam illis omnibus diebus ſub præcepto audire miſſam ex hactenus dictis.

35 Et ne quis dubitet quid verbū vigilia† ſignificet,breuiter admoneo,pro reuerētia alicuius pręcipuę ſolēnitatis cōſueuiſſe olim fideles tota nocte vigilare in oratione & contemplatione Altiſſimi , probat tex.in c. noſce. ibi , vigilias celebramus orationibus pernoctantes inſiſtimus &c. 76.diſt.& in clem.1.ver.nonnulli.ibi , in feſtorū vigilijs,dū in eccleſijs deberent orationi inſiſtere,cum ibi notat.per glo.& alios de celeb.miſ.Qua ratione(ni fallor) apud nos verbū vigilia , ſignificat ieiuniū : cum loco vigiliæ in pręcipuis feſtiuitatibus indicatur ab eccleſia ieiunium,cuius finis eſt maceratio carnis ad vigilationem & mentis in Deum eleuationem,vt omnes

nes agnoſcunt. Inde autem dicta eſt vigilia quia frequentius de nocte fiebant multis de cauſis relatis à fratre Dominico Soto.lib.10.de iuſtit.& iur.q.5.art.1.col.12.verſ.Sed tertio, quem om nino vide.

Ex qua noſtræ concluſionis ita declaratæ reſolutione in-
36 fertur primo, ꝙ cum † dies rogationũ.i.litaniarũ, nec ab ecclesia, nec à prælatis ſeruari hodie iubeantur: immò totius orbis generali conſuetudine ſeruilibus operibus intẽdatur, merito talibus diebus non oligemur hoc præcepto de audienda miſſa.

Nec obſtãt tex.in c.1.ibi.[rogationes tribus diebus.]& in c.rogationes.i.litanias ibi, per ꝙ triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxẽtur, vbi oẽs notarũt, de conſ.diſt.3. Nã licèt iu-
37 re cõi † attento, præciperentur obſeruari rogationes. i. litanie ante aſcẽſionẽ Dñi (in quibus ea iura loqui intelligunt Hoſt.in c.fi.colũ.2.in fi.& ibi Anchar. nu.2.de fer. Bal.& alij per Bertachin.in tract.de epiſcop.lib.1.parte.1.nu.21.)eoq; iure inſpecto ex eadem noſtra reſolutione obligaremur hoc præcepto: non tñ hodierno iure, quo tales dies de cõſuetudine nõ obſeruãtur. Nec mireris iſtã conſuetudinẽ: nõ enim recens, & noua eſt, ſed vetus & antiqua, cũ & Anchar.in d.c. fi.nu.3.iã eo tẽpore dixerit non ſeruari in curia illos dies, & expreſſerit Ioan.de Turre Cremat. in eod.c.rogationes.n.4. eos dies per contrariam conſuetudinẽ eſſe abrogatos. Quarum tamen litaniarum primum inſtitutorẽ & qua occaſione, quiduè ſignificent, declarat late (ne à propoſito diſcedamus) Ioã.de Turre Crem.in d.c.rogationes.n.2.elegãter Polidorus Vergilius lib.6.de inuẽtoribus rerũ.c.2.col.3.& alij.

38 Secundo infertur† ꝙ quamuis ſub præcepto peccati mortalis teneamur in diebus quatuor temporum anni ieiunare. c.1.& 2.c.ſtatuimus.cum ſeq.76.diſt.Earumq; dierũ ieiunia indicta fuerint ab eccleſia, ad purgationem offenſarum, quæ cõmittuntur in quatuor tẽporibus anni. c.ieiuniũ. in 1.& 2. vbi Præpoſ.& alij notarũt.76.diſt.non tamen tenebimur ſub hoc noſtri tex.præcepto illis diebus ieiunij audire miſsã, qa tales dies nõ præcipiuntur ab eccleſia vel prelatis obſeruari, etiam nec ad meridiem: igitur non obligabunt ex hactenus ſuperius dictis.

39 Tertio inferẽ † verus intellectus ad tex.in c. ſolent plures. ſupra hac diſt.cũ videtur probare, ꝙ non dicitur quadrageſimalibus diebus ieiunare, qui non audit miſſam: id ꝙ magis ſuadetur ex ver.ſi verò aliquis neceſſitate, ſi bene põderetur: Cuius argumento firmauit Stephan. à Coſta in tracta. de ludo.ar.fi.nu.6.ꝙ quilibet tenetur audire miſſam in quadrageſima. Igitur vera non videtur noſtra ſuperior reſolutio, cũ dies quadrageſimales, nec ab eccleſia, nec à prælatis ſeruari iubeãtur. Nã ille tex.(quicquid Coſta dicat) loquitur de cõſilio, vel ſi de præcepto, abrogatus eſt contraria conſuetudine, quæ eſt communis omniũ ſolutio quam ſequitur Silueſt.in ver. miſſa colum.1. ante verſ. dicitur quarto, & poſt Roſelam D.meus Nauar.in Manual.c.21.nu.1.in fi.

40 Ego verò † aliter noue, & (meo iudicio) manifeſte intelligo illũ tex.ne aduerſetur noſtrę reſolutioni, ne itẽ corrigatur, vt cõis exiſtimat: immò verò hodie procedat, ſi aduertas priorẽ eius tex.cõcluſionem, totamq; illius Cabilonenſis Concilij intentionem principaliter tendere ad reprobandos quorũdã mores, qui in quadrageſima ante horã debitã cenantes ſoluebãt ieiuniũ: [qui (inquit tex.) nullatenus ieiunare credendi ſunt, ſi ante mãducauerũt quàm veſpertinũ celebretur officiũ.] Quod olim fiebat hora nona. i. tertia poſt meridiẽ: hodie verò hora ſexta.i.paulo ante meridiẽ, cõputatis horis vt habetur Ioãnis.11. ibi, non ne duodecim ſunt horæ diei? Poſtea verò in ver.concurrendum, tacite illorum obiectioni reſpondet tex.conſulendo, quid faciendũ ſit vſq; ad horã præſcriptã ieiunijs [concurrendũ eſt (inquit) ad miſſas, & auditis miſſarum ſolemnibus, & veſpertinis officijs, & largitis eleemoſynis, ad cibũ accedendũ eſt.] Ex quibus verbis clare ſuadet noſter intellectus, vt ſ.in priori parte deſcribatur hora ieiunantiũ mãducationi apta, & ponatur præceptũ. In ſecũda verò ver.cõcurrendũ, ponatur cõſiliũ audiẽdi miſsã in quadrageſima, cum alia adiecerit, quę ẽt regulariter cõſiliũ denotãt. putà veſpertina officia, & eleemoſinarũ largitiones. Atq; ita nihil de miſſa audiẽda precipiet ille tex. ſed potius de ieiunio principaliter, vt eũ allegãdo ſenſit gl. in c. vnũ orariũ, col.3.verb.ieiunãtibus.25.di.gl.fi.in c.placuit 1. de conſec.diſt.3.& glo.in verb.præuenit.in c. quinq; modis. de conſec.diſt.5. Ad quod cũ quoq; tex.allegat Ant.Hõcala in tract.de ieiuniorum obſeruatione colum.3.in prin.& alij.

41 Ex quibus omnibus † relinquitur nos ex vi præcepti huius noſtri tex.non adſtringi ſacro intereſſe niſi illis diebus, quos obſeruãdos ſtatuit eccleſia, vel prælatus. Reliquis autẽ diebus, quos vnuſquiſq; ex propria deuotione colendos duxerit, placet cõſiliũ, vt rei diuinæ interſit, & Dñi paſſionem recolat, quæ in ipſo ſacrificio repręſentantur. Quod quidẽ facere poterit ſine vlla obligatione incurrẽdi mortale ob eius omiſſionem. Idq; procedere intelligo, niſi talium dierũ obſeruatio, quæ ex cuiusq; deuotione fit, tueatur cõſuetudine legitime præſcripta: tunc enim miſſãm audiendi obligationem omnino inducet ex Ang. ſententia in ſumma verb. feriæ ad nu.7.qui in hac ipſa ſpecie loquitur.

42 Relinquitur etiam † præceptum iſtud de audienda miſſa adeò obligare diebus illis ab eccleſia vel prelatis ſeruari preceptis, vt nõ poſſit qs altera die precepto ſatisfacere, quàm deſtinato illo ab eccleſia tẽpore: ſicuti nõ ſatisfacit ieiunãs, vel horas dicẽs alia die quàm cõſtituta ſit, ex Med.reſolutione, (qui etiã in noſtra ſpecie loquitur) in C.de oratione cap. de horis canonicis reiterandis, col.5.verſ.ſi obijcias, p.mihi 180.D.Nauarr.& aliorum in c.qñ.ſupra hac diſt.c.3.nu.18. poſt princ. quia permiſſa ad tempus poſt tempus videntur excluſa l.ſtatu liberũ.§.ſtychũ.ff.de lega.2.l.Imperator.cum vulgaribus.ff.de poſtulando. Iſthęc autem breuiter meminiſſe libuit (licet extra omnem controuerſiam) nonnullos ſciolos admonendi cauſa, qui eo errore & ignorantia ducti, ex cauſa quantumuis leui, præcepti huius obligationem in aliam diem transferebant.

Reliquum eſt (vt colophonem huic verbo, die dñico, imponamus) breuiter reſoluamus id ꝙ D D. inuoluunt: an.ſ. obſeruatio iſtius diei, ſit de iure diuino, vel poſitiuo. Deinde, vtrũ pugnet cũ precepto diuino de ſabbato ſanctificãdo. Quibus duabus qõnibus breuius quàm potero ſatisfaciam.

43 Quoad priorem, † videtur dicendum ꝙ obſeruatio iſtius diei dñici, iure diuino introducta fuerit: Quod & numero doctorũ, & iuris authoritate probatur. Hanc etenim partem amplectuntur Hoſt. Anto.Panor.& Anchar.notab.1.in c.licet, de fer. Angel.in verbo ferię.§.3.in fine. & cõiter teneri teſtatur Silueſt.in verbo dominica.q.prima ver. ſeptimum: denique hanc eſſe communẽ ſententiam fatentur dñs meus Nauar.& alij omnes iufra citandi. Mouentur præcipue, (vt alia vulgaria omittam) ex text. in d. capit. licet in princip. vbi videtur probari vtroque teſtamento, tam veteri, quàm nouo feriatum eſſe diem dominicum, & ita lege diuina precipi eius obſeruantiam.

44 Sed tamen contrariam † ſentẽtiam verioręẽ putarũt multi alij, & numero & authoritate ſuperiores: quorum numerus eò deuenit vt frequentiori calculo receptum ſit, diem dominicam, & alias Diuorum ſolemnitates poſitiuo iure ex conſtitutione eccleſiæ, & totius populi Chriſtiani cõſuetudine inductas. Ita expreſſerũt diuus Tho.2.2.q.122.ar.4.ad quartũ, diuus Hieronym.Antoni.Maior. Almayn. & fere omnes theologi quos refert & ſequitur preceptor meus dñs D.Nauar.in rep.c.inter verba.11.q.3.nu.50.pag.mihi.12.& in rep. c.qñ. de cõſe.diſt.1.c.3.nu.18. & rurſus hãc eſſe veritatẽ teſtatur in Manuali reformato.c.13.in prin.poſt Pariſienſes, & alios quos ibid. citat. Vltra quos oẽs hanc partẽ veriſſimam dicunt atq; defendunt Albertin.in rep.rub.de hęret. lib.6.q. 12.verſ.quintus error.ex nu.13.Colon.Cõcil. in explicatione in decalogũ in tertio precepto, pag.mihi.270.ver.& q̃uis. & verſ. ex quibus, in fine. Paulus Burgenſis in ſcrutinio ſcripturarũ p.1.diſt.8.c.14.col.2.in prin.& in fine. Necnõ id pro conſtãti habet Frater Dñicus Soto vir oĩ laude digniſſimus lib.6.de iuſt.& iur.q.4.art.4.colum.2.verſ.ſecundo, & col.9. verſ.atqui per hæc, & col.10.in prin. Deniq; eius diei feſtiuitatẽ, à ſeculo Apoſtolorum ex reſurrectione dominica declaratã, ſtatim poſt Chriſti diſceſſum, cępiſſe habere principiũ cõcludit Colon. Concil.dicto ver. ex quibus.in fi. Conducit & illud Apocalypſis Beati Ioannis cap.1.litera. C.ibi, [Ego Ioannes fui in ſpiritu in die dominica.] Conferunt & tradita per Turr. Cremat. in c.1.num.9.de conſec.diſt. 3. Ex quibus omnibus ſatis conſtat hanc eſſe & veriorem, & communiorem ſententiam, ꝙ ſ. ex inſtitutione eccleſiæ huius diei dominici obſeruãtia emanauerit. Id quod vr̃ noſter tex. innuere dum loquitur per verbum precipimus. Et clarius in c.omnes fideles.3.eadem diſt.& in c.1.de fer.ſi bene põderes verbum, decernimus, quod eſt iuris noui introductorium. & decernimus. cũ ibi notat. per Dec. & alios de iudic. Necrepugnat tex.in dicto c.licet: eidem nãque (ne prolixior in re tam

tam clara exiſtam) noue reſpondet præceptor meus D.Nauarr.in ſuo merito manibus deferendo Manuali reform.c. 13.num.1.in fine, atque ideo non moror.

Vti nec immorabimur in reſolutione alterius queſtionis ſuperius propoſitę: an † ſcilicet preceptum hoc dominicum pugnet cum lege diuina de ſabbato ſanctificando. Breuiter namque reſpondeo quòd lex illa, qua parte certæ diei iudeis alligata erat, ceremonialis erat: & per conſequens abrogata & extincta per aduentum Chriſti.c.1.cum ibi no.de purific.poſt partum.late poſt Thom.Frater Dominic.Soto lib. 2.de iuſt.& iur.q.5.artic.8.per totum, & quàmplurimi alij: igitur nihil omnino pugnat cum noſtro precepto dominico.

Quod quidem, loco Sabbati, aptiſsime ſucceſſit: tùm, propter † memoriam beneficij redemptionis, Dominicæq; reſurrectionis gaudium, ut affirmat Med.in c. de pœnitentia. q.6.col.17.in fi.& 18.in princ.tùm etiam propter amotionem errorum: quia cum ſabbatum eſſet iudęis in memoriam non ſolum creationis mundi, ut legitur Exodi.20.ſed etiam liberationis de ſeruitute Aegyptiaca, Deuteronom.15.congruum non erat nec conueniens, ut commemoraretur liberatio Aegypti, ſtante maiori liberatione, & a multo maiori ſeruitute, æternique ignis hæreditate: a qua nos uendicauit Saluator, per mortem, & reſurrectionem ſuam: Altius enim, mutata eſt ratio illa literalis cõmemorandi beneficium creationis, in beneficium recreationis, quæ facta eſt a Chriſto per gratiam. Et iſthæc fuit præcipua huius translationis ratio: quamuis Turre Crem.in c.1.num.9.de conſecr.diſtin.3. & Colon.Concil.in explicatione in decalogum in 3.precepto col.2.fo.mihi.268.alias adiungant rationes: atque alias ſcripſerit Paulus Burgenſis in 1.parte ſcrutinij ſcripturarum diſtin.8.cap.14.prope finem.ubi per totum illud cap.in iſta propoſita.q.ſpatiatur, ſigillatim reſpondendo omnibus argumentis contrariæ partis, ad quem me remitto. Hactenus de hoc uerbo die dñico: ſequitur ordine uerbũ ſecularibus.

SECVLARIBVS.

HVIVS verbi, dura nimis prima facie videtur ſignificatio, cum videatur clericos, & alias eccleſiaſticas perſonas non comprehendere, argumento ducto a contrario ſenſu, quod regulariter validum eſt in iure. Præterea, quia quod certis mandatur, alijs negatum videtur, cap.qualis.25. diſt. Quibus rationibus Ioannes doctor antiquus firmauit ꝙ hoc † præceptum de audiẽda miſſa non comprehendere clericos, nec alias religioſas perſonas: cum de ſecularibus tãtum expreſſerit.

Sed quàm ſuſpecta, & falſa ſit eius opinio, nemo eſt qui non videat. Nam ſi ratio huius præcepti eò tendit, vt vacemus Deo, oremus, & gratias agamus pro tot tantisq; in nos collatis beneficijs, vt iam ſupra latius probauimus: erroneũ certe, temerariumque erit aſſerere, clericos & eccleſiaſticas perſonas non comprehendi: quibus prædicta omnia ex ꝙ officio proprio † incumbunt.c.1.cum ibi not. de celeb. miſſ. & per totum titu.ne clerici vel mona.bonus text. & omnino videndus in c.nunquam.de conſe.diſt.5.melior text.in c. duo ſunt.12.q.1.ibi, mãcipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu ceſſare conuenit, vt ſunt clerici &c. qui & peccata populi comedunt, eaq; ſuis precibus delent atq; conſumunt.c.ipſi ſacerdotes.1.q.1. c.quia. cum ſimili.10.q.1.Nec verbum iſtud ſecularibus, repugnat: de illis enim expreſsit tex.iſte ſolummodo, quia in religioſis a fortiori, pcedebat argumentum: quo caſu nõ valet a contrario ſenſu ex cõi omnium reſolutione in præſenti. Denique omnes indiſtincte teneri hoc præcepto tutius & rationabilius firmat Antonin.2.par.ſummæ tit.9.c.10.§.1.ver. ſed tutior, & poſt omnes ſummiſtas Silueſt. in verb. miſſa. 2.q.1.in princ.& vbiq; omnes conſentiunt: nec in re tã clara aliquis ſanæ mentis dubitabit, cum iam ſupra in c.& hoc attẽdendum, ver.ſed ſacerdotes.hac eadẽ diſt.in eis loquereẽ Auguſtinus, & tex.in Cle.1.ver.nonnulli tam clerici quàm laici. de celeb.miſſ.cum mille ſimil.ideo non inſiſto.

Verumenimuero vltra DD.tripliciter cogitabam, nõ ſine miniſterio de ſecularibus tantum expreſſiſſe noſtrũ hoc concilium, nulli fore dubium exiſtimans, a fortiori & in religioſis habere locum, vt modo diximus: Sed ideo quia cum ꝙ olim † ſeculares, & laici non poſſent ſe clericis miſcere dum diuina celebrabantur officia, nil mirum ſi de ſecularibus tñ loqueretur. Id quod ex originali Cõcilij Turon.2.c.4.vol.2. Concil.ſatis conſtat: [vt laici (inquit) ſecus altare, quo ſanẽta myſteria celebrantur, inter clericos, tam ad vigilias q̃ ad miſſas ſtare penitus non præſumant, ſed pars illa quæ a cancellis verſus altare diuidit, choris tñ pſalentium pateat clericorum. Ad orandum & communicandũ laicis & fœminis (ſicut mos eſt) pateant ſancta ſanctorum,] quæ ſunt originalia verba, male tranſcripta in c.1.de vit.& hone. cler. & peius ibidem attributa Concil. Maguntino. Salomonis.n. templũ tres olim partes habebat: quarum tertia, dicebatur Atrium, vbi populus (ſeparatis tñ maſculis à fœminis) ingrediebatur: qd̃ & in eccleſijs græcorũ obſeruatur hodie, vt eleganter declarat religioſus pater F.L.de Granada in compẽdio doctrinæ Chriſtianæ.c.18.ante.§.1.fol.166.

Secundo probabilius conſiderabam, an forſan hic tẽx.de ſecularibus expreſſerit, quia.ſ.clerici & religioſi maxime habentes curam animarum maiori † tenentur obligatione pre-
50 terquàm dieb. dñicis & feſtis. vt expreſſit Ang. late in ſum. in verb.miſſa.§.44.& 45.notatur in c.1.& in c.conſuluiſti, & in c.cũ creatura de celeb.miſ.conducunt & tradita per Ant. Honcal.in tract.de valore miſſæ arti.2.col. pen.ver.curati.& per Dominic.Sot.lib.9.de iuſt.& iur.q.1.art.1.col.5.verſ.nihilominus. Nam ſi epiſcopus ſit, nõ ſolum diebus dñicis, ſed & omnibus alijs diebus tenetur audire miſſam, argu.c.fi. de priuileg. lib.6.vbi Petrus notab.1. & expreſſit Additionator Colectar. in c. 1. littera A. de fer. Igitur aptè de ſecularibus ſolum expreſſit tex. Quõ reperio ꝙ in proprijs terminis (ſentiens difficultatẽ) diſſoluit additio.1.in fi.ad Gabriel.in Canone miſſæ lect.29.in prin. Verum & iſthæc apud me conſideratio dubia eſt. Tum, quia licet curati maiori teneãtur obligatione, id erit ratione officij, non vero rõne huius noſtri
51 præcepti: Tum ẽt quia iure † ſuſtineri non poteſt epiſcopos teneri de precepto audire quotidie miſſam, ſed ex honeſtate & conſilio tantum (quicquid alij repugnent) hoc enim deſignat verbum, [decet,] poſitum in d.c.fi. & ita illud intelligit glo.recepta in cle.1.in verb.canonicis.de celeb.miſ.vbi Imo. col.4.ver.rñdeo ad glo.Rauen.in prin. & Bonifac.de Vitalinis nu.27.ſentit Panor.in c.1.nu.8.de vit. & honeſt.cleri.expreſſerunt Ang.in d.verb.miſſa.nu.57. Coſm.in pragma.tit. quo tẽpore quiſq; debeat eſſe in choro, in prin.verb.miſſa, & nouiſſimè D.meus Nauarr.in Manual.c.21.in prin. & multi alij quibus hoc indubitatum eſt.

Quare tertio loco aduertebã, vtiliter adiectum fuiſſe in præf.verbũ iſtud, ſecularibus, ad excludendum.ſ ſcrupulum
52 † quorundã clericorũ exiſtimantiũ, ſe non ſatisfacere huic præcepto de audienda miſſa, ſi celebraſſent ea die: Cum nõ audijſſent ab alijs clericis, vt vr̃ tex.requirere per verbũ, audire. Licet.n.dubiũ & ſcrupulus ille fuiſſet bonarũ mentium ibi.ſ.timere culpã vbi culpa nõ eſt.c.fi.5.diſt.cle. Exiui.§.verum.de verb.ſign. ne tñ dubitationi locus relinqueretur cautè nimis appoſuit Concil.in præf.verbũ ſeculares, vt innueret clericos vel audiendo, vel celebrãdo, dñicis diebus, & feſtiuis, ſatisfacere huic præcepto ex Antonin.ſentẽtia.2.par. ſum.tit.9.c.10.§.1.ante verſ.ſecundũ dubiũ. Sequitnr Bonifac.de Vitalin.in cle.1.nu.76.de cele.miſ. & oẽs agnoſcunt.

Vtcunque tñ ſit, conſtat, & exploratiſſimũ eſt per verbum
53 iſtud ſecularibus, † tã laicos quàm clericos, etiam epiſcopos, & in maiori dignitate cõſtitutos per argumẽtũ à fortiori teneri hoc precepto de audienda miſſa diebus dñicis, & feſtis ab eccleſia ſeruari præceptis vt ſupra reſoluimus. Cuiuſcunque ſexus, & conditionis ſint, ſiue ſerui, ſiue liberi, vt reſoluit D.meus Nauar.in rep.c.qñ.ſupra eadẽ.c.3.nu.8. Nec ſeruitores, Bubulci. Porcarij, vel alij paſtores vel aratores excuſantur regulariter: de quibus audi in ſpecie Concilij Rothoma.decretum cap.5. [Admonere (inquit) debent ſacerdotes plebes ſubditas ſibi, vt Bubulcos atq; porcarios, vel alios paſtores, vel aratores, qui in agris aſſidue morãtur vel in ſilluis, & ideo velut more pecudũ viuunt, in dñicis & in alijs feſtiuis diebus ſaltẽ vel ad miſsã faciãt vel permittant venire. Nã & hos Chriſtus pretioſo ſanguine ſuo redemit: ꝙ ſi neglexerint, pro animabus eorũ abſq; dubio rationẽ ſe redditu ros ſciãt &c.] de quibus oĩbus latius infra 2.parte dicemus.

54 Limita tamen primo † verbum iſtud ſecularibus, & intellige de fidelibus & Chriſtianis, non vero de infidelibus, putã, Mauris, Turcis, Iudæis, & alijs omnibus paganis & Sarracenis qui omnes dicuntur infideles, qui Chriſtiani non ſunt, vt declarat Thom.2.2.q.10. late Dec. in c.1.nu.17.in 1.lect. de conſtit.& alibi paſſim: quia cũ tales conſtitutionibus canonicis non arctẽtur. c. gaudemus de diuort.cum ſimilibus citatis à Fel.in d.c.1.nu.37.verſ.fallit quinto, vbi omnes repetentes.nec iſta etiam, de audiẽda miſſa eos obligabit. Idq;

verũ intelligo ẽt ſi tales infideles inter Chriſtianos habitẽt, (quorũ cohabitationẽ eccleſia ſuſtinet. c. etſi iudæos.de iudæ.)coactos enim nõ elegit Chriſtus,ſed volũtarios.milites. c.non eſt.15.q.1.Immò religioni Chriſtianę contrarium eſt, vt ad recipiendam fidem compellantur inuiti.c.maiores.§. item queritur.verſ.Sed opponitur.de baptiſm.igitur hoc p̃cepto non includuntur, immò tempore miſſæ foras eijciuntur vt habes inf.num.58.

Nec oberit ſi etiam infideles cõputentur inter oues Chriſti iuxta illud Ioannis † c.10.littera.C.ibi,[& alias oues habeo,quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere
55 &c.] Nam reiecta expoſitione Theophilati, & Dionyſij.d. c.10.intelligentiũ de illis fidelibus qui futuri erãt in numero electorum:planior & verior vr̃ expoſitio Inno.in c.quod ſuper his,num.4.de vot.dum intellexit q̃ omnes tam fideles q̃ infideles ſunt oues Chriſti per creationem, licet non ſint de ouili eccleſiæ.Qua etiam rõne ſine dubio procedit hæc limitatio, quia cũ non ſint de ouili eccleſiæ,de his quæ foris ſunt nihil ad nos,vt hr̃ priori ad Corinth.c.5.& refertur in c.multi.2.q.1.Igitur non immorandum:contenti ſolum meminiſſe omnia præcepta eccleſiæ,& per conſequens iſtud obligare etiam infideles virtualiter, cum omnia includantur rõne infidelitatis argum.eorum quæ tradit Thom.2.2.q.10.arti.4. per totum,vbi Caieta.in princ.latius adnotauit.

Secundo limita verbum hoc ſecularibus, vt nõ habeat lo-
56 cum in catechumenis: † qui non tenentur etiam conſtitutionibus canonicis, nec eccleſiaſticis poſitiuis ex ſnia Dñici in c.audite.notab.2.34.diſt.quam ibi ſequitur Præpoſ.num.1. Dec.in c.1.nu.8.& Fel.nu.37.cum alijs de conſtitutio. Nec item poſſunt excõmunicari,ex eodẽ Dominic.in c.romana. §.in vniuerſitate de ſen.excom.lib.6.recepto ſecundùm D. meum Nauarr.in Rep.§.in leuitico.notab.31.p.mihi.331.in fi.ergo non tenebuntur hoc pręcepto de audienda miſſa,cuius tranſgreſſores excommunicantur in præſenti.

Sed obijcies quamplurima iura quæ de miſſa catechume-
57 norum loquuntur: igitur deobligati non videntur ab hoc p̃cepto.Imprimis adeſt tex.in c.Epiſcopus.†infra hac diſt.vbi in Concil.Carthaginenſi.4.c.84.ita legitur,[Epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam,& audire verbum Dei, ſiue gentilem,ſiue iudęum,ſiue hereticum,vſq; ad miſſam cathecumenorum.] Facit tex.in c.de inceſtis.iuncta glo.in verb.& inter cathecumenos. & in c.de his.ibi, [vſq; ad miſſam catechumenorum &c.]33.q.3.notarunt glo.& ſcribentes in c.iudæi.de conſecr.diſt.4.Ea namq; omnia, & ſi quæ ſunt alia, q̃ de miſſa catechumenorũ loquuntur,intelligi debent de miſſa largo modo ſumpta.i.de orationibus vſq; ad offertoriũ, non vero de miſſa vt proprie accipitur pro ſacrificio ipſo & vero corporis & ſanguinis D.noſtri Ieſu Chriſti holocauſto, vt iam ſupra diximus nu.4.Tpe namq; ſacrificij omnes
58 infideles & catechumeni eijciuntur foras † vt notarunt omnes cõiter poſt Thom.& reliquos in d.c.epiſcopus.Imo verò tales catechumeni intereſſe nõ poſſunt niſi vſq; ad Euangelium, gl.no. in c.de his.35.q.3.vel vſque ad offertorium ſ̃m Thom.in 4.diſt.13.q.2.art.3.ad 5.quæſtiunculam verſi.tertio miſſa.Solebat enim tunc dicere Diaconus, catechumeni exeant foras, vt affirmat.R.Frater.L.de Granada in cõpendio doctrinæ Chriſtianæ.c.18.§.1.fo.169.conſentiunt & alij omnes s̃.relati nu.6.dum putabant verbum Miſſa ab eo deriuari quia ſolebant catechumeni foras emitti. Igitur clare cõſtat eos nõ teneri hoc p̃cepto de audiẽda miſſa : cũ licet eã audire velint, nõ admittant̃ ne fidem,& cæremonias noſtras contemnant & irrideant arg.tex.in c.etſi iudæos.de Iudæ.

Qua ceſſante rõne,(putà ſi tales catechumeni ſufficienter
59 iã ſunt̃ inſtructi & diuina charitate flagrantes) cogitabã † (licet authorẽ nõ reperiã) vtrũ tex.in d.c.Epus, & ea oia q̃ mõ diximus, poſſent noue limitari in iſtis catechumenis diuina charitate flagrãtibus,vt eos dicamus nõ fore eijciẽdos ab eccleſia tpe ſacrificij.In cui⁹ ſniæ fauorẽ accedãt Aug.verba in c.nõ dubito.de ꝓſecr.diſt.4.[Nõ dubito(inquit)catechumenũ catholicũ diuina charitate flagrantẽ,hæretico baptizato anteponere.Sed & in ipſa intus eccleſia catechumenũ malo baptizato anteponimus:Merito.n.Cẽturio nõdũ baptizat⁹, Simoni baptizato anteponit̃ &c.] Faciunt & ea q̃ notat D. meus Nauarr.in Rep.§.in leuitico.notab.31.p.333. Si igit̃ tales in ipſa intus eccleſia admittunt̃, ꝓſequẽs vr̃,ne ab ea repellant̃ tpe ſacrificij cũ ceſſet rõ illuſionis,ſi verè flagrãtes ſunt, nec p eos ſtat quomin⁹ ſtatim baptizent̃,ſed q̃a expectare tenẽtur tempus a iure conſtitutum vt ſtatim dicemus.

60 Verum licet id nõ ſine colore † tentari poſſit, quinimo & iure cõi attento verificari:cũ nec Tho.nec alij quotquot ſunt (ſi recte intuearis) in iſtis catechumenis flagrantib. eijciẽdis foras loquant̃.Hodie tñ in praxim reduci nõ põt, nec verificari hæc noſtra opinio,tñ quia ſi tales catechumeni ita flagrãtes reperiant̃,ſolent magiſtri (nullo iuris ſpectato termino) eos ſtatim baptizare:ingreſſaq; ſacrorũ iania,oia patent. Tũ ẽt q̃a licet aliquis videat̃ flagrans,expectat̃ tñ aliqñ,& differt̃ baptiſma rõne cõis eorum duritiæ,ſcandalizarenturq; alij & renuerent,ſi viderent ſociũ admitti ad ſacrificiũ,cum tñ reliqui oẽs foras eijcerentur:Quare nullus oino quantumcunq; flagrans admittit̃,omnesq; inſimul eijciuntur foras, put iure cõi conſtat:& ita praxis obſeruat,vt accepimus a quodam religioſiſſimo & inſimul doctiſſimo Fratre Societatis Collegij de Iesv.

Nec aũt dubitare aliquis poſſit quis dicat̃ catechumenus
61 † & quanto tpe inſtruat̃,(cũ quotidiana ſit hec materia tam Romæ q̃ in India & alijs Aethyopicis partibus:) breuiter dico q̃ catechumenus dr̃ ille qui vult effici Chrianus, & eſt intra tps pbationis, quo fidei rudimenta cognoſcat.c.ante baptiſmum.de catechumenis.c.inf. diſt.4. Ad quod olim dabat̃ terminus octo menſiũ,vt in c.iudęi.de ꝓſecr. diſt.4. licet poſtea terminus 40.dierũ pręſcriberet̃ in c.ne quod abſit.eadem diſt.declarat Bart.in l.2.n.2. C.ne ſanct.baptiſm.reitere.late Dec.in c.1.2.lect.nu.8.de ꝓſti. Sed latius Card.ſancti Sixti in d.c.ante baptiſmum,vbi quinq; argumentis probat quàm conueniens ſit illa inſtructio.

62 Tertio & vltimo†limita verbum hoc ſecularib.de illis qui nondũ annos diſcretionis adepti ſunt,nec doli capaces iudicant̃ : tales etenim non obligabunt̃ hoc p̃cepto de audienda miſſa,ſicuti non aſtringunt̃ alicuius legis præcepto, magis q̃ bruta & animantia rõnis expertia.Ita in pprijs terminis Palud.in 4.diſt.15.q.5.ver.ſecunda ꝓcluſio.D.me⁹ Nauar.poſt cõem in Manual.reform.c.21.in prin.& oẽs fatent̃. Doli verò capacitas reperitur in ſeptẽni puero,vt ex eo tpe includatur in hoc præcepto:ita in ſimili quoad ꝓfeſſionẽ reſoluunt Pan.nu.9.& alij oẽs in c.omnis vtriuſq; ſexus.de pen.& rem. Cum in ſeptenni peccatũ reperiat vt ex Aug.ſnia pbat gl.in verb.loqui,in c.paruuli.de conſecr.diſt.4. bonus tex.vbi oẽs cõiter in c.1.de delict.puer.& alibi paſſim : Igit̃ ſi tales in ea ætate diſcernere poſſunt quid malũ,bonũve ſit, ex cõi theologorum ſnia & Scot.in 4.diſt.17.q.1.ar.2.in prin. (maxime hac nr̃a tẽpeſtate, qua malitia ſupplet ætatem) nihil mirum ſi poſt ſeptimum annũ teneant̃ hoc præcepto de audienda miſſa. Immò (quod magis eſt) ſine dubio tenebuntur ẽt añ ſeptẽniũ,ſi diſcretio pũenit,vt affirmat D.me⁹ Nauar. vbi ſ.

Cuius quidẽ rei iudicium erit cõfeſſoris vel maxime pa-
63 tris,vel illius ſub cuius poteſtate & gubernatione tales fuerint conſtituti:ad eos † namq; ſpectat filios ſecum ducere ad miſſam audiendam, & ſi pueri ſunt quadam vi ẽt inducere, teſte Antonin.in 2.par.ſum.tit.9.c.10.§.2.col.2.in prin.cum teneant̃ eos informare de dilectione Dei,caſtigare, & erudire.c.ſicut hij.§.neceſſe.47.diſt. quod latius pbauim⁹ in trac. de excuſandis parẽt.ob numerũ liberorũ.nu.16.& 17. Quin & eorum peccata de non audienda miſſa, vel nõ ad implendis alijs eccleſię præceptis ad parentum vel gubernantium cõſcientiã ſpectare pbant manifeſta (licet ignota) Concilij Cartaginenſis 3.verba,relata Tomo 1.Concil.c.14.[vt Epi (inquit)vel clerici ſuos filios a ſua ptãte per emãcipationem exire non ſinãt, niſi de morib.eorũ fuerint & ætate ſecuri,vt poſſint ad eos iã ppria ptinere peccata.] Id quod etiam latiùs habes infra in ſecunda parte de excuſatis ab hoc præcepto ob legitimas cauſas : (in quibus omnibus etiam limitatur verbum hoc ſecularibus) atque ideo finem facimus.

TOTAS.

64 Verbvm hoc non reperit̃ in originali huius noſtri Concilij Agathenſ.c.47.vt ex eo † conſtat volu.1. Concil.a Gratiano tñ additum fuit in pręſ.gratia facilioris intellect⁹, vt tolleret eorum abuſum, qui poſt auditum & non intellectum Euangeliũ,& eorũ qui ſtatim poſt eleuationẽ corporis & ſanguinis Dñi nr̃i, non ſpectata p̃cipua miſſæ parte, quæ eſt cõio,ſtatim exeunt.Nec nõ & aliorũ q̃ latiſſime admodũ ſumentes verbũ,miſſas,cum nõ apponerẽt verbũ hoc totas, qualibet parte audita ſatisfacere credebãt:eos namq; oẽs corripit Cõcil.Prouinciale Colonienſe.7.par.c.26.relato ĩ vol. 5 Cõciliorũ & incipiẽte Corripiẽdus vero abuſus eſt &c.

Nec ideo(quia totas in plurali ſcripſit Gſanus) exiſtimes
65 † hoc p̃cepto iuberi eodẽ die plures audire miſſas, vt ſtricte nimis

nimis accipiendo exiſtimarunt quidã, & ſtrictiſſime qui oẽs quotquot in eccleſia die Dñico dicuntur neceſſario audiendas putarunt, vt fuerũt antiquiores relati per Siluest.Antonin.& alios j̃.citãdos:eorũ namq; opinio ſicuti ſancta & amplectenda eſſet de conſilio,ita abſurda nimis & penitus reijciẽda de præcepto & peccati mortalis neceſſitate:adeo q̃ ex ſe tanq̃ exorbitãs,nimis difficilis,& pene ĩpoſibilis,nõ egeat cẽſura,nec alia nota,q̃ ea,quæ de per ſe omnibus patet.

Totas igitur intelligit cõis.i.integras, † vt.ſ.ille qui audit
66 iſtam miſſam,audiat integrã,& ſimiliter qui audit aliã, atque aliã,referendo ſingula ſingulis:cum in plurali oẽs alloquerẽt̃ hoc præceptũ,& vnicuiq; ſub præcepto,vnicam tñ audiẽdã miſſam præcipiat. Ita exponunt Archid.& oẽs in præſ. Antonin.2.par.ſum.tit.9.c.10.§.1.in fi. ver.7. dubiũ. Collectar. in c.1.nu.2.de fer.Siluest.in verb.miſſa.2.q.1. ver. dr̃ quinto : ſentit Pan.in c.1.nu.8.de vit.& honeſ.cler.& multi alij : qui oẽs ita cõiter exponunt,totas.i.integras : quod & ſignificat ꝓprietas eiuſdẽ verbi totas, ſi aduertas ad cõem glo.expoſitionẽ in verb.totã.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. cum ibi not.per Iaſ.nu.13.& in l.vſumfructum.num.9. ff.de verb. ſig. adiunctis latiſsime congeſtis per Tiraq.in rep.l. ſi vnquam.in verbo totum. ex nu.1. C.de reuoc.donatio.

Atq; adeò integras requirit tex.nr̃, vt audiẽtes egredi nõ
67 poſſint ante † bñdictionem ſacerdotis. [Quod ſi fecerint ab Epo publicè (inquit) confundant̃.] Id quod ẽt probat text. in c.cũ ad celebrandas.j̃.hac diſt.vbi in Concil. Aurelian.1. c.18.vol.1.Concil.ita ſcribit̃. [Cũ ad celebrandas miſſas in Dei noĩe conueniunt̃,populus non ante diſcedat q̃ miſſę ſolẽnitas cõpleat,& vbi Epus non fuerit benedictionẽ accipiat ſacerdotis.] Bonus tex.in c.oẽs fideles s̃.eadem,cum ſimilib. quib.manifeſte conſtat integram de neceſsitate audiendam miſſam,eam.ſ.quã de neceſsitate huius præcepti audire obligamur.Quæ adeo certa eſt concluſio,vt nullus in ea dubitauerit,nec alia probatione indigeat,q̃ communi eccleſiæ obſeruantia,quæ ita etiam iudicat & obſeruat.

In quo aũt conſiſtat hæc integritas, & qualiter intelligat̃, reſoluamus oino neceſſum eſt:circa expoſitionem huius verbi,totas.i.integras,in varias varij ſcindant̃ factiones : quorũ alij nimis anxie & ſtrictè illud accipiunt, alij verò, ſemota omni anxietate & ſcrupulo,ita latè interpretantur, vt nec di midium quidem ſacri audire dici poſsint.In hac igitur DD. varietate & controuerſia,quid in conſcientia reſoluendum ſit,ex ſequentibus conſtabit̃ concluſionibus.

68 Quarum prima ſit:† ſatisfaciet ille huic pręcepto de audiẽda tota,& integra miſſa qui ante principium Euangelij vſq; ad finem miſſæ adfuerit,quàmuis aliqñ ad introitũ,cõfeſsionem,vel vſq; ad Epiſtolam non veniat inclusiue,nec audiat: dũmodo abſit in hoc ſuperſtitio,vel mala conſuetudo id aſsiduè faciendi.Ita expreſserunt Antonin.2.par.ſum.tit.9.cap. 10.§.1.verſ.ſeptimum dubiũ.Ang.in verb.feriæ.§.42.in medio.Roſela in verb.Miſſa.col.5.ver.quid aũt. Siluest. eodem verbo.2.q.1.verſ.dicitur quinto, & omnes ſummiſtæ : qui, licet in dimittente aliquam partem miſſæ loquantur, & exemplificent in introitu : fatentur tamen quotquot ſunt ibidem, non excuſandum eum qui dimittit notabilem partem miſſæ, putà mediam vel tertiam partem. Id quod tamen eleganter explicat præceptor meus D.Nauar. in rep. c. quando.de conſecr.diſt.1.notab.10.nu.19.& in Manuali reform.cap.21.nu.2.non procedere in dimittente aliquando, & non ueniente vſque ad Epiſtolam, & ante Euangelium, vt in noſtra concluſione proponitur : talis enim notabilem miſſæ partem non dicetur dimittere immo modicam, quæ in conſideratione non eſt quoad huius præcepti tranſgreſsionem,arg.c.re uera.de conſecr.diſt.2.igitur ſatisfacit.In cuius
69 concluſionis fauorem allego text.† notab.in cap.vnum orarium.colum.3.verſ.quotics.25.diſt.quo loco enumerãs tex. nonnulla peccata uenialia ſic habet,[ad minuta peccata nouerit pertinere,ſi ſomno dedit⁹ tardius ad eccleſiam ſurgit,] ex quibus verbis, ſi recte ponderentur, manifeſte probatur in noſtra ſpecie, non audientem modicam miſſæ partem, quam per uerba illa,[tardius ad eccleſiam ſurgit.] intelligo, non poſſe dici præcepti huius tranſgreſſorem, nec peccare mortaliter : immo nec ſemper venialiter,ſi per eum non ſtetit : quod enim tex.ibi veniale appellat, ideo eſt,quia vt exponit gl.in verb.tardius,i,ſum ſurgere tardius non eſt peccatum, ſed ipſa tarditas & negligentia, atque ita propter negligentiam reputatur veniale : quo etiam modo (gl.non citata)reſoluit Card.in cle.1.de eclebr.miſſ.oppoſi.prima.

70 Nec putes alienam † eſſe expoſitionẽ illam verbi, [ad eccleſiam.] i.ad miſſam:ſic enim ſepe ſępius accipitur in iure, vt cõſtat ex tex.in c.[qui in die ſolemnitatis prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit excõicetur,] de conſec. diſt.1.iuncta Palud.& cõi expoſitione dicentis (in 4.diſt.15. q.5.verſi.ſecunda concluſio.) accipi ibi eccleſiæ conuentum, pro miſſa:igitur cõcluſio noſtra vera eſt. Quæ & tertio loco, cõprobatur ex ſnia glo.iuncto text.in c.omnes fideles.ſupra eadem diſt. [Omnes fideles (inquit text.) qui conueniunt in ſolemnitatibus ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas apoſtolorum,& Euangelium audiant.Qui autẽ non perſeuerant vſq; dum miſſa peragatur &c.] vbi glo.in verb.non perſeuerant, exponit.ſ.ex ſuperſtitione vel cõſuetudine: ergo clare ſentit, q̃ ſi extra illos caſus quis aliquando non perſeueret vſq; ad finem miſſæ,non facit contra pręceptum,& per conſequens, iudicandus non ſit præcepti huius tranſgreſſor,modicã miſſæ partẽ omittens. Ex quibus probata manet noſtra hæc cõcluſio. Cui non aduerſatur quod ſupra reſoluimus.ſ.ita integram audiendam eſſe miſſam,vt ante ſacerdotis benedictionem exire non liceat. Reſponde namque ex his quæ latius adnotamus infra in verbo ab Epiſcopo publice confundantur.

71 Secunda concluſio,† pręceptum hoc infringere non dicetur etiam ille, qui intrauerit prope finẽ lectionis Euangelij, vel eo tunc finito,dummodo Epiſtolam & Euangeliũ legat, vel faciat ſibi legi,nec diſcedat, donec miſſa omnino finiat, Nam ſi tardius veniendo, citius exeat, & ante ſacerdotis benedictionem, coniuncta principij & finis abſentia, notabilis miſſę pars efficitur, quam non audiendo peccat in hoc præceptum, vt ſupra reſoluimus. Ita reſoluit D. meus Nauar. in Manual. reform. cap.21. num.2. poſt Margaritam confeſſorum.

72 Ego autem † iſtam ſecundam cõcluſionem neceſſario intelligendam puto, in eo, qui tardius aliquando ad eccleſiam veniendo, nullam aliam miſſam reperiat:tunc enim legendo Euangelium ſatisfaciet præcepto, ne ita facile peccatũ mortale incurrat,licet bene veniale ex illa negligentia, quo caſu loquitur glo.in verb.tardius.in d.c.vnum orarium : At vero, ſi in eccleſia ſint adhuc clerici qui ſacrificia celebrent,quis dixerit iſtũ excuſari in hac ſpecie, lecta Epiſtola & Euangelio, cui non interfuit,ſi facile poteſt alijs adeſſe? Quis non damnabit illum, qui (ceſſante cauſa legitima, vel probabili) quò citius domum reuertatur, vel negotium aliquod non adeò vrgens feſtinanter expediat, è domo Dei, & eccleſia (æternum ſalutis & animæ negotiũ relinquens) pperanter exit? Qua (queſo) cauſa,legendi poſtea Euangelium,& fragmentis adimplendi præceptum hoc de audienda miſſa, ſe tuebitur? Certe, nullam video, nullamque conijcere poſsum. Si enim fragmenta illa admittuntur aliquando in hac ſpecie, ob id eſt,ne ad æternum gehennę ignem condemnetur quaſi præcepto non ſatisfaciens, qui aliam non potuit reperire miſſam, quia tardius ad eccleſiam venerit : qua in ſpecie lecto Euangelio ſatisfaciet,non aliàs. Quo fit, vt hæc (præter omnes hucuſque ſcribentes) veriſſima mihi videatur ſententia, ſcilicet quòd ſi detur opportunitas, & copia alterius miſſæ (ceſſante iuſto impedimento, quod boni viri arbitrio iudicandum relinquo) teneamur alteram audire miſſam, nõ contenti audiſſe per fragmenta illa : & quod tutius eſſe nemo negabit,& firmius, omnes agnoſcent.

73 Tertia concluſio. † Qui partem illam notabilem omiſſam̃ ſtatim audierit in alia miſſa, non etiam committet in hoc pręceptum, & eidem ſatisfaciet. Verbi gratia, audiuit quis miſſam die dominico, à principio vſque ab medium, vel a medio vſquè ad finem ab vno ſacerdote : ſi ab altero ſacerdote, a medio vſque ad finem, vel a principio vſque ad medium miſſę audiat, ita vt ex duabus ſimul iunctis integritatem perficiat, rectè quidem ſatisfacere videtur. Prout in proprijs terminis affirmat (poſt Maior.in 4.diſtinct.12.& Pariſienſes) D.meus Nauarr.in rep.capit.quando. de conſecr.diſtinct.1.cap.10.nume.20.& in Manual.reform.capit. 21.nu.2.In cuius ſentẽtię fauorem citatur communiter glo. 1.ab omnibus recepta in capit.quorundam.23.diſtinct.dum in fine ita habet.[Sacr̃m ſolemnitatis,vt eſt miſſa, bene diuidit̃,& ibi duo imperfecta faciũt vnũ pfectũ.]Ergo vr̃ gl.ſentire p̃ceptum hoc adimpleri,ſi pars illa quæ deficit,audiat in alia miſſa. Id quod etiam adiuuatur ex hoc noſtro tex.dum requirit,totam & integram fore audiendam miſſam, nec ab vno ſacerdote expreſsit: igitur negari non poteſt, illum

ex partibus,& ex duabus illis missis, integrã audijsse, & per consequens satisfecisse præcepto.

74 Sed † profectò (licet in hunc vsque diem,non viderim de hoc dubitari) non possum huic sẽtẽtiæ penitus acquiescere:nec aliquo pacto adduci, vt credã prædictam tertiã conclusionẽ omnino securam fore, quòd excusentur à peccato qui ea uia præceptum istud adimplere velint: cessante tñ cã legitima,vel vrgenti.Pro qua nostra sñia noue considero, ꝙ ista integritas ex partibus diuersarum missarum nullo modo potest confici,absque eo ꝙ detur facultas audiẽdi vnam integram missam ab vno solo sacerdote. Nam si audias a principio missæ vsq; ad medium ab vno sacerdote, & ab alio secundo velis audire a medio vsque ad finem:non vtiq; poteris ab illo secundo audire reliquam medietatem,nisi & eiusdem principium quoq; audias.Et è conuerso,si (ꝙ frequentius est) à medio vsq; ad finem audisti (quia tardius accesseris ad ecclesiam) & ab alio sacerdote velis (vt satisfacias huic præcepto) audire a principio vsque ad medium: Qua ratione tueberis? quo colore (si nulla alia subest causa impedimenti) non interesse illi secundæ missæ vsque ad finẽ? nonne scãdalizarentur interessentes qui te eo tẽpore exeũtem uiderint? Merito utique.Nam si causa quælibet legitima subsit,iam hoc præcepto deobligaris, nec scandalum illud,datiuum est,sed natiuum:igitur non curandũ: vt in materia scandali omnibus perspicuum est. At verò legitimam causam quis iudicabit, vt citius ecclesiã exeas? citius in domum te conferas,aliquidue negocieris? Certe nullus.Immo eo tempore destinato ad vacandum diuinis, dignus est culpa,qui diuina relinquit,& missam obligatoriam per fragmẽta ita vult properanter audire,quò prophanis & secularibus negocijs,eo tempore prohibitis liberius vacet.

75 Præterea,& † secundo loco vrget,quia si prædicta.3.conclusio esset vera,sequeretur maximum absurdum, ꝙ.s.vno momento posset quis satisfacere huic præcepto ex pluribus missis:verbi gratia,si ecclesiam, vel monasteriũ ingrediatur,in quo dicantur & celebrentur insimul quatuor,aut quinque missæ in diuersis altaribus: (qđ frequẽtissimum est) & eodem instanti,alter ex sacerdotibus dicat confessionem,& introitum:Alter Epistolam,& Euangelium: Alius sit in secreta & consecratione:alius verò missam finiat. Quia si fuerit quilibet præsens negari non potest, nisi ꝙ totam & integram potuit audire missam: & tamen absurdum esset dicere,talem adimpleuisse præceptum hoc de audienda missa die dominico:ita enim faciendo (si prodesset) cauillaretur quilibet præceptum hoc,& eius finem.

76 Sed & tertio † in fauorem eiusdem nostræ sententię fortiter expendo, contra prædictam.3.conclusionem,litterã nostri tex.licet a nemine hactenus (quem viderim) ponderetur.Habet enĩ (vt alia quàmplura omittã) [Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine pręcipimus &c.] quę verba,[Speciali ordine,] manifestè ostendunt huius nostrę sententię veritatem,& clare probant missam integrè ab vno sacerdote, & nõ per anfractus audiendã fore,vt satisfiat huic pręcepto. Idquè adiuuatur ex eo, quia perfecta & integra dicuntur quę perfectionis ordine complentur.c.nihil,post princ.7.q.1.qui meo iudicio verus est sensus eorum verborum, [speciali ordine.] licet nullus ex ordinarijs in pręs.aliquam aliam expositionem assignet: & aliter Modernus quidam,(licet obiter) videatur exponere. Ex quibus omnibus iunctis quę diximus supra nu.72. prędictam tertiam conclusionem nimis dubiam existimo, & in ea sum sententia, ut.s.integram ordine teneamur audire missam diebus pręce pti,nõ vero sufficiat (cessante causa rationabili) ex diuersis missis integritatem complere.

77 Nec repugnat sñtentia glo. † quę in aduersam partem allegatur in d.c.quorundam. Si enim glo.intentio accipienda est iuxta tex. quem allegat (vt necesse est accipiatur) tantum abest, ꝙ glosa nostrę sententię repugnet, vt magis eidẽ sine dubio faueat.Tex.enim in c.nihil.7.q.1.quem glo.allegat,solum loquitur in casu, in quo sacerdos infirmitate detentus non potuit missam adimplere: quia tunc ab alio perfici posse probat & constituit ibi Concil. Toletan.7.c.2.In quo manifeste probat text. (licet de audiente loqueretur) sacrificium missę diuidi nusquàm posse,nisi subsistente legitima causa, & multis alijs requisitis, quę vti a nostra materia extranea libenter omittimus: quę quidem causa, si adsit, etiam in audiente missam, sine dubio satisfaciet huic pręcepto, quod & nos concedimus. Igitur practicari regulariter non potest tertia hęc conclusio.

78 Quarta conclusio † ex superioribus descendens ita habet. Seruitores seu ministri, hinc inde discurrentes, dum necessaria missæ suppeditant, intelliguntur adesse, & huic præcepto satisfacere. Vt exemplificari potest in sacristis, & alijs ministris qui in missis solemnibus,intendunt præparandis,vino,Thure,Igne,Turribulis & similibus necessarijs,ita in specie resoluit Anton.secunda parte summ.titu.9.cap.10. §.primo.in fine. Siluest.in verb. Missa o.2.quæstione 1.versicu.dicitur quinto.eleganter Dominus meus Nauarr.in repet.cap.quando.de consecr.distin.1. notab.10.numero 18. prope finem.

Id autem verum intelligo, & ex omnium mente locum
79 habere declaro, in ministris discurrentibus, † non vero in immorantibus sua culpa & negligentia, adeò vt notabilem missæ partem non audiant:quo casu quamuis ministrent,nõ ob id excusabuntur ab hoc præcepto: nec talem alicubi reperio scriptam excusationis causam. Quis enim dixerit Ministrum eũtem pro Thure, vel Turribulo,& similibus satisfacere huic præcepto, si oblitus dormiat in sacrario maiori parte missæ? Iste talis totam nè, hoc est, integram missam audijsse dicetur? neutiquàm: immo totam & integram dormijsse verius est. Quare tanquàm minister non erit ex-
80 cusandus. Prout † nec (meo iudicio) excusabitur sacrista, vel Thesaurarius, etiam si nullam aliam missam habeat, eidemque intersit a principio vsq; ad medium, si tempore sacrificij (de more) se conferat in Campanarium ad mouendos nollarum pulsus, ibique remoretur sua culpa vsque ad finem missæ, nec communioni, vel sacerdotis benedictioni intersit,cum posset: quia iste talis & reliqui omnes ministrãtes, qui notabilem missæ partem sua negligentia omittunt non satisfaciunt nostro præcepto. Nec de talibus excusandis cogitarunt Antonin. & alij supra relati, sed de illis tantum,qui discurrunt,nec plus debito immorantur. Vnde ad hæc maximè aduertant ministri & sacristæ, quos parrochi & rectores in hoc admoneant & corripiant, summeq; notẽt lectores,nullibi.n.ita in specie ad praxim reducta reperient.

81 Quinta conclusio: † qui adest a principio missæ vsque ad consummationem, & eo ipso accedit ad confessarium, vt reconciliatione facta possit in eadem missa corpus Domini nostri Iesu Christi sumere (quod frequentissimum est) totam & integram audire missam intelligetur, vt satisfaciat huic præcepto. Nam licet eo tempore exeundo ecclesiam, nondum plene videatur satisfecisse præcepto, (ita vt ab aliquo peccato non excusetur: Immo a toto,si assuetus sit, vel scandali occasionem præstet exeundo ante finem, & sacerdotis benedictionem, vt supra diximus) quia tamen causa adest legitima, & pijssima reconciliationis, fingetur adesse, & sine dubio excusabitur ab ea finali missæ particula. Quod & in specie probatur ex sententia glos. in verb. non perseuerant, in cap.omnes fideles, supra eadem distin. & a fortiori,ex his omnibus quæ supra adduximus in prima, & secunda conclusione iunctis quæ infra dicemus in verb. ante benedictionem: ex quibus manifesta constat veritas huius nostræ quintæ ꝯclusionis, licet in terminis neminẽ viderim.

Ex his omnibus,verbum hoc, [totas,] sua dote satis dotatum manet.Pro cuius perfecta cognitione non abs re erit
82 videre an † per hoc verbum, [totas,] obligemur ex præcepto interesse tribus illis missis, quæ nocte sancta natiuitatis Domini celebrantur.Qua in re partem affirmatiuam suadere videtur noster hic tex.in hoc verb. [totas,] quod etiam numeraliter accipitur pro decem & viginti.l.si idem cũ eodem.§.fi.ff.de iuris.om.iudic.notauit post Bal.& alios latissime Tiraq. in rep.l.si vnquàm. in verb.totũ.nu.6.C.de reuo. donatio.Igitur videtur hic tex.de illis trib. missis sensisse, vt includantur etiam in hoc præcepto.suffragatur item, nã illa die specialiter indulgetur presbyteris tres missas celebrare, vt hymnum Angelicum in illis solemniter decantent cum Gloria in excelsis Deo &c.c.nocte sancta.de consecr.dist.1. vbi latius prosequitur Ioan. de Turre Crem.nu.5.post oẽs ibi communiter, & mille locis:ergo & specialiter quoq; tenebitur illa die totas tres missas audire,vt illis tribus temporibus recolamus Dei mirabilia erga nos exhibita:tam altum supereminens, & memorandum in nos collatum bñficiũ in
83 memoriã reuocemus.Cõsideremus & tria illa † tpa, ante legem,qñ eramus in tenebris:in lege, qñ nondum habebatur plena cognitio Dei: & tempus gratiæ, quando iam plena Saluatoris nñi cognitio erat.Quod significant tres illę missæ, secundum

secundum glo.2.receptã in d.c.nocte sancta,vt diuersas alias tã morales, q̃ spirituales significationes omittã,de quib. per Thom.3.par.q.83.ar.2.in rñ.ad 2.per Io.de Tur.Crem. in d.c.nocte.nu.3.ꝑ Anch.& alios in c.cõsuluisti.de celeb.mis. Polidor.Vergi.li.5.de inuẽtorib.rerũ c.11.col.pe.& per Io.Fab. & alios in lib.1.de missa Euangelica.c.3.fol.20.

84 Sed quãuis † sancta,& pia sit hmõi opinio, non tñ necessaria & ita vrgens vr̃, vt eam nõ obseruantes,totasq; tres missas non audientes,præcepti huius de audiẽda missa trãsgressores iudicemus.Quinimo cũ iure cõi, nullus teneat diebus Dñicis vel festiuis nisi ad vnicam tm̃ audiendam missam, vt s̃.resoluimus hoc verbo,nu.66.nec a iure reperiatur expressa obligatio illa specialis noctis sanctæ,audiendi tres missas: ꝯñs est,vt ad eas non obligemur de præcepto: Immò, (sicut reliquis festiuitatib.) vna duntaxat audita adimpleatur præceptum hoc nostrũ: ꝑut in terminis affirmat D. meᵘ Nauar. in Manual.c.21.nu.7.in fi.Quãuis crediderim, nõ audientes priorem quoque missam, quæ vulgo nuncupatur (do galo) non excusari posse ab aliqua culpa ratione laudabilis consuetudinis.Idq; maxime procedit si causa ludorũ (qđ frequẽtius est) vel alia simili,ab hac tã pia consuetudine remoueret quispiã & adesse non sine amicorũ vel vicinorũ scandalo fineret: ad id.n.a confessorib. & a parrochis admonendi sunt oẽs & corripiendi, quib.hæc ex officio incumbunt, ex late notatis per Alber.Troc.lib.2.de perfect.cleric. c.47. & alibi passim.Nec verbũ hoc totas repugnat,licet.n.aliqñ numeraliter intelligatur: id erit rõne subiectæ materiæ, quæ in præs. eam non patitur expositionem ex mente disponentis, argu. eorũ quæ habes supra nu.65.Hactenus de verbo totas: subsequitur in tex.verbum, Audire.

AVDIRE.

IN hoc verbo consistit totius huius præcepti clauis: Maxime cum circa requisitã attentionem in audienda missa, quæ eo verbo significatur, variæ reperiantur scribentium opiniones. Quapropter faxit Deus Opt. Max. vt (eo duce) quod in conscientia tutius fuerit, ac magis fidelium animas exoneret & reficiat, resoluamus.

Prima igitur opinio eorum fuit qui dixerunt, tantam requiri attentionẽ in audienda missa,vt teneamur sub ꝑcepto,
85 toto illo tpe † orare,mente in Deũ ascendere,ipsum semper glorificando,laudando,& gratias agendo:Nec aliàs satisfaciamus præcepto ecclesiæ de audienda missa in die Dñico. Huius sñiæ antesignanus refert Scotus in 3. dist.9. quẽ post aliquos sequi vr̃ Gabriel in Canone missæ lectione 29. littera B.Cui opinioni suffragant Grego. verba in c.decet. ver. [Sit itaq; ad ecclesiam humilis & deuotus ingressus,sit in eis quieta conuersatio,Deo grata,inspiciẽtib.placida &c.] & in ver.[præcipue dum aguntur missarũ sacra ministeria.] iũctis illis quatuor versiculis cessent,de immun.eccle.lib.6. Iuncto & tex.notabili,in c.qñ.de consecr.dist.1.Nã cũ finis huius ꝑcepti sit,vt eo saltim tpe,mentẽ in missæ mysteria eleuemus spãliter in passionem Chr̃i,quò memores tanti beneficij immẽsas gratias agamus,vt late diximus s̃.nu.23.& 24. ꝯñs vr̃
86 teneri nos toto eo tpe vacare diuinis.Idq; magis † suadet ex verbis sancti Basilij in lib.de vita perfecta. c.2.Diuinũ auxilium (inquit) est implorandum,nõ remissè, nec mente huc vel illuc euagante, eo ꝙ talis non solum non impetrabit qđ petit,sed ẽt magis Deũ irritabit,& ad iracundiã prouocabit: labiorum namq; orõnes Deus despicit & execrat, iuxta illud Esaiæ c.29.[Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longe est a me.] Hr̃ Matth.15.elegans tex.& omnino videndus in c.in loco.ver.debet ergo.4.q.5.faciunt deniq; tres illę authoritates Paul. August.& Gregorij relatæ a gl.in ver.orationes.col.2.ver.de septimo scias,in cle.vnica.de reliq.& vener. sanct. Ex quib. (vt alia omittamus) satis vr̃ suaderi attentionem maximã requiri de necessitate in audienda missa die Dñica: vt etiã significare videtur tex.in c.ieiunia. vers. die autem Dominica.de consecr.dist.3.

Hanc Scoti opinionem sibi adeo nonnulli persuaserunt,
87 vt secundam † & strictiorem in hoc præcepto constituerent obligationem:affirmantes teneri hominem in die festo peccatorum contritionem habere,nec aliàs adimpleatur pręceptum istud de audienda missa:quos omnes refert Medina in c.de pęnit.q.6.col.16. ver.aliud etiam occurrit. Mouentur, quia cum diebus Dominicis & festiuis teneamur vacare diuinis,& orare,vt modo diximus:necessaria omnino vr̃ cõtritio,vt exaudiatur oratio:quæ,si fiat ab eo qui est in peccato mortali nõ exauditur a Deo,nec prodest ad consequendam
88 vitam † æternam.c.odi & proieci.24.q.1.latissime post Tho. & reliquos cõcludit Med.in c.de satisfactione.q.2. per totã. Cui sententiæ adstipulatur & secũdo loco quod de die festo hr̃ Leuit.33. littera E.ibi,[affligetis animas vestras in eo,] & rursus inferius ibi, [omnis anima quæ afflicta non fuerit in die hac peribit de populo.] Hanc vero afflictionẽ animę (q̃ ibi sub præcepto traditur) interpretantur glo. interlinearis. Nicol.Liran.& reliqui significare contritionem seu dolorem de peccatis: igitur necessarius vr̃ ad hoc præceptũ de missa audienda complendum.Quod etiam clarius ostẽdit Leuith. 16.littera G.ibi, [ab omnibus peccatis vestris mundabimini, sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua &c.] Atque idem (ut alia omittamus) sub figura traditum Genes.22. expendit optime Gabriel.in Canone missæ lect.89.littera G.prope fin.Igitur tenenda videtur hæc secunda opinio,& prior,per argumẽtum a fortiori etiam.

89 Verũ,quãuis † vtraq; opinio sit semper ab omnibus diligẽda,ex decentia consulenda(vt significat verbũ,Decet,positũ in c.decet.de immunit.eccles.lib.6.)& maxime a sacerdotib. admonenda,vt in Concil.Turon.præcipitur.c.38.incipiẽte, [sacerdotes debent fideles admonere &c.] absit tamen,dicamus præceptum,& necessitatem inducere, prout illi existimarunt.Id quod duobus argumentis efficacissimis probat Caiet.2.2.q.122.art.4.in prin.affirmans in ver.a veritate,ab ea lõge errare,eorumq; phantasiam excludendã, dicentiũ ꝙ homo teneatur sub ꝑcepto in die festo orare, aut cõtritionẽ hr̃e.Caiet. sñiam. sequuntur Rose. Siluest.& alij relati a D. meo Nauar.in c.quando.infra eadẽ c.3.nu.14.& in Manual. c.13.nu.16.Late Med.in c.de pœnitentia.q.6. col.17. 18. & 19.vbi octo neruosissimis argumentis Scoti,& aliorum sententiam reprobat:Sed latius.R.& eminentissimus Dominic. Soto lib.2.de iust.& iur.q.4.art.4.col.3.ex versi.difficiliores autẽ.vbi per integras sex col.spatiatur singillatim respõdendo in oppositũ adductis: ideo non insisto.illud solum in hac re admoneo, priorem illam opinionem falso Scoto impositã fuisse:cuius mentẽ si recte intueamur aliò (ni fallor) tendit, vt & eleganter expendit Anton.Honcola in tractat.de pia festorũ celebratione col.4.fo.mihi.58.vbi col.5.in fine,cęteris melius respondet tripliciter illi, authoritati Leuitici.23. quæ in oppositum adducitur.

Quapropter alij tertio loco oppositum in hac specie ex
90 diametro affirmarunt,nullã.s. omnino † requiri attentionẽ in audienda missa: adimpleriq; præceptũ istud ex sola intentione audiẽdi,licet nihil penitus attendas. Sed q̃ falsum hoc sit & a veritate alienum,nemo est qui non videat.Quis enim dixerit intrantẽ ecclesiam, cũ intentione adimplendi præceptum,eidẽ satisfacere, si tota missa dormiat, vel eius maiori parte,cũ socio vel amico ita attente nugetur, vt magis amicum q̃ missam audijsse sine dubio dici posit? Certe nullus. Nec video qualiter excusandi sint, qui ita cogitationibus & curis prophanis toto missæ tpe eleuantur, vt sui metipsius immemores rationẽ reddere non posint,talibus enim,neutiquàm patrocinabitur intentio facto repugnanti contraria; argumento eorũ quæ notant glo.& scribentes in c.cũ M.de
91 constitutio. Nec oberit si dicas sequi grauissimũ † absurdũ: nempe ꝙ si audiens missam, ita sit attentus, contemplationi deditus,diuinisq; eleuatus,vt toto tpe missę nõ recordetur, nec audiat maiorẽ missæ partẽ, non adimpleret præceptum istud:Cum tñ negari non posit istum talem præcepti finem diligenter obseruasse. Nam adhuc rñdeo illum adimpleuisse pręceptum hoc de audienda missa,ex intentione quã a principio habuit, iuncta attentione illa ad Deũ actuali, quã finẽ præcepti ad vnguem custodiuit, ꝑꝑ quem finẽ attentio desideratur: Quod longe nimis abest ab eo,qui finem pręcepti huius penitus infringit. Ex quibus omnibus cõfunditur hęc tertia opinio,& clarius ex infra dicendis illatione prima.

Vt igitur quarto, & vltimo loco necessariam huic pręcepto de audienda missa attentionem proferamus, necessariũ
92 duxi triplicem † in hac etiam materia attentionem pręmittere:ad verba.s.ad sensum verborum, & ad Deum, in quem oratio dirigiter: prout in simili considerant in materia orationis Med.in c.de oratione c.de attentione in oratione habenda col.pen.versi.sed esset iam dubium.frater Dominic. Soto lib.10.de iust.& iur.q.5.col.5.versi.quinta conclusio.& alibi passim omnes: vbi resoluũt ꝙ in oratione necessaria est attentio ad Deum,a quo bonũ petitur: quam & idiotę possunt habere. Vt ita etiam dicamus ꝙ in audienda missa non

requiraẽ de necessitate p̃cepti attẽtio ad verba, ita vt oporteat sensim,& distincte audire verba sacerdotis: sequereẽ.n. surdum,vel a longe stãtem in ecclesia ꝓ multitudinem, vel audientẽ sacerdotem ita submisse celebrantem, vt nè verbũ quidem intelligat,non adimplere p̃ceptum istud: qd̃ falsum est,ex Antonin.Silues.& alijs omnib.statim citandis. Prout nec cadẽ ratione requiritur attentio ad sensum verborũ, q̃a aliàs nec rustici,nec fœminæ, nec reliqui oẽs ignorãtes linguam latinam (q̃a cõiter missa celebratur multis de causis) adimplerent præceptum de quo agimus: qd̃ erroneũ est affirmare.Quãuis nõ negẽ doctũ & intelligentẽ maiori teneri obligatione circa ea duo p̃dicta,vt inferius dicemus.n.109.

Requiritur ergo de necessitate huius p̃cepti de audienda
93 missa attentio † ad Deũ saltim virtualis, corporaliter missæ interessendo, nihilq; exterius faciendo,qd̃ repugnet tali attentioni:cum intentione saltim virtuali adimplendi præceptum istud.Quę est notabilis & vtilissima resolutio collecta ex Antonin.2.parte summæ tit.9.c.10.§.1.ver.quintum dubium.ex Silues.in verb. Missa o.2.q.6.ver. secundum. ex Med.Nauarr.& alijs supra relatis.ex fratre Domi.Soto li.2. de iust.& iur.q.4.arti.4.col.5.versicu. his verumtamen:licet nullus eam ita componat & adiungat: quæ sigillatim ex sequentibus comprobatur.

Diximus nanq; primo, (Attentio ad Deũ saltim virtualis) quia non requiritur de necessitate huius præcepti, q̃ sẽper & toto tempore missæ, totus actualiter animus perstet in cogitatione Dñi,vt late ꝓbãt Caiet.Soto & alij supra relat.nu.89. manifestęq; conuincitur ex adductis per Med.in C.de oratione.c.de potestate ecclesiæ respectu actuum cordis per totum:Sed sufficiet habere virtualem attentionẽ, ne
94 in hoc p̃ceptum q̃s cõmittat.Dicitur autem virtualis † attentio (vt explicat Gabr.in Canone missæ lect.62. littera N.ver.est autem) virtus q̃dam relicta ex attentione actuali, qua ꝓtinuatur oratio, etiam si inaduertenter cor euagetur actualiter circa alia multa, dummodo non confabuleris nec exterius quidq̃ facias qd̃ repugnet.Prout exẽplificari põt in eo,q uouit se iturum ad Diui Iacobi ẽdem,non.n.necessum est,actu semper in animo Diuum Iacobũ gestare, immo sufficit illa principalis attẽtio,q̃ habitu durat in aĩo, licet in itinere alia cogitet:quo in simili exemplificat Card.in cle.1.n. 5.de celeb.mis. Vt eod.modo dicamus in proposito quoad missæ præceptum, sufficere hanc principalẽ & uirtualẽ habere attentionem:dummodo mens non se occupet rebus & actibus exteriorib.q̃a licet non semper quis attendat, nõ ob id præceptum infringere iudicabitur.Ea est.n.hominis mẽs
95 vt semper † in Deum fixa stare nequeat, put colligi põt ex Propheta Psal.39. [Cor meũ dereliquit me &c.] vbi Dionysius post alios declarat. Iuuant tradita elegãter ꝑ Diuum Ambros. in lib.de fuga seculi.c.1. per totum.To.1.Conferunt & q̃ de mente hominis vaga, nec in vno semꝑ permanente ex Bohetio retulit Pan.in c.volentes.vbi Ancha.nu. 8.& alij,de celebr.mis.Ex quibus constat,q̃ nisi tanta sit mẽtis ad prophana euagatio, vt maiori parte missæ & omnino attentio pereat, p̃ceptum istud non infringeretur licet ex diuagatione illa sępius veniale, & aliquando mortale contrahatur peccatum, ex Imo. in clemen.1.colum.2.in fine & 3.in princ.de celebr.miss.

Quare nobis demirandum non est, nec omnino diffiden-
96 dum † si mentem in oratione ad missam retinere non possimus,sed tanquã in re vt pretiosissima, ita & difficillima,omni adhibita diligentia & cura enitendum, vt orãtes præsentes animo simus: Sanctiq; Basilij ꝓfilium sequamur ,dum in li.de vita perfecta.c.2.inquit, q̃ si debilitatus a peccato fixe orare non possis,quantumcunq; poteris, teipsum cohibeas, & Deus ignoscet,eo qd̃ non ex negligentia,sed ex fragilitate non potes, vt oportet assistere corã Deo: Qui iustissime aliquando subtrahit homini deuotionis gratiam, vt ex.16. rationibus probat Gabriel in Canone missæ lect.86.col.pe. igitur desperandum non est,sed Christi passionem ꝯ dęmones continuo imprecari debemus, quorum infestatio (quia Deo per orationem tam familiariter conuersamur,) id efficit & causatur.

Diximus præterea (corporaliter missæ interessendo) q̃a
97 licet diebus dominicis & festiuis intra cubiculum † ores, tota die diuinis cogitationibus persistas, Misterium passionis contempleris,internaq; deuotio magis domi augmentetur, quàm in ecclesia, non tamen excusaris ab hoc præcepto audiendi missam,nec ob id peccatum mortale euitabis, tanquã præcepti transgressor, (cessante semper causa legitima.) Cuius rei ratio est in promptu, quia licet ecclesia talib.diebus ad eum finem missam audire præcipiat,non tamen p̃ceptum seruat,immo infringit, qui finem diligenter procurat,præceptum ipsum non implẽdo: vt exemplificari potest in eo qui scienter,uel minimum cibum pluries sumit die ieiunij,talis.n.ieiunij præceptum sine dubio infringit licet ea die finem ieiunij, (macerando.s.carnem) maximè intendat & obseruet,vt in materia ieiunij est apud omnes tã Theologos q̃ Canonistas indubitatum. Igitur præceptum ad literã seruandum est,licet ex accidẽti finẽ non adimpleueris. Nec legitima causa non audiendi missam obligatoriam iudicabitur illa.s.maioris deuotionis intra cubiculũ, maiorisq̃ue in Deum attentionis, cum sine strepitu & alicuius obstaculo ibidem ores.Quoniam deuotio,& interna Dei cogitatio regulariter non est in præcepto, prout est audire missam diebus dominicis & festiuis:igitur facienda nõ sunt mala (quale est infringere præceptũ de quo agimus) vt inde eueniant bona.s.spiritualia illa,altius Dei opera domi considerandi, teste August.in c.de occidendis.cum sua materia.15.q.5.

Adiecimus itẽ (nihilq; exterius faciendo qd̃ repugnet
98 tali attentioni.) Nam si notabili missæ parte attẽte † admodum cum amico loquaris,illumuè confabulantẽ audias, seu aliquid aliud facias, qd̃ attentionem de per se ita requirat, vt aduersetur attentioni requisitæ in missa, iam præceptum hoc frangis,nec a peccato excusaberis.Ita Antonin. Silues. Soto & oẽs vbi supra eleganter post Caiet. & alios,D.meus Nauarr.in Manual.c.21.nu.8.& in rep.c.q̃s. (vbi hanc esse communem testatur;) c.13.nu.50.infra eadem.Cuius rei ratio notabilis & (meo iudicio) ꝓcludens ea est, ultra omnes
99 scribentes:quia † si nihil exterius facias, confabulationes & negocia suis temporibus tractãda relinquas,necessario missæ præsens,Deo vacabis,preces fundes,veniam impetrabis, & ad finem præcepti huius vtcũque aduertes, & saltim tollitur occasio ꝯria faciendi. Nam licet ex mentis diuagatione rapiatur quis præter voluntatẽ ad aliud cogitandum, q̃a tã nõ præstat causam tali cogitationi, cum nihil exterius faciat,non infringit præceptũ istud de audienda missa:vt aliàs distinguit de eo qui non dat,vel dat causam suæ cogitationi Laud.doctor antiquus relatus a Card.in clem.1.nu.5.de celebr.mis. Nec obstat si dixeris possibile esse insimul legere, loqui,& sufficienter missæ attendere, prout aliàs Iuliũ Cæsarem,scribere,legere,dictare, & simul audire solitum accepimus,& legimus apud Plinium lib.7.c.25. Huic enim obiecto satisfacit eleganter præceptor meus D.Nauarr. in rep. c.quando.infra ead.c.13.nu.24.Ex quibus constat talem ad missam requiri attentionem, nil exterius faciendo,qualem actus humanus requirit, vt uerbis utar Fratris D. Sot.vbi s.

Vnde profecto non possum non valde mirari doctissimi
100 Ioan. † Med.eruditionẽ,q̃ in C.de confessione,c.de pœnitẽtia iniũcta tẽpore quo missa celeb.col.2.in medio ver.verum.affirmat satisfacere huic p̃cepto illum, qui interfit missæ,semꝑ tã confabuletur,aut alia negotia profutura cũ mercatorib. tractet:cuius opinio ex supradictis manifeste corruit,cum adiecerit verbum semper confabuletur: item & q̃ peius est exemplificauerit in negocijs mercatorum,quæ attentionem de per se requirunt, nec compatiuntur cum attentione debita & requisita in hoc præcepto de audienda missa.

Addidimus & vltimo nostræ resolutioni (cũ intentione saltẽ uirtuali adimplendi p̃ceptũ istud.) Nã licet adsis missæ, & finem p̃cepti omnino adimpleas, non tamẽ satisfacis,
101 si deficiat intentio † adimplendi hoc præceptũ in illa missa. Id qd̃ quotidianum reputat D.meus Nauar.in d.c.13.q̃s. nu.27.Intentio autem consideratur, & præsumitur semper, interim dum non adest contraria intẽtio: verbi gratia si habitualiter intres ecclesiã diebus dominicis & festiuis, & audias missam,licet expresè nec de ꝓposito animo tuo concipias uelle adimplere præceptum istud: virtualiter enim intendens satisfacis sine dubio, ex prædictis, iunctis quæ statim sequuntur.

102 Quod adeò verum crediderim, vt quamuis † ecclesiã in tres sola intentione videndi amasiam (vt aliàs de scholaribus exclamat glos.3.in cap.odi.24.quæstione 1.).satisfacies tamen huic præcepto, si missam ibi audias integram, ad quam sufficienter attendas, non admodum diuertens ad amasiam: licet ex alio capite grauiter pecces vt in terminis resoluit Ioannes Med. in C. de confessione, capit. de pœni-

tẽtia iniuncta tpe quo missa celebraẽ.col.2.ver.hæc vltima.,ꝓpe fi.sentit Collectar.in c.1.nu.11.de celeb.mis.q-
108 bus non citatis expressit ẽt D.meus Nauar.in Manual. c.21. nu.10.reprobans Adri.suiam, quæ tũ prius fuit Antonin.2. par.sum.tit.9.c.10.§.2.col.2.ver.non.n.qui rigorose admodum sine dubio contrarium affirmarunt.

Hinc descendit,† vt sectãda (meo iudicio) nõ sit alia eiusdem Antonin.suia d.col.2.ver.nam tales.dicentis, necessariã adeò esse intentionẽ,de qua agimus,vt non impleant præceptum istud qui stant ad associandũ dños, aliàs non audituri missam. Si.n.tales pueri vel famuli missæ intersunt cũ debita attentione virtualem saltim intentionem adimplẽdi hoc pręceptum habere,credendi sunt:ne ita eos mortalis culpę reos iudicemus. Quod,& humanius esse, & securius præsumere nemo negabit. Ex quib.oĩbus explicata satis, ꝓbataq; remanet nra resolutio,quod.s.requiratur de necessitate huius pręcepti attentio ad Deũ saltim virtualis, corporaliter missæ
109 interessendo:nihilq; exteri⁹ faciẽdo qd̃ repugnet tali attẽtioni,cũ intẽtione saltim virtuali adimplẽdi præceptum istud.

Ex qua notabili resolutione ita explicata descẽdit primo
104 verus intellectus ad hoc verbũ (audire) vt †.s.accipiat ꝓ interesientia,& attentione ad Deũ saltim virtuali,nõ immiscẽdo alia quæ diuertant:quãuis nec audias sacerdotẽ submissa voce celebrantem, nec verba intelligas:nec actualẽ habeas attentionẽ ad missæ misteria, put iã s.declarauimus nu.92. Quãuis.n.ecclesiæ intentio missam audire p̃cipientis, ea sit, vt fideles mẽtem in missæ misteria eleuent,& spãliter in passionẽ Christi,vt iã s.diximus ad rõnẽ decidẽdi nu.22.& seq. & hic sit finis huius pręcepti,nõ tã finis iste præcipitur ita vt sit in p̃cepto,vt in ꝓpria specie post cõem ꝓbat Adrian⁹ relatus a D.Nauar.in Manuali reform.c.21.nu.8.in fi. Quibus
105 fauet cõis † Theologorũ theorica,q̃ finis p̃cepti nõ est in pręcepto,vt affirmat Tho.cõiter receptus.1.2.q.100.ar.9.quem sequunt Frater Dñic.Soto lib.2.de iust.& iur.q.4.ar.4.col.6. in prin.ver.4.arguit.D.me⁹ Nauar.i Manual.c.13.nu.2. Anto.Hõcala vbi s.& pleriq; alij quib.indubitatum est.

Nec prædictis obstat si verbum hoc (Audire) spãlẽ,immò
106 & actualẽ videat ex sui natura & ꝓprietate requirere attentionem,cũ ꝓprie significet auribus percipere,† si linguę latinæ peritis credimus. Idq; magis ostendere videtur verbum (tenere)quod,loco hui⁹ verbi audire,apponit & legit in originali:vt iam s.diximus nu.2. Cuius ẽt verbi natura, ex bonis quoq; authorib.significat mentis intellectum, & retentionem.Respondeo namq; verbum hoc (Audire)varias habere significationes, inter quas ea est vt etiam illis competat,qui auribus & sensu carent(iuxta illud Vergilij.

Et frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Et illi ẽt qui credunt,audire dicantur iuxta illud Cicero. in Tuscul.Nec Homerum audio qui Ganimedẽ a dijs raptũ ait &c. Igitur eod.modo dicam,eum satisfacere huic præcepto qui audit missam,licet sensu careat.credẽdo.n.& virtualiter(non immiscendo alia quæ diuertant) attendendo,vt s. resoluimus,missam tenere sine dubio vr̃,& cisdẽ satisfacere.

107 Insuper non obstabit illud Gregorij in Homilia,†[Aeternæ mortis iudicium formidate fratres,si verbum vitæ audiẽtes in ventre memoriæ non retinetis &c.] exẽplo ducto ab eo,qui cibũ sumptũ nõ retinet in stomacho, vt quemadmodũ nihil ꝓficit,nec dr̃ sumpsisse,ita nec dicatur audire missã, qui mente non retinet audita nec ad ea attendit:talis.n.teste Beato Iacobo c.1.littera D. cõparat̃ viro cõsideranti uultũ natiuitatis suæ in speculo:Considerauit.n.se,& abijt: & statim oblitus est qualis fuerit.] & inferius inquit, [estote autẽ factores verbi & non auditores tantũ,fallẽtes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi & non factor &c.] quod & clarius hr̃ Luc.11. [Beati qui audiunt uerbũ Dei, & custodiunt illud,]& in Epistola ad Romanos.c.2.ibi, [non.n.auditores legis iusti sũt apud Deũ,sed factores legis iustificabunt̃ &c.] & alibi passim.Ex quib.omnib.vr̃ probari, non sufficere dũtaxat audiendo aurib.percipere,sed requiri semper mentalẽ attentionẽ.Respondeo namq;, q̃ licèt ea omnia summa sint diligentia procuranda uti magis secura, ꝓp multa & uaria pericula q̃ ex mentis ad ꝓphana diuagatione sequunt̃ dũ fa
112 ceris insistim⁹,ut colligit̃ ex scribẽtib.in dictis locis:nõ tã necessitatẽ peccati mortalis regulariter importãt,semoto.s.cõtẽptu:maxime in p̃nti specie de qua agim⁹ circa missam audiẽdã,in qua nõ ea de necessitate p̃cepti requiritur semper attentio,uel deuotio,ut iam supra resoluimus nu.89.

Nec rursus prædictę nostræ resolutioni huius uerbi audi-
108 re,oberit tex.in c.†apostolica ꝗ.hac dist.ibi,[ĩ cõspectu Euãgelij stãtes dñica uerba intẽte audiãt,& fideliter adorẽt &c.] Non.n.ꝓbat tex.in audiẽda missa necessariã oĩ tpe esse attẽtionẽ de præcepto,sed maxime dũ sacra Euãgelia legunt̃, in quib.maior & specialior pręcipit̃ attẽtio:quia cũ oĩs Christi actio sit nr̃a institutio,attente ea audiẽdo instruamur,vt quẽ admodũ ille fecit,ita & nos faciamus.Idq; significãt verba illa,[in conspectu Euangelij stãtes.]Quib.significat̃ q̃ ipsa erectione corporis,erectã quoq; mentẽ in Deũ habeamus ꝓpter ibi concludit Turre crem.col.2.ver.sextũ.& col.3.ver.tertio 111
sic.& faciunt in ꝓposito notata ex illo tex.per Nicol. Plouen. in tract.de sacrificio missæ.1.par.c.3.nu. 2.& latius ꝑ Alber. Troce.lib.1.de vero & perfecto clerico.c.21.per totum.

Secũdo principaliter deducit̃ ex eadem nostra resolutione,attentionem illã vulgo requisitã tpe missæ de necessitate
109 præcepti,strictius accipi, & magis obligare † doctos & litteratos,q̃ uerba missæ eiusq; misteria intelligunt: q̃ idiotas & rusticos q̃(licet velint)nihil penit⁹ intelligere pñt.Ita in terminis expresserũt Card.in cle.1.nu.5.ꝓpe finẽ de celeb.mis. Cosmas in pragmat.tit.quo mõ diuin.offi.sit celebr.§.statuit igit̃.in verbo dicat.& p̃ceptor meus D.Nauarr.in rep.c.q̃s.ꝗ. ea.dist.c.13.nu.8.vbi notabiliter explicat,qualis attẽtio sufficiat & requirat̃ in idiotis,qui nõ intelligunt: illi.n,in silentio debent esse cũ attẽtione.s.ad Deũ,vt s̃.fideluimus: rogareq; Deũ,vt or̃ones,psalmi,& cantus q̃ fiunt in ecclesia ꝓfint si-bi,& alijs ad salutẽ: put breuiter docet ẽt Anchar.in c.dolẽtes.in fi.nu.11.de celeb.mis. Quæ tã solũ sufficere non videntur in litteratis,qui altius pñt istthęc omnia considerare,& finẽ huius præcepti diligenter obseruare:cæteris nanq; parib. magis peccat constitutus in dignitate & scientia, q̃ priuatus 111
vel rusticus,bonus tex.in c.homo.40.dist. notauit eleganter D.meus Nauar.in c.q̃sideret.in princip.nu.49.de pęnit.dist. 5.latissime Tiraquel.de nobilitate.c.20.nu.104.& quàmplures alij mille locis.Igit̃ vr̃,doctos nõ satisfacere huic p̃cepto qualibet attentione adhibita, put satisfaciunt alij ignorãtes; Quod & clarius (vt alia omittã) suaderi vr̃ ex verbis Cõcilij ꝓuincialis † Coloniẽsis,tit.de officio priuato ac publico.2. par.c.13.vol.3.Concil.ibi, [qui.s.legit missam, cũ reuerẽda modestia,clare,distincte,& exertè legat oĩa vsq; ad canonẽ: vt qui audiẽdi sacri causa stat,quod legit̃ intelligat atque ad pietatẽ excitet̃.]Quæ finalia verba cũ nõ possint verificari in ignorantibus,intelligentes & litteratos vr̃ alloqui,eosq; maiori attentione obligare in audienda missa.

Sed quãuis isthæc omnia procedant quoad effectũ, ut ex minori attentione magis aggraueẽt peccatũ eorũ,q̃ magis acceperũt,a qbus merito strictior petẽda est rõ ex notatis per gl.& oẽs in d.c.hõ.Nõ tã quoad hoc, vt ꝯfacientes, vel paulo maiorem attentionẽ non adhibentes ad missam, huius p̃cepti transgressores iudicent̃, prout in simili resoluit Med. in c.de or̃one, cap.de attentione in oratione habẽda, col.fi. 111
& oẽs passim fatentur superius relati in nostra resolutione; Quod enim legitur in dicto cap.13. illius Concilij prouincialis exhortationem duntaxat continet, & consilium: quo finis huius præcepti melius percipiatur, non uero necessitatem, ut ex ipsis uerbis constat, ita communiter vsu receptis.

Tertio & principaliter ex prędicta resolutione colligitur, quantum† ab huius præcepti obligatione deuient hac nostra 111
tempestate fœminæ, maxime in iuuenili ætate constitutæ; quæ quia nullibi regulariter conueniri solent,nisi in ecclesia, in illud tempus (perinde, vt in forum) tam sua quàm aliena negocia vel magis nuncia reseruant: atque ibidem sic attente de illis confabulantur, vt non dico missæ mysteria considerare, sed ne quidem sacerdotis vocem audire (sine veri præiudicio) credendum sit, vt & quotidie videmus. Quapropter confessoribus, & parrochis incumbit huiusmodi fœminas grauiter corripere, easque hoc præcepto,eiusque obligatione frequenter instruere, quemadmodũ specialiter præcipitur in Concil.prouinciali Colon.c.25.& 27. volu.3. Concil. Admonere insuper, qua ratione earum loquacitatẽ execretur Diuus August.lib.4. de ciuitate Dei, iunctis quæ adducit Brun⁹ in priori ad Corint.c.14. col.pe. Proponãt & corã ipsis verba illa† Apostoli d.c.14.ꝓpe fi.ibi,[Mulieres in 112
ecclesijs taceant,non.n.permittit̃ eis loqui. Turpe est.n.mulieri loq;in ecclesia &c.] q̃ iuxta litteralem sensum id quoq; significãt de quo agimus,vt placuit Chrysostomo ibid. Homilia.37.in prin.Persuadeantur denique qualiter ornentur

taciturnitate est silencio, ex notatis eleganter per Cœlium Rodogin.lib.9.antiquarum lectionum.cap.31.

Non me latet quamplurimas esse nostra etiam tẽpestate fœminas & matronas religione & pietate celebres, quibus merito competit illud Psalmistæ, [intercede pro deuoto fœmineo sexu &c.] quibus & multæ sunt cõmendabiles dotes de quibus per Tho.in priori ad Corinth.c.7.lect.2. in fine: de istis.n.loqui, intentionis nostræ non est, quæ præcepti huius vim & obligationem optime intelligentes deuote admodũ & piè missæ attendũt, eiusq; finẽ diligenter obseruãt.

113 Quarto & vltimo † subsequitur ex eadẽ resolutione, attentionem illam virtualem, immo & actualem habere posse, qui tẽpore missæ insimul si clericus est solitas horas soluit, vel qui ex pœnitentia nonnullos psalmos, vel sacratissimæ Virgini dicatas horas recitat: tales enim vtriq; obligationi satisfacere affirmarunt Caiet.in sum.in verb. Festos dies.& in opusculo de ualore orationis. Tho.3.operũ col.3. Maior.in 4.di.12.q.8. Adrianus in tractat.de satisfactione. q.7. Parisiẽses oẽs, quos refert & sequitur D.meus Nauarr. in rep.c.qñ.j̃.ead.dist.notab.19.num.179.& in Manuali reform.c.21.nu.9.ita etiam resoluit post lõgam vtriusq; partis disputationem Medina. in c.de confess.c.de pœnitentia iniuncta tempore quo missa celebratur, vbi oppositis abunde respondet, quibus satisfit Ang.& Siluest.qui contrarium putarunt. atque ideo in q.ista tam necessaria & quotidiana, plus immorari non fuit consilium.

Illud solum admonere placet, ꝙ quamuis ab vtraq; obligatione liberentur, qui & missam audiunt, & horas canonicas insimul recitant: & cum non tanta de necessitate huius præcepti requiraẽ attentio in vno, vt alterũ impediat, vtrũq;

114 tñ faciendũ † insimul consulerẽ eo casu quo missæ prẹsens, non orans, sed vacans, ita mente diuageris, vt in uarias distraharis cogitationes, vt attẽtionẽ retinere nõ possis: tũc.n. melius esset, & missã audire, & simul oratiũ pensũ ꝓsoluere.

At vero si posis (qđ semper expediri debes) sub silentio & contemplatione, attente missã audire: ad Epistolam, euãgeliũ, & alias oãnes aduertere ꝓsiliũ esset utique, saltem vsq; ad canonẽ horas nõ recitare, ad aliudq; tẽpus eas reseruare. Quod suaderi vr̃ tũ ex uerbis Cõcilij Colon.c.12.a me relatis supra nu.110.tũ etiã exẽplo & cõparatione ducta ab eo quẽ princeps alloquit: si.n.prudens fuerit, expectabit finẽ verborũ eius, q̃ attentissime audiret: postea uero (qd velit) exponet: vt & a fortiori idẽ dicendũ sit in audiente missam, quẽ sacerdos nõ alloquit, vel mortalis princeps, sed immortalis Christus, eiusq; noĩe, Euangelistę, Paul. Augu. & reliq oẽs sancti patres. Qua cõparatione ad hoc ꝓstandũ ꝓsilium (ne sua laude quẽquam defraudem?) vsus est Alber.de ferrar.in tract.de horis.q.33.quẽ refert & sequit̃ Cosm.ĩ pragmat.tit.qũo diui.offi.fit celeb.§.statuit igit.in fi.ĩ verb.dicat.

Deniq; vt huic uerbo (audire) optatũ finẽ consequamur,

115 memineris † quoties sacerdos ex institutione ecclesiæ, nos ꝓuocet ad hanc attentionẽ, quinquies dicendo (vt nos excitet) [.Dñs vobiscũ.] q̃ salutatio tã frequẽs in missa, nihil aliud significat, q̃ sacerdotẽ ꝓcari Deum, ut nobis missæ interessentibus adsit, quò attente eius mysteria in memoriã reducamus: Cui siquidẽ non solũ ore, sed etiã corde rñdere debemus, [& cũ spiritu tuo,] vt piè satis ꝓsiderat Chrysostomus Homilia.18.in 2.ad Corinth.c.8. Memineris etiã cũ eod. Chrysostomo in homilia de Encennijs, qualiter nos attẽtos ꝓsupponat ecclesia dũ sacerdos alloquit dicẽdo, [sursum corda,] nos aũt rñdemus, [habemus ad dñm,] nõ erubescẽtes in illa ipsa hora mẽdaces inueniri: hanc.n.securitatẽ nostrã merito miratur d.Aug.in sermone.44.de tẽpore. Ex quib.& alijs multis hnius sacrificij locis ꝓstat, quanta teneamur obligatione attendendi ad missã interiori deuotione. Qua, si (Deo duce) muniamur, eius natiuitatem, passionẽ, nec non & gloriosissimã resurrectionẽ ꝓsideremus: quæ oĩa in illo sacrificio nobis penitus representanẽ, ut post Durand.in rationali diuinorũ officiorum. Titelman. ꝑ integrũ tractat de expositione mysteriorũ missæ, & alios.deuote admodũ & sigillatim expendit deuotionis Christianæ magister Frater.L. de Granada in cõpẽdio doctrinæ Christianę. 3.parte.c.18.qđ oĩno uide: illud.n.intelligendo, & obseruãdo, verum & genuinum huius verbi, [audire,] intellectum obseruabis. & hactenus de eo uerbo, transeamus ad sequẽs.

SPECIALI ORDINE.

IN expositione horũ uerborũ defecerunt oẽs quotquot sunt in præsenti. Silentio pertransiere Summistæ in verbo missa, & alij alibi. Modernus quidã doctissimus in loco satis

116 extraneo obiter exponebat, † hoc est, speciali ista ordinatione, cuius quidẽ authoritas solũ huic suæ patrocinat sñiæ. Tex.n.de ordine speciali loquit̃, q̃ uerba ita etiã leguntur in Originali huius Cõcilij: non uero de ordinatione, q̃ extranea est expositio, & ex eo etiã corruit, qa si ea fuisset mẽs huius Concilij, gñali, & nõ speciali ordinatione diceret: q̃ quãuis ad hoc p̃ceptum sit specialis, gñalis tñ est, ut oẽs agnoscunt, maiorẽq; Emphasim ꝓtinerent uerba gñali ordinatione, si p̃dicta expositio esset uera. Quare cum tutius sit & litteræ magis amicum uerbũ hoc speciali ordine, aliter & noue exponebam vt habes supra nu.76.igitur non transcribo.

PRAECIPIMVS.

AD huius uerbi declarationem, illa necessario disputanda est q̃stio, utrum p̃ceptũ hoc de audienda missa transgressores obliget † ad mortale peccatũ. Et partem negatiuã, primo adiuuare vr̃ uerbum hoc præcipimus, quod, cõsilium etiã significat, gl.no.iuncto tex.in l.79.cũ pater.§.mando, in uerbo Concilij.ff.de leg.2.clarior gl.in uerb. præcipimus.i.monemus in c.dilectissimis.12.q.1.notarunt Pan.Fel. & Dec.in 1.lectura in c.nam concupiscentiã.de ꝓstitutio. Secũdo qa quãuis uerba ista sint imperatiui modi non tñ sẽper æquipollent p̃cepto: text.clarus in clem.exiui. col.4.§. nos itaquè.ibi, [nõ ad oĩum quæ sub uerbis imperatiui modi ponũtur in regula &c.] de verb.signi. igitur (vt alia breuitati studentes omittamus) dicendũ vr̃ non audientẽ missam non peccare mortaliter. Quibus forsan argumẽtis Ioã. de Turre crem.in præf.Ang. in verbo feriæ.§.42.in medio, & Rosela uerbo missa col.7.uer.uide tñ, firmarunt omittentem missam, semel atque iterum diebus dñicis sine cã legitima, sed solũ ex aliqua animi passione, uel pigritia (si ad hoc non sit assuetus) peccare venialiter tñ & non mortaliter.

Sed quàm reijciẽda & falsa sit eorũ opinio, & ratione iurium & authoritate doctorũ manifeste cõprobatur. Et imprimis in eos retorqueo eorummet argumenta. Si.n.verbi

118 † huius (p̃cipimus) vim & ꝓprietatem accipiamus mortale peccatũ regulariter ĩducere nemo negabit, q̃ uiderit tex. in c.fi.§.itẽ.14.q.1.ibi, [qđ præcipitur imperatur, qđ imperatur necesse est fieri, vbi præceptum, necessitas est seruiẽtis vt obediat,] & in d.clem.exiui.col.4.uer.promitto.ibi, [ex vi uerbi transgressio est mortalis, cum ad quædã ipsorũ verbum apponat̃ pręcepti &c.] quem tex.ad hoc formalẽ dixit Alphons.Cast.li.1.de leg.pœna.c.5.D.meus Nauarr.in Manual.c.23.nu.50.& 51. Licẽt.n.aliqñ verba præcepti ꝓsilium duntaxat inducant, & è ꝓuerso.c.rogo.11.q.3.notauit Doctissimus Couaruu.in c.1.nu.12.de testa.& quãdoq; improprietur natura huius verbi (præcipimus) vt in d.c.dilectissimis. Id tñ ex subiecta materia permittitur, ut notarunt oẽs cõiter in d.c.nã concupiscentiã. Pan.nu.8. Imo.nu.14.& alij in c.1.de vit.& honest.cler. Castr.& oẽs vbi supra: igitur eorum argumenta eis nõ patrocinant̃. Nec minus exẽpla quib. vsi fuerunt: qm̃ cum accidiæ & pigritiæ cã apud Deum odibilis sit, & inter 7.illa capitalia peccata cõnumeretur: maximè dum obuiat diuinis & spiritualibus rebus, vt in pręsenti: nõ equidẽ uideo qualiter ea sit legitima excusationis causa, vt missam etiã semel nõ audias. Præterea (vt alia omittamus suoquetelose solũ iugulent) si ipsi fatentur eã non esse legitimam causam, cur nec semel tantum, & sine causa præstabitur ab hoc tam pio præcepto excusatio? Quare eorum opinio reijcienda omnino est.

119 Et adeo, vt etiã si ꝓcurrãt † missa, & p̃dicatio, ita vt utrũq; nõ posis audire, præferenda sit missæ obligatoriæ auditio, p̃dicationi: qcquid oppositũ putet Ang.in sum.ĩ uerb.ferię. §.45.a quo cauebis euidẽtisima rõne. Nã licet multę oriant vtilitates ex p̃dicationis doctrina vt ꝑ Turre crem. & oẽs in c.interrogo uos.1.q.1.non tñ regulariter obligamur de necessitate peccati mortalis eam audire. Nec est tex.q ad hoc obliget teste Stephano a Costa in trac.de lud.ĩ fine.n.7.put obligamur de præcepto audire missam diebus dominicis, igitur prius satisfacies præceptis, deinde consilijs.

120 Deniq; & authoritate † doctorũ cõprobatur, ex vi huius verbi (p̃cipimus) peccato mortali inuolui eos oẽs q (cessãte legitima causa) diebus dominicis & festiuis non audiunt missam: Id nanque firmarunt Pan.nu.8.in c.1.de vit. & honest.cler.& in cap.2.num.3. de parroch. Castr. lib.1. de leg. pœn.capit.5.& vltimo. Colon. Concil.in explicatione in decalogum in tertio præcepto.cap.pen.ad finem. Dominus meus Nauarr.ĩ rep.d.c. quãdo. & in Manual.c.13.n.16.ad fi.

Id quod

Id quòd passim (ut allegationum miriadas omittamus) fatentur summistæ, & omnes quotquot sunt Theologi in 4. totiusque ecclesiæ vniuersalis recepta sententia, ita intelligẽtes verbum hoc præcipimus: igitur dubitationi locus nõ relinquitur.

Ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat.

BENEDICTIO ista, ideo fit signo crucis, vt omnibus

121 innotescit, quia † omne bonum spirituale quod nobis conceditur ex merito Crucis Christi donatur. cap.nuquid. de consecrat.dist.5. Debetq; fieri tribus digitis, quia sub inuocatione trinitatis exprimitur, teste Præpos.in cap.ecclesiasticarum.col.1.2.dist.

Miraberis tamen, & merito, qualiter in præsenti sacerdotibus facultas benedicendi tribuatur: cum in cap.ministra-

122 re, † 26.q.6. describantur hæc verba, [benedictionem quoq; super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit &c.] vbi communiter DD.& in c.3. de priuile.lib.6. & alibi passim notarunt, quòd soli episcopo competit benedicere: quo negligente, si tertio requisitus rennuat, ad Abbatem duntaxat, bonus text.in c.1.de suppl.negl.præl.notat̃ in clem.2.de statu regular. Quin & in specie, istam populi post peracta diuina officia benedictionem competere episcopis probat text. clarus (licet ignotus) in c.conuenit.ibi, [& plebs collecta oratione, ab episcopo dimittatur cum benedictione,] de cõsecr. dist.5.& in cap.3.per locum a speciali. de priuile.lib.6.igitur non recte videtur in præsenti sacerdotibus iniungi, atque permitti.

Veruntamen vt omnia conueniant, nullaque detur repu-

123 gnantia, distingue † solemnem benedictionem a priuata, vt scilicet in solemni loquantur prędicta iura in d.cap.ministrare, cum similib.supra in oppositum citatis: at vero in priuata benedictione sacerdotis procedat noster hic tex. Ita resoluunt glo.notab.in c.ecce. in verb.benedicere.95.dist.& glo. in verb.solemnem.in cap.3. de priuileg.li.6. cum similib.vbi communiter scribentes sequuntur. prosequitur late Bonifac.de vitalin.in clem.fi. nu.7. de priuileg. vbi etiam Card.

129 q.6.sed latius Cosm.(post. Specul. Oldrad. & alios quos citat) in pragmat.tit.de spectaculis in ecclesia non faciendis, in verb.benedicunt.2.parte fo.mihi.158. latissime Durãdus in rationali diuinorum officiorum lib.4.Rub.de benedictione nouissima.col.2.vbi ita etiam conciliat d.cap.ministrare. cũ nostro tex.quæ communis conciliatio optime deducitur ex eodem cap.ministrare. si ponderes etiam vers.fi.eiusd.text.

124 Dicitur autem solemnis benedictio illa † quæ fit per Episcopum (cui soli competit) canora voce dicentem, [sit nomen domini benedictum,] vt voluit glo.recepta in d.cap.ecce.&

130 clarius in d.cap.ministrare.& in d.cap.3.verb.solemnem, vbi communiter omnes, & superius citati ita resoluunt: quicquid aliter dici propriam benedictionem existimet Gabr.in Canone missæ.lect.vlt.ante litteram.l.

Ea igitur priuata benedictio permittitur sacerdotibus in præsenti text.sic necessario intelligendo: eamque poterunt ipsi finita missa tribuere populo, vt & facere solent dicendo: [Benedictio omnipotentis Dei, patris, & filij, & Spiritus sancti veniat super vos, & maneat semper &c.] Quod tamen intelligendum, & limitandum est de priuata benedictione, quæ fit a sacerdote populo, absente Episcopo: nã si Episcopus sit

125 præsens in ecclesia, non vtique poterit † sacerdos etiam priuatam tribuere benedictionem. Immò potius innuere debet Episcopo, vt ipse (si velit) benedicat: vt resoluunt glo.& oẽs s.citati: quibus fauent Concilij Aurelian.1.verba originalia, relata vol.1. Concil.c.8. licet male transcripta in c.cum ad celebrandas j̃.eadem.ibi, [& vbi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.] Eiusque rei ratio ea est, quæ

131 describitur in c.denique.21.dist. quia scilicet minor a maiore benedicitur, non autem è conuerso.

Sed objicies mihi contrarium vsum, & hodiernam cõsuetudinem: qua nulla petita licentia præsentibus Episcopis ad

126 missam priuatam, simplex sacerdos benedictionem illam vltimam tribuit. Immò † & præsentibus Cardinalibus, vt quotidie videmus, in quotidiana missa, quam deuote, & cum summo Christianæ religionis cultu, ordinarie ante incepta negotia audit summo mane Serenissimus noster princeps & quatuor coronatorum Cardinalis pijssimus Henricus. Adhuc enim respondeo talem consuetudinem iure quoque fundari: quoniam eo ipso quòd Cardinalis, vel Episcopus a sacerdote simplici missam audiunt, eiq̃ permittunt coram se celebrare, tacite videntur permittere, vel delegare benedictionem illam priuatam, quæ fit in fine missæ. Ita expressit glo.communiter recepta in verb.benedicere, ad finem in d.cap.ecce.95.distin.quam post alios sequitur Vitalinus in d.clem.fi.num.9.Gabr.vbi supra.& ante omnes Durand. in d.Rub.de benedictione nouissima, colum.2. Ex quibus omnibus (quorum nullus ex D. D.in præsenti meminit) declaratur noster hic text.& relinquitur, non debere fideles ante sacerdotis benedictionem egredi: tenerique; omnes missæ finem expectare, vt ex istis verbis post omnes expressit Cosm.in pragmat.titu.quo tempore quisque debeat esse in choro, in princ.in verb.interfuerit.

Verumenimuero, huic resolutioni, & verbo isto, [ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat,]

127 repugnare † videntur ad oculum ea quæ supra diximus in prima & secũda ꝓclusione.nu.68.& 71.& in quinta conclusione num.81.quibus locis resoluimus, omittentem modicam missæ partem non infringere hoc præceptum: igitur necessarium de præcepto non videtur sacerdotis benedictionem expectare: cum etiam ante eam dicatur, ite missa est, vt infra dicemus. Nam primo responderi potest, istum tex.loqui de exeunte ante benedictionem ex consuetudine, vel superstitione, vt sensit glo.in cap.omnes fideles.supra ead. distin.non vero de exeunte semel, ac iterum. Cui intellectui

128 fauet verbum, † [præsumat,] positum in hoc text.quod significat superstitionum & temeritatem.bonus text.in cap. quanto.ibi. [sua temeritate præsumat,] de consuetud.cap. monasteria.de vit.& honest.cleri.cum similibus citatis a Fel. in cap.iudæi.num.8.(vbi late spatiatur) de testib.Qui tamen intellectus, licet in se verus sit, non quadrat generali huius text.decisioni.

Quare secundo & melius considerabam, non probare, scilicet istum tex.vnum vel alterum exeuntem ante sacerdotis benedictionem debere excommunicari: id enim regulariter falsum est ex superius dictis. Sed probare magis, tunc demum debere ab Episcopo confundi (vt sonant finalia huius tex.verba) quando omnes † exeunt ante benedictionem,

129 ita vt nullus vel pauci maneant in ecclesia: esset enim scandalosum notaque dignum, sacerdotem relinquere in altari, si populus vel fere omnes exirent, non expectata benedictione. Nec aliud significat verbum, [populus,] de quo in præsenti: Deinde hunc intellectum probare videtur text.in c.omnes fideles.supra eadem.ibi, [qui non perseuerant vsq; dum missa peragatur, velut in quietudines ecclesiæ commouentes conuenit cõmunione priuari.] Rursus & 3.loco, huic nostrę considerationi fauet, quia olim populus, & omnes insimul conueniebant in Dominica, † (sic enim cathedralis ecclesia nuncupabatur) vt legitimus ille & pius conuentus, in diebus festiuis religiosa attentione, & reuerentia auscultaret, verbumque Dei audiret: vtque omnes ex conspectu illo mutuo, prophanos in admirationem sui raperent, & indè

130 maior in Domino IESV lætitia oriretur, vt eleganter declarat Colon.Concil.in tract.de Sacram.noui testam.versi.verum, fo.mihi.185.vnde nihil mirum si expectandam esse sacerdotis benedictionẽ iubeat hic tex.nè prophani irrideant, alijque omnes scandalizentur.

Idque hodie etiam locũ sortiretur, si omnes insimul exirent ab ecclesia, non expectata ea vltima benedictione: vel si vnus solitus esset ita assiduè id facere, vt ab omnibus notetur, cunctisque scandalum præstaret: talis enim eadem ratione debet a parocho excommunicari, si admonitus non vult corrigi, quo casu loquitur glo.in verb.non perseuerant, in d. c.omnes fideles.toties allegato. Quibus omnibus cessantibus nõ obligat iste tex.expectare sacerdotis benedictionem,

131 licet ea multis † de causis semper expectanda sit.

Primo, vt in memoriam reducamus benedictionem illã, quam Christus post resurrectionem in cœlum ascensurus, dedit discipulis suis Lucæ cap.ult.in fi. ibi [Et eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est, dum benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.] Eam namque designat benedictio illa, quam nobis in domum recessuris peracta missa tribuit sacerdos, ut expressit Ioan.de Turre Crem. in præsenti.num.5.Gabr.in Canone missæ lect.ultima littera.L.& Ioannes faber lib.4.de missa euangelica, c.27.ut spiritualem quandam eiusdem Fabri, & aliam huius ultimæ

benedictionis ſignificationem omittam, relatam per Titelman. in tractat. de expoſitione myſteriorum miſſæ c. 59.

Secundo, quia per eam ſacerdotis benedictionem, remittuntur peccata venialia, ſi quæ forſan otioſa loquendo, aut diuerſa cogitando in eccleſia comiſiſti. glo. notab. & communiter recepta in verb. benedictionem in princ. in Proœmio. lib. 6. quam ſequitur Card. in Clem. fi. nu. 3. de priuileg. & infiniti alij. Maior eſt enim benedictionis vis, quàm naturæ. c. reuera. de conſec. diſt. 2. & late contra hæreticos oſtendit Alphonſ. Caſtr. in ſumm. in verb. exorciſmus. Ex quibus (vt tres alias huius vltimæ bñdictionis ſignificationes omittam, relatas per Durand. in rationali diuinorum officiorum lib. 4. Rub. de benedictione nouiſſima) ſumma cum ratione noſter hic tex. vſque ad eam fideles expectare iubet:
132 quamuis paulo ante, ſacerdos diceret ad populum † verſus, [Ite miſſa eſt]. i. ſequimini hoſtiam quæ miſſa eſt ad cæleſtia, tendentes poſt eam, vt euntes de virtute in virtutem ambuletis in dilectione ipſius Chriſti: quomodo interpretatur Magiſter Sententiarum in 4. diſtinct. 24. in fi. quem ibi omnes ſequuntur, & Alc. lib. 7. Parerg. c. 10. in fine: vt ſpirituales alias eius vocis (ite miſſa eſt) ſignificationes omittam de quibus per Gabr. in Canone miſſæ lect. 89. colum. 4. per Ioan. Fabrum vbi ſupra c. 26. Durand. & Titelmanum dictis locis, & per Palidor. Vergil. lib. 5. de inuentorib. rerum. c. 2. colum. 2. vbi eius pronuntiationis originem ab alto repetit: ex quibus (a nobis conſulto omiſſis) ſatis explicatum remanet verbum hoc ante benedictionem ſacerdotis &c.

Solum ſupereſt pro complemento videamus, cuius nam ſacerdotis debeat eſſe iſta bñdictio, an ſcilicet parrochi, vel cuiuslibet alterius. Cuius quæſtionis reſolutio & veritas
133 pēdet ab ea: vtrum † teneamur in propria parrochia audire miſſam ex hoc præcepto, diebus dominicis, & feſtiuis. Qua in re licet Ange. late in ſumm. verb. Miſſa. §. 59. & alij affirment de iure communi non eſſe neceſſarium de præcepto audire miſſam in propria parrochia: idque videantur ſentire Ioan. de Turre Crema. in præſ. qui ad partes quæſtionem iſtam diſputat, & Calder. conſi. 6. num. 2. de relig. domib. ſecluſa tamen omni diſputatione, veritas eſt in contrarium, quòd, ſcilicet iure communi attento præceptum quoque erat in propria parrochia audire miſſam: in quo conſiſtere ius parrochiale firmauit Innocen. in Rub. de parroch. quem omnes communiter ibi ſequuntur: & in ſpecie noſtra expreſſerunt Lap. alleg. 58. nume. 3. & poſt omnes ſummiſtas D. meus præceptor Nauarr. in Manual. cap. 21. num. 5. cuius ſola authoritate aliorum allegationes excuſantur. Huic cōmuni opinioni fauet text. in cap. ſiquis extra parrochias. ibi, [in quibus legitimus eſt, ordinariuſque conuentus.] ſupra hac diſt. fauent & ea, quæ modo de Dominica, diximus ſupra num. 130. Denique ne locus dubitationi relinquatur, & vt omnis ceſſet diſputatio, hanc communem probat tex. clarus & omni ſolutione maior in extrauag. fi. colum. 1. in fine & col. 2. in princ. de treug. & pac. inter communes ibi, [cum iure ſit cautum illis diebus parrochianos teneri audire miſſam in eorum parrochiali eccleſia &c.

Verumtamen hoc ius commune ita ſcriptum, reperitur
134 hodie abrogatum † contraria conſuetudine iam præſcripta, a ſummo Pontifice & prælatis (multis de cauſis) tolerata. Igitur hodie reſoluendum eſt, audientes miſſam obligatoriam diebus dominicis & feſtiuis adimplere præceptum hoc noſtrum, ſiue audiant publicam, ſiue priuatam, vt ſuperius diximus nume. 15. 16. & 17. Siue in parrochia, ſiue extra illam, vel in oratorio, vel alibi, vbicunque celebretur: vt affirmant Antoni. 2. parte ſumm. titu. 9. cap. 10. §. 1. col. 2. verſi. tertium dubium. Silueſt. in verb. miſſa 2. col. 3. verſic. quinto quæritur. Roſela eod. verbo col. 8. verſi. an autem ſeculares. Pan. & omnes communiter in cap. 2. de parrochijs. per tex. ibi [proprio contempto presbytero:] quo caſu debere neceſſario intelligi affirmant omnes vbi ſupra. licet Roſela, aliter & variè reſpondere conetur. Idque adeò verum credit D. Meus Nauarr. in Manuali. capit. 21. nume. 6. vt affirmet non poſſe Epiſcopum ſtatuere contra hanc conſuetudinem. Vnde fit vt ea ratione valeat excommunicatio,
135 qua aliquando vtuntur † priores & curati ſacerdotes contra parrochianos non intereſſentes miſſæ in proprijs parrochijs, quoniam innititur præſumptioni contemptus, vel parochi, vel (quod frequentius eſt) præcepti huius, non audiendo ſcilicet miſſam per multas hebdomadas: qui contemptus colligitur ex trina monitione, quæ prius debet fieri, vt infra dicemus in verbo ab Epiſcopo publice confundantur. At vero ſi conſtet contrarium, putà quòd in monaſterijs vel alijs eccleſijs ex deuotione quis audiat miſſam diebus præcepti, non vtique debet, nec poteſt regulariter excommunicari ex prædicta conſuetudine iam præſcripta, niſi ex ea nimis pauci remanerent in parrochia vt ſtatim dicemus, quæ notent diligenter & aduertant curati Sacerdotes.

Vtiliſſimum tamen eſſet conſilium, immò & aliquando
136 præceptum & ſemper neceſſarium propriæ intereſſe † parrochiæ: putà ſi ieiunia, vel eccleſiæ feſta ignores, vt ibi parocho promulgante ea tibi innoteſcant. Præterea vt excommunicatos publice denunciatos euitandos cognoſcas: nec non & alia multa quæ conſiderat D. meus Nauarr. in dicto cap. 21. nume. 7. & prius Ioannes de Turre crem. in præſenti. colum. 2. in medio, notabiliter quoque addens, tunc non valere prædictam conſuetudinem, quando nimis adeò inualeſceret, vt pauci remaneant in eccleſia parrochiali: qua de cauſa, iuncto præſumpto contemptu, & ſcandalo non haberet locum: quod & nos agnoſcimus.

Qua etiam præſumpti contemptus ratione, limitatur & intelligitur prædicta conſuetudo vt non habeat locum in
137 præcipuis feſtiuitatibus † anni, ſcilicet in Paſchate, Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pentecoſtes, & alijs relatis in capit. ſiquis etiam. ſupra hac diſtinct. In quibus etiam, ſi ceſſet contemptus, non vtique de neceſſitate huius præcepti tenebimur in parrochia audire miſſam, vt ex eodem cap. ſiquis, deducit & firmat Ioan. de Turre crem. in præſenti. num. 4. quamuis ſi nec toto anno nec illis feſtiuitatibus in parrochia miſſam audias, non negem grauiſſimam oriri contemptus ſaltim habitualis præſumptionem: cuius cauſa non omnino a culpa te tueberis.

Ex quibus omnibus ita curſim prælibatis conſtat reſolu-
138 tio propoſitæ quæſtionis, & verus † huius verbi, ſacerdotis, intellectus: vt ſcilicet loquatur de benedictione cuiuſlibet ſacerdotis miſſam celebrautis: cum non requiratur hodie regulariter proprij parochi & ſacerdotis benedictionem expectare, ad hoc, vt adimpleatur præceptum iſtud de audienda miſſa diebus dominicis: nec etiam de neceſſitate requiratur audire miſſam proprij parochi, nec in propria parrochia, extra illos caſus de quibus modo diximus, & ſupra reſoluimus.

Quod ſi fecerint ab Epiſcopo publice confundantur.

HAEC ſunt finalia huius Cōcilij verba: Quibus, tran-
139 ſgreſſorum pœna deſcribitur. Archidia. vero † Turre Crem. & omnes in præſenti, ea dupliciter exponunt: primo, ſcilicet confundantur, hoc eſt, grauiter corripiantur ad ruborem ſcilicet. Vel ſecundo, hoc eſt, excommunicentur.

Ego vero, (vt verius tex. hic intelligatur) vtranq; adiungo expoſitionem, vt talis ſit ſenſus [publice confundantur] hoc eſt ſi admoniti ſint nihilominus incorrigibiles, nec ſecunda correctione erubeſcant, tunc vtique tertia monitio ſit publica, per excommunicationem videlicet, vt ex ea publica punitione, rubore ſuffuſi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, vt aliàs dicit tex. in c. pia. de exceptio. lib. 6. Nam teſte Gregor. in c. iam vero. verſ. his ita. 33. q. 6. [flagellis tribulationum mali ſunt cohibendi a malo, & prouocandi ad bonū, vt dū timore pęnę malū in diſſuetudinē ducitur, abhorreatur: bonū vero ex conſuetudine dulceſcat.] Ita igit̄ in noſtra ſpecie dicamus, ꝙ ſi parrochianus qlibet nolit venire ad miſſam, vel ſoleat exire ex ſuperſtitione vel conſuetudine ante ſacerdotis benedictionē (vt ſupra diximus in eod. verbo) ita vt præſumatur cōtemptus, debet talē parochus tanquā paſtor bonus fraternaliter corripere, & inter ſe & ipſum docere: ꝙ ſi non reſipiſcat, iterum arguat ſeruata forma c. ſi peccauerit. 2. q. 1. cū ſua materia. Si vero non audierit tanquā contemptor publice confūdatur & excōicetur ex verbis huius tex. ita neceſſario intelligēdis:
140 quæ † maxime ēt notent & obſeruent nonnulli curati, quorū error grauiſſimus eſt, & intolerabilis: eo enim ipſo ꝙ aliquis deficit in miſſa, ſtatim ſequēti die dñica cū publicè nomināt, arguūt, & cōdēnant: ſecreta peccata (& q̄ forſan talia nō ſunt ex aliqua qua potuit ille legitima cauſa detineri) non ſine magno aliquorum ſcandalo, publica facientes.

Sed obijcies iſtorum verborum expoſitionem ita collectam, quædam addere verba textui, quæ in eo non leguntur, ſcilicet de facienda trina illa monitione: igitur retinenda videtur littera tex. quæ ſimpliciter dicit, publice confundantur: qua ſanè moti illi parochi, videntur ſtatim publica correctione vti. Quibus tamen minime reluctantibus de trina monitione (vt prædiximus) neceſſario intelligendus eſt hic tex. iuxta quem intellectum tutius eſſet (ni fallor) ita prædicare curatos ſacerdotes vt ex ſequentibus conſtabit.

141 Primo, ex regula † illa iuris notiſſima quæ habet, neminem pro prima vice fore publice arguendum de peccato vt in cap. 1. per argumentum a contrario ſenſu, de pœnit. & remiſ. notatur in d. cap. ſi peccauerit. cum ſua materia. 2. qō. 1.

142 Secundo, quia ſemper ius canonicum requirit trinam † monitionem, priuſquàm quis puniatur & excommunicetur: caſus eſt in cap. fin. de vit. & honeſt. cler. cap. ad audientiam. in fine de ſenten. excom. bonus text. in cap. 1. ibi, [poſt tertiam admonitionem, ſi non ſatisfecerit, ſuus epiſcopus ſententiam excōmunicationis dictet &c.] de treug. & pac. cum mille ſimilibus: Iunctis quæ notantur in cap. nouit. de iudic. Præterea & tertio, id quoque ſuadet verbum (præſumat) quod (vt ſupra diximus. nu. 128.) temeritatem & ſuperſtitionem quandam præſefert, quæ depræhendi regulariter non poteſt ex prima vice: igitur verba iſta [publice confundantur] tunc ſortientur effectum, quando ille incorrigibilis apparuerit: ſicque neceſſario intelligendum puto iſtum text. vt ſolum velit & probet, tunc demum debere aliquem publice confundi, quando tertio monitus non reſipiſcat, nec vellit miſſæ intereſſe: quo caſu ſumma cum ratione tanquàm ſacrorum canonum contemptor, publice excommunicetur, atque ab eccleſia eijciatur. Ex quibus remanent omnia & ſingula huius text. verba ſatis explicata, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei.

Solum ſupereſt, vt colophonem huic priori parti imponamus, breuiter reſoluere id quod nō minus quotidianum, quàm præcepto huic de audienda miſſa neceſſarium eſt. An
143 ſcilicet obligemur † diebus dominicis & feſtiuis in offertorio, vel alibi in miſſa, ad oblationem faciendam.

Partem affirmatiuam amplectitur glo. in verb. vacuus. per text. ibi, [non apparebis in conſpectu meo vacuus,] & ibi, [offerre aliquid ex vſu ſanctorum patrum debent &c.] in cap. omnis Chriſtianus. infra hac diſtin. vbi in propoſita ſpecie reſoluit faciendam eſſe oblationem de præcepto in diebus dominicis, licet ſit conſilium in diebus priuatis: ſimilis glo. 1. in cap. ſtatuimus. 16. q. 1. & videtur etiam ſentire gl. 1. in cap. ſanctorum. 10. qō. 1. Quarum gl. ſnīam defendit & ſequitur Hoſt. in ſumm. de parroch. §. 2. ver. hic tñ. & in Rub. eod. titu. in medio, Lappus allegat. 58. nu. 2. & 7. atque alij.

Sed quia (vt prædiximus) breuiter agendum eſt: omiſſis
144 in hac re tribus † opinionibus, relatis per Turr. Crem. in d. cap. omnis Chriſtianus. verſ. ad primum, & quatuor alijs per Gabr. in Canone miſſæ lect. 16. littera D.E.F.G. vbi late ſpatiantur, quæſtionemque iſtam ad partes diſputant. veritas eſt contra glo. Hoſtien. & alios, ſcilicet nullum eſſe præceptum obligans diebus dominicis & feſtiuis offerre, nec aliquo alio tempore regulariter: licet ex deuotione cuiuslibet, meritorium, Deo gratum, conſulendumque ſit opus ſupererogationis oblationem facere in miſſa, deuotione pinguem, charitatis dilectione latam, acqſitione mundam, & valore vtilem, vt ex multis ſacræ paginę authoritatibus probat eleganter Gabr. in d. lect. 16. littera I.

145 Huius opinionis contra prædictam glo. † fuerunt Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. Antonin. 3. parte ſumm. titu. 12. cap. 11. latiſſime Gabr. vbi ſupra. Pan. & Anchar. num. 3. Rauen. & communis in Rub. de Parroch. Colect. in cap. 2. num. 2. eodem titu. Fely. & Anan. vterque num. 3. in cap. ſuam. de ſimo. Marian. in tractat. de oblatio. Sequitur & Bernard. diaz in Reg. oblationes. & ſummiſtæ omnes in verb. Oblatio. vbi Angel. D.D. ſententiam, reprobata. d. gloſ. cap. omnis Chriſtianus, quam & longiſſime a Canonis mente aberrare teſtatur eminentiſſimus Frater Dominic. Soto lib. 9. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 1. colum. 4. vbi ad partes quæſtionem iſtam diſputat, oppoſitiſque argumētis ſigillatim reſpondet, atq; ideo nō inſiſto.

Illud ſolum meminiſſe liceat, (quod in hac materia nouū
146 & nota dignum † puto) non poſſe me non valde admirari tam grauiſſimos patres, dum omnes quotquot ſunt, reſoluentes & ueriſſimam putantes quæſtionem de qua ſupra, (quòd ſcilicet nullus teneat̄ diebus dominicis & feſtis oblationem facere in miſſa) illam limitādam aſſeuerant in quatuor caſibus relatis a Pan. in d. Rub. num. 3. Primo ſcilicet ex præcedenti conuentione, ratione cuius debeatur oblatio nomine cenſus. Secundo propter præcedentem deputationem, quia res donatione vel pollicitatione, aut teſtamenti legatione debeatur. Tertio ſi ſacerdos indiget. Quarto ratione conſuetudinis. Ex quorum ſola relatione manifeſte conſtat, quàm impertinenter adiungantur propoſitæ quæſtioni, quæ de oblationibus voluntarijs & gratuitis loquitur iuxta illud Exodi. 25. [ab homine qui offert ultroneus &c.] Iunctis quæ notauit Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. in corpore. Illi uero caſus magis obligationes, quàm oblationes contineant. Si enim ratione conuentionis, cenſus, uel legati in teſtamento relicti teneris aliquid offerre die dominico: has dices tu oblationes facere? minime quidem. Immò obligationes adimplere, quæ etiam adimplentur ſi ratione paupertatis offeras, quo caſu teneris etiam ratione præcepti eleemoſynæ. c. paſce fame morientem. 86. diſt. adiuncto. c. cum ſecundum apoſtolum. cum ibi notat. de præb. non uero ratione oblationis. Cum etiam in illis quatuor caſibus tam diebus dominicis & feſtis, quàm alijs omnibus diebus tenearis ſi obligatio tunc intercedat, ratione cuius, oblationes illas largo modo ſumptas facis, non vero ratione feſti. Qua
147 in re caute nimis loquitur diuus Thom. † (licet eum omnes authorem ſuæ ſententiæ allegent) dum reſoluens in dicto arti. 1. in corpore, (quòd diebus feſtis non obligamur de præcepto ad oblationes faciendas,) non adiecit præterquàm in quatuor caſibus &c. Sed ita dixit, poteſt tamen contingere quòd aliqs ad oblationes teneatur quadruplici ratione &c. & ita clare uoluit non ratione diei feſti, quatuor illos caſus procedere, ſed ex obligatione alia, quod & nos concedimꝰ. Hactenus de priori parte huius repetitionis, in qua multa reſecauimus, & primoribus tantum digitis tetigimus, nè à propoſito diſcederemus, omniaque clarius ſuffragante ueritate reſoluerentur.

SEQVITVR
SECVNDA PARS.

IN hac ſecunda & poſteriori parte, profundum ſe ſe offert qq. circa excuſationes pelagus: a quo, vt enatare poſſimus, frequentiora tantum, & in quibus dubitandi aliqua oritur occaſio, paulo altius diſcutientur. Necnon & alij a DD. omiſſi caſus, breuiter reſoluentur. Prius autem ſummatim, (ne a promiſſis deficiamus) vnico uerbo recolligentur omnes a DD. uarijs in locis adducti, in quibus, quis excuſatur hoc præcepto de audienda miſſa.

148 Primus igit̄ caſus eſt, ſi qs † excōicatus & denūciatꝰ fuerit. Secūdus ſi ꝑſonaliter interdictus, quāuis utroq; caſu abſolutionē obtinere nō ꝓcuret, ſemoto cōtēptu. Tertiꝰ, ſi ꝓhibeat̄ rōne gñalis interdicti, nulloq; iuris cōis, uel ſpālis priuilegij fauore muniat̄: quē & facile ĩpetrare nō poſſit. Quartꝰ, ſi uinculis ēt ſua culpa detineat̄ qs, tā publicis q̄ priuatis, putà ſub fide ſuæ nobilitatis domi ſuæ: ĩ qua facile miſſa nō poſſit celebrari. Quintꝰ, ſi ĩpediat̄ qs graui aliquo & iuſto negotio, qđ ĩ aliud tp̄s differre nō pōt ſine magno periculo, ſcādalo, vel detrimēto. Sextꝰ, ſi officiales ſint q rōne officij nō poſſint exire foras, uel dimittere caſtra, murorū portas, & uigilias, ſine hoſtiū periculo. Septimꝰ, ſi dñi ſint & ꝯſiliarij, q tp̄e miſſæ ſuꝑ urgētib. negocijs dilationē nō patiētib. occupati ſint. Octauꝰ, ſi nō poſſint mr̄es tenelos, & paruulos infantes ſine periculo dimittere. IX. ſi nequeāt nubiles filias relinquere ſolas, in qbꝰ ꝓbabile timet̄ (ex circūſtātijs) ſtupri periculū, nec habeāt, cui eas tute comittāt. X. ſi ꝯiugatę ſint, nec poſſint ſine magno virorū ſcādalo & rixa exire foras, ſecꝰ ſi cū minimo, vt qa non bñ ꝑparatū eſt prādiū. XI. caſus eſt, ſi ꝓbabilis inimicorū uel latronū timor adſit, putà qa in uilla a parrochia diſtāti habitas. XII. ſi timor ſit peſtis, uel ꝓbabilis corruptio aeris. XIII. ſi itinerātes ſint, & ſocietatē ſibi utilē, atq; neceſſariā dimittere nō poſſint: uel qa ſubminiſtret expēſas, iter doceat, a latronūque periculo defendat: XIIII. ſi ſacriſtę uel miniſtri ſint, totoque tp̄e occupentur in neceſſarijs miſſæ præparandis, ut latius iā ſupra declarauimus in concluſ. 4. nu. 78. & 79.

149 Decimusquintus. Si infirmi ſint, † non qualibet leui infirmitate vt infra declarabimus. XVI. Quādo ſeruientes infirmis, eos nō poſſint citra periculum ſolos dimittere. XVII. ſi ſerui famuli ſint hebetes & ignari, quos domini tempore

pore missæ aliud facere iubeant:in eos nãque, omnis refundet culpa,vt latius infra dicemus in hoc eo.17.casu & 18.Si pauper adeò sit,vt vestes non habeat, uel alia de cã deficiat, ita vt sine dedecore non possit exire foras.19.Si viduę sint, & ob viri,vel parẽtũ mortẽ,vel fratris, ꝓpinqui vel alterius obitum,de more ꝑ aliqd̃ tẽporis spatiũ è domo nõ exeãt:nõ vero si per annũ,uel sex menses, ut latius declaratur infra in 19.casu. Vigesimus casus est: Si puellæ sint nubiles,nec permittuntur a parentibus exire foras,non.n.liceret solas ire ad ecclesiã:quo casu etiã ratione consuetudinis, an & qñ excusentur parentes, q̃bus totũ circa hoc peccatũ incũbit declaratur in hoc eod.casu.20.21.Casus est, qñ ꝓbabiliter ignoraretur hoc p̃ceptũ.Qui oẽs casus collecti fuerũt, partim ex Antonin.2.par.summæ.tit.9.c.10.§.2.per totum. ex Rosel. Siluest. & alijs summistis in verbo missa.Partim ex Caiet.2. 2.q.122.art.4.col.5.& 6.Aliquot ex fratre Dñico Soto lib. 2.de iust.& iur.q.4.art.4.col.pen.in prin.& col.antepe.vers. ecce de mẽbro. Qui tñ omnes casus ad hanc notabilem regulam reducuntur (ab eminentissimo præceptore meo D. Nauarr.cui nullæ satis correspondere possunt laudes in Ma-
150 nual. refor.c.21.nu.3.) vt.s.iusta † & legitima ab hoc pręcepto de audiẽda missa excusatione se tueantur omnes illi, qui eam nõ possunt audire,sine magno animæ alicuius, corporis,honoris,rei propriæ,vel proximi detrimento. Quibus sic breuiter relatis excusationib.loquentib.semper de habẽtibus vsum rationis,quẽ non habentes non comprehenduntur in hoc præcepto; vt iam supra diximus in limitationibus verbi secularibus. Opere preciũ fuerit, (anteaquàm ad alios casus a D D.omissos deueniamus) discutere septẽ illos vltimos casus,q̃ quotidiani & frequentiores sunt, vt in quib. scribentes in dictis locis nõ ita(vt oportebat) se declararũt.

Decimusquintus ergo casus infirmitatis.s.q̃a quotidia-
151 nus,a nobis altius examinãdus est:nã si de qualibet leui † infirmitate intelligis, & tali ꝓ si vel minimũ negotiari oporteret,præsto surgeres & foras exires:non equidẽ video, quo animo in conspectu Dei exeundi foras periculũ alleges.Immo non possum non valde mirari infirmitates quasdã maximè nobilium, qui diebus dominicis & alijs festis, dulcedine quadã & vere Epicurea desidia,in lecto aliqñ vsq; ad meridiem remorantur, in quo (noſe tñ infirmi) prandent : finito autem prandio,transit & finitur infirmitas, forasq; vbi libet exeunt: Istos nanq; absit intelligamus excusari infirmitatis duntaxat nomine : immo faxit Deus opt.max.ne infirmitates istę corporis ab eis fictę,in animæ infirmitatẽ cõuertantur ex omissione huius præcepti de audiẽda missa,a quo non ita leui de cã, nec ex qualiquali animi passione remoueri sufficiet ad excusationẽ istam admittendam. Prout & insimili, nec qualisqualis infirmitas impediet clericum nec illum excusabit ab horis canonicis recitandis, sed talis q̃ ꝓbabiliter noceat ex Inn. doctrina cõiter recepta a Rauen. & alijs in c.1.de celebr.mis. Nec rursus q̃libet infirmitas reputabitur legitima cã non comparendi ad citationẽ iudicis,sed illa q̃ impedierit accessum,iuxta ea q̃ notantur in c.tenor.de re iud.per tex.ibi,& in c.2.vbi Pan. notab.1.& omnes alibi, de procurator. Ex quibus constat excusationem istam tunc
152 fortiri effectum,qñ † infirmitas fuerit talis, vi citra periculũ probabile non possit exire foras ad audiẽdam missam, vt est de mente omnium ubi supra , & in specie declarauit Rosela vt in verb.Missa col.6.ver.Sed quæ dicenda. Probabile autẽ dicetur periculum , quod tale bonus uir iudicauerit : cuius arbitrio relinquitur,vel timoratæ conscientiæ , quæ vnumquemque conueniet.

Ex qua resolutione ita explicata, illud an te oĩa cõsequiẽ: laborantem.s.aliquo leui morbo, qui non impediat domum exire,nec exeundo immineat regulariter periculum, nõ excusari tanquam infirmum ab hoc præcepto de audiẽda missa die dominico:prout in simili quoq; resoluit Car.in clem. 1.oppos.2.vbi Bonifac.de Vitalin.num.90.de celebr.mis.&
153 exemplificati potest regulariter in infirmato † tertiana, vel maximè quartana febre:licet enim diebus illis,quibus morbus vacat,dicatur etiam infirmus.l.qui tertiana.cum ibi notatis.ff.de edilic. edict.nullum tamen ea die periculũ exeundi foras regulariter imminet : maximè in plebeis & rusticis, qui vt quotidie videmus,febri etiam illa laborant.Idq; adiuuatur ex text.notab.cum sua materia in l. quæsitum.ff.de re iud.in ver.potest tamẽ.ibi.[Nam si quis sanus aliàs ac robustus.leuissima febre correptus fuerit:aut si quis tam veterem quartanam habeat, vt in ea omnibus negocijs superesse soleat,poterit dicere morbum sonticum non habere.] Igitur si ex eo tex.talis quartana febre infirmus , tenetur comparere in iudicio,cur non tenebitur in ecclesia etiam Dei cõparere diebus dominicis ? cur ab hoc præcepto ratione infirmitatis excusabitur?si ita debilitatus nõ est,quominus impediatur alijs superesse negocijs. Immo in rus proficiscitur, in quo tota die laborare non definit:non vtique (meo iudicio) audietur talem allegãs excusationem.Nisi forte ita delicatus sit tertiana,vel quartana febre laborans,ꝓ exire foras non permittatur nec soleat,quo casu infirmitatis nostra hæc excusatio procedet,quã iudicio medici relinquimus, a quo isthæc omnia regulari solent. Atque ita resoluendum puto, licet in specie neminem viderim.

Consequitur item & secundo , quòd quamuis mulieres
154 grauidæ † dicantur infirmæ.l.2.§. si non propter.ff.si quis cautio.non tamen hac infirmitatis excusatione se tuebuntur ab huius pręcepti obligatione, si sine periculo foras exire possint,& exeãt ad amicas & consanguineas visendas,vel si non obstante grauedine laborant , & onera in capite portant:prout in simili ex sententia Fulgos.resoluit Ias.in d.l.2. §.si qs in iudicio.nu.6. Ex quibus duobus exemplis ad omnia alia inferes, & sumes argumentum , resolutiue tenendo, quòd tunc demum procedet ista infirmitatis excusatio (ne hoc præcepto de audienda missa quis obligetur) quãdo verè,vel probabiliter incurratur,vel timeatur salutis nocumẽtum,si foras exeat,non aliàs , ex mente communi vbi supra.

Decimussextus casus describitur etiam per omnes in di-
155 ctis locis , quando seruientes infirmis eos nequeant † solos relinquere , idque magis in specie declarauit Caiet.2.2.q. 122.arti.4.col.5.ver.in tertio casu,dummodo vtrunque fieri non possit. Et strictius vnico verbo intellexit frater Dominic.Sotto libro 2.de iust.& iur.q.4.arti.4.col.pen.in principio. quando ita necessaria toto tempore est eorum præsentia, ut citra periculum soli relinqui nõ possint.Insuper & periculum illud notabile debere esse,strictissime accepit D. meus Nauarr.in Manual. reform.cap.21.nu.3. Ex quorum mente satis constat ꝓ si tam graue & notabile non oriatur periculum excusandi non sint tales infirmis seruientes.

Ego vero ex vsu & praxi,quæ est rerum omnium magi-
156 stra,non ita admodum rigorosè † semper iudicarem,nec ita facile præcepti huius fractores eos omnes putarem , qui aliquando missam nõ audiunt ,quamuis infirmus citra periculum solus relinqui possit ab aliquib. Nam si infirmus ,alicuius præsentia & continua interessentia lætetur atque consoletur,negari non potest,nisi,ꝓ citra periculũ notabile,quinimo & citra periculum quod notabile non sit , ab eo relinqui possit sepe sepius : quàmuis nõ extra laborẽ & animi anxietatem:& tamen durum esset dicere , illum ea de causa omittentem missam,peccare mortaliter : cum & opus misericordiæ exercere tali tempore credendum sit , ex visitatione & confortatione infirmi.Præterea & secundo loco vrget,nam si paterfamilias,maritus,vel vxor infirmitate graui laborẽt,
157 in extremisque sint constituti,ita vt tota turbetur † familias diuersisque preparandis remedijs vexentur & occupentur non solum familiares & seruitores, sed & vicini & amici:qs dixerit eos oẽs mortalis culpæ reos iudicandos fore,q̃a tali tẽpore dominico vel festo missã non audierunt? Quis filios, fratres,alios vè domesticos turbatione illa detẽtos , semelq; missam ob id non audientes condemnabit ? Non ego. Vtiq; non ego.Et tamen negari nõ potest, nisi ꝓ ab illis citra periculum relinqui possit infirmus , cui plures sunt alij necessaria præparantes atque ministrantes. Rursus & tertio loco in fauorem huius nostræ sententiæ allego tex.in simili notabi-
158 lem in c.communis.† 23.dist.ibi,[Sed quia hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit , vt nec ipse meror incumbens diutius (vt dignum erat & res desiderata poscebat)sineret permanere &c.] vbi gl.in verb.suorum. notatur, ꝓ ꝓpter infirmitatem suorum potest aliquis se excusare: quam glo.ibi sequuntur omnes communiter, Pan.& omnes in c.2.nu.1.de procura.Ias.in l.2.§.si quis in iudicio. notab.1.ff.si quis cautio.& alij multi,quibus etiam suffragatur tex.cum ibi notatis in l.si longius.in fine ibi, [vel rei suæ familiaris periculo.] ff.de iudic.Igitur si episcopus (de quo loquitur tex.in d.c.quorumdam) excusatur a comparendo in iudicijs rigorosis propter suorum hominum infirmitatẽ, quorum causa festinanter abscessit,a fortiori & multo maiori ratione excusabuntur illi in misericordiosissimo Dei iudicio, q̃ non famulorum infirmitate cõpulsi missam inuiti

reliquerunt

reliquerunt die dñico , sed infirmitate patris,matris, vxoris fratris uel alterius propinqui: quẽ ita oẽs comitãtur vt meror incũbens discedere non sineret ad missam audiendã vt dignũ erat , & res ab eis desiderata poscebat : q̃ verba d.cap. quorũdam,ad nostrã speciem reducta,& applicata , manifeste (ni fallor) probant, nõ ita rigorosè accipiendũ esse p̃dictum DD. intellectũ ad hunc nostrum 16.excusationis casum:quàmuis non negẽ ꝓ si vtrumq; commode possit fieri, nec ita grauiter laboret infirmus, sit semper audienda missa, nec leuiter omittenda. Quod boni viri arbitrio moderandum relinquimus.

Decimusseptimus adest a nobis iã supra vnico verbo re-
159 latus excusationis casus,de seruis.s.& famulis , quibus † tẽpore missæ dñs aliud faciendũ iubeat, vt obediẽdo excusentur ab hoc p̃cepto,licet non audiãt missam. Qua in re nõ ita facile,& simpliciter cũ DD.transeũdũ putaui : res.n.grauissima est & quotidiana , & in qua grauissimę in oppositũ apparent difficultates.Prima nanq; est, q̃a si dñs vel etiam Rex seruis & famulis iubeat ꝗria Dei vel ecclesiæ p̃ceptis : vt est seruire diebus dñicis relicta missa,debent rñdere cũ August. [da veniã ò Domine tu carcerẽ , ille gehennã minatur ,] in c.qui resistit.11.q.3.Si vero Dñs famulos minatur , Chrysostomum consulant in c.nolite 2.eadẽ causa & q.ibi , [nolite timere eos qui occidunt corpus &c.] Igitur nec propter minas,vel flagella videntur famuli & serui ab hoc pręcepto excusari posse , vt prius obediant dominis , si vtrumque commode fieri non possit .

160 Scd̃o augeẽt difficultas ex decis.tex.in c.q̃ cõpulsus † .22. q.5. [Qui cõpulsus a domino (inquit) sciens peierat,vtriq; sunt periuri,& dñs,& miles: Dominus q̃a præcipit, miles q̃a plus dñm quàm animã suam dilexit,] ex quib. verbis ꝑstat, famulos non posse obedire dñis in animæ suæ detrimẽtum, sed ex transgressione huius p̃cepti de audiẽda missa , incurrit peccatũ mortale , vt iã supra late diximus in verb.p̃cipimus : ergo pręferẽda sunt ecclesiæ p̃cepta,dñorum mãdatis.

Quin & tertio loco (vt alia omittamus) in ꝓprijs terminis allego D.Ambrosij verba ĩ c.an putatis.89.dist.ibi. [Sed surgens congregat seruulos,disponit retia , Canes producit, saltus,siluasq; perlustrat?Seruulos inquã secũ pertrahit,for-
161 tasse magis ad ecclesiã † festinantes,& voluptatib. suis, peccata acumulant aliena:nesciens reum se futurũ tã de suo delicto, q̃ de perditione seruorum.] Ex quibus verbis , maximè ex illis, [peccata accumulant aliena ,] iunctis illis, [magis ad ecclesiã festinãtes,] manifeste constat peccare seruos non audientes missam diebus festiuis,vt obediant dñis,quibus obtemperare tenenẽ , faciendo tñ prius volũtatem Dei, vt colligitur ex Apostolo ad Colos.3.litera.D.& ad Ephes. 6.Atq; ita vnico verbo expressit Palud.in 4.dist.15.q.5.ver. secunda ꝛclusio.prope finem,affirmans peccare seruos non audientes missam sine iusta cã : a quo p̃cepto (inquit) non excipiũtur serui,plusquàm liberi,aut ancillæ , plusquàm domine:immo seruus & ancilla sic debent quiescere sicut domini,& Deo vacare.Igitur procedere non videtur hæc 17. & communis DD.excusatio.

Ego vero (licet nullus aduertat) vt isthæc oĩa intelligan-
162 tur,& conueniant. Distinguendũ † putaui inter seruos , famulos,reliquosq; alios seruitores oĩno ignorãtes & imprudẽtes:& inter eos q̃ vsum rõnis, vel qualẽ qualẽ discretionẽ habẽt.Vt.s.priores illi,obediendo dñis,atq; ideo non audiẽtes missã nõ incurrãt regulariter peccatũ mortale,nec dicant fractores huius p̃cepti.Isti vero posteriores sic,licet in dños impediẽtes eorũ omniũ culpa refundat , vt statim dicemus.

163 Prior huius nostræ distinctionis pars † manifesta ratione constat.Quis.n.dixerit seruũ rudem,hebetẽ,& omnino ignorantẽ, huius præcepti transgressorem posse appellari? Cum q̃ videt,ignoret;q̃ dicuntur non intelligat:q̃ docenẽ, nõ percipiat :quales sunt isti vulgo nominati (Aethiopes noui.) Tales nãq; si a dñis eo tẽpore aliud facere præcipiant, quinimo si ab eis non instruantur & paulatim doceant , ab hoc p̃cepto de audiẽda missa (meo, ni fallor iudicio) sine dubio excusabuntur. Qua etiam ratione , & alij pueri & seruitores ignorantes defendentur,qui nil aliud sciunt, quàm quæ domini iubent,facere nec contradicere.

At vero si famuli & seruitores sint prudẽtes, huiusq; p̃ce-
164 pti vim † & obligationem intelligant (q̃ est secunda nostræ distinctionis pars) non vtiq; excusabuntur , etiã si dñi aliud eis iubeant toto tempore missæ faciendum,eo enim casu regulariter debent prius missam audire, q̃uam si omittãt ea de causa,peccant in hoc præceptum. Qua in specie loquit text. si bene ponderetur in d.c.an putatis.86.dist.ibi, [fortasse magis ad ecclesiam festinantes.] Et in d.c.qui cõpulsus: vt significant verba illa, [q̃ sciens peierat &c.] Sicq; debent intelligi illę D.Paul. authoritates superius adductę de illis.s. seruis & famulis,qui intelligunt dominos præcipere conrraria Dei mandatis,tunc enim tenentur respondere. [Domine tu carcerem ille gehennam &c.]

165 Quod tñ intelligo † nisi pueri , & seruitores non possent dñis contradicere sine magno eorum scandalo,& iracundiæ cuius calore arrepti soleant minas exequi.Hoc.n.casu,etiam prudentes famuli poterunt missam relinquere die dñico, vt dominis obediant , aliud eis præcipientibus eo tempore faciendum:Meritoq; excusabuntur , argumento ducto a fortiori , ex his quæ DD. cõiter cõcludunt de excusanda coniuge quę non possit audire missam sine graui mariti scandalo & rixa:vt iã supra diximus nu.148. in 10.casu.Idq; maximè procedre intelligerem (licet nullum huius rei authorem viderim) si dominus aliquis reperiretur,qui aliqñ pueros ad missam proficiscẽtes impediret, vt magis equum sterneret, aliaq; necessaria seruitia facerer: potuit.n.calore iracundiæ tam pium propositum impedire. At vero si solitus sit semper contradicere,puerosq; & seruitores ob id verberare , iã crediderim eos non excusandos ab hoc præcepto de audiẽda missa,si possint alios quærere dominos. Quod si non possint, nec reperiant,tenẽtur potius verbera sustinere. Quinimo & mortem,si contemptus presumatur,argumento text. sic necessario intelligendi in c.sacris. de his quę vi met.vè cã fiunt:tex.etiam notabilis in c.si dominus.11.q.3.

Sed quamuis famuli & seruitores ex prædictis quandoq;
166 excusentur ab hoc præcepto,non tñ excusabũtur † illi,quorum potestati subiecti sunt:atq; ideo necesse est vt hanc tam sopitam & obliuioni traditã obligationem in memoriã reuocẽt omnes patresfamilias , quibus id omnino imputatur, vt ex sequentibus demõstratur.Nam paterfamilias , vel dominus seruos, vel famulos impediens & occupans , ne possint diebus dominicis & festiuis audire missam , grauissime peccat,& famulorum peccata suis accumulat, iuxta tex.notabilem & omnino videndũ in d.c.an putatis.in fine.86.dis. Quin & de omnibus eorum in hoc peccatis teneri rationem reddere affirmarunt in specie Antonin.2.parte sum.tit.9.c. 10.§.2.col.2.in prin. Siluest.in verb.Missa.o.2.q.1.in princ. Frater Domi.Soto.lib.2.de iust.& iur.q.2.art.4.col.per.Talemq; dñm vel patremfamilias peccare mortaliter expressit D.meus Nauar.in Manual.reform.c.21.n.10.in medio.Nec
167 ista leui † fundantur ratione, immo vrgentissima : qñ cum parerfamilias dicatur familiæ dñs , patronus,gubernator,& institutor.l.pronuntiatio.ver.pater autem familias appellat. vbi Alc.& Cępola post antiquiores latissime explicant.ff.de verb.sig.familiaeq; nomẽ,liberos,libertos,seruos & alios oẽs seruientes comprehendat.l.fi.C.de ver.sig.l.ędiles.§.1.vers. familiæ appellatio.ff.de ędilit.edic.nihil mirum si eorũ omnium teneatur rationem reddere tanquam diligens gubernator.Familia nãque dicitur ciuitas quædam , vt ex Aristotele deducit Bald.in consi.50.in primis videndum est col.2. vol.4.atque ideo sicuti ciuitatis dux obligatur , ita & paterfamilias,familię sibi traditæ rationẽ reddere tenebit , eiusq; diligentissimam habere curam:maximè si pręoculis habuerit horrenda illa, & litteris aureis memoriæ figenda verba, Diui Paul.in Epistola prima ad Corinth.cap.5.littera.B.vbi eosdem patresfamilias alloquiẽ dicẽs , [si quis autẽ maximè domesticorũ curã non habet , fidem negauit , & est infideli deterior.] refertur,& declaratur in d.c. sicut hi.colum. 3. in prin.47.dist.iunctis quę tradit Albert.Troce.lib.2.de perfect.cleric.c.15.post scribentes in l.1.C.de emendatio.propinq.& alibi passim.

Cum igitur ex prædictis tenentur domini , & patresfamilias eorum omnium rationem reddere coram Deo , & in confessione si vere confitentur: consequens est,vt sic teneã-
168 tur ordinare † de famulis,& famulabus,seruis,pueris , filijs, totaque denique familia, quò possint omnes diebus Dominicis & festiuis audire missam , ad quam omnes regulariter tenentur: cum ab hoc pręcepto non excipiantur plus serui, quàm liberi,plus domine, quàm ancillę , ex sententia Paludani iam supra citati.Atque ita hanc regulam, diligentemq; curam a patribusfamilias adhibendam (ne in ipsos refundatur tota culpa) constituit Antonin. vbi supra d.col.2.in princ.Rosela in verb.Missa col.6.in fi.& sentiunt reliqui oẽs

summistæ.

summistæ. Quibus suffragatur tex.optimus in cap.duo ista, 23.q.4.ibi, [non solum Episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam: marito regenti coniugem suam: patri regenti prolem suam &c.] Ex quibus August.verbis constat, teneri omnes regere, diligenterque gubernare familiam eisdem traditam; atque ita de illa ordinate disponere, vt omnes possint huic de quo agimus præcepto, & alijs satisfacere. Nec aliud significare voluit text.in nostris terminis expressus in
169 cap.si quis † etiam.supra hac eadem distinct.ibi,[oratorium in agro habere voluerit reliquis festiuitatibus,] (Maiores enim excipit in versi.pascha vero,) [vt ibi missas teneat, propter fatigationem familiæ, iusta ordinatione permittimus.] quæ sunt originalia illius Concilij Agathensis.3.verba relata.c.21.in vol.1.Concil.licet a Gratiano in d.c.si quis etiam, corrupte transcribantur.

Ex quibus verbis manifeste constat, quantam eo iam tempore familiæ curam, circa hoc præceptum de audien- 173
da missa gerebant patresfamilias: qui suam in hoc obligationem optime cognoscentes, proposuerint in Concilio, & impetrauerint licentiam domi dicendi missam in oratorio propter fatigationem familiæ, quæ tenebatur ire ad parrochias vt ostendit ille text.in princip.ibi, [extra parrochias, in quibus legitimus est ordinariusque conuentus.] Rursus & deprehenditur ex eo text.non vulgaris huius tempestatis patrumfamilias erubescentia & confusio: cum eo iam tempore (illius Concilij celebrati sub Cælestino Papa primo, anno a Christo nato quatuorcentesimo vigesimoquarto) adeo diligens, & circumspecta familiæ cura haberetur circa hoc præceptum de audienda missa, vt nobis nihil prorsus reliquum sit, quàm rubore suffusis, nostram huius temporis deplorare miseriam & fragilitatem: Dominumque nostrum verum & summum patremfamilias deprecari, vt deinceps non negligentes, sed veri, diligentesque patresfamilias appellari possimus: quò eius gloriam procuremus, nostramque tam extinctam, & obliuioni traditam obligationem renouemus, atque in memoriam reducendo, exequamur.

Ex qua resolutione & regula, quæ tam dominis, quàm patribusfamilias proprie competit, infertur primo, non
170 bene † ab eisdem ordinari, immò eos grauiter peccare, qui tempore audiendi missam pueros occupant, ad amicum visendum, vel aliquod proferendum nuntium mittunt: si postea non satisfecerint huic præcepto. Nam si illud sine periculo in aliud tempus reseruare possunt, cur ignoranti puero, vel etiam prudenti occasionem offerent infringendi preceptum hoc nostrum? nullo quippè tuebuntur colore in cõspectu Dei, qui teste Paul.illius pueri curam eis dedit, quibus seruit: eiusque (tamquàm pastor bonus) tenentur rationem reddere, iuxta ea quæ notantur Ioan.10.& in c.duo.23. q.4.per tex.ibi.& in c.sicut hi.47.dist.

Secundo infertur, peius ordinare patresfamilias, vel do-
171 minos, circa pueros (quos a pedibus † vocamus) tenentes & custodientes equos, vel mulas tempore missæ, dominosque expectantes donec veniant: si non iubeant eos vicissim tenere iumenta, quò possint omnes obligatoriam missam audire; aut si non iubeant in domũ reducere equos, si diu moraturi sunt (vt frequenter fit maximè in aula regia) Idque, vt liberius possint omnes famuli huic præcepto de audienda missa satisfacere, aliàs domini non ita disponentes tenebuntur in conscientia, quia sunt in causa argumento, cap.fi. cum ibi notatis de iniur. Quòd si obijcias, vnicum te tantum habere puerum, qui non poterit vtrique obligationi, nempe seruiendi, & adimplendi præceptum istud, satisfacere. Respondeo quòd (nisi vrgens sit necessitas illum occupandi toto tempore missę) non deobligatur dominus si eum summo mane non faciat audire missam & prius satisfacere huic præcepto, vt quæ postea conueniunt, adimpleat. Non enim alicubi cautum reperio, iustam vel legitimam esse semper 175
excusationis causam, eo quod occupatus sit puer in seruitio domini sui. Nam cum diebus dominicis & festiuis vacare iubeamur ab operibus seruilibus, tenemur etiam eo minimo temporis spatio ad audiendam missam ex hoc præcepto, a quo tam fragili ratione nõ excusamur, ex superius adductis.

172 Quod si rursus instes, durum videri, obligare † dominos & patresfamilias ad istam familię curam, & diligentiam, maximè puerorum & seruientium, qui regulariter duri, & rebelles in hoc sunt. Durius profecto erit, nullaq; excusatione dignum, famulos, seruos, reliquosque seruitores, fidei ignaros, tamquam bruta relinquere, non docendo, non quantum in se est instruendo, & obligando ad huius præcepti & aliorum obseruantiam. Non enim dico, obligari semper dominos, si pueri non audiant missam, quã eis audiendam iubent, vel in alijs non occupando, audire permittunt. Sed obligari duntaxat, eorum curam, atq; diligentiam habere, eos semel atq; iterum admonere, tam circa hoc præceptum de audienda missa adimplendã, q̃ circa alia, confitendi scilicet, cõicandi tempore debito, & similia: facientes namq; q̃ in se est excusantur, nec ob id culpantur, quantumcunq; omnes, vel aliquis de familia sua maneat incorrigibilis, teste Cornelio in c.si.47.distin. [Quantumlibet enim vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quàm arca Noe, vbi tantum inter octo homines vnus reprobus inuentus est.] Prout notabiliter inquit August.de se conquerens in c.pen.47.dist.

Tertio infertur, deterius agere dominos cum seruis † & ancillis, quorum maximè cura vilipenditur, & deterioratur, vt ex quotidiano vsu deprehenditur. Raro namque reperies in ecclesia seruum, vel ancillam audientes missam, ad quam tenentur vt supra resoluimus: & rarius dominum vel patronum, qui de hoc recordetur, in memoriam vè veniat huiusmodi cura & obligatio. Quasi existimantes eos infideles esse, vel bruta & animantia, quod non ita fieri debet, non enim potest dominus seruis vti, veluti rebus possessis in suum ipsius commodum, sed tanquàm liberis, suique iuris hominibus, eos, scilicet docendo, boniséque moribus quantum in se est instruendo, vt expressit post alios eminentissimus frater Dominic.Soto.lib.4.de iust.& iur.q.2.art.2.col.antep.versi. verumtamen. Immò quod magis est, ideo maiorem eorum curam tenentur habere domini circa spiritualia, quia ea de causa licitam esse nobis eorum Aethiopum seruitutem, & non aliàs nec alio modo, firmarunt multi, & non contemnendæ authoritatis viri. Cuius tamen rei veritatem, cum nõ sit præsentis loci libenter omittimus. Satis est quòd quò rudiores sunt serui, eo magis obligantur domini eos erudire & instruere circa diuina, exordium sumendo ab huius præcepti obligatione, nec eo tempore festo seruitia impendendo, quæ eos diuertant, vt notarunt scribentes ex illis verbis Paul.ad Colos.4.[Domini, quod iustum est & æquum seruis præstate: scientes quòd & vos dominum habetis in cęlo. Cui scilicet de seruis rationem reddetis.

Quarto & vltimo infertur ex eadem resolutione non mi-
174 norem petendam a patribusfamilias rationem † non curantibus doctrinam, bonosq; mores filios docendos, ad quæ tenentur, vt latius diximus in tractat.de excusandis parentibus ob numerum liberorum.num.16.& 17.atque ideo peccare in hoc præceptum, non admonentes filios, secumque nõ ducentes in ecclesiam ad audiendam missam, & quadam vi, (si necesse fuerit) non cõpellentes, affirmarunt Antonin. Palud. & D.Nauar.iam supra citati num.62.& 63.

In cuius rei comprobationem faciunt ea quæ notant cõmuniter Theologi commentantes illud Luc.2.c.vt quemadmodum ibi sacratissima Virgo filium suum Dominũ nostrum IESVM Christum die festo in templum duxit, ita & parentes debeant filios suos ad ecclesiam secum ducere ad missam, reliquaq; diuina officia audienda. Id namq; ad hanc parentum obligationem spectare notarunt Ioannes Echius & alij ferè omnes in 4.decalogi præcepto. Iuuant & ea quæ de Amya propheta, filium suum Samuelem a pueritia portante in templum legũtur lib.1.Regum c.2. Et ea etiam quæ de cura Sacratissimæ Virginis liberandi filium suum a potestate Herodis habentur Math.2.litera.C.vt eodẽ modo ad eius exemplũ teneantur patres liberare filios a dæmone per Herodẽ intellecto, eos scilicet docendo huius (de quo agimus) præcepti obligationem, nec non & alia, quæ quia extranea omittimus.

Denique ita omnia mature † & recte disponere tenentur 175
patresfamilias, vt omnes de familia possint satisfacere huic præcepto de audienda missa diebus dominicis & festiuis: Si enim oportet aliquẽ domi remanere, pro custodia domus, hæc etiam erit legitima excusationis causa, vt expressit Palud.in 4.dist.15.q.5.versi.Secunda conclusio.in fine, dumodo non possint omnes audire, vicissim custodiendo: quo casu alternatim fiet, ita vt nec semper vnus domi remaneat. Quæ omnia cum rectæ patresfamilias ordinationi competant, eius prudentiæ, conscictiæq; moderanda relinquimus; cum

cum etiam eorum omnium teneatur rationem reddere ex superius adductis: in quibus plus solito immorandum necessario duximus, quoniam nulibi ita scripta reperies: cum tamen quotidiana sint, & præ manibus semper habeantur.

Sublequitur ex ordine, decimusoctauus excusationis casus. Quando scilicet adeo pauper quis reperiatur vt vestes
176 non habeat, ita vt sine dedecore † non possit exire foras. Vestimenta autem ista debere esse personæ qualitati decentia, sine quibus derriderentur ab alijs intellexit Rosela in sum. in verb.Missa col.7.in fine. Cuius rei ratio est quia si honeste & sine dedecore non possit aliquid facere, tamquàm alligatus, & in vinculis constitutus deobligaris quia per te nõ stat, vt respondit notabiliter Vlpian.I.C.in l.in eadem causa, in fine ibi, [in vinculis autem etiam eos accipimus qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint.] ff.ex quib.caus.maior. vbi glo.in verb.non possint, exponit, quia scilicet nudi.& Bal.in fine notat quòd impossibile dicitur, quod non potest fieri sine dedecore, igitur ex eo tex.manifeste probatur prædicta DD.communis excusatio.

Ego vero in ea summè attendendum perquàm necessa-
177 rium † duxi. Ne, scilicet dedecus istud, ita late sumatur, & 181
largius interpretemur, vt dedecus sit excusationem istam dedecoris allegare in hac materia. Si enim in fęminis exemplifices, quis dixerit eas prætextu dedecoris excusari posse ab hoc præcepto de audienda missa, ex eo quia retorta illa velamina (quæ hodie sunt in vsu) non habeant? Cum tamẽ nulla alia honesta, (licet non ita assueta) deficiant. Vel quia non habeant quatuor, aut quinque homines, totidemque pueros, & mulieres, qui omnes eas comitentur? Quàmuis adsint qui honeste sufficiant. Seu quia non ita politas, & sericas vestes habeãt, vel similia? Nullus equidem sanæ mentis. Eò enim deuenit miseria & superbia nostra, vt si quid prædictorum deficiat quantumuis minimum, non deficiat qui indecora ista dedecoris excusatione allegata, missam & ecclesiam relinquat. Parum sane memor nostræ naturalis vestis, & prioris illius, quam dominus fecit Genes.c.3.ibi. [Fecit quoque dominus Deus Adę, & vxori eius tunicas pelicias, & induit eos &c.] Nec etiam attendens, ad honestas illas vestes, quas describit Paul.in Epistola prima ad Thimoth.c.2.ibi, [similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & 182
sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona &c.] Iunctis quæ contra se nimio ornantes auro adducit eleganter Chrysostomus Tomo 4.suorum operum.P.185.& 186.

178 Quod si in hominibus † exemplifices, vtinam defuissent qui excusatione ista se tuerentur: cum in eis non tanta militet ratio dedecoris, quanta in mulieribus in quibus maior honestas requiritur vt omnes sine dubio agnoscunt. Sed proh dolor, reperies aliquos, qui alio morbo, ex penuria scilicet puerorum laborant: si enim vnus vel alter ex solitis ad comitandum deficiat, dedecus intolerabile contraxisse cogitant, si ita in ecclesiam Dei intrent: eoque prętextu se posse excusari ab audienda missa existimant: latissime abutentes huiusmodi excusatione, eamque magis conuertentes in propriam accusationem: cum nec illa, existimationem vel verecundiam lędant, vt aliàs respondit.I.C.in l.15.filius.ff. de condit.institutio. Quare summa in hoc enitendum est diligencia & cura, nec a confessoribns tam leuiter pertranseundum. Quamuis non negem isthæc omnia (an sine dedecore fiãt necne) examinanda, regulandaque fore, iuxta personarum qualitatem, vel patriæ consuetudinem, non admodum pompa & vanitate enitentem: abusus enim iam esset, & non consuetudo, si qualibet leut de causa ad apparatum pertinẽti, tam vtile atque necessarium hoc de audienda missa præ- 184
ceptum infringeretur.

Decimusnonus subsequitur excusationis casus, quando
179 scilicet vidua † post mortem viri in signum tristitiæ per aliquod temporis spatium è domo nõ exit. Id quod Rosela Siluest.& omnes summistæ post Antonin.quibus & consentit D.meus Nauarr.vbi supra citati, limitant ad summum pro vno duntaxat mense, ratione consuetudinis. Nã si per multos menses vel per annũ nolint exire, nec domi audiant missam, non vtique excusabuntur ab hoc præcepto: quoniam abusio iam erit & non consuetudo argumento tex.in c.consuetudo, cũ ibi notatis.8.dist.prout etiam declarauit Caiet. 2.2.q.122.art.4.col.penul.versi.similiter qui consueuerunt. Nec id sine ratione, quoniã cũ consuetudo illa nõ exeundi, fundetur in honestate, & vicinorum existimatione, vel murmuratione: iam profecto ea omnia cessabunt, transacto eo tpe a iure constituto, vnius.s.mensis: tunc.n.tales murmurationes non sunt curandæ argumento eorum quæ notantur in cap.alienus.90.dist.

Ego vero vltra omnes scribentes, prædicta (ni fallor) mo-
180 deranda † & intelligenda adhuc existimarem, pensata.s.qualitate personarum. Nam in quibusdam viduis, maius vtique tpis spatium arbitarer: in alijs vero, minus vno mense, dũmodo licentia ista ad quatuor vel sex menses non extendat. Nã cum id hodie fundet in decentia, & honestate quadã viduali, vt prædiximus, si videat vidua in ecclesia (maximè si sit nobilis) cuius maritus paulò ante discesserat, dat occasio & ansa mille cõminiscendi, male iudicandi, & peius cũ socijs confabulandi, eo q̃ tam cito exierit foras, nihil mirũ igit si ita moderandam eam cõem DD.taxationem credam: Cum ea oĩa 183
cessent in vidua ignobili & plæbea, cui vtiq; vnius mensis nõ indulgebitur spatiũ, qm̃ nec vnius hebdomadis termino põt domi remanere: pauperes nãq; sunt vulgo, & nõ habent seruitores qui necessaria eis præparent, vel ministrent. Secũdo
181 & in fauorem huius nře snĩæ pondero tex.in c.quia alij.† 13. q.2.quo loco Ambros.in lib. de obitu Theodosij Imperatoris, describens defunctorum luctus ita habet, [alios cõsueuisse tertium diem, alios tricesimum, alios septimum, alios vero quadragesimũ deflere.] & Gen.c.vlt.legitur, septuaginta diebus fleuisse Aegyptũ mortem Iacob. quod ẽt ꝓbat text.in d. c.quia alij.si vitiosam litteram emendes ibi, [luxit eum Israel 7.diebus, aliàs 70.diebus.] Vt ex originali corrigit clarissimus p̃sul.D.Didac.Couuarruu.in c.fi.nu.1. de testa.& tñ in hac varietate consuetudinis respondet Ambros. in d.c.quia alij.in fi.in hunc modum, [vtraq; ergo obseruatio habet authoritatem & necessarium pietatis implet officium.] Igitur ibi, est tex.clare probãs licere quibusdam maiori tpis spatio 185
mortuos deflere ratione consuetudinis: alijs, tribus vel septẽ diebus: alijs verò septuaginta pro morte Iacob. quod nihil aliud significat, nisi q̃ iuxta personarum qualitatem id regulandum sit: & per ꝓñs si bene ponderetur probat ille tex. licere quibusdã rõne luctus domi remanere maiori tpis spatio, quibusdam minori: quo vtique excusari possunt ab hoc præ-
cepto de audienda missa. Quæ tñ omnia † non ita (meo iudicio) æqualiter haberent locum in hominibus, quibus liberior q̃ fœminis patet aditus & licentia citius exeundi foras: illi etenim (vt quotidie videmus) ẽt nobiles, morte patris, vxoris, vel fratris, non solent diu permanere domi: immò clausura illa non extendit cõiter vltra decẽ, vel quindecim dies: quibus transactis non omnino excusabunt viri ab hoc 186
præcepto, eo prætextu non exeundi foras, si eo tempore soleant reliqui exire.

Honestissimum tñ esset, eorumq; defunctorum animabus vtilissimum nunquam † relinquere missam: eam.n.audien- 187
do, illius defuncti animã Deo commendabunt, oãonib. oblationib.& eleemosynis adiuuabunt: quib.ea soluitur.c.animę defunctorum.13.q.2. Præterea vt quoties venerint ad ecclesiam suorumque seupluram viderint, pro eis dño fundant preces, vt inquit Gregor.in c.cũ grauia.13.q.2.eleganter prosequitur doctissimus, atque senator regius meritissimus D. Antonius da Gama.in suo tractat.de sacramentis præstandis vltimo damnatis supplitio.in qõne vltima ad mediũ, Dominanq; remanere, plorare, & lamentari ex pusilanimitate animi cõtingit, & magis nocet, q̃ ꝓdest defuncto, cum ex despe- 188
ratione futuræ resurrectionis ꝓcedere videatur, teste Chrisostomo in c.vbicũque sepeliamur.13.q.2. Denique vtilius profecto esset consuetudinem istam non curare, nec scandalum, quod acceptum est & non datum: immò statim exire ad audiendam missam. Exemplo † ducto a Maria Magdalena & Martha, quæ nobiles & diuites erant, quorum frater Lazarus nondum quarto die mortuus erat, astantibusque multis vt eas consolarentur, exierunt domum quamprimũ Iesum venire audierunt, illique occurrerunt, ut habetur Ioannis 11. littera C. quo tamen tempore Iesus mortalis erat, ut homo. Nunc autem idem ipse in Sacramento altaris est, & immortalis. Igitur magno animi affectu accedendum est ad ipsum, audiendo.s.obligatoriam missam diebus festiuis, nec eam qualibet occasione relinquendo.

Vigesimus ex ordine anectitur casus, ex communi illa (vtinam non ita communi & larga) excusatione puellarum, scilicet & † virginum: quæ si sint nubiles, nec permittantur 185
a parentibus exire foras, sine dubio excusantur ab hoc præ-
cepto

203 In oppositũ tñ vrget fortiter, † qm̃ constat actum confes-
sionis magnã de per se requirere attentionẽ,q̃ cũ nõ compa-
tiatur cũ attentione requisita ad missam, non adimplebitur præ-
ceptum istud ut s̃.resoluimus in verb. Audire.nu. 98. vbi &
nu.94.post cõem diximus intentionem solam non sufficere:
igitur ea patrocinari ei non debet: maximè quia licet sanctũ
& meritorium sit opus confitendi,tibi imputatur qui in tota
quadragesima negligens adeo fuisti,vt nullum aliud tempus
elegeris,q̃ destinatum ad audiendam missam:ad quam de p̃-
cepto teneris eo tpe,quo non obligaris peccata cõfiteri: igit̃
non excusaberis ab hoc nostro præcepto. Atque ita regulari
ter resoluendum puto,nisi forsan adeo imperitus & ignarus
sit pnitẽs,vt laudabile eo tpe fecisse opus existimet, si mis-
sam non audiat,vt potius se confiteatur:quo casu minuendã
culpam probabiliter tentari potest. Quãuis oẽm spectare ad
204 eos confessores † sine dubio crediderim,qui tali tpe,quo al-
terius missæ copia dari non potest,confessiones audiunt, ru
sticisq; & ignorantib.præstant occasionem relinquendi mis-
sam,ad quã tenentur eo tpe de præcepto: non aduertentes
posse confessiones in aliud reseruari tps,ut possint oẽs audi-
re missam obligatoriã.ad hæc igit̃ aduertãt cõfessores,quoti-
diana.n.eorũ est inaduertẽtia,q̃b.sine dubio ĩcũbit ex officio
tales pnitẽtes ĩ hoc docere & admonẽdo isthæc obseruare.

Multi sunt alij & innumerabiles casus,quib. ab hoc præce
pto quis excusari põt.Sed qm̃ ex qualibet qõne,mille oriun-
tur quæstiunculæ,ex quib.& infiniti scrupuli manant, atque
ita particulares, ut impossibile sit sine tædio & prolixitate
speciatim referre,satius duxi ea omnia consulto prætermit-
tere & silentio premere, bonique uiri arbitrio relinquere uel
timoratæ conscientiæ quæ unumquemque conueniet, teste
Ambros.in c.quid autem.in fi.8.q.1.

Solũmodo libuit(veluti sigillo super imposito)huic poste
riori parti,unicam superadere quæstiunculam. Vtrum.s.prę
dicti oẽs,& alij quotquot legitimo impedimento detinent̃,
ne possint dieb⁹ Dñicis & festiuis audire missam,& ob id ex
cusant̃ ab hoc præcepto, teneantur domi per aliquod spatiũ
205 vacare † orationi. Qua in re nullus dubitat,nisi ꝓ de consi-
lio,& congruo,sit illud maxime animi affectu ꝓcurandum:
cum ex oratione tam animæ quàm corporis plurimæ orian-
tur vtilitates teste beato Iacobo in sua canonica,c.5.quod & ip-
se Dominus suadet Matth.21.ibi, [Et omnia quæcunq; pe-
tieritis in oratione credentes,accipietis &c.]

Sed quod magis est,multi sunt non contemnendæ autho-
ritatis viri, qui in proposita specie non orantib. præceptum
& obligationem peccati mortalis induci crediderunt:quorũ
primus refertur Scotus quẽ sequitur Ang. & alij relati a D.
meo Nauar.statim citando.Eorum insę patrocinant̃ Aposto
li verba in priori ad Thessalonicenses.c.5.littera D.ibi, [sine
intermissione orate,] Iuncta Augustini expositione in libro
de hæresib. ad Quoduultdeum c. 57. hoc est,nulla dies absq;
oratione ĩtermittatur,licet B.Anselmus,& Beda aliter expo
nant, vt refert Castr.in verb.orario hæresi.2. & alij alibi. Id
quod ẽt suadet Redemptor noster Luc.18.in prin.ibi.[oport
tet semper orare & nunquàm deficere.] Testaturq; David
Psalmo 54.consueuisse vespere, mane, & meridie orare: &
media nocte surgebam (inquit) ad confitendum peccata ti-
bi: Psalmo 117.Ex quibus & alijs multis a fortiori vt dicen-
dum, ꝓ aliquo saltim tpe(loco missæ a qua legitima de cau-
sa aliquando excusamur) teneamur de præcepto orare.

206 Quibus tñ minime † reluctantibus (quæ solum probant
illos orasse,non vero necessitate præcepti, nec eos, nec nos
teneri) breuiter resoluendum est. Nullum esse tempus iure
diuino naturali,nec diuino positiuo ad orandum de necessi-
tate constitutum.vt post Tho.Palud.Antonin. & alios quos
citat affirmauit D.præceptor meus Nauar.in rep.c.quando,
c.3.nu.5.j.hac dist.Igitur si eo destinato tpe a iure positiuo,
(dieb.s.Dñicis & alijs festis,)ab eodem iure deobligamur au
dire missam legitimis de causis:consequens est, vt nec tenea
mur de præcepto eo tpe orare,vt in proprijs terminis reso-
uunt Antonin.2.p.sum.tit.9.c.10.§.2.col.2.in prin. D.meus
Nauar.in Manual.refor.c.21.num.8.§.1. & iuuant latissime
adducta per Medinam in c.de oratione. cap.de potestate ec
clesiæ respectu actuũ cordis per 10. col. iunctis & quæ supe-
rius resoluimus in verb.audire.nu.89.

Ex quibus omnib.finẽ impono huic repetitioni: in qua si
q̃ minus ornata,nec ita polita reperiantur, homini alioquin
curialib.negotijs impedito dabitis veniam. Si quæ vero utili
ter dicta,ea oĩa ad laudẽ oĩpotẽtis Dei, & Sacrosanctæ mis
ecclesię vtilitatẽ referantur, cuius placitis stare, in hactenus
a me dictis firmiter intendo.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. A A B B C C D D E E.

Omnes sunt Quaterniones, præter EE, Quinternionem.

VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVI.